
image
not
available



Digitized by Google

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
17 M
42

13-21.F.9.10

Google

A-VIII-0-32-3.3

Digitized by Google

Digitized by Google

CONSILIORVM
SIVE RESPONSORVM
IO. VINCENTII HONDEDEI
NOBILIS EVGVBINI,

Iuriſconſ. Præſtantiſsimi, & in Ciuitate Peruſiæ Aduocati, & Conſultoris integerrimi,

VOLVMEN PRIMVM
DIVISVM IN SEPTEM PARTES,

Continuato tamen numero Conſiliorum.

PARTES AVTEM SVNT

De Statutis.
De Iudicijs.
De Contractibus.
De Teſtamentis & Vltimis voluntatibus.
De Præſcriptionibus & Seruitutibus.
De varijs rebus.
De rebus Criminalibus.

CVM PRIVILEGIIS.



VENETIIS, M.DC.XVI.

Apud Hæredem Damiani Zenarij.



IO. VINCENTIO HONDEDEO IVRISCONSVLTO EVGVBINO,

Io. Paulus Lancellottus Iuriſconſultus Peruſinus

S. P. D.

NIHIL vnquam tam præter meam opinionem accidit, quam ex re intelligere, extitiſſe communes quoſdam noſtros, vt tu quidem appellas, amicos, vt autem ego ſentio inimicos, qui ad re deferre auſi fuerint, ſolere me eorum rationem indiciumque improbare, qui in reddendis conſilijs, redditiſque inuulgandis multam operam ac ſtudium ſoleant ponere, quaſi hæc ad glotiam Iureconſulto comparandam, deque ciuibus ſuis ſtudioſiſque benemerendi non ſit expedita, & laudanda via, meque id non ſolum inter amicos ſæpe interloquendum inculcare ſolere, verum etiam factis & re ipſa confirmare, quippe quod cum ſim ſeptuagenario proximus; ſitque vetiſimile in tanto numero annorum ob diuturnam ſaltem ætatem de iure ſæpe reſpondiſſe, reſponſa tamen nulla edidiſſe, nec editioni parauiſſe, quod factu futurum ſuiſſet multo ſacillimum, ſi id facere exiſtimationi magnopere conducere cenſuiſſem, meque Andreæ Alciati, cuius ſcriptis & auctoritati ſemper plurimum tribuerim hac in re ſequi prædicant ſententiam, qui vt ipſi affirmare audent, ſedulo affirmat noſtris temporibus non expedire iuriſperitorum reſponſa, & quæ conſilia appellant, in lucem proferri, & ad poſteros tranſmitti, ſed magis eſſe e Republica illa comprimi, vt legere eſt apud eundem in libro παρέργων decimoſecundo capitulo vltimo, cui tamen iuſto libro apologetico tam docte & prudenter Tiberius Decianus reſpondet, vt nemo videatur hodie excuſandus, ſi non diſcedat à ſententia Alciati, & Decianum ſequatur, quam ſi quando forte vt ſequereris, reque vt reſponſa tua ederes, adhortatus ſum (quod de tua non mediocri doctrina confiſum egiſſe me ingenue fateor) me quoque etiam oblique perſtringunt, vtque in meam ſcriptionem incumberes, id feciſſe me non tam quòd hoc probarem, quam ſtudio placendi tibi, qui quotidie in cauſis agendis & in ſoro verſatis.

Profectò (mi Hondedeus) omnibus quidem in rebus hominis ingenium, ſi animum intendat, mirabile eſt, ſed ego quoſdam in carpendis alijs expertus ſæpe ſum ingenioſiſſimos, & ſupra quam dici poſſit acutos, vt euenit in hac re: quid enim potuit ingenioſius excogitari, ne dicam callidius, quàm ea vituperare, quæ ſponte ſua ſunt omni laude digniſſima, vti eſt vigilias ſuas, ad ſubleuandum aliorum laborem iudiciumque adiuuandum inuulgare, & hominum actiones verbaque, quos & probos & amicos prædices in deterius interpretati? Ego quidem eorum conſilium, qui reſponſa ſua ſolent in publicum emittere non ſolum non improbo, verum etiam ſummopere commendandum eſſe duco; præſertim ſi eiuſmodi ſint, quæ cum auctoris bonitate ſolidam doctinam coniunctam habeant: nullum enim eſt aliud genus ſcriptionis, in quo clarius æquum ab iniquo, licitum ab illicito diſcerni ac ſegregari poſſit, quàm hoc genere ſcribendi, quo nihil aſſeuerari, nihil concludi conſueuit per iuriſperitos, niſi prius quæ obſiſtere tuæ ſententiæ videantur, ſummoneantur, poſtquam ea, quæ ſtant pro ſententia reddentis reſponſum, firmaueris, quæ optima ac propemodum eruendæ veritatis ſemper fuit habita ratio. Accedat, quòd ea, quæ iuris interpretes ſuis auditoribus in publicis gymnaſijs quaternis annis ſolent inculcare ſubtilia ſanè, & ad acuenda ingenia valde ſunt accommodata, plerunque tamen non tam docendi, quàm oſtentandi ingenij gratia à iuris interpretibus afferri ſolent, & honori ſæpe à quibuſdam illis datur, ſi à receptis, & veris traditionibus ambitioſe receſſerint. At dum quis reſponſa reddit, ea ſcribendo deligit, quæ quis non tam acute inuenta, & ſubtiliter ingenioſa, quàm veritati, & æquitati conſona putat, in quibus licèt quis decipi poſſit, illud tamen negari non poteſt, ne decipiatur vnumquemque magis laborare, quam cum interpretandi munere fungitur, cum viro bono conueniat, vt enixe ſtudeat, ne quis ſe auctore iacturam vitæ, honoris, aut rei familiaris patiatur, quam ne in veterum iuriſconſultorum monumentis ſubtilitet, & eleganti ſtylo interpretandis fallatur, quanquam etiam in eo munere adhibenda, & valde laudanda ſit diligentia. Accedit eo quòd controuerſiæ veritas ſæpe ex euentu litis ac iudicij clareſcit, dum re ſæpius inter diſſidentes aduocatos diſcuſſa, id in pronunciando deligit iudex, quod ſibi plurimum probatur, ita fit, vt ex reſponſis emanent ſententiæ & deciſiones cauſarum. Et quamuis ferè ſemper neceſſe ſit ſententia ipſa iudi-

Digitized by Google

eis, ſuccumbentis partis etiam aduocatum ſuccumbere, & reſponſum ab eo redditum reijci, non propterea tamen fit, vt diligentia Iuris periti non ſit maxime adhibita, & ſæpius aduocati inter ſe diſſideant potius in facto, & probationibus quam in iure, cum id in alio ſcribendi genere non eueniat, in quo ſæpe ea nimia, vel ſubtilitate, vel argumentorum copia veritas obruatur; & id eueniat, quod prouerbio conſueuit notari, nempe quòd nimium altercando veritas amittitur, illud ſane ego ſtatuere ſoleo in eos, qui verſentur in foro, & in reſponſis reddendis & agendis cauſis, & eos, qui alio genere munerum iuriſconſulto congruentium verſentur, puta interpretandi, vel tractatus, quos appellant, componendi, tantum intereſſe, quantum inter eos, qui ad bellum profecti, prælijs, dimicationibus, Ciuitatumque obſidionibus, expugnationibuſque præſto ſunt, & manus conferunt cum hoſte, & eos, qui non interſunt, ſed eaſdem res ex alijs, audiunt, vel depictas tantum intuentur. At appoſite Flaccus.

Segnius (inquit) *irritant animos demiſſa per aurem,*
Quam quæ ſunt oculis ſubiecta fidelibus.

At nos dicamus.

Sunt animis incerta magis demiſſa per aurem.
Quam quæ ſunt oculis ſubiecta fidelibus.

Qui de iure reſpondet, vtique quæ in ſcholis aliquando audiuit, oculis ipſis cernit: dum patrocinatur, inſpicit, deque his longe melius iudicare poteſt, quàm ſi ſolum theoricas teneret, vti melius conditionem, & euentum belli ille tenet, qui interfuit, & manus conſeruit, quam qui, vel ab alio ſcriptum legit, vel ex longinqua ſpecula, & eminus pugnantes aſpexit: Vnde non ſolum eleganter verum etiam ſapienter Saluſtius in Iugurtino, in oratione à Mario ad populum habita. Quæ (inquit) illi audire (loquitur autem de nobilibus deſidioſis, affectantibus imperia in exercitibus) ac legere ſolent, eorum partem vidi, alia geſſi, quæ illi literis, ego didici militando, num vos exiſtimate facta ao dicta pluris ſint, inde forte factũ eſt, vt reſponſa prudentũ pars Iuris ſcripti fuerint inſtar prætoriorum edictorum: nam & iuriſconſultus, dum reſponſa reddit, eſt, vt inquit Manilius.

Aſſiduus populi priuato in limine Prætor.

Et profecto ita euenire neceſſe eſt, cum innumerabilia in dies inter homines ex mutatione morum noua negocia ſuccreſcant, quorum numerum legibus æquare eſt impoſſibile, cum ne dum leges, ſed nec vocabula ipſa negocia ipſa numero non exæquent. Vnde noſter ipſe Iureconſultus teſtatur, quod neque leges ipſæ, nec Senat. Conſulta ita ſcribi poſſunt, vt omnes caſus quicunque inciderint, comprænhendantur: ſed oportet (inquit) his interpretatione vel iuriſdictione ſupplere, quòd non noſtra tantum tempeſtate, ſed ab ipſis legum cunabulis euenit. Inde Pomponius noſter teſtatur, quòd primis legibus ſatis cœpit, vt naturaliter euenire ſolet, vt interpretatio deſideraret prudentium auctoritatem, neceſſariamque eſſe diſputationem fori, quæ verba aduocatorum munus conſulentiumque naturam deſignant atque exprimunt neſcio quo pacto, & quantum tenebant illa tempora. Aduocatorum enim conſulentiumque munus non tam voluntate hominum, quam neceſſitate & natura rerum conſtat. Si quidem eodem Pomponio teſte ius ipſum conſtare non poteſt, niſi ſit aliquis iuriſperitus, per quem quotidie poſſit in melius produci. In melius autem tunc ius producitur, cum id, quod verbis legis eſt omiſſum, interpretatione, vel ratione, vel aliquo ſimili & probabili argumento ſuppletur, quod ipſum multis in locis noſtri iuris per iureconſultos noſtros factum apparet, vt per Paulum, cum inquit, moderanda erit iuriſdictio, licet verba edicti non patiantur, vt per Modeſtinum, cum inquit, ſed & ſi verba legis hunc habeant intellectum, mens tamẽ aliud vult, & per Triphonium cum inquit. Incidit quidem in verba conſtitutionis, ſed ſententia excuſatur. Sexcenta adhuc ſimilia in hanc ſententiam adduci poſſent, quæ ſi à me inculcarentur apud te hominum iuriſconſultiſſimum nimis imprudenter & impudenter profectò viderer facere, noctuas Athenas deferens, & Solem facibus adiuuare tentans. Noſtrates igitur, ſi qui ſunt, qui reſponſis iuriſconſultorum modernorum in hac togata militia non multum tribuendum cenſent, ſimiles mihi videntur militibus armatæ militiæ, qui armis & pugna ad comparandam victoriam & laudem in exercitu modicè vtendum cenſent: & qua nam ratione fieri poteſt quo minus iuriſconſultus & Aduocatus non reputet in re honorificentiſſima ſibique & Reipublicæ vtiliſſima ſe occupatum, ſi reddendis reſpõſis plurimum ſit implicitus, cum non alia ratione domus iuriſconſulti appelletur oraculum totius Ciuitatis, nec minus ab ipſo vniuerſali Imperatore & legislatore exiſtimantur prouidere humano generi, quam qui prælijs & vulneribus patriam parenteſque ſeruant, laborantiumque ſpem, vitam, poſteros, & vniuerſas fortunas defendunt. Ad has rationes multas, & magnas accedit auctoritas, & exemplum omnium prope probatiſſimorum iuriſconſultorum, tam veterum, quàm recentiorum: quotuſquiſque eſt enim horum, qui reſponſa ſua vel ipſe vel alij poſt eius obitum non ediderit? quot idem ſcriptorum genus frequentius à noſtratibus manibus teritur, quàm reſponſa prudentium? inique igitur nimis inuidiam his conflamus, quorum labore & ſcientia iuuamur & fruimur. At (inquis) nimis multi ſunt hodie, qui reſponſa ſua edunt, atque inter hos ſunt, qui non omnino probantur, vt de Andrea Siculo, & Hippolyto de Marſilijs cenſet Alciatus; quinimo multi hodie reſponſa ſua edunt, qui doctrina nec Siculo nec Marſilio ſunt comparandi: Sed ego numerum à nobis deſiderandum arbitror: nec enim omnes omnino ſunt à nobis neceſſario perlegendi, ſed qui nobis magis probabuntur. Vnde quemadmodum rem aliquam mercaturo, expedit, ſi plura eius rei corpora, & eiuſdem rei pertractanda genera exhibeantur, ſic numerus reſponſa ſua inuulgantium lecturis admodum confert, ex magno enim numero facilius deligere poteſt probatiores, & proprio ingenio ad imitandum commodiores. Et ſi dicas multos in his eſſe, quos non probes; primum quidem (teſte Plinio) nullus omnino tam malus eſt liber, ex quo non poſſis aliquid vtilitatis elicere & conſequi, præſertim in hac iuris ſcientia, qua omnium maxime malos ſcriptores vel ex eo facile ſuſtinet, quòd etiam ineptè & inconditè ſcriptus liber laborem legentium in locis & argumentorum ſedibus perquirendis & inuenendis aliqua ex parte aut ſaltem colligendæ communi ſententiæ laborem ſubleuet, quam hodie pro lege ferme recipimus; idque vel ex eo ſaltem quòd in quæſtione, quæ controuertitur, & quam qui tractandam ſuſcipit, pro altera parte auctorem ipſum ſtare fere neceſſe eſt, poſtquam eo ventum eſt, vt ſententiæ non tam ponderentur, quàm numerentur, vt rem plane miram ac monſtri ſimilem interdum euenire videas, nempe ſcribentium ineptiam atque inſcitiam cum vtilitate legentium coniunctam: Atque hinc fit, vt apud noſtrates quotidie librorum maior excreſcat numerus & copia, probatiores tamen retinemus, probatiori-

tioribuſque frequentius vtimur, cuiuſmodi ſunt Oldradi, Baldi, Alexandri Tartagni, & Philippi Decij, aliorumque his ſimilium iſtis non inferiorum: Sed ſint ſane plures, quos vt ne legas quidem digni ſint, quia te cogit eos vt legas? ſi legas, ſi quid in eis inuenias, quod in rem tuam ſit, gratia eſt agenda, ſin id minus, quando legeris, nullam omnino iacturam ſuſtines: quinimò nunquam ferè accidit, quin vel prætèr opinionem lucrum facias, etiam ſi quæſita per te non inuenias. Ego quidem reſponſa tua his annuenda cenſeo, & auguror, quæ omnium manibus teneantur: Quippe qui te non nunc primum, ſed prima iuuentute, & dum ſcholaris vtrique iuri operam dares, ad meque, qui pro affinibus tuis aduocandi & patrocinandi munere tunc fungebar, ſæpe vẽtitare ſolebas, de tua eruditione, ingenio, & iudicio iudicium fecerim, cuius rei plures habeo teſtes, quibus cum primum in album Iuriſconſultorum receptus fuiſti, vt tuo vterentur patrocinio, ſuaſi: quinimò ſi quando in re propria vel meorum, quibus intereſſe aliqua de cauſa vel impedimento nequirem, alieno patrocinio fuit vtendum, tua potiſſimũ opera & doctrina ſum vſus. Itaque ſi quando tibi ſuaſor, vel aſſenſor fui, vt reſponſa tua ederes, feci id non (quod praue nimis quidam interpretantur,) vt tibi palpum obtruderem, ſed quòd illa in hac Ciuitate noſtra apud iudices in pretio eſſe animaduertebam, & egomet de tua virtute locuples teſtimonium ferre poſſum. Quòd autem nulla ego reſponſa ediderim, friuolum eſt argumentum, quòd huiuſmodi editionem in alijs non probem: quis ſcit an hoc ſcribendi genus exercuerim; quòd ſi & ego in hoc ſcribendi genere litteris mandauerim multa, forte illa non probaui, & aliorum iudicium extimui, nec forte vt ederentur è re mea eſſe ſtatui: quam multos enim inuenias, qui reſponſa plurima reddiderint, quæ tamen non eſſe edenda exiſtimauerint? exemplo nobis eſt Alciatus, qui reſponſa ſua ſupprimenda duxit, licet poſteri ediderint. Sed ſcripſerim ſanè, multa probauerim ego, & ab alijs quoque fuerint probata, quis ſcit an ego aliquando ſim editurus? Et ſi à me nunquam ederentur, forſan, me iubente, à poſteris meis edentur. Denique non ego is ſum, vt improbem in alijs, quicquid ego nunquam egerim, nam pluribus annis vtrique Iuri interpretando in Gymnaſio publico operam nauaui, nec vllas tamen interpretationes in lucem edidi, conſequitur ne hoc, quòd improbem illorum conſilium, qui interpretationes ſuas poſteris tradiderunt? tractatus nullos congeſſi, ergo eos dixeris improbare me, quorum opera in conſcribendis tractatibus deſudauit? Denique quis eſt tam impudenter arrogans, vt quicquid ipſe non fecerim, alios iudicem facere non debuiſſe?

De Alciato autem quod dicunt, meoque de tanto viro iudicio, ſane eius auctoritati me ſemper plurimum tribuiſſe non ſolum fateor, verum etiam profiteor: qui enim ei non plurimum tribuat, cui pares paucos, maiorem ætas ſua, omnium iudicio, vidit neminem? quinimmò in hac ipſa controuerſia, vt ſine hæſitatione Decianum ſequor, ita nec ab Alciato omnino recedendum eſſe ſentio: De cauſa enim Deciano aſſentior: De Alciati perſona, & quòd ſupprimenda omnino conſilia ſenſerit, non aſſentior, Nec enim ſi candide Alciati dicta perpendantur, firmat modernorum reſponſa non eſſe edenda, ſed per ocium potius, & πάρεργον quæ de Pico præceptore de hac re iunior audiſſet, enarrat, & nòn negligenda aſſerit, cumque aliqua ad præceptorem non tam omnino defendendum quam vtcunque excuſandum attuliſſet, Demum inquit, quæ ſcripſiſſet eo loci, is eſt, in quo ſoleret eruditè ociari maioris eſſe ponderis, quam vt valde ſuccinctè, & leui manu tractari deberent, ſatiſque eſſe attigiſſe atque oſtendiſſe non temere loquutum Picum, ſtudioſoſque admonuiſſe, ne vllis conſilijs certam omnino fidem adhiberent: & quia ipſe quoque conſilia reddere conſueuiſſet, ſe quoque in numero Conſulentium, quibus omnino fides non foret adhibenda, poſuiſſe & permiſiſſe, non ſecus atque illi, qui vinea propria inciderent. Vnde ſi quid forte eo in loco ſcripſit liberius, & quorundam noſtratium leuiter pupugit auaritiam honorarijs præſertim grandioribus inhiantium, tanta tamen fuit hominis ea in re modeſtia & ingenuitas, & ab omni liuore procul ingenium, vt quod generatim dixiſſet, de ſe quoque dictum voluerit: hominem enim eſſe ſe ſciebat, & propterea (vt inquit Comicus) nihil humani à ſe alienum putauit. Ea eo igitur, quod ibi ſcribit Alciatus, aperte quidem elicitur, ne vllis conſilijs ſtudioſi temere certam fidem adhibeant, non autem vt non expediat omnino illa non inuulgari, quo nihil dici potuit vel ſcribi nec verius nec prudentius, quotus enim quiſque eſt, qui in aliqua cauſa conſulat, qui non habeat alium Iuriſperitum, & ſæpe etiam plures, qui contrarium conſulunt? vnde ſi paſſim & ab omnibus reſponſa edantur, vt Alciati tempeſtate fieri cœptum eſt, quomodo huic generi ſcriptorum certam fidem adhibere poſſis, ex quibus nihil certi conſtet, & ſemper fere pugnantes intèr ſe ſententias defendere conentur? quinimò auſim affirmare renuiſſe Alciatum talia reſponſa eſſe inuulganda, quod mihi clare probat principium dicti capitis, de quo nunc agimus, in quo ponderoſas & plures in hanc affirmatiuam ſententiam adducit rationes, nec confutat. Et licet plura referat, quæ ſe ex Pico audiuiſſe aſſerit, in contrariam ſententiam id ipſum probat mihi aliud hoc eſt affirmatiuam partem tenuiſſe Alciatum. Eſt enim in more poſitum apud bonos ſcriptores, inter quos ſuum locum tenere Alciatum nemo, nec ipſe quidem Decianus negat, vt quæ non ex ſua ſententia litteris mandant, non ſibi ſed alijs tribuãt, quod ex lectione eorum apparere poteſt, qui Dialogos ſcripſerunt, ſed ſenſerit ſane Picus, immò & Alciatus non eſſe reſponſa modernorum inuulganda, id tamen ad te (mi doctiſſime Hondedeus) nullo modo pertinet, id enim de illorum reſponſis aſtruunt, qui in aſſiduo Iuris publice interpretandi munere occupati tanto, & tam graui munere horas ſuffurantur, vt pecunias à clientibus corrodant atque emungant, quod certe eſt à te & tua probitate omnino alienum, qui vt omnia Iuriſconſulti munera impleri poſſis, Iuris interpretandi ſiue munus ſiue onus nondum attigiſti, ita fit vt non ſolum Deciano, verum etiam Alciato & Pico approbantibus, reſponſa tua in publicam lucem emittere poſſis. Non poſſum tamen interdum ſtatuere, quid Deciano in mentem venerit quamobrem tam anxie tamque impenſe, & tanto ſtudio laborauerit, vt Alciatum in hac cauſa aduerſarium haberet, ac non potius à ſtipulatorem habere maluerit, quod ab eo nullo negocio fieri potuiſſet, ſi verba Alciati paulo humanius accipere ac benignius interpretari voluiſſet, nec illum vt liuidum, ac maledicum, & mendacem carpere ſtatuiſſet, dum illius verba tam varie penſitat, tam maligne & in partem deteriorem interpretatur, tam prolixe, & inclementer reſpondet, vt cum Alciato nec pacem, nec, vt dici aſſolet, inducias inire voluiſſe exiſtimare poſſis; quid? quod ſingulis verbis ne dum clauſulis obiter ab eo ibi poſitis tam prolixè & ex alto petitas reſponſiones ne dicam tragicas, accommodare nititur, vt non ſecus quis facturus fuerit, ſi de ſumma totius Iuris prudentiæ ac literariæ Reipublicæ ageretur, nec ſecus atque ſi Imperator aliquis aduerſus vnum, vel alterum rotarium militem, ab inimicorum copijs exeuntem, integram legionem impelleret, vel iuſto prælio decertare ſtatueret, quo meo quidem iudicio nihil magis abſurdum, ne ridiculum dicam, ex-

cogitari poteſt: aut ſi te amicus per ocium leuiter villicaret, tu eum baliſta contundere, aut aciete proſternere conareris, quo nihil inclementius & crudelius fieri potuit. Putem Decianum cum apologiam & ſibi Alciatum grauem aduerſarium confingeret, ſic eſſe ratiocinatum, ſi Alciato in cauſa ſuccubuero, non tam dedecori fuerit tanto viro aduerſanti ſuccubuiſſe, quam honorificum contendiſſe, iuxta illud ingenioſi Poetæ.

Nec tam turpe fuit vinci, quam contendiſſe decorum.

Si à me victoria ſteterit, de tali viro triumphaſſe, erit mihi glorioſiſſimum: cæterum vt facile ſit non repugnantes vincere, ita de non reſiſtentibus triumphum canere non decet. Vtcunque ea res ſe habeat, non modicum debent ſtudioſi Deciano, qui affectata & captata Alciati carpendi occaſione apologiam conſcripſit, in qua multa notanda curioſa, & ſcitu digna coniecit, vt ſæpe ex eruditorum hominum concertationibus ſolet accidere ex quibus, non ſecus atque ex ferro & ſilice flamma, cognitu pulcherrima elicere contingit. Hæc nunc ad te forte fuſius quàm neceſſe fuerit ſcribenda duxi, non quod maleuolorum noſtrorum rumuſculis fidem adhibere te vel commoueri exiſtimem, ſed vt ſi quando in hoc genus hominum, qui veterem noſtram amicitiam vel quauis ratione conuellere vel labefactare conantur, quid illis reſpondeas ex ſententia noſtra in promptu habeas, & quid ego de editione reſponſorum tuorum ſenſerim teſtificer: quamquam quid illa meo vel alterius teſtimonio, vel commendatione indigeant, non ſane intelligo, ſatis enim illa ſe commendant, cum apud iudices quoſuis, & doctos homines tantum habuerint auctoritatis quantum etiam doctrinæ, id eſt plurimū: idemque poſtquam edideris etiam apud omnes futurum, quemadmodum pro mea in te beneuolentia vehementer cupio, ita pro tua doctrina & iudicio non dubitanter ſpero. Proſequere ergo vt cœpiſti, deque æmulis & virtuti tuæ inuidentibus, quemadmodum in foro Peruſino, ita etiam vbique triumphaturum te minime ambigas. Vale.

Digitized by Google

ARGVMENTA SINGVLORVM CONSILIORVM
INDICANTIA PRINCIPALES QVAESTIONES,
Quæ in quolibet Conſilio tractantur.

Argumenta Conſiliorum ſexdecim ad diuerſa ſtatuta pertinentium.

Conſilium primum.

STATVTVM Peruſinum, admittens ad ſucceſſionem pro medietate matrem, & pro alia medietate patruum,& deſcendeo tes patrui præmortui,an locum habeat, ſi mater & deſcendentes patrui tantum ſuperſunt. Vbi late diſcutitur de ratione ſtatuti exclusiui fœminarum, & an & quando ex ea argui liceat, & an ſtatuta huiuſmodi ſint extendenda,vel ſeſtringenda.

Conſilium 2.

Reſolutiones dubiorum in materia præcedentis conſilij,in quibus eadem materia tractatur, & etiam late diſcutitur de natura copulæ, & , an reſoluatur in diſiunctiuã, ſeu exigat copulatorum concurſum. Et an in ſtatutis excluſiuis fœminatum locus ſit iuri accreſcendi. Statutaq; huiuſmodi nunquid ſint correctoria & odioſa.

Conſilium 3.

Statutum Ciuitatis Cluſij, diſponens,quòd qui voluerit vendere,teneatur requirere conſanguineos ſeu vicinos, & quod illis, emere volentibus, teneatur vendere, an locum habeat in alienationibus faciendis per clericos, & ibi late declaratur, in quibus caſibus clerici ſubijciantur ſtatutis laicorum,vel ab eis non ligentur. Hæres venditoris, qui requirendus erat vigore ſtatuti, an poſſit recuperare rem venditam,& in quibus caſibus hæres teneatur approbare factum defuncti,vel ei contrauenire poſſit.

Conſilium 4.

Statutum Hiſpelli de ſucceſſionibus ab inteſtato late declaratur, tractaturque de ratione ſtatuti huiuſmodi. Quomodo gradus in materia ſucceſſionis cõputetur. Qualiter accipiatur linea & qui de ea appellentur. Clauſula in fine poſita ad quæ referatur. Quomodo accipiatur domus, & an ſtatutum, admittens ad ſucceſſionem proximiores, excluſis fœminis,intelligatur de exiſtentibus in eodem vel remotiori gradu,& alia multa diſcutiuntur in materia ſtatuti excluſiui fœmioarum.

Conſilium 5.

Ciuis qualiter quis efficiatur, & an ciuilitas acquiſita per originem amitti poſſit. Ciuis transferens domicilium ad aliam ciuitatem,quando deſinat eſſe ciuis. Statutorum beneficia quibus competant,& an Forenſes,vel ciues,retinentes domicilium alibi, eis vti poſſint. Statutum Vrbis, loquens de ſucceſſione decedeotis ab inteſtato & ſine filijs,an comprehendat hæreditatem pupilli inteſtabilix. Et quis dicatur decedere ab ioteſtato, vel inteſtatus.

Conſilium 6.

Portio fęminæ vigore ſtatuti,temporaliter excluſiui fœminarum, delata maſculo, nunquid, mortuo maſculo, ſit ſeſtituenda alteri maſculo,ſuperſtiti,vel retineri poſſit per ſucceſſores maſculi prædeſuncti,donec durat linea maſculina. Vbi etiam tractatur materia iuris accreſcendi: & an portio fœminæ, delata maſculo alienari poſſit,ſeu ad hæredes tranſmitti,ſtante excluſione temporali, & de effectu dictæ excluſionis temporalis.

Conſilium 7.

Statutum Vallis Topioi,diſponens,quòd, qui voluerit vendere rem ſuam,teneatur requirere habentem bona adiacentia, quomodo intelligendum. Quomodo vicini admittantur ad retractandum vigore ſimilis ſtatuti, & venditio fundi,reſeruata modica parte, nunquid cenſeatur facta in fraudem,& an excludat vicinum à retractu. In quibus caſibus euitari poſſit diſpoſitio dicti ſtatuti, & an omni caſu alienatio facta in fraudem ſtatuti,anoulletus.

Conſilium 8.

Statutum Peruſinum, admittenx ad ſucceſſionem ſorores, & matrem, & pro certa parte patruos,& præmortuorum patruorum deſcendentes, vterinis materteris & alijs excluſis,nunquid locum habeat,quando ſoli deſcendentes patrui ſuperſunt,nec cum eis ſorores,mater, & patrui concurrunt. An ſtatutum,excludens fœminas, extendi poſſit ad caſum formaliter non deciſum, & nunquid in eo locus ſit iuri accreſcendi, & ibi alia multa diſcutiuntur in materia ſimilis ſtatuti.

† 4 Conſi-

Digitized by Google

Conſilium 9.

Statutum Peruſinum, compellens partes ad compromittendum, quando locum habeat. Et an ſuper re clara, ſeu quæſtione iuris compromiſſum fieri debeat. Et nunquid impediatur per exceptionem pendentiæ litis, ſeu per inſtrumentum iuratum. Et in quibus caſibus renunciatio, facta à filia patri, infringi poſſit.

Conſilium 10.

Filia, excluſa à ſtatuto Serræ Comitum, vel ſimile, in quibus caſibus petere poſſit legitimæ ſeu dotis ſupplementum. Lateque diſcutitur, in quibus caſibus filia dotata debeat eſſe contẽta dote, & an per generalem diſpoſitionem cenſeatur ſublata legitima, ſeu eius ſupplementum: & quo modo conſideratur congruitas dotis. Et an dotata ab vno excludatur à ſucceſſione omnium perſonarum à ſtatuto alternatiue enumeratarum.

Conſilium 11.

Statuta Piſauri, & Aſſiſij, quæ excludunt fœminas à ſucceſſione, an locum habeat reſpectu bonorum, exiſtentium in territorijs ſtatuentium contra fœminas forenſes, maxime quando defunctus, & filius maſculus, qui vult ſuccedere, erant forenſes. Lateque declaratur, in quibus caſibus, & circa quæ ſtatuta afficiant forenſes, ſeu eis beneficium afferant.

Conſilium 12.

Statutum Nurſiæ, vocans ad ſucceſſionem proximiores, venientes ex latere patris, nunquid includat fœminas. Maſculinum quando concipiat fœmininum, & in quibus caſib. fœminæ includantur in diſpoſitione, ea qua vocãtur propinqui, proximiores, coniuncti, generatio, proles, agnati, proximiores ea parte patris, vel ſimiles. Et an ſtatutum in capite incluſiuo iudicetur fauorabile, & ſit extendendũ.

Conſilium 13.

Caſtrum, exemptum, & liberatum à territorio Ciuitatis, an & quãdo regatur ſtatutis dictę Ciuitatis. Multaque adducuntur de effectu liberationis Caſtri à Ciuitate, & de vnione facta alteri Ciuitati, ſeu Regno. & in quibus caſibus ſtatuta loci ſuperioris obſeruari debeant in loco ſubiecto. Statutum loquens de ſucceſſione, an comprehendat mobilia, iura, & actiones. Emphyteoſis quo ordine deferatur ſucceſſoribus.

Conſilium 14.

Statutum Fani, prohibens plus dari ſeu relinqui ſecundæ vxori, ſeu filijs ſecundi matrimonij, quam vni ex primo matrimonio relictum fuerit, in quibus caſibus habeat locum. Et quid ſi fuerit relictum ſponſo filiæ ſecundi matrimonij. Vbi diſcutitur materia l. hac edictali. C. de ſecundis nupt. Et quando relictum vni perſonæ cenſeatur relictum in fraudem. Bona, conſignata viro pro dote æſtimata, in quibus caſibus acquirantur viro, & æſtimatio faciat emptionem, & nunquid illa ſint conferenda per mulierem in diuiſione hæreditatis facienda cum cohæredibus, vel precium eorum tantum veniat in collatione, & in quibus caſibus dos poſſit commutare de pecunia in fundum.

Conſilium 15.

Statutum Bictonienſe vel ſimile, quod cõcedit viro lucrum dotis, mortua vxore, matrimonio per carnalem copulam conſumato, vel muliere traducta ad domum viri, quo caſu locum habeat. Quomodo & per quos teſtes dicatur ſufficienter probata copula carnalis, & quando mulier dicatur traducta ad domum viri.

Conſilium 16.

Fœmina, à ſtatuto temporaliter excluſa, & Defunctis maſculis, ad reintegrationem vocata, ſi prædecedit maſculis, an ad deſcendentes hæredes ius redintegrandi tranſmittat, ſeu deſcendentes ea proprijs perſonis ad reintegrationem ſint admittendi, vbi multæ quæſtiones diſcutiuntur in materia tranſmiſſionis. An & quando nouum ſtatutum præterita, & pendentia, ſeu futura tantum determinet.

Argumenta conſiliorum duodecim ad iudicia pertinentium.

Conſilium 17.

Agens remedio can. redintegranda. 3. q. 1. vt obtineat, quæ probare debeat. Teſtes de vniuerſitate, pro ſua vniuerſitate. Vel de auditu deponentes quam faciant probationem. Quomodo probetur poſſeſſio vniuerſitatis maxime ex actibus ſingulorum de vniuerſitate. Tempus antiquum quod dicatur maxime in materia probationis. Teſtes inter alios examinati, & ſententia contra alium lata, quam probationem faciant contra tertium. Remedium dicti can. redintegranda. nunquid detur contra titulo poſſidentem, & an præſcribatur.

Conſilium 18.

Capitula producta ad probandum, quando iudicentur impertinentia, & non admittenda. Debitor in quibus caſibus poſſit ſoluere aliud pro alio; & quando ob impotentiã ſoluendi in pecunia poſſit vti remedio Auth. Hoc niſi. C. de ſolut. non obſtante iuramento. Reſtitutio in integrum nunquid per iuramentum, vel generalem diſpoſitionem cenſeatur ſublata. Minor, læſus in promittendo exceſſiuam dotem pro ſorore, an ſit in integrum reſtituẽdus, etiam conſtante matrimonio. Vbi diſcutitur, quomodo contractus claudicare poſſit. Statutum Eugubinum vel ſimile, concedens executionem inſtrumento, & admittens aliquas tantum exceptiones, cæteras reijciens, nunquid tollat reſtitutionem in integrum, & an illa impediat executionem. Exceptiones permiſſæ à ſtatuto contra inſtrumentum, per quam ſpeciem probationum probari poſſint.

Conſilium 19.

Actori, qui habuit proceſſum, vel alias ſcripturas, quas recuſat reſtituere, ſi allegat illas amiſiſſe, nũquid credatur cum iuramento, & an excuſetur, ſeu qua pęna puniendus ſit, ſi nõ probat amiſſionem. & ibi diſcutitur, qua pęna puniri debeat ſubtrahens, vel falſificans acta iudicialia, vel alias ſcripturas publicas. Amiſſio alicuius rei quõ, & quibus probationibus iuſtificetur, & quis ex ea excuſetur.

Conſilium 20.

Poſſeſſio quomodo probetur, vel retineatur, & qualiter ea quis priuetur, maxime ea immiſſione facta per ſententiam iudicis. & ibi late diſcutitur, quomodo debeat capi poſſeſſio vigore ſententiæ. An & quando res efficiatur litigioſa, & eius alienatio, lite pendente reddatur nulla. Sententia, lata contra eum, qui rem alienauit lite pendente,

te, nunquid exequi poſſit contra emptorem non citatum. & in quibus caſibus exetutio ſententiæ fieri poſſit ſine citatiune poſſeſſuris.

Conſilium 21.

Reconuentiu quo tempore fieri debeat, & an fieri poſſit poſt litem conteſtatam in cauſa appellationis coram iudice delegato, in cauſis ſummarijs, executiuis, ſeu poſſeſſorijs. & in quibus caſibus fiat ſimultaneus proceſſus, & habeat priuilegium prorogatiuum iuriſdictionis, & quomodo iuriſdictio valide prorogetur.

Conſilium 22.

Petitio hæreditatis ſeu publiciana in rem actio, quibus competat, & an intentari poſſit contra titulu poſſidentem, & quæ probanda ſint, vt in eis obtineatur.

Conſilium 23.

Priuatus poſſeſſione per contractum, à ſe metu, ſeu aliter nulliter geſtum, an & quando agere poſſit remedio poſſeſſorio pro ipſius poſſeſſione recuperanda. Contractus ob metum, quando reddatur nullus, & ex eo non trāſferatur poſſeſſio. Et in quibus caſibus metus excludatur; ſeu purgatus intelligatur.

Conſilium 24.

Inſtantia ſtatutaria ſubrogatur loco inſtantiæ iuris cōmunis, & eius naturam retinet. Statutum reſtringens inſtantiam, à iure communi interpretationem recipit. Si inſtantia appellationis non fuerit terminata infra tempus duorum menſium, præfixum à ſtatuto Peruſino, nunquid appellanti ex iuſta cauſa ſit ſubueniendum, vel appellatio remaneat deſerta.

Conſilium 25.

Tertius, veniens ad cauſam pro ſuo intereſſe, in quibus caſibus poſſit appellare à ſententia contra alium lata, & eius executionem impedire, & exceptionibus ex propria perſona ſibi competentibus vti. Venditor quomodo admittatur ad defenſionem emptoris, & nunquid poſſit vti exceptionibus, ſibi ex propria perſona competentibus, ſeu appellare à ſententia lata contra emptorem, maxime ſi eſt minor, ſeu clericus.

Conſilium 26.

Fideicommiſſarius in quibus caſibus agere poſſit; ſi prius ſibi non fuit facta reſtitutio fideicommiſſi ſaltem verbo ab hærede hæredis grauati. & in quibus caſibus iura & actiones tranſeant ipſo iure in fideicommiſſarium abſque aliqua reſtitutione fideicommiſſi.

Conſilium 27.

Sententia interlocutoria quæ dicatur, & quando ab interlocutoria appellari poſſit. Statutum, prohibens appellationē ab interlocutoria, quomodo intelligatur, & in quibus caſibus, eo non obſtante, poſſit appellari. Appellatio ſi non fuerit interpoſita coram iudice, qui iudicauit, nūquid ſuſtineatur. Ordo procedendi, à ſtatuto traditus, quādu dicatur de forma, & ſi non obſeruatur actus, reddatur nullus. Reſcriptum, impetratum ad lites, in quibus ſit ſubreptitium, & an ſtante ſubreptione tribuat iuriſdictionem.

Conſilium 28.

Sententia lata contra hæredem, an & quando noceat ſubſtitutis vel legatarijs non citatis, ſaltem per proclama, & nunquid ſubſtitutus ab ea appellare poſſit. Citatio eius, de cuius intereſſe agitur in conſequentiam, quandu ſit neceſſaria. Vbi etiam late diſſeritur, in quibus caſibus ſententia lata contra vnum noceat alijs non citatis.

Argumenta conſiliorum 28. ad varios contractus pertinentium.

Conſilium 29.

Filia, à ſtatuto excluſa, quando deficiente linea maſculina ſit reintegranda. Metus quibus præſumptionibus ſeu probationibus iuſtificetur, maxime in filia renunciante in manibus patris, & ex quibus excludatur, & quæ concurrere debeant, vt metus ſit iuſtus. & an ex eo contractus reddatur nullus, vel ſit annullandus. Cauſa ſeu ratione ceſſante, quandu ceſſet diſpoſitio. Renunciatio facta à filia patri fauore fratrum, & pro conſeruatione Cippi ſuæ domus, an & quando mortuis fratribus ſine filijs reſoluatur. & in quibus caſibus conditio, ſi deceſſerit, ſine filiis, non expiret per ſuperexiſtentiam filiorum, niſi viuant.

Conſilium 30.

Emptor nunquid teneatur ad vſuras pro rata precij non ſoluti, ſi non fuit in mora ſoluendi, & ſi venditio fuit facta pro certo preciu, & eo maiori, vel minori, prout æſtimabitur, & facta æſtimatione ad maiorem quantitatem precium aſcendere reperitur. & ibi late declaratur materia l. curabit. C. de actio. empt. & in quibus caſibus eius diſpoſitio procedat, ſeu ceſſet. Soluto precio quandu extinguatur ius competens pro vſuris: & quæ requirantur, vt locum habeat vſucapio triennij in fructibus perceptis.

Conſilium 31.

Pactum legis commiſſoriæ, vel illi ſimile quomodu cognoſcatur, & in quibus caſibus ſubſiſtat, ſeu reprobetur, & an confirmetur iuramento. Pactum inter debitorem, & creditorem, quòd ſi debitor tali die pecunias non reſtitueret, ex tunc intelligantur in ſolutum conſignata creditori aliqua bona, an & quando valeat. Ibique late diſcurritur, in quibus caſibus contractus pręſumatur vſurarius, & quomodo iuſtificetur iuſtus rei valor.

Conſilium 32.

Emancipatio filij in quibus caſibus, & quomodo à patre fieri poſſit, & facta non ſubſiſtat. Et quando fuit emancipata filia infirma cum periculo mortis, quæ ſtatim fecit teſtamentum ad commodum patris emancipatis, nūquid emancipatio, & teſtamentum valeant. Et ibi declaratur, in quibus caſibus præſumatur dolus. Et an ex eo infringatur actus, etiam in quantum concernit commodū tertij. fraus ex actu geſto tempore grauiſſimæ infirmitatis, quo caſu præſumatur. filia familias an & quando teſtari poſſit ſaltem cum conſenſu patris, & an ſaltē eius diſpoſitio in aliquo ſuſtineatur in vim donationis cauſa mortis. ſtatutum Eugubinum exigens conſenſum viri, ſeu cōſanguineorum in teſtamento vxoris, an valeat, & in quibus caſibus habeat locum, & quando in actu exigitur conſenſus viri, ſeu conſanguineorum, ſi haberi non poteſt, quid ſit agendum.

Conſi-

Conſilium 33.

Scientia, ſeu ignorantia teſtamenti in quibus caſibus præſumatur in hæredibus, maxime in filijs & alijs ſucceſſuris ab inteſtato, & quomodo probetur. Per diuiſionem factam inter hæredes, an cenſeatur renunciatum fideicommiſſum, & de importantia clauſularum diuiſionis.

Conſilium 34.

Inuentarium ab hærede quomodo fieri debeat, vt ſit legitimum, & ſi hæres in eo non poſuit omnia bona, an & quando priuetur beneficio ipſius, vel pœna dupli tantum puniatur, ſeu in totum excuſetur.

Conſilium 35.

Bona omnia non fuiſſe per hæredem poſita in inuentario probari debet per aſſerentem, & in quibus caſibus præſumatur hæredem ſcienter ea omiſiſſe. Dolus hæredis quando præſumatur, & quis ſit dolus verus, manifeſtus, ſeu præſumptus, & per quas probationes iuſtificetur. De dolo qualiter conſtare debeat, vt hæres, qui omiſit deſcribere omnia bona in inuentario, priuetur eius beneficio.

Conſilium 36.

Emphyteota an & quando poſſit diuidere, ſeu alienare rem emphyteoticam, vel aliter de ea diſponere, & ſi fuerit alienata, nunquid reuertatur ad alios comprehenſos in inueſtitura, vel ad dominum directum, & quid in feudo. Frater, ſi in diuiſione facta cum fratre renunciauit in fauorem fratris & ſucceſſorum iuri, quod habet in re emphyteotica, nunquid perpetuo excludatur fauore quorumcunque, vel fratre mortuo ſine ſucceſſoribus emphyteoſis capacibus, ad illam reintegretur.

Conſilium 37.

Donatio facta ab eo, qui affirmatiue vel negatiue tantum reſpondere poterat, nunquid valeat. Mutus, ſeu mutaſter quis appelletur, & quos contractus ſeu teſtamentū facere poſſit: & quomodo notarius de eis conficere debeat inſtrumentum. Donatio omnium bonorum in quibus caſibus valeat, maxime ſi fuit facta abſenti, & quomodo ex ſtipulatione vnius alteri ius acquiratur.

Conſilium 38.

Societates contractæ ſuper officijs vrbis, quibus, per quos, & quo tempore ſint renunciandæ, ſeu vt dicitur, diſdicendæ, & an illis diſdictis debeantur fructus, & quid ſtante pacto. Ratificatio quibus in caſibus fieri poſſit, & quando retrotrahatur.

Conſilium 39.

Donatio omnium bonorum, an & in quibus caſibus valeat; & an ſtipulatio, ſeu clauſula precarij in hoc aliquid operetur. Pactum in quibus caſibus tranſeat ad hæredes, & an liberatio facta debitori, proſit ipſius hæredibus.

Conſilium 40.

Pactum inter fratres, vt altero decedente ſine filijs, eius portio deueniat ad ſuperuiuentes, an & quando valeat: vbi late diſcutitur, quod dicatur pactum de futura ſucceſſione, ſeu inducens votum captandæ mortis, & an illud valeat, ſeu confirmetur iuramento, & per quos actus intelligatur ſublata facultas libera teſtandi.

Conſilium 41.

Prædium, pro dote conſignatum viro pro certo precio, an dicatur dotale, vel ſit effectum proprium viri, ita vt, ſoluto matrimonio, non ſit reſtituendum vxori, ſeu vxoris hæredibus, & quomodo poſſit fieri commutatio dotis de pecunia in fundum.

Conſilium 42.

Donatio, facta à minore cum iuramento, nunquid valeat, & quomodo conſideretur læſio in contractu donationis. Et an minor, ex ea læſus, in integrum reſtituatur, & ibi late diſcutitur, quos effectus operetur iuramentum in contractu minoris. Donatio numquid reſcindatur, ſi donator commiſerit homicidium.

Conſilium 43.

Donatio in quibus caſibus reuocetur per ſuperuenientiam liberorum, & quomodo donatio iudicetur inofficioſa, & vt talis à filijs in totum ſeu pro parte infringē poſſit.

Conſilium 44.

Emptor quo caſu teneatur venditori ad vſuras pro rata precij non ſoluti: & quid ſi venditor non ſeruauit promiſſa pro parte ſua, & emptor non fuit in mora ſoluendi precium, & in caſu, in quo tenetur, an debeantur vſuræ correſpectiuæ ad fructus perceptos tantum, vel etiam vltra eos; ibi late tractatur materia l. curabit. C. de actio. empt.

Conſilium 45.

Quando mulier & maritus vendunt, ſeu aliter fatentur recepiſſe pecunias, ad quē perueniſſe præſumatur, & quomodo probetur perueniſſe ad mulierem, & ſi mulier cum viro ſe obligauit, nunquid obligatio mulieris ſuſtineatur, maxime ſi iurauit. Ibique diffuſe diſſeritur materia Authen. ſi qua mulier. C. ad Senat. Conſult. Velle.

Conſilium 46.

Donatio quo caſu præſumatur ſimulata, quomodo ſimulatio probetur, & quæ requirantur, vt de ſimulatione opponi poſſit, & an iuramentum excludat exceptionem ſimulationis.

Conſilium 47.

Donatio qualiter iudicetur remuneratoria, ſeu ſimplex, maxime ob clauſulas poſitas in inſtrumento donationis. Qualiter conſtare debeat de meritis, & an illa probentur per aſſertionem donatoris, confirmatam iuramento. Donatio remuneratoria an reuocetur ſuperuenientia liberorum, & quæ merita impediant eius reuocationem.

Conſilium 48.

Augmentum dotis, conſtitutum ex parte viri, an & quando ſit donatio propter nuptias. In quibus caſibus

Digitized by Google

bus ſuſtineatur donatio facta à viro ſene, ſeu ignobile, mulieri iuueni ſeu nobili. & nunquid augmentum dotis, ſeu donatio propter nuptias, ſoluto matrimonio morte viri, acquirantur vxori, vel vxoris hæredibus.

Conſilium 49.

Tranſactio quando reſtringatur ad ſpecificata tantum, ſeu ad omnia alia etiam non expreſſa extendatur. & late declaratur materia l. ſi de certa. C. de tranſactio.

Conſilium 50.

Debitor in quibus caſibus conſtituatur in mora, & in quibus excuſetur ab vſuris, ſeu ad illas teneatur creditori, ſiue fuerit in mora, ſiue non. Intereſſe quomodo conſideretur: & an habeatur ratio intereſſe ipſius intereſſe.

Conſilium 51.

Emphyteoſis eccleſiaſtica, ad quos ſit tranſitoria. & quando fœmina in defectu maſculorum ad illam admittatur, an intelligatur vocata tranſuerſalis, ſeu deſcendens. Emphyteoſis per alienationem, vt ad dominum redeat, quæ requirantur, & ſi fuit alienata pro parte, an deuoluatur in totum. Caducitas ob alienationem quando per ſucceſſores declarari poſſit. finita emphyteoſi quibus in caſibus dominus directus teneatur illam renouare conſanguineis, & ſi tenetur, quomodo ſit concedenda.

Conſilium 52.

Secundus emptor, cui fuit tradita poſſeſſio in quib. caſibus præferatur primo emptori de iure communi. & quid dicendum, ſtante ſtatuto Peruſino diſponente, quod primus præferatur, licet ſecundus poſſeſſionem fuerit adeptus. Venditio quomodo probetur, & an contractus dicatur perfectus, ſi partes conuenerunt, quòd perficeretur, in ſtrumentũ. Ius congrui nunquid per Bullam Pij Papæ V. cenſeatur reuocatum per totum ſtatum eccleſiaſticum.

Conſilium 53.

Hæres conficiens inuentarium, quam formam ſeruare teneatur; & an debeat ſcribere bona cum eorum numero, menſura, pondere, precio, & alijs qualitatibus & quid dicendum, ſtante conſuetudine. & quando priuetur beneficio inuentarij, ſi in eo non appoſuit omnia bona. & ibi multa adducuntur pertinentia ad conſuetudinem, & eius probationem.

Conſilium 54.

Quando fœmina ſuccedat in emphiteoſi, cõceſſa vſque in tertiam generationem pro maſculis & fœminis, maxime ſtante ſtatuto excluſiuo fœminarum propter maſculos. & quid ſi fuit conceſſa pro vna fœmina, non exiſtentibus maſculis. & ſi fuit conceſſa pluribus, quando fœmina, deſcendens ab vno, excludat maſculos deſcendentes ab alio. Nunquid in inueſtitura, facta alicui pro ſe, filijs, & nepotibus vſque in tertiam generationem finitam, ſeu completam, includantur pronepotes. & in quibus caſib. locum habeat ius accreſcendi in emphyteoſi antiqua vel noua, vni tantum vel pluribus conceſſa. Ibique late declaratur cap. 1. de duobus fratri. à cap. inueſtitis in vſib. feudo.

Conſilium 55.

Procurator in quibus caſibus poſſit ſubſtituere alium, remittere caducitatem ſeu nouum emphyteotam recipere. Dominus directus, conſentiens alienationi emphyteoſis, factæ ab eo, qui emerat ſine conſenſu domini, an & quando cenſeatur remiſiſſe caducitatem præcedentem. Caducitas per receptionem canonis in quibus caſibus intelligatur remiſſa. & per quos remitti poſſit, & an incurſa tempore anteceſſoris declarari poſſit per ſucceſſorem domini & contra ſucceſſorem emphyteotæ. Prælatus Eccleſiæ collegiatæ in quibus ſine conſenſu Capituli præiudicare poſſit Eccleſiæ, & an poſſit remittere caducitatem. Bona quæ dicantur ſolita concedi in emphiteoſim. Ignorantia ſeu ſcientia caducitatis, & aliorum factorum quando præſumatur, & quomodo probetur, & an ſtetur iuramento.

Conſilium 56.

Emphyteota in quibus caſibus priuetur iure ſuo, ſi nõ ſoluit canonem. & ſi iurauit, an ſufficiat defectus ſolutionis per vnum annum; & nunquid excuſetur, ſi eſt diuerſi fori.

Argumenta conſiliorum vigintiduorum de vltimis voluntatibus.

Conſilium 57.

Conditio, ſi deceſſerit ſine filijs, an & quando deficiat per ſuperexiſtentiam fœminæ. & ibi late diſcutitur, nunquid ex inſtitutione maſculorum, & excluſione fœminarum præſumatur teſtatorem voluiſſe conſeruare agnationem, & maſculos tantum ponere in conditione, maxime ſtante ſtatuto excluſiuo fœminarum propter maſculos. Et an filiorum appellatione veniat fœmina. In quibus differant illegitimi à legitimis, & de ipſorum iuribus.

Conſilium 58.

Alienationis prohibitio, facta à teſtatore, quomodo intelligatur, & quam alienationem comprehẽdat. Filius ſeu alius hæres, inſtitutus cum prohibitione alienationis ſub pœna, in quibus caſibus alienare poſſit, prohibitione non obſtante, & an pro legitima & Trebellianica: Vel, ſi eſt frater, pro ſua portione, ſi bona cum teſtatore indiuiſa poſſidebat, Vel pro redimendis alijs bonis; & quæ ſeruare teneatur in alienando. Hæres grauatus reſtituere poſt mortem cum prohibitione alienationis, nunquid poſſit ſuum creditum deducere ex hæreditate, ſiue eam adiuerit cum beneficio inuentarij, ſiue non, & an poſſit ſibi ipſi ſatisfacere, etiam pendente conditione. Inſtitutio quando ſit conditionalis, & quando modalis.

Conſilium 59.

Diuiſio bonorum, facta à patre inter filios, an ſuſtineatur, & quo iure. & quando valeat donatio facta à patre filijs. Trebellianica filijs primi gradus, nunquid poſſit prohiberi. & quando alienata per filium in quartas imputentur. Diuiſio inter fratres quo caſu præſumatur ex poſſeſſio ne pro diuiſo. & an homicida, qui nondum fuit condemnatus, reddatur inteſtabilis; & de delicto poſt ipſius mortem quæri poſſit.

Conſilium 60.

Filijs grauatis nunquid intelligantur grauati nepotes, poſiti in conditione, quo caſu filiorum appellatione contineantur nepotes, & pluralitas reſoluatur in ſingularitates. Conditio, ſi deceſſerit ſine filijs, an expiret, ſi filius ſupervixit,

reuixit, qui parum poſtea deceſſit, & in quibus caſibus ſubſtitutum, facta vltimo decedenti, inducat reciprocum fideicommiſſum.

Conſilium 61.

Legatum in quibus caſibus per alienationem, ſeu exactionem rei legatæ intelligatur ademptum. Reſtitutio in integrum aduerſus rem iudicatam per quem concedi valeat, & quæ requirantur, vt per inſtrumenta de nouo reperta competat. Reſcriptum præſertim gratioſum quomodo interpretandum, & quæ ſint probanda, vt ſuffragetur.

Conſilium 62.

Mors ciuilis per profeſſionem, bannum, aut aliter in quibus caſibus æquiparetur naturali, & habeat eundem effectum, ſi hæres, grauatus reſtituere hæreditatem ſub conditione, ſi deceſſerit ſine filijs, profitetur religionem incapacem bonorum, nunquid ſubſtitutus ſtatim admittetur ad fideicommiſſum, & in quib. caſibus monaſteriũ, quod grauatus fuit ingreſſus, excludat ſubſtitutum.

Conſilium 63.

Legatum, vt comprehendat bona futura, quibus verbis debeat eſſe conceptum. & in quibus caſibus bona, per teſtatorem acquiſita poſt teſtamentum, comprehendantur in legato. ex bonis, ſubiectis reſtitutioni fideicommiſſi, quæ detrahi poſſint. Quo caſu legatum cẽſeatur relictum animo compenſandi, & cum quibus compenſetur. Legatum quomodo late interpretetur ratione coniunctionis. Diſpoſitio generalis, quæ in vno tantum poteſt verificari, quo caſu illud contineat. Trebellianica nunquid amittatur per confectionem inuentarij. & an in ea imputentur fructus etiam filijs primi gradus Legitima filiorum maſculorum quanta ſit, ſtantibus fœminis, exclusis à ſtatuto. & an dos, præſeruata filiæ per ſtatutum, ſuccedat loco legitimæ, & imputetur in legitimam maſculorum.

Conſilium 64.

Legitimatio per quos, & quomodo fieri debeat, vt legitimatus excludat ſubſtitutum, & quid ſi legitimatio fuit obtenta ab Imperatore, & legitimatus & bona ſunt ſubiecta in temporalibus Eccleſiæ; Vel in legitimatione adeſt clauſula, ſine præiudicio venientium ab inteſtato, maxime ſi eſt ſubſtituta Eccleſia; Naturalis quis ſit, & quo caſu excludat ſubſtitutum. Conſtitutio Pij Papæ Quarti, reuocatoria facultatum legitimandi in præiudicium fideicommiſſi, quomodo intelligenda. Remedium l.fi. C.de edict. diu. Adri.tollen. quando competat fideicommiſſario ante verbalem reſtitutionem. Trebellianica an detrahi poſſit de relicto ad pias cauſas: & alienata imputentur in legitimam etiam inuito grauato.

Conſilium 65.

Frater & filius, ad fideicommiſſum vocati, vtrum ſuccedant ſimul, vel admittantur ordine ſucceſſiuo. & ibi declaratur effectus inſtitutionis factæ ordine ſucceſſiuo. Filij, poſiti in conditione, quibus caſibus cenſeantur vocati diſpoſitiue. & an maſculi tantum, vel etiam fęminæ. Fœmina, excluſa à ſtatuto, quando ſit reintegranda, deficiente linea maſculina, & ad quam portionem.

Conſilium 66.

Inuocatio nominis Domini, Annus, Indictio, nomen Pontificis, ſeu Imperatoris, ſi deficiunt in inſtrumento, nunquid valeat. & quæ ſolemnitates requirantur ad validitatem inſtrumenti. Teſtamentum, quod caret aliquo ex prædictis, an ſuſtineatur, maxime inter liberos, vel ſi eſt antiquum, & quod tempus iudicetur antiquum: Quo caſu ex nota, non reperta inter alias rogationes notarij, poſſit ſumi publicum inſtrumentum, ſtante maxime diſpoſitione ſtatuti Peruſini libr. 2. Rubr. 41. Ex productione ſeu approbatione teſtamenti, ſeu alterius inſtrumenti nulli, quod præiudicium inferatur, & quod ſi fuit facta à procuratore. Lateque diſcutitur, quomodo ex productione reſultet confeſſio, & de effectu confeſſionis, maxime factæ à procuratore.

Conſilium 67.

Sed contra. ibi. num. 46. cum ſeqq. vbi declaratur.
Inſtrumentum productum plene probat contra producentem. conſ. 66. num. 14
Etiam ſi caret ſolemnitatibus. ibi. nu. 15. & nu. 20
Nec amplius impugnari poteſt. ibi. num. 16
Inſtrumentum, quod caret die, & conſule, ſuſtinetur, & habetur pro publico contra illum, qui faſſus fuit vera eſſe contenta in eo. conſ. 66. num. 21
Sed contra. ibi. num. 65. vbi declaratur.
Inſtrumentum vt faciat fidem, prius conſtare debet notarium de eo fuiſſe rogatum. conſ. 66. num. 31
Inſtrumentum ſumi non poteſt ex ſcriptura non reperta inter alias rogationes notarij, ſed illud præſumitur imperfectum. conſ. 66. num. 35. & num. 96
Inſtrumentum etiam authenticum non facit fidem, quando reperiuntur prothocolla notarij eiuſdem temporis, non lacerata, & inter ea illud non inuenitur. conſ. 66. num. 36
Quod qualiter procedat, declaratur. ibi. num. 36
Inſtrumentum præſumitur validum, quando non caret aliqua ſolemnitate. conſ. 66. num. 38 (nu. 39
Intellige, ſi fuit redactũ in publicam formam, alias ſecus. ibi.
Et niſi conſtet de inualiditate, cum præſumptio illa validitatis admittat probationem in contrarium. ibi. num. 40
Inſtrumentum redditur nullum ex omiſſione ſolemnitatum, quamuis ex imperitia, ignorantia, & negligentia notarij fuiſſent omiſſa. conſ. 66. num. 43
Inſtrumentum authenticum ſumi non poteſt ex prothocollo, carẽte tempore, Indictione, ſeu alia ſolemnitate. conſ. 66. n. 96
Inſtrumentum, ſumptum ex prothocollo, non facit maiorem fidem, quam faciat prothocollum, ex quo fuit ſumptum, & ſi prothocollum eſt nullum, pariter eſt nullum inſtrumentum. conſil. 66. num. 101
Inſtrumentum nullũ defectu ſolemnitatum, Princeps de poteſtate ordinaria validum reddere non poteſt. conſ. 66. nu. 103
Inſtrumentum facit ius clarum, & manifeſtum, ac euidentem probationem. conſ. 86. num. 1
Inſtrumentum dicitur veritas apparens, & probatio probata. conſ. 89. num. 16
Intellectus ille in dubio recipitur, qui minus deuiat à iure communi. conſil. 64. num. 45
Et ille, qui magis innititur æquitati. ibi. num. 46
Intellectus, qui repugnat menti teſtatoris reijcitur. c. 69. n. 29
Intellectus ille ſumitur, quem rerum exitus, & obſeruantia partium demonſtrat. conſ. 91. num. 40
Interdictum, quod competebat contra venditorem, competit etiam contra emptorem. conſ. 22. num. 15
Intereſſe poteſt taxari per iudicem, etiam nulla facta liquidatione. conſ. 30. num. 22
Et ad quam quantitatem. ibi. nu. 22
Intereſſe debetur principaliter, & iure actionis, quando debetur ex promiſſione. conſ. 30. num. 51
Intereſſe, quod debetur iure actionis, poteſt peti etiam ſoluto principali. conſ. 30. nu. 52
Etiam ſi tempore receptæ ſortis non fuiſſet facta aliqua proteſtatio. ibi. num. 52
Intereſſe damni emergentis debetur ẽt ſine mora. conſ. 50. n. 15
Maxime quando fuit deductum in conuentione. ibi. nu. 15
Intellige in intereſſe dãni emergentis, declarando vt ibi. n. 41
Et etiam debetur intereſſe ipſius intereſſe. ibi. nu. 16
Intereſſe ipſius intereſſe nõ debetur, quando agitur de intereſſe lucri ceſſantis, & non debetur principaliter tanquam ſors. conſ. 50. num. 28
Intereſſe vt peti poſſit, quomodo ſit probandũ, ſiue agatur de intereſſe lucri ceſſantis, ſiue damni emergentis. conſ. 50. n. 30
Interficere aliquem pro ſui defenſione permittitur impune, conſil. 99. num. 9
Interlocutoria grauis, ac multum præiudicialis non poteſt proferri ſine citatione partis. conſ. 28. num. 17
Secus ſi ſit nullius, aut modici præiudicij. ib. num. 17
Interlocutoria dicitur, quæ profertur inter principium, & finẽ cauſæ ſuper quæſtionibus incidentibus. conſ. 27. num. 15
Interrogatoria facienda teſtibus, examinandis pro reo in cauſa criminali, non dantur per accuſatorem. conſ. 101. nu. 50
Interrogatus ſi quis fuiſſet, quod idem reſpõdiſſet, intelligitur, quando coniecturæ mentis diſponentis eliciuntur ex ipſa diſpoſitione, & in diſpoſitione fauorabili, non autem in diſpoſitione ſtatuti iuris communis correctorijs. cõſ. 1. n. 61. & 62
Interrogatus ſi quis fuiſſet, quòd ita reſpondiſſet, intelligitur, quando ex verbis, in diſpoſitione prolatis, id certitudinarie percipitur, alias ſecus. conſ. 16. num. 61
Nec regula illa procedit in ſtatutis. ibi. nu. 63
Interpellatio alterius nomine fieri non poteſt, niſi ab eo, qui habet mandatũ ſpeciale, vel generale ad negocia. cõſ. 38. nu. 16
Interpretatio, ſumpta à ratione, magis dicitur intellectiua, quã extenſiua. conſ. 1. num. 8
Interpretatio mentis imaginariæ ſtatuti non attenditur, ſed conſiderantur verba. conſ. 1. nu. 42

Interpretatio, quando permitititur, illa debet eſſe naturalis, & litteralis, non extrinſeca. conſ. 1. nu. 44
Interpretatio ſemper ſumitur, per quam ius commune minus corrigatur. conſ. 2. nu. 9
Interpretatio illa in dubio recipitur, per quam euitatur periculum animæ. conſ. 31. nu. 27
Declaratur. ibi. nu. 78
Interpretatio benignior ſequenda eſt. conſ. 58. n. 42. c. 72. n. 16
Interpretatio lata ſumitur in teſtamentis quoad omnia in eis contenta. conſ. 62. nu. 30
Interpretatio, quæ fauet agnationi, ſumenda eſt etiam contra alias perſonas coniunctas. conſ. 63. nu. 57
Interpretatio in teſtamentis fit ſecundum tempus mortis teſtatoris, ſed habitu conſideratione ad intellectum verborum ſecundum tempus conditi teſtamenti. conſ. 63. nu. 71
Interpretatio illa in dubio eſt capienda, quæ magis fauet agnationi. conſ. 71. nu. 41
Interpretatio benigna in pęnalibus fieri debet, etiam reſtringendo promiſſionem. conſ. 111. nu. 56
Interpretatio illa in dubio eſt capienda, quæ tendit ad abſolutionem. conſ. 105. num. 61
Inteſtuti cauſa ceſſat, ſtante teſtamento. conſ. 89. nu. 43
Inteſtatus dicitur proprie, qui potuit teſtamentum facere, & non fecit, ſecus ſi non potuit, vt pupillus, furioſus, & ſimilis, quia improprie inteſtatus dicitur. conſ. 5. nu. 52
Inteſtatus, & ab inteſtato decedere dicitur, qui non fecit teſtamentum. conſ. 78. num. 27
Inteſtatus, verbum, & ab inteſtato parificantur, & inter ea nulla adeſt differentia. conſ. 5. nu. 53. & nu. 78
Intruſus non dicitur ille, in quem fuit facta alienatio rei litigioſæ poſt peremptam inſtantiam. conſ. 20. nu. 37
Inualidum, & nihil æquiparantur. conſ. 32. nu. 86
Inuentaria ab hæredibus qualiter Peruſiæ de conſuetudine conficiantur. conſ. 53. nu. 6
Inuentarij ſolemnitates quare fuerint introductæ. c. 34. nu. 22
Inuentarium ab hærede non fuiſſe factum, vel in eo omnes res non fuiſſe deſcriptas parificantur. conſ. 34. nu. 13
Inuẽtarium, ſi redditur nullum ob omiſſas ſolemnitates, fortius annullatur, ſi in eo non apponuntur omnes res. conſ. 34. n. 23
Inuentarium, vt ſit legitimum, in eo deſcribi debent omnes res cum earum qualitatibus, quantitatibus, pondere, menſura, & pretio, alias non valet. conſ. 34. nu. 32
Inuentariũ impugnãs, ex eo qđ hæres nõ appoſuit in eo oẽs res, probare debet plura bona reperiri in hæreditate. c. 35. nu. 3
Inuentarium ab hærede ſatis eſt confici bona fide coram iudice, & teſtibus, ac vocatis vocandis. conſ. 53. nu. 4
Inuentarium, factum iuxta conſuetudinem patriæ, tenet, & hæres poteſt vti eius beneficio. conſ. 53. nu. 5. & nu. 22
Inuentarium non irritatur, quando hæres bona fide omiſit aliqua ex his, quæ in eo erant apponenda, ſecus ſi doloſe fuerunt omiſſa. conſ. 53. nu. 15. & nu. 33
Extende, quòd nec irritatur, ſi per culpam leuiſſimam, ſeu iuſtum errorem aliquid fuiſſet omiſſum. ibid. nu. 16
Inuentarium non operatur, quin hæres voluntatem teſtatoris ſeruare teneatur. conſ. 58. nu. 2
Inueſtituræ tenor principaliter attenditur, nec ab eius verbis receditur. conſ. 51. nu. 1. & nu. 37
Io. Pauli Lancellotti I.C. Peruſini laudes. conſ. 89. nu. 8
Ira motus qui aliquid facit, excuſatur à pęna. conſ. 105. nu. 47
Iudex ex diuerſis præſumptionibus, & coniecturis poteſt proferre ſententiam. conſ. 15. nu. 8
Iudex moueri poteſt ad iudicandũ ex diuerſis præſumptionib. & coniecturis, quæ ipſum inducãt in credulitatẽ. c. 17. n. 74
Iudex, concedens executionem contra aliquem, cenſetur illam concedere contra nominatum in ſententia, & illius bona, non autem contra bona poſſeſſa per alium. conſ. 20. nu. 25
Iudex ex cauſa prorogare, & reſtringere poteſt etiam terminum legalem. conſ. 27. nu. 40
Iudex, cui fuit commiſſa cauſa grauaminis, non poteſt procedere ad aliquem actum, niſi terminato prius articulo grauaminis. conſ. 27. nu. 59
Iudex poteſt taxare fructus ſeu intereſſe, etiam nulla facta liquidatione. conſ. 30. nu. 22
Et ad quam quantitatem. ibi. nu. 22.
Iudex dẽt proferre ſñiam conformem libello. conſ. 94. num. 40
Iudex appellationis de his tantum cognoſcere poteſt, de quibus poterat cognoſcere primus iudex. conſ. 94. nu. 43
Iudex habens poteſtatem iudicandi, ſola veritate inſpecta, poteſt iudicare ſuper cauſa probata, quamuis non fuerit deducta in libello. conſ. 94. nu. 49
Amplia, quòd iudicare poteſt etiam ſuper libello inepto, & continente remedia contraria. ibi. nu. 50
Iudex, declarans cauſam eſſe compromittendam vigore ſtatuti, cenſetur reijcere exceptionem, oppoſitam ad impediendum compromiſſum. conſ. 84. nu. 35
Iudex, cui fuit commiſſa cauſa appellationis à grauamine cũ toto negocio principali, nõ põt procedere ſuper negocio principali, niſi prius iuſtificato grauamine. conſ. 94. nu. 60
Fallit, quando ex facie reſcripti apparet fuiſſe demandatam cognitionem ſimul & ſemel ſuper articulo grauaminis, & negocij principalis. ibi. nu. 61
Iudex ſemper attẽdere dẽt, quod eſt veriſimile. conſ. 102. n. 52
Iudex ad torquendum debet eſſe promptior. conſ. 106. nu. 8
Iudex, cui fuit commiſſum, vt contra aliquem inquirat, & procedat, debet procedere, ſeruata forma iuris, & præcedentibus indicijs. conſ. 108. nu. 15
Iudex ante oĩa attendere dẽt veroſimilitudinẽ. conſ. 108. n. 48
Iudex nunquam debet procedere ad condemnationem ex confeſſionibus factis in tortura, niſi reus illas declarauerit ſignis, quæ oſtendant eas eſſe veras, & iudex cognoſcat eas eſſe veriſimiles. conſ. 108. nu. 49
Iudicare oportet potius ſecũdũ ius cõe, quàm ſtatutariũ, diuerſum à iure communi, quando de eodem actu poteſt iudicari ſecundum ius cõmune, & ſecundum municipale. conſ. 5. n. 59
Iudices laici in clericos nullam hñt iuriſdõnem. conſ. 3. nu. 20
Iudices duo ex trib. quod faciunt, nulliter faciũt. cõſ. 66. n. 105
Quod qualiter intelligatur, declaratur. ibid. nu. 105
Iudici, formanti inquiſitionem contra aliquem, non creditur, ſi aſſerit præceſſiſſe diffamationem. conſ. 108. nu. 12
Iudicis officium competit, quãdo lex dirigit verba in iudicem. conſ. 30. nu. 11
Iudicis officium mercenarium, competens pro vſuris, extinguitur, ſoluta ſorte principali. conſ. 30. nu. 13
Iudicis officiũ nobile de iure canonico cõceditur, quãdo deficit actio, ne quis cum iactura alterius locupletetur. c. 30. nu. 53
Amplia etiam de iure ciuili, concurrente æquitate. ibi. nu. 54
Iudicis officium non præſcribitur minori ſpacio triginta annorum, quando non datur pro fructibus, ſed pro vſuris loco intereſſe. conſ. 30. nu. 73
Iudicis auctoritas, inordinate & nulliter procedentis, nihil operatur. conſ. 82. nu. 37
Iudicis partes in confeſſis nullæ ſunt, niſi in condemnando, & exequendo. conſ. 11. nu. 41
Iura, & actiones, quæ competunt pro pecunia, ſeu mobilibus, concomitantur perſonam creditoris, & de eis iudicatur, ſicut de perſona creditoris. conſ. 13. nu. 20
Subijciuntur ſtatuto, ſicut ſubijcitur perſona. ibi. num. 21
Et iudicantur de territorio creditoris, cui ius competit ſecundum communem. vt ibi. nu. 22
Licet ſecundum alios iudicentur eſſe de territorio loci contractus. ibid. nu. 23
Vel loci, in quo eſt facienda exactio. ibi. nu. 24
Iura omnia tranſeunt in fideicommiſſarium poſt verbalem reſtitutionem fideicommiſſi. conſ. 26. nu. 5
Et in alijs multis caſibus tranſeunt ipſo iure. vt ibi. à num. 9. vſque ad nu. 20
Cætera vide in verbo Fideicommiſſario.
Iuramenti vinculum eſt perſonale, nec tranſit ad hæredes re-

ſpectu

Digitized by Google

ſpectu periurij, ſecus quoad vinculum temporale, & obligatiuum, & efficaciam obligationis inductam per iuramentum. conſ.31.nu.64
Iuramenti vinculum reſpectu periurij non tranſit in hæredem, ſed bene tranſit eius virtus ac vinculum, vt per hæredem ſeruari debeat. conſ.42. nu. 17
Iuramento, interpoſito in cõtractu, dolo, ac per vim extorto, contrauenire poteſt ſine abſolutione, licet, ſi metus tantum interueniſſet, abſolutio ſit neceſſaria. conſ.9.nu.32
Iuramento ſtatur de ablatis, ſeu amiſſis, probato incendio, furto, vel ſimile caſu, alias ſecus. conſ. 19.nu.19
Iuramento probantur ea, quæ in animo conſiſtunt. c.55.nu.62
Iuramento ſtandum eſt circa ea, quæ dependent ab animo, vt ſi quis iurauerit non protuliſſe verba iniurioſa animo iniuriandi. conſ.96.nu.17
Iuramento probatur error, & ignorantia ad excluſionem falſitatis. conſ.109.nu.42
Iuramentum in contractu meticuloſo quoad partem contrahentem non obligat, nihilque operatur, & ab eo ſaltem abſolutio concedi debet. conſil.9.nu.22
Iuramentum impedit compromiſſum, quod fieri debet vigore ſtatuti ob periculum periurij, ſecus quando ceſſat periculum periurij. conſ.9.nu.26
Iuramentum habet eandem conditionem, quam habet principalis diſpoſitio. conſ.9.nu.27
Iuramentum intelligitur, rebus ſic ſtantibus. conſ.9.nu.28
Iuramentum excludit debitorem à beneficio. Auth. hoc niſi. C. de ſolut. conſ. 18.nu.2
Contrarium probatur. ibi. num.39.
Maxime quando ſuperuenit impotentia. ibi. num.44
Prima tamen opinio declaratur. ibi. nu.48
Iuramentum ſupplet defectum minoris ætatis, & eius obligationem conualidat. conſ. 18.nu.9
Tollitque beneficium reſtitutionis in integrum. ibi. nu.10
Declaratur procedere in iuramento præſtito in ampliſſima forma, & ceſſante enormi læſione. ibid. nu. 58. cum ſeqq.
Iuramentum non tollit beneficium, introductum miſerationis gratia, niſi ei in ſpecie fuerit renunciatum. conſ. 18. nu.49
Iuramentũ nõ operatur in his, quæ debent ſpecificari. c.10.n.50
Iuramentum in litem defertur etiam, quando non conſtat de vero dolo, ſed à iure tantum præſumitur. conſ. 19.nu.37
Iuramentum, metu extortum, non obligat parti extorquenti iuramentum, ſed ab eo recedi poteſt, ſaltem obtenta abſolutione. conſ.23.nu.44
Iuramentum, metu extortum, non obligat, & ab eo recedi poteſt, ſaltem obtenta abſolutione. conſ.29.nu.18
Iuramentum obligat ad obſeruantiam. conſ.31.nu.15
Iuramentum obligare iurantem ad obſeruantiam, vel confirmare contractum valde differt. conſ.31.nu.6
Iuramentum, quod non confirmat cõtractum, ſed obligat iurantem ad obſeruantiam, non nocet hæredibus. conſ.31.num.17
Iuramentum ſeruari debet, quando poteſt ſine interitu ſalutis æternæ. conſ.111.nu.2
Iuramentum quoad firmitatem contractus tranſit in hæredes. conſ.31.nu.56
Iuramentũ non confirmat pactum, ipſo iure nullum. c.31.n.65
Iuramentum habet vim certiorationis & ſcientiæ eorum, quæ ius diſponit. conſ.33.num.39
Iuramentum minores repræſentat maiores. conſil.33.nu.62
Facitque, quod cõtractus, qui alias eſſet nullus, ſubſiſtat. ib.n.63
Iuramentum, adiectum renũciationi, non alterat renũciationis naturam, ſed recipit omnes cõditiones, ac limitationes, quas recipit diſpoſitio, ſuper qua interponitur. conſ.36.nu.36
Iuramentum facit valere contractum eo modo, quo melius valere poteſt, quando interponitur ſuper inutili ſtipulatione. conſil.37.nu.41
Iuramentum requirit verba. conſ.37.nu.46
Intellige in valenti loqui, non in alio. ibi nu.48
Iuramentũ nõ validat id, quod eſt cõtra bonos mores. c.40.n.14
Intellige, quando eſt contra bonos mores de iure canonico, & nutritiuum peccati, ſecus ſi de iure ciuili, nec eſt nutritiuum peccati. ibi. nu.61. & 62
Iuramentum confirmat contractum factum, non ſeruata forma ſtatuti. conſ.40.nu.17
Niſi ſtatutum diſponeret, quòd inſtrumentum, aliter factum, præſumatur fraudolentum, & ſimulate factum, quia tunc iuramentum nihil operatur. ibi. nu.18
Sed contra. ibi. nu.68
Iuramentum, quod non vergit in diſpendium ſalutis æternæ, ſeruari debet, licet conuentio, ſuper qua fuit appoſitum, à lege ciuili eſſet improbata. conſ.40.nu.44
Iuramentum obligat etiam hæredem iurantis, qui tenetur ad illius obſeruantiam. conſ.40.nu.45
Iuramentum confirmat conuentionem, factam inter fratres, quòd bona decedentis deueniant ad alium, quando non continet futuram ſucceſſionem. conſ.40.nu.46. & num.62
Iuramentum facit valere actum per diſpoſitionem inter viuos, & tunc obligationem inducentem, non autem per aliquam diſpoſitionem vltimæ voluntatis. conſ.40.nu.58
Et facit contractum irreuocabilem. ibid. nu.70
Iuramentum obligat minorem ad eius obſeruantiam. c.42. n.9
Et contractum de iure nullum confirmat. ibi. nu. 10. & nu. 18
Etiam ſi alienat immobilia. ibi. nu.11
Et quomodocunque minor contrahat. ibi. num.12
Licet contraxerit ſine curatore, quem habebat. ibi. nu.13
Et ſolemnitates à ſtatuto, ſeu iure communi requiſitas omiſerit. ibi. nu.14
Iuramentum facit minorem maiorem. conſ.42. nu.15
Iuramentũ impuberis non confirmat contractum ab eo geſtum, ſed iuramentum puberis. conſ.42.nu.20
Iuramentum minoris non confirmat contractum, ab eo geſtu, quando errore ductus contraxit. conſ.42.nu.21
Seu ignorauit ſe eſſe minorem. ibi. nu.21
Iuramentũ recipit interpretationem, conditiones, ac limitationes, quas recipit diſpoſitio, ſuper qua fuit iuratum. c.43.n.4
Iuramentum non confirmat aſſertionem mulieris, aſſerentis recepiſſe pecunias, & in ipſius vtilitatem fuiſſe conuerſas, ſi illas cum viro recepit mutuo. conſ.45. nu.32
Nec promiſſionem mulieris de reſtituendo dictas pecunias validam reddit. ibi. nu.33
Iuramentum non confirmat contractum ipſo iure nullum. conſi. 45. num.34
Iuramentum nihil operatur, vbi adeſt dolus. conſ.45. nume.34
Iuramentum excludit exceptionem ſimulationis. conſ.46.nu.6
Sed contrariũ cõcluditur. ibi. nu.35. cum ſeqq. vbi declaratur
Iuramẽtum non confirmat contractum ſimulatum. c.46 nu.35
Iuramẽtum habet vim caſus expreſſi, & operatur, quòd de omni cauſa in genere cenſeatur cogitatum. conſ.49.nu.33
Iuramentum regulatur ſecundum naturam actus, ſuper quo interponitur. conſ.50.nu.32
Iuramentum de non alienando, inconſulto Romano Pontifice, quod ſolet præſtari per prælatum, præſumitur delatum. conſ. 55.num.16
Et operatur, quòd alienatio ſine licentia Pontificis fieri non poſſit etiam in caſibus, à iure permiſſis. ibi. nu.17
Intellige reſpectu periurij, quia alienatio tenet, non obſtante iuramento, ſed prælatus efficitur periurus. ibi. nu.18
Iuramentum habet vim interpellationis, & operatur, quòd debitor teneatur ſponte offerre, quod debet. conſ.50.n.3. conſil. 56.num.16
Et conſtituit debitorem in mora abſque alia interpellatione. dicto conſ.50.nu.3. & conſ.56.nu.17
Iuramentum ſupplet defectum inſinuationis donationis, ſi in ſpecie fuit renunciatum inſinuationi. conſil.59.nu.37
Iuramentum habet vim litis conteſtationis. conſ.82.nu.60
Et perpetuat actionem vſque ad 40. annos, infra quos non completur præſcriptio. ibi. nu.61
Amplia etiam in iuramento, præſtito extra iudicium per con

trahentes

Digitized by Google

trabentes in inſtrumento.ibid.num.62
Quę ampliatio ſaltẽ procedit, quãdo ſuit iuratũ omnia eſſe vera, licet in iuramẽto promiſſorio dubitent Doctores.ibi.n.63
Iuramentum in litem defertur contra doloſum.conſ.103.n.35
Iuramentum in litem non defertur contra eum, qui conuenitur pro facto ſeu dolo alieno.conſ.103.nu.36
Siue teneatur ex diſpoſitione legis, ſiue ex contractu.ibi.n.37
Iuramentum operatur, vt ſuſtineatur tranſactio etiam ſuper his, de quibus non pendebat lis.conſ.49.nu.36
Iuramentum ſupplet præſentiam abſentis.conſ.37. num.21
Iurans obligatur præciſe ad factum, nec liberatur præſtando intereſſe.conſ.18. num.3
Intellige, quãdo ſeruari põt, ſecus ſtante difficultate. ibi.n.37
Iuratæ aſſertioni an credatur circa ea, quæ conſiſtunt in animo. Vide Aſſertioni.
Iuratur in litem contra adminiſtratorem doloſum.c.109.n.58
Iure ſuo quilibet vti poteſt, in ipſius commodum, licet alteri noceat.conſ.32.num.2
Iuri offerendi non præſcribitur triginta annis ſaltem de iure canonico ob malam fidem.conſ.82.nu.36
Iuris communis correctio eſt odioſa, & omnis adhærentia, & redditus ad ius commune eſt fauorabilis. conſ.5.nu.60
Ius accreſcendi locum habet etiam inter coniunctos coniunctione legali.conſ.2. nu.31
Declarando, vt ibid. nu.31
Ius accreſcendi accreſcit portioni, non perſonæ, nec accreſcit ei, qui non habet partem.conſ.3.nn.32.conſ.8.nu.59
Ius accreſcendi eſt quædam quaſi ſubſtitutio ex mente diſponentis.conſ.6.num.9
Ius accreſcendi etiam in ſtatuto, excluſiuo fęminarum, locum habet in fauorem maſculi, altero excluſo per repudiationem, vel aliam cauſſam. conſ.6.nu.10
Ius accreſcendi locum non habet poſt emolumentum quæſitum, & in acquiſitorum reſolutione.conſ.6.nu.41
Ius accreſcendi euaneſcit poſt aditam hæreditatem.c.6. nu. 42
Ius accreſcendi, vel non decreſcendi locum habet inter plures, à lege vel ſtatuto vocatos.conſ.8.nu.8
Declaratur.ibid.num.62
Ius accreſcendi locum non habet inter coniunctos coniunctione legali.conſ.8.num.60
Quod qualiter procedat, declaratur.ibi.nu.60
Ius accreſcendi ſolum conſideratur in diſpoſitione teſtatoris, vel ſimili, quia dicitur tacita ſubſtitutio ex mente teſtatoris. conſ.8.nu.61
Ius accreſcendi ceſſat, quando ex eo magis corrigeretur ius commune.conſ.8.nu.63
Ius accreſcendi ceſſat inter ſuccedentes diuerſo iure. c.8.nu.64
Ius accreſcendi non procedit in fauorem eius, qui ſuccedit ex priuilegio.conſ.8.nu.66
Ius accreſcẽdi ẽt cõditionale trãſmittitur ad hæredes. c.16.n.6
Intellige in hærede neceſſario, non in alio.ibi. nu.49
Ius accreſcendi locum habet in emphyteoſi antiqua, à principio vni conceſſa.conſ.36.nu.1
Ius accreſcendi non habet locum in emphyteoſi, recepta à duobus fratribus.conſ.54.nu.17
Ius accreſcendi, ſeu non decreſcendi locum habet etiam in emphiteoſi, ſi illa ſuit conceſſa duobus inſolidum. c.54.num.22
Et quando expreſſè ſeu tacite actum eſt, vt habeat locum ius accreſcendi.ibid.num.23
Seu ſi in inſtrumento ſuit adiecta clauſula de vno in alterum reuertendo.ibid.num.24
Aut clauſula, Vſque in tertiam generationem.ibi.nu.25
Prout etiam ſi res fuit conceſſa duobus, vt poſt mortem ipſorũ filiorum, & nepotum reuertatur ad Eccleſiam. ibid.nu.26
Et ſi emphyteoſis antiqua renouatur duobus. ibid.nu.29
Dummodo res non fuerit incorporata Eccleſiæ, & in noua conceſſione non fuerit adiecta noua qualitas.ibi.dicto nu.29
Et etiam locum habet ius accreſcendi, ſeu non decreſcendi, ſi fuit facta conceſſio duobus ex cauſſa oneroſa.ibi.nu.30
Ius accreſcendi locum habet in emphyteoſi inter deſcendentes vnius, etiam ſine vllo pacto.conſ.54.nu.27
Ius accreſcendi tranſmittitur per eum, qui adiuit hæreditatem conſ.70.nu.41
Ius accreſcendi locum habet etiam in fauorem hæredis inſtituti in re certa.conſ.89.nu.5
Amplia etiamſi teſtator prohibuit, ne plus peteret. ibid. nu.6
Sed contra hanc limitationem concluditur.ibid.nu.52
Ius accreſcendi non habet locum, quando portio non deficit ipſo iure, ſed per exceptionem vel oppoſitionem. conſ.89. nu. 50
Nec poſt acquiſitam portionẽ, & aditã hæreditatem.ibi.n.51
Aut ſi per prohibitionem plus petendi fuit prohibitum ius accreſcendi. ibid.nu.52
Intelligendo tamen, quando inſtitutio fuit facta iure particulari, & prohibitio eſt vniuerſalis, ſecus ſi prohibitio eſt particularis, & inſtitutio vniuerſalis.ibid.nu.53
Nec locum habet contra voluntatem teſtatoris etiam præſumptam.ibid.nu.54.cum ſeq.
Ius congrui ligat etiam clericos.conſ.3.nu.9
Ius, competens vigore ſtatuti ad retrahendum rem alienatam, dicitur quærendum.conſ.3.num.58
Ius quæſitum fortius, & fauorabilius eſt iure quærendo, in quo agitur de damno, & in quærendo de lucro.conſ.3.nu.58
Ius quærendum facilius amittitur, quàm quæſitum. conſ.3.nu.59.conſ.91.nu.49
Ius tertij allegari poteſt pro intereſſe allegantis, ne quis poſſeſſione ſua priuetur.conſ.4.nu.107
Ius habitu competens, ſed non actu, ad hæredes tranſmittitur. conſ.16.num.2
Declaratur.ibid.nu.42.cum ſeqq.
Ius conditionale ad hæredes non tranſmittitur. conſ.16. nu.31
Maxime ſi ſit debitum conditionale ex diſpoſitione teſtatoris, ſecus ſi ex diſpoſitione legis. vt nu.32
Sed contra, quod ius conditionale, etiam competens ex diſpoſitione legis, non tranſmittatur.ibid.nu.33
Et declaratur.nu.34
Ius petendi ſupplementum legitimæ ad hæredes tranſmittitur. conſil.16.nu.56
Ius deliberandi per filium etiam in deſcendentes non tranſmittitur ante delatam hæreditatem.conſ.16.nu.30
Ius tertij allegari poteſt ab eo, qui ab illo tertio cauſam habuit. conſil.30.nu.45
Ius congrui Peruſiæ obſeruatur, nec cenſetur reuocatum per conſtitutionem Pij Papæ Quinti. conſ. 52.nu.5
Sed contrarium probatur.ibid.nu.53.& ſeqq.
Ius, competens ſubſtituto etiam pendente conditione, mortuo iam teſtatore, ab eo de iure auferri non poteſt. conſ.64.n.44
Ius altius extollendi ædificium tollitur ex curſu longiſſimi temporis.conſ.80.nu.9.& nu.45
Intellige, ſi quis voluit ædificare, & fuit impeditus, & à die impedimenti currit præſcriptio, ſecus ſi non fuit impeditus.ibi. nu.36.& ſeq.
Ius immiſcendi, competens filio in hæreditate patris, præſcribitur triginta annis.conſ.83.nu.24
Ius ſibi dicere propria auctoritate nemini licet.conſ.105. n.14
Intellige.vt ibi.nu.94

L

Laicus, emens à clerico, non ſeruata forma ſtatuti, non requiſitis conſanguineis, ſeu vicinis, redditur tutus fauore perſonæ clerici.conſ.3.nu.34
Laudum emologatum à partibus, habet vim tranſactionis, & vt tranſactio obſeruandum eſt. conſ.61.nu.12
Laudum, latum contra hæredem, valet, & præiudicat ſubſtitutis, non citatis.conſ.28.nu.26
Legans chirographa debitorum manu ſcripta, ſuis in lateribus recondita, cenſetur tantum legare ea chirographa, quæ teſtator habebat tempore teſtamenti, non futura. conſ.63. nu.26
Legans veſtes ſuas, eas tantum cenſetur legare, quæ ſuæ ſunt tẽpore teſtamenti, non autem acquiſitas poſtea. c.63. num.27

Lega-

Legatario nõ debẽtur bona, acquiſita poſt teſtamẽtum quæ ſunt ęque principalia, nec ſunt adiecta reb. legatis. conſ. 63. nu. 35

Legatarius non eſt idoneus teſtis in teſtamento. conſ. 77. num. 6

Contrarium verius eſt etiam in teſtamento nuncupatiuo, quando quæſtio vertitur inter hæredem ſcriptum, & venientes ab inteſtato. vt ibi. nu. 35

Legatarius, petens legatum, dicitur approbare teſtamentum, inſtitutionem, & voluntatem teſtatoris, ita vt amplius ei contrauenire non poſſit. conſ. 89. nu. 31

Limita, ſi obtinuit, ſed ſi ſuccubuit, ſecus eſt. ibid. nu. 32

Legatarius non eſt hæres, ſed improprie appellatur quaſi hæres. conſ. 92. nu. 17

Venit tamen appellatione hæredis in diſpoſitione in qua ſit mentio de quibuſcunque hæredibus. ibi. nu. 18

Legatarius tenetur agnoſcere legatum cum onere illi adiecto, alias priuatur legato. conſ. 63. nu. 104

Legati Prouinciarum poſſunt condere ſtatuta etiam perpetuo duratura, maxime attenta conſuetudine. conſ. 20. nu. 33

Legatum non debetur, niſi acceptetur. conſ. 14. nu. 6

Et ante acceptationem agitur de iure quærendo. ibi. nu. 6

Legatum, factum perſonę prohibitæ cum conditione, quòd ſi legatarius illud non poſſet conſequi, acquiratur alteri, cenſetur factum in fraudem legis id prohibentis. conſ. 14. nu. 19. & ſeq.

Legatum, relictum conſanguineo amore Dei, & pro anima, non dicitur pium, ſed potius cenſetur relictum ratione coniunctionis. conſ. 47. nu. 11

Legatum nominis debitoris per exactionem, factum per teſtatorem, cenſetur ademptum, etſi illud à ſponte ſoluente exegiſſet, ſi tamen conſumpſit pecunias. conſ. 61. nu. 2

Fallit, quando recepit à debitore, ſponte ſoluente, à quo etiam inuitus compelli poterat recipere. ibi. nu. 20

Et ſi pecunias exactas depoſuit, aut ex eis rem emit, vel aliter in patrimonij vtilitatem concurrit. ibi. nu. 37

Legatum dicitur ademptum per traditionem rei legatę, viuo teſtatore. conſil. 61. nu. 7

Legatum adimit ſola, & nuda voluntas teſtatoris. conſ. 61. nu. 8

Legatum nõ adimitur ſola alienatione rei legatę, ſi teſtator non alienauit animo illud adimendi, dummodo id probetur per legatarium. conſ. 61. nu. 17. & nu. 24

Legatum ex alienatione, facta ex neceſſitate, non adimitur, niſi hæres probet teſtatorem illud adimere voluiſſe. c. 61. num. 18

Amplia ſiue facta ſit alienatio ex neceſſitate rei familiaris, ſiue ex neceſſitate impoſita per legem, vel ſponte, ſi tamen teſtator compelli potuiſſet. ibi. nu. 19

Legatum non cenſetur ademptum in dubio per alienationem, factam titulo oneroſo, niſi hæres probet contrarium. c. 61. n. 23

Nec quando teſtator ſponte liberauit debitorem, cuius nomen legauerat, ſi pro credito recepit bona in ſolutum. ibi. nu. 25

Legatum non cenſetur ademptum, ſi res legata fuit permutata, quia res, cum qua fuit facta permutatio, debetur loco rei legatę. conſ. 61. nu. 36

Legatum non fuiſſe reuocatum, ſemper capienda eſt interpretatio, quando alia coniectura ſumi poteſt. conſ. 61. nu. 39

Legatum non fuiſſe reuocatum, prę ſumptio ſumitur ex ſanguinis coniunctione, & charitate erga legatarium. conſ. 61. n. 40

Legatum quando ex alienatione cenſetur ademptum, id intelligitur pro parte tantum, pro qua fuit facta alienatio, ſed pro alia non alienata ſubſiſtit. conſ. 61. nu. 41

Legatum, factum cum ſigno vniuerſali, continet etiam acquiſita poſt teſtamentum. conſ. 63. nu. 5

Contrarium tamen probatur. ibi. nu. 42. Vbi etiam declaratur.

Legatum continet futura, quando acquiſitio fuit facta per modum augmenti. conſ. 63. nu. 6

Legatum, relictum coniuncto, plenius interpretatur. c. 63. nu. 71

Maxime, ſi fuit factum à patre filiæ. ibid. nu. 7

Sed contrariũ probatur. ibi. nu. 48. cũ ſeq. vbi etiã declaratur.

Legatum domus cum his, quæ ibi ſunt, non continet ea, quæ ſunt in domo mercis cauſa, vel ad tempus. conſ. 63. nu. 8

Niſi legatum fuerit factum à patre filiæ, & patrimonium teſtatoris ſit amplum. ibid. num. 9

Sed contra. ibi. nu. 53

Legatum, relictum à coniuncto, refertur ad tempus mortis, & comprehendit etiam futura. conſ. 63. nu. 10

Legatum non gratuitum, ſed relictũ in compenſationem comprehendit etiam acquiſita poſt teſtamentum. conſ. 63. nu. 11

Intellige quando legatarius tenetur ſoluere eius æſtimationẽ, ſecus ſi fuerit relictum gratis. ibi. nu. 68

Legatum conditionale comprehendit etiam acquiſita poſt teſtamentum. conſ. 63. nu. 12

Contrarium tamen probatur. ibi. num. 70. cum ſeq.

Legatum, relictum cognatis, cenſetur relictum etiam illis, qui ſunt cognati tempore mortis teſtatoris, etiamſi non fuiſſent tempore teſtamenti. conſ. 63. nu. 14

Legatum regulariter in dubio cenſetur relictum de eo, quod teſtator habebat tempore teſtamenti, ſi aliud non fuit dictũ. conſ. 63. nu. 17

Legatum extinguitur alienatione rei legatæ. conſ. 61. nu. 3

Intellige in dubio, niſi legatarius probet contrarium voluntate teſtatoris. ibi. nu. 24

Amplia quod extinguitur ẽt per alienationem inutilẽ. ibi. n. 4

Et etiam ſi non ſit ſecuta rei traditio. ibi. nu. 5

Et licet teſtator poſtea rem alienatam redemerit. ibi. nu. 6

Legatum particularium bonorum non continet acquiſita poſt teſtamentum. conſ. 63. nu. 19

Secus ſi continet quid vniuerſale. ibid. nu. 21

Legatum potens an contineat bona poſt teſtamentum acquiſita, & illi per teſtatorem adiecta. conſ. 63. nu. 20. & nu. 29

Legatum, relictum per verba denotantia tempus præſens, reſtringitur ad tempus teſtamenti, nec comprehendit acquiſita poſtea. conſ. 63. nu. 22. cum ſeqq. & nu. 29. cum ſeqq.

Legatum eius, quod Titius dare, & facere oportet, non includit ea, quæ Titius poſt teſtamentum incepit debere. c. 63. nu. 23

Legatum prædiorum cum his enebicis, quæ ibi ſunt, continet etiam mancipia, quæ poſtea acceſſerunt, ſi teſtator hoc manifeſte expreſſit, alias ſecus. conſ. 63. nu. 24

Legatum puerorum infra ætatem annorum ſeptem, intelligitur de illis, qui erant infra illam ætatem tempore teſtamenti. conſil. 63. num. 25

Legatum omnium rerum quæ ſunt, vel habeo in tali villa, vel omnium mobilium teſtatoris, refertur ſolum ad tempus teſtamenti. conſ. 63. num. 29. & nu. 32

Legatum etiam per verba indefinita, non comprehendit futura, quado agitur de magno præiudicio, & teſtator non potuit prę nidere, quæ bona acquiſiturus eſſet. conſ. 63. nu. 38. & nu. 69

Legatum quando continet futura, id accidit ex præſumpta mente teſtatoris. conſ. 63. nu. 39

Legatum conceptum verbis indefinitis, facilius poteſt comprehendere futura. conſ. 63. num. 46

Legatum, relictum coniuncto, recipit latam interpretationem, vt valeat. conſ. 63. num. 48

Secus ſi ſolum dubitatur, quid in eo contineatur, quia tunc coniunctio nihil operatur. ibi. num. 49. cum ſeq.

Legatum omnium mobilium, pecuniarum, &c. quæ in domo fuerint, non continet nomina debitorum, etiamſi fuit relictum coniuncto. conſ. 63. nu. 50

Legatum, relictum à matre filiæ de omni ornamento muliebre cum auro, & ſi quæ alia muliebria apparuerint, non continet argentum venale, quod in domo fuerit, niſi conſtet teſtatricem aliud ſenſiſſe. conſ. 63. num. 51

Legatum relictum filio fundi cum ſua familia, & quæ ibi erũt, non extenditur ad pecunias, & nomina debitorum, quæ teſtator habebat in fundo legato. conſ. 63. nu. 52

Legatum ratione coniunctionis late non interpretatur, quando teſtator reliquit coniuncto plura legata. conſ. 63. nu. 55

Nec ſi hæres eſt de agnatione. ibi. nu. 59

Neque contra propriam ſignificationem verborum. ibi. nu. 60

Aut ſi conſtat de contraria mente teſtatoris. ibi. nu. 63

Nec quando agitur de magno præiudicio. ibi. nu. 66

Legatum

Legatum per verba præſentis temporis non continet futura ſecundum propriam ſignificationem.conſ.63.num.61

Legatum continet etiam ſutura, quando agitur de modico pręiudicio.conſ.63.num.69

Legatum cenſetur in dubio id,quod minus eſt. conſ.63.nu.72

Legatum relictum filiæ à patre pro legitima,& omni alia portione, eidem contingente, cenſetur relictum pro portione ei debita ex propria perſona, non autem pro debenda in futurum ex perſona fratris. conſ.63.num.80

Legatum cenſetur relictum animo compenſandi,quando teſtator dixit,quòd plus petere non poſſit.conſ.63.num.81

Vel ſe dixit relinquere pro omni eo, quod legatarius petere poſſet.ibi.num.82

Legatum quando eſt ambiguum, recurritur ad exquirendam voluntatem teſtatoris ex coniecturis, inſpecta qualitate legatarij,ac inſpectis præcedentibus ac ſubſequentibus, & eo quod eſt veriſimile.conſ.69.num.25

Legatũ,quod poſſet importare proprietatẽ, reſtringitur ad vſumfructũ,quando conſtat de volũtate teſtatoris.c.69.n.39

Legatum,relictum hæredi,à ſe ipſo preſtandum non valet.conſ.90.num.14

Legatum potius valere debet,quam perire.conſ.90.num.15

Legatum relictum Titio ſub conditione aliqua cum Seio,cenſetur relictum Seio ſub eadem conditione. conſ.91.num.16

Legatum,relictum filię pro legitima,& omni portione,quæ ad eam pertineret,continet portionem,quę ei in futurum deberetur ex perſona fratris, ſi filiæ ex propria perſona aliquid non debeatur.conſ.63.num.93

Legatum cenſetur relictum animo compenſandi ex cõiecturis, etiam in caſibus, in quibus regulariter tali animo relictum non cenſeretur.conſ.63.num.106

Legatũ fundi ad vſum,vel vſumfructũ, vel domus ad habitandũ continet proprietatem,& verba illa, Ad vſum &c.cẽſentur adiecta demonſtrationis gratia,non reſtrictiue.c.69.n.2

Intellige, quando principaliter fuit legata res, ſecus ſi vſusfructus fundi,vel habitatio domus.ibi.num.18. & num.38

Legatum,relictum coniunctæ perſonæ,late interpretatur.conſ.69.num.3

Niſi conſtet de contraria mente.ibi.num.40

Legatum,relictum vni, non continet id,quod fuit relictum alteri in eadem diſpoſitione,nec illud adimit.conſ.69.nu.15

Legatum interpretatur,vt non contineat proprietatem, ne verba,in eo appoſita,reddantur ſuperflua.conſ.69.num.21

Legatum reſtringitur ad indigentias legatarij tantum,quando conſtat teſtatorem reliquiſſe legatum, vt prouideret illi indigentiæ.conſ.69.num.23

Legatum,quod poteſt referri ad plura,in dubio reſtringitur,vt illud,quod minus eſt,intelligatur relictum. conſ.69. nu.24

Legatus de latere regulariter de iure non poteſt cõmittere cauſam ſummarie,ſimpliciter,& de plano.conſ.94.num.47

Limitatur.ibi.num.48.remiſſiue.

Leges Principis ſublati non cenſentur abrogatæ, ſi per ſucceſſorem expreſſe non fuerunt abolitæ.conſ.13.num.17

Leges omnes, punientes conatum,non ſecuto effectu,fuerũt abrogatæ per generalem conſuetudinem.conſ.98.num.9

Leges nouę recipiunt interpretationem à veteribus.conſ.110.num.13

Legi contrauentum non dicitur,quoties ſaltem deſtruitur eius menti.conſ.58.num.69

Legis natura eſt futura tantum non pręterita determinare. conſ.16.nm.14

Legis diſpoſitio quando eſt clara,non eſt vlterius dubitandum. conſ.32.num.84

Legis verba vbi conueniunt, ibi conuenis legis diſpoſitio. conſ.105.num.13

Legitima ex generali pacto non cenſetur remiſſa.conſ.10.nu.5

Intellige, ſi fuit initum pactum,mortuo patre, ſecus ſi eo viuente.ibi.num.28. & 29.

Legitima per ſtatutum non cenſetur ſublata, niſi de ea fuerit facta ſpecialis mentio.conſ.10.num.6

Contrarium probatur.ibi.num.27.& 28

Legitima poteſt diminui per ſtatutum, licet dubium ſit, nunquid poſſit tolli in totum.conſ.10.num.15

Legitima eſt portio eius, in quo quis eſt ſucceſſurus ab inteſtato.conſ.10.num.16.conſ.76.num.10

Legitima non debetur ei, qui excluditur à ſucceſſione ab inteſtato.conſ.10.num.17.conſ.76.num.10

Legitima illi non debetur,qui teſtamentum eius, qui legitimã portionem non aſſignauit,querelare aut impugnare non valet.conſ.10.num.18

Legitima,à qua filia excluditur,non conſideratur,neque ad cõmenſurandum dotem cum ipſa.conſ.10.num.22

Legitima includitur in generali diſpoſitione legis,licet in generali pacto non includeretur.conſ.10.nu.30

Legitima nunquid augeatur,auctis facultatib.patris.conſ.10. (nu.37

Legitima filiorum,aucta per ſtatutum,non recipit onus, ſicut nec illa,quę debetur de iure communi.conſ.24.num.25

Legitima conſideratur iuxta numerum filiorum tempore mortis patris.conſ.59.num.9

Legitima filiorum,ſi ſunt quinque aut plures,eſt medietas, ſi vero infra quinque, eſt tertia, inter eos diuidenda.conſ.59.num.10.conſ.63.num.119.conſ.110.num.36

Legitima detrahitur ẽs de relictis ad pias cauſas.cõſ.73.n.40

Legitimam illis tantum debetur, qui tempore mortis aſcendentis tenent primum locum.conſ.76.num.8

Legitima,debita filio,vel eius ſupplementum pręſcribitur triginta annis.conſ.83.num.25.& num.35

Legitima debetur,attenta ſucceſſione inteſtati.conſ.83.nu.57

Legitima debetur filio legitimato ſicut vero legitimo.c.89.n.7

Fallit in filio legitimato cum clauſula,ſine præiudicio venientium ab inteſtato,vel ſimili, cui non debetur contra voluntatem patris teſtantis.ibi.num.60

Legitima non debetur fœminę, per ſtatutum excluſæ à ſucceſſione.conſ.90.num.42

Legitima non debetur filio illegitimo.conſ.95.num.106

Legitima debetur filio adoptiuo,ſeu arrogato, ſicut legitimo et naturali.conſ.95.num.116

Legitima filiorum quando bona patris confiſcantur, metienda eſt iuxta eorum numerum.conſ.110.num.37

Contrarium tamen, quod ſit ſemis, etiamſi filij ſuperſunt infra quinque,concluditur.ibid.num.37

Legitima,non detracta per filium grauatum,poteſt detrahi per ipſius hæredem.conſ.63.num.76

Legitima,& Trebellianica,nõ detracta per filium grauatum, poteſt detrahi per eius hæredem.conſ.63.num.76

Legitima non includitur in renunciatione generali, ſi renunciatio poteſt in alio verificari,alias ſecus.conſ.73.num.89

Legitima tranſmittitur ad quoſcunque hæredes.conſ.63.n.107

Legitima filij,grauati reſtituere hæreditatem,non venit in reſtitutione fideicommiſſi.conſ.65.num.26

Legitimandi poteſtas,conceſſa per Principem, eſt beneficium Principis fauorabile,extendẽdum,ac largiſſime interpretandum.conſ.92.nu.11.& nu.35.cum ſeqq.

Limita pluribus modis, remiſſiue.ibi.num.37

Legitimandi facultas alicui cõceſſa,non includit facultatẽ legitimandi infantes,niſi expreſſe id fuerit dictum.c.92.nu.15

Fallit, quando fuit conceſſa poteſtas legitimandi quoſcunque illegitimos.ibi.num.16

Legitimandi habens poteſtatem,nõ poteſt legitimare fęminas. conſ.92.num.1

Contrarium, quòd habens poteſtatem legitimandi filios ſpurios,poſſit legitimare filias,probatur.ibi.num.26

Legitimãdi habens poteſtatem, nunquid poſſis legitimare illegitimum,qui patitur duplicem defectum.conſ.92.num.38

Legitimandi poteſtas latiſſime interpretatur, ſed legitimatio, quæ ſubſequitur, reſtringitur, ſi tertio affert præiudicium, & non aliter. conſ.92.num.41

Legitimandi poteſtas velut fauorabilis extenditur etiam ad caſum,

caſum, in quo non adeſt tanta ratio. conſil. 92. num. 41
Legitimandi actus conuenit etiam fęminæ. conſ 92. nu. 47
Legitimare qui poteſt ſine præiudicio venientium ab inteſtato, non poteſt auferre ius, quod competit tertio. conſ. 92. nu. 49
Legitimari poteſt filius per Papam, etiam mortuo altero ex coniugibus, non obſtante præiuditio veniẽtium ab inteſtato, concurrente voluntate patris. conſ. 87. nu. 59
Legitimatio filij naturalis nõ præiudicat filijs legitimis, ſi fuit facta eo tempore, quo pater erat grauiter infirmus, ob præſumptam fraudem. conſ. 32. num. 46
Etiam ſi eo tempore ſuiſſet contractum matrimonium cum concubina. ibi. nu. 47
Legitimatio filij illegitimi, non facta mentione filiorum legitimorum, eſt ſubreptitia, nec nocet legitimis. conſ. 89. num. 2
Sed contra. ibi. num. 20.
Intellige ſecundum opinionem, quando filij, de quibus nõ ſuit facta mentio, ſuccedere non poſſunt, quia tunc eſt valida. ibi. nu. 21. cum ſeq. & nu. 41
Et quando ſunt ſucceſſibiles, valida eſt legitimatio in ſubſtantia, ſed non præiudicat legitimis. ibi. nu. 22
Legitimatio filij illegitimi, non facta mentione alterius filij prius legitimati, non valet, nec prius legitimato præiudicat. conſ. 89. nu. 3
Sed contra. ibi. nu. 24
Legitimatio valida probatur, quando oſtenditur priuilegium, conceſſum legitimanti, & aſſerenti contrarium incumbit onus probandi. conſ. 89. nu. 17
Legitimatio impetrari poteſt ẽt per procuratorem. c. 89. nu. 19
Legitimatio non dicitur ſubreptitia, ſi ea, quæ fuerunt tacita, non reddidiſſent difficiliorem legitimantem ad concedendum legitimationem. conſ. 89. nu. 25
Legitimatio valet tam in ſubſtantia quam ratione præiudicij, licet de legitimis non fuerit facta mentio, ſi legitimans aliter ſciuit etiam præſumptiue adeſſe legitimos. conſ. 89. n. 26
Vel ſi cogitauit de filijs etiam in genere. ibi. nu. 27
Legitimatio valet quoad omnes effectus, ſi filius legitimus illam non impugnat. conſ. 89. nu. 29
Legitimatio, in qua non ſuit facta mentio legitimorum, non poteſt impugnari velut ſubreptitia, ſtante clauſula, non obſtantibus. conſ. 89. nu. 57
Legitimatio ſubſiſtit etiam in præiudicium legitimorum, quorum nõ ſuit facta mentio, ſi pater legitimans ſecit teſtamentum, & in eo inſtituit hæredem legitimatum. conſ. 89. n. 42
Legitimatio per reſcriptum dicitur odioſa, & ſtricte eſt interpretanda, ſed priuilegium legitimandi eſt fauorabile. conſil. 92. nu. 34. cum ſeqq. & num. 41
Legitimatio, facta inſtante patre, eſt fauorabilis. conſ. 92. n. 45
Legitimatio, quæ non lædit ius tertij, eſt fauorabilis. conſ. 92. num. 52
Legitimatio, obtenta per patrem, qui de ſuis bonis ad libitum diſponere poterat, non dicitur continere præiudicium venientium ab inteſtato. conſ. 92. nu. 51
Legitimatio non præiudicat ſubſtituto, non citato, cuius Princeps non habuit ſcientiam. conſ. 64. nu. 32
Legitimatio, facta à Principe, ſubſtituto non citato ſubſiſtit, ſi in precibus ſuit facta mentio fideicommiſſi, & non conſtat aliter quam per legitimationem Principem voluiſſe præiudicare ſubſtituto. conſ. 64. nu. 33
Legitimatio ſecunda, non facta mentione de prima, corruit velut ſubreptitia. conſ. 64. nu. 34
Contrarium probatur. ibi. nu. 35
Prima tamen opinio procedit, quando ſecunda eſt plenior prima. ibi. nu. 36. cum ſeq.
Legitimatio per reſcriptum dicitur odioſa, & contra ius. conſil. 64. num. 43
Legitimatio, obtenta per patrem ſine citatione alicuius, in quibus caſibus valeat. Vide Citatio.
Legitimationem eſſe validam in dubio eſt iudicandum. conſil. 89. num. 56
Legitimationes, factæ ab eo, qui reperitur in quaſi poſſeſſione legitimandi, præſumuntur validæ. conſ. 92. nu. 32
Legitimationes in præiudicium fideicommiſſorum annullantur per conſtitutionem Pij Quarti. conſ. 89. nu. 46
Maxime attento communi vſu loquendi. ibi. nu. 47
Vel ſi non fuerunt legitimati ſimpliciter, ſed ſecundum quid. ibi. num. 48
Legitimatus per ſubſequens matrimonium excludit ſubſtitutum. conſ. 32. nu. 44
Niſi matrimonium contractum fuerit in articulo mortis. ibi. num. 45
Legitimatus tum clauſula, Sine præiudicio venientium ab inteſtato, cenſetur tantum habilitatus ad accipiendum ea, quæ pater ſibi reliquerit, ſed non poteſt ſuccedere ab inteſtato, exiſtentibus filijs legitimis, vel tranſuerſalibus infra quartum gradum. conſ. 89. nu. 23
Legitimatus cum clauſula, Sine præiudicio venientium ab inteſtato, non poteſt petere aliquid vltra ea, quæ pater ipſi reliquit in teſtamento, contra teſtatoris voluntatem. conſil. 89. num. 59. cum ſeq.
Legitimatus, cui fuit relictum minus legitima, poteſt petere eius ſupplementum. conſ. 89. nu. 9
Intellige, ſi fuit legitimatus ſimpliciter, ſecus ſi cum clauſula, Sine præiudicio veniẽtium ab inteſtato. ib. n. 59. cũ ſeqq.
Legitimatus excludit ſubſtitutum ſub conditione, Si grauatus deceſſerit ſine filijs legitimis, & naturalibus. conſ. 64. n. 1. conſil. 67. num. 8.
Fallit, ſi ſuit legitimatus à Comite Palatino, quia non excludit ſubſtitutum non citatum, licet de legitimato à Principe dubitent Doctores. ibi. nu. 25
Fallit etiam in legitimato ab Imperatore, qui non excludit eccleſiam ſubſtitutam. ibi. nu. 29
Item fallit in legitimato poſt mortem teſtatoris, niſi conſtet aliter quàm per legitimationem, legitimantem voluiſſe, & potuiſſe legitimare in præiudicium ſubſtituti. ibi. nu. 30
Legitimatus non differt à vero legitimo. conſ. 67. nu. 7
Legitimatus poſt deportationem patris, nõ facit deficere conditionem illam, Si deceſſerit ſine filijs. conſ. 67. n. 17. cum ſeq.
Legitimatus cum clauſula, Sine pręiudicio venientium ab inteſtato, non eſt proprie legitimus, nec venit appellatione filij legitimi. conſ. 67. nu. 30
Sed dicitur ſolum diſpenſatus, vt ex patris diſpoſitione recipere tantũ poſſit ea, de quibus pater poterat diſponere. ib. n. 31
Et diſpoſitioni patris contrauenire non poteſt. ibi. nu. 32
Nec excludit ſubſtitutum. ibi. nu. 42
Legitimatus, vt poſſit ſuccedere ex teſtamento, vel ab inteſtato, non poteſt venire contra teſtamentum. conſ. 67. nu. 33
Legitimæ petendæ tempus currit filio à die aditæ hæreditatis paternæ per hæredem. conſ. 83. nu. 23
Legitimæ, ſeu ſupplementi ius tranſmittitur ad hæredem filij. conſ. 89. nu. 13. conſ. 85. nu. 107. conſ. 63. nu. 110
Legitimi actus illi appellantur, qui ſunt inuenti, vel approbati ab aliqua lege quacumque parte iuris ſcripti. conſ. 59. n. 72
Læſæ maieſtatis crimen punitur pœna vltimi ſupplicij, et confiſcationis bonorum. conſ. 105. nu. 7
Læſę maieſtatis crimen committit offendens conſiliarios, vel Collaterales Principis. conſ. 105. nu. 76
Intellige, quando offenduntur odio Principis, ſecus ſi odio particulari. ibi. num. 77
Læſę maieſtatis crimen exigit dolum. conſ. 105. num. 78
Læſę maieſtatis crimen ille committit, qui facit tractatum contra perſonam domini. conſ. 108. num. 2
Læſę maieſtatis crimen nunquid committatur ex offenſione ſuperioris ex priuata ac particulari inimicitia. c. 108. nu. 57
Læſę maieſtatis crimen committitur etiam contra dominos, recognoſcentes ſuperiorem, ſaltem quoad pœnam mortis, & cõfiſcationis bonorum, licet non quo ad auferendum bona à filijs delinquentis, & damnandam memoriam. conſ. 108. nu. 7
Declarando, vt ibi. nu. 56

Læſę

Digitized by Google

Leſæ maieſtatis reus ſcinditur in fruſta.conſ.108.num.5
Læſio in dotatione à filia, quæ eam allegat, probari debet. conſ. 10.num.33
Læſio conſideratur ſecundum tempus contractus.conſ.10.n.33
Læſio in minore non requiritur vltra dimidiam, ſed ſufficit in ſexta parte.conſ.18.num.59
Læſio etiam reſpectu bonorum patris viuentis eſt conſiderabilis.conſ.29.num.48
Læſio in dubio non præſumitur, niſi probetur.conſ.31.nu.53
Læſio non conſideratur in contractu donationis.conſ.42.nu.23
Læſio vltra dimidiam probari debet, vt fratribus læſis in diuiſione ſuccurratur.conſ.59.num.52
Declaratur tamen.ibi.num.69.cum ſeqq.
Lex multũ cõfidit de patre & alijs aſcendentib.conſ.10.nu.24
Lex, prohibens aliquid relinqui alieni perſonæ, procedit etiam ſi aliquid fuerit relictum eiuſdem conſanguineis, amicis, alijſve interpoſitis perſonis.conſ.14.num.18.& num.32
Declarando tamen, vt ibi.num.24
Lex noua nec reſpectu executionis trahitur ad actum, qui habuit originem de præterito, quando habet dependentiam ab actu de præterito, ita vt lex noua non poſſit reſpicere actum futurum, quin etiam tangat actũ præteritum.conſ.16.n.19
Lex, quæ corrigitur, non interpretatur legẽ nouã.conſ.24.nu.8
Intellige, quando conſtat, quod voluit corrigere in materia, de qua quæritur, alias ſecus.ibi.num.27
Lex noua, generaliter loquẽs, diſtinguitur per antiquam. conſ. 24.num.27
Lex correcta, ſi allegetur, incurritur pœna falſi.conſ.52.nu.54
Lex noua, facta in caſu vero, extenditur ad caſum fictum, vero æquiparatum.conſ.70.num.64
Lex noua ſuperueniens, loquens de vno ex æquiparatis à lege antiqua, trahitur ad alium.conſ.88.nu.22.conſ.95.nu.25
Lex, loquens per verba naturalia, etiam pœnalis, comprehẽdit naturales, quãdo tractatur de pœna ipſis ĩponenda.c.95.n.9
Declaratur.ibi.num.94
Lex per non vſum tunc cenſetur abrogata, quando conſtat contra eam ſecutam fuiſſe obſeruantiam per contrarios actus, ſed ſi non apparet de contraria obſeruantia, non abrogatur per non vſum, quamuis per mille annos non fuerit factum, prout diſponitur à lege.conſ.110.num.22
Lex pœnalis ſtricte eſt intelligenda, nec extenditur ẽt ad caſus, in quibus vigeret eadem ſeu maior ratio.conſ.112.nu.34
Lex vna per aliam declaratur.conſ.112.num.36
L.fin.C.de euictio.quomodo intelligatur.conſ.3.num.39
L.debitor.§.fin.ff.ad Trebell.declaratur.conſ.3.nu.68.& 69
L.Seia.ff.de euictio.declaratur.conſ.3.num.73
L.quemadmodum.C.de agric.& cenſit.lib.11.intellectus.conſ. 3.num.80
L.aſſumptio.ff.ad municip.intellectus.conſ.5.num.48
L.de acceßionibus.ff.de diuerſ.& tempor.præſcrip.declaratur. conſ.8.num.67
L.ſi quando. §. & generaliter. C.de inoffic.teſtam. intellectus. conſ.10.num.28 & 29
L.ſi quis filium.C.de inoff.teſt.intellectus.conſ.16.n.42.& 44
L.ventre.ff.de acquir.hæred.declaratur.conſ.16.num.45
L.ex his verbis. C.quand.dies legat.ced. in qu ocaſu procedat. conſ.16.num.46
L.ſi exhæredatus. C.ad S.C.Sillan.explanatur.conſ.16.nu.48
L.ſi.§.ſi.ff.de eo quod met.cau.in quo caſu procedat. c.23.n.48
ſitione iuris cōis, cum illi ſint remotiores, & mater poſ
ſet excludi per exiſtentes vltra ſextum gradum, quod
eſſet valde inconueniens, eſt igitur veriſimile, quod iſto
caſu licet reformantes fuiſſent interrogati, idem non
reſpōdiſſent, quia ita minus derogatur diſpoſitioni iu-
ris communis, vt ſentit Rol.a Vall.conſ.55.n.36.lib.1.
62 Tertio † regula prædicta ſumpta ex gl.in l.tale pactum,
§.fin.de pact.admittitur in vltimis voluntatibus, vel in
alijs diſpoſitionibus fauorabilibus & naturalibus, & in
his terminis loquuntur Socin.iun. Grat.& Menoch. in
contrarium adducti, ſed non procedit in materia ſtatu-
ti correctorij iuris communis, cuius ſtrictiſſima eſt fa-
cienda interpretatio, vt dicit Bero.in conſ.148.nu.34.
& ſeq.lib.2.& hæc declaratio optime comprobatur ex
communi illa opinione, quæ habet, quod ſtatutū vocās
patruum ad excluſionem matris, non verificatur in pa-
truo magno, quod dicendum non eſſet, ſi dictum argu-
mentum procederet in ſtatuto, cum inter patruum pri
mum & patruum magnum nulla adſit alia differentia,
niſi quod patruus magnus eſt in remotiori gradu.

Minus nocet ſeptimum, illud quidem ſublatum ap-
paret ex his, quæ ſupra fuerunt adducta. Nec verum
eſt Tob. Non.in conſ.42.num.25.& ſeqq.contrarium
firmare, quia caſus ille erat diuerſus, tenuit enim ipſe,
quod femina dotata excludatur per deſcendentes do-
tantis, etiam ſi concurreret mater, quod differt a caſu
noſtro, in quo etiam conſuluit ipſe Tob.conſ.16.vt pa-
tet rationibus & fundamentis ſuperius adductis, & prę
ſertim ex diuerſitate rationis, & abrogatione facta a
ſtatuto nouo, quæ ceſſabant in caſu d. conſ.42. merito
ipſe non poteſt in contrarium allegari, & quamuis vta-
tur contrarijs argumentis, debemus attendere conſul-
tationis concluſionem tantum, non ea quæ ad coloran
dum & comprobandum opinionem ad ornatum po-
tius perfunctorie adduxit.

Tollitur etiam octauum ex adductis ſupra, & ex
abundanti dicimus nos allegare ſtatutum vetus, ad

oſtendendum in eo duos caſus eſſe expreſſos, reforman
tes, diſpoſuiſſe in primo, & ſecundum abrogaſſe, & ſic
clare diſpoſuiſſe deſcendentes ſolos abſque patruo non
admitti, prout admittebantur in illo ſecundo capite ve
teris ſtatuti ſublata, & ēt ad oſtendēdum, ꝙ ſicut in ſta
tuto veteri verba illa, cū patruo, intelligebantur cōiun
ctiue in illa parte, quod patet, quia ſtatutū caſum, quo
patruus nō ſupereſſet, particulariter ponebat inferius,
ita dēant intelligi illa verba, cū patruo in reformatione
63 quoad primū caſum, † quia qualiter verba intelligant̄,
declaratur ſcd'm quod a ſtatuentib. accipi ſolēt. Anch.
64 cōſ. 93. Cepb. conſ. 451. nu. 82. lib. 4. † & ab alio ſtatuto
magis interpretantur, quā a iure cōi, vt poſt Abb. dixit
Dec. in c. ex litteris, nu. 8. & 9. de conſt. & in c. cām quę,
n. 7. & 8. de reſcr. & poſt eos Ceph. conſ. 146. n. 17. lib. 1.
Nec facit, ꝙ cū ille caſus eſſet poſitus in ſtatuto, nō vi-
deatur per reformationē correctū ius cōe, quia vt plu-
ries fuit dictū, hoc oſtendit mentē reformantium fuiſſe
illū abrogare, ponendo vnum caſum tm̄, & in fine cete
ra oia caſſando. Præterea aduertatur, ꝙ ſtatutum anti-
quū vocabat filios & nepotes patrui, & noua reforma-
tio admittit cum patruo deſcendentes patrui præmor
tui, & ſic negari nō poteſt, quin reformatio ſit correcto
ria, cum admittat deſcendentes, & ſic exiſtentes in re-
motiori gradu, quod non dicebatur in veteri ſtatuto.

Vltimum vero argm̄ remouetur, nā ſi poſſet admitti, verba illa, cū patruo, poſita eſſe ad oſtēdendū, quod nō ſuccedant iuris ordine, ſed cū patruo, quod non erat de iure, cum tm̄ vocentur dūtaxat cū patruo, nec in alia parte ſtatuti ſoli reperiant̄ admiſſi, nō infertur ex hoc, quòd ſoli veniant, cū ſtatutū hoc nō dicat, & ex multis ſupra adductis appareat contrarium firmandum eſſe.

Ex quibus concludendo dico matrē ſuccedere in ſolidum Balthaſari filio, excluſis fratribus patruelibus.

Qualiter cauſa fuerit terminata dicitur in fine ſeq. conſ.

Reſolutiones dubiorum in materia præcedentis conſilij, quorum argumenta ex ſummarijs eliciuntur,

SVMMARIVM.

1 *Statutum Peruſinū lib. 2. rub. 45. admittens pro medietate ad ſucceſſionem patruos & filios præmortui patrui cū patruis, & pro alia medietate matrem, non habere locū, ſi ſuperſunt filij patrui abſque aliquo patruo, per totum conſilium oſtenditur, vbi late ſtatutum declaratur.*
2 *Reſponſio debet aptari quæſtioni propoſitæ.*
3 *Deciſio attenditur, non quæſitum.*
4 *Caſus non deciſus, dicitur ſublatus, quando plures decidendi fuerunt propoſiti, & in vno tantum reſponſum.*
5 *Verba conditionalia non diſponunt.*
6 *Dictio, Vel, poſita inter perſonas à lege vel ſtatuto reſoluitur in copulatiuum.*
7 *Subſequentia verba declarant præcedentia.*
8 *Copulatiua in diſiunctiuam non poteſt reſolui, niſi impropriando verba.*
9 *Interpretatio ſemper ſumitur, per quam ius commune minus corrigatur.*
10 *Punctus ſeu comma ſtat loco copulæ, & quādo id ſit verū, infra num. 12.*
11 *Copula non exigit concurſum copulatorum, quando ſtat inter duo diuerſi diſpoſiti & facti, quia tunc ſtat alternatiue, maxime ſi ex præcedentibus vel ſubſequentibus id apparet. Declaratur nu. 16. & ſeq.*
13 *Oratio vnica dicitur, quando ab vno verbo regitur, & omnia ſub vna continuatione verborum ponuntur.*
14 *Statuti vna pars ex alia declaratur.*
15 *Copula ſtat expoſitiue, quando ponitur inter plura, quæ idem important.*
17 *Dictio, Cum, acceſſorietatem ſignificat, maxime quando inter perſonas ponitur.*
19 *Teſtator qui in vna parte teſtamenti nominauit filios maſculos, & in alia filios ſimpliciter, præſumitur in ea non intellexiſſe de maſculis.*
20 *Vnus tantum admittitur ex plurib. vocatis à ſtatuto, quādo exſtat caſus prouiſus à ſtatuto, & non aliter.*
21 *Duobus copulatiue vocatis alter tantum admittitur.*
Quod qualiter procedat infra declaratur vſque ad nu. 30.
22 *Copula, Cum, fortius copulare ſolet.*
23 *Copulatorum per dictionē, Cum, exigitur ſimultaneus cōcurſus, ēt ſi copularētur per dictionē, & non exigeretur.*
24 *Teſtatoris diſpoſitio late & benigne interpretatur non ſolum reſpectu inſtitutionis, ſed etiam fideicommiſſorum & legatorum.*
25 *Copulatorū concurſus non exigitur in materia fauorabili ſecus in diſpoſitione exorbitanti iuris cōis correctoria.*
26 *Statutum admittens duos ad ſucceſſionem, ceſſat, ſi vnus tantum ſupereſt.*
27 *Vocatus cum aliquo, eius contemplatione ad ſucceſſionem ſolus non admittitur.*
28 *Filij vocati in ſtirpes admittuntur per repræſentationem perſonæ & gradus patris, prout etiā quando cum patruo concurrunt, ſecus ſi ſoli veniunt ad ſucceſſionē, & n. 36.*
29 *Copulatorū cōcurſus exigitur, quādo de mente diſponētis apparet, & ſi regulariter in materia illa non exigeretur.*
30 *Copulatiua duplex plus operatur.*
31 *Ius accreſcendi, locum habet etiam inter coniunctos coniunctione legali.*
32 *Ius accreſcendi accreſcit portioni non perſonę, nec accreſcit ei, qui non habet partem.*
33 *Statutū quod non corrigit in totum ius cōe, ſed caſum aliquē excipit à regula, dicitur exorbitās, non correctoriū.*
34 *Statutum excludens natum propter patruum, dicitur correctorium iuris communis.*
35 *Statutum excludens matrem pro parte ab hæreditate filij, licet non ſit ita odioſum, prout ſi in totum excluderet, tamen etiam iſtud eſt exorbitans, correctorium iuris communis, & odioſum.*
37 *Matrē non eſſe excluſam ab hæreditate filij in dubio eſt iudicandū, ſiue agatur de excluſione in totū, ſiue in partē.*
38 *Statutum nouū non videtur corrigere antiquū, niſi quatenus ei repugnat, ſi non continet clauſulam abrogatoriam antiqui ſtatuti, ſecus ſi clauſulam illam continet.*

CONSILIVM II.

1 INTERROGATVS, reſpondi menſibus elapſis, † D. Herminiam Galeram à ſucceſſione Balthaſaris filij non eſſe excluſam per nouam reformationem ſtatuti Peruſini per fratres patrueles eiuſdem Balthaſaris, pro qua poſtea conſuluit ēt Excellentiſſ. D. Rainaldus Ridolfinus, & noſtra reſponſa fuerunt confirmata per Excellentiſ. D. Hieronymum Gabrielium conciuem meum in Curia Romana aduocatū celeberrimum. Et quia multi multa in contrariu adduxerunt, quæ poſtea fuerunt confutata per præfatum Do. Rainaldum, requiſitus vt ego quoque obiectis reſpondeā, accipiam quædā ex fundamentis ex aduerſo factis, quæ magis vrgere videntur.

Primo quidē dn̄t illi, qui contrariā partem tueri conantur, ſtatutum non dre intelligi, vt fratres patrueles vna cū patruis ſuccedāt, & nō aliter, quia dū ſupra eo. §. item qn̄ dr, ꝙ ſi adſit patruus vnus vel plures, vel eorū deſcendētes maſculi per diſiunctiuā, Vel, tres caſus proponūtur decidēdi. Qn̄ ſcilicet adeſt vnus patruus, & ille eſt primus. Secūdus qn̄ adſunt plures. Tertius ſi ſoli deſcendētes ſuperſunt. Inferius autem in deciſione

dr,

dr̃, ꝙ ſuccedant in medietate patruus vnus vel plures,
2 & eorum deſcendentes, † & vt reſponſio aptetur qõni
propoſitæ. §. præterea. Inſti. de inutil. ſtipu. dicitur ſta-
tutũ intelligi debere eodem modo, ꝙ vnus patruus ſuc
cedat, qñ vnus adeſt, plures aũt, ſi plures ſuperſunt, &
ſi patrui non adſint, eorũ deſcẽdentes ſoli admittãtur.
Huic quidem fundamento pluribus modis rñdetur.
3 Primo † quòd attenditur deciſio, non quæſitum.
Gemi. in cap. ex eo. col. 1. verſ. Nata ex iſto d. nume. 5.
de elect. in 6. poſt Ioan. Andr. ibi. & ſatis cenſetur re-
ſponſum omnibus ſi vnum in deciſione ponitur, cum
aliud cenſeatur negatum. cap. nonne. de præſump. Fe-
lin. in c. ex literis. col. 8. & ſeqq. de reſcript. & late dixi
4 in conſilio quibus addi poteſt, † quòd ſi etiam caſus,
quo fratres patrueles ſoli eſſent, à ſtatuentibus deciden
dus fuiſſet propoſitus, dum conſulto in alio tantum re-
ſponderũt, ille penitus fuit remotus, iux. l. cum prætor.
ff. de iud. & l. vnic. §. ſin autem ad deficientis. C. de cad.
toll. Nec poteſt dici, ſi cogitaſſent, idem in eo reſpon-
diſſe, cum illum expreſſe poſuerint in facti contingen-
tia, & per deciſionẽ vnius illũ excluſerint, & ſic potius
dicta intelligẽtia huic opinioni deſeruit, quã repugnet.
Secundo non debet attendi, quid ſit ibi dictum, qm̃
verba illa, in quibus ex aduerſo ſit fundamentum, ſunt
5 conditionalia, non diſpoſitiua, † ideo non nocent ſecun
dum Dec. in conſil. 333. col. pen. verſ. Vlterius.
Tertio etſi facti contingentia per diſiunctiuam
ponatur, nihilominus dum in ſtatuto dicitur, ſi ſuper-
ſint patruus vnus vel plures, vel eorum deſcendentes,
intelligi debet copulatiue. Vel eorum deſcendentes,
ideſt cum patruis, & ſic ſi patrui, & præmortuorum de
ſcendentes ſuperſint; quod oſtenditur, tum quia diſiun
ctiua, Vel, poſita eſt inter perſonas, à ſtatuto inferius vo
6 catas, & honoratas, † quo caſu in copulatiuam reſolui-
tur, præſertim quia eſt alternatiua legis. l. penul. & ibi
Doctor. C. de verb. ſign. Aret. in §. ſi eadem res. num. 1.
in glo. 1. Inſtit. de legi. Paul. de Caſtr. & alij in l. ſi Titio
aut Seio. ff. de leg. 2. Socin. iun. conſilio 50. numero ter-
tio. libro quarto. Tum etiã quia id inferius declaratur,
dum incontinenti deſcendentes patrui præmortui co-
7 pulatiue cum patruo vocantur, † quæ verba ſubſequen
tia declarant, quomodo præcedentia intelligi debeant
iux. l. ſi ſeruus plurium, & l. qui filiab. ff. de leg. 1. Aret.
conſ. 27. num. 3. & quia ſubſequentia clara ſunt, ex eis
ſine dubio declarantur præcedentia, an ſcilicet diſiun-
ctiue, vel copulatiue ſint accipienda. Barto. in l. vtrum.
ff. de petit. hæred. Curt. iun. conſ. 7. col. 2. nu. 3. li. 1. Bel-
lo. conſ. 71. nu. 10. in fin. & 11. & alibi paſſim Doctores.
Erit igitur intelligendum ſtatutum, quòd ſi adſunt pa-
truus vnus vel plures viuentes, vel illorum plurium præ
mortuorum deſcendentes cum alijs ſuperuiuentibus,
vt inferius declaratur in ſtatuto, admittatur patruus v-
nus, quando ſolus adeſt, vel plures, ſi adſunt, & cum eis
præmortuorum deſcendentes, & ita intelligendo nul-
la adeſt repugnantia, deciſio correſpondet interrogatio
ni, & verba non erunt impropria nda, vt fieri oportet, ſi
copulatiuæ ſubſequentes in diſiunctiuas reſoluerentur,
8 quod † non poſſet fieri, niſi verba improprіando, vt di-
xit Alexan. in conſ. 48. col. 2. verſic. Nam de natura, &
ver. & licet. lib. 1. quod eſt contra regulam iuris, quę ha
bet, vt in ſtatutis proprie verba accipiantur, & mater
excluſa erit ſolum, quando patrui ſuperſunt, non per ſo
los deſcendentes patruorum: & minus ius cõmune, quo
mater eos excludit. l. fi. §. patruo. C. ad ſenat. conſul. Ter
9 tul. Auth. defuncto. cum ibi not. eo. tit. corrigitur † & ea
ſemper ſit interpretatio, per quam ius commune mi-
nus quã fieri poſſit corrigatur, vt in ſimili dicit Noni.
conſil. 94. nume. 13.
Secundo pro patruelibus reſpondentes dicunt, ſta-
tuentes in deciſione tres caſus ita poſuiſſe, ſuccedat
patruus vnus, ſi ſolus adſit, & iſte ſit primus. Vel plu-
res, ſi plures ſuperſunt, & iſte ſit ſecundus, & eorum
deſcendentes, ſi exſtant, & iſte ſit tertius. Sed quia põt
accidere, quòd ſint ſoli, & etiam cum patruis concur-
rant, fuit dictum, & eorum deſcendẽtes maſculi, & de-
10 mum immediate adeſt comma, ſeu punctus, † qui ſtat
loco copulæ. gl. in l. pretia rerum. verb. adeat. ff. ad leg.
Fal. in l. cum duobus. §. Si in coeunda. verb. pretiũ, vbi
Bartol. ff. pro ſocio. l. triplici. ff. de verb. ſign. Dec. Alci.
& alij, quos allegat Cepha. conſil. 341. num. 16. lib. 3. &
poſtea dicitur, cum dicto patruo vel patruis, & habetur
ac ſi fuiſſet dictum, ſuccedant deſcendẽtes, ſi ſoli ſunt,
& cum patruo vel patruis concurrentes, Nec ſecũdum
eos, ſi punctus loco copulæ accipitur, concurſus exigi-
11 tur, † quia id non procedit, quando copula ponitur in-
ter duo diuerſi diſpoſiti, & facti, tunc enim ſtat alterna
tiue. Bald. in l. 1. ff. de iuſt. & iu. Alex. conſil. 110. col. 3.
lib. 3. Socin. conſil. 4. colum. 4. lib. 4. Cur. iun. conſ. 115.
colum. 6. lib. 2. Bello. conſ. 71. ſub num. 8. verſ. ſecundo
conſidero, & verſ. Quarto copula, pręcipue quando ex
præcedentibus vel ſubſequentibus id apparet. Bellon.
d. conſil. 71. num. 10.
Hęc quidem intelligentia nullo modo recipiẽda eſt.
Primo quia dum dicitur, punctum illum accipi loco co
pulæ, non poteſt adduci in propoſito, nam etſi aliquan
12 do id concedi ſoleat, † regulariter punctus non habe-
tur loco copulę, niſi vbi ex natura verborum de neceſſi
tate requireretur copula, vt declarant Bal. in alleg. l. cũ
duob. §. ſi in coeunda. nume. 1. ff. pro ſocio. quem ſequi
tur Senat. Pedem. in dec. 110. num. 9. Cor. conſ. 79. nu.
8. lib. 4. quod eſt, quando ſunt duæ orationes ſolutæ, in-
ter quas de neceſſitate copula requiritur, vt ſit bona
grammatica. Bar. in l. re coniuncti. num. 12. verſ. ſecun-
do probo. ff. de leg. 3. cum quo pertranſit ibi Iaſ. nu. 81.
& idem ſentit Alex. in alleg. l. pretia rerum. nume. 5. ff.
ad leg. Falc. & ita procedunt oĩa ex aduerſo adducta.
Sed hæc non poſſunt adptari ad quæſtionem, de qua
quæritur, quia punctus non eſt poſitus inter duas oratio
13 nes, † ſed eſt vnica oratio continuata, quæ ab vnico ver
bo regitur, & ſub vna continuatione verborum omnia
ponuntur, & ſic pro vnica oratione accipitur, iuxta do-
ctri. Bar. in d. l. re coniuncti. num. 12. nec diſſentit Bello.
qui pro contraria parte adducitur in d. conſil. 71. nu. 8.
prope fin. & inferius dicetur: natura autem verborum
de neceſſitate, vt ſit bona grammatica, non exigit copu
lam inter verba, deſcendentes maſculi, & immediate
ſequentia, cum dicto patruo, immo melius legitur ſine
copula continuatiue, & præmortui patrui vel patruo-
rum deſcendẽtes maſculi cũm dicto patruo vel patruis
in ſtirpes & nõ in capita, quam ſi diceretur, & præmor
tui patrui vel patruorum deſcẽdentes maſculi, & cum
dicto patruo, quia primo modo intelligendo vt verba
ſonant, dictio, Cum, abſque copula ante eam, conſeruat
propriam naturam copulæ præcedentis ibi poſitæ, &
præmortui patrui, quæ eſt coniungere, & copulare. Itẽ
melius ac perfectius conſtruitur, & omnia habet verbũ
principale, a quo reguntur, quod non eſſet, ſi (vt ex ad-
uerſo præſupponitur) ſubintelligeretur copula ante di-
ctionem, Cum, quia oporteret impropriare naturam co
pulæ præcedentis ibi poſitæ, & præmortui reſoluendo
eam in diſiunctiuam, & verba ſequentia, & cum dicto
patruo, non haberent ſenſum, vt præſupponunt Domi
ni conſulentes, niſi ante punctum ſubintelligerentur e-
tiam verba, ſi ſoli ſunt, & diſiũgerentur, remanerent
dicta verba ſine verbo principali ſuccedant, à quo tota
oratio regitur, niſi reſolueretur punctus in copulam, &
copula in implicatiuam, etiam, ita vt diceretur, & præ
mortui patrui vel patruorum deſcendentes etiam cum
dicto

dicto patruo vel patruis, prout vnus ex dictis Dominis
Aduocatis intelligebat in eius primo conſilio, quæ nul-
lo modo admitti poſſunt, cum verba ſtatuti intelligen
da ſint proprie, vt iacent, & ſine aliqua additione, ſicut
late deduxi in conſilio. Sequitur igitur vanum eſſe fun-
damentum, vt punctus ille pro copula accipiatur, & id
magis dicendum eſt, cum videamus in pluribus locis di
ctæ reformationis in §. item quando, comma ſeu pun-
ctum eſſe poſitum, qui non poſſunt reſolui in copulam.
Vnde idẽ dicendũ eſt de puncto, poſito ante dictionẽ,
24 Cum, poſtquam videmus ſtylum ſtatuentium † cum ex
vna parte ſtatuti alia declaretur, vt in ſimili poſt Socin.
iun. conſ. 18. num. 16. lib. 3. dicit Tob. Non. in conſ. 94.
nu. 15. Præterea ſi punctus acciperetur loco copulę, &,
dici oporteret, in alia medietate ſuccedant patruus v-
nus vel plures, & præmortui patrui vel patruorum de-
ſcendentes maſculi, & cum dicto patruo in ſtirpes &
non in capita, vel eſſet dicendum copulam ſubintelle-
ctam ante dictionem, Cum, ex quo eſt poſita in oratio-
ne, quæ habebat duas copulatiuas ibi, & præmortui,
25 cum dicto patruo, ſtare debere expoſitiue, † ſicut ali-
quando accipi ſolet, quando ponitur inter plura, quæ
idem important, & habetur in l. 1. in princ. iunct. glo. in
verb. placitum, ff. de pact. vbi Bar. Bald. & alij not. Re-
buff. in l. coniunctionem, pag. 3. ver. Septimo colligitur,
ff. de verb. ſign. fol. mihi 236. & facit bene tex. in §. pri-
mæ ſiquidem nuptiæ, ver. ſi igitur, ibi, nox ſequitur, &
erit iuncta gl. in littera A, Auth. de nupt. Ant. de But. in
c. monaſteria, nu. 6. de vita & hon. cler. quaſi ſit ſenſus,
& præmortui patrui deſcendentes, id eſt cum patruo.
Vel ſaltem ſi copulatiua ſubintellecta non reſoluere-
tur in expoſitiuam, magis copularet, & firma mane-
nerent alias per me adducta in conſilio in ſecundo fun-
damento; & ſic quouis modo intelligatur, matri non re
pugnat. Nec procedit, quod dicitur, copulam reſolui in
diſiunctiuam, quando ponitur inter duo diſpoſiti & fa
26 cti. † Quoniam Bal. in alleg. l. 1. ff. de iuſt. & iu. quando
loquitur de copula poſita inter diſpoſitiones, dicit, ꝙ
quando acceſſorie copulatur, tunc requiritur concur-
ſus copulatorum, vt hic ſub nu. 14. verſi. Aut copula ca-
dit, & iſte eſt caſus noſter, quia deſcendentes vocantur
27 cum patruis per dictionem, Cum, † quæ quamdam ac-
ceſſorietatem ſignificat, vt alias dixi, iux. l. 1. & 2. ff. de
pac. leg. Purpur. conſ. 85. nu. 18. li. 1. conſ. 547. nu. 15. li.
2. Crot. conſ. 400. nu. 28. ſeq. li. 3. vbi id ampliat fortius
procedere, quando inter perſonas ponitur. Corn. conſ.
38. col. 2. ver. & confert, li. 1. & conſ. 78. nu. 2. li. 2. Nat.
conſ. 573. nu. 14. li. 3. Tob. Non. cõſ. 40. nu. 5. & compro
batur per Soc. iun. conſ. 18. num. 29. li. 3. Rui. conſ. 190.
nu. 7. li. 1. Et ſic Bal. potius probat noſtram opinionem,
28 quam contrariam. † Inſuper ex alio adducta in contra
rium non nocent, quia tunc copula poſita inter duo di-
ſpoſiti & facti, reſoluitur in diſiunctam, quando poni-
tur inter diuerſas orationes reſpectu diuerſorum facto
rum, & ita procedunt contraria, prout loquitur Soc. in
alleg. conſ. 4. nu. 17. lib. 4. & alij ex aduerſo adducti: ſed
aliud eſt, ſi plura copulantur in eadem oratione, & om-
nia reguntur ab eodẽ verbo, & vno cõſtructu verborũ
exprimuntur, tunc enim non reſoluitur in diſiunctam,
ſed ſuam naturam retinet, & ita declarat Alex. qui ex
aduerſo adducitur in d. conſ. 110. col. 3. nu. 14. ver. Nec
prædictæ, li. 3. Soc. in d. conſ. 4. nu. 18. li. 4. & late Bello.
in d. conſ. 71. nu. 8. prope fi. At in caſu noſtro cum vnica
ſit oratio, vt ad vnum effectum copulentur filij patrui
cum patruis, & omnia regantur ab vno verbo, ſucce-
dant, & ſub vno conſtructu verborum explicentur, co-
pula ſuam naturam retinet, & concurſus copulatorum
exigitur, vt not. Socin. Alex. Bellon. & alijs ex aduerſo
allegati, qui hoc caſu poſſunt in contrarium retorque-
ri, & pro matre adduci. Et vltra eos id comprobatur
per Bartol. in dicta l. re coniuncti, numero 12. verſiculo
Quarto ad hoc, Balthaſar Quintius inter conſil. vltim.
volunt. conſil. 177. numero 107. & ſeq. & quamuis prę
dicta ſint clara, nihilominus ex abundanti dico non poſ
ſe probabiliter ſuſtineri ſtatutum poſuiſſe tres caſus ſe-
paratos; Dicit enim, ſuccedat patruus vnus, & iſte eſt
primus. Vel plures, & iſte eſt ſecundus. Dum vero dici
tur, & præmortuorum deſcendentes, non eſt tertius,
ſed coniunctus cum pręcedentibus, quod oſtenditur ex
prædictis, & etiam quia ſtatuentes diuerſo modo lo-
quuti ſunt; in duobus caſibus ſeparatis per alternatiuã;
in iſto vero per copulam, dicentes, & præmortui vel
præmortuorum deſcendentes. Si enim voluiſſent ſta-
tuentes ponere tertium caſum ſeparatum, illum alter-
natiue poſuiſſent, ſicut in alijs fecerunt; quod cum nõ
ſit factum, credendum eſt ita non ſenſiſſe, cum facile
fuiſſet id exprimere, vt ferè in terminis probat tex. in l.
vni. §. ſin autem ad deficientis, in fi. C. de caduc. tollen.
& in capit. inter corporalia, poſt medium, verſic. Vnde
ſi circa translationem, de translat. epiſcopi, & faciunt
not. in ſimili per Ioan. de Anan. conſilio 22. Alex. con-
ſilio 55. colum. 3. verſic. Non obſtat quod tacite, libro
3. Crauet. conſil. 289. colum. pen. verſic. Ecce quanta,
libro 2. Soc. iun. conſil. 100. numero 20. & ſeq. libro 1.
19 & conſil. 13. numero 26. libro 3. † qui reſponderunt,
quod ſi teſtator in vna parte teſtamenti fecit mentio-
nem de filijs maſculis, & in alia de filijs ſimpliciter, cre
dendum eſt non ſenſiſſe de maſculis, nam ſi aliter ſen-
ſiſſet, id expreſſiſſet teſtator, prout fecit in alia parte
teſtamenti.

20 Tertio principaliter opponitur, † ꝙ quando duo à
ſtatuto vocantur, ſi vnus tãtum ſupereſt, qui ſuccedat,
ille ſolus admittitur, allegando Bald. in l. ſi quis filium,
nu. 10. C. de inoff. teſta. quem fuit ſequutus Capr. conſ.
39. ſub nu. 17. verſi. Primo caſu. Sed recte aduertendo,
hoc nõ nocet; loquitur enim Bal. qñ extat caſus proui-
ſus à ſtatuto, quo excludens vocatur: quando vero ca-
ſus prouiſus non verificatur, dicit ſtandũ eſſe iuris com
munis diſpoſitioni, & idem vult Capr. in d. conſil. 39.
Sed hic vt alias oſtendi in conſilio, caſus formaliter à
ſtatuto prouiſus non verificatur ob carentiam patrui,
ideo Bal. & Capr. non nocent, ſed potius noſtram pro-
bant concluſionem.

Quarto ad probandũ intentionem fratrum patrue-
lium, duo ex Dominis Aduocatis ipſorum adducunt
21 multa iura ad oſtendendum, † quod quando duo copu-
latiue vocantur, alter tantum admittitur, quod ipſi pro
bari dicunt in l. 2. §. ita demum, ibi, ſed ſint, & in §. ſi ſit
conſanguinea, in fin. ibi, mater cum patre quaſi cogna-
ta, iunctis ibi, quoniam omittente eo, ff. ad Tertul. in l.
vbicumque, in fin. verſic. Quamuis, ibi, tamen etiam ſo
lus, iunct. gloſſ. in verb. ſolus, ff. de ventr. in poſſeſ. mit-
ten. in l. ſi ita fuerit, §. fina. ibi, etſi nullum habeat, ff. de
manumiſſ. teſtamen. in l. ſi quis legauerit, la 2. ff. de le-
gat. 1. l. ſi mulieri, & ibi gloſſ. in verſic. habet, ff. de vſu-
fruct. accreſc. in l. ſi duobus, §. fina. ff. de lega. 1. & idem
probari dicunt auctoritate Dec. in conſilio 454. col. 2.
numero 4. His omnibus ſatis fuit reſponſum per Domi
num Rainaldum; & vltra adducta per eum dico, quod
omnia dicta iura, exceptis, l. ſi ita fuerit, l. ſi quis legaue
rit, & l. ſi mulieri, loquuntur de duobus copulatis ſimpli
citer per copulam, &, Nos vero in copulatis per copu
22 lam, † Cum, quæ longe fortius copulare ſolet. Barto. in
l. Seia, §. Caio, ff. de fund. inſtru. Cuman. conſil. 40. co-
lum. 2. verſic. Ex quibus. Ruin. conſilio 190. numero 7.
libr. 1. Rimin. iun. conſil. 128. numero 40. libro 2. Et li-
cet inter copulam, Et, & Cum, non conſtituatur diffe
rentia, vt dicitur in l. Titiæ textores, §. nihil diſtat, ff.
de

de leg. 1. id verum eſt, quia quælibet copulat, eſt tñ dif-
ferentia, quia copula, Cum, magis copulat, quàm, &, ſi-
cut clare dicit Bar. in l. Gallus, §. quidã recte, nu. 5. ff. de
lib. & poſthum. & Ang. ibi, nu. 3. ver. Non obſtat quod
23 inter. & hinc eliciunt Doctores, † quòd copulatorum
per dictionem, Cum, requiritur ſimultaneus concurſus
licet non exigeretur in copulatis per dictionem, &, vt
not. in d. §. quidam rectè. vbi Bar. nu. 4. & 5. Ang. nu. 3.
Alex. num. 11. in fi. Iaſ. qui communem dicit, num. 30.
aſſerens cum deciſione Bart. omnes indifferenter tene
re. & Rub. Alex. in repet. d. §. quidam recte, num. 34. &
poteſt etiam aſſerri ratio, quia copula, Cum, denota tac
ceſſorietatem quamdam, vt ſupra demonſtraui.

Alia vero iura videlicet l. ſi quis legauerit, & l. ſi mu
lieri, quæ loquuntur in copulatis per dictionem, Cũ, ob
ſtare non videntur, quoniam in caſibus dictorum iuriũ
vocatur Titius cum Seio, nec præcedit diſpoſitio fa-
uore Titij, vt in caſu noſtri ſtatuti, in quo præcedit di-
ſpoſitio fauore patrui, cum dicatur, ſuccedat patruus,
& præmortui deſcendentes cum patruo. Præterea iura
illa loquuntur in diſpoſitione teſtatoris, & verbis ab ho
24 mine prolatis, † in quibus benigna, & lata fieri debet
interpretatio, iux. l. in teſtamentis, ff. de reg. iur. quæ tra
ditio procedit nedum reſpectu inſtitutionis, ſed ẽt fi-
deicommiſſi, legatorum, & codicilorum, ſecundum
cõem opin. de qua per Corn. in Auth. ex cauſa, col. 7. C.
de liber. præt. & poſt alios multos communem eſſe o-
ſtendit Cagnol. in d. l. in teſtamentis. per totum. Aliud
vero dicendum eſt in materia ſtatutaria, quæ cum ſit
correctoria iuris communis, & exorbitans, ſtricte eſt
intelligenda, immo reſtringenda, vt quanto minus fie
ri poteſt, ius commune corrigatur, vt late oſtendi in
meo iudicio: quod igitur diſponitur in vltimis volunta
tibus, & diſpoſitionibus fauorabilibus, in quibus lata
fieri debet interpretatio, non procedit in hac materia
correctoria, & ſtricte intelligenda, vt ſentit Bero. in
25 conſ. 148. nu. 34. & ſeqq. li. 2. † & in ſpecie quod quan-
do materia eſt fauorabilis, concurſus copulatorum nõ
requiratur, ſed bene ſit neceſſarius in materia exorbi-
tanti, & iuris cõis correctoria, affirmant, Ant. de Butr.
& Imol. in Clem. in pleriſque, de elect. Rui. conſ. 112.
nu. 13. lib. 5. Rol. a Vall. conſ. 79. nu. 45. & ſeqq. li. 3. &
idem ſentit Io. de Imol. in alleg. l. ſi quis legauerit, la 2.
verſ. in gloſ. ff. de leg. 1. & magis in terminis hanc diffe
rentiam probant Seiſel. in l. vt vim, num. 46. ff. de iuſt.
& iu. & Polit. in repet. l. re coniuncti, nu. 23. ff. de leg. 3.
26 & † hinc eſt, quod in terminis ſtatuti admittentis duos
copulatiue ad ſucceſſionẽ, quod vnus non admittatur,
ſi non adſit alter, cum quo vocatur, conſuluit Signoro.
de Homod. conſil. 226. incip. In themate quæſtionis,
quẽ fuit ſequutus Alber. Br. in tract. de ſtat. quod ſtant.
maſcul. art. 8. in fin. nu. 147. & idem videtur firmare
Dec. qui in contrarium ab vno ex Dominis aduocatis
adducebatur in conſ. 333. qui arguendo tenet, quod ſta
tutum vocans duo copulatiue, quia diſponit in caſu
mixto, non habet locum, ſi vnus tantum ſuperſit, vt di
cit, nu. 1. & fatetur in pen. col. verſi. Non obſt. id verũ
eſſe in dubio, ſi aliud ſtatutum non diſponat, prout di-
ſponebat in caſu ſuæ conſultationis, in quo maioritas
rationis, & multa alia, quæ hic ceſſant, conſiderantur,
quibus remotis, recte Dec. pro hac opinione concludit,
ad quod facit etiam, quod dicit Bald. in cap. 1. in ſi. de
duobus fratr. a cap. inueſt.

Vlterius iura in contrarium adducta, non nocent,
quibus in caſibus in eis expreſſis non conſtabat, quod
vnus eſſet vocatus contemplatione alterius, prout in
propoſito, in quo deſcendentes patrui vocantur bene-
27 ficio perſonæ patrui, † quo caſu ſi patruus non adeſt,
cum quo vocantur, ipſi non ſuccedunt, ſicut probat
clare tex. in l. 2. §. ſi ſit conſanguinea, ff. ad Tert. ibi eñ
ſoror ſola ſuccedebat, hic ſolus patruus à ſtatuto voca-
tur. ibi mater non admittebatur ſola, niſi cum ſorore,
hic deſcendentes patrui non reperiuntur in aliqua ſta-
tuti parte ſoli vocati ad excluſionem matris, niſi cum
patruo, qui ẽt ſolus ſuccedebat. ibi mater non admitti-
tur deficiente ſorore, hic deſcendentes excluduntur, nõ
exiſtẽte patruo, & ſic caſus ille decidit in terminis quę
ſtionem noſtram. Quod autem contemplatione patrui
& cum eo vocentur deſcendentes patrui præmortui,
colligitur manifeſte ex ſtatuto, in quo patrui etiam ſoli
vocantur, nullibi tamen ſoli deſcendentes reperiuntur
admiſſi. Item dum vocat eos cum patruis, quæ dictio,
Cum, denotat (vt dixi) acceſſorietatem quamdam, ma
ximeque quia vocantur per copulam, Et, & demum addi-
tur, cum patruo, quæ potius videtur adiecta ad declara
28 tionem præcedentis copulæ, † prout etiam quoniam
vocantur in ſtirpes, quo caſu veniunt per repręſentatio
nem perſonę eorum patris, & ſic patrui. Paril. conſ. 20.
nu. 22. & ſeq. li. 2. quandoquidem nepotes cum patruo
concurrunt, perſonam patris repræſentant, & in eodẽ
gradu, quo erat pater, per repræſentationem eſſe cẽſen
tur. Bal. in l. 1. C. de ſecund. nupt. Corn. conſ. 131. n. 10.
li. 2. Paril. conſ. 3. nu. 39. lib. 1. Rol. à Val. conſ. 68. num.
41. li. 1. & fatetur vnus ex Dominis Aduocatis aduerſa
riorum, quæ quidem repręſentatio gradus nullo modo
cõſideratur a Doctoribus niſi eo caſu quo nepotes cum
patruis concurrunt, non autem ſi ſoli veniunt ad ſucceſ
ſionem. Soc. iun. conſ. 20. num. 6. ver. 2. li. 3. in terminis
not. Ceph. conſ. 537. nu. 21. & ſeqq. li. 4. Ideo ſatis patet
ſtatuti verba non poſſe in aliqua parte verificari, quan-
do ſoli deſcendentes, cum patruis non cõcurrentes ad-
mitterentur, ſed per ſtatuentes ſolum fuiſſe conſidera-
tum caſum, quo cũ patruis veniebant, & gradum pa-
tris præmortui cum patruis concurrentes repræſenta-
bant, ſecus ſi ſoli eſſent, quo caſu patrem non repræſen
tant, ſed tamquam ipſi ſuccedunt, cum inter vnum ca-
ſum & alium maxima adſit diuerſitatis ratio ex iam di
ctis, & in ſimili conſiderat Ceph. d. conſil. 537. numero
21. & ſeq.

Inſuper ſtante ꝙ apparet de intentione ſtatuẽtium
admittentiũ deſcendentes patrui cum patruis ſuperſti
tibus non ſolum ex prædictis, ſed ẽt quia caſum, quo ſo
li eſſent, poſitũ in veteri ſtatuto reformato, caſſauerũt,
29 ceſſant contraria, † quoties enim de contraria mente
diſponentis apparet, iura ex aduerſo allegata locum nõ
habent, ſed concurſus copulatorum exigitur, vt probat
tex. pro contraria parte adductus in l. ſi ita fuerit, §. ſed
etſi ancilla. ibi, niſi mihi proponas aliam ſententiam te-
ſtatoris fuiſſe, ff. de manumiſſ. teſtam.

Poſtremo reſpondetur iura illa loqui, quando plures
perſonæ vna tantum copula coniunctæ ſunt, vt quia di
ctum eſt; Titius & Sempronius, vel Titius cum Sẽpro-
nio. Aliud vero dr in ſtatuto noſtro, in quo duplici co-
pulatiua coniunguntur patruus & deſcendentes, dum
dr, ſuccedant patrui, & deſcendentes patrui præmor-
30 tui cum patruis, † plus enim operatur duplex copulati
ua. Seiſel. in d. l. vt vim, & quia duo ſimul iũcta plus ope
rantur, quam quodlibet de per ſe. arg. Auth. itaque, C.
comm. de ſucceſſ. not. per Corn. conſ. 297. col. fin. verſ.
Conſtat enim, li. 3. Crot. conſ. 371. nu. 6. li. 3. præſertim
quia dictio, Cum, adiecta videtur ad declarationem prę
cedentis dictionis, &, quæ patruos & præmortuorum
deſcendentes copulabat. Quod vero dicit Dec. ex ad-
uerſo allegatus in conſ. 454. col. 2. nu. 4. procedit in vlti
ma voluntate, non in diſpoſitione ſtatutaria, correcto-
ria, & exorbitanti. Pręterea in caſu ſuo expreſſum erat
in teſtamento, quod ſi filia, cum qua erant relicta alimẽ
ta vxori, non permanſiſſet cum eius vxore, vxor inte-
grum

grum vſumfructum haberet, & ſic non erat dubitan-
dum, quod vna ex copulatis abſque alia admitteretur,
vt ipſe Dec. conſiderat col. 1. ver. & in caſu iſto, quod
longe differt a quæſtione noſtra.

Quinto adducũt pręfati D. Aduocati deſcendentes
patrui fuiſſe coniunctos cum patruis, & patruis non exi
ſtentibus deſcendentes in totum admitti per ius accre-
ſcendi, vel potius non decreſcendi, iuxta not. in l. re cõ-
31 iuncti, ff. de leg. 3. † Quod & in coniunctis cõiunctione
legali & ſtatutaria procedere dicunt, vt ibi not. Iaſ. nu.
213. & 217. Rip. nu. 203. & alij communiter. Bal. in l.
vnica, §. vbi decretum, num. 10. C. de cad. toll. Brun. de
ſtat. art. 9. nu. 8. & ſeq.

Hæc quidẽ obiectio nullo modo nocet, & tantũ pro
cedere poſſet, ſi tempore mortis Balthaſaris ſuperſuiſ-
ſent patrui, & deſcendẽtes pręmortui, & vnus patruus
nollet ſuccedere, tunc quidem eſſet quærẽdum, an por
tio patrui alijs accreſceret, & etiam in ſucceſſione iſta
vigore ſtatuti locus eſſet iuri accreſcendi, vt per Brun.
& ceteros, & Michael. de Grall. recept. ſent. in §. ius ac
creſcẽdi, q. 18. num. 4. Sed de hoc modo non quæritur,
ſed dicimus caſum in ſtatuto expreſſum, non eueniſſe,
quia poſt mortem Balthaſaris non ſuperuixit aliquis pa
truus, & deſcendentes patrui ſine eis non admittuntur,
& propterea quęri nõ poteſt de iure accreſcendi, quod
probari videtur in d. §. ſi ſit conſanguinea, vbi mater
cum ſorore vocata in totum excluditur, non exiſtente
ſorore. Dicimus enim deſcendentes patrui nullam ha-
bere partem iure proprio ſine patruis, quia non admit-
tuntur ſoli, et ſi partem iure proprio non habent, ceſſat
32 ius accreſcendi, † quia illud accreſcit portioni nõ per-
ſonæ, & ei, qui non habet portionem iure proprio, non
poteſt accreſcere, text. eſt in l. ſi totam, & ibi not. ff. de
acq. hæred. Iaſ. in d. l. re coniuncti, nu. 193. & alij omnes
idem ibi tenent. Corn. conſil. 61. col. fi. li. 4. Hier. Gabr.
conſ. 88. nu. 21. in fi. li. 1. Ceph. conſ. 390. num. 76. lib. 3.
Vnde cum dubitetur, an deſcendẽtes ſine patruis a ſta-
tuto vocentur, recte adduci nõ poteſt quæſtio iuris ac-
creſcendi, de qua tantum eſſet quærendum, ſi clarum
eſſet deſcendentes etiam ſolos abſque patruis admitti,
quod eſt id, de quo dubitatur.

Sexto obijcitur per vnũ ex D. Aduocatis, quod ad-
ducta pro matre non procedunt in terminis huius ſta-
tuti, quod pro medietate admittit patruos, & præmor
tuorum patruorum deſcendentes, quia licet illud ſit e-
xorbitans, non tamẽ eſt correctorium, cum de iure ge-
neraliter diſponatur matrem præferri tranſuerſalibus,
exceptis fratribus, iux. Authẽt. defuncto, C. ad Tert. &
33 † cum ab hac generali regula excipiatur iſte caſus a ſta
tuto, dicendum eſt ſtatutum eſſe exorbitans, non cor-
rectorium ſecundum Corn. conſ. 82. nu. 16. col. 3. verſ.
Nam tunc, lib. 2.

34 Huic fundamento reſpondetur † ſtatutum vere eſſe
correctorium, quia nedum in genere de iure diſponitur
matrem omnibus tranſuerſalibus pręferri, iuxta termi
nos d. Auth. defuncto. Sed in ſpecie cautum eſt patruũ
& eius deſcendentes nõ ſuccedere cum matre, nec ma
tris portionem modo aliquo minuere poſſe, vt clare
probatur in l. fi. §. patruo, C. ad Tert. & ſic per ſtatutũ
non ſolum corrigitur lex generalis, ſed etiam ſpecia-
lis, quæ in indiuiduo hunc caſum decidebat. Corn. ve-
ro in allegato loco loquitur in diuerſis terminis, videli
cet de fratre conſanguineo, qui per d. l. fi. admittebatur
cum matre, & per Auth. defuncto, & eius diſpoſitio-
nem generalem tantum corrigebatur, quod longe dif-
fert a caſu noſtro.

Septimo argumentantur defendentes iura actorum
ſtatutum hoc non excludere matrem in totum, ſed pro
dimidia tantum, & propterea non dici odioſum, alle-
35 gando Dec. in conſ. 693. nu. 2. ſed dicitur, † quod licet
non ſit adeo odioſum, ſicut aliud ſtatutum, quod in to-
tum eam excluderet, attamen pro parte qua mater re-
pellitur a ſucceſſione, non poteſt negari, quin ſit exorbi
tans, vt fatetur Corn. in alleg. conſ. 82. nu. 18. & etiam
correctorium, quia eſt contra d. l. fi. §. patruo, & etiam
dicitur odioſum, vt clare dicit Dec. in eodem cõſ. 693.
nu. 1. & 2. vbi dicit, ſtatutum matrem excludens, vale-
re, præſertim quia nõ excludit in totum, tamen firmat
eſſe odioſum, quia eam priuat luctuoſa hæreditate filij,
& ſic Dec. pro matre facit, & hoc etiam voluit Deci.
in conſ. 466. vbi loquitur de ſtatuto, quod nõ excludit
matrem in totum, vt patet in principio, & tamen ſub
num. 9. illud odioſum appellat. Et comprobatur etiam
auctoritate multorum, quos in conſilio adduxi, qui lo-
quuntur in ſtatuto excluſiuo matris non in totum, ſed
tantum pro parte.

Octauo dicitur pro matre in dubio non eſſe facien-
dam interpretationem, quia non in totum excluditur,
arg. not. per Alex. conſ. 123. nu. 2. verſ. Præterea, lib. 1.
Soc. iu. conſ. 20. nu. 6. verſi. 2. lib. 3. Tib. Decia. conſ. 55.
ſub nu. 19. ad fi. verſic. Hanc etiam, & ver. 2. quod qui
36 vult, li. 3. † aſſerentes regulam, quod filius ſuccedat in
locum patris, procedere, quando pro parte patruum ex
cludere intendunt, ſecus ſi in totum.

37 Hoc quidem nihil eſt, † quoniam Doctores allegati
in meo conſilio in vltima ratione pro matre adducta,
loquuntur etiam in caſu, in quo mater à ſtatuto non e-
rat excluſa in totum, ſed pro certa parte tantum voca-
batur; & ita loquuntur Ang. conſ. 281. ver. ſed dictus,
& ver. ſola aũt. Soc. iu. conſ. 6. nu. 2. & 3. li. 1. vbi loqui-
tur de ſtatuto excludente matrem in tribus quartis tã-
tum, & tamen ſub nu. 11. affirmat in dubio pro matre
faciẽdam eſſe interpretationem, ne a dictis ratis exclu
datur. Cur. iu. conſ. 176. nu. 10. lib. 2. idem dicit, & con-
ſuluit in ſtatuto admittente matrem ad tertiam par-
tem bonorũ filij vt dicit ipſe in narratiua facti, in prin.
verſi. Tertio mater. Ita etiam loquitur in conſ. 134. nu.
6. lib. 2. vbi de communi teſtatur, & mouetur ex l. fi. cũ
ibi no. C. de inſt. & ſubſt. in qua diſponitur in dubio ſu-
mendam interpretationem, ne mater excludatur, & vt
ibi clare dicitur, nõ agebatur de totali excluſione, quia
iam mater partem habuerat ex diſpoſitione teſtatoris,
& filius aliam partem, & reſpectu dictæ partis tantum
dubitabatur, an excluderetur mater, & nihilominus
pro ea fit interpretatio, ſicut & ibi notant Doctores.
Ea vero, quæ ex aduerſo afferuntur, non videntur ſtrin
gere, quia verum eſt dicere filios non intrare in locum
patris, ſi cum eis nõ ſuccedat patruus, ſed in totum ipſi
velint admitti, quod & ego ſupra ver. Vlterius, pro hac
noſtra opinione adduxi, quoniam eo tantum caſu filius
intrat in locum patris, quando cum patruis concurrit,
& non aliter. Et hoc eſt, quod dicit Alex. in d. cõſ. 123.
& alij ex aduerſo adducti. Sed non video quomodo ex
hoc inferatur quod verba dubia ſtatuti excludentis ma
trem pro patre a ſucceſſione filij, pro matre non inter-
pretentur, cũ etiam illud ſit exorbitans, correctorium
iuris communis, & etiam odioſum, vt demõſtraui: quę
rationes ſunt, quæ ſuadent interpretationem in dubio
pro matre eſſe faciendam.

Poſtremo obijcitur, quod etſi in veteri ſtatuto iſte
caſus eſſet ſpecifice comprehenſus, & in reformatione
non ſit appoſitus, id videri actum, quia ſuperfluum erat
apponere, cum contineretur in primo capite. Quod tol
litur negando in primo capite fuiſſe comprehenſum,
vt ſatis in conſilio demonſtraui, & ſupra comprobaui,
quod repetere ſuperuacaneũ videtur. Ex his non repu
38 gnat aliud obiectum, † quod ex reformatione non vi-
deatur correctum antiquum ſtatutum, niſi quatenus

repu-

repugnantiam contineret ſcd'm Bart,in extrau. ad reprim.in ver. Non obſt, Rom,cõſ.57.in prin. Quia omiſſis alijs rñſionibus, dr̃ id admitti poſſe in ſimplici reformatione abſque clauſula abrogatoria legis antiquę. Sed qa in noſtra reformatione adeſt clauſula generalis, qua reformantes caſſant in omnibus, & per oĩa ea omnia, & ſingula, quæ cõtinentur in antiquo ſtatuto, & ſolum & dumtaxat dixerũt velle obſeruari contenta in reformatione, videtur res clariſſima, cum conſtet de clara mente reformantium illud abrogandi, vt ſentit Bartol. ex aduerſo allegatus ſub num.8. Imol.in l. ſi vero, alias l.dotalem.§.de viro, num.10.ff. ſolut. matrim. ſequitur Alexan.in l,ſciendum.in princip.& num.4. ff.qui ſatiſda.cogan, & late Laur. de Palat. in tract. de ſtat. quod ſtant.maſc.num.172.& ſeqq.

Et ex his remouentur contraria, & concluſio alias pro matre facta, firma remanet,

Cauſa iſta fuit diu ventilata in Rota Romana corã R.P. D. de Bubalis, & quia fuit ter in Rota propoſita, & nihil reſolutum, quoniam D. Auditores illius Rotæ diſſentiebãt, tamdẽ Rota mandauit cauſam concordari, prout anno 1584. per tranſactionem concordata fuit, & fratribus patruclibus, qui prætendebant medietatem bonorum, fuit conſignata quarta pars tantum,

ARGVMENTVM.

Statutũ Ciuitatis Cluſij, diſponens quod qui voluerit vendere teneatur requirere conſanguineos, ſeu vicinos, & quod illis emere volentibus, teneatur vendere, an locum habeat in alienationibus per Clericos faciendis. Et numquid hæres venditoris, qui requirendus erat vigore ſtatuti, poſſit rem venditam recuperare.

SVMMARIVM.

1 *Statutum, compellens volentem vendere rem ſuam ad requirendum conſanguineum, vel vicinum, & ad vendendum illis emere volentibus, validiſſimum eſt.*
2 *Statutum obſeruandum eſt inter ſubiectos, & magis afficit ſuos ciues quam ius commune.*
3 *Statutum Ciuitatis Cluſij Rub.39.diſponẽs, quod qui voluerit vendere, teneatur requirere proximiores, ſeu vicinos, & illis emere volentibus vendere, an comprehendat clericum, & infra late.*
4 *Statutum generale licitum & honeſtum, quod poteſt commodum & incommodum apportare clericis, eos includit. Sed contra num.20.*
5 *Statutum quod vinculum iniecit ante clericatum, ligat etiam eum, qui poſtea effectus fuit clericus. Sed declaratur num.27.*
6 *Statutum, prohibens alienationem in forenſem, locum habet, etiam ſi alienatio fieret in clericum. Sed contra nu. 22. Et declaratur nu.28.*
7 *Statutum, compellens volentẽ vendere ad requirendum conſanguineum, vel vicinum, locum obtinet, etiam ſi venditio fieret clerico.*
8 *Venditio facta à Clerico, non requiſitis conſanguineis, vel vicinis iuxta formam ſtatuti, non valet. Sed contra per totum.*
9 *Conſtitutio iuris congrui ligat etiam clericos.*
10 *Statutum compellens ad requirendum conſanguineos, & vicinos, & illis vendendum non comprehendit clericum alienantem. Et per totum.*
11 *Statuta laicorum non ligant clericos, maxime ſi ſunt præceptiua, & arctatiua perſonarum. Et nu.29.& ſeqq.*
12 *Clerici ſunt exempti à iuriſdictione laicorum non ſolum reſpectu perſonæ, ſed etiam bonorum.*
13 *Diſponere de rebus ſuis ad libitum de iure communi omnibus permittitur.*
14 *Vendere nemo cogitur potius vni quã alteri, nec cõſortem vel vicinnm requirere.*
15 *Statutum auferens clericis id, quod de iure communi generali, vel ex priuilegio eis competebat, dicitur cõtra libertatem eccleſiaſticam, & non valet.*
16 *Statutum quantumcumque generale nõ extenditur ad perſonas exemptas, nec ſubiectas iuriſdictioni ſtatuentium.*
17 *Statuentes in generali diſpoſitione eas perſonas includere voluiſſe non creditur, de quibus in ſpecie diſponere non potuiſſent.*
18 *Statutum ſpeciale de Clericis diſponens, eis non nocet defectu poteſtatis, generale vero non nocet defectu poteſtatis & voluntatis ſimul. Et num.26.*
19 *Statutum dum diſponit aliquem cõpelli debere per Iudicẽ laicum, oſtendit non intellexiſſe comprehendere clericũ, Iudici laico non ſubiectum.*
20 *Iudices laici in clericos nullam habent iuriſdictionem.*
21 *Clericus in omnibus cauſis tã pro obligationibus perſonalibus quam realibus coram Epiſcopo eſt conueniendus, nec coram laico conueniri poteſt etiã ipſo clerico volente.*
23 *Clericus non arctatur per ſtatutum ad denunciandum venditionem conſanguineo, ſeu vicino, nec ad vendẽdum eis, maxime quando verba ſtatuti ſunt præceptiua directa in perſonam venditoris, & venditio ab eo facta, non ſeruata dicta forma ſubſiſtit. Et nu.29.& ſeq.*
24 *Opinio, quæ fauet eccleſiæ, in dubijs opinionibus eſt tenenda.*
25 *Statutum, arctans ad vendendum conſanguineis, vel vicinis, & ſic ad diſponendum contra eius voluntatem, eſt exorbitans à iure communi, inhumanum, & odioſum, & reſtringendum.*
27 *Statutum iniecisse vinculum ante clericatum quomodo intelligatur.*
28 *Statutum licet comprehẽderet clericum emptorem, non tamen afficit clericum venditorem.*
29 *Statutum, quod loquitur in rem, includit non ſubiectum ratione bonorum ſubiectorum, ſed ſi loquitur in perſonam non ligat clericum, nec aliam perſonam non ſubiectam ſtatuentibus, nec etiam ratione bonorum.*
30 *Statutum quando loquatur in rem, & quando in perſonã.*
31 *Doctoris dictum intelligitur ſecundum legem vel auctoritatem, quam allegat.*
32 *Marantæ diſputat.8. aſſerens laicum ementem à clerico, non excuſari, quin teneatur retrouendere conſanguineo ſeu vicino, declaratur, & etiam damnatur.*
33 *Teſtamentum clerici redditur nullum, ſtãte ſtatuto, quod teſtamẽta omnia debeant inſinuari, aliàs ſint nulla, ſi hæres laicus illud inſinuari non curauerit. Et de ratione.*
34 *Laicus emens à clerico, non ſeruata forma ſtatuti, nec requiſitis conſanguineis ſeu vicinis, redditur tutus fauore perſonæ clerici.*
35 *Conſtitutio Imperatoris, quatenus non contradicit canonibus, ligat etiam perſonas Eccleſiaſticas.*
36 *Hæres venditoris numquid vigore ſtatuti iuris congrui admittatur ad retractum per totum.*
37 *Filius mortuo patre vigore ſtatuti, ſeu cõſuetudinis iuris congrui bona vendita retrahere poteſt.*
38 *Hæres ex propria perſona, non vt hæres poteſt venire contra factum defuncti. Sed contra num. 71. Et declaratur num.73.*
39 *L.fin.C.de euict.intellectus.*

Euictio

40 *Euictio non debetur, quando res euincitur ex natura rei. Declaratur nu.74.& 75.*
41 *Vēditor non tenetur de euictione, quando res euincitur à conſaugnineo ſeu viciuo vigore ſtatuti iuris congrui, ſi in ſpecie ex hac cauſa non fuit promiſſa euictio. Declaratur nu. 74.*
42 *Euictio vt debeatur, euictæ rei ex natura rei non ſufficit generalis promiſſio euictionis, niſi in ſpecie ex illa cauſa ſit promiſſa.*
43 *Hæres alienantis admittitur ad retractum. Sed contra nu. 66. Declaratur nu.77.*
44 *Venditor venditioni nullæ contrauenire poteſt. Declaratur nu.80.& 82.*
45 *Hæres venditionem nulliter ab eius auctore factam, retractare poteſt.*
46 *Hæres factum defuncti inualidum contra ſtatuti diſpoſitionem ſeruare non tenetur.*
47 *Hæres qui adiuit hæreditatem ſine beneficio inuentarij, contra factum defuncti venire non poteſt.*
48 *Hæres tenetur obſeruare, & approbare factum defuncti.*
49 *Exceptio eum repellit, qui de euictione tenetur.*
50 *Factum eius quis approbare tenetur, ex cuius perſona lucrum ſentit.*
51 *Hęres reputatur vna, & eadem perſona cum defuncto, & factum defuncti videtur factum hæredis.*
52 *Hæres adeūdo hæreditatem, factū defuncti cōfirmare dicitur.*
53 *Hæres cum inuentario tenetur approbare factum defuncti eatenus, quatenus ex hæreditate percepit.*
54 *Hęres hęredis factum defuncti approbare tenetur.*
55 *Alienari non poteſt res aliena.*
56 *Dominus rei ab alio alienatę, ſi alienanti ſuccedit, tenetur approbare alienationem.*
57 *Ius competens vigore ſtatuti ad retrahendum rem alienatam, dicitur quærendum.*
58 *Ius quæſitū fortius & fauorabilius eſt in iure quærendo, in quo agitur de damno, & in quærendo de lucro.*
59 *Ius quærendum facilius amittitur, quàm quæſitum.*
60 *Statutum Cluſii iuris congrui annullat alienationem fauore eorum, qui in ſtatuto nominantur.*
61 *Hæres cuius fauore erat prohibita alienatio, alienationē à prohibito factam non poteſt impugnare. Et num.ſeq.*
62 *Alienatio contra expreſſam prohibitionē redditur nulla.*
63 *Hæres fortius non impugnat alienationem, quando alienans obligauit ſe & hæredes.*
64 *Defunctus potuit hæredes & eorum bona obligare.*
65 *Hæres cuius eſt facta mentio in obligatione, ex aditione hęreditatis obligationem ratificat.*
67 *Cap. conſtitutus de reſt. in integ. declaratur.*
68 *L. debitor, §. fi. ff. ad Treb. declaratur & nu. ſeq.*
69 *Fideicommiſſi in reſtitutione ea tantum veniunt, quę grauatus habuit iure hæreditario.*
70 *Subſtitutio ab inſtitutione declaratur.*
72 *Hæres fideiuſſoris iure ſpeciali ex propria perſona contrauenit facto defuncti, non autem hæres principalis.*
73 *L. Seia, ff. de euictio. declaratur.*
76 *Hæres qui non poteſt conueniri pro euictione, repellitur ſaltem exceptione catenus, quatenus ex hæreditate fuit conſecutus.*
78 *Venditor nullitatem venditionis, ſeu factum ſuum, licet inualidum ob non ſeruatam formam ſtatuti iuris congrui, allegare non poteſt. Et nu.82.*
79 *Hæres non poteſt allegare nullitatem venditionis, quam defunctus allegare non poterat. Et num.83.*
80 *L. quemadmodū, C. de agricol. & cenſit. li.11. intellectus. Actus poteſt impugnari ab eo, qui illum geſſit, quādo nullus eſt fauore publico. Secus ſi priuato, dict. nu.80.*
81 *Venditio facta non requiſitis conſanguineis, ſeu vicinis iuxta formam ſtatuti, nulla eſt fauore conſanguineorum, ſeu vicinorum; Valet tamen quoad venditorem.*

CONSILIVM III.

CAVETVR Statuto Ciuitatis Cluſij
Rubr.39. quod qui voluerit vēdere ali
quam rē, teneatur requirere proximio
res vſque ad tertiū gradum, & poſtea
vicinum, illiſque emere volentibus vē
dere compellatur, alias vēditio ſit nul-
la, & emptor pretiū recipere, ac venditor cōſanguineo
1 ſeu vicino eamdem rem reuendere compellatur. † Et
quia ſtatutū hoc validiſſimū eſt, c. cōſtitutus, vbi Abb.
in 7. not. & alij not. de reſt. in integr. Albe. de Roſ. Pau.
de Caſt. Bal. & alij in l. dudum, C. de cōtrah. empt. Bar.
& alij omnes in l. filiusfamilias, §. diui, in 3. q. ff. de leg. 1.
Bal. & alij in l. 1. C. com. diuid. Alex. conſ. 52. in princ.
li. 1. Dec. conſ. 88. nu. 1. Pariſ. conſ. 82. nu. 3. li. 3. Cur. ſe.
conſ. 27. nu. 8. Et obſeruandum eſt inter ſubiectos ſta-
2 tuto, non obſtante iure communi, † quia ſtatutum dr̄ ius
commune illius loci, & magis afficit ſuos ciues, quam
ius commune. Bal. in l. quicumque, C. de ſeruit. fug. in l.
Gallus, §. ſi eius, in 2. not. ff. de lib. & poſth. Soc. ſe. in d.
l. Gallus, §. quidam recte. Cur. ſen. conſ. 46. nu. 16. Grat.
conſ. 54. nu. 49. & conſ. 59. nu. 10. & ſeq. lib. 1. Videndū
3 eſt. Primo an venditio † facta à D. Scipione de Auiaria
tunc clerico, ſtatuto ſubijciatur. Secundo ſi ſtatuto lo-
cus eſſet, vtrum conſanguinei, qui ſucceſſerunt vendi-
81 ſil. 236. nu. 53. & ſeq. li. 3. † qui dixerunt, quod ſtatutũ
corrigens ius commune vel antiquam legem à iure cõ-
muni, ſeu ab antiqua lege correctam non recipit inter-
pre-

82 pretationem. Et quia † reformatio facta fuit circa ſub-
ſtantialia, & verba ſunt apta inducere nouam diſpoſi-
tionem, prima diſpoſitio non attenditur. Bart. Angel.
Caſtr. & alij in l. iuriſgentium, §. adeo, ff. de pact. Natt.
alios referens, conſ. 527. nu. 1. lib. 3.

Secundum obiectum parum reſiſtit, quoniam ex le-
ctura reformationis conſtat illam non fuiſſe factam ſo-
lum pro exclusione matris, ſed eius ratio eſt generalis,
& generaliter intelligitur, vt ſupra demonſtraui. Et quod
dicitur de matre, nō reſtringit, ſed additiue, & per mo
dū exempli ponitur, quod oſtendunt verba illa poſt ra-
tionem generalem, cū ſtante ſimiliter dicta reformatio
ne, reperiatur multoties per ſucceſſionem matris, quod
83 † aduerbiū, ſimiliter, non reſtringit, ſed oſtendit ſimili
tudinem facti, & modi ad præcedentia. Inno. in c. ex re
ſcripto, de iureiur. Soc. ſen. conſ. 281. nu. 3. li. 2. Dec. cō
ſil. 646. nu. 2. Et æqualitatem quandam, §. ſimiliter. In
ſtit. de excuſ. tu. gl. in l. fi. §. penul. C. commun. de legat.
Soc. d. conſ. 281. nu. 3. Menoch. conſ. 124. nu. 60. lib. 2.
84 Accedente dictione, cum, † quæ repetit eamdem qua-
litatem de ſermonis virture, Bar. in l. Seię, §. Caio, nu. 4.
85 ff. de fund. inſtruct. † Et venit additiue, non incluſiue.
Purp. conſ. 222. li. 1. Erit igitur accipiendū exemplum
de matre non reſtrictiue, ſed additiue, & conſequenter
ad illū caſum non eſt reſtringenda reformatio, quia ſi
reſtringeretur, non ſatisfieret intentioni reformantiū,
quæ fuit prouidere omnino, ne bona extra familiam e-
grederentur, cum etiam excluſa matre, ſi ſucceſſio ma
ſculorum reſtringeretur ad quartum gradum ſecundū
ius ciuile, multis modis ratio reformationis oſtendere-
tur per ſucceſſionem aliarum feminarum, quæ in alie-
nas tranſeunt familias, Merito reformatio generaliter
eſt intelligenda, vt rationi expreſſæ ſatisfiat.

Tollitur Tertium, in primis ponderando ſtatutum
antiquum & reformationem, in quibus non dr ſimpli-
citer, quod ſtantibus maſculis, feminæ non ſuccedant,
prout loquuntur Doctores in contrarium allegati, ſed
vocantur proximiores maſculi, ortum habentes a do-
mo ſeu cippo defuncti, & illis non exiſtentibus, femi-
næ admittuntur, & mater excluditur. Ex quibus culli-
gitur noluiſſe ſtatuentes excludi feminas per maſculos,
exiſtentes in eodem gradu tantum, ſed etiam ſi eſſent
in remotiori. Tum quia tam per antiquum ſtatutum,
quam per reformationem, feminæ vocantur, nullis exi
ſtentibus maſculis, Tum etiam quia excluditur per re-
86 formationem mater, † cum qua de iure frater & ſoror
tantum concurrebant ad ſucceſſionem. Authen. deſun
cto, C. ad Tert. & omnes alij tranſuerſales ab ea exclu-
debantur, §. ſed cum antea, Inſtit. ad Tert. §. conſequēs,
verſic. ſi igitur, Authent. de hæred. ab inteſt. ven. l. fin.
§. patruo, C. ad Tert. Socin. ſen. conſil. 9. lib. 3. Gra. con
ſil. 38. num. 4. lib. 1. Ang. conſ. 81. ver. Nam de iure. Ale
xand. conſil. 3. nu. 4. lib. 7. Affli. dec. 38. Quod ſatis oſtē
dit ſtatuentes non habuiſſe rationem paritatis gradus
maſculorum & feminarum, poſtquam feminæ ſolum
vocantur, nullis exiſtentibus maſculis, & mater proxi-
mior, & magis dilecta excluditur, ſed voluiſſe maſculos
de familia & cippo domus etiam poſteriores præferri,
& feminas in vlteriori gradu exiſtētes excludi, vt agna
87 tio conſeruaretur. Præterea, † quia ſtatutum & refor-
matio facta fuit fauore agnationis, non eſt attendendū,
quod feminæ ſint in proximiori gradu, ſed a maſculis
de agnatione etiam remotioribus excluduntur, vt de-
clarat Roman. in alleg. conſil. 411. colum. 1. ver. ſtatu-
tum, & col. 2. ver. Eſt ergo. Campeg. in tract. quod ſtāt.
maſcul. q. 27. nu. 130. aſſerens ita fuiſſe obtentum, quo-
rum rationem poſt alios, quos adducit, probat Menoc.
in d. conſil. 187. nu. 17. & eam defendit Alber. Brun. in
tracta. quod ſtant. maſcul. art. 12. q. 14. nu. 191. & ſeqq.
& quia ratio agnationis conſeruandæ eſt in reformatio
ne expreſſa, & eſt finalis, de plano hæc opinio procedit,
vt admittit Anch. q. fam. par. 2. q. 66. nu. 10. & ſeqq. li-
cet ipſe a dicta opinione diſſentiat, quando ratio nō eſt
expreſſa, & illa quę adducitur, eſſet tantum impulſiua,
non autem finalis. Et hoc puto eſſe veriſſimum, cū ver
88 ba non repugnent, & † ratio reformationis, quæ men-
tem probat. l. cum mulier, ff. ſol. matr. l. ſcire oportet, §.
oportet, ff. de excuſat. tut. oſtendat intentionem refor-
mantium fuiſſe plene agnationi fauere, ne bona extra
eam egrederentur: etſi intelligeretur, quod feminæ ex-
cluderentur per maſculos, exiſtentes in pari gradu tan-
tum, mens & ratio finalis ſtatuentium facile eludere-
tur, quod non eſt dicendum.

Quod quarto loco obijciebatur de inualiditate re-
formationis Carolinæ remouetur, conſiderando, quod
89 cum † quilibet populus poſſit inter ſuos ſubditos ſta-
tuere, ſicut voluerit, ēt ſine ſuperioris conſenſu, dum-
modo de præiudicio ſuperioris non tractetur. Iaſ. in l.
oēs populi, ff. de iu. & iu. Io. de Amic. conſ. 22. nu. 1. &
ſeqq. Ceph. conſil. 38. per tot. & maxime nu. 22. li. 1. et
ſi ſtatuendo ius commune corrigeretur. Io. de Amic.
conſ. 8. nu. 4. & ſeq. Conſtitutio illa à populo Terrę Hi
ſpelli facta, valida eſt, & inter ſubditos ſeruari debet.
Soc. iun. conſ. 24. nu. 5. li. 4. Nec modo de eius validita-
te dubitari poſſe videtur. Primo, quia reperitur inſerta
90 in volumine ſtatutorum; Et † quando ſtatutum in vo-
lumine aliorum ſtatutorum reperitur, præſumitur in
forma ſtatuti ſollemniter receptum, prout Doctores
communiter firmare teſtatur Bero. conſil. 173. nu-
me. 54. & ſeq. lib. 1. Quibus accedit, quod multi teſtes
examinati depoſuerunt non ſolere ſtatutum ſeu refor-
mationem in volumine aliorum ſtatutorum deſcribi,
niſi illa ſint ſollemniter facta. Secundo, quia reforma-
tio illa in dicta terra fuit vſu recepta, vt multi teſtes
91 examinati affirmant, † & de iure etiam pręſumitur ſta
tutum vſu fuiſſe receptum, l. Ariani, C. de hæret. Rip.
in l. admonendi, nu. 118. ff. de iureiu. Menoc. conſ. 75.
nu. 14. li. 1. Præſertim, quando inter alia ſtatuta reperi-
tur regiſtratum. Bero. d. conſ. 173. n. 54. Quæ præſum-
ptio transfert onus probandi contrarium in eum, *qui*
dicit ſtatutum non fuiſſe vſu receptum, vt poſt *Alex. di*
xit Gozad. conſ. 16. nu. 16. Ceph. conſ. 515. nume. 23.
92 lib. 4. † Ex huiuſmodi obſeruantia ſuſtinetur reforma-
tio, quamuis à principio fuiſſet inualida. Ant. de Butr.
in c. cum dilectus, col. 5. ver. Ex quo de conſuet. quam
refert Menoc. conſ. 324. nu. 13. li. 4. Tertio dicitur præ
dicta eo magis eſſe admittenda, cum reformatio illa
93 fuerit facta iam ſunt anni quinquaginta quinque, † &
ex curſu trigiuta annorum præſumitur ſollemnitas ex
trinſeca, & quod omnia ſollēniter ſint geſta, l. ſi filius,
C. de pet. hæred. Doct. in c. illud, de præſumpt. Gozad.
conſ. 11. nu. 11. Burſ. qui de communi teſtatur conſil.
160. nu. 51. li. 2. conſ. 330. nu. 112. li. 3. Ceph. conſil. 35.
94 nu. 48. li. 1. conſ. 314. nu. 4. & ſeqq. li. 3. † Et ex curſu tri
ginta annorum tollitur omne vitium, omniſque defe-
ctus, qui allegari poſſet pro actus nullitate. Petr. de An
char. conſ. 135. incip. Ex conſilijs Excellentium Docto
rum. Dec. conſ. 409. in princ. Rimin. iun. conſ. 9. nume.
180. li. 1. & quia omnia ea, quæ obſeruari debuerunt,
in principio dictæ reformationis, in volumine ſtatuto-
rum inſertæ, enunciata apparent, fortius ex curſu tem-
poris omnia præſumūtur, prout enunciatur, iuxta dec.
95 Caſſad. 3. in tit. de procur. maxime nu. 3. & 4. † Et hæc
præſumptio viget, etiam, quod agatur de inducenda
præſumptione plurium ſollemnitatum, cum plurium
præſumptionum concurſus admittatur, quando ſunt
tales, vt vna veniat in conſequentiam alterius, ſecun-
dum Purpur. deciſ. 136. in fi. lib. 2. Cephal. conſil. 396.
nu. 34.

Digitized by Google

nu.34.& ſeq.li.3. Quarto probant teſtes conſtitutionẽ
Carolini fuiſſe in ſpecie cõfirmatam à Paulo Papa Ter
tio,& ipſos vidiſſe Breue confirmationis, licet modo
non reperiatur, & in actis exhibita fuit confirmatio ge
neralis ſtatutorum dictæ Terræ,facta a Cardinali Gri-
mano,tunc de latere legato, qui confirmauit omnia &
quæcumque ſtatuta, reformationes, & decreta dictæ
Terræ Hiſpelli,exceptis illis,quę tenderent cõtra liber
96 tatem eccleſiaſticam,& nõnullis alijs,†per quam exce
ptionem omnia alia confirmata intelliguntur,etiã quæ
in ſimplici confirmatione non venirent, l.quæſitum,§.
denique,ff.de fund.inſtruct.& late deducit Ruin.conſ.
60.nu.7.& ſeqq.li.4. Non videtur,quod modo de inua
liditate dictæ reformationis opponi poſſit, cum enim
97 reformatio illa fuerit confirmata,†dici poteſt conſtitu
tio ipſius confirmantis.Bal.in l.ex placito, nu.12. C.de
rer.permut.Crot.conſ.35.nu.46.li.1.Ceph. conſ.463.
num.34.lib.4.per confirmationem reddita fuit valida,
98 † quia virtutem ac validitatem recepit ab auctoritate
& approbatione ſuperioris, c.Apoſtolicæ,de præben.
in 6.l.1. §.omnia, C.de veter.iur. enucl.& probant Io.
de Amic.conſ.2.nu.9.Ceph.conſ.601.nu.31. & ſeq.li.
4.vbi alios alleg.

Vltimũ videtur remoueri poſſe, ex eo quod omnes
iſti Actores ſecũdum ius canonicum ſunt in quarto gra
du,& licet Ioſeph ſecundum ius ciuile ſit in ſeptimo,&
alij in octauo: nihilominus ſi intelligi deberet reforma-
tio iuxta ſtatutum,quod de gradibus loquitur (quia vt
dixi, vt gradus accipitur in dicto ſtatuto ſecundum ius
canonicum,& computatio iuris ciuilis nullo modo at-
tenditur,qñ gradus ſecundum ius canonicum conſide-
99 ratur) † omnes qui ſecundũ ius canonicum ſunt in eo-
dem gradu,debent æqualiter admitti, licet attento iu-
re ciuili ſint in diſparibus gradibus,vt late probãt Rui.
conſ.32.nu.5.& ſeqq.li.3.Soc.iun.conſ.15.nu.6.conſ.
24.nu.11.li.4.Parit.conſ.66.col.3.verſ. Nec prædictis
obſtat,lib.2. Etſi alij non ſuccederent,ſed ſolus Ioſeph
eſſet admittẽdus,qui attinet in proximiori gradu ſecũ-
dũ aliam opinionem Bar.conſ.10.ver.Videamus.Soc.
ſen.conſ.89.num.15.li.4.Dec.conſ.334.& 444. Ceph.
conſ.323.nu.50.li.3.& aliorum qui in contrarium alle
gati fuerunt, ſatis erit ſententiam in fauorem Ioſephi
proferre,& ipſum ad totam hæreditatem admittere.

Et licet ſtantibus iam dictis,credam ad iſtos de Ber-
beglis hæreditatem D. Roſatæ ſpectare, tñ ex abundã
ti dr,ꝙ ſi ſolum antiquum ſtatutum eſſet attendendũ,
& eius vigore iſti de Berbeglis non ſuccederent, nihi-
lominus quia ipſi per duas ſententias vt hæredes fue-
runt miſſi in poſſeſſionem bonorum dictæ hæreditatis,
& modo cauſa pendet in mero petitorio,& aduerſarię
Actricum partes ſuſtinẽt, dr̃ ſaltem iſtos de Berbeglis
100 poſſeſſores eſſe abſoluendos,qm̃ † dum antiquum ſta
tutum,non exiſtentibus maſculis, mulieres proximio-
res vocat,eius vigore remotiores non admittũtur. Pet.
de Anch.conſ.94.In quæſtione quæ vertitur,colum.2.
ver.Secundo circa hoc verbum proximioribus,& cum
ſequitur Deci.conſ.321.nu.3. verſ. Vlterius etiam,ſed
illæ tantum mulieres,quæ proximiores ſunt,ſuccedũt.
Et quia ſtatutum non vocat ſimpliciter mulieres, ſed
101 cum iſta qualitate vt ſint proximiores,† ſi aduerſarię
beneficio ſtatuti vti volũt,probare debent omnes qua-
litates a ſtatuto requiſitas,l.1.§.ait prætor, & ibi Bart.
ff.ne quid in flum.publ. Dec.conſil.13.nu.5.ver.Diffi-
102 cultas eſt, & conſequenter Actrices † non ſolum de-
bent probare ſe eſſe conſanguineas D. Roſatæ, ſed e-
tiam proximiores, vt not dixit Dec. conſil.321.nu.1.
ver.Sed tamen his non obſtantibus,& nu.ſeq.quem ſe-
quitur Rolan.a Vall.conſ.63.nu.14. lib.1. & conſ. 10.
103 nu.25.lib.3.Quod regulariter recipitur, † cum agens
tãquam talis,vt audiri poſſit, probare debet ſe eſſe ta-
lem. Bar.in l.non ignorat,C.de accuſa. Dec.d.conſ.13.
cum alijs per Franc. Becci.conſ.75.nu.6.Tib.Decian.
conſ.24.nu.53.li.1.qui poſt Card. & alios dicunt id lo-
cum habere,quamuis à parte non opponatur. Sed in ca
ſu,de quo agitur, Actrices non probauerunt ſe eſſe pro
104 ximiores mulieres,immo conſtat de contrario,†cum
proximior ille dicatur, quem nemo antecedit,l.proxi-
mus,l.proximi,l.in vulgari,ff.de verbor.ſignif. Petr.de
Anch.in d.conſ.94.Port.Imo.conſ.55.nu.57. Rolan.à
Vall.conſ.38.num.9.lib.4. Et adeſt mater,quæ proxi-
mior erat D.Roſatæ,cum mater ei attineret in primo
gradu,§.primo gradu,Inſt.de grad. cognat. Et Amitæ
in tertio,§.tertio gradu.Inſtit. eod.tit. Ideo vigore di-
cti ſtatuti admittẽtis ad ſucceſſionem proximiores mu
lieres, Actrices audiendæ non ſunt, cum non probaue-
rint ſe attinere cum qualitatibus à ſtatuto requiſitis,vt
105 Dec.& alij in allegatis locis concedunt.† Sed Rei ab
ſolui debent, etiam ſi iniuſtam cauſam fouerent, l.qui
accuſare,C.de eden.Grat.conſ.77.nu.19.libr.1.Veral.
dec.11.par.1.quia quoad Actrices liberas ædes habent.
Brun.conſ.1.col.8.ver.Quarto facit,in fi.no.Roland.a
Vall.in d.conſ.10.nu.28.li.3.

Et ſtantibus prædictis,non vr̃ opus ingredi difficul-
tatem, numquid poſſit opponi de iure tertij, quia hic
non opponitur de iure tertij, ſed dicitur Actrices non
probare ea, quæ requiruntur ad effectum, vt obtinere
poſſint, & cõſequenter Reos eſſe abſoluendos, iuxt.l.
qui accuſare, C.de edend.cum alijs ſupra adductis.

Ex abundanti etiam dicitur recte de defectu iuris
106 Actricum opponi poſſe,†quoniam dum ſtatutum vo-
cat proximiores mulieres, admittit etiam matrẽ. Soc.
ſen.conſ.81.nu.1.lib.4. & in terminis dicti ſtatuti Hi-
ſpelli Soc.iun.conſ.141.nu.5. & ſeq.lib.3. Et quia ma-
ter ſupereſt,& conſequenter Amitis ius non competit,
107 † licitum erit opponere de defectu iuris Actricũ pro
intereſſe Reorum,ne a poſſeſſione,in qua reperiuntur,
per Actrices remoueantur,quod probatur in l.fi. C.de
rei vendic.& ibi Bald.& alij, vbi dicitur non curari de
iure poſſeſſionis, ſi non conſtat de iure petitionis, &
propterea dixit ibi Bartol. licere opponere de iure ter-
tij hoc modo. Tu vendicas rem quam ego poſſideo,
quæ non eſt tua,ſed cuiuſdam tertij,& ratio eſt ſecun-
dum eum, quia ius tertij eſt excluſiuum iuris agentis.
Nec nocet,quod poſt Caſtr.in l.ſi cui, C.de non nume.
pecun.dixit Mandell. de Alba ex aduerſo allegatus in
conſ.64.num.2.& 3.poſſe allegari ius tertij,quando id
prodeſt ipſi alleganti pro ſua defenſione,quia hoc con-
firmat intentionem Reorum, cum valde ipſis proſit
hoc allegare pro eorum defenſione,ne ab eorum poſſeſ
ſione repellantur.

Cauſa iſta fuit à diuerſis iudicibus cognita, & agnati prædicti de Berbeglis vti hæredes fuerunt immiſſi in poſſeſſionem bonorum hæreditatis præfatæ per ſententiam Domini Gubernatoris Peruſiæ latam die 14. Iunij anni 1584. Rogato D.Simone Franciſchino nota. Peruſino, confirmatam per Rotam Peruſiuam eodem anno Rogato D.Camillo Brancaleone notario Peruſino.Et licet poſtea alij Auditores ſucceſſores in eadem Rota in petitorio iudicauerint contra dictos de Berbeglis, ſub prætextu quod conſtitutio Carolina non fuerit legitime facta, nihilominus cum examinati fuerint multi teſtes ad probandum eius obſeruantiam, ſententia illa vltima Rotæ fuit reuocata per Reuerendum Dominum Vicarium Illuſtriſſimi & Reuerendiſſimi Epiſcopi Tudertini, qui dictos de Berbeglis in eorum poſſeſſione confirmauit Menſe Aprilis anni 1588. rogato Domino Paulo Emilio notario curiæ Epiſcopalis Ciuitatis Tuderti.

ARGVMENTVM.

Ciuis transferens domicilium ad aliam ciuitatem, an & quando deſinat eſſe ciuis. Et numquid vti poſſit beneficio ſtatuti ciuitatis originis. Statutum Vrbis loquens de ſucceſſione decedentis ab inteſtato, & ſine filijs, an comprehendat hæreditatem pupilli inteſtabilis.

SVMMARIVM.

1 *Frater ex vno latere coniunctus præfertur conſanguineo tantum, & nu.65.*

2 *Fbilippus Hondedeus Iuris Conſultus Eugubinus magnę auctoritatis & celeberrimus aduocatus.*

3 *Ciuis quis afficitur nõ ſolum origine paterna, ſed etiã propria, videlicet origine paterna mediate, ſed origine propria immediate.*

4 *Ciuis ratione originis proprie vtitur priuilegijs, & honoribus conceſſis ciuibus originarijs.*

5 *Natus in aliquo loco efficitur ciuis, ſi parentes ibi retinebant domicilium, aliàs ſecus.*

6 *Ciuilitas conceſſa patri tranſit in filios tam natos quam naſcituros.*

7 *Filij ex ciuilitate conceſſa patri efficiuntur veri ciues. Declaratur nu.19. cum ſeqq.* (nem.

8 *Ciuis ita fit & quidẽ proprie per creationẽ ſicut per origi*

9 *Domicilium retinetur etiã per pupillos, & infantes, quando tutorẽ habent, qui intendat eis domiciliũ conſtituere.*

10 *Ciuilitas origine propria acquiſita ſola voluntate, non poteſt amitti, & nu.66.*

11 *Domicilia in duobus locis retinere non eſt inconueniens. Intellige, vt nu.44.*

12 *Mulier alibi nupta, licet transtulerit domicilium ad ciuitatem viri, retinet ciuitatem originis, & vtitur priuilegijs & ſtatutis loci originis. Intellige, vt infra, nu.45.*

13 *Ciues originarij alibi habitantes non deſinunt eſſe ciues, & gaudẽt priuilegijs ciuitatis. Et quõ intelligatur, n.46*

14 *Statutum incluſiuum, vel excluſiuum certarũ perſonarũ extenditur tantũ ad bona ſita in territorio ſtatuentium.*

15 *Filius ſequitur originem patris.*

16 *Forenſis non vtitur beneficio ſtatuti etiam reſpectu ſucceſſionis.*

17 *Incola alicuius loci ille appellatur, qui eo in loco domicilium conſtituit animo perpetuo permanendi, & nu.57.*

18 *Diſtrictualis ille non eſt, qui non eſt de dominio, territorio ſeu comitatu illius loci.*

19 *Ciuilitas ex priuilegio non acquiritur à die conceßionis, ſed à die ſcientiæ.*

21 *Ciuilitas ex priuilegio non acquiritur ante eius acceptationem.*

22 *Qualitas quæ facit aliquem ſucceßibilem, debet interuenire tempore delatæ hæreditatis non poſtea.*

23 *Ratificatio ciuilitatis non retrotrahitur in præiudicium eius cui hæreditas antea fuit acquiſita.*

24 *Ratihabitio numquam retrotrahitur, quando tertio præiudicare poteſt.*

25 *Ciuis illius loci, quis iudicatur, pro quo concurrunt plures potentiores qualitates.*

26 *Domicilium mutandi animus præſumitur, quando quis de loco recedit cum rebus ſuis.*

27 *Habitans in aliena ciuitate maxime ſub diuerſo Principe, dicitur deſeruiſſe ciuitatem originis.*

28 *Ciuitatem ſponte deſerens, deſinit eſſe ciuis ciuitatis, ciuilitatiſque priuilegia amittit, ſiue detur ciuitati alterius prouinciæ, ſiuè non. Et num.43.*

29 *Ciuilitas originis retinetur, licet ciuis in loco originis non habitet, ſi in loco habitationis non retinet domicilium, aliàs ſecus, & nu.42. & ſeqq. Et declaratur nu.48.*

30 *Ciuis ſi in loco originis non habitat, onera nõ ſubit, nec ibi bona retinet, ſed alibi domicilium retinet ſpõte, nihil conſequitur, nec oneris, nec honoris, nec ſtatutorum beneficio vtitur. Et nu.40. & per totum.*

31 *Filius natus in loco originis materno, ad honores & onera eo in loco non compellitur, ſi ibi domicilium non retinet.*

32 *Ciuis originarius in loco originis ſubit onera perſonalia, licet alio habitatum ſe tranſtulerit. Et quãdo id procedat.*

33 *Statutorum beneficio vt quis vti poſſit, non ſufficit quod in loco ſubeat onera realia tantum, vel perſonalia tantum.*

34 *Ciuis originarius alibi retinens domicilium, qui non vtitur priuilegijs ciuilitatis, nec lege ciuilitatis ligatur.*

35 *Ciuis originarius forum ſortitur in loco originis, ſi ibi inueniatur, aliàs ſecus.*

36 *Forum ſortiri, & ſtatutis ligari à pari procedunt.*

37 *Ciuis originarius alibi retinens domicilium, ſi ibi forum non ſortitur, nec ſtatutis ligatur.*

38 *Ciuis qui non ſentit onera Ciuitatis, non debet ſentire commodum, nec vtitur beneficio ciuilitatis, & ſtatutorum, cum ſeqq.*

39 *Ciuis ꝓprie nõ dicitur ille, qui nõ ſubit munera ciuitatis.*

41 *Statuta ſolent fieri ad commodum & vtilitatem ſubiectorum ſtatuentibus, cum ſeq.*

42 *Statutum Vrbis li.1. Rub.146. de ſucceſſione fratrum declaratur.*

43 *Ciuilitas originis licet non poſſit mutari quoad veritatẽ, nihilominus quoad effectus ex ea reſultantes mutari poteſt, licet non ita de facili ſicut ciuilitas aliter aquiſita. Et nu.67. & 69.*

47 *Mulier nupta viro forenſi recedit à ciuitate originis ex neceſſitate, ſed ſi dum eſt vidua, ibi permanet, dicitur eam deſerere voluntarie, & ciuilitatem amittit.*

48 *Lex aſſumptio, ff. ab munic. declaratur.*

49 *Verba ſtatuti exorbitantis, damnumque tertio inferẽtis, propriiſſime, & ſtrictiſsime ſunt intelligenda.*

50 *Statutum Vrbis, li.1. Rub.146. de ſucceßione fratrum, diſponens de ſucceßione fratris decedentis ſine filijs, & ab inteſtato, non habet locum in ſucceßione pupilli inteſtabilis vſque ad finem conſilij.*

51 *Verba ſtatuti accipienda ſunt vere & proprie non ficte & improprie.*

52 *Inteſtatus dicitur proprie, qui potuit teſtamentum facere, & non fecit. Secus ſi teſtari non potuit vt pupillus, furioſus, & ſimilis, quia impropric inteſtatus dicitur.*

53 *Ab inteſtato verba, & inteſtatus parificantur, & inter ea nulla adeſt differentia, maxime quando verba, ab inteſtato, determinant verbum, moriatur, & nu.78.*

54 *Statuentes dum loquuti fuerunt de decedente ſine filijs, creditur non intellexiſſe de pupillo, qui filios habere non poterat.*

55 *Subſtitutus decedenti ab inteſtato excluditur facto teſtamento.*

56 *Vocare tacite cenſetur venientes ab inteſtato, ille qui decedit nullo facto teſtamento.*

58 *Verba diſpoſitionis, cui non conueniunt, nec conuenit diſpoſitio.*

59 *Iudicari oportet potius ſecundum ius commune quam ſtatutarium diuerſum à iure communi, quando de eodem actu poteſt iudicari ſecundum ius commune, & ſecundum municipale.*

60 *Iuris communis correctio eſt odioſa, & omnis adhærentia, & reditus ad ius commune eſt fauorabilis.*

61 *Vincula duo magis ſtringunt.*

62 *Præterea, cõiunctio, fundatur ſolũ in præſumptione legis.*

63 *Materna coniunctio eſt certa.*

Volun-

Digitized by Google

64 *Voluntas magis factis quam verbis declaratur.*
68 *Factum infectum fieri non poteſt.*
69 *Sãguinis iura lex, id eſt ipſam cõſanguinitatem tollere nõ poteſt, & facere quod qui ab aliquo ſanguinem traxit, ab illo non traxerit, licet effectum tollere poſſit.*
71 *Pupillus, furioſus, & ſimilis proprie inteſtatus non eſt, ſed inteſtabilis, & ſupra num. 52.*
72 *Verba pro inteſtato accipere debemus, denotant improprietatem.*
73 *Negatiua magis negat, quam affirmatiua affirmet.*
74 *Silere dicitur qui loqui poteſt, non qui non poteſt.*
75 *Nolle dicitur, qui poteſt velle, aliàs non.*
76 *Mori non dicitur, qui numquam vixit.*
77 *Statutum reſtringitur, vt quanto minus poteſt, ius commune lædat, etiam ſi opus eſſet verba improprie accipiendo.*
79 *Rainaldus Ridolphinus Iuris Conſultus Peruſinus auctoris præceptor inter interpretes Iuris Cæſarei huius temporis nemini ſecundus.*

CONSILIVM V.

DECESSIT in Ciuitate Eugubij Do-
minus Michael Hieronymus pupillus
filius Magnifici & Excellentiſſimi Iu-
ris Conſulti Domini Vincentij Baldi-
natij origine Eugubini ciuis Romani
ex priuilegio, ac in dicta Curia Roma-
na aduocati celeberrimi, ſuperſtitibus D. Ioanne Fran-
ciſco fratre ex vtroque parente coniuncto, ac Dño Phi
1 lippo ex latere patris tantum. † Et quia de iure cõi ſuc-
ceſſio ſpectat ad fratrem ex vtroque latere coniunctũ,
excluſo conſanguineo tantũ. §. ſi igitur defunctus, el 2.
Auth. de hære. ab inte. Auth. itaque. C. commu. de ſuc-
ceſ. Auth. ceſſante. C. de legit. hæred. §. vult autem lex.
in Auth. de conſang. & vter. fratr. dubitari contingit,
numquid ſtante ſtatuto Vrbis lib. 1. c. 146. de ſucceſſio
ne fratrum, q ad ſucceſſionẽ fratris ſine filijs, & ab in-
teſtato defuncti, fratres tam ex vtroque parente coniũ-
ctos, quam ex patre tantum pariter admittit, D. Philip
pus frater conſanguineus ad dictam hæreditatem vna
cum Domino Ioan. Franciſcu ſit admittendus, præſup
poſito alio ſtatuto eiuſdem Ciuitatis Romæ in cap. 37.
ac Bulla Gregorij decimi tertij, quibus cauetur ſtatuta
Vrbis ſolum locum habere inter ciues incolas, & diſtri
ctuales. Et licet pro Domino Ioan. Franciſco conſulue
2 rit † Excellentiſſimus Dominus Philippus Hondedeus
frater patruelis patris mei Iuris Conſultus Eugubinus
magnæ auctoritatis, ac celeberrimus aduocatus.

Nihilominus in hac difficultate videtur dicendum
Dominum Philippum vna cum Domino Ioann. Fran-
ciſco ſuccedere poſſe; quoniam non ſolum frater de-
functus, ſed etiam ipſe & Dominus Ioann. Franciſcus
ſunt ciues Romani, quam ciuilitatem acquiſiuerunt.
3 Primo quia omnes nati ſunt in Vrbe, † & quis ciuis ef-
ficitur non ſolum origine paterna, ſed etiam propria. l.
ciues. C. de incol. lib. 10. Felin. in c. Rodulphus. nu. 14.
de reſcr. ratione autem originis paternæ ciuis efficitur
mediate, ſed ratione propriæ originis immediate, vt di
4 xit Rimin. iun. conſ. 363. nu. 234. lib. 4. † Et ciuis ratio-
ne propriæ originis vtitur omnibus priuilegijs, & ho-
noribus ciuibus originarijs conceſſis, vt poſt Alexan. in
l. huiuſmodi. §. legatum. ff. de leg. 1. & Felin. in d. c. Ro-
dulphus, dixit Vrſil. in addit. ad Affl. deciſ. 384. num. 2.
5 vbi de communi teſtatur. † Et quia dictus Dominus
Vincentius in Vrbe continue permanebat cum tota fa
milia, in eaque domicilium conſtituerat, ſine dubio fi-
lij in Vrbe nati ciuilitatem acquiſiuerunt. iuxt. d. l. ci-
ues. in quo omnes concordant, licet ſi parentes in eo
loco non conſtituiſſent domicilium, aliud dici poſſet,
vt not. Doct. in d. §. legatum. & Vrſil. in alleg. loco, nu.
2. Bart. in l. filios. nu. 4. C. de municip. & orig. lib. 10. Fe
lin. in d. c. Rodulphus. nu. 13. verſ. ſecundo limita, vt ſi
mater caſualiter exiſtẽs in loco peperiſſet, vt dixit Ale.
in d. §. legatum. nu. 4. Secundo ſi non eſſent nati in Vr-
be, nihilominus ciuilitatem acquiſiuerunt ex priuile-
6 gio ciuilitatis patri conceſſo, † quia ciuilitas conceſſa
patri tranſit in filios. Barto. in l. libertus. §. patris. ff. ad
municip. Bald. in l. 2. nu. 8. C. de libert. & eor. liber. qui
d. nu. 8. in fin. ſubdit, quod recepto patre ad ciuilitatẽ,
vel æſtimum ciuium, omnes filij tam nati quam naſci-
turi gaudent priuilegio æſtimi. Cum igitur Filij Domi-
ni Vincentij per dictum priuilegium ciuilitatem acqui
7 ſiuerint † effecti fuerunt veri ciues. Bald. in l. in Vrbe. in
8 princ. ff. de ſtat. homi. † cum quis efficiatur ita ciuis per
creationem, ſicut per originẽ. l. 1. ff. ad muni. vbi Barto.
col. penul. Alex. conſ. 157. num. 13. & ſeqq. lib. 2. & poſt
eum Ceph. conſ. 451. nu. 17. li. 4. & quidem ita proprie
ſicut per originem. Aret. in l. 2. in prin. col. 6. ff. de verb.
obl. Ceph. d. conſ. 451. nu. 16. & ſeqq. & per tõt. Rimin.
iun. conſ. 23. nu. 112. & ſeqq. lib. 1.

Et quamuis poſt mortem Domini Vincentij omnes
eius filij receſſerint ab Vrbe, & ad Ciuitatem Eugu-
bij ſe tranſtulerint cum tota Familia, & ad eam videa-
9 tur tranſlatum domicilium, † quod etiam filij infantes
dicuntur habere, quando habent tutorem, qui inten-
dat eis domicilium conſtituere. Bald. in l. 1. nu. 6. C. de
municip. & orig. li. 10. Et Eugubij Dominus Michael
Hieronymus deceſſerit, non propterea deſierunt eſ-
10 ſe ciues, † quoniam ciuilitas origine propria acquiſita
ſola voluntate non poteſt amitti. l. origine. C. de muni-
cip. & orig. lib. 10. l. in adoptionẽ, la 1. vbi Bal. in princ.
C. de adopt. l. aſſumptio. in princ. vbi Bart. ff. ad muni-
cip. nec mutari poteſt, late Ceph. conſil. 451. nu. 125. &
ſeqq. lib. 4. Vnde licet domicilium tranſtulerint ad ciui
tatem Eugubij, non propterea amiſerunt ciuilitatem,
11 quam in Vrbe acquiſiuerunt, † cum non inconueniat
quem in duobus locis domicilia retinere. l. aſſumptio.
§. iuris prudentibus. ff. ad municip. Lap. alleg. 99. ſub
nu. 2. verſ. Hinc eſt. Aret. conſi. 135. ſub nu. 1. ver. Dato
ergo. Maſcar. de proba. concl. 534. nu. 25. par. 1. Et con
ſequenter ſtatutum Vrbis attendi dẽt, ad q bene facit
doctrina Bart. in l. fin. §. idem reſcripſerunt. ff. ad muni-
12 cip. qui dixit † mulierem alibi nuptam, licet tranſtulerit
domicilium ad ciuitatem viri, adhuc vti priuilegijs &
ſtatutis ciuitatis originis, & eũ ſequuntur Dec. in l. cum
quædam puella. nu. 6. ff. de iuriſd. omn. iudic. Iaſ. in l. vo
luntas. in prin. C. de fideico. Borgni. Caualc. in deci. 42.
nu. 46. cum ſeq. late Ceph. conſ. 526. nu. 33. & ſeqq. mul
13 tis li. 4. † Et q ciues originarij habitãtes extra ciuitatẽ,
non deſinant eſſe ciues, ſed gaudeãt priuilegijs ciuilita-
tis, firmat Ceph. in cõſ. 451. a n. 89. vſque ad n. 171. li. 4.

Verum ego in caſu, de quo agitur, puto ad dictam
ſucceſſionem admittendum eſſe Dominum Ioannem
Franciſcum, excluſo Domino Philippo fratre conſan-
guineo tantum iuxta diſpoſitionem iuris communis,
quam, & non ſtatutum Vrbis cenſeo attendendam. Et
pro clariori reſolutione propoſitæ difficultatis conſi-
derandum eſt in hæreditate præfati Domini Michae-
lis Hieronymi remanſiſſe bona in Vrbe, & in Ciuitate
Eugubij, ac eorum Territorijs, & difficultatem exoriẽ
tem ex ſtatuto Vrbis ſolum vigere reſpectu bonorum,
14 quæ ſunt ſita in territorio, ſtatuentium, † quia ſtatu-
tum excluſiuum & incluſiuum certarum perſonarum
reſpectiue extenditur tantum ad bona, ſita in territo-
rio ſtatuentium, non ad alia. Bart. in l. 1. q. 7. prin. nu. 42.
C. de ſumm. Trin. Cuius opinio communiter appro-
batur, ſiue ſtatutũ loquatur in rem, ſiue in perſonam,
vt teſtantur Anch. in c. canonum ſtatuta. col. 52. verſic.

Quarto

Digitized by Google

Quæro iuxta prædicta, de conſt. Soc. ſen. conſ. 288. lib.
2. Alex. conſ. 15. col. 1. li. 1. Gozad. cõſ. 49. n. 7. & ſeqq.
Put. dec. 351. li. 1. Ioſeph Ludou. alios adducens in dec.
Peruſ. 76. par. 2. Rim. iu. conſ. 484. nu. 30. lib. 5. Et con-
ſequenter de bonis ſitis extra territorium Vrbis non vi
detur dubitandum.

Quantum vero attinet ad bona ſita in Vrbe ſimili-
ter cenſeo ſtatutum prædictũ attendi non debere, qm̃
D. Philippus, qui ad ſucceſſionem vult admitti vigore
antedicti ſtatuti, eſt Eugubinus, nempe filius D. Vincẽ
25 tij Baldinatij origine Eugubini † cuius originem Do.
Philippus filius ſequitur, l. aſſumptio, §. filius, & ibi Bar.
ff. ad munic. l. origine, iunct. gl. C. de munic. lib. 10. Et fo
renſis ſicut in eius præiudicium non comprehenditur
in diſpoſitione ſtatuti, ita ſtatutum ad eum non extendi
26 tur, vt ei profit, † & conſequenter forenſis ſtatuti bene
ficio non vtitur. Bar. in tract. de repręſal. q. 5. princ. nu.
1. Roman. conſ. 224. prop. fi. ver. Tertia. Ang. conſ. 73.
Alex. conſ. 44. col. 3. nu. 9. li. 5. Natt. conſ. 46. nu. 5. li. 1.
Dec. in c. eccleſia S. Mariæ, nu. 219. de conſt. Pari. cõſ.
34. col. 3. li. 3. Barb. qui de comm. teſtatur, conſ. 75. col.
6. ver. Tertio facit, li. 3. Rol. a Val. de lucr. dot. q. 36. nu.
22. & conſ. 79. nu. 30. & ſeq. li. 3. Et in ſimilibus termi-
nis quod in materia ſucceſſionis forenſis non poſſit vti
beneficio ſtatutorum ad alterius excluſionem firmant
Ruin. conſ. 200. nu. 11. & ſeq. & conſ. 195. nu. 10. lib. 2.
Alex. conſ. 41. lib. 7. Petr. de Anch. conſ. 162. col. 2. Iaſ.
conſ. 80. col. pen. & fin. lib. 3. Alber. Brun. de ſtat. quod
ſtant. maſc. art. 6. q. 1. nu. 3. Soc. ſen. conſ. 128. num. 3. &
ſeq. li. 4. Soc. iu. conſ. 49. nu. 3. & ſeqq. lib. 4. & conſ. 80.
eo. lib. vbi nu. 17. & ſeq. de comm. teſtatur. Pariſ. conſi.
53. nu. 99. li. 3. Barb. conſ. 51. nu. 3. li. 2. Hier. Alban. cõſ.
20. in 1. dubio Burſ. conſ. 8. nu. 26. & ſeqq. li. 1. quæ opi
nio communiter approbatur, vt teſtantur Pariſ. conſil.
22. nu. 24. & ſeqq. lib. 3. & Marzar. conſ. 14. & eam ap-
probauit Rota Romana in vna Ciuitate Caſtelli ſup-
plementi legitimæ de Vitellis Coram D. Brauo Anno
1580. 21. Octobris.

Quæ concluſio eo magis recipienda eſt, cum ſtatuta
Vrbis ſolũ locum habeant inter ciues incolas & diſtri-
ctuales, (vt dicitur) caueri alio ſtatuto Vrbis ca. 37. &
Bulla Gregorij XIII. & ſic ſine dubio non proſunt fo-
renſibus, & ſucceſſiue nec D. Philippo Eugubino, cui
verba dicti ſtatuti non conueniunt, non enim ipſe eſt in
cola Vrbis, quia in ea non habitauit, nec habitat, ſed
cum vxore & familia continue permanet in Ciuitate
Eugubij, in qua ac eius territorio ſuas facultates reti-
27 net, † & ille appellatur incola alicuius loci, in quo do-
micilium conſtituit animo non diſcedendi ſed perpe-
tuo permanendi, l. pupillus, §. incola, ff. de verb. ſign. l.
ciues, C. de incol. li. 10. Ceph. d. conſ. 451. nu. 120. lib. 4.
vbi alios allegat, & minus venit appellatione diſtrictua
28 lium, † cum non ſit de diſtrictu, videlicet dominio, ter
ritorio, ſeu comitatu Vrbis, iuxt. no. per Card. in Clem.
2. §. ſane, nu. 5. de election. Aret. conſ. 77. nu. 4. Felin. in
c. Rodulphus, in verb. diſtrictus, nu. 18. verſ. dixit etiam
Franciſcus, & ver. dixit etiam Card. de reſcri. Neque
etiam poteſt dici ciuis per priuilegium ciuilitatis con-
ceſſum D. Vincentio patri pro ſe & filijs, qm̃ tempore
conceſſi priuilegij D. Philippus erat natus, & cum nõ
conſtet de eius ſcientia, non acquiſiuit ſtatim ciuilita-
29 tem, † cum ciuilitas ex priuilegio non à die conceſſio-
nis, ſed a die ſcientiæ tantum acquiratur. Petr. de An-
char. conſ. 169. Viſis puncto & ſtatuto. Philip. Prob. in
trac. de iur. regal. q. 7. nu. 5. Ruin. conſ. 200. nu. 15. lib. 2.
20 de qua ſcientia non conſtat, etſi de ſcientia † appareret
non ſufficeret, cum enim filius ex priuilegio a patre ob-
tento non efficiatur ciuis, ſi non vult. Bal. in l. 1. num. 2.
ver. Et eodem modo, C. de patr. qui fil. diſtra. Angel. in
addi. ad Bal. in l. eos qui, nu. 1. C. de his qui ſpont. mune.
21 ſuſceper. † exigitur ciuilitatis acceptatio, nec ante ac-
ceptationem acquiritur. Bal. conſ. 349. in 2. dub. nu. 3.
li. 1. Dec. conſ. 661. nu. 9. & ſeqq. Rui. conſ. 200. nu. 17.
li. 2. Et ſi modo vellet ratificare ciuilitatem obtentam
per patrem, non poſſet, quia iam hæreditas fuit delata.
22 † Et qualitas quæ facit aliquẽ ſucceſſibilem, debet tan
tum interuenire tempore, quo defertur hæreditas, vt
poſt Bologn. in ſuo conſ. Pro Triuultijs, poſito in fine
eius conſiliorum, nu. 111. dixit Rim. iun. conſ. 353. nu-
23 me. 134. li. 4. † & ratificatio non retrotraheretur in pre
iudicium D. Ioannis Franciſci, cui iam hæreditas fuit
acquiſita, vt in terminis dixit Rui. in d. conſ. 200. num.
17. & ſeq. motus auctoritate Bar. in l. ſi indebitum, §. fi.
24 ff. rem rat. haber. cuius opinio confirmari poteſt, † quia
vere ratihabitio numquam retrotrahitur, quando ter-
tio præiudicare poteſt. Io. And. in c. ratihabitio, de reg.
iur. in 6. Lud. Bulng. conſ. 39. nu. 6. Cur. iun. qui de com
muni teſtatur. conſ. 74. nu. 9. & conſ. 76. nu. 6. li. 2.

Verum quia D. Philippus natus eſt in Vrbe, & ratio
ne propriæ originis prætendit acquiſiuiſſe ciuilitatem
iuxt. l. ciues, C. de incol. lib. 10. videndum eſt numquid
propter originem ciuilitatem retineat, ita vt beneficio
ſtatutorum Vrbis vti poſſit; In qua difficultate duplici
ratione cenſeo Dom. Philippum beneficio dicti ſtatuti
non vti.

Prima, cum etſi natus ſit in Vrbe, nihilominus quia
ab ea receſſit etiam viuente patre, & continue habita-
uit in Ciuitate Eugubij, in qua vxorem duxit, & ibi ſua
bona poſſidet, ac ſine dubio Eugubij domicilium reti-
net, non eſt appellandus ciuis Rmnanus, ſed Eugubi-
nus, & ſic reſpectu Vrbis forenſis. Tum quia reſpectu
Vrbis concurrit ſola origo propria, ſed reſpectu Ciuita
tis Eugubij concurrit origo paterna, proprium domi-
25 cilium, & poſſeſſio bonorum, † & iſte plures ac po-
tentiores qualitates ſunt attendendæ, quæ operantur
quod Do. Philippus ſit Eugubinus & forenſis Vrbis,
iuxta deducta per Rim. iun. conſ. 353. num. 51. & ſeqq.
102. & ſeqq. libr. 4. Tum etiam quia Dominus Philip-
pus, qui ab Vrbe receſſit abſque animo redeũdi, & nũ-
quam redijt, ſed in aliena Ciuitate & Prouincia habi-
tat cum vxore & familia, ac domicilium retinet, dici-
26 tur deſeruiſſe Ciuitatem originis, † nam quãdo aliquis
recedit de Ciuitate cum rebus ſuis, cenſetur habere a-
nimum mutandi domicilium. Innoc. in c. 3. de renunc.
Barto. in l. aſſumptio, §. iuris prudentibus. in fi. ff. ad mu
27 nicip. † Et habitans in alia Ciuitate maxime alterius
Prouinciæ, & ſub diuerſo Principe dicitur deſeruiſſe
Ciuitatem ſeu prouinciam originis. Bald. in Auth. ſed
omnino, num. 35. C. ne vxor. pro marit. Affl. dec. 384.
Ceph. conſ. 171. nu. 34. & ſeq. conſ. 526. nu. 16. li. 4. Rol.
à Vall. conſ. 79. nu. 32. li. 3. Rim. iun. d. conſ. 353. nume-
28 ro 50. & nu. 98. & ſeqq. † & tunc ſponte deſerens Ciui
tatem originis ac transferens domicilium in aliam Ci-
uitatem mutat ciuilitatem originis, & ille deſinit eſſe
ciuis Ciuitatis originis ciuilitatiſq; priuilegia amittit.
glo. in l. in adoptionem, la 1. in verb. non mutatur, C. de
adopt. quæ vere hanc opinionem probat, cum loqua-
tur de Ciuitate originis, de qua loquitur text. in d. l. in
adoptionem, & dum allegat l. prouinciales, ff. de verb.
ſign. voluit intelligere, quod deſinit eſſe ciuis, quando
datur Ciuitati alterius prouinciæ, quo caſu magis Ciui
tas dicitur deſerta, vt per Bald. & Rim. ſupra proxime
allegatos. Et licet l. prouincialis loquatur de prouincia,
locum habet etiam in Ciuitate, vt reprobata opinione
gloſſæ dixerunt Iacob. de Aret. & Oldrad. quos refert
& ſequitur Bar. in d. l. prouinciales, numero 1. verſi. In
contrarium, & nu. 2. quæ etiam intelligitur de nato in
prouincia, exponendo verbum, Oriundi, id eſt orti, vt
in

in l.aſſumptio,in princ.iuncta gl.in verbo,oriundus, ff.
ad munic.Eandem opinionem probant Paul.de Caſt.
poſt Cin.in l.ſi eadem,nu.6.ff.de off.aſſeſſor.Affli.dec.
384.nu.9.& ibi Vrſil.in addit.nu.3.Boer.dec.260.nu.
26.Ceph.conſ.13.nu.46.& ſeqq.li.1.conſ.171.nu.35.
li.2.conſ.414.nu.44.& 45.li.3.conſ.526.nu.17.& conſ.
547.nu.34.li.4.Burſa.conſ.189.nu.55.li.2. Rol.à Vall.
d.conſ.79.nu.33.Rim.iu.in d.conſ.353.nu.99.& ſeqq.
quod ſentit etiam Bero.in conſ.173.nu.44.ver.Vel di-
29 cendum,lib.1.† Et quamuis Cephal. conſ.451. nume.
107.& ſeqq.li.4.dixerit ciuem retinere ciuilitatē origi
nis, quamuis in ciuitate originis non habitaret,cum ad
eſſentiam ciuilitatis non ſit neceſſaria habitatio, reſpō
detur id procedere,quādo ciuis in loco, in quo habitat,
non retinet domicilium,alias ſecùs,vt reſpondet Affli.
in d.dec.384.n.14.& poſt eum latè Rimi.iun.d.conſil.
353.nu.145.& ſeqq.multis. Et quia Doctores in dictis
locis non loquuntur de ciue deſerente ciuitatem peri-
clitantem, ſed de deſerente per tranſlationem domici-
lij ad aliam ciuitatem,& loquuntur de ciue originario,
ceſſant ea,quæ in contrarium adduxit Ceph. in eodem
conſ.451.num.146.& ſeqq.

Secunda ratio adducitur conſiderando, quod cum
D.Philippus, non ſolum non habitet in Vrbe, ſed nec
in ea,neque in ipſius territorio aliquid poſſideat,ſed do
micilium retineat Eugubij, in cuius diſtrictu bona poſ
30 ſidet,† in Vrbe nihil conſequitur nec oneris, neque ho
noris,vt dixit glo.in l.aſſumptio,§.filius, in verbo, non
domicilium, in fi. ff.ad municip. quod etiam probatur
in l.filios, C.de municip.libr.10. & ibi Luc.de Penna,
31 † vbi dr̃ filiū ad honores, & onera in loco originis ma-
ternæ non compelli,quamuis ibi natus ſit, niſi in eodē
loco domicilium retineat, qui textus ſecundum Affli.
in dec.384.bene probat natum in aliquo loco non ſubij
ci oneribus,& honoribus,ſi ibi non retinet domiciliū,
& confirmantur per Hoſtienſ.in Summa,in tit.de foro
compet.§.2.nu.6.in fi.ver.Hi tamen in effectu,dicentē
ciuem in loco originis ad munera non compelli, ſi con-
ſtituit alibi habere domicilium, & verè loquitur de ci-
ue ratione originis,iux.l.ciues,C.de munic.& orig.quā
32 allegat. Et quāuis † originarius in loco originis ſubeat
onera perſonalia, licet alio habitatum ſe tranſtulerit,
l.incola,ff.ad munic.& not.in l.1.& fin.C.eo.ti.lib.10.
in l.ciues, C.de incol.eo.li. & per Alex.conſ.157.n.13.
li.2.& Ceph.conſ.451.nu.110.li.4.intelligitur, vel qñ
in loco,in quo habitat,non retinet domicilium, ſecus ſi
in alio loco domicilium contraxiſſet,ſecundum Afflic.
dec.384.nu.14.Vel ſi alio domicilium tranſtuliſſet,non
tamen deſeruiſſet in totum ciuitatem originis, quo ca-
ſu ciuilitas amittitur, vt dixi. Aut ſaltem intelligi poſ-
ſet,ſi ibi inueniretur,vel in eadem prouincia habitaret,
ita vt per iudicem loci originis poſſet compelli, prout
loquitur d.l.1.& l.incola. Sed quando tranſtulit domi-
cilium ad ciuitatem alterius prouinciæ diuerſo Princi-
pi ſubiectæ, tunc in loco originis ad munera compelli
non poteſt. Præterea,quia iura in contrarium allegata
procedunt in oneribus perſonalibus,non in realibus, ſi
ibi bona non poſſidet,vt declarant Alber.in d.l.incola,
& Bald.in dicta l.1.ad quæ compelleretur, ſi ibi inueni
33 retur,vt dixi, † non ſufficeret ad effectum conſequen-
di beneficium ſtatuti, aliquem teneri ad onera realia
tantum,vel perſonalia tantum,ſecundum Ruin.d.con-
ſil.200.nu.12.ver.Et ſi dicatur,lib.2.quem ſequi vide-
tur Burſ.conſ.8.nu.30.li.1.Conſtat igitur ex iam dictis,
ciuem originarium alibi retinentem domicilium, non
34 ſubijci oneribus,& honoribus ciuitatis,† & conſequē-
ter non ligari lege ciuilitatis, vt poſt Archid. in ca.Ro-
mana,de ſent.excom.in 6.Andr.Iſern.in ca.1.in princ.
qualiter vaſal.iurare deb.fidelit.dixit Afflict. in d.deci
ſio.384.n.11.ver.Bene ad prædicta,& nu.12.nec ſubij
ci ſtatutis ciuitatis originis,quod etiam oſtenditur: quia
35 † ciuis originarius,alibi habitans,licet ſortiatur forum
in loco originis,d.l.incola,& ibi Albe.& alij, tñ conue
niri non pōt,ſi ibi non reperiatur Bar.in d.l.aſſumptio,
§.1.ff.ad munic. Abb.in c.poſtulaſti,col.1.de for.comp.
vbi ceteri Doct.notant, & Doct.in c.accedens, vt lite
penden.Ceph.conſ.414.nu.49.lib.3. Soc.iun.conſ.37.
nu.14.li.1.quibus non nocet Ceph.in conſ.451.nu.106.
li.4. qui dixit ciuem originarium poſſe conueniri in lo-
co originis, licet illic non habitaret, quia Bar.in l.eius
qui, §. Celſus, ff.ad munic. quem Cephalus allegat, id
non dicit,& contrarium eſt verius, vt ex prædictis ap-
36 paret.† Vnde,quia forum ſortiri,& ſtatutis ligari à pa-
ri procedūt,gl.in c.quod clericis,de for.compet. Doct.
in rub.de conſuet.Bart.Bald. & alij,in l.1.C.de ſumm.
Trin.Soc.ſen.conſ.271.n.4.in fi.li.2. & conſ.79. nu.9.
37 li.4.† ſi ciuis originarius alibi retinens domicilium nō
ſortitur forum in loco originis,ſi ibi non inueniatur,cō
ſequitur,ꝙ nec ſtatutis illius loci ligetur,vt argumentā
tur Alex.conſ.44.col.3.nu.10.li.5. Burſ.conſ.189. nu.
56.& ſeq.li.2.Rol.à Vall.de lucro dot.q.36.n.6.Ceph.
conſ.414.nu.48.lib.3.Franc.Becci.conſ.62.nu.20.vbi
dicit hāc regulam eſſe coēm.Cum igitur D.Philippus,
qui domicilium retinet Eugubij, non teneatur ad one-
ra in loco originis,nec ſtatutis Vrbis ſubijciatur,bene-
ficio ſtatutorum Vrbis in eius commodum vti non po-
38 teſt,quia † qui non ſentit onus,non dēt ſentire commo
dum,nec è contra,l.manumiſſioni,§.ſed cū in ſecūda,
C.de furt.l.ſecundum naturam,ff.de re iud.c.qui ſen-
tit,de reg.iu. in 6.qua ratione in propoſito vtūtur Bar.
de repręſal.in 1.q.5.q.princ.n.1. Paul.de Caſt.in l.om-
nes populi,in fi.ff.de iuſt.& iu. Rom.conſ.224.col.fin.
ver.Tertia.Ale.conſ.44.nu.9.li.5.Ang.conſ.73.Marſ.
ſing.253.Barb.de cōi,conſ.75.col.6.ver.Tertio,lib.3.
cum alijs ſupra adductis,quæ ratio nō ſolum militat in
forenſe,ſed etiam in ciue alibi habilitante, vt dixerunt
Ruin.conſ.200.n.12.ver.Quę rationes,li.2.Rol.à Val.
conſ.79.nu.36.& 41.li.3.ad cuius opinionis confirma-
tionem bene facit optimus tex. in l.fi. C.de ſumm.trin.
ibi æquum quippe eſt, vt qui noſtris minimè obedien-
tiam accommodant ſtatutis,ab eccleſijs habeantur ex-
torres. Et hæc concluſio confirmatur per Bal.in Auth.
Sed omnino,nu.23.& 24.C.ne vxor pro marito,qui di
39 xit,† quod qui non ſubit munera,non eſt ciuis,nec vti-
tur beneficio ſtatutorum illius ciuitatis,ad quod tendit
ipſe Bal.in l.ſi non ſpeciali,n.6.C.de teſta.dum pariter
dixit,eum,qui non participat muneribus,& honoribus
ciuitatis,non dici propriè ciuem,quia non tractatur vt
ciuis in eo,quòd eſt primum,& maximum ciuitatis,&
magis in terminis de ciue originario, ꝙ ſi alibi retineat
domicilium,& nihil ibi ſubeat oneris,nec honoris,pro-
bat clarè gl.in l.aſſumptio,§.filius,in verbo,non domi-
ciliū,in fi.& probari etiam videtur in l.filios,C.de mu-
nic.& orig.lib.10.vbi dr̃,filium natum in loco originis
maternæ,ad honores, & onera non compelli,ſi ibi non
40 retineat domicilium.† Et quod ciuis originarius,qui in
ciuitate originis non habitat, nec onera ſuſtinet, ne-
que in eius territorio bona poſſidet, ſed alibi domici-
liū retinet, beneficio ſtatutorum non vtatur,per prædi
ctas rationes in terminis concludit Ruin.conſ.200.nu.
12.& ſeqq.quem ſequuntur Burſ.conſ.36.n.9.li.1.Ce-
pha.conſ.547.n.34.& ſeq.li.4.Rim.iu.conſ.353.n.61.
& ſeq.& 89.li.4.& idē in effectu concludunt Affl.dec.
384.per totam,& ibi Vrſill.in addit.nu.3. Rol.à Vall.
conſ.79.nu.29.& ſeqq.multis,li.3. Boer.dec.272.n.2.
& Ioſeph Ludo.dec.Peruſ.3.n.18.p.1.quæ opinio nō
deuiat a præſumpta mēte ſtatuentiū,ſed illi cōformis
41 eſt,† cum ſtatuta ſoleant fieri ad cōmodū, & vtilitatē

ſubiectorum ſtatuentibus, l. 1. C. de ſumm. tri. l. impe-
42 riales. C. de nupt. Soc. iun. conſ. 80. nu. 9. li. 4. † Sane ſta-
tuentes, dum admittunt fratrem conſanguineum cum
fratre vtrinque coniuncto, ac ſorores germanas, & ma-
trem excludunt, id facere cenſentur fauore fratrũ exi-
ſtentium in vrbe, vel qui ſolent in vrbe habitare publi-
co quodam fauore, vt. ſ. onera ſuæ ciuitatis per eos faci
le ſuſtineri valeant, nec credendũ eſt voluiſſe admitte-
re illos fratres conſanguineos, qui ciuitatem deſerue-
runt, nec ibi munera ſubeunt, vt in ſimili conſiderat
Soc. iun. in d. conſ. 80. nu. 8. & ſeq. maxime in præiudi-
cium fratris vtrinque coniuncti, qui in vrbe bona poſ-
ſidet, & ciuitatem origine propria acquiſitam retinet.
Et quia ſi ſtatuentes de hoc fuiſſent interrogati, ita ve-
riſimiliter reſpondiſſent, ꝙ elicitur non ſolum ex rõne
proxime adducta, ſed & ex alio ſtatuto vrbis capitulo
57. in rub. qñ aduenæ Ciuium Romanorum priuilegio
vti poſſint, quo cauetur aduenas, ſiue forenſes, aut mer
catores ciuilitatis priuilegium habentes, pro ciuibus
haberi, ſi bona in vrbe poſſederint, ac in ea pro maiori
parte anni habitarent, & non alias, ex quo oſtenditur
mentem ſtatuentium fuiſſe fauere ciuibus habitanti-
bus in Vrbe: Vnde cum veriſimiliter etiam in caſu iſto
ita reſpondiſſent, hr̃ ac ſi id expreſſe diſpoſuiſſent. iux.
gl. cõiter approbatam in l. tale pactum. in fin. ff. de pact.
Et ex iſtis apparet non obſtare Ceph. in d. conſ. 451. li.
4. dum nu. 124. & ſeqq. & 165. & ſeq. dixit ciuilitatem
non cauſari ob onerum ſuſtentationem, & ciuem eſſe
ẽt qui non ſubit munera, licet non ſit proprie muni-
ceps, qm̃ ſi non deſineret eſſe ciuis, ſatis eſt, ꝙ ex quo
propria culpa ac voluntarie ciuitatem deſeruit, onera
in Vrbe non ſuſtinet, nec ad ea compelli valet, non põt
vti beneficio ſtatutorum, vt ſupra demonſtraui, ꝙ tan-
dem prædictis concurrentibus, vr̃ admittere ẽt ipſe Ce
phal. in d. cõſ. 451. nu. 169. & 170. ꝙ ſi ipſe negaret, de
eo non eſſet habẽda rõ, cũ contraria opinio videatur ve
rior, & longe plures teneãt contra ciuem, & ẽt ipſe Ce
phalus ſibi cõtrarius in locis ſupra adductis. Et quia ex
prædictis intẽtio Dñi Ioannis Franciſci ſatis fundatur,
ſolum ſupereſt allegata in contrarium remouere.
43 Non obſtat igitur, ꝙ dicebatur † ciuilitatem acquiſi-
tam origine, ſola voluntate non amitti, quia intelligi-
tur quoad veritatem, cum ciuilitas originis inſpecta ve
ritate non mutetur, ideſt mendacio, vel aliter fieri non
põt, quin ſit ciuis loci originis, vt dixit Luc. de Pen. in
d. l. origine, ſed quoad effectus reſultãtes ex ipſa ciuili-
tate bene mutari põt in præiudicium ipſius ciuis, licet
nõ ita facile ſicut ciuilitas aliter acquiſita, vt dixit glo.
in d. l. adoptionẽ, la 1. in verb. non mutatur. C. de adop.
Et licet ex eo ſolo, ꝙ quis non habitat in ciuitate ori-
ginis, ciuilitas nõ mutetur, nec amittatur, aliud eſt quã
do Ciuitas originis deſeritur, & alibi retinetur domici-
lium, eo quidem caſu ẽt ciuilitas origine acquiſita mu-
tatur, ac amittitur, nec amplius conſiderabilis vr̃, vt de
clarant Affl. d. deci. 384. nu. 9. & ibi Vrſill. in addi. nu.
3. Cin. quem ſequitur Pau. de Caſt. in l. ſi eadem. nu. 6.
ff. de offi. aſſeſſor. Ceph. conſ. 13. nu. 46. & ſeqq. lib. 1. &
conſ. 414. nu. 44. & ſeq. lib. 3. Rolan. a Vall. d. conſ. 79.
num. 32. & ſeq. & alij plures ſupra allegati. Et quod dr̃
44 non † inconuenire quem in duobus locis domicilium
retinere, intelligitur, qñ in vtroque loco æqualiter con-
uerſatur, & ita procedit l. aſſumptio. §. iuris prudenti-
bus. ff. ad municip. quæ in contrarium allegatur, vt ibi
declarat Alber. in princ. ꝙ non nocet D. Ioanni Franci
ſco, quia D. Philippus continue permanet Eugubij, &
Vrbem penitus deſeruit.
Minus nocet Bart. in l. fi. §. idem reſcripſerunt. ff. ad
45 munic. qui dixit † mulierem tranſeuntem ad ciuitatem
Viri retinere ciuilitatem originis, qm̃ reſpondetur. Pri
mo id procedere in vxore, quæ in beneficium alterius
ideſt mariti, liberatur ab honoribus, & oneribus, ꝙ non
dẽt ei nocere, nec alia cõmoda ciuiũ amittere, quia pri-
uilegium conceſſum marito, vel eius contemplatione
non dẽt ei nocere. l. impuberi. ff. de admin. tu. & ita rñ-
dent Ruin. conſ. 112. nu. 10. verſ. Similiter prædictis. li.
5. & Rol. a Vall. in d. cõſ. 70. nu. 49. veriſimiliter nõ ob
ſtat. Secundo dr̃ Bartolum intelligi poſſe, qñ mulier
alibi nupta in loco originis per ſe, vel alium eius nomi-
ne munera ſuſtineret, dũmodo a ſeruitio viri non re-
trahatur, ſcd̃m Bar. & alios in l. cum quędam puella. ff.
de iuriſd. omn. iud. prout declarat Rui. in d. conſ. 111.
quẽ ſequitur Rol. in alleg. conſ. 79. nu. 49. verſ. ſecundo
intelligi põt. Et ita intelligendo nulla adeſſet differen-
46 tia inter vxorem, & alium ciuẽ, † quia qñ aliquis ciuis
abeſt a Ciuitate, in qua permanent parentes ſeu alij,
qui ſuſtinent onera ciuium, tunc ciuis abſens nõ priua-
tur cõmodis aliorũ ciuium, cũ ipſe videatur onera ſup-
portare, ex quo alij ſupportant. l. cum ſcimus. §. 1. C. de
agric. & cenſi. li. 10. vbi Bar. Rui. conſ. 200. n. 6. li. 2. dũ
modo illi, qui onera ſuſtinent, poſſideãt bona cõia cum
abſente, vel noĩe abſentis, & ꝓ eo onera ſuſtineãt, alias
ſecus, vt declarãt Ruin. conſ. 200. nu. 20. in fi. Bar. Soc.
in Rubr. ff. ſolut. matr. & ibi ceteri Doctores, Burſ. cõſ.
8. nu. 32. & conſ. 36. nu. 14. lib. 1. & latius Rim. iun. d.
cõſ. 353. nu. 196. & ſeqq. li. 4. Tertio, & melius rñdetur
doctrinam Bar. in d. §. idem reſcripſerunt, procedere in
47 vxore ea ratione, † quia a Ciuitate originis recedit, &
ad domum viri ex neceſſitate domicilium transfert, vt
per l. exigere. ff. de iud. dixit Ceph. in alleg. cõſ. 526. nu.
34. lib. 4. Sed qñ aliquis voluntarie a Ciuitate recedit,
transfertque domicilium ad alium locũ, ſecus eſt, & ceſ
ſat doctrina Bartoli, vt declarat Ceph. in conſ. 13. num.
46. & ſeq. li. 1. & in d. conſ. 526. nu. 16. & 54. li. 4. Rim.
iun. d. conſ. 353. nu. 18. Qua ratione dr̃ vxorem retine-
re ciuilitatem originis donec viuit maritus, quia eo tp̃e
durat neceſſitas permanendi in domo, & domicilio vi-
ri, ſed ſoluto mr̃imonio per mortẽ viri, quia tunc nulla
conſideratur neceſſitas in vidua, cũ poſſit ad libitum re
dire ad ciuitatẽ originis, ſcd̃m Doct. in l. cũ quędã puel
la. ff. de iuriſ. om. iu. l. ſed ipſa exiſtẽs vidua permanet in
eodem domicilio viri, prçſumitur deſeruiſſe ciuitatem
originis, ac ciuilitatẽ amittit, ſcd̃m Bar. in l. aſſumptio.
§. penu. ff. ad munic. Ceph. conſ. 171. nu. 34. lib. 2. & ce-
teros ſupra adductos. Vnde cum D. Philippus volunta-
rie domiciliũ retineat Eugubij, in eo recte procedũt rõ
nes, quæ pro D. Ioanne Franciſco fuerunt adductæ, &
ceſſat doctrina Bar. in d. §. idem reſcripſerunt.
Et ex iſtis apparet non obſtare Ceph. in alleg. conſil.
451. nu. 89. & ſeqq. li. 4. qui contrarium conſuluit, qm̃
in caſu, de quo agitur, opinio glo. Affl. Ruin. & aliorum
videtur verior, & magis recepta, quam ſequitur ipſe
Ceph. ſibi contrarius in multis conſilijs ſupra allega-
tis; Et ex prædictis etiam diluuntur fere omnia fun-
48 damenta in contrarium per Ceph. adducta. † Nec ob-
ſtat l. aſſumptio. §. 1. ff. ad municip. quam Ceph. addu-
cit pro ſua opinione in d. conſil. 451. nu. 123. quia ex ea
non probatur ciuem omnino deſerentem Ciuitatem
non amittere ciuilitatem, ſed intelligi debet de ſimpli-
ci tranſlatione domicilij, quia etiã quod quis alio trãſ-
ferat domicilium, poteſt ciuilitatem originis retinere,
vel quando in vtroque loco æqualiter conuerſatur,
iux. tex. in d. l. aſſumptio. §. iuris prudentibus, iunctis
ibi notatis per Albe. in prin. Vel quando in loco origi-
nis poſſidet bona, pro quibus onera ſuſtinet per ſe, vel
alium eius nomine, vt per Bart. in l. cum ſcimus. §. 1. C.
de agr. & cenſit. li. 11. & Ruin. cõſ. 200. nu. 6. & 20. in
fi. lib. 2. cum alijs ſupra allegatis. Sed nos loquimur de
eo, qui in Vrbe nec per ſe, neque per alium onera ſu-
ſtinet,

ſtinet,ſed ciuitatem illam in totum deſeruit, ideo non
nocet d.l.aſſumptio. Ex abũdanti etiã dicitur, quod ſi
ex eo quod ciuis originarius alio habitatum ſe transtu-
lit,non deſineret eſſe ciuis, nihilominus quia non habi-
tat in ciuitate,nec ibi munera ſuſtinet, non dr̃ proprie
ciuis. Bal.in l.ſi non ſpeciali,nu.6.C.de teſt.qui rationẽ
adducit,quæ viget etiam in originario ciue,de quo ipſe
mentionem facit,& de originario expreſſe loquitur Ce
phal. d.conſ.1[illegible] nu.46.lib.1. & ſequuntur Ruin. conſ.
112.nu.10.ver. Et quamuis,lib.5. Rol.a Vall.conſ.79.
nu.38.& ſeq.lib.3.& conſequenter ſtatutum Vrbis,qđ
diſponit alia ſtatuta locum habere inter ciues non pro-
49 cedit in eo,qui nõ eſt proprie ciuis,cum † verba ſtatuti
exorbitantis, damnumque tertio inſerentis (prout eſt
ſtatutum quod excludit fratrem vtrinque coniunctum
à parte hæreditatis) proprijſſime,ac ſtrictiſſime intelli-
gẽda ſint,l.3.§.hæc verba,ff.neg.geſt.l.quidquid aſtrin
gẽdæ,cum ibi not.per Doct.ff.de verb.oblig.cum alijs
allegatis per Bero.conſ.112.n.38.lib.2 .vt ſcilicet locũ
habeant in illis tantum ciuibus, qui vere ſunt ciues, &
non deſeruerunt habitationem Vrbis,ac ibi onera ſuſti
nent,qui vere,& proprie ſunt ciues,non tamen in iſto,
qui licet ſit natus in Vrbe,eam totaliter deſeruit, & in
ciuitate Eugubij ſita in alia prouincia, ac ſub diuerſo
Principe continue habitat, ac ſuas facultates in eadem
ciuitate,ac eius territorio poſſidet.

Alia etiã principali ratione puto Dominum Philip-
pum excludẽdum eſſe ab hæreditate Domini Michae-
50 lis Hieronymi,qm̃ † ſtatutum Vrbis,in quo ipſe ſe fun-
dat,diſponit,quod defuncto fratre ſine filijs,& ab inte-
ſtato germani fratres tam ex vtroque latere coniuncti,
quã ex patre tm̃ in ſtirpes ſimul ſuccedant,excluſa ma-
tre,p̃terquã a legitima,& ẽt excluſis amitis,& ſororib.
ẽt ex vtroque latere coniunctis,& dũ fratres pariter ad
mittit ad ſucceſſionẽ fratris defuncti ab inteſtato, non
comprehendit hęreditatem pupilli inteſtabilis. Quod
(concluſiue procedendo) ex infraſcriptis oſtenditur.

51 Primo quia † verba ſtatuti accipienda ſunt vere, &
proprie,non autem ficte,& improprie,l.3.§.hæc verba,
ff.de neg.geſt.l.1.§.ſi is qui nauem,ff.de exercit.in pro-
52 poſito Ang.in l.in teſtõ,C.de teſt.mil.nu.3.† ſed dece-
dere inteſtatus proprie ille dicitur, qui poteſt condere
teſtamentum,non autem ille qui non habet teſtamenti
factionem,vt probatur in l.1.in princ.ff.de ſuis & legit.
Primo dum Iuriſconſultus dixit, quod proprie dicitur
inteſtatus decedere,qui potuit teſtamentum facere, &
non fecit,ergo qui non poteſt teſtari, & ſic pupillus qui
teſtari non poteſt,l.qua & a te,ff.de teſtam.non dicitur
proprie ab inteſtato decedere. Secundo & clarius dum
tex.in d.l.1. dicit plane,qui teſtari non potuit, proprie
non eſt inteſtatus, puta impubes, furioſus, &c. Tertio
dum ſubdit, ſed hos quoque pro inteſtatis accipere de-
bemus,ergo ficte,& improprie,iux.not.per Bart.in l.ſi
maritus,§.legis Iuliæ,ff.de adult.vt dixit Gozad. conſ.
35.nu.8.in fin. Et quamuis d.l.1.loquatur de inteſtato,
53 ſtatutum autem Vrbis de decedente ab inteſtato,† nul
la adeſt differentia inter verbum inteſtatus, & ab inte-
ſtato,ſecũdum Cin.in l.2.C.qui teſt.fac.poſſ.Card.cõſ.
111.col.fin.Bar.in d.l.1.ff.de ſuis & leg.late Alb.Brun.
de ſtat.quod ſtãt.maſc.art.8.n.49.ver.Contrariũ.Quę
opinio, quod nulla ſit differẽtia inter dicta verba,à Do
ctorib.magis cõiter recipitur,vt teſtãtur Dec.cõſ.466.
nu.5.& Bero.cõſ.18.nu.11.& ſeqq.lib.2.& illa opinio
ſaltẽ procedit,qñ verba,ab inteſtato, determinant ver
bũ,moriatur, vt in caſu dicti ſtatuti, quòd dicit defun-
cto fratri ſine filijs ab inteſtato, licet ſi determinarent
verbum ſuccedant,puta diſponendo,quòd fratri defun
cto ſuccedant alij fratres ab inteſtato,aliud dici poſſet,
quod ſcilicet ſtatutum comprehendat etiam ſucceſſio-
nem pupilli inteſtabilis, prout declarant Bar. Soc. in l.
qui duos,in 1.not.ff.de reb.dub.Gozad.conſ.35.n.14.
& Ceph.conſil.521.nu.21.lib.4.

Accedit ſecundo nõ ſolum ſtatutum admittere fra-
tres conſanguineos cum coniunctis ex vtroque latere
ad ſucceſſionem decedentis ab inteſtato,ſed ẽt ſi deceſ
54 ſerit ſine filijs,† ex qua conditione,ſi deceſſerit ſine fi-
lijs, oſtenditur ſtatuentes non intellexiſſe de pupillo,
qui nec filios habere, neque teſtamentum facere pote-
rat. Ale.conſ.211.n.5.li.7. Alb.Bru.in d.ar.8.n.46. in 2.
fall.verſ.Sed contrariũ.Ceph.d.cõſ.521.nu.16.& ſeq.

Tertio conſiderandum eſt,quod dum ſtatuentes ad
mittunt fratrem conſanguineum cum coniuncto ex v-
troque latere ad hæreditatem decedentis ab inteſtato,
excluſis matre,& ſororibus,hæreditatẽ deferre nolue-
runt ad vocatas in ſtatuto contra voluntatem deceden
tis, & ex hac diſpoſitione non intulerunt magnũ præ-
iudicium fratri coniuncto ex vtroque latere, nec ma-
55 tri,neque ſororibus, † cũ poſſet frater teſtm̃ facere, &
ſic excludere fratrem conſanguineum à ſtatuto voca-
tum ſub conditione, ſi frater deceſſerit ab inteſtato, l.
generaliter,in prin.vbi Doct.præſertim Caſt. Alex. &
Iaſ.Alex.conſ.88.col.1.li.7. Ruin.conſ.153.n.13.li.2.
Capr.conſ.2.nu.27.& ſeq.& ſi frater, qui teſtari pote-
56 rat,non feciſſet teſtm̃,† quia decedens ab inteſtato vi-
deretur tacite vocaſſe illos, quos ſciebat ex forma ſta-
tuti ad eius ſucceſſionem vocari, l. conficiuntur,& l.ſi
quis cum nullum, in princ.ff.de iur.codicil. Rom.con-
ſil.199.col.2.verſ. Sed ſi traheremus, vocati à ſtatuto
ex tacita voluntate defuncti ad ſucceſſionem admitte
rentur. Quæ ratio ceſſat in pupillo,qui cum non poſſit
facere teſtm̃, non poteſt teſtando excludere vocatos à
ſtatuto, nec in eorum fauorem ſuam tacitam volunta-
tem accommodare: ideo ſtatutum deferens hæredita-
tem decedentis ab inteſtato, non extenditur ad hęredi
tatem inteſtabilis, in qua diuerſa viget ratio, vt clare
explicant Alex.in d.l. generaliter,in princ. nu.5. prope
fin.verſ. Confirmo,quia in caſibus. Dec.conſ.468. n.4.
Gozad.conſ.35.nume.13.verſ. Septimo negari. Port.
Imol.conſil.159.nu.27.verſ. Et quamuis, & nu. ſeqq.
qui etiam alias diuerſitatis rationes adducit.

Poſtremo, vt huius ſim ſententiæ, mouet me aucto-
ritas eorum, qui in terminis ſimilis ſtatuti rñderunt il
lud locum non habere in ſucceſſione pupilli, ſeu alte-
rius inteſtabilis, ita quidem concludunt Bal. in l.teſtõ,
de legi.hære.& ibi Fulgo.Sign.de Homo. conſ.101. p
tot.& conſ.225.prope fin. Alex.in d.l.generaliter,n.5.
Alber.de ſtat.par.1.q.44. Ang.in l.in teſtamento, n.3.
C. de milit. teſt. qui dicit ita determinaſſe Collegium
Peruſinum. Ioan.Faber Inſtit.de hæred.quæ ab inteſt.
defer.in prin.vbi Chriſtoph.Port.col.3.Imo.in l.Cẽtu
rio,col.13.ver. Et per hæc,ff.de vulg.& pupil.Petr. de
Anch.in c.canonum ſtatuta, in vlt.q.princ.de Conſtit.
Salic. Corn.& alij,quos refert,& ſequitur Soc.iun.con
ſil.23.num.5. & ſeqq. pluribus, lib.1. qui alios multos
pro ea allegat, & concludit hanc opinionem eſſe ma-
gis cõmunem quam etiam vti veriorem, & magis cõ-
munem multis rationibus,& auctoritatibus defendũt
Dec.conſ.466.nu.2.verſ. Altera eſt etiam,per totum.
Gozad.conſ.35. Bero.conſ.18. num.10.& ſeqq.lib.2.
Port.Imol.conſ.159.nu.25.& ſeqq. multis, Alex.conſ.
153.nu.6.& 7.lib.7. Io. Crot.in repet. l.omnes populi,
col.54.verſ. Quæritur etiam,ff.de iuſt.& iur. Lud. Bo-
lognin.in addit.ad Matth.in tract.de ſucceſſ.ab inteſt.
in t.addit.Ceph.conſ.250.per totum, lib.2. & conſil.
521.nu.16.& ſeqq.multis,lib.4. Qui tot alijs auctorita
tibus eam comprobant, vt negari non poſſit,quin hęc
opinio ſit magis communiter recepta.

Subſcriptiones præcedentis Conſilij.

IN Hoc conflictu & difficultate diuerſorũ iuriũ circa ſucceſſionem fratrũ Baldinatiorum ſcilicet iuris cõis ex vna, & ſtaturorum Romanorum ex alia Excellentiſſimus Dominus Conſulens adeo diffuſe ſcripſit, & adeo docte & ſubtiliter obiecta cuncta diluit, vt volenti mihi ſubſcribere, non tam copia, quam modus ſit quærẽdus, nec vllus locus ſit relictus, præſertim in breuiſſimo temporis ſpatio in materia, quæ ſua natura latiſſime patet, vt apparet ex congeſtis tam per prædictũ D. Conſulentem, quam per Ceph. in conſ. 451. lib. 4. Et difficillimum profecto eſſet nouas quotas, vel nouas rationes adducere tã copioſo, & eleganti conſilio, itaque ne ſi eadem inculcando actum, vt dicitur agam, parcẽs ſuperfluis ſubſcripturus, ea ſolummodo quaſi per indicem attingam, quæ vt libenter ſubſcribam, impellunt.

Concluſio ſupra firmata, & defenſa placet mihi ex pluribus. Et primo ex tenore & formula verborũ Bullæ Gregorij XIII. quę reſtringit ſtatutum Romanum, vt habeat locum ſolum in Incolis, vt ſupra deductum eſt, iſta autem qualitas incolatus deſijt in perſona Do.
57 Philippi. † Incola enim is appellatur, qui in loco moratur, l. pupillus, §. incola, ff. de verb. ſign. vbi Alci. & Rebuff. Sequitur ergo, quod in eo non poſſit practicari dictum ſtatutum: vulgata eſt enim & indubitata theori-
58 ca, † quòd cui verba diſpoſitionis non conueniunt, ipſa diſpoſitio non conuenit, l. 4. §. toties, ff. de damn. infect. l. item veniunt, §. actanda, ff. de pet. hęred. cum pluribus congeſtis per Tiraq. in tract. de vtroque retract. tit. 1. §. 1. in gl. 7. nu. 63. immo forte non ſufficeret quem eſſe ciuem & incolã, niſi poſſet etiam dici ſtrictualis, cũ tres qualitates per iſta tria verba importatæ, videantur copulatiue requiri, arg. l. ſi hæredi plures, ff. de cond. inſti.
59 vbi Bar. Secundo quia † quotieſcumque de eodem actu iudicari poteſt ſecundum ius cõe, & ſecundum ius ſpeciale, & diuerſo a iure cõi, debemus de eo iudicare ſecũdum ius cõe tamquam a potẽtiore, l. quamquam, C. de mil. teſt. l. centurio, vbi Paul. de Caſt. ff. de vulg. & pup. l. eius militis, §. militia miſſus, ff. de mil. teſt. l. miles, §. ſexaginta, ff. de adult. Ant. de Butr. & Imo. in c. 7. de tran
60 ſact. gl. in l. 2. ff. de iud. † quia velut omnis receſſus a iure communi, & omnis correctio eſt odioſa. Auth. Ex teſtamento, C. de coll. c. cauſam, de reſcrip. & ordinarie in l. ſi vero, §. de viro, ff. ſol. matr. & in Auth. Quas actiones, C. de ſacroſ. eccl. ita etiam omnis adhęrentia & reditus ad ius cõe eſt fauorabilis, arg. l. ſi vnus, §. pactus ne peteret, ff. de pact. gl. in c. ſtatutum ſuper verbo numerandũ de pręben. lib. 6. Ant. de Butr. in c. olim, de verb. ſign. & per Iaſ. in d. §. pactus ne peteret, n. 5. & ſeqq. Ex quo cõcludendum eſt in dubio non eſſe recedendum a diſpoſitione iuris cõis, ſed ei inhærendum, præſertim cum nõ ſolum ſit fauorabilior, ſed ẽt potentior, & efficacior, vt ſtatim ſubijciã. Tertio mouet me, quia diſpoſitio iuris cõis eſt fortioribus, & certioribus rationib. ſuffulta, & fundata, quam ſit diſpoſitio ſtatuti Romani, fortioribus quidem, quia nititur, & fundatur duplici coniunctione, ſcilicet coniunctione ex latere patris, & ex latere matris, ſtatutum aũt Romanum ſolum vnica & pa-
61 tris tantum, † duo autem vincula fortius ſtringunt, quã vnum. Auth. Itaque, C. com. de ſucceſſ. certiori vero ra-
62 tione innititur ex eo quia † coniunctio paterna poteſt habere dubitationem, & fundatur ſolũ in præſumptione legis, l. filium, ff. qui ſunt ſui vel alien. iur. l. Lucius, vbi not. ff. de cond. & dem. traditur in c. per tuas, extr. de probat. Alciat. de præſum. poſt prin. verſ. Veniamus ad
63 præſumptionem. † matris autem coniunctio eſt certa, l. quia ſemper, ff. de in ius voc. Rationi igitur congruit, vt ſequamur eam ſentẽtiam, pro qua duplex cõiunctio, & certior, quam eam pro qua ſtat vnica, & illa eſt incerta, in ambiguo autem eligendum eſt quod vitio caret, l. in ambiguo, ff. de leg. Quarto mouet me, quia ciuilitas, & domicilium volũtate amittitur, videlicet concurrentibus pluribus, de quibus ſupra per Dominum Conſulentem. Cum igitur Philippus deceſſerit ab Vrbe, & trãſtulerit oẽs fortunas ſuas in ciuitatem Eugubinam, vnde ſibi eſt prima origo, & ibi per multos annos moratus fuerit, ſatis apparet illũ habuiſſe a[illegible]m exeũdi ciuitatẽ, & domicilium Romanũ, arg. §. pauonum, Inſti. de
64 rer. diuiſ. † Factis enim magis quis declarat voluntatẽ ſuã, quã verbis, c. dilecti, & c. ad audiẽtiã, & c. vt noſtrũ de appel. l. ſi tñ, §. ei qui, ff. de ędil. edict. l. quib. ff. de leg. & facto ipſo quis renunciat iuri ſuo, c. ex ore, de his quæ fiunt à maiori part. Capituli. c. gratum, de off. deleg.

Ioannes Paulus Lancellotus ſubſcripſi, & ſubſignaui,

COnclusio ſupra firmata per Excellentiſſimos Dominos Conſulentem & Subſcribentem in fauorẽ D. Ioannis Franciſci Baldinatij Eugubini videtur omnino iuri conſentanea, cum enim agatur de ſucceſſione D. Michaelis Hieronymi in pupillari ętate defuncti, & contentio ſit inter dictum Dominum Io. Franciſcum fratrem vtrinque coniunctum ex vna, & Dominum Philippum alterum fratrem conſanguineum tantum, ſuc-
65 ceſſio † pertinet ad vtrinque coniunctum, excluſo conſanguineo tantum, §. ſi igitur defunctus *huius initij* 2. Auth. de hær. ab inteſt. ven. §. vult aũt lex, Auth. de conſãg. & vter. frat. Auth. Itaque, C. com. de ſucceſ. Auth. ceſſante, C. de ſuis & legi. & eſt clarum apud omnes de iure cõi, vt paſſim per Doctores. Difficultatem videbatur facere quoad bona defuncti, ſita in Vrbe Romana, cum ipſe eſſet origine ciuis dictæ Vrbis, & in ea exſtet ſtatutum lib. 1. c. 146. quo cauetur tam fratrem conſanguineum tantum, quam vtrinque coniun*ctum ſimul vocari* ad ſucceſſionem fratris ab inteſtato de*functi. Verũ* huiuſmodi ſtatutum in præſenti caſu non babere locũ per Excellentiſſimos D. non minus docte quam diffuſe oſtenditur, quorum ſententiæ libenter me ſubſcribo rationibus ab eis late deductis, præcipue autem quia cum Dominus Philippus iamdiu ab Vrbe diſceſſerit, vxorẽ, & filios in ciuitate Eugubina ſuſceperit, in eaque cum familia habitauerit, habitet, & domicilium de nouo cõtraxerit, & in Vrbe onera muneraque illius minime ſuſceperit, aut ſuſcipiat, deſijt eſſe ciuis Vrbis Romæ, & factus eſt ciuis ciuitatis Eugubinæ, Rim. conſ. 200. nu. 11. & 12. lib. 2. Affl. deciſ. 384. nu. 3. Boer. deciſ. 260. in fi. Cephal. conſ. 13. n. 46. lib. 1. alijque per multi allegati per ſupra dictos D. Conſulentem, & ſubſcribentem.
66 Nec mouet, † quod ciuilitas origine cõtracta immutari, & perdi nequeat propria voluntare etiam expreſſa renunciatione, cum in his naturalibus mutandis noſtra voluntas nil operetur, l. aſſumptio, in princ. ff. ad munic. l. origine, C. de munic. & orig. lib. 12. Soc. conſ. 35. col. 3. ad fi. lib. 1. Soc. iun. conſ. 37. nu. 2. lib. 1. Ceph. conſ. 123. nu. 23. lib. 1. & conſ. 451. nu. 125. lib. 4. Quia hoc multis modis ſummouet Dominus conſulens, &
67 vlterius etiam tolli poteſt † conſiderando id verum, & procedere quoad originariam naturalemque ciuilitatẽ ipſius D. Philippi, quia effici non poteſt, quin ſit origi-
68 ne ciuis Romanus, cũ in ea Vrbe natus ſit: † quia quod factum eſt, infectum reddi non poteſt. Auth. de æquali, dot. §. 1. ver. Quæ igitur ibi, quod enim factum eſt infectum manere impoſſibile eſt. late Iaſ. l. 1. §. ſi vir, ff. de
69 acq. poſſ. † & ideo lex iura ſanguinis tollere non poteſt, l. iura ſanguinis, ff. de re iud. id eſt ipſam cõſanguinitatẽ tollere non põt, & facere quòd filius non ſit filius illius, ex quo natus eſt, & ꝙ qui ab aliquo ſanguinem traxit,

ab

Digitized by Google

ab illo non traxerit, vt exponunt ibi Decius & Hier.
Cagn. Secus quoad ius ſeu effectum reſultantē, & pro-
uenientem ex iure ciuilitateque ipſa naturali, quia im-
mutari tollique pōt, vt ſatis egregie conſiderauit glo.d.
§.ius autē naturale, & §.quòd aūt, & §.vlt. Inſti.de leg.
agnat.tut. Bal.d.l.1.§.ius aūt. Dec. & Cagn. vbi ſupra,
vbi Cagn.nu.6.& 7.propterea inquit poſt Aquen. in d.
§.ius naturale, ꝙ licet liberos alere & educare, id eſt in-
ſtinctus alendi, ſit de iure naturali, l. ſi quis à liberis, in
prin.ff.de lib.agnoſc. ideoque immutabilis, quia tñ ne-
ceſſitas alendi eos per patrem eſt introducta iure ciuili,
d.l.ſi quis à liberis, tolli & immutari poteſt plurib. in ca
ſib. vt ſi filius ex ſe ipſo ſe alere poteſt, d.l.ſi quis à libe-
ris, §.ſed ſi filius, & oībus ex cauſis, ex quib. poteſt exhæ
redari, iux.§.aliud quoque capitulum. Auth. Vt cum de
app.cogn. ciuilitas igitur naturalis cōtracta origine ali-
cuius in aliqua ciuitate, immutari non poteſt, d.l.aſſum
ptio, d.l.origine, cū ſimil. id eſt fieri nō poteſt diſpoſitio
ne aliqua legis vel hoīs, hoc eſt etiam volūtate propria,
quin is ex ſua origine ciuilitatē illam naturalē habeat,
vt procedunt tradita per Ceph.d.conſ.451.nu.125.&
ſeqq.& ſimilia, ius aūt reſultans ex hac ciuilitate natu-
rali introductum iure aliquo ciuili cōi, vel municipali,
hoc eſt, ꝙ fratri inteſtato morienti æqualiter ſuccedat
frater tam vtrinque coniunctus, quam conſanguineus
tantū, vt in dicto ſtatuto vrbis, bene immutari, tollique
poteſt ſiue legis diſpoſitione, ſiue volūtate propria, ſiue
expreſſa, ſiue tacita, ſi originarius Vrbis ab illa recedat,
domiciliumque in aliā ciuitatem transferat, munera in
ciuitate originis non ſubeat, ſed in alia in quā tranſmi-
grauit, vt hic, quia ſatis declaraſſe ex hoc videtur ſe nol
le ſequi ciuitatem originariam quoad effectus ciuiles ex
ea reſultātes, & hoc reſpectu bene dicimus ciuilitatem
hāc immutari poſſe, & procedunt alleg. per Ceph.met,
atque alios citatos per D.Conſulentem, & ſubſcriben-
tem ſuſtinētes opinionem, quòd tolli & mutari poteſt.

Secunda etiam fortiſſima rōne conuincitur D. Phi-
lippum in præſenti caſu vti nō poſſe beneficio dicti ſta-
tuti, quia ſtatutum prędictum defert ſucceſſionem con
ſanguineo fratri æqualiter cum vtroque coniuncto, qñ
ſuccedit ur fratri defuncto ab inteſtato, excludendo ma
trem & ceteras perſonas, de quibus in eo, & cū ſit cor-
rectoriū iuris communis, non ſolū reſpectu excluſionis
matris & aliarū perſonarum, de quib. in illo, verum ēt
reſpectu admiſſionis cōſanguinei fratris cum vtrinque
70 coniūcto per ſupra adducta in prin. † ſtricte procedi de-
bet, vt corrigat tñ in caſu expreſſo, l.præcipimus, in fi.
C.de appel. cum ſim. & ſic ſi agitur de ſucceſſione inte-
ſtati proprie, qui eſt qñ quis potuit teſtari, teſtatus tñ
71 non fuit, quia † pupillus, furioſus, & ſimilis proprie inte
ſtatus non eſt, ſed inteſtabilis, l.1. de ſuis & leg. Ponde-
72 rando Primò ibi, pro inteſtato † accipere debemus, quę
verba denotat improprietatem, l.mercis, de verb.ſign.
l.ſi maritus, §.legis, ff.de adul. Secundo ponderando ne
gatiuam ante verbum, eſt, quæ tollit omnem potētiam
73 cum † negatiua magis neget, quā affirmatiua affirmet,
gl. in l.hoc genus, de cond.& demon. Dec.conſ.3.nu.4.
& omnē denegat interpretationem Aymon.conſ.294.
n.6.lib.2. Tertio obſeruando Iuriſcōſulti iterationem,
ibi, inteſtatū non eſſe, qui teſtari non poterat, ruſuſque
ibi, plane qui teſtari non poteſt, proprie inteſtatus, non
eſt, puta impubes, furioſus, quę reiteratio magis afficit,
l.Baliſta, ad Treb. Quarto expendendo, quòd Iuriſcon
ſultus ponit differentiam inter inteſtatum, & inteſtabi
lem, aſſerens qui poteſt teſtari, ſi non facit teſtamētum
proprie inteſtatū, pupillus vero & omnis alius qui teſta
ri non pōt, inteſtabilē, & pro inteſtato habendū. Quin-
74 to hoc idem confirmatur ſimili, quia † ſilere dr̄ qui lo-
qui pōt, non qui nō poteſt. Abb.conſ.22. Quidā, col.2.
75 lib.2. † ſicuti nolle dr̄, qui pōt velle, aliàs minime, l.eius
eſt velle, ff.de re iud. Sexto hoc idem probatur optime,
cum participium teſtatus, propoſita dictione, In, ſigni-
ficet remotionē qualitatis inhęrentis, nec remoueri poſ
ſit, ꝙ non eſt, l.manumiſſione, de iudic. & in l.decem, de
verb.oblig. qui ergo aliquem inteſtatū dicit, ſupponit il
lum teſtari potuiſſe, non tamē teſtatum fuiſſe, atque ita
qui teſtari nō poteſt, inteſtatus mortuus dici nō poteſt,
quia in eo poteſtas teſtandi non reperiebatur, ſicut la-
pis iniuſtus proprie dici nō poteſt, quia iuſtus eſſe nō po
76 teſt, † & qui nūquā vixit, mori nō dr̄, c.quòd vero, 32.
q.2. His igitur ſtantibus, cum ſtatutum Vrbis loquatur
de ſucceſſione inteſtati, & hic pupillus proprie inteſta-
tus nō ſit, ſed inteſtabilis, & ſimus in ſtatuto, ꝙ proprie
77 intelligendum eſt, l.3.§.hęc verba, ff.de neg.geſt. † & re
ſtriogendum ſit, vt quanto minus poteſt, lædat ius cōe
Doct.c.cum dilectus, de fid.inſtr. & l.2. C.de noxal. Iaſ.
qui dicit cōem in l.oēs populi, nu.62.de iuſt.& iur. Et ſi
opus eſſet verba improprie accipi. Gozad.cōſ.35. n.13.
intelligendū eſt ſine dubio de eo, qui cū teſtari poſſit, te
ſtm̄ non facit, maxime cum ēt odioſum ſit pp excluſio-
nem matris, & aliarū perſonarum, de quib. in illo, vt cō
cludunt Doct. magis communiter, teſte Bero. conſ.18.
teſtator, n.10.lib.2. Gozad.d.conſ.35. per totū, & ego
latius dixi, & alios id pro communi & veriori opinionē
quā plurimos congeſſi conſ.5.nu.30.lib.1. qui liber ſub
impreſſione hodie eſt, & propediem in lucem exibit.

Et licet non deſint, qui teneāt, quòd pupillus & ſimi
lis proprie inteſtatus dicatur, veniatque etiam in ſtatu-
tis appellatione inteſtati, attamen vt in d.conſ. latius o-
ſtendi, iſti communiter damnantur, & ad eorum argu-
menta facile reſpondi, & ibidem proſequutus ſum.

Nec dicatur, ꝙ iſta opinio magis cōis non procedit,
qñ ſtatutum loquitur de decedente ab inteſtato, vt hoc
noſtrum, cum inteſtabilis ēt proprie dicatur decedere
ab inteſtato, vel ſine teſtō, vt dr̄ voluiſſe Chriſt. Caſtel.
l.generaliter, C.de inſt.& ſubſt. idem Fulg. cōſ.48. col.
vlt. & l.cū antiquioribus, vbi Sal. C.de iu.delib. & non-
nulli alij poſteriores atteſtātes de cōi. Quia rñdetur fal-
78 ſum eſſe, ita cōiter teneri: † quia vere cōis eſt in cōtra-
rium etiā in ſtatutis ita loquentibus, prout in primis te-
nuit gl. in d.l.cū antiquioribus, in verb. fuiſſe, iuncto tex
tu, qui non facit differentiam, an dicatur inteſtatus, vel
ab inteſtato, Inſt.de hęre.quæ ab inteſt.defer. ver.facit,
auctoritas autē gloſſę, quam magna ſit, tradit Dec. in l.
vt vim, num.34.ff.de iuſt. & iur.c.1.nu.43.de conſt.&
conſ.74.col.vlt. vbi aſſerit præponendam communi. la
te Moder. Aſtenſ. in Silu.nupt.lib.5.pag. mihi 186. ſe-
quitur Bart. in l.1. de ſuis & legit. & conſ.138. Ang. &
Rom. l.inteſtato, ff.de teſt.tut. vbi etiam Bal. Nicol. de
Neap. Bal. l.3. C.ſi pen. appel. mors inter. & conſ.232.
Iac. Puteus conſ.141. Quæritur lib.3. conſ.61. lib.4. Fa
ber, Inſtit.de hæred. quæ ab inteſt.defer. in prin. Fran.
Rampon. d.l.generaliter, qui dicit meram ſubtilitatem
ponere differentiam inter ſtatutum loquens de inteſta-
to, & decedente ab inteſtato, prout etiam hanc diſtin-
ctionem damnat Card. Zabar. conſ.3. col.2.n.6. aſſerēs
eam potius proceſſiſſe ex acumine differentium, quam
ex mente iurium. Ideoque reſpuendam, l.ſi mater, C.
de cond.inſt. l.pen. C.ad Treb. gl.1.c.1.tit.epiſc. vel Ab-
bat. in vſib.feu. idem ſequitur Brun. de ſtat.excluſ.fem.
art.8.q.12.ſub num.49. ver. Contrarium videtur. Alex.
late conſ.115.lib.2. & conſ.69.lib.6. & conſ.168. col.
7.lib.7. Gozad.d.cōſ.35. alijque permulti, ita vt negari
non poſſit hanc eſſe communem opinionem, vt dixi pa
riter d.conſ.5. ſub nu.65.& ſeqq. vbi etiā n.70. oſtendi
non ſolum communem eſſe, verum etiā probari aucto-
ritate Iuſt. Inſt.de hęred. quæ ab inteſt.defer. iungendo
Rubricam cum textu, cum volens Iuſt. in textu decla

rare verba Rubricæ quæ de decedente ab inteſtato loquebatur, declarat, quis dicatur inteſtatus, pro vno & eodem accipiens ab inteſtato, & inteſtatus.

Vt ſupra ſubſcripſi & ſubſignari iuſſi Ego Marcus Ant. Eugenius I. C. Peruſ.

79 HVic conſilio ſubſcripſit etiam † Excellentiſſ. D. Raynaldus Ridolfinus I. C. Peruſinus præceptor meus colendiſſimus, & inter interpretes iuris Cæſarei huius tēporis nemini ſecundus. Verum quia eius ſubſcriptio longior eſt meo conſilio, ideo ne volumen alienis reſponſis impleam, eius tenorem omittam.

Cauſa adhuc pendet indeciſa in prima inſtantia.

ARGVMENTVM.

Portio feminæ vigore ſtatuti temporaliter excluſiui feminarum, delata maſculo, numquid mortuo maſculo ſit reſtituenda alteri maſculo ſuperſtiti, vel retineri poſſit per ſucceſſores maſculi prędefuncti, donec durat linea maſculina.

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitū dicitur, quod ſtatuentes reſpondiſſent, ſi fuiſſent interrogati. Intellige vt num. 33.*
2 *Statuentes excludentes feminas propter maſculos, fauore agnationis moti cenſentur.*
3 *Emphyteuſis accepta vſque in tertiam generationem virtute dictionis, vſque, ſtatim atque eſt finita in perſonam vnius, videtur renouata in perſonam alterius.*
4 *Commodum debet applicari ei, propter quem alius excluditur. Et nu. 39.*
5 *Statuta ſemper interpretari debent, ne abſurdū cōtineant.*
6 *Statutum admittens feminas poſt mortem omnium maſculorum, cenſetur maſculos inuicem ſubſtituiſſe. Sed contra num. 40.*
7 *Teſtatoris volūtas eo modo interpretatur, quo diſpō legis.*
8 *Statutum loquens de ſucceſſione, intelligitur ſecundum leges loquentes de vltima voluntate.*
9 *Ius accreſcendi eſt quædam quaſi ſubſtitutio ex mente diſponentis.*
10 *Ius accreſcendi etiam à ſtatuto excluſiuo feminarum locū habet in fauorem maſculi, altero excluſo per repudiationem, vel aliam cauſam.*
11 *Maſculus tranſmittit ad hæredes portionem, à qua vigore ſtatuti feminam excludit. Et num. 43.*
12 *Femina à ſtatuto excluſa tū non ſit ſucceſſibilis, pro mortua habetur, quando excluſa eſt ꝑpetuo, ſecus ſi tpaliter.*
13 *Portio feminæ dotatæ à ſtatuto excluſa, applicatur maſculo, qui non tenetur in diuiſione cōicare ſorori non dotatæ.*
14 *Maſculus non poteſt diſponere de portione, à qua excluſit feminā, ſed tenetur illam reſtituere alteri maſculo, cuius ſuperexiſtētia filia excluditur. Sed contra infra per totū.*
15 *Femina vt à ſtatuto excludatur propter maſculos, ſatis eſt extare maſculos tempore delatæ ſucceſſionis.*
16 *Bona patris vigore ſtatuti acquiſita maſculis, non dicūtur amplius bona patris, ſed appellantur proprium patrimonium filij.*
17 *Maſculus diſponere poteſt de portione ſibi acquiſita vigore ſtatuti, eamque ad quoſcumque hæredes tranſmittere. Et num. 39.*
18 *Dictio, Si, conditionem importat.*
19 *Conditionem important verba ſignificatiua qualitatis nō exiſtentis.*
20 *Subſtitutus excluditur, quando ſupereſt poſitus in conditione, licet non ſuccedat impeditus non ex diſpoſitione legis, ſed ex diſpoſitione teſtatoris.*
21 *In conditionibus inſpicimus merum factum.*
22 *Maſculus, quando ſupereſt, qui partem aliquā poſſideat, perinde facit partem alijs, & alios impedit ſuccedere, ac ſi ipſe totaliter ſuccederet.*
23 *Hæres grauatus pendente conditione eſt dominus bonorū reſtitutioni ſubiectorum, & de eis interim diſponere pōt.*
24 *Fideicōmiſſarius bona ſubiecta reſtitutioni, alienata per hæredē, vendicare poteſt poſt mortē grauati. Et nō ante.*
25 *Statutum quod non dicit, nec nos dicere debemus illud ampliando.*
26 *Caſus à ſtatuto non deciſus remanet in diſpōne iuris cōis.*
27 *Portio acquiſita maſculo per excluſionem feminæ, poteſt alienari, nec mortuo vno ex maſculis ſine deſcendētibus, reſtitui debet alteri maſculo ſuperſtiti.*
28 *Statutum admittens poſt mortem omnium maſculorum feminas, cenſetur velle, vt hæres vnius ex maſculis retinere poſſit eius portionē, donec omnes maſculi deceſſerint.*
29 *Subſtitutione facta poſt mortem omnium hæredum, hæres hæredis grauati retinere poteſt portionem illius, donec omnes grauati decedant.*
30 *Subſtōne facta poſt mortem oīum nō reſultat inter grauatos reciprocum fideicommiſſum. Intellige vt infra n. 40.*
31 *Conſuetudo eſt optima legum interpres.*
32 *Obſeruantia ſubſecuta declarat mentē diſponentis, ac verba dubia diſpoſitionis, omnemque dubitationem tollit etiam in ſtatutis.*
33 *Gloſſa in l. tale pactum, ff. de pact. intellectus.*
34 *Verba ſunt intelligenda eo tantum reſpectu, quo fuerunt prolata.*
35 *Verba reſtringuntur ad cauſam, ob quam fuerunt prolata.*
36 *Dictiones, Donec, Quouſque, & ſimiles, denotant limitationem temporis, & temporalitatem quamdam, & reſtringunt diſpoſitionem loquentis.*
Item inducunt conditionem extinctiuam diſpoſitionis præcedentis in euentum caſus conſiderati à diſponēte, ita vt ante euentum illius caſus diſpoſitio firma maneat, n. 37.
Et adiecta excluſioni feminarum operantur excluſionem temporalem, & quod maſculis deficientibus, feminæ ad ſucceſſionem admittantur, num. 38.
40 *Fideicommiſſum reciprocum quando reſultet ex ſubſtitutione facta poſt mortem omnium.*
41 *Ius accreſcendi locum non habet poſt emolumentum quæſitum, & in acquiſitorum reſolutione.*
42 *Ius accreſcendi euaneſcit poſt aditam hæreditatem.*
44 *Ceſſante vna ex cauſis ſeu rationibus diſpoſitionis, ſi aliqua ſubſiſtit, non ceſſat diſpoſitio.*
45 *Doctoris auctoritas non attenditur, quando eius dicta originaliter non exhibentur.*
46 *Excludens aliquem, ſubeundo eius locum tamquam ſubrogatus, excludit omnes alios, qui excluderentur ab eo, cuius locum ſubit. Sed ſi excludit, ex eo quia ſibi defertur potentius ius in ſucceſſione tunc alios non excludit.*
47 *Maſculus qui impedit feminam ſuccedere, nō ſubrogatur loco feminæ, ſed ſuccedit vigore ſtatuti quod ipſi defert ius potentius in ſucceſſione.*

CONSILIVM VI.

STATVTVM Peruſinum filias dotatas ab hæreditate patris excludit, quouſque ſuperuixerit maſculus, deſcendens à perſona dotante, per lineam maſculinam, & maſculis deficientibus, eas ad ſucceſſionem admittit, Deceſſit Do. Iacobus de Monaldis ſuperſtitibus duobus filijs maſculis, & filia femina. Demum obijt D. Fabius

filius

filius ſine deſcendentibus, inſtituto hærede extraneo,
per cuius mortem Dominus Ioannes Antonius deſcen
dens a dicto Iacobo, vendicat portionem obuentã D.
Fabio propter excluſionem ſororis quę adhuc excluſa
remanet ob ſuperexiſtentiam d. D. Ioan. Antonij, quã
conſequi debere reſponderunt nonnulli Excellentiſſi-
mi Iuriſconſulti moti infraſcriptis rationibus.
1 Prima, quia † in ſtatutis pro diſpoſito hr, quod ſtatuẽ
tes diſpoſuiſſent, ſi de eo fuiſſent interrogati. gl. Bar. &
alij, in l. tale pactum, §. fin. ff. de pact. Claud. de Seiſel, in
l. mulier, in princ. ff. ad Trebel. Soc. iun. conſ. 1. nu. 127.
2 lib. 1. Tob. Non. conſ. 42. nu. 32. † Sed ſtatuentes, qui fe
minas propter maſculos excluſerunt, pro cõſeruatione
familiæ, & agnationis, id feciſſe præſumunt. Io. And.
in addit. ad Spec. in rubr. de ſucceſſ. ab inteſt. Soc. iun.
conſ. 23. nu. 22. li. 1. vbi alios allegat, & de cõi teſtatur,
quam opinionem communem dixerunt etiam Tob.
Non. conſil. 42. nu. 30. & Burſ. conſ. 302. nu. 10. lib. 3.
Et ſi fuiſſent interrogati, numquid vellent poſt mortẽ
vnius ex maſculis portionem, à qua femina fuit exclu-
ſa, applicari alijs maſculis, vtique pro maſculis, qui a-
gnationem conſeruant, veriſimiliter reſpondiſſent,
ideo habetur ac ſi ita expreſſe diſpoſuiſſent.
Secunda, quia ſtatutum excludit feminã quouſque
ſuperuiuit maſculus, deſcendens à perſona dotante, in-
ter maſculos cenſetur inducta repetitio vocationis, ita
vt vno mortuo alter admittatur, iux. doctr. Bart. in l. ſi
mihi & Titio. nu. 6. ff. de ver. ob. quẽ ibi Iaſ. n. 12. verſ.
3 Quartũ fundm̃, & ceteri ſequunt, qui dixit † emphyteu
ſim acceptã vſque in tertiã gñationem virtute illius di-
ctionis, vſque, ſtatim atque eſt finita in perſonã vnius vi
deri renouatã, ſeu conceſſam in perſonam alterius de-
ſcendentis vſque in tertiã generationẽ, per tex. in l. re-
peti. & l. ſicut in annos, ff. quib. mod. vſusfruct. amitt.
4 Tertiam adducunt rationem, ꝙ † cõmodum debet
applicari ei, ꝑ quem alius excluditur, gl. magna circa
medium. in Auth. hoc amplius, C. de fideicom. gl. in c.
de hoc. vbi Fel. de ſimon. Iaſ. conſ. 61. col. 3. nu. 5. lib. 3.
Ruin. conſ. 140. nu. 13. li. 3. Franc. Becc. conſ. 97. nu. 18.
Sed femina excludit ꝑ maſculos, ideo portio, à qua
femina excluditur, maſculis applicari debet, nõ autem
5 extraneis, & quia aliter dicere eſſet abſurdum † non eſt
credendum ſtatuentes voluiſſe, id quod ſi diſpoſitum
foret, abſurditatem contineret, ſed ſtatuta ſemper in-
terpretari debẽt, ne abſurdũ contineant. Bart. in l. oẽs
populi, in 6. q. 6. princip. ff. de iuſt. & iur. Alcia. conſ. 4.
num. 7. to. 3. li. 9. Senat. Pedemon. decif. 59. nu. 8.
Quarto illi qui pro maſculis reſponderunt eorum
opinionem comprobare nituntur, conſiderando, quod
dum ſtatutum excludit feminas temporaliter, donec
maſculi ſuperuiunt, & mortuis maſculis, feminas ad
6 ſucceſſionem redintegrat, † admittendo feminas ad
ſucceſſionem poſt mortem omnium maſculorum, ma
ſculi cenſentur inuicem ſubſtituti in ea portione, ad
quam poſt mortem omnium maſculorũ feminæ ſunt
vocatæ, l. Titia Seio, §. Seia libertis, ff. de leg. 2. & ibi
Bart. Alb. Caſtr. & ceteri. Et licet textus & Doct. ibi lo
quantur de vltima voluntate, idem dicendum vr̃ in ſta
tuto. Tum, quia a pari procedit interpretatio volunta-
7 tis teſtatoris, & legis † quia eo modo interpretatur vo-
luntas teſtatoris, quo diſpoſitio legis, Bart. in l. 1. C. de
his quibus vt indign. Alex. in l. ea demum, C. de collat.
8 Crau. conſ. 291. nu. 5. li. 2. Tum etiam quia † ſtatutum
loquens de ſucceſſione, intelligi dẽt ſecundũ leges lo-
quentes de vltima voluntate. Bal. in ti. de pac. Conſtãt.
in ver. Nos Romanorum. & in l. 1. col. 5. C. qui admit.
Quinta ratione id ſuaderi dicunt, quia is qui habet
9 ius accreſcendi, eſt quaſi ſubſtitutus † cum ius accreſcẽ
di ſit quædã quaſi ſubſtitutio ex mente diſponentis, l. ſi

Titio & Męuio, §. 1. ff. de leg. 2. vbi gl. & ſcribentes cõi
10 ter. At ex ſtatuto feminarum excluſiuo ꝑ † maſculos
maſculus ad portionẽ alterius maſculi, qui ex repudia-
tione, vel alia cauſa eſſet excluſus, habet ius accreſcen-
di. Bar. & Caſt. in l. mulier & Titio, ff. de cond. & dem.
Bar. in l. re coniuncti, in 3. p. princ. ff. de leg. 3. Bal. in l. 1.
col. 7. C. quand. non pet. part. Ergo D. Ioãnes Antonius
vigore dicti ſtatuti ad portionẽ, a qua Do. Fabius femi-
nas excluſit, habet quamdam tacitam ſubſtitutionem,
in cuius præiudicium Fabius diſponere non potuit.
Sexto ad idẽ facere dr per eos, qui pro D. Ioanne An
toniu rñderũt, ꝙ poſt Bal. ſcripſit Caſt. in l. fi. ff. de acq.
11 hæred. † vbi docuit maſculos tranſmittere ad ſuos hæ-
redes portionem, à qua vigore ſtatuti feminam excluſe
12 runt † ea ratione, quia tali caſu femina pro mortua hr,
cum non ſit ſucceſſibilis, l. fi. §. 1. ff. de bon. poſſeſ. cõtra
tab. & facit ꝙ ſcripſit Bar. in l. 1. §. ſciendum, ff. de ſuis
& legi. Sed in caſu noſtro cum feminæ non ſint excluſę
perpetuo, ſed temporaliter, pro mortuis non habẽtur,
vt docuerunt Bar. & alij communiter in l. fi. §. fin. ff. ad
Senatusconſ. Tert. Ergo ceſſat rõ, ob quam à maſculo
fit tranſmiſſio in ſuum hęredem, & ob id ceſſare debet
quoque tranſmiſſio, arg. l. adigere, §. quamuis, ff. de iure
patr. c. cum ceſſante, de appel. Vnde cum D. Fabius nõ
potuerit dictas portiones tranſmittere in ſuos hęredes,
nec ad illas poſſunt venire feminæ, quia ſuperuiuit D.
Ioannes Antonius, dicendum eſt dictum D. Ioan. An-
tonium ad portiones prædictas debere admitti.
Septimo ſecũdum eos facere vr̃, ꝙ in l. ſi defunctus,
13 C. de ſuis & legit. ſcripſit Corneus † quod ſi ſtatutum
excludit feminas dotatas, & admittit maſculos, ſi fra-
ter cõcurrit cum ſorore dotata, & non dotata, id quod
vltra dotem ſuam aufertur dotatæ propter ſuperexiſtẽ
tiam maſculi, applicatur maſculo, qui non tenetur in di
uiſione illud communicare ſorori non dotatę: Sic in
propoſito cum propter Do. Ioannem Antonium femi-
nis auferantur illæ portiones hæreditatis Laurentij, ad
quas admitterentur, ſi D. Ioannes Antonius non ſuper
uiueret, ſit conſequens, quod portiones prædictæ de-
beant applicari D. Ioanni Antonio, qui eſt in cauſa, vt
feminæ excludantur.
Octauo opinionem iſtam amplectendam eſſe dicitur
auctoritate Dominorum Vincentij Herculani, & Gu-
14 lielmi Pontani Iuriſcõſultorum Peruſinorum, † qui in
terminis ſtatuti Peruſini reſponderunt maſculum hæ-
redem non poſſe diſponere de portione, a qua excludit
feminam, ſed teneri illam reſtituere alteri maſculo, cu-
ius ſuperexiſtentia femina excluditur: quorum conſi-
lia manuſcripta oſtenduntur.
Nuno vltra dictos D. Conſulentes addo Hier. Gab.
in conſ. 18. nu. 45. in fi. & 46. lib. 2. qui ſcripſit portionẽ
acquiſitã maſculu ob excluſionem feminę, eo defuncto
aſſignandam eſſe fratri ſuperſtiti vti ſubrogato in lo-
cum ſororum, iuxta ea quæ ipſe dixit in conſil. 15. in 2.
concl. num. 5. lib. 1.
Licet prædicta multum vrgere videantur, nihilomĩ
nus illis nõ obſtantibus, cõtrariũ verius eſſe cẽſeo. Ete-
nim ſtatutũ excludit feminas, quouſq; exſtant maſculi,
etſi maſculi nõ ſuperſunt, eas ad ſucceſſionẽ admittit,
15 ac ad earum portionẽ redintegrat, † cuius ſtatuti vigo
re mulier dotata ꝑ ſuperexiſtentiã fratrũ, q̃ hęreditatẽ
accipiãt, excluditur, ſatiſq; eſt cõditionẽ ſemel implerĩ
ꝑ ſupexiſtẽtiã maſculorũ, ad hoc vt femina remaneat
excluſa. Bar. ĩ l. fi. ff. ad Ter. Are. cõ. 158. inc. Viſo pũct.
col. fi. ver. Circa ſcd̃m, Iaſ. cõ. 66. n. 26. li. 3. Alber. Brũ.
de ſtat. ꝙ ſtãt. maſcu. ar. 13. q. 9. n. 97. in fi. & 98. & vigo
16 re memorati ſtatuti † oĩa bona hęreditaria patris, detra
ctis dotibus filiarum acquiruntur maſculis, in tm̃ quod
poſtquam hæreditatem patris adiuerunt, non dicun-

tur amplius bona patris, ſed appellantur proprium pa
trimonium fratrum,l.ſed & ſi plures,§.filio,ff.de vulg.
& pupil.§.1. Inſtit.quib.ex cauſ. manumit.non lic.§.1.
Inſtit.de hęre.qualit.& differ.glo.in l.1.§.veteres,ff.de
acquir.poſſeſ.& in l.hæres per ſeruum, vbi Doct. ff.de
acq.hær.& not.Bar.in l.fin.§.ſi,nu.2.in fi.ff.ad Tertul.
Crot.conſ.311.nu.2.& ſeq.li.3.Ioan.de Amic.conſ.9.
nu.13.Alber.Brun.in d.tract.art.10.nu.65. Dec.conſ.
266.nu.1.& ſeq. Ruin.conſ.116.n.3.lib.2. Rol.a Vall.
37 conſ.43.nu.40.li.4.†Et maſculi de dictis bonis,& etiã
de portione acquiſita ob excluſionem feminarum di-
ſponere, eamque ad quoſcumque hæredes tranſmitte-
re poſſunt, Paul.de Caſt.in l.fin.nu.3.ff.de acquir.hær.
late Alex.conſ.20.per totum lib.1. qui nu.9. hanc opi-
nionem veram & magis communem eſſe teſtatur, &
eam vti veram & communem ſequitur Alber.Brun.in
d.art.13.q.6.nu.83.& ſeqq.multis, qui dũ dicunt ma-
ſculum tranſmittere ad quoſcumque hæredes portio-
nem, à qua femina excluditur, etiam quod hæredita-
tem nondum adiuerint, à fortiori probant licere ma-
ſculo poſt aditam hæreditatem bona illa ad hæredes
etiam extraneos tranſmittere.

Et quamuis per ſtatutum Peruſinũ feminæ non ex-
cludãtur perpetuo, ſed temporaliter, quouſque maſcu-
lus ſupereſt, & maſculis deficientibus, ad redintegratio
nẽ admittantur, hoc non nocet, quia ſtatutũ redinte-
grat feminas ad ſucceſſionẽ ſub cõditione, ſi maſculus
38 nõ ſuperſit, quod oſtenditur non ſolũ † ex illa dictione,
ſi, in ſtatuto poſita, quæ conditionẽ importat. Bart.&
ceteri in l.1.ff.de cond.& demon.& in diſpoſitione ſta
tuti Alber.Brun.in d.art.10.q.5.nu.69. verſ. Et iuxta
39 hæc. Sed ẽt quia † verba ſtatuti ſunt ſignificatiua ſub-
ſtantiæ qualitatis non exiſtentis, quia ſtatutũ feminas
redintegrat poſt mortem maſculorum, qui tpe mortis
patris exſtabant, quo caſu conditionẽ important Bart.
in d.l.1,q.4.nu.25.Soc.iun.conſ.172.nu.14.li.2.Ceph.
conſ.217,nu.9.& 10.li.2. Sed donec aliquis ex maſcu-
lis ſupereſt, feminæ remanent excluſæ, vt ex verbis ſta
tuti elicitur, quæ excluſio durat, ẽt ſi portiones, à qui-
bus feminæ fuerunt excluſæ, penes D. Ioannem Anto-
niũ non conſeruarentur, ſed per mortem D. Fabij in
extraneos fuerint translatæ, tum quia femina, vt dixi,
redintegratur ſub conditione, ſi nullus maſculus ſuper-
ſit, & ad effectum vt deficiat conditio, ſub qua femina
redintegratur, ſatis eſt exſtare maſculum, licet non ſuc
cedat impeditus non legis diſpoſitione, ſed ex diſpoſi-
20 tione teſtatoris, ſicut dicitur, † ſubſtitutũ excludi quã-
uis poſitus in conditione non ſuccedat impeditus non
ex diſpoſitione legis, ſed per diſpoſitionem teſtatoris,
l.filiusfamilias,§.cum quis.& ibi Imol.ff.de lega.1.glo.
in l.ex facto,§.fin.& ibi Alex.nu.8.ff.ad Trebel. Capr.
21 conſil.18.nu.15.Alc.conſ.164.in princ.† quia in cõdi
tionibus inſpicimus merum factũ.l.qui hęred.in princ.
22 & l.Męuius,ff.de cond.& demon. Tũ etiam quia † qñ
(vt accidit in caſu iſto) vnus ex maſculis ſupereſt, qui
partem aliquam poſſideat, perinde facit partem alijs,
& alios impedit ſuccedere, ac ſi ipſe totaliter ſuccede-
ret, vt poſt Bart.in l.1.§.qui habebat, nu.6. ff.de bono,
poſſeſſ.contr.tabul.& alios dixit Alber.Bru.in d.tract.
art.12.nu.103. Et pendente conditione licuit maſcu-
lo ad libitum diſponere de portione, ad quam redinte-
23 graretur femina, ſi maſculi omnes deficerent, † ſicut di
citur de hærede grauato reſtituere in euentum alicu-
ius conditionis, qui conditione pendente de bonis re-
ſtitutioni ſubiectis ad libitum diſponit, l.fin. §.ſin autẽ
auaritię, C. comm.de legat. Sane grauatus conditione
pendente eſt dominus bonorum reſtitutioni ſubiecto-
rum, l.domos, ff. de leg.1. Tiraq. de retract. conuent.
§.2.gl.1.nu.36. Merito de eis interim poteſt teſtari, l.1,
C.de ſacroſ.eccl. vel aliter diſponere, l.non vſque adeo,
ff. ſi quis a pat. fuer. manumiſ. cum alijs adductis per
24 Ceph.conſ.319.nu.1.& ſeq.lib.3. † Et ſolum purifica
ta conditione, fideicommiſſarius vendicare poteſt bo-
na alienata, vt probat text. in d. §. ſin autem auaritiæ,
Ruin.conſ.109.nu.26.lib.2.& admittunt ceteri, quos
allegat Ceph. in dicto loco. Sed non propterea poteſt
dici, quod portio acquiſita vni ex maſculis ob exclu-
ſionem feminæ, mortuo maſculo ſine deſcendentibus,
alteri maſculo ſuperſtiti acquiratur ex quadam tacita
25 ſubſtitutione inter fratres: † cum enim ſtatutum hoc
non dicat, nec nos dicere debemus illud ampliando, l.
ſi ſeruus, §.non dicit prætor, ff.de acq.hære. Bal.in l.il
lam, nu.3.C.de coll.Iaſ.conſ.205.col.4. num.12.lib.2.
26 Ceph.conſ.323.nu.42.li.3. † Sed caſus iſte tãquam nõ
deciſus a ſtatuto, remanet in diſpoſitione iuris commu
nis, l.commodiſſime, ff.de lib.& poſthu.l.ſi extraneus,
ff.de cond.ob cauſ. Natt.conſ.463.nu.12.li.2.Dec.con
ſil.71.nu.2.Soc.ſen.conſ.74.nu.3.li.3. qua iuris diſpoſi-
tione attenta, portio vni acquiſita tã inter viuos, quã
per vltimam voluntatem, in alium transferri poteſt,
pendente conditione, ſub qua femina ad redintegra-
27 tionem admittitur, vt dixi. † Et quod portio acquiſita
vni ex maſculis ob excluſionem feminæ, vigore ſtatuti
poſſit alienari, & mortuo maſculo ſine deſcendentib.
non debeat reſtitui maſculo ſuperſtiti, firmant Petr.
de Anch.conſ.301. incip. poſſet probabiliter dubitari,
in vltimo dubio. Lap.allegat.101.nu.21. qui ita obſer
uari teſtatur, Alber.Brun.in d.art.13.q.5.n.73.& ſeq.
Qui licet loquantur in ſtatuto ſimpliciter excludente
feminas, rationes quibus ipſi vtuntur, vigent etiam in
ſtatuto temporaliter excludente, donec exſtant maſcu
li. Et vere in eiſdem terminis idem dicendum videtur,
cum pendente conditione maſculi ſint domini, & de
bonis diſponere valeant, licet purificata conditione bo
na alienata à poſſeſſoribus vendicari poſſint, d.l.fin.§.
ſin autem auaritiæ, C.com.de legat. cum alijs ſupra al
legatis. Et dum poſt mortem omnium maſculorum fe
28 minæ ad ſucceſſionem admittuntur, † dicendum eſt
ſtatuentes voluiſſe hæredem ſeu alium ſucceſſorẽ ma-
ſculi prius defuncti retinere poſſe portionem defun-
cti, donec ſecundus decedat ſine deſcendentibus ma-
ſculis, & vltimo defuncto ſine deſcendentibus hære-
dem ſeu ſucceſſorem primi, & hæredem vltimi portio
29 nes feminis debitas reſtituere debere, † vt in ſimili ſtan
te ſubſtitutione facta poſt mortem omnium dixit Ale
xan.in l.hæredes mei,§.cum ita, nu.1.ver. Vnde poſſet
intelligi, ff.ad Trebell. quem ibi ſequitur Ripa, nu.13.
non eſt tamen credendum ſtatuentes voluiſſe ſubſti-
30 tuere vltimum maſculum alteri prædefuncto, † ſicut
in ſimili dicitur, quod quando ſimpliciter facta eſt ſub-
ſtitutio poſt mortem omnium, non videtur facta reci-
proca ſubſtitutio inter eos, Ang. Imol. Caſtr. & Alex.
in l.ſi pater impuberes, ff.de vulg.& pupil.& in l.pater
filium,§.duobus, ff.ad leg.falcid. Alex.conſ.103.lib.4.
quæ opinio communiter approbatur, vt teſtatur Ber-
trand, conſ.6.col.4.& ſeq.li.2.Iaſ.conſ.142. nu.34.&
35.verſ. Et ſi aliquis ſubtiliter, lib.2.Pariſ.conſ.42.nu.
21. & ſeqq. multis lib.2. & poſt eos & alios Ant.Gab.
in tit.de ſubſt.concl.1.in prin. Et hæc intelligentia nõ
repugnat menti ſtatuentium, ſed cum ea concordat,
cum in noua reformatione ſtatuti in §. item ſtatuimus
quod feminæ, diſpoſitum fuerit, quod quando bona
fuerunt alienata per maſculos ſeu eorum alterum à ter
tijs cũ titulo, a poſſeſſoribus non poſſint auocari, ſed
ſolum in caſu redintegrationis feminis ius ſaluum re-
maneat, quatenus alienata tranſcendant portionem
alienantis. Ex quibus ſatis oſtenditur ſtatuentes no-
luiſſe interdicere maſculis alienationem bonorum pen

dente

Digitized by Google

dente conditione, ſed ſolum voluiſſe prouidere, quod
alienatio non affetat præiudicium feminis in caſu re-
dintegrationis, quatenus maſculus vltra ſuam portio-
nem alienauerit.

Ex quibus arbitror recte concludi poſſe maſculum
ſuperſtitem non ſuccedere in portione delata Domi-
no Fabio prædeſuncto, ſed Dominum Fabium potuiſ-
ſe de ea libere diſponere, & bona a poſſeſſoribus ven-
dicari non poſſe, donec pendet conditio, ſub qua femi-
næ ad ſucceſſionem redintegrantur. Et quia in hac Ci-
uitate ita obſeruatum fuit, ceſſare debet omnis diffi-
31 cultas, † cum conſuetudo ſit optima legum interpres,
l. ſi de interpretatione. ff. de legi. Et ex eo quod poſtea
obſeruatum eſt, non obſcure interpretatur mens ſta-
32 tuentium, qualis fuerit ab initio, † & declaratur omnis
dubietas ex obſeruantia poſtea ſubſecuta. cap. cum di-
lectus. & ibi Ant. de Butr. & alij de conſuetud. Pau. de
Caſt. conſ. 347. col. fi. lib. 1. Rom. conſ. 271. col. 2. verſic.
Tertio non eſt dubium. late Franc. Becci. conſ. 101. nu.
49. & latius Ioſeph. Lud. Aſſiſien. in ſuis concl. concl.
38. per totam, vbi ponit regulam cum 156. illationi-
bus. Et quod ex obſeruantia ſubſecuta verba ſtatuti
etiam dubia interpretationem recipiant, firmat Cra-
uett. conſ. 201. nu. 11. li. 2. quem ſequitur Franc. Becci.
in d. conſ. 101. num. 49. poſt medium; Ideo ab ea inter-
pretatione, deſumpta ex obſeruantia ſubſecuta, nõ vi-
detur recedendum. d. l. ſi de interpretatione. Felin. in c.
cum M. nu. 8. de conſtit. Ceph. conſ. 331. nu. 31. & ſeq.
lib. 3. Et quia cõcluſio iſta ex prędictis ſatis fundata ap
paret, ſolum ſupereſt adducta in contrariũ remouere.
33 Non obſtat igitur † Glo. in l. tale pactum. ff. de pact.
& quod per illam dicitur, quod ſi ſtatuentes fuiſſent in-
terrogati reſpondiſſent portionem feminæ acquiſitam
maſculo, eo defuncto reſtituendam eſse maſculo ſu-
perſtiti. Quoniam regula prædicta procederet, ſi con-
iecturæ voluntatis ſtatuentium colligerentur ex ſtatu-
to & verbis in eo expreſſis, alias ſecus Bal. in l. ſi pater,
in 4. q. C. de inſtit. & ſubſtit. ſub condit. fact. Soc. conſil.
6. num. 9. & conſ. 116. col. 1. nu. 2. & col. 6. verſ. Ad vlti
mum, li. 3. Non enim ſatis eſt dicere, quod diſponentes
ita reſpondiſſent, ſi fuiſſent interrogati, niſi id ex ver-
bis diſpoſitionis eliciatur ſecundum Pariſ. conſ. 35. nu.
13. & ſeq. li. 3. & in materia ſtatuti ita reſpondet Tobi.
Noni. conſil. 16. nu. 15. Sed ex verbis noſtri ſtatuti hæc
prętenſa ſtatuentium mens non elicitur, ſed potius con
traria, dum præſupponitur per ſtatuentes bona fuiſſe
alienata, & ſolũ extincta linea maſculina reſeruatur fe
minis ius agendi contra tertios poſſeſſores, quatenus
maſculi vltra eorum portionem alienaſsẽt, ideo prima
ratio in contrarium adducta, non obſtabit.

Scđa minus nocet, licet enim qñ conceſſio fit pluri-
bus vſque ad certum gradum, finita conceſſione in per
ſonam vnius, cenſeatur renouata in perſonam alterius,
prout loquuntur allegati in cõtrarium, ſecus eſt in caſu
noſtro, in quo non admittuntur per ſtatutum deſcẽden
tes maſculi, donec exſtãt, ex expreſſa diſpõne, ira vt o-
mnes maſculi ſucceſſiue cẽſeantur vocati, prout in qõ-
ne Bar. in d. l. ſi mihi & Titio, & aliorũ, ſed ſolum exclu
ditur femina, quouſque exſtat maſculus deſcendens,
& ſi maſculus defecerit ad ſucceſſionem redintegra-
tur, & dictio, Quouſque, non fuit appoſita vocationi
maſculorum ad ampliandũ diſpõnem, & inducendum
quandam ſubſtitutionẽ inter eos, per q̃ oẽs deſcenden-
tes ſucceſſiue vocati intelligãtur, ſed adiecta fuit exclu-
ſioni feminarum ad reſtringendum, & diminuendum
earum excluſionem, ideo doctrina Bartoli, & aliorum
non reſiſtit, & dictiones illæ Donec, Quouſque, & ſimi
les adiectæ excluſioni feminarum ad vnum effectum,
nempe ad reſtringendum, & diminuendũ excluſionem
feminarum, non poſſunt alium effectum operari, vide-
34 licet augumentum diſpoſitionis inter maſculos, † quia
verba ſunt intelligenda tantum eo reſpectu, quo fue-
runt prolata. l. ſi quis donum. §. quod tamen. ff. locat.
35 Dec. conſ. 283. col. 1. Crauett. conſ. 9. nu. 21. lib. 1. † &
ad illam cauſam, ob quam prolata ſunt, reſtringi de-
bent. Bald. in l. 3. §. ex hoc edicto. ff. naut. caup. & ſtab.
Crau. conſ. 171. nu. 13. lib. 1. Ceph. conſ. 347. nu. 7. & 8.
lib. 3. Non poſſunt igitur dictiones illę intelligi adiectæ
ad ampliandum diſpoſitionem fauore maſculorum,
ita vt omnes deſcendentes maſculi ſucceſſiue intelli-
gantur vocati ad portionem, a qua feminæ fuerunt ex-
36 cluſæ: † ſed quia huiuſmodi dictiones denotant limita
tionem temporis, & temporalitatem quandam, Alex.
& Caſt. in l. 1. C. de leg. Capr. conſ. 117. num. 3. Burſat.
conſ. 133. nu. 1. lib. 2. Tob. Noni. conſ. 12. num. 14. & li-
mitant tempus, ac reſtringunt diſpoſitionem loquen-
tis. Card. in Clem. 2. §. 1. de ætat. & qualit. Natt. conſil.
459. nu. 16. lib. 2. Aret. in l. quod meo, ff. de acq. poſſeſs.
Pariſ. conſ. 25. nu. 16. lib. 2. Menoch. conſ. 151. nu. 49.
37 li. 2. † inducentque conditionẽ extinctiuam diſpoſitio-
nis præcedentis in euentum caſus conſiderati a ſtatuen
tibus, ita vt ante euentum illius caſus diſpoſitio firma
maneat. Bar. in l. 1. ff. de conditio. & demon. Alc. conſ.
38 10. to. 2. li. 6. nu. 7. † aliud non operantur in caſu noſtro,
niſi quod feminæ non ſint perpetuo excluſæ, ſed ma-
ſculis non ſuperſtitibus vel deficientibus ad ſucceſſio-
nem admittendæ ſint. Bart. in l. fi. §. fi. nu. 2. verſ. Con-
trarium, & firmant Bald. Caſt. Salic. Alex. Corn. & ce-
teri cõiter in l. 2. C. de libe. & poſthu. & de cõi teſtãtur
Soc. iun. conſ. 110. nu. 4. lib. 2. Alber. Brun. in d. art. 10.
q. 5. nu. 68. & ſeq. ſed penes quem pendente cõditione,
ſub qua feminæ ad ſucceſſionem redintegrãtur perma
nere debeant portiones, a quibus feminæ fuerunt exclu
ſæ, ſtatutum nõ diſponit, nec id determinant dictiones
illæ, Donec, Quouſque, & ſimiles, ideo iſte caſus rema
net in diſpoſitione iuris cõmunis, qua attenta penden-
te conditione bona alienari poſſunt, vt dixi ſupra.
39 Tertia ratio facile remouetur, † nam etſi portio, à
qua femina per ſtatutũ priuatur debeat applicari maſ-
culis, quorum contemplatione excluditur, vt dictum
fuit, & firmant Bart. in l. fin. §. fin. num. 2. ff. ad Tertul.
Bal. in l. ſi defunctus. C. de ſuis, & legit. Capr. conſ. 104.
nu. 13. & ſeq. id non nocet, quia feminæ fuerunt exclu
ſæ per ſtatutum, quando pater deceſſit, & eo tempo-
re bona fuerunt acquiſita maſculis, quorum contem-
platione feminæ excludebantur, ſed quia poſt aditio-
nem hæreditatis per maſculos, bona, a quibus feminæ
fuerunt excluſæ, non ſunt amplius bona patris, ſed di-
cuntur proprium patrimonium filiorũ. l. ſed & ſi plu-
res. §. Titio. ff. de vulg. & pup. §. 1. Inſt. quib. ex cauſ. ma
numit. non liceat, & dixi ſupra, filij de eis potuerunt
ad libitum diſponere pendente conditione, ſub qua fe-
minæ ad ſucceſſionem redintegrantur. l. fin. §. ſin au-
tem auaritiæ. C. com. de lega. Et quia modo ſuperexi-
ſtentia maſculi non conſideratur ad excluſionem fe-
minæ, quæ iam excluſa fuit, ſed cõſideratur dumtaxat
ad effectum vt faciat deficere conditionem, ſub qua fe-
mina ad ſucceſſionem redintegratur, non requiritur,
quod portio deueniat ad Dominum Ioannem Anto-
nium, qui conditionem deficere facit, ſed ſatis eſt eum
exſtare, licet non ſuccedat. l. filiusfamilias. §. cum quis,
ff. de leg. 1. præſertim quia vt hæres patris habuit par-
tem portionis, a qua fuit excluſa femina, & qui partem
habet, facit alijs partem, & alios excludit, ac ſi in totã
ſuccederet, vt dixi ſupra.
40 Minus reſiſtit Quartum fundamentum, † nam quan
do facta eſt ſubſtitutio poſt mortem plurium vltimo
morienti, & in tota hæreditate vel toto fundo, tunc
alter

Digitized by Google

alter alteri cenſetur reciproce ſubſtitutus,& ita proce-
dit text.in d.l.Titio Seio, §.Seia,libertis, ff.de leg.2. &
quod per illum dicunt Doctores in contrarium allega-
ti,vt poſt multos declarant Iaſ. conſ.142.nu.35.lib.2.
Pariſ.conſ.42.nu.26.lib.2.Ant. Gabr.in ſuis conclu.in
tit.de ſubſtit.concl.1.nu.8.ver. Secundus caſus,etenim
tria copulatiue requiruntur ad inducendum fideicom-
miſſum. Primum, quod ſubſtitutio facta ſit poſt mortē
plurium. Secundum,quod vltimo morienti . Tertium,
quod in tota hæreditate. Doct.in l.poteſt,ff.de vulg. &
pup.& in l.hæredes mei,§.cum ita,ff.ad Trebel. Crau.
conſ.161.nu.7.lib.1.Rol.a Val.conſ.34.nu.57.& ſeqq.
lib.4.quæ opinio communiter approbatur, vt teſtātur
Iaſ.in d.l.poteſt,nu.12.& Mant.de coniect.vlt.vol.lib.
7.tit.5.nu.15.& eam ſequitur Simon de Pret. de inter-
pret.vlt.vol.lib.3.interpret.3.dubit.4.ſol.1.nu.24. fol.
322. Sed quando facta eſt ſubſtitutio ſimpliciter poſt
mortem plurium, ſecus eſt ſecundum communem, de
qua teſtantur Iaſ.Pariſ.& ceteri in dictis locis, & Ant.
Gabr.in d.concl.1.in prin.quia opus eſt fieri in tota hæ
reditate,vel in omnibus bonis cū ſigno vniuerſali . Iaſ.
in l.quidam teſtamento,in fi.ff.de vulg.& pupil.Rip.in
d.§.cum ita,nu.17. Duran.de art.teſtan. tit.5.caut.16.
nu.2.Soc.iun.qui de communi teſtatur conſ.164.nu.4.
& 5.lib.2. & eam communem dicit etiam Mant.in d.
tit.5.nu.15.Prout etiam non ſufficeret ſubſtitutionem
reperiri factam poſt mortem plurium in tota hæredita
te,ſi non ſit facta vltimo morienti,l.fi.§.filiam,in verb.
vt quidquid ab eis legaui, ff. de leg.2. l.hæredes mei, §.
cū ita,& ibi Bar.ff.ad Treb. Bar.in l.codicillis, in prin.
ff.de vſufruct.leg.Soc.ſen.alios adducens conſ.249.nu.
8.ver.Aliquando,& quinto,lib.2. & alij in allegatis lo-
cis,quia vt dicunt Iaſ.Pariſ. & ceteri in dictis locis, ad
hoc vt reſultet reciproca ſubſtitutio,opus eſt quod ſub
ſtitutio ſit facta copulatiue vltimo morienti, & in tota
hæreditate,vel toto fundo, ſed ſtatutum in effectu ſim-
pliciter redintegrat feminas ad ſucceſſionem poſt mor
tem omnium maſculorum,ideo inter maſculos nulla re
ſultat reciproca ſubſtitutio,& ceſſat dictum argumen-
tum,quod potius facit cōtra maſculum in caſu, de quo
agitur, conſiderando quod ſicut quando aliquis eſt ſim
pliciter ſubſtitutus poſt mortem omnium,non reſultat
inter eos reciproca ſubſtitutio,ita ſtatutum, quod ſim-
pliciter admittit feminas poſt mortem omnium ma-
ſculorum, non cenſeatur voluiſſe maſculos ad inuicem
ſubſtituere.

Quinta ratio facili negotio ſubuertitur,conſideran-
do quod hodie non quæritur, cui acquiratur portio, à
qua femina excluditur, in quibus terminis poſſent for-
taſſe procedere allegata in contrarium, ſed ſolum du-
bitatur, numquid portio vni acquiſita, auſeratur ab
eius hæredibus,& concedatur alteri maſculo ſuperſti-
ti, in qua dubitatione allegata in contrarium non no-
cent,quia cum tempore mortis patris portiones, a qui-
bus feminæ fuerunt excluſæ fuerint acquiſitæ maſcu-
41 lis†poſt emolumentum quęſitum non habet locum ius
accreſcendi,licet poſtea portio deficeret,l.1.§.pen.ver
ſic.Sed in vſufructu, & ibi glo.ff.de vſufruct.accreſc. l.
aquam,§.fin.ff.quemad.ſeru.amit.l.ſi minor. ff.de acq.
hær.Bar.& ceteri in l.ſi mihi,& Titio,ff.de verb.oblig.
& in acquiſitorum reſolutione numquam locum habet
ius accreſcendi,Bald.in Auth.Quas ruinas, col.fin. C.
42 de ſacroſ.eccleſ.† Et hinc eſt,quod poſt aditam hære-
ditatem euaneſcit ius accreſcendi,glo.in l.mater dece-
dens,in verb.ſemiſſem,ff.de inoff.teſt. Bar. & ceteri in
l.ſi mihi & Titio,ff.de verbor.obligat.vbi Iaſ.num.10.
ver.Aut ergo,de communi teſtatur. Cum igitur reſpe-
ctu portionis acquiſitæ Domino Fabio per aditionem
hæreditatis patris,& excluſionem feminarum ceſſet ius
accreſcendi,corruit fundamentum tacitæ ſubſtitutio-
nis quam illi qui pro maſculo conſuluerunt elicere co-
nantur ſumpto argumento a iure accreſcendi.

Parui etiam faciendum eſt ſextum fundamentum
contrariæ partis,quia Caſt.in l.fi.ff.de acq.hęred.& ſe-
quaces ſolum dicūt maſculos tranſmittere portionem
hæreditatis ad eos delatæ vigore ſtatuti, licet nondum
fuerit adita,de quo nunc non quęritur,quia maſculi hę-
reditatē adiuerunt,& dicimus per aditionē bona fuiſſe
effecta patrimoniu maſculorū, ipſoſque de dictis bonis
diſponere potuiſſe,diſpoſitionemque ſuſtineri penden
te conditione,ſub qua femina ad ſucceſſionem redinte-
43 gratur. Præterea dicitur †maſculos trāſmittere portio-
nes hæreditatis delatę vigore ſtatuti,licet nondū agni-
tę non ea ſola rōne,quod filia habeatur pro mortua,ſed
alijs multis adductis per Alex.conſ.20.n.4. & ſeqq.lib.
1.& Albe.Brun.in d.art.13.q.6.nu.83. & ſeqq.multis.
Vnde licet ſtante temporali excluſione feminarum ceſ
ſet illa ratio,qua prædicti vtuntur, quod filia habeatur
44 pro mortua,militant tamen aliæ,† & qn̄ plures aſſeri-
tur rationes ſeu cauſæ vnius concluſionis,licet vna ceſ-
ſet,ſi aliæ militant,non ceſſat diſpoſitio, nec tunc loca
habet regula,l.adigere,§.quamuis,ff.de iu.patron.& t.
cum ceſſante,de appel.vt probatur in l.ſi non lex Aelia
Sentia,ff.de hær.inſt.§.affinitatis,Inſtit.de nupt.& per
Dec.conſ.503.in fi.Rip.in l.1.nu.125. ff.ſol.mat.Nat.
conſ.14.nu.6.lib.1.Tiraq.de cau.ceſſan.lim.22,nu.1.

Septimum ſatis ſubuertitur ex his, quæ ſupra de-
duximus pro reſolutione tertiæ rationis pro maſculo
adductæ.

Octauum de auctoritate Dominorū Vincentij Her
culani, & Gulielmi Pontani non videtur attendendū,
quoniam oſtenduntur copiæ tantum prætenſorum cō-
45 ſiliorum † & auctoritas Doctorum non attenditur,qñ
eorum dicta originaliter non exhibentur. Dec. conſ.
259.nu.4.ver.Præterea vt ſupra dixi,Hier.Gabr.conſ.
100.nu.48.lib.2. Præterea quia ipſi mouentur rationi-
bus ſupra in contrarium adductis, quæ in caſu, de quo
agitur,non nocent,vt demonſtraui, eorum opinio non
eſt ſequenda, maxime quia ſemper in hac ciuitate fuit
obſeruatum contrarium.

46 Remouetur etiam Vltimum,†nam etſi quando quis
excludit alium ſubeundo eius locum, qui excludit, ſi-
ue in totum ſiue in partem excludat,ſemper tamquam
ſubrogatus excludit omnes alios,qui excluderentur ab
eo,cuius locum ſubit. Bart.in l.1.§.qui habebat, col.2.
ff.de bon.poſſeſſ.contr.tabul.Aret.conſ.158.n.1.vt di
xit Hier.Gab.conſ.15.nu.5. in 2.concl.lib.1. in quibus
pro maſculo ſe fundat ipſe Gabr.in conſ. 18. nu.43. &
ſeq.lib.2.in contrarium allegatus. Aliud tamen ſtatu-
tur, quando qui excludit, non ſubrogatur loco exclu-
ſi,ſed ſolū excludit, quia ei à ſtatuto conceſſum eſt ius
potentius in ſucceſſione,vt poſt Bart.in d. §.quæ habe-
47 bat,num.4.dixit Hier.Gab.in d.conſ.15.nu.6.†Sed in
caſu noſtro maſculus,qui ſupereſt & impedit feminam
ſuccedere, non ſubrogatur loco feminæ, ſed ſuccedit
vigore ſtatuti, quod ipſi defert ius potentius in ſucceſ-
ſione, Bar.in d.§.qui habebat,num.4. in fin. Dec.conſ.
296.nu.5.ver.Nec obſtat. Soc.ſen.conſ.28.in fin.lib.4.
quod etiam in dubio fateri oportet, cum in dubio non
cenſeatur aliquis in locum excluſi ſubrogatus, vt poſt
Corn.Aret.& Rub.Alex.fatetur ipſe Gabr.in d.conſil.
15.nu.6.Ideo non nocet, quod Hier.Gabr. in d.conſil.
18.nu.43.in fi.& ſeq.lib.2.dicebat maſculum ſuperſti-
tem vti ſubrogatum in locum ſororum ſuccedere in
portione delata maſculo prædefuncto ob excluſionem
feminæ, quia ſi eius opinio procederet, quando ma-
ſculus ſuperſtes ſubrogaretur in locum feminæ, tamen
quia in caſu iſto non ſubrogatur, ſed excludit femi-
nam

nam ob ius potentius ſibi conceſſum à ſtatuto, illud dicendũ eſt, vt fatetur ipſe Gab. in d, cõſ. 15. nu. 5. & 6.

Hæres D. Fabij pro quo reſpõdi, in effectu obtinuit, quia D. Ioãnes Antonius Monaldus aduerſarius, viſo hoc reſpõſo, acquieuit, & amplius non moleſtauit dictum hæredem,

ARGVMENTVM,

Statutum Vallis Topini diſponens quod qui voluetit rem ſuam vẽdere, teneatur requirere habentem bona adiacentia, quomodo intelligendum. Et venditio fundi, reſeruata modica parte, nũquid cenſeatur facta in fraudem ſtatuti, & excludat vicinum à retractu.

SVMMARIVM,

1 *Statutum diſponens, quod ſi quis voluerit vendere rem aliquam, teneatur eam vendere vicino, eſt validiſſimum ac obſeruandum.*

2 *Statutum admittens ad retractum conſortem ſeu coniunctum, intelligitur de proximiore,*

3 *Vicinus admittitur ad retractum, licet venditor ſibi reſeruauerit modicam partem rei alienatæ prope bona vicini. Et n. 4. Et quomodo intelligatur. Declaratur infra n. 17.*

5 *Dominus de re ſua ad libitum diſponere poteſt.*

6 *Vendere nemo cogitur potius vni quam alteri, nec vicinum aut conſanguineum requirere, tenetur, iure communi inſpecto.*

7 *Vicini ſeu conſanguinei, quando ſunt plures, locus eſt gratificationi, & ille præfertur, cui res fuerit vendita.*

8 *Fraus non committitur per dominum diſponentem de re ſua, licet alter in conſequentiam afficiatur damno.*

9 *Fraudem non committit gerens actum, vt ſibi prouideat.*

10 *Fraus non præſumitur, & præſumptioni excluſiuæ fraudis ſtandum eſt, donec probetur contrarium.*

11 *Fraus quæ ex actu reſultat, non attenditur, quando principaliter & directe actus ad fraudẽ nõ apparet ordinatus.*

12 *Permutatio facta ad excludendum vicinum ſeu conſanguineum à retractu, quando valeat.*

13 *Venditio rei fieri poteſt diuerſis vicibus, vt vicinus excludatur à retractu.*

14 *Fraus præſumitur in prohibitis ex vicinitate actus, vt ex his, quæ in continenti fiunt. Et nu. 20.*

15 *Venditiones plures in continenti factæ, cenſentur correſpectiuæ, & pro vnica venditione habentur,*

16 *Corn. conſ. 29. lib. 3. declaratur,*

18 *Alienatio directe facta in fraudem legis, non valet.*

19 *Alienare quis poteſt rem ſuam non ſolum in totum ſed etiam pro parte.*

CONSILIVM VII.

PRAESVPPONITVR in cauſa vertente inter Reuer. D. Auguſtinum Natũ actorẽ, & Chryſogonum Natum reũ conuentum de valle Topini, quendam Stephanum dictæ Vallis poſſediſſe fundum pratiuum, qui à capite & à latere habebat bona Dom. Auguſtini adiacentia, & ab alio latere bona Chryſogoni, ipſumque Stephanũ ex quinque partibus dicti petij terræ vendidiſſe dicto Chryſogono quattuor partes & vltra, pro ſe retento reſiduo, quod reſiduum reſeruatum poſt multos mẽſes dictus Stephanus vendidit præfato Domino Auguſtino. Et quia ſtatuto dictæ Vallis cauetur, venditionem eſſe faciendam magis adiacẽti ad ſolcum & terminum, et ſi aliter fiat, illum qui habet bona magis adiacentia, ad retractum admitti, Dominus Auguſtinus, qui dicto petio terræ habebat bona adiacentia, a capite, & a latere, petit admitti ad retractum dictæ rei venditæ. Et quia dictus Chryſogonus negat locum eſſe ſtatuto, et deſuper fuit motũ iudicium, & completus proceſſus, Quæritur pro quo ſit ſententia proferenda,

In qua dubitatione videtur dicendum D. Auguſtinũ obtinere debere, quoniam ſtatutum diſponit venditionem faciendam eſſe magis adiacenti ad ſulcum & ter-
1 minum, † quod ſtatutum, cum ſit validiſſimum, eſt etiã
obſeruandum, c. conſtitutus, vbi Abb. in 7. not. & ceteri ſequuntur, de reſt. in integ. Alber. de Roſ. Caſt. Bald. & alij in l. dudum, C. de contrah. empt. Bar. & alij omnes, in l. filiusfamilias, §. diui, in 3. q. ff. de leg. 1. Ale. conſ. 52. in princ. li. 1. Dec. conſ. 88. nu. 1. Et quia D. Auguſtinus habet bona adiacẽtia a capite, & a latere, & Chryſogonus a latere tantum bona poſſidet, Do. Auguſtino venditio facienda videbatur, quia magis adiacens erat, & ſtatutum non ſimpliciter adiacentes, ſed magis adiacentes admittit. Immo ſi ſimpliciter ſtatutum loquere-
2 tur, idem obſeruandum eſſet, cum † in materia ſimilis
ſtatuti, diſponentis, quod volens alienare teneatur denunciare conſorti vel coniuncto, ſi plures ſunt cõſortes ſeu coniuncti, præfertur proximior, & magis coniũctus, & ille ad retractum admittitur, iux. not. in l. fin. per Bal. Sal. & alios, C. de verb. ſignif. & in propoſito, per Bald. in tract. de iur. prothomiſ. nu. 9. Dec. conſ. 619. Par. cõſ. 81. nu. 18. li. 3. Alex. conſ. 27. nu. 8. & ſeqq. lib. 6. Rol. à Vall. conſ. 16. nu. 40. li. 3.

Et quamuis Stephanus nõ vendiderit Chryſogono totum fundum, ſed ſibi reſeruauerit partẽ a latere prope bona D. Auguſtini, & ſic rei venditæ ſolum à capite D. Auguſtinus adiacẽtiam haberet, & Chryſogonus à latere ratione longitudinis fundi magis adiaceret, non
3 videtur id attendendum, cum † huiuſmodi rei modicæ
reſeruatio facta videatur in fraudem ſtatuti, & Domini Auguſtini, vt adiacentia eiuſdem a latere excludere-
4 tur, † propterea non obſtante reſeruatione modicæ par-
tis, Dominus Auguſtinus ad retractum videtur admittendus, vt per tex. in l. ſi libertus, minorẽ, ff. de iur. patr. dixit in terminis Corn. conſil. 23. num. 17. & ſeqq. li. 3. vſque ad fi. quem ſequi videtur Tiraq. de retractu lignagier. in pract. nu. 74. & ſeqq. & idem tenent Afflict. de iur. protomiſ. §. 4. nu. 15. & 16. Iacob. Nouel. in tract. de iur. protomiſ. §. 2. nu. 175. & ſeqq. Pet. de Anchar. conſ. 159. incip. Præſupponitur in themate, col. penul. & fin. & ita iudicatum fuiſſe in conſilio Neapolitano teſtatur Capic. dec. 38.

Re tamen diligenti ſtudio conſiderata, concludendum cenſeo Dominum Auguſtinum non eſſe ad retractum admittendum. Emit enim Chryſogonus partem
5 dicti prati a Stephano domino dicti prædij, † in cuius
poteſtate erat, iure communi attento, de rebus ſuis ad libitum diſponere, l. in re mandata, C. mandat. l. nullus,
6 C. de iudic. † nec cogebatur rem potius vni quàm alteri
vendere, nec conſortem, conſanguineum, ſeu vicinum requirere, iuxt. tex. clarum l. dudum, C. de contrahend. empt. & firmant Corn. conſ. 151. num. 1. & ſeq. libr. 3. Pariſ. conſ. 81. nu. 1. & conſ. 82. nu. 1. li. 3. Robert. Marant. in ſuis diſput. diſput. 8. num. 4. Et quamuis ſtatuto dictæ Vallis arctaretur vendere habenti bona magis adiacẽtia, nihilominus recte fuit facta venditio Chryſogono, quia & iſte a latere dicti prati bona adiacẽtia habebat maioris longitudinis, quam eſſent bona Domini Auguſtini a capite ſita, nec a latere Dominus Auguſtinus adiacentiam habebat, cum venditor ab illo latere certam partem dicti prædij ſibi reſeruauerit. Et

quia

quia maior erat adiacentia Chryſogoni, vigore ſtatuti
ipſe erat præferendus ex iam dictis, immo ſi adiacentia
vtriuſque fuiſſet æqualis, licuit Stephano rem vendere
7 Chryſogono, † cum ſtante ſimili ſtatuto, quãdo plures
bona adiacentia habent, ſit locus gratificationi, & ille
præferatur, cui fuerit facta venditio, vt dicit Bal. in d.
tracta. de iur. protomiſ. nu. 9. & ſequitur Pau. de Caſtr.
conſ. 221. incipien. In hoc paſſu, nu. 2. lib. 1.

Nec aliud concludẽdum eſt, ex eo quod Stephanus,
dum partem fundi venditi ſibi reſeruauit, videatur id
feciſſe in fraudem, vt adiacentia Domini Auguſtini a
latere rei reſeruatæ excluderetur.

Primo quia vendidit Stephanus partem proprij fun
di ſimpliciter & bona fide, prout in diſponente de re
8 propria præſumitur, † & diſponens de re ſua fraudem
committere non dicitur, quamuis ex hac diſpoſitione
in conſequentiam alter damno afficeretur, vt not. Cra-
uet. conſ. 6. nu. 120. & ſeq. lib. 1. Ruin. conſ. 213. nu. 10.
li. 1. Menoc. conſ. 226. nu. 55. & ſeqq. li. 3. Franc. Becci.
9 conſ. 52. nu. 25. † Nec qui facit actũ, vt ſibi prouideat,
fraudem committere dicitur, vt no. Ioann. de Imol. in
10 l. Iulianus, nu. 2. ff. de acqu. hæred. † cui præſumptioni
fraudis excluſiuæ ſtandum eſt, donec qui fraudem alle-
gat, concludentibus præſumptionibus illam probet. l.
quoties, §. qui dolo, ff. de probat. Pau. de Caſtr. in l. iuris
gentium, §. dolo, ff. de pact. l. dolum, & ibi Alex. C. de
dol. Soc. iu. conſ. 178. nu. 23. li. 2. cum alijs per Rim. iu.
conſ. 42. nu. 54. & conſ. 60. nu. 51. libr. 1. & in materia,
de qua agitur, late id probat Tib. Decia. conſ. 59. nu. 3.
& ſeq. lib. 6.

Secundo ſi præſumi poſſet reſeruationem partis fun
di venditi factam eſſe ad effectum tollendi adiacẽtiam
Dom. Auguſtini, & vt ille a beneficio retractus exclu-
deretur, adhuc dicitur nullo modo id obeſſe Chryſogo
no, quoniam Stephanus potuit partem vendere, & par
tem reſeruare, vt ſibi prodeſſet, & conſuleret, Vel quia
Chryſogonus nollet totum fundũ emere, Vel Stepha-
nus intenderet partem dicti fundi pratiui pro ſuo com-
modo retinere, quia alia bona non multum diſtantia, &
etiam alia contigua licet infructifera habebat, Vel ſi id
fecit, ne teneretur vendere D. Auguſtino, potuit id fa-
cere, q̃a plus pretij a Chryſogono cõſequeretur. Vnde
cum principaliter venditio, & reſeruatio partis reſpecti
ue potuerit fieri ad proprium commodum & vtilitatẽ
contrahentium, & non principaliter intentione fraudã
di ſtatutum, quamuis in conſequentiam in hoc fraus re
11 ſultaret, non nocet. † Nam quando principaliter & di-
recte actus ad fraudem non apparet ordinatus, licet ex
eo fraus ſequatur, illa non habetur in conſideratione, vt
probat tex. in l. non omne, ff. de ſtat. lib. & comprobant
Stephan. de Feder. in tract. de interpr. iur. par. 1. nu. 48.
ver. Secundo limita. Rim. iu. conſ. 56. nu. 83. li. 1. Ruin.
conſ. 44. num. 16. li. 2. Et in materia ſimilis ſtatuti idem
placuit Tiraq. in d. præfat. nu. 78. & Cephal. conſ. 179.
nu. 9. & ſeq. lib. 2. per quam rationem Tiraq. in d. loco,
nu. 79. dicit conſuluiſſe, & ſecundum eius conſiliũ fuiſ-
12 ſe iudicatũ in caſu, in quo Titius, † volebat emere fun-
dum à Sempronio, & alium ſuum fundum vendere, &
emptorem repererat, & ne emendo excluderetur a
conſanguineo Sempronij vigore ſtatuti, admittentis
ad retractum cõuenit cum Sempronio, quod ſimul per
mutarent, & ſtatim facta permutatione, Sempronius
fundum, quem reciperet venderet, conſanguineos fa-
cta permutatione non admitti ad retractum: nam licet
venditor non haberet animum permutandi, ſed conſe
quendi pretium rei ſuæ, & fecerit permutationem in-
tentione excludendi conſanguineum à retractu, idque
conſtaret, nihilominus quia id non fecit principaliter
& directo in fraudem, nec maligno animo, ſed tantum
vt ſibi ipſi prouideret, & ne à conſanguineis excludere
tur, contractum validum eſſe aſſirmat, & eum ſequitur
Tib. Decia. in d. conſ. 59. nu. 17. lib. 1. Quæ concluſio à
fortiori probat intentionẽ Chryſogoni in caſu enim il-
lo præſupponitur conſtare permutationem eſſe factam
non animo permutandi, ſed excludendi conſanguineũ,
& in caſu noſtro non apparet, quod eo animo Stepha-
nus dictam partem fundi ſibi reſeruauerit, & potuit ex
alijs cauſis ſupra adductis id fieri.

Tertio ad prędictorum confirmationem facit, quod
in terminis ſtatuti Florentini conſuluerunt Peruſini, re
lati per Corn. in alleg. conſ. 29. nu. 9. lib. 3. Diſponebat
ſtatutum Florentinum habentem domum contiguam
poſſe domum contiguam venditam conſequi offerẽdo
13 pretium. † Quidam habens domum in angulo cuiuſdã
ſtratæ, & nolens illam vendere vicino ſed alteri, prius
vendidit medietatem verſus angulum, aliam medieta-
tem retinendo, & poſtea in continenti eamdem medie
tatem retentam eidem vendidit: fuit conſultum ſtatu-
tum ceſſare, ex quo partem retentam vendidit ei, *qui*
mediante prima emptione habebat domum contiguã.
Et licet cenſeretur vendidiſſe, prius medietatem in an-
gulo, vt excluderetur vicinus, & euitaretur ſtatutum,
licuit vti cautela, per quam euitaretur iniuſtum incom
modum, quod mediante dicto ſtatuto inferebatur, ex
quo dominus libere cui volebat, domum non poterat
vendere, quam opinionem Peruſinorum ſequũtur Pet.
Gerar. in ſing. 26. incip. Tu habes, nu. 3. Ceph. cõſ. 179.
n. 15. li. 2. & Tiraq. in d. præſ. n. 73. ver. Et vt proprius,
iunctis his quæ ponit nu. 78. ver. Hæc tamen. Quæ con
ſultatio optime concludit in caſu, de quo agitur, clare
quidem in caſu illo conſtabat venditiones partium do-
mus fuiſſe factas in fraudem, vt diſpoſitio ſtatuti euerte
retur, cum prius medietatem in angulo, & incontinen
ti aliam medietatem eidem vendiderit: Cum enim ven
ditio totius domus probibita eſſet per ſtatuuum in præ
14 iudicium vicini, † in prohibitis ex temporis breuita-
te præſumebatur fraus, c. officij, de electio. & in ſpecie
notat Pet. Anch. d. conſ. 159. col. fi. ver. ſecundo diuidẽ
do. Affl. in d. tracta. de iur. protomiſ. §. 4. nu. 16. ver. Itẽ
dico. Iacob. Nouel. in eo. tract. §. 2. nu. 176. Et etiã quia
15 dictæ † venditiones incontinenti factæ cenſebantur
correſpectiuę, & pro vna & eadem venditione habebã
tur. Petr. de Ancha. conſ. 435. incip. Ex narratis, col. 2.
ver. Præterea, Soc. ſen. conſ. 27. nu. 23. lib. 4. Crau. conſ.
245. nu. 3. ver. Rurſus, lib. 2. Dec. conſ. 279. nu. 7. Hier.
Gabr. conſ. 168. q. 2. nu. 11. li. 1. Menoc. conſ. 92. nu. 38.
lib. 1. & nihilominus concludunt relati Doctores retra
ctui locum non eſſe. Quanto igitur magis idem con-
cludendum eſt in caſu de quo agitur, cum Stephanus
vendiderit partem fundi Chryſogono, & aliam partẽ
reſeruatam per annum retinuerit, & illam non eidem
Chryſogono, ſed D. Auguſtino poſt annũ vendiderit,
quo caſu non poteſt ita præſumi in fraudem ſtatuti eſ-
ſe factam reſeruationem, ſicut in caſu in quo conſulue-
runt Peruſini.

Nec obſtant ea, quæ in contrarium adducuntur, ſa-
tis enim ſupra fuit oſtenſum ſtatutum locum non habe
re, ex quo excluſa adiacentia a latere ob dictam partem
reſeruatam, maior remanebat adiacẽtia Chryſogoni,
quam eſſet adiacentia D. Auguſtini, qui à capite tan-
tum bona contigua poſſidebat.

Nec nocent Doctores, qui in contrarium allegãtur:
16 illis enim particulariter reſpondendo, dicitur † non
obſtare Corne. in conſ. 29. lib. 3. in caſu enim ſuo ſtatu-
tum admittebat vicinum ad retractum, & ſub pœna
fraudem prohibebat; ſtatutum de quo agitur, admit-
tit adiacentem, & de fraude non loquitur, quæ valde
differunt, vt fatetur ipſe Corne. in fine conſilij, verſic.

Nec

Nec poteſt dici. Præterea in caſu Cornei facta erat reſeruatio minimę partis inutilis venditori, vt dicit num. 17. & 18. quod non eſt hic, quia pars reſeruata non erat inutilis, & quamuis eſſet modica, poterat afferre aliquã vtilitatem reſpectu fæni colligendi, & quia Stephanus habebat alia bona non multum diſtantia, & ex effectu ſubſecuto apparet rem illam reſeruatam nõ fuiſſe inutilem, cum eãdem poſtea emerit Dominus Auguſtinus, quod non feciſſet, ſi fuiſſet inutilis. Et qñ pars reſeruata non eſt inutilis, Corneus non diſſentit, ſed cõuenit cum noſtra opinione, vt aduertit etiam Ceph. conſ. 179. nu-
17 me. 15. & ſeq. li. 2. † Et quando res reſeruata nõ eſt inutilis, fraudis præſumptionem tolli, & ceſſare ſtatutum, ſi res reſeruata eidem non vendatur, poſt Mode. Peruſ. in l. ſeruus dotalis, ff. ſol. matr. concedit etiam Afflict. in d. §. 4. nu. 16. verſ. Item dico, vlterius opinio Cornei dubitabilis redditur, mouetur ipſe in dicto conſilio nu. 23. per tex. in l. ſi libertas minorem, ff. de iu. patr. per quem dicit probari in fraudem legis fieri, quando aliquid geritur etiam vere, vt lex euitetur, & alias non fieret, ſed vt aduertit etiam Ceph. in allegato conſ. 179. num. 11. loquitur lex illa in liberto qui data opera ſe minorẽ centenario fecit, ad effectum vt legis præceptum euitaret, cum libertus qui vltra centum habet in bonis, ex præcepto legis non poſſet patronum præterire, & certa portione priuare, §. poſtea. Inſt. de ſucceſſ. liber. Et quia erat in caſu, in quo legitimam portionem patrono relinquere tenebatur, nulla alia cauſa quam fraudandi legem fe-
18 cit ſe minorem centenario, † ideo non valet alienatio in caſu d. l. ſi libertus, tamquam directe facta in fraudẽ legis, ſed aliud eſt hic dicendum, quia Dominus prędij antequam venderet, non tenebatur ad aliquid, & vendendo partem, non fecit directo in fraudem legis, quia
19 poterat † rem diuidere, partem alienare, & partem reſeruare, quod nulla lege erat ſibi prohibitũ, arg. l. quod in rerum, §. ſi quis poſt, ff. de leg. 1. l. ſi quis duas, §. ſi quis partem, ff. com. prædi. Et id potuit facere, vel quia emptor nollet emere totum fundum, vel quia rem reſeruatam vellet venditor pro ſe retinere, præſertim quia alia bona non longe diſtantia poſſidebat, vel ex alijs cauſis de quibus ſupra, & conſequenter alienatio illa non poteſt dici facta directe in fraudem alicuius legis, vt erat in caſu d. l. ſi libertus minorem. Minus nocet Tiraquel. in d. præfatione, quia ipſe licet multa diſputando dicat, ſequitur opinionem Peruſinorum, vt nu. 73. ver. Et vt proprius, & diſtinguendo nume. 78. & 79. multa adducit, quæ noſtram confirmant opinionem. Anchar. d. conſ. 159. conſuluit in caſu, in quo domus per partes ex modico interuallo eidem vendita erat, affirmans id factum cenſeri in fraudem ſtatuti, quod colligit ipſe, quia domus erat indiuiſibilis, & ad partem reſeruatam non dabatur aditus, & quia incontinenti tota per par-
20 tes eidem fuerat vendita, † & ſecundum eum ex his, quæ in continenti fiunt, fraus probatur. Et in eiſdem terminis loquitur Afflict. de iur. protomiſ. §. 4. nu. 15. qui nu. 16. ponit aliud exemplum quando eſt facta reſeruatio vnius palmi terrę circumcirca, quæ eſſet reſeruanti inutilis, aliud concludens, ſi res reſeruata non eſſet inutilis, dummodo incontinenti etiam illa eadem res reſeruata non poſſideatur per emptorem. Et in ſimilibus terminis loquitur Iacob. Nouell. in d. tractat. §. 2. nu. 175. & ſeq. aſſerens reſeruationem modicæ partis in fraudem factam præſumi, ſi eſt inutilis reſeruanti, & breui tempore ab eodem emptore poſſideatur. Conſtat enim in dictis caſibus de manifeſta fraude, & præſumitur de tota re facta venditio à principio, licet in fraudẽ fingatur aliquid reſeruatum, merito vicinus admittitur ad retractum. Eodem modo reſpondet Capic. in d. dec. 38. qui ſimiliter loquitur, quando reſeruata erat modica pars terreni circumcirca reſeruanti inutilis, & ad quam non dabatur reſeruanti aditus niſi per rẽ venditam, aliud ſentiens, ſi aliunde daretur aditus ad eam. Quorũ auctoritates nõ obſtant Chriſogono, quoniam fundus non erat indiuiſibilis, res reſeruata nõ erat inutilis, ad eam Stephanus aditum habebat, nec incontinenti, neque ex interuallo pars reſeruata poſſeſſa fuit per Chriſogonũ, ſed illam per ſpacium anni & vltra poſſedit Stephanus, & poſtea eã vendidit Do. Auguſtino, & conſequenter ceſſant omnia, quæ cõſiderantur per Doctores in contrariũ allegatos, qui in diuerſis terminis loquuntur, & contra Chriſogonum adduci non poſſunt.

Concludendo igitur ſecundum ea, quæ in facto ſupra præſupponuntur, cenſeo D. Auguſtinum non fuiſſe nec eſſe ad retractum admittẽdum, ſed Chriſogonũ abſoluendum & liberandum eſſe.

Et ita indicatum fuit anno 1585. per Vicecomitem Vallis Topini, & pars aduerſa acquieuit ſententiæ.

ARGVMENTVM.

Statutum Peruſinum, admittens ad ſucceſſionem ſorores & matrẽ, & pro certa porrione patruos, & præmortuorũ patruorum deſcendentes, vterinis materteris & alijs excluſis, numquid locum habeat, quando ſoli deſcendentes patrui ſuperſunt, nec cum eis ſorores, mater, & patrui concurrunt.

SVMMARIVM.

1 *Hæreditas defertur proximioribus.*
2 *Fratres ex vno tantum latere coniuncti præferuntur patruis, & patruorum filijs in ſucceſſione fratris.*
3 *Plures à lege vel ſtatuto vocati, ſi oẽs nõ ſuperſunt, admittũtur ſuperſtites. Et quãdo id procedat, n. 44. 49. & 52.*
4 *Statutum excluſiuum ſeminarum fauore agnationis factum pręſumitur, & hæc vnica ratio in eo conſideratur, à qua argui poteſt. Sed contra nu. 55. & ſeqq.*
5 *Ratio eadem vbi viget, ibi eadem iuris diſpoſitio reſultat.*
6 *Extenſio fit ad caſum non expreſſum ſub ratione comprehenſum, quando vnica ratio reddi poteſt, licet non ſit expreſſa.*
7 *Extenſio fit etiam in correctorijs, vt omnes caſus ſub ratione comprehenſi decidantur, quando ratio eſt expreſſa, vel vnica reddi poteſt.*
8 *Ius accreſcendi, vel non decreſcendi locum habet inter plures, à lege, vel à ſtatuto vocatos. Declara vt nu. 62.*
9 *Fratres vtrinque coniuncti pręferuntur vterinis. Et n. 19.*
10 *Si vinco vincentem te, multo magis vinco te. Declara nu. 67.*
11 *Statutum Peruſinum lib. 2. Rubr. 45. declaratur.*
12 *Verba ſtatuti quando in aliquo caſu non verificantur, in eo ceſſat ſtatuti diſpoſitio.*
13 *Statuta excluſiua feminarum, locum tantum habent in caſibus formaliter in eis expreßis.*
14 *Excluſus non includit niſi caſus ſpecialiter expreſſos.*
15 *Caſus omiſſus habetur pro omiſſo, & remanet in diſpoſitione iuris, etiam ſi in eo vigeret eadem, ſeu maior ratio. Et nu. 16.*
17 *Caſus mixtus non verificatur in ſimplici, quando ſtatutum eſt odioſum, ſeu exorbitans, & iuris communis correctorium.*
18 *Vocatus ad ſucceßionem cum aliquã perſona, ſine ea non admittitur.*

Fratres

20 *Fratres conſanguinei excludunt vterinos à bonis à patre prouentis.*
21 *Statutum vocans conſanguineos, excluſis vterinis, cenſetur eos vocare in bonis à patre tantum prouentis.*
22 *Fratres vterini excludunt patruos, & patruorum deſcendentes.*
23 *Statutum Peruſinum, vocās ad ſucceſsionem patruos cum matre, & ſorore, locum non habet, ſi ſuperſunt patrui tantum.*
24 *Copula, Et, coniungere ſolet.*
25 *Copulatorum concurſus exigitur ex natura copulæ.*
26 *Filij patrui præmortui cum patruis à ſtatuto Peruſino vocati, ſine patruo non ſuccedunt.*
27 *Commodum ex perſona alterius quis conſequitur à quo ſolus excluditur.*
28 *Filij plures ſuccedunt in ſtirpes, quando agitur de ſucceſſione aſcendentis, ſeu fratris, aliàs ſecus.*
29 *Filij repræſentant perſonam patris etiam in materia ſtatutaria.*
30 *Filius ſuccedit in locum patris, quando cum patruo concurrit, aliàs ſecus, & tunc ex propria perſona admittitur.*
31 *Statuētes dum in reformatione ſtatuti vnum caſum includunt, in ceteris cenſentur abrogaſſe ſtatutum reformatū.*
32 *Statuti vna pars aliam declarat.*
33 *Deſcendentium appellatione veniunt omnes in infinitum.*
34 *Statuentes ſenſiſſe vt proximiores excludantur ab exiſtētibus in decimo, vel alio vlteriori gradu nō præſumitur.*
35 *Ratio minor conſideratur, vt quis excludatur à remotiore, quam à proximiore.*
36 *Nepotes ſuccedentes cum patruis, ſubintrant in locum patris præmortui, & dicūtur eſſe in eodem gradu. Et n. 37.*
38 *Statutum Peruſinum excludens matrem, & ſorores pro certa parte. Fratres vero vterinos in totum per ſuperexiſtentiam patrui, & filiorum patrui præmortui non cenſetur eos excludere, ſi extant filij patrui tantum.*
39 *Dictio, Tūc, reſtringit diſpoſitionem ad caſum expreſſum, & prohibet extēſionem ad alium caſum etiam ſimilem, qui aliàs in diſpoſitione comprehenderetur.*
40 *Diſpoſitio teſtatoris late interpretatur.*
41 *Statutum iuris communis correctorium ſtrictiſſime interpretatur.*
42 *Statutum quod poteſt in pluribus caſibus ius commune corrigere, interpretatur vt in vno tantum corrigat, etiā ſi verba impropriare oporteret.*
43 *Statutum excludens matrem propter patruum, non excludit propter patruum magnum.*
45 *Dictio, Cum, acceſſorietatem quamdam oſtendit.*
46 *Dictio, Cum, magis copulat, quam dictio, Et, dictio, Cum exigit ſimultaneum concurſum.*
47 *Teſtatoris diſpoſitio late & benigne interpretatur.*
48 *Copulatorum concurſus exigitur in correctorijs, & exorbitantibus, licet non exigeretur in fauorabilibus.*
50 *Statutum tunc dicitur fauorabile in capite incluſiuo, quādo ex incluſione alteri non infertur præiudicium.*
51 *Copulatorum concurſus exigitur etiam in vltima voluntate, & alia fauorabili diſpoſitione, quando conſtat de voluntate diſponentis.*
53 *Extenſio ceſsat, etiam ſi ratio expreſſa, & materia fauorabilis eſſet, quando minor ratio viget in caſu non expreſſo.*
54 *Extenſio in ſtatutis iuris communis correctorijs feminarum excluſiuis ceſſat etiam ex maioritate rationis, ſi ratio non eſt expreſſa.*
58 *Agnationis fauor attenditur tantum in caſibus expreſsis non ſolum in diſpoſitione teſtatoris, ſed etiam ſtatuti.*
59 *Ius accreſcendi accreſcit portioni, non perſonæ, non habenti portionem.*
60 *Ius accreſcendi locum non habet inter coniunctos coniunctione legali.*
61 *Ius accreſcendi ſolum conſideratur in diſpoſitione teſtatoris, vel ſimili, quia dicitur tacita ſubſtitutio ex mente teſtatoris.*
63 *Ius accreſcendi ceſſat, quando ex eo magis corrigeretur ius commune.*
64 *Ius accreſcendi ceſſat inter ſuccedentes diuerſo iure.*
65 *Nepotes cum patruis admittuntur ex priuilegio.*
66 *Ius accreſcendi non procedit in fauorem eius, qui ſuccedit ex priuilegia.*
67 *L. de acceſſionibus, ff. de diuer. & tempor. præſcript. declaratur.*
68 *Excludens vigore ſtatuti aliquam perſonam in multis caſibus, non excludit remotiorem, quæ de iure communi ab excluſa excluderetur.*
69 *Statutum tantum diſponit, quantū loquitur, & non vltra, & in caſu, in quo non loquitur, ceſſat eius diſpoſitio.*
70 *Statutum excludens matrem propter patruum, ſi ſupereſt ſoror in ſtatuto non nominata, ceſſat ſtatutū, & ſoror excludit patruum, & ſororis beneficio admittitur mater.*
71 *Superfluum non dicitur, quod operatur etiam quid minimum, vel ſaltem profertur ad maiorem declarationem, & tollendam dubitationem.*

CONSILIVM VIII.

SI iure communi cauſa terminanda eſſet, Comes Ludouicus, & Fratres de Fabenis admitti deberent ad ſucceſſionem Domini Ioannis de Pellinis eorū fratris vterini modo defuncti, excluſis Magnificis Dominis Ciarpellono, & Capitaneo Claudio de Pellinis fratribus patruelibus eiuſdem Ioannis, quoniam fratres vterini attinebant Io-
1 anni in ſecundo gradu, patrueles vero in quarto, † & proximioribus hæreditas defertur, §. ſi plures, Inſtit. de legit. agna. ſucceſ. l. 2. §. hæreditas, ff. de ſuis, & legit. l. ſi libertus, la 2. §. ſi libertus, ff. de bon. libert. Et in ſpecie
2 † quod fratres ex vno tantum latere coniuncti præferantur patruis, ac patruorum filijs in ſucceſſione fratris, probatur in §. ſi igitur, §. ſi autem, verſicu. *Illud palam*, iuncta gloſ. in verb. Illud palam, Authen. *de hære.* ab inteſt. venie. Authent. poſt fratres, la 1. C. *de legit. hæred.* vbi Sal. nu. 1. & 2. & ceteri notant Socin. ſen. conſ. 9. numero 59. & ſeqq. libr. 3. Verum quia ſtatuto nouo Peruſino Rub. 45. li. 2. ad ſucceſſionem vocantur ſorores vtrinque coniunctæ in vna parte, & in alia mater, & cum eis admittuntur patrui, & eorum deſcendentes maſculi, excluſis fratribus vterinis, materteris, auunculis, & alijs in ſtatuto nominatis. Et Dominus Ciarpellonus, & frater, fratres patrueles Domini Ioannis ad hæreditatem præfatam vigore ſtatuti admitti debere prætendunt.

Quæritur quid de iure ſit reſpondendum.

Et videtur intentio Dominorum de Pellinis optime fundata in ſtatuto præfato, in quo patrui, & eorum deſcendentes cum ſorore vtrinque coniuncta in vno loco, & in alio cum matre admittuntur fratribus vterinis excluſis, cuius diſpoſitio locum habere videtur licet ſo-
3 rores, mater, & patrui non ſuperſint, † cum enim in ſtatuto plures copulatiue vocentur, ſi omnes non ſuperſunt, deſcendentes ſoli patruorum videntur admitti, iux. l. 2. §. ita demum, ff. ad Senat. conſult. Tertul. l. vbicumque, in fin. verſi. Quamuis ibi, Tamen etiam ſolus, iuncta gloſſa in verb. ſolus, ff. de ventr. in poſſeſſ. mitten. l. ſi ita fuerit, §. fin. ff. de manu. teſt. l. ſi quis legauerit, la 2. ff. de legat. 1. l. ſi mulieri, & ibi gloſ. in verb. Habet, ff. de vſuſruct. accreſcend. l. ſi duobus, §. fin. ff. de legat. 1. Dec. conſ. 454. colum. 2. num. 4. Et in materia ſtatuti Bal. in l. ſi quis filium, num. 10. C. de inoffic. teſtam.

quem

quem ſequitur Capic.conſ.39. ſub nume.17.verſ.Pri-
mo caſu.
4 Quod eo magis admittendum dicitur, † quoniam
ſtatuta hęc condita videntur fauore agnationis,& hęc
vnica ratio conſiderari poteſt,late Brun. de ſtat. quod
ſtant.maſc.art.3.num.11.& ſeqq.Tob.Non. conſ.42.
nu.30. Et cum nulla poſſit dari diuerſitatis ratio, cur
magis deſcendentes patrui ad ſucceſſionem admittan
tur cum alijs in ſtatuto nominatis, quam ſi ſoli ſuper-
ſint,cum pariter per eos agnatio conſeruetur, ſi ſoli
5 ſunt. ſicut ſi alij ſuperſint † vbi eadem viget ratio, ibi
eadem iuris diſpoſitio reſultat,l.cum ratio,de bo.dam.
6 Et† ſiue ratio ſit expreſſa,ſiue non, quando vnica red-
ditur diſpoſitio. extenditur ad caſum non expreſſum
ſub ratione comprehenſum. Bald.in l.maximum vitiũ.
col.3.C.de lib.& poſth. Pau.de Caſt.in l.ſi vero,§.de vi
ro,ff.ſolu.matr. Alex.in l.ſi conſtante,col.2, eod.tit.la-
te Alb.Brun.in d. art.3. Pari igitur ratione fratres pa-
trueles videntur ad ſucceſſionem admittendi, ſi ſoli ſu
perſint,ſicut ſi patrui, mater,& ſorores concurrerent,
licet caſus iſte formaliter non eſſet in ſtatuto expreſ-
7 ſus,† cum etiam in correctorijs extenſio fiat,vt omnes
caſus ſub ratione comprehenſi decidantur,quando ra-
tio eſt expreſſa,vel vnica tantum reddi poteſt.glo.l.mi
lites agrum,de re milit.l.his ſolis, de reuocan.don. Iaſ.
in l.Marcellus,nu.46.ff.ad Trebel.late Tob.Non.in d,
conſ.42.nu.25.& ſeqq.

Vlterius, quia vt in ſtatuto vocantur ſorores vtrin-
que coniunctæ, & mater, & cum eis vel earum altera
patrui, & eorum deſcendentes, & ſic ſimul omnes ad
8 ſucceſſionem admittuntur, videtur quod, † aliquibus
ex eis deficientibus, alij qui ſuperſunt,per ius accreſcẽ
di, vel potius non decreſcendi in totum admittantur,
iux.not.in l.re coniuncti,ff.de leg.3. Quod etiam in cõ
iunctis in lege, & ſtatuto locum habere dicunt ibi,Iaſ.
nu.113.& 117.Rip.nu.203. Bald.in l.vnica,§.vbi de-
cretum,nu.10.C.de caduc.tollen.Alber.Brun.de ſtat,
art.9.nu.80.& ſeqq.

Accedit prædictis à ſtatuto vocari vtrinque coniun
ctas,ſeu conſanguineas,ſeu matrem, & cum eis æqua-
liter patruos,& eorum deſcendentes,excluſis vterinis,
& alijs ibi nominatis, cuius vigore patrui, & patruo-
rum deſcendentes excludunt ſorores,& matrem ab ea
portione,ad quam cum eis patrui, & deſcendentes vo
cantur. Si igitur vigore ſtatuti patrui,& eorum deſcen
dentes excludunt ſorores vtrinque coniunctas, & ma-
trem a certa portione, quæ aſſignatur patruis, & eorũ
9 deſcendentibus,† & ſorores,& fratres vtrinque coniũ
cti,de iure communi præferuntur fratribus, & ſorori-
bus vterinis tantum,§.ſi igitur. Auth.de hær.ab inteſt.
venien. Auth.ceſſante,C.de legit.hær. vbi Bal.Caſt.&
alij. Dec.conſ.155.nu.3. Multo magis iſti fratres pa-
trueles debent excludere Dominos de Fabenis fratres
10 vterinos Domini Ioannis defuncti, & regula illa. † Si
vinco vincentem te, multo magis vinco te, de qua in l.
de acceſſionibus,ff.de diuerſ. & temp.præſcri.gloſſ.in
l. vſucap.de pign.Soc.iun.conſ.10.num.17. lib.2. Me-
noch.conſ.172.nu.11.lib.2.

Poſtremo intentio patruelium coadiuuatur, conſi-
derando mentem ſtatuentium contra vterinos, quo-
niam de eis nulla videtur in ſtatuto habita ratio, cum
numquam ad ſucceſſionem vocentur, ſed quoties no-
minantur à ſtatuentibus,ſemper excludũtur, & ſic ſta
tuentes vterinos odio habuiſſe videntur. Et etiam quia
in ſtatuto vocantur ſorores vtrinque coniunctæ, & pa
trui,& eorum deſcendentes vterinis excluſis. Et cum
vterini de iure communi ab vtrinque coniunctis exclu
derentur, nec fuiſſet opus vterinos per ſtatuentes ex-
cludi,ſi patrui,& eorum deſcendentes,non concurren
tibus ſororibus,non fuiſſent admittendi,dicendum eſt
ſolos patruos, & deſcendentes, non exiſtente ſorore,
admitti,vt excluſio vterinorum aliquid operetur,cum
eo tantum caſu eorum excluſio videretur neceſſaria,
vt effectum operetur.

Præmiſſis non obſtantibus, cenſeo dictos Dominos
Comites de Fabenis,qui iure communi fundatam ha-
bent intentionem, nullo modo a fratribus patruelibus
excludi vigore antedicti ſtatuti.
11 Primo,† quia diſponitur in dicto ſtatuto in §.& ipſis
fratribus ad ſucceſſionem admitti ſorores vtrinque cõ
iunctas,& cũ eis patruos,& patruorũ deſcendentes,ex
cluſis vterinis. Et in §. Item qñ non exiſtentibus ſorori
bus,admitti pro medietate matrẽ, & pro alia medieta
te patruos, & deſcendentes patruorũ præmortuorũ,
Et inferius mater,ſoror,& patrui æqualiter vocantur;
nullibi tñ aliquid in ſtatuto dicitur, qñ deſcendentes
patrui,& fratres vterini tantũ ſuperſunt,& quia verba
ſtatuti,admittentis ad ſucceſſionem cũ ſorore, & ma-
tre patruos,& patrui pręmortui deſcendentes cum pa
truo ſuperſtite,non verificantur in caſu iſto,quo ſoli de
ſcendentes patrui ſuperſunt,ceſſabit dicti ſtatuti diſpo
12 ſitio,nam qñ† verba ſtatuti in aliquo caſu verificãtur,
in illo ceſſat ſtatuti diſpoſitio.Bal.conſ.295.verſ.Præ-
terea,lib.2.Soc.iun.conſ.1.nu.26. & ſeq.li.2. Mazzol.
13 conſ.105.nu.17.ſolum enim † hmõi ſtatuta excluſiua
locũ habent in caſibus formaliter in eis expreſſis.Grat,
conſ.41.nu.27.li.2.Dec.conſ.451.n.8. Ceph.cõſ.247.
nu.37.& ſeq.lib.2. Non ſolum ad effectũ excludendi,
14 ſed ẽt reſpectu incluſionis, † cũ excluſus non includat
niſi caſus ſpecialiter expreſſos, Bal. in l.illam, in princ,
C.de collat.in l.quoties,nu.1. C. de ſuis & legit. Bero.
conſ.148.nu.15.& ſeqq.lib.2. Vnde cum caſus iſte non
reperiaturur in ſtatuto deciſus, ſed differat ab eo, qui
in ſtatuto includitur,ſtatutũ locum hre non poteſt,ſed
poſtquam in ſtatuto includuntur caſus in quibus ſoro-
res,ſeu mater,patrui,& deſcendentes patruorũ ſuper-
ſunt,& nihil dicitur,qñ deficiunt ſorores,mater, & pa
15 trui, & ſoli deſcendentes patruorum adſunt,† caſus o-
miſſus hr̃ pro omiſſo, & remanet in diſpoſitione iuris
communis,& ſecundum terminos iuris communis de-
cidendus venit,l.commodiſſime,ff.de lib. & poſth. l.ſi
extraneus,ff.de cond. ob cauſ. Dec. conſil.71. num.2.
Natt.conſ.463.nu.12.lib.2.Soc.ſen.conſ.74.nu.3.li.3.
Ceph.conſil.343.num.11.lib.3. Et in ſimilibus termi-
nis nos.Soc.ſen.conſ.9.nu.6.& ſeq.li.3, Dec,conſ.451.
num.5.verſ.ſecundo, & nu.6. Capr. conſ.137.num.7.
& ſeqq. & in fortioribus terminis Tob. Non. conſ.16.
16 nu.13. Quod procedit,etiamſi† in caſu omiſſo vigeret
eadem, ſeu maior ratio,d.l.commodiſſime. & ibi Bar
tol.idem Bart.in l.Caſſa.col.10.ver.Quarto quæro,ff.
de public. Cephal.conſ.517.num.28.& conſ.535.nu-
me.18.lib.4.

Secundo negari non poteſt, quin caſus in ſtatuto ex-
preſſus ſit mixtus,dum vocantur patrui, & deſcenden
tes cum ſororibus, ſeu matre, & fateri etiam oportet
ſtatutum eſſe odioſum, ſeu ſaltem exorbitans, & iuris
communis correctorium,cum in multis illud corrigat,
17 Quibus ſtantibus† caſus iſte mixtus non poteſt verifi-
cari in ſimplici, quo ſoli deſcendentes patri ſuperſint,
ſed aliter de mixtis,aliter de ſimplicibus iudicatur. An
char.conſ.36.contra Ioãnem,col.3.verſ.Venio. Rom,
conſ.294.col.fi.verſ.Certum eſt autẽ. Natt.conſ.463.
num.18.& 19.lib.2.Soc.ſen.qui communem dicit con-
ſil.28.nu.22.lib.4.

Tertio magis in terminis dico,ſtatutum in d.§.& ip
ſis fratribus vocare ad ſucceſſionem ſorores vtrinque
coniunctas, ſeu conſanguineas tñ. Et in §. Item qñ
matrem admittere,& cum eis patruos, & deſcenden-

tes

tes patrui. Hic vero non adſunt ſorores, neque mater,
18 iccirco † deſcendentes patrui, etiam ſi cum patruis con
currerent, non admittuntur, vt probat tex. in l. 2. §. ſi ſit
conſanguinea, ff. ad Tertul. ex quo deciditur præſens
quæſtio, ita textum inducendo. Statutum Peruſinũ ad-
mittit ſorores vtrinque coniunctas, ſeu conſanguineas
tantum ad excluſionem fratrum coniunctorum ex late
re matris tantum, qui etiam iure communi per dictas
19 ſorores excludebantur, cum † vtrinque coniunctus ex-
cludat vterinos. Auth. Ceſſante, C. de legi. hær. vbi Bal.
Caſtr. & alij, §. ſi igitur. Auth. de hęre. ab inteſt. venien.
20 & ſimiliter † fratres & ſorores conſanguineæ vterinos
excludunt à bonis à patre obuentis. Auth. de emancipa
tis, ver. Cum enim, C. de leg. hæred. Alex. conſ. 5. col. 2.
21 ver. Hoc confirmo, lib. 6. Boer. deciſ. 185. nu. 3. † de qui
bus bonis fratri conſanguineo a patre tantũ prouentis,
ſtatutum dum vocat conſanguineos, excluſis vterinis,
cenſetur diſponere, vt in ſimili ſtatuto conſuluit Paul.
de Caſtr. in conſ. 38. incip. Viſo ſtatuto ciuitatis Caſtel
li, num. 16. & ſeqq. lib. 3. quem ſequitur Alex. in alleg.
conſ. 5. col. 2. & 3. Item ſtatutum vocat cum ſororibus
22 patruos, & patrueles, † qui ab vterinis, ſi ſorores non
adeſſent, excludebantur. Auth. Poſt fratres, la 1. & ibi
Salic. C. de leg. hęred. §. ſi igitur, & §. ſi autem, Auth. de
hæred. ab inteſt. venien. Similiter in §. item quando, ſta
tutum vocabat matrem, quæ auunculos, amitam, & a-
lios in ſtatuto nominatos excludebat, iux. Auth. de fun-
cto, C. ad Tertul. Ideo ſicut in §. ſi ſit conſanguinea, ma
ter, quę excludebatur à patre, cum ſorore vocata patrẽ
excludebat beneficio ſororis, quia ſoror patri præfere-
batur, ſed ſi ſoror non aderat, pater excludebat matrẽ,
ita in propoſito patruus, & patrueles excluſi de iure cõ
muni a fratribus vterinis cum ſorore, ſeu matre vocati
admittuntur beneficio ſororis vtrinque coniunctæ, ſeu
conſanguineæ, aut matris, quia illæ vterinos, & alios in
23 ſtatuto nominatos excludebant. Sed ſi † ſoror, ſeu ma-
ter non ſuperſunt, vterini, & alij in ſtatuto nominati
iuxta graduum prærogatiuam patruis, & patruelibus
ſunt præferendi, prout clare probatur in d. §. ſi ſit con-
ſanguinea, & ita in ſimilibus terminis conſuluit Signo.
de Homod. in conſ. 226. In themate quæſtionis. quem
refert, & ſequitur Alber. Brun. de ſtat. art. 8. num. 147.
& in terminis ſtatuti Peruſini Tob. Non. conſ. 16. nu. 2.
& 3. qui licet in caſu ſuo num. 4. dicat, ibi non agi de ex
cluſione ab ea portione, ad quã patrui, & deſcendentes
vocabantur cum ſororibus, id erat, quia in caſu ſuo con
currebant cognati cum patruis, qui erant in æquali gra
du, & de iure communi æqualiter vocabantur, & ideo
vult ſimul ſuccedere. Sed ſi ſtatutum locum haberet, ip
ſi cognati reperirentur excluſi in totum.

Quarto magis idem dicendum eſt, cum non ſolum
deficiant ſoror, & mater, cum quibus patrui, & deſcẽ-
dentes præmortuorum patruorum vocabantur, ſed
etiam nullus ſuperſit patruus. *Vocantur* enim à ſta-
tuto in d. §. & ipſis fratribus, patruus, & deſcendentes
patrui præmortui copulatiue, vt oſtendit copula, &,
24 † quæ coniungere ſolet, vt not. Bar. & alij in l. 1. in prin.
ff. de iuſt. & iur. & in alio §. item quando, vocãtur cum
duplici copula, & patrui, & deſcendentes patrui cum
25 patruis, cuius ſtatuti diſpoſitio, vt verificetur, † requiri
tur concurſus copulatorum, iuxta naturam copulæ, l. ſi
quis ſtipulatus fuerit, ff. de verbo. oblig. l. ſi hæredi plu-
res, ff. de cond. & demon. late Siluan. conſ. 85. num. 42.
Burſat. conſ. 102. nu. 1. & ſequen. lib. 1. & neceſſarium
26 eſt, † ad effectum, vt deſcendentes patrui admittantur,
quod cum eis concurrat patruus, cum quo copulatiue
vocantur, vt in terminis per text. in d. §. ſi ſit conſan-
guinea, & alias rationes dixit Tob. Non. in conſil. 16.
num. 9. & comprobatur per Signorol. & Brun. in locis
ſupra proxime adductis. Idque eo magis fateri oportet,
cum in nouo ſtatuto in §. item quando, verſ. Declaran-
tes, vocentur mater, ſoror, & patruus, nulla deſcenden-
tium facta mentione. Et ſupra in §. & ipſis fratribus. &
in eodem, §. item quando, dum inuitantur deſcendẽtes
patrui, ſemper vocantur patrui, & deſcendentes cum
patruis, nec in aliqua parte ſtatuti ſoli deſcendentes re-
periuntur admiſſi, quod oſtendit a ſtatuentibus non eſ-
ſe habitam rationem deſcendentium, niſi quando cum
patruis concurrunt beneficio perſonę patrui, qui etiam
ſolus cum ſorore, & matre vocatur, merito ſine eo de-
ſcendentes non admittuntur, cum illud commodũ con
ſequantur ex perſona patrui, iux. tex. in d. §. ſi ſit conſan
27 guinea. Nec eſt abſurdum, immo conueniens † dicere,
quod quis ex perſona alterius conſequatur commodũ
ſucceſſionis, à qua ſolus excluderetur. Bero. conſ. 71. nu.
6. & ſeqq. lib. 3. not. Ruin. conſ. 169. nu. 13. & ſeq. lib. 3.
poſt alios Cepb. conſ. 53. nu. 10 t. lib. 1. Idque compro-
batur, dum ſtatutum admittit patruos, & deſcenden-
tes in ſtirpes, non in capita, ſi enim ſtatuẽtes voluiſſent
admittere deſcendentes patruorum ex proprij perſo-
28 nis ſine patruis, non vocaſſent eos in ſtirpes, quia † quã-
do agitur de ſucceſſione non aſcendentis, ſeu fratris,
ſed alterius exiſtentis in vlteriori gradu, filij plurium
ſuccedunt in capita, non in ſtirpes, §. ſi vero neque fra-
tres, Auth. de hæred. ab inteſt. Bar. in l. poſt conſangui-
neos, §. 1. in fi. ver. Si vero, ff. de ſuis & leg. vbi de ſucceſ
ſione filiorum patruorũ loquitur. Ang. in Auth. ceſſan-
te, in fi. C. de legit. hæred. & ibi Bal. num. 3. Io. Faber, in
§. ceterum, nu. 4. Inſti. de legit. agnat. ſucceſſ. late Hier.
Gabr. conſ. 135. per totum, lib. 1. Quare eum ſtatuen-
tes illos in ſtirpes vocauerint, videntur eos admittere
voluiſſe ad portionem, ad quam pater, ſi viueret, ad-
mitteretur, & ſic per repræſentationem perſonæ pa-
29 tris prædefuncti, † quæ repræſentatio etiam in materia
ſtatutaria conſideratur. Pariſ. conſ. 20. num. 22. & ſeq.
lib. 2. Et conſequẽter illos vocare videtur cum patruis
30 & non aliter, † quia non conſideratur, quod *filius* ſucce
dat in locum patris, quando ſolus in totum ſuccedit,
ſed tunc venit ex propria perſona. Salic. in Auth. Ceſ-
ſante, num. 2. ver. Confirmat, C. de legit. hæred. Sed ſo-
lum id conſideratur, quando cum patruis concurrit, §.
ſi igitur, in fi. ver. Sed, & ipſis Auth. de hæred. ab inteſt.
venien. Alex. conſ. 123. col. 2. num. 2. verſic. Bene facit,
lib. 1. Soc. iun. conſ. 20. num. 6. verſ. Secundo, lib. 3. Et
quod dicta intelligentia ſit vera, & deſcendentes pa-
trui non admittantur ad ſucceſſionem, ſi patrui cum
eis non concurrant, clare probatur, quoniam in vete-
ri ſtatuto vocabantur patrui, & deſcendentes, & ſi pa-
trui non aderant, deſcendentes ſoli admittebantur, vt
in col. fin. d. Rub. 45. In nouo autem ſtatuto, ſeu refor-
matione, vocantur tantum patrui, & deſcendentes,
nihilque dr̃, quando patrui non ſuperſunt, prout in ve-
teri ſtatuto reformato dicebatur: Et in reliquis refor-
mantes abrogauerunt alia omnia contenta in veteri ſta
tuto, vt in fine dictæ reformationis apparet. Ex quibus
ſublatus dicitur caſus ille, quando deſcendentes ſine
patruis ſupereſſent, qui in veteri ſtatuto erat formali-
ter expreſſus. Tum, quia clare in fine reformationis a-
brogantur omnia alia in veteri ſtatuto contenta. Tum
31 etiam, quia † ſtatuentes, reformando antiquum ſtatu-
tum, & in reformatione inſerendo primum caſum tã-
tum, quando patruus, & deſcendentes aderant, cenſen
tur alium caſum, quando deſcendentes ſoli eſſent, ab-
rogaſſe, illumque iuris communis diſpoſitioni reliquiſ
ſe, l. cum prætor, ff. de iud. l. vni. §. ſin autem ad defi-
cientis, C. de caduc. toll. Grat. conſ. 82. nu. 25. li. 1. Soc.
iun. cõſ. 6. nu. 24. & ſeqq. lib. 1. Capr. cõſ. 137. nu. 8. Be-
ro. cõſ. 148. nu. 34. & ſeq. li. 2. Rol. a Val. conſ. 55. n. 27.
& ſeq.

Digitized by Google

& ſeq.lib.1. Et in materia nouæ reformationis Laur.
de Palat.in tract.quod ſtãt.maſc.nu.172. Et in hoc ip
ſo ſtatuto Tob.Non.d.conſ.16.nu.9.ver. Quod eo ma
gis. Et quamuis hæc correctio fit in ea parte,in qua ſuc
ceſſionis matris fiebat mentio,deſeruit nihilominus ad
declarationem mentis reformantium, & ad oſtenden-
dum ipſos non habuiſſe rationem de deſcendentibus,
ſi cum patruis non concurrerent,ſed ſolum voluiſſe no
minatos in ſtatuto excludi à patruis,& cum eis admit-
32 ti deſcendentes præmortuorum patruorum,† cum ex
vna parte ſtatuti alia declaretur. Ang. in l.vtrum, ff.de
pet.hære.Soc.ſen.conſil.9.nu.8.li.3.Soc.iun.conſ.102.
nu.29.lib.2.Ceph.conſ.329.nu.37.lib.3.

Et hoc potuit à ſtatuentibus fieri optima rõne,nam
qñ adeſt patruus,excluſio ſeminarum,de quibus in ſta-
tuto,fit à patruo,qui erat in tertio gradu nepoti, de cu-
ius ſucceſſione agitur, ſed ſi non requireretur cõcurſus
patrui,quia noua reformatio non admittit cũ patruis
33 filios,patruorũ tñ,ſed deſcendentes,† quorũ appella-
tione oẽs in infinitũ veniunt,l.fi. C.de ſuis & legit.§.1.
Auth.de hære.ab inte.veni.Ruin.conſ.22.n.11.&14.
lib.2.Natt.conſ.64.n.6.li.1.poſt alios Ceph.conſ.394.
nu.3.li.3. Excluſio cauſari poſſet ab attinente ẽt in de-
cimo gradu,qđ eſſet valde inconueniens, nec dicendũ
34 eſt† ſtatuentes id ſenſiſſe,vt no.Bald.in conſ.295. ver.
Sed iſta,li.2.incip.ſtatuto ciuitatis Parmæ, præſertim
35 quia† longe minor rõ cõſideratur,vt quis excludatur a
remotiori,quã ſi a proximiori excluderetur,vt no.Soc.
ſen.conſ.9.nu.14.& 15.li.3.Tob.Non.d.conſ.16.n.12.
Caſt.& Alex.in l.1.nu.2.C.de ſucceſſ.edict. Rui. conſ.
31.nu.11.ver.Non obſtat ẽt, li.3. late Alber. Brun. de
ſtat.ar.12.nu.214.216.& 226.vbi alios adducit, Dicẽ
dum eſt igitur ſtatuentes voluiſſe excludi mulieres ibi
nominatas,à patruis tñ,exiſtẽtibus in tertio gradu,&
cũ eis concurrere deſcendentes pręmortuorũ patruo-
36 rũ,qui† eo caſu ſuccedendo cum patruis ſubintrant in
locũ alterius patrui præmortui, §.cum filius, Inſtit.de
hære.quę ab inteſt.defe. Bal. in l.1.C.de ſecund. nupt.
37 &† patris locum repræſentant,nec dicuntur eſſe in re-
motiori gradu, ſed in eodem gradu, in quo erat pater.
Corn.conſ.131.nu.10.li.2.Pariſ.conſ.3.n.39.li.1.Rol.
38 à Val.conſ.68.nu.41.li.1. Non aũt † voluiſſe ꝙ remo-
tiores ſoli matrem, & ſororẽ a certa portione, fratres
vero vterinos, & alios in ſtatuto noiatos in totũ exclu-
derẽt, ſicut in veteri ſtatuto reformato diſpoſitũ erat,
& ita alias in ſimili caſu per dictas rõnes, & alias mul-
tas contra fratres patrueles in fauorem D. Herminiæ
Galeræ,matris D.Balthaſaris de Nereis tunc defuncti
conſului,& poſtea in eadẽ cauſa cõſuluit Excellentiſſ.
D. Raynaldus Ridolfinus Peruſinus præceptor meus,
& illi ſubſcripſit Excellentiſſ. D. Hieronymus Gabr.
Eugubinus in Curia Romana inter primarios aduoca
tus celeberrimus, quæ cauſa fuit introducta in Rota
Romana coram Reuerendiſſimo Dom.de Bubalis, &
quia per tres vices fuit propoſita in Rota, & Domini
Auditores in votis erant diuiſi, & propterea nihil fuit
deciſum,tãdem de mandato Rotæ fuit concordata,&
fratribus patruelibus fuit aſſignata quarta pars bono-
rũ fratris patruelis, alijs tribus partibus ex quattuor ꝓ
matre reſeruatis. Et quia in caſu illo deficiebat ſolus
patruus,cauſa iſta videtur magis clara,cum non ſuper-
ſint ſorores, mater, neque patrui, cum quibus fratres
patrueles ad ſucceſſionem vocantur per ſtatutum.

Quinto,quia ſtatuentes admittunt ſorores vtrinque
coniunctas,ſeu conſanguineas tñ,& cũ eis patruos,&
deſcendentes patruorum præmortuorum, & demum
dicunt, Et ſorores vterinæ, fratres vterini, auunculi
materteræ, & amitæ tunc non ſuccedant, magis hæc
ſunt admittenda,quia dictio illa, Tunc, adiecta exclu-
ſioni fratrum ex latere materno,reſtrictiua eſt,& limi-
tatiua ad caſus formaliter expreſſos,et oẽm aliũ caſum
39 ẽt ſimilem,& qui alias includeretur excludit,vt † in ſi
mili ponderando dictam dictionem reſtrictiuam, Tũc,
dicunt Dec.conſ.63.nu.2.conſi.89.nu.3. Pariſ.conſil.
92.nu.10.li.2.poſt alios Menoch.conſ.152.nu.41.li.2.
& latiſſime multa congerens Rim. iun. conſil.80. nu.
18.& conſ.110.nu.33.& ſeqq.lib.1.Bero.conſ.99.nu.
9.li.2.Ceph.conſil.269.nu.29.li.2.aſſerentes dictionẽ
illam, Tunc, reſtringere diſpoſitionem ad caſum ex-
preſſum,& prohibere extenſionem ad alium caſum ẽt
ſimilem, qui alias in diſpoſitione comprehenderetur.
40 Et quia loquuntur ipſi in diſpoſitione teſtatoris, † cu-
ius fit lata interpretatio,l.in teſtamentis, cum ibi not.
per Cagnol.ff.de reg.iu. a fortiori idem erit dicendum
41 in hac materia ſtatutaria, † cũ.n.ſtatutum ſit iuris cõis
correctorium,in eo ſtrictiſſima fieri debet interpreta-
tio,l.2.cum ibi not.ff.de noxal.Soc.iun.conſ.48.nu.53.
lib.1.Grat.& alij allegati per Rol.à Val.conſil.80.nu.
17.& ſeq.lib.4. Cum igitur tunc vterinus excludatur,
qñ deſcendentes patrui præmortui, & patruus ſuper-
ſtes ſuccedunt cum ſororibus, non poteſt modo aliquo
verificari ſtatutum in alio caſu, quo ſoli deſcendentes
ſuperſunt ſine concurſu ſororũ, & patruorum,ſed pa-
truis,et ſororibus non exſtãtibus,vterini,et alij nõ ſolũ
non ſunt excluſi,ſed potius vocati videntur, vt in pro-
poſito dixit Tob.Non.d.conſ.16.nu.7.vbi ponderat di
ctam dictionem, Tunc,in dicto ſtatuto appoſitam.

Sexto,& Vltimo,quia ſtatutũ ponit caſum excluſio-
nis,qñ adſunt ſorores, mater, patrui, & deſcendentes
patrui, ſi ex lata interpretatione admitteremus poſſe
includere ẽt caſum,qñ deſcendentes patrui ſoli ſunt,ni
hilominus,quia ſtatuta hmõi ſunt exorbitãtia, & iuris
cõis correctoria, illa ſumenda eſt interpretatio, quod
in vno tm caſu,qñ oẽs concurrunt, ius cõe corrigatur,
non aũt in vtroque caſu, & ſic ẽt qñ deſcendentes ſoli
42 ſupereſſent,cum† ſtatutum, ꝙ poteſt in pluribus caſi-
bus ius cõe corrigere, interpretetur, vt in vno tantum
corrigat,ẽt ſi eius verba impropriare oporteret,ſecun-
dũ Abb.in c.cum dilectus,col.3.de conſue.Rom.conſ.
180.Grat.conſ.13.nu.43.lib.2.Port.Imo.conſ.86.nu.
6.Mazol.conſ.103.nu.45.conſ.105.nu.38.deciſ. Pe-
demont.167.nu.22.Rol.a Val.conſ.80.nu.21.li.4. Et
43 propterea dicunt Doctores† ſtatutum, ꝙ excludit ma-
trem ꝑꝑ patrum,licet poſſet verificari in patruo fratre
patris, & in patruo magno, nihilominus reſtringi, vt
ꝑ patruũ magnum non excludatur,licet & ille proprie
patruus ſit, ea ratione,quia cum ſtatutum ſit odioſum,
& contra ius cõe, reſtringendum, & ſtrictiſſime inter-
pretandum venit.Bald.in l.1. C. de ſucceſ.edict. quem
ibi Salic.Caſt.Are.Alex.& alij cõiter ſequuntur, & de
cõi teſtantur Ruin.conſ.24.nu.5.& ſeqq.li.3.& Brun.
de ſtat.art.12.nu.226.& ſeqq. Dicendum eſt igitur in
propoſito, ſtatutum quod admittit deſcendentes, qñ
ſorores, ſeu mater, & patrui adſunt, non habere locum,
ſi ſoli deſcendentes patrui ſuperſunt.

Nec obſtant allegãta in contrarium ad oſtendendũ
non requiri concurſum copulatorum,qñ duo à lege co
pulatiue vocantur,ſed altero deficiente,alterum admit
44 ti,illa quidem procedunt in diuerſis terminis,† qñ duo
æque principaliter in eadem diſpoſitione vocãtur, nec
alter ſolus in alia parte nominatus reperitur, nec appa-
reat vnum contemplatione alterius vocari. In vno ca-
ſu vero noſtro principaliter ſtatutum admittit ſorores
in §. Et ipſis fratribus.& in §.Si vero. & in §. Item qñ
admittit mrẽm,& demũ cũ eis vocat patruos,& deſcẽ
dentes. Et in alia parte ſtatuti admittit ſorores, & pa
truos,& mrẽm,nulla de deſcẽdentibus facta mẽtione.
Ex quibus apparet deſcendentes patrui principaliter

non vocati,ſed acceſſorie patrui, & deſcendentes cum
ſororibus,ſeu matre, & demum deſcendentes acceſſo-
rie ad patruũ beneficio perſonæ eiuſdem patrui admit
ti,quod et oſtendi nir ex illa dictione, cũ, appoſita in §.
Et ipſis fratribus,& cum dictis ſororibus, & ex alia in
45 §.Item qñ.ibi,Cum dicto patruo,†quæ dictio, Cũ,ac-
ceſſorietatẽ quandam oſtendit,l.1.& 2.ff.de pecu.leg.
Purpur.conſ.85.nu.18.li.1.conſ.547.nu.15.li.2.Crot.
conſ.400.n.28.& ſeq.li.3.Corn.conſ.38.col.2.ver. Et
confert,li.1.conſ.78.n.2.li.2.Natt.cõſ.573.n.14.li.3.
46 Tob.Non.conſ.40.n.5.† Et magis copulat dictio,Cũ,
quam dictio, Et,quia prima exigit ſimultaneum cõcur
ſum.Doct.in l.Gallus,§.quidã recte,ff.de lib.&poſthu.
vbi Bar.nu.4.& 5.Ang.nu.3.Alex.nu.11.in fi.Iaſ.qui
cõem dicit,nu.30.Rub.Alex.in rep.nu.34.Et hæc dif-
ferentia probatur in d.§.ſi ſit conſanguinea, vbi mater
cũ ſorore vocata excluditur, ſi non adſit ſoror. Præte-
rea iura in contrarium adducta loquuntur in diſpoſitio
47 ne teſtatoris,†in qua lata, & benigna fit interpretatio,
l.in teſtamentis, & ibi Cagn.ff.de re iud. Sed nos loqui
mur de diſpoſitione ſtatuti exorbitantis,& correctorij
48 iuris cõis.†Et in diſpoſitione exorbitanti,correctoria,
ſeu odioſa concurſus copulatorum exigitur,licet in ma
teria fauorabili non eſſet neceſſarius, Butr. & Imol.in
Clem.in pleriſque,de elect.not. Ruin.conſ.112.nu.13.
li.5.Rol.a Val.conſ.79.nu.45.& ſeqq.li.3.& idem ſen
tit Imol.in l.ſi quis legauerit,la 2.ver.in glo.ff.de leg.1.
Et magis in ſpecie Sciſel.in l.vt vim,nu.46.ff.de iuſt.et
iu.Et fuit de intentione Polit.in repet.l.re cõiuncti, nu.
23.ff.de leg.3. dum reſpõdet ad l.ſicut,§.1.ff.quemad.
49 vſusfr.amit.†Et in terminis ſtatuti,qñ duo copulatiue
vocantur,ꝙ requiratur concurſus copulatorum, & ali
ter non procedat,conſuluit Signor. in d.conſ.226. quẽ
ſequitur Brun.in d.art.8.nu.147. Nec dicatur in capi-
50 te incluſiuo ſtatutũ eſſe fauorabile, quia † id procedit,
qñ ex incluſione alteri non fit præiudicium, prout fie-
ret in caſu noſtro, ſi deſcendentes patrui admitteren-
tur ad excluſionem fratrum vterinorum. Rui.conſ.24.
nu.5.& 6. lib.3. Soc.iun. conſ.23.nu.14.lib.1.

Vlterius,quia ſtatuentes reformando antiquum ſta-
tutum, caſum in quo ſoli deſcendentes patrui, nullo
ſuperexiſtente patruo,vocabantur,caſſauerũt, elicitur
fuiſſe intentionis, ꝙ deſcendentes ſine patruo non ſuc-
51 cedent. † Et qñ conſtat de contraria mente diſponen-
tis ẽt in vltima voluntate,aut alia fauorabili diſpoſitio-
ne,concurſus copulatorum exigitur, vt dicit tex.in l.ſi
ita fuerit,§.ſed & ſi ancilla,ibi (niſi mihi proponas aliã
ſententiam teſtatoris fuiſſe,) ff.de manum. teſtam.

Non obſtat conſilium Dec.454.quia loquitur in di-
ſpoſitione teſtatoris,& in caſu,in quo conſtabat voluiſ
ſe filiam conſequi alimenta, etiam ſi non permaneret
cum vxore, cum qua alimenta reliquerat, vt conſide-
rat ipſe,col.1.ver. & in caſu iſto.

Minus nocent Bal.in l.ſi quis filiũ, & Capr. cõſ.39.
52 quia dicunt ipſi † alterum ſuccedere,qñ verificatus eſt
caſus a ſtatuto prouiſus,ſecus ſi non extſtat ille caſus,vt
ſtatutum exigit, & fortaſſe eorum dicta procedere poſ
ſent, ſi D.Ioanni ſuperuixiſſent ſoror, ſeu mater, pa-
truus,& deſcendentes, & ſoror,ſeu mater, & patruus
repudiarent hæreditatẽ,equidẽ eo caſu,quia iam caſus
a ſtatuto conſideratus euenit per ſuperexiſtentiã alio-
rũ,dubitari poſſet, nũquid ſoli deſcendentes admitte-
rent, ſed quia in propoſito tpe mortis Ioannis perſonę
vocatæ a ſtatuto non ſupererant,nõ euenit caſus à ſta-
tuto prouiſus, & ceſſat eius diſpoſitio, quo caſu Bald.
& Capr.potius noſtram probant concluſionem.

Nec reſiſtit,dũ dicebatur,ꝙ conſiderata ratione ſta
tuti, omnes caſus ſub ratione comprehenſi includun-
tur; quia vt ſupra dixi,diuerſa, & minor adeſt ratio,ꝙ
deſcendentes patrui remotiores ſoli excludant fratres
vterinos,& alios,quã ſi ſoror, mater, & patruus adeſ-
ſent,nam qñ ſuperſunt ſorores, ſeu mater, ipſæ exclu-
dunt,vterinos,materteras,auunculos,& alios in ſtatu-
to nominatos ẽt de iure cõi. Item quia cum ſorore, &
matre in alia parte ſtatuti patruus ſolus experitur voca
tus, licet cum eo non concurrerent deſcendentes præ-
mortui patrui,eo caſu admiſſio deſcendentium non no
cet vterinis,& alijs, quia per ſorores,& matrem,exiſtẽ
tes in proximiori gradu,& per patruos ſolos, non exi-
ſtentibus filijs alterius patrui, a ſtatuto excluduntur.
Sed ſi ſoli deſcendentes admitterentur,non adeſſet ea-
dem rõ,ſed longe minor,& diuerſa, cum ſint remotio-
53 res, vt dixi,† & qñ minor rõ conſiderari põt, ẽt ſi ma-
teria eſſet fauorabilis,& rõ reperiretur expreſſa,nõ fie
ret extenſio ad caſum non expreſſum, Imol. in l.ſi ve-
ro,§.de viro,col.5.ver.Et hæc vera, ff.ſolut.matr.Soc,
ſen.conſ.30.nu.30.li.1.Alex. conſ.97.nu.12.verſ. Vel
dato,lib.2.& in terminis fere noſtris Soc.ſen.conſil.9.
nu.15.li.3.Pariſ.conſ.110.nu.22.& ſeqq. li.3. Cephal.
conſ.55.nu.5.li.1. Pręterea dico, hoc ſtatutum eſſe cor
54 rectorium iuris communis, † & in ſtatutis correctorijs
feminarum excluſiuis extenſionem non permitti de
vno caſu ad alium etiam ex maioritate rationis, glo.in
Auth.quas actiones,in verb.excluduntur, prope fin.C.
de ſacroſan.eccl.Bald.conſ.84.lib.5.Corn.conſil.271.
nu.9.& 11.li.4.Dec.conſ.451.num.9.Natt.conſil.52.
nu.8.lib.1.Soc.ſen.qui communem dicit conſ.106.nu.
1.lib.4.conſ.28.nu.25.eodem lib. Pariſ.conſ.54.n.38.
& 41.lib.2.Pau.de Caſt. Alex. & alij,in l.ſi defunctus,
C.de ſuis & leg.Bero,conſ.148.nu.16.lib.2.Grat.con
ſil.38.nu.10. & 13.& melius conſ.19.num.22, & ſeq.
lib.1.Cepb.conſ.247.nu.37. li.2.conſ.470.nu.12.li.4.
Quod ſine dubio procedit, quando ratio non eſt ex-
preſſa ſecundum eos,nec tutum eſt dicere vnicam tan-
tum rationem conſiderari pro conſeruanda agnatio-
ne,& illam haberi pro expreſſa, ab eaque argui poſſe,
55 quia contrarium,†quod non ſit vnica, nec ab ea liceat
ſumere argumentum,firmant Bart.in l.liberorum, nu.
12.in fi.ff.de verb. ſignif. Bald.in l.illam,num.3. C.de
collat.Ino.in l.ſi vero,§.de viro,ff. ſolu. matr.Alexan.
conſ.97.nu.11.verſ.Nec obſtat,lib.2. conſil.80.nu.7.
verſi.Rurſus,lib.1.Corn.conſ.271.num.9.& 11.lib.4.
Aret.conſil.27.nu.2.verſi. Non obſtat. Dec.conſ.315.
num.3.in fine,conſ.569.num.2.& 3.conſil.309.nu.6.
verſ.Præterea,Grat.conſ.38.num.14. conſ.19.nu.31.
lib.1.Capr.conſ.137. num.18. & ſeq. Pariſ.conſil.54.
num.40.lib.2.Soc.ſen.conſil.28.nume.26. lib.4. Rub.
Alex. conſ.118. & poſt alios multos hanc opinionem
magis communiter receptam eſſe teſtantur Grat.con-
ſi.20.nu.13.li.1.Gabriel. in ſuis concl.in tit.de ſtat.cõ-
clu.6.nu.4.5. & 7. Cephal. conſ.210. num.60.lib.2.&
56 Tob.Noni.conſil.16. nume.11. † quæ opinio eo ma-
gis recipienda eſt,quia ſtatutum vocat patruos, & de-
ſcendentes per nomina naturalia, & non ciuilia,vt de-
clarat Alex.conſ.80.num.7.verſi.Confirmatur,li.1.&
idem firmare videtur Brun.de ſtat.art.3. nu.19. Prout
etiam quia ſtatuentes non videntur habuiſſe intentio-
nem conſeruandi agnationem, quia filiam ab hæredi-
tate patris non excludunt, ſed illa non exiſtentib. fra-
tribus,in totũ patri ſuccedit, matrẽ ad ſucceſſionem fi-
lij admittunt pro dimidia,& ſororem pro dimidia, &
qñ ſimul adſunt patruus, mater, & ſoror, oẽs admit-
57 tuntur pro tertia parte, † & ſtante hac feminarum ad
miſſione non põt dici ſtatuentes motos fuiſſe vnica ra-
tione conſeruandi agnationem,prout conſiderat Alex.
conſ.5.nu.9.ver.Nec obſt.li.6. & Tob.Non, conſ.16.
nu.11.Inſuper ſi fauor agnationis conſideratus fuiſſet,
58 debet†tantum attendi in caſibus formaliter expreſſis,
ad

ad illoſque reſtringi. Soc.iun.conſ.4.nu.20.& ſeq.lib.3.
Dec.conſ.287.n.9.Menoch.conſ.85.n.102.lib.1.Rim.
iun.conſ.117.nu.71.lib.2.qui de teſtatoris diſpoſitione
loquuntur,& in materia ſtatuti idem firmant. Soc.iun.
conſ.13.nu.16.lib.4. Dec.conſ.451.nu.8.& 10.Pariſ.
conſ.54.n.39.lib.2.& Rim.iun.conſ.110.nu.65.lib.1.
Ea vero, quæ de iure accreſcendi dicuntur, non fa-
ciunt ad rem, de qua agitur. Dubitatur enim modo, an
ſoli deſcendentes patrui ex propria perſona ſuccedant
in aliqua parte, & nos dicimus aliquam partem conſe-
qui non debere, merito ius accreſcendi eis prodeſſe non
poteſt, quia ius accreſcendi, vel non decreſcendi præ-
ſupponit pro indubitato illũ, cui volumus accreſcere,
59 habere portionẽ, cui accreſcere poſſit, cũ † illud ius ac-
creſcat portioni, & non perſonæ, & ei, qui portionem
non habet, non accreſci, l.ſi tota, ff.de acq.hær. Iaſ.in l.
re coniuncti, n.193.ff.de leg.3. Pau.de Caſt.in l.mulieri
& Titio, nu.4.ff.de cond.& dem. Corn.conſ.61.col.fi.
lib.4.Hier.Gab.conſ.88.nu.21.in fin.lib.1.Ceph.conſ.
390.nu.76.lib.3.ſolum quidem de iure accreſcendi, ſeu
non decreſcendi queri poſſet, ſi clarũ eſſet ſolos deſcen
dẽtes patrui ad aliquam portionem admitti debere, &
ſolum dubitaretur, nũquid portiones ſororũ, matris, &
patruorũ illis accreſcerent, ſed iſtud nõ eſt dubium, de
quo diſputatur, quia negamus principale fundamẽtum
videlicet iſtos deſcendentes ſolos vocari, ipſoſque ali-
quam portionem habere, cui aliæ accreſcere poſſint.
Præterea ex abundanti dicitur ius accreſcendi ceſſa-
60 re in caſu, de quo agitur, † qm̃ ius accreſcendi locũ non
habet inter coniunctos coniunctione legali, l.procul, ff.
de leg.2.Socin.de reg.& fallen.regu.266.in 9. fallen.in
ver.ius accreſcendi.Grat.conſ.4.nu.18.lib.1.Iaſ.in l.le-
gatarius, num.3.ff.de leg.1.& in l.ſi fundum, §.ſi ſeruo,
nu.1.eod.tit.Ant.Fum.in tractat.de coniunct.in tit.qui
61 caſ.hab.loc.ius accreſc.in 4.reg. † Sed ſolum conſidera
tur in diſpoſitione teſtatoris, vel ſimili, quia dicitur ta-
cita ſubſtitutio ex mẽte teſtatoris, l.ſi Titio, & Mæuio,
§.Iul.ff.de leg.2.Alex.in l.ſi Titius, num.2.ff.de vulg.&
pup.Iaſ.in l.nec is, §.hæres, nu.30.ff.de acq.hæred.
Et quamuis allegati in contrarium dixerint in diſpo
ſitione ſtatutaria locum habere ius non decreſcendi, lo
62 quuntur in † ſtatuto, quod excludit feminas in totũ ob
maſculos, quo caſu ſi quis decedit relictis pluribus ma-
ſculis, & vnus repudiat eius portio alijs applicatur per
ius non decreſcendi, quia in caſu illo maſculi ſiue eſſent
vnus, ſiue duo, aut plures, in totũ feminas excludebant;
Non tamen dicũt Doctores, quod ſi maſculi pro parte
vocantur, & pro alia admittuntur feminæ, deficienti-
bus feminis, quibus alia pars reſeruabatur, portio illa
maſculis accreſcat, nec applicetur illis, qui defuncto ab
inteſtato ſuccederent, nec id dicere poſſent, quia ſi por
tio, ſorori, ſeu matri reſeruata, maſculis applicaretur ꝑ
ius accreſcẽdi, magis ius commune corrigeretur, quòd
non eſt dicendum, vt in ſpecie conſiderat Rui. in conſ.
52.n.2.iunctis notatis per eum in col.fi.verſ.Nõ obſtat
63 etiam alia ratio Bart. lib.3. † qui dixit ius accreſcendi
ceſſare, quando magis corrigeretur ius commune.
Poſſet etiam attentari ex alijs in caſu noſtro iuris ac-
creſcendi nõ eſſe habendam rationem, quoniã ſoror, &
mater de iure communi ſuccedebant, & excludebant
vterinos, materteram, amitam, & alios in ſtatuto no-
minatos, vt ſupra dixi. Patrui autem, & deſcendentes
per ſtatutum vocantur in præiudicium matris, & ſoro-
ris ad diminuendum earũ portionem, & ſic diuerſo iu-
re ſuccederent videlicet ſoror, & mater de iure cõmu-
64 ni, patrui, & deſcendentes vigore ſtatuti, † & ius accre
ſcendi locum non habet inter ſuccedentes diuerſo iure.
Iaſ.in d.l.re coniuncti, nu.211.& 213. Dec. in rubr. C.
quando non pet. par.nu.14. & hanc opinionem omnes
indiſtincte veram dicere teſtatur Polit. in repet. d.l.re
coniuncti, nu.78. eamque communiter approbatam di
xit Michael Craſſ. recept.ſent.§.ius accreſcendi, q.20.
Quod magis dicendum eſt quoad dictos deſcendentes
65 patruorum, qui vocãtur cum patruis, † qm̃ admiſſio cũ
patruis prouenit ex priuilegio, §.ſi aũt, Auth.de hæred.
66 ab inteſt.ven. † Succedentibus aũt ex priuilegio nõ ac-
creſcit portio, vt ĩ fortiorib.terminis dixit Sal.in Auth.
poſt fratres, la 1.nu.3.ver. Quæro, C.de leg.hære. Verũ
quia præcedentes reſponſiones ſunt magis clare, in iſtis
vltimis vlterius nõ inſiſto, ſed dico dubium, nũquid de-
ſcendẽtes patrui, non exiſtentib.alijs patruis, admittan
tur, non reſolui per fundamentum ſumptum ex iure ac-
creſcendi, etſi ad portionem, ad quã patruus, & deſcen-
dẽtes vocantur, ſoli deſcendẽtes admitterentur eis non
accreſcere portiones, ad quas mr̃, & ſorores vocabanĩ,
& ſic ius accreſcẽdi aduerſarios in aliquo non releuare.
Minus nocet regula illa, Si vinco vincentem te, illa
quidem confunditur per tex.in d.§.ſi ſit conſanguinea,
vbi mater vincebat ſororem pro medietate, quæ ſoror
excludebat patrem, & nihilominus ſi ſoror non adſit,
mater in totum à patre excluditur ex illo Senatus con-
ſulto Tertuliano. Nec ex eo quod mater vinceret ſoro-
rẽ pro medietate, quæ patrem excludebat, impeditur
pater, quin non ſuperſtite ſorore matrem excludat, &
propterea dicitur, quòd licet patruus, & deſcendentes
vincerent pro parte ſororem, quę excludebat vterinos,
non impediuntur vterini, non exiſtẽtibus ſororibus, pa-
67 truos, & patrueles fratres excludere. † Regula autem
d.l.de acceſſionibus, procedit, qñ ille, qui vincit vincen
tem me, ſuccedit in locum eius, qui vincit me, quaſi illũ
repręſentans, vt qñ auus vinceret patrem, vel nepos fi-
liũ, quia auus intrat in locũ, & gradum patris, & nepos
in gradum, & locum filij. Sed qñ vincens non ſubroga-
tur in gradum, & locum perſonę excluſæ, ſed ſibi defer
tur ius potentius ex aliqua cauſa, quòd eſt, qñ ſtatutum
præfert agnatos matri, vel alio ſimili caſu, tunc regula,
ſi vinco vincentem te, non procedit, vt per Bar.in l.1.§.
qui habebat, nu.4.ff.de bon.poſſ.contr.tabul. Bal.in l.ſi
quis filium, in fi.ver. Ex prędictis, C.de inoff.teſt.& me
lius declarat Soc.ſen.conſ.28.nu.29.lib.4. & ita loqui-
tur Menoch.in alleg.conſ.172.n.11.lib.2. in conſ.234.
n.21.& ſeq. lib.3. Et in terminis huius ſtatuti aliter ar-
gumento reſpondet Tob. Non.in d.conſ.16.nu.17. &
comprobant Bero.conſ.150.n.10.lib.2.Tib.Dec.con-
68 ſil.13.nu.38.li.3.& Brun.in art.6.nu.148.& 159. † Et
ideo in multis caſib.videmus, quòd licet quis vigore ſta
tuti excludat aliquam perſonam, non propterea exclu-
dit aliam remotiorem, quæ de iure communi ab exclu-
ſa excluderetur ſecundum Bal.in conſ.295. Statuto ci-
uitatis Parmę, lib.2.Dec.conſ.569.Socin.iun.conſ.30.
nu.22.& 23.lib.1.Capr.conſ.137.late Grat. conſil.19.
nu.23.& ſeqq.lib.1.Ang.conſ.210. Bal.& Alex. in l.il-
lam, C.de collat.Ruin.conſ.107.nu.5.lib.3.
Vltimum obiectũ parum reſiſtit, qm̃ in ſtatuto num-
quam vterini apparent excluſi per ſuperexiſtẽtiam pa-
trui, & deſcendentium patruorum tãtum. Et quamuis
excludantur, qñ ſuperſunt fratres vtrinque coniuncti,
ſeu conſanguinei, aut ſorores vtrinque cõiunctę, ex hoc
non colligitur, ſtatuentes eos odio habuiſſe, quoniã exi-
ſtentib.vtrinque coniunctis, vterini iure cõi reperieban
tur excluſi, Auth.Ceſſante, C.de leg.hær. Auth.defun-
cto, C.ad Tertul. Et quia patrui, & patruorũ deſcenden
tes nõ vocantur ad excluſionem vterinorũ, ſed ſolũ cõ-
currunt cũ ſororib.& matre ad diminuẽdum earũ por
tionẽ eo caſu, quo vterini per ſorores, etiam ceſſante ſta
tuto, reperiebantur excluſi, non eſt extendendum ſta-
tutum, vt ſororibus, & matre non exiſtentibus, ſoli pa-
trui, ſeu eorum deſcendentes excludant vterinos. illud

69 contra ius cōe ampliando† quoniam ſtatutum tantum
diſponit, quantum loquitur, & non vltra, & vbi ſtatutū
non loquitur, ceſſat eius diſpoſitio. Bal. in l. illam, nu. 3.
C. de coll. Iaſ. conſ. 205. col. 4. circa fi. lib. 2. Ceph. conſ.
337. nu. 16. lib. 1. conſ. 323. n. 42. lib. 3. Nec verū eſt hoc
modo reddi ſuperfluum vterinorū excluſionem, quādo
ſi ipſi nō fuiſſent excluſi, & daretur caſus, quòd ſuper-
eſſent ſorores, mater, fratres, vterini, patrui, & fratres
patrueles, dubitari poſſet, numquid vterini, de quibus
in ſtatuto non eſſet facta mentio excluderent patruos,
& fratres patrueles, quibus de iure communi præferun
tur, Auth. poſt fratres, la 1. C. de leg. hered. Et vterino-
rum beneficio admittantur ſorores, & mater, patruis,
& patruelibus in totum excluſis, & ſic nūquid in ſtatu-
70 tum locū haberet, iuxta late deducta in ſimili† per Ber,
conſ. 71. n. 6. & ſeqq. lib. 3. Pariſ. conſ. 47. nu. 73. & ſeqq.
lib. 3. Ruin. conſ. 169. nu. 13, & ſeq. lib. 3. Cephal. conſ.
53. nu. 101. lib. 1. qui dicunt, quòd ij ex forma ſtatuti e-
xiſtente patruo, mater filio non ſuccedit, ſi reperiuntur
ſoror, mater, & patruus defuncti, ſoror quæ non reperi-
tur excluſa, ſuccedit & impedit patruum, quo excluſo
mater vna eum ſorore admittitur, tāquam non eiecta
in hoc caſu omiſſo à ſtatuto, licet excluderetur, ſi fuiſ-
ſet ſola abſque ſorore mortui. Et ideo ad tollendū hanc
dubitationem, opus fuit vterinos excludere, etiā vtrin-
que coniunctis, & matre exiſtentib. ad effectum vt pa-
trui, & fratres patrueles admitti poſſent, & ne per vte-
rinos ſororibus, & matri in totū via aperiretur, patrui-
que in totum excluderentur: Et conſequenter remo-
tur ratio in cōtrarium adducta, ſumpto argumento ab
71 euitanda ſuperfluuitate, †quia ſuperfluum non dicitur
id, quòd operatur etiam quid minimum, gl. in l. 1. C, de
rapt. virg. Dec. in l. cum quidam, num. 1. C. de inſtit. &
ſubſtit. Vel ſaltem profertur ad maiorem declarationē,
& tollendam omnem dubitationem; l. quæ dubitatio-
nis, ff. de reg. iur. Ruin. conſ. 136. nu. 11. lib. 3. Cephal.
conſ. 375. num. 29. lib. 3.

Cum in cauſa iſta fuiſſet factum compromiſſum iudiciale iuxta formam ſtatuti Peruſini in Illuſtrem D. Scipionem à Staffu, ipſe ob difficultatem queſtionis diuiſit hereditatem, & fratribus patruelibus, qui integram hæreditatem preten debant, adiudicauit medietatem, aliam vero medietatē dimiſit fratribus vterinis, rogato D. Octuiuno Aurelio notario Peruſino anno 1582. & die 19. Aprilis. Et quia vigore ſtatuti Peruſini laudū latum per arbitrū iudicialiter electū facit rem iudicatam, laudum prędictum fuit exequutum,

ARGVMENTVM.

Statutum Peruſinum compellens partes ad compromittendum, quādo locum habeat, & de diuerſis exceptionibus, q̃ impediunt compromiſſum.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Peruſinum lib. 2. rub. 27. compellens partes ad compromittendum, quando locum habeat.*
2 *Compromiſſum vigore ſtatuti ſuper cōtentis in publico inſtrumento fieri non poteſt. Declaratur num. 13. & 16.*
3 *Clara videntur iura probata per publicum inſtrumentum.*
4 *Compromiſſum vigore ſtatuti ſuper re clara fieri non debet. Declara vt num. 13.*
5 *Statutum cōpellens partes ad compromittendū non procedit, ſtante inſtrumento iurato. Intellige vt nu. 26. & 30.*
6 *Periurus à iudicio repellitur, & à petitione compromiſſi.*
7 *Compromiſſo ſuper quæſtione iuris non eſt locus. Intellige vt num. 38.*
8 *Compromiſſum impeditur per exceptionem litis pendētiæ à ſtatuto permiſſæ.*
9 *Compromittere nemo cogitur regulariter de iure cōmuni.*
10 *Statutum Peruſinum generaliter diſponens cauſas eſſe cōpromittendas, generaliter eſt intelligendum,*
11 *Regulæ ſtandum eſt, donec probetur exceptio, per quam à regula ſit recedendum.*
12 *Compromiſſo locum eſſe in dubio iudicandum eſt, quando lis vertitur inter coniunctos.*
13 *Compromiſſo vigore ſtatuti eſt locus, non obſtante publico inſtrumento, quando aliqua probabili exceptioni redditur dubium.*
14 *Filia de iure cōmuni æqualiter ſuccedit cum filio maſculo.*
15 *Filia temporaliter à ſucceſſione excluſa, maſculis deficientibus, ad ſucceſſionem redintegratur.*
16 *Statutum Peruſinum prohibens compromiſſum fieri ſuper inſtrumētis, intelligitur, quando agitur executiue, ſecus ſi ordinarie, & ad probandum producitur inſtrumentum,*
17 *Statutum vnum ex alio declaratur.*
18 *Renunciatio facta à filia fauore Cippi domus, ceſſante hoc fauore, ceſſat etiam renunciatio.*
19 *Conditio non deficit per ſolam ſuperexiſtentiam poſiti in conditione, quando non ſola ſuperexiſtentia, ſed effectus fuit conſideratus.*
20 *Renunciatio facta à filia minore inducta dolo patris, & cū enormiſſima læſione, nulla eſt, ſeu ſaltem reuocanda, non obſtante iuramento.*
21 *Renunciatio à filia metu, minis, ac verberibus facta, non ſubſiſtit etiam ſtante iuramento.*
22 *Iuramentum in contractu meticuloſo quoad partem contrahentem non obligat, nihilque operatur, & ab eo ſaltem abſolutio concedi debet.*
23 *Contractus etiam iuratus per vim factus non ſuſtinetur.*
24 *Compromiſſo an ſit locus, percipitur ex narratis in petitione, cuius ſola facies attenditur.*
25 *Compromiſſo, vt ſit locus, ſufficit cauſam reddi dubiam.*
26 *Iuramentum impedit compromiſſum, quod fieri debet vigore ſtatuti ob periculum periurij, ſecus quando ceſſat periculum periurij.*
27 *Iuramentum eamdem habet conditionē, quam habet principalis diſpoſitio.*
28 *Iuramentum intelligitur rebus ſic ſtantibus.*
29 *Abſolutio à iuramento tollit vinculum iuramenti, & periculum periurij.*
30 *Compromiſſo vigore ſtatuti locus eſt non obſtante iuramēto, quando fuit obtenta abſolutio.*
31 *Abſolutio à iuramento ad effectum agendi, ſeu excipiendi conceditur ſine partis citatione.*
32 *Iuramento interpoſito in contractu dolo, & per vim extorto contrauenire poteſt ſine abſolutione, licet ſi metus tantum interueniſſet, abſolutio ſit neceſſaria.*
33 *Procurator ſine ſpeciali mandato non poteſt facere incidere dominū in periuriū, ſeu aliud delictū. Et n. 34. & 36.*
35 *Ignorantia præſumitur in facto alieno.*
37 *Periurium ab agendo repellit in cauſa, in qua fuit incurſum, non in alia.*
38 *Compromiſſo vigore ſtatuti locus eſt etiam ſuper quæſtione iuris, quæ habet admixtam quæſtionē facti, vel quando eſt quæſtio iuris dubia.*
39 *Litis pēdentiæ exceptio nō obſtat, quādo lis eſt extincta.*
40 *Litis pendentia tunc nocet, quādo ſententia ferēda in vna eſt paritura exceptionem rei iudicatę in alia, aliàs ſecus.*
41 *Sententia ferenda in vna cauſa, vt pariat exceptionem rei iudicatæ in alia, quæ requirantur. cum ſeqq.*
42 *Sententia in iudicio poſſeſſorio non parit exceptionem rei iudicatæ in iudicio petitorio.*
43 *Deducta in vno iudicio per viam exceptionis, in quo excipiens ſuccubuit, deduci poſſunt in alio per viā actionis.*
44 *Litis pēdentiā is allegare nō pōt, qui litē illā īpugnauit,*

CON-

CONSILIVM IX.

MAGNIFICA D. Siluagia filia Dom.
Hieronymi de Nardutijs renunciauit
in manibus Hieronymi patris bonis
patris,& matris, aſſerens ſe competen
ter dotatam in ſumma florenorũ mil-
le, & centum. Deceſſit pater, ſuperſti
te Iulio Cæſare filio, qui ſubinde ſine filijs obijt, reli-
cto Capitaneo Laurentio de Nardutijs hærede ex te-
ſtamento. Modo Dom. Siluagia petijt ſe reintegrari
1 ad ſucceſſionem patris, & matris, † cauſamque com-
promitti, iuxta formam ſtatuti Peruſini rub. 27. lib. 2.
Ad quòd impediendum præfatus Capitaneus Lauren-
tius oppoſuit.

Primo, quod Do. Siluagia petit reintegrationem, à
2 qua eſt excluſa ex inſtro præfatæ renunciationis, † &
ſuper contentis in publico inſtrumẽto cauſa vigore ſta-
tuti non poteſt compromitti. Barto. in l. eleganter. in
prin. nu. 2. & ſeq. ff. de cond. indeb. Lanfran. de Orian.
in tract. de arbit. in vlt. par. q. 50. nu. 100. Blanc. de cõ-
promiſ. in q. 4. princ. cauſ. 4. ver. Ex inſtrumento. Duẽ.
de reg. & fallen. reg. 37. in 7. limit. Quod magis proce-
dit, ſtante ſtatuto Peruſino, lib. 2. rub. 3. de ſummar. co-
gni. vbi inter cauſas ſummarias in principio enumerat
cauſas ſuper inſtrumentis. & col. 2. verſ. & quod in om
3 nibus prohibet ſuper eis cõpromiſſum fieri. Vel † quia
iura Capitanei Laurentij probata publico inſtrumen-
to videntur clariſſima. Crau. conſ. 323. nu. 2. li. 2. Tira-
4 quel. de retra. conſangui. §. 2. glo. 1. n. 20. & ſeqq. † com
promiſſum ſuper re clara vigore ſtatuti fieri nõ debet.
Alex. conſ. 62. nu. 7. lib. 2. Corn. conſ. 290. nu. 3. & ſeqq.
lib. 1. Blanc. pro communi in d. tract. q. 4. princ. cauſ. 3.
verſ. Claram, quòd bene comprobant Alex. conſil. 82.
nu. 4. lib. 1. Soc. ſen. conſ. 284. nu. 1. in fi. lib. 2.

Secundo, id eo magis vr̃ concludendum, quoniam
inſtrumentum tranſactionis fuit iureiurando vallatũ,
5 quo † ſtante, ſtatuto locus non eſt, petensque compro-
miſſum non auditur, dum proprio iuramento contra-
uenit. Paul. de Caſtr. conſ. 13. lib. 2. Alexand. conſ. 62.
col. 4. nu. 20. & ſeq. verſ. 7. lib. 7. Blanc. de compromiſ.
q. 4. prin. de except. impedien. compromiſ. in tit. de ex-
cept. ex pact. & conuent. in verb. Pacti iurati. Ioſeph
Ludo. in deciſ. Peruſ. 47. nu. 10. par. 1.

Tertio fortius id comprobatur, quia pro parte D.
Siluagiæ fuit petita reintegratio anno 1575. antequá
abſolutio á iuramento fuerit obtenta, per quam petitio
6 nem in periurium incidit, † & ob periurium á iudicio
venit repellenda. Alex. Iaſ. & ceteri in l. ſi quis maior,
C. de tranſact. Inn. Ant. de Butr. Fel. & alij, in c. dile-
cti filij, de except. & conſequenter a petitione compro
miſſi. Seraph. de Seraphin. de priuil. iuramen. priuileg.
vltim. num. 13.

Quarto, quia deciſio quæſtionis, an D. Siluagia de-
beat ad reintegrationem admitti, in puncto iuris tan-
7 tũ conſiſtit, & in iure omnia ſunt clara, † & ſuper eis nõ
eſt faciendum compromiſſum vigore dicti ſtatuti. Bal.
in l. ancilla, num. 2. C. de furt. & ibi Salic. Iaſ. in l. penul.
nu. 21. verſ. Hinc dicit Bald. C. de pact. Alex. conſ. 62.
num. 6. lib. 2. Crauet. conſil. 323. num. 2. lib. 2. Cephal.
conſ. 371. nu. 39. lib. 3.

Quinto, & vltimo per reum ad impediendum com
8 promiſſum adducitur, † exceptio litis pendentiæ, ex eo
ꝙ anno 1575 reintegratio petita fuit, nec tunc cõpro-
miſſum fuit poſtulatum, ſed poſtea fuit petitum com-
promiſſum anno 1579. cui locus non eſt, ſtante litis
pendentia in primo illo iudicio, cum exceptio litis pen
dentiæ expreſſe à ſtatuto permittatur.

Ceterum prædictis non obſtantibus, puto locum
eſſe compromiſſo, & pro fundamento adduco, quod
9 licet † de iure communi regulariter nemo compelli poſ
ſit ad faciendum compromiſſum, gl. in l. furt. §. qui iuſ-
ſu, ff. de his qui not. infam. & ibi clare Bar. num. 2. Lan-
franc. de Orian. in tract. de arbit. par. 7. q. 45. Soc. iun.
conſil. 24. nu. 9. li. 1. Nihilominus ſtatutum Peruſinum
li. 2. rub. 27. generaliter diſponit cauſas omnes debere
compromitti, facta eius petitione, vt in ſtatuto diſpo-
10 nitur, † ꝙ ſtatutum cum generaliter loquatur, erit etiá
generaliter intelligendum, l. 1. §. ꝙ autem, ff. de aleat.
l. in fraudem, §. fin. vbi Bald. ff. de teſta. milit. Dec. conſ.
5. col. 1. verſ. ſed tamen his. Ceph. conſ. 35. nu. 40. lib. 1.
11 & † quia ſtatutum ponit regulam generalem, illi ſtan-
dum eſt, ſi per aduerſarium non probetur aliqua exce-
ptio, qua a regula ſit recedendum, iux. gl. in l. omnis dif
finitio, ff. de reg. iu. Iaſ. in l. ex quacũque, n. 33. ff. ſi quis
in ius voc. non ierit. Ale. conſ. 79. nu. 5. lib. 7. Pariſ. conſ.
76. nu. 18. li. 1. conſ. 11. nu. 17. lib. 2. Erit igitur faciendũ
compromiſſum iuxta regulam generaliter poſitam à
ſtatuto, niſi ex aduerſo probetur aliquo caſu illud non
habere locum, quod clare per aduerſarium probari de-
12 bet, & dubia exceptio non releuaret, † quia in dubio
pro compromiſſo iudicandum eſt, vt dixit Fulg. conſ.
152. in fine, cui ſubſcripſit ibi Cuma. Soc. iun. conſ. 181.
nu. 87. lib. 2. præſertim, quia lis inter cõiunctos pendet
ex his, quæ ponit Blanc. de compromiſ. q. 1. princ. n. 3.
verſ. Contraria. Et qm̃ ex his intentio D. Siluagiæ fun-
datur, ſolum videndum eſt, an exceptiones allegatæ
ad illud impediendũ ſubſiſtant, quas non puto obſtare.

13 Prima quidem exceptio nullo modo nocet, † tunc
enim impeditur compromiſſum, nõ obſtante ſtatuto,
qñ cauſa eſt clara, & adeſt inſtrumentum, quod aliqua
probabili dubitatione non offuſcatur, & ita loquuntur
Alex. Corn. & alij ſupra allegati, ſed aliud eſt dicendũ,
quando iura aduerſarij dubia redduntur ex aliqua pro-
babili exceptione, eo quidem caſu ſtatuto locus eſt, ẽt
ſi reus inſtrumento publico ſe defendat, ſecũdum Bar.
in l. eleganter, in princ. nu. 3. ff. de cond. indeb. late Soc.
ſen. conſ. 4. per totum, li. 1. Lanfran. in tract. de arbit. par
te vlt. q. 50. Blanc. in d. cauſ. 4. in ver. Ex inſtrumento,
nu. 5. verſ. Intellige. Sed D. Siluagia contra dictum in-
ſtrumentum multa adducit, ex quibus ſine dubio iura
Capitanei Laurentij ſaltem offuſcantur. Idcirco hac
exceptione non obſtante locus erit compromiſſo.

Etenim Do. Siluagia petit ſe reintegrari ad portio-
nes ſibi debitas in hæreditatibus patris, & matris, quia
14 filia eſt, † & de iure communi æqualiter vna cum Do-
mino Iulio Cęſare fratre ſuccedebat, ſexus differentia
ſublata, iux. l. maximum vitium, C. de liber. præter. Au-
then. in ſucceſ. C. de ſuis & legi. quę licet ſtatuto Peruſi
15 no excluſa fuerit t paliter, donec maſculi viuebant, † ip
ſis defunctis, ad portionem ſibi debitam eſt reintegran
da, vt cauetur in ſtatuto Peruſino, Rub. 45. lib. 2. §. ſal
uo quod feminæ. & in noua reformatione, §. Item ſta-
tuimus, quod etiam de iure, ſtante temporali excluſio-
ne, dicendum erat ſecundum Bar. in l. fin. §. 1. ff. ad Ter
tul. Bal. Alex. & alij in l. 2. C. de lib. & poſthu. Iob. No
ni. conſ. 8. nu. 2. Rim. iun. conſ. 82. nu. 8. & ſeqq. li. 1. vbi
de communi teſtatur. Brun. de ſtat. art. 10. q. 5. nu. 67.
& ſeq. Burſ. conſil. 80. nu. 8. lib. 1.

Quibus non obſtat inſtrumentum renunciationis,
16 licet † enim in cauſis ſuper inſtris prohibeatur cõpro-
miſſum, id procedit, qñ agitur executiue, vel vigore
guarentigiæ de iure, vel vigore ſtatuti cõcedentis exe
cutionem inſtrumentis, & ſic quando remedium exe-
cutiuum proponitur, iuxta formam alterius ſtatuti,
lib. 2. rub. 29. de execu. inſtru. tunc quidem ſi quis exe-
cutionem petit, ad petitionem rei cõpromiſſum fieri

non debet,ſed qñ non proponitur iudiciũ executiuum,
ſed ordinariũ, licet altera pars inſtr̃o ad probationem
vtatur,non impeditur cõpromiſſum, ſed ſtatuto locus
eſt,vt bene declarat Soc.ſen.in cõſ.5 1.li.1. Quod in ca
ſu noſtro vr̃ clarum,qm̃ ſtatutum, de compromiſ.in d.
Rub.27.col.7.verſ.& prædicta, prohibet fieri compro
miſſum,qñ executiue agitur pro executione inſtri, ex
quo ſtatuto declaratur illud de ſummaria cognitione,
quod prohibet in cauſis ſuper inſtris compromiſſum
17 fieri, † cũ vnum ſtatutum ex alio declaretur,l.ſi ſeruus
pluriũ,in fi.ff.de leg.1.gl.in l. ſciendũ. ff.qui ſatiſd.cog.
Pet.de Anch.conſ.93.Dec.conſ.309.nu.1.Pariſ.conſ.
110.nu.34.li.3.Tib.Decia.conſ.62.nu.15.li.2.Rimin.
iun.conſ.468.nu.25.lib.4.& ita pluries in facti contin-
gentia in hac Curia Peruſina obſeruari obtinui.

Nec ex eo, quod ex inſtrumento præfato res clara
reddi videatur, compromiſſum excluditur, qm̃ nega-
tur cauſam reddi claram contra D.Siluagiam.
18 Primo,quia D.Siluagia renunciauit† patri cũ condi
tione,quod ſi decederet ſine filijs maſculis legitimis,et
naturalibus, renunciatio hr̃etur pro non facta, & hoc
facere aſſeruit pro conſeruatione Cippi ſuæ domus. Et
licet pater deceſſerit, ſuperſtite Iulio Cæſare filio, &
conſequenter conditio videatur expiraſſe, iuxta conſ.
Oldr.21.attamen cũ renunciatio fuerit facta pro con-
ſeruatione Cippi domus, & ſuperexiſtẽtia filiorum ad
hunc effectum fuerit conſiderata,quamuis pater deceſ
ſerit relicto filio, ipſo filio poſtea defuncto, non poteſt
conſeruari Cippus domus, & ceſſat cauſa renuncia-
tionis, & conſequenter ipſa renunciatio corruit, quia
non ſola ſuperexiſtentia filiorum,ſed ad effectum con-
19 ſeruandi Cippũ conſiderata fuit,& qñ † non conſide-
ratur ſola ſuperexiſtentia filij,ſed effectus,cõditio, nõ
deficit per ſolã ſuperexiſtentiam, ſed eo mortuo purifi
catur,vt conſiderat Soc. iun. in conſil.160. num.73. &
ſeqq.li.2. quẽ fuit ſecutus Gabr. in tit. de fideicõ. con-
clu.7.nu.6.in 6.limit. Et quia nunc non agitur de deci-
ſione cauſæ,ſed tantũ,vt oſtendatur rem eſſe dubiam,
ita vt cõpromiſſo locus ſit,ſufficiat hæc adduxiſſe, &
poſtea ſuo tp̃e melius iuſtificabit intentio D.Siluagię.

Secundo,quia D.Siluagia ex dicta renũciatione fuit
enormiſſime læſa etiam vltra dimidiam, & ad illam
inducta fuit dolo patris, re ipſa,& ex propoſito, ac ſui
facilitate,quia mulier, & minor erat (vt clare probabi
20 tur) † ipſa renunciatio nulla eſt, nec attendenda,ſeu ſal
tem reuocanda,vt late oſtẽdit Crauet.conſ.143.n.22.
& ſeqq.lib.1.vbi nu.27.& ſeq. nec iur̃m illam validare
affirmat,& idẽ tenet Sen.Pedem.dec.179.n.6.q. poſt
Mandel.de Alb.conſ.77.n.21.& alios de cõi teſtatur.
21 Tertio D.Siluagia † metu, miniſque, ac verberibus
inducta fuit ad renunciandum,vt probabitur, ideo re-
nunciatio viribus nõ ſubſiſtit,Ruin.conſ.170.n.16.et
ſeqq.li.1.Affl.deciſ.69.nu.4.Menoc.conſ.181.nu.88.
lib.2.& latius, ac melius Rim.iun.conſ.228.nu.38.&
ſeqq.multis lib.2. Quod locum habet etiam ſtante iu-
ramento. Auth. Sacramenta puberum. vbi Doct. C.ſi
aduerſ.vendit.Ruin.conſ.170.nu.18.lib.1.Soc.iun.cõ
ſil.77.n.129.li.1.Rol.a Val.cõſ.100.n.130.li.4. Boer.
22 q.100.nu.14.† quia in contractu meticuloſo iuramen-
tum, quoad partem non obligat, quidquid ſit quoad
Deum. Card.conſ.137.col.2.Rol.a Vall.conſ.2.n.76.
& ſeq. lib.1. Rimin.iun.conſ.5.nu.135.lib.1. & nihil
operatur. Barto. in l. pactum quod dotali,col.1.q.1.&
ibi Rom.col.5.ver.Item in quantum, C.de coll.Natt.
in c.quamuis,in col.11.in 11.limit. de pact.in 6. Ceph.
conſ.207.nu.72.lib.2.Et ab eo ſaltem, abſolutio con-
cedi põt Bal.in rub.C.de rer.permu. Soc.ſen.cõſ.263.
nu.2.li.2.Dec.conſ.42.nu.2. Mandel. de Alba cõſ.77.
nu.17.& poſt Fel.& alios communem dicit Ceph.con
ſil.142.nu.44.lib.1.& conſil.295.nu.18.li.2.prout per
Iudicem Eccleſiaſticum conceſſa fuit.

Quarto non ſolum per metum D. Siluagia inducta
fuit ad renunciandum,ſed etiam per vim, vt poterit iu-
23 ſtificari † idcirco contractus, per vim factus, non ſuſti-
netur,ẽt quod iur̃m fuit pręſtitũ. Mandel.de Alb.conſ.
77.nu.17.Corn.conſ.124.col.fi.li.2. Rim.iun.cõſ.5.nu.
136.li.1.Meno.conſ.1.n.302.li.1.qui poſt Iaſ.in Auth.
Sacramenta puberum,nu.29.C.ſi aduer.vend.& Affl.
deci.323.nu.6.dixit q̄ qñ per vim, & coacte fuit iura-
tum, propria auctoritate iuſiurandum contemni põt.
Et quamuis D.Siluagia prædicta non probauerit, non
24 nocet, † quia ad obtinendum vt cauſa compromitta-
tur,ſufficit ea fuiſſe narrata in libello, cum ibi narrata,
& petitionis facies attendatur, & demum coram arbi-
tro facto compromiſſo, iuſtificantur, vt in terminis hu-
ius ſtatuti dixerunt Ioan.de Monteſperel.in l.penul.§.
quoties,ff.de iuriſd.omn.iud.& in l.eleganter, §.ſi quis
poſt,ff.de cond.indeb.& late Corn.conſ.46.li.2.quorũ
opinionem confirmant Grat.conſ.155.nu.18.lib.2.&
Dec.conſ.22.nu.3.ver.Secundo,quia. Vnde cũ ex præ
dictorũ narratione intentio Capitanei Laurentij red-
25 datur ſaltẽ dubia, † cauſa cõpromitti dẽt ex iã dictis,
& prout notanter dixit Corn.conſ.148.col.3.ver. Itẽ
poterat eſſe,nu.9.& ſeq.lib.2. & Bar.& Soc.conſ.8.li.
1.Bar.in d.l.eleganter, in princ.Blanc.in d.cauſ.3.& 4.
Lanfr.in alleg.q.50.& alij in contrarium allegati.
26 Minus ſecundũ obiectum reũ adiuuare poteſt, † illud
quidem poſſet procedere, quando petens compromiſ-
ſum iuramento contrauenit cum peccato, tunc enim
ob periculum periurij non auditur. Et ita loquuntur
Pau.de Caſt.in alleg.cõſ.13.col.1.ver. Debet ergo,li.2.
& Blanc.in d.q.4.princ.in verb. pacti iurati, & alij ab
eo adducti,ea rõne ſecundũ Ale.in conſ.37.nu.28.ver.
Pro hoc ẽt, lib.2, quia non eſt præſumendum ſtatuen-
tes voluiſſe caſum illicitum cõprehendere, & viã per-
iurijs aperire, q̄ non erit admittendum, qñ periurium
non incurritur, vt omnes ſentiunt. At in caſu, de quo
quæritur, D.Siluagia in periurium non incidit, meri-
to ceſſant contraria. Quod non inciderit in periuriũ,
deducitur, Primo,quia nec iur̃o contrauenit, cum aſſe
ratur renunciationẽ, ob mortem filiorum Hieronymi
patris D.Siluagiæ, & defectum cauſæ pro conſeruatio
ne Cippi domus, fuiſſe reſolutam, & conſequenter nõ
obſtare,& ſi non nocet renunciatio, minus obeſt iur̃m
27 in ea appoſitum, † quia iur̃m eandem habet conditio-
nem, quam habebat principalis diſpoſitio, ſuper qua
fuit interpoſitum. Bar.in l.ſocietatem, §.arbitrorum,
nu.31.ff.pro ſoc. Rom. conſ.268.in princ.Ang.conſil.
314.in princ.no.Menoc.conſ.84.nu.40.& ſeq.li.1.Ce
phal.conſ.118.nu.29.& ſeq.lib.1.Dec.conſ.350.n.8.
Eiuſdemque naturam retinet,l.fin. C.de non num.pe-
cun.l.ſed & ſi poſſeſſor, §.ſi iurauero, vbi Iaſ. in 9.not.
ff.de iureiu.c.quemadmodum, & ibi Abb.col.1. in 7.
not.de iureiur.Innoc.in c.per tuas, verſ. Et idem dici-
tur, de arbitr. & poſt alios multos de communi teſta-
tur Ant.Gabr.in ſuis concl.in tit.de iureiur. concl.10.
in princ. Et quia principalis diſpoſitio conditionem ha
bebat, vt deficientibus maſculis, qui Cippum conſer-
uabant, renũciatio haberetur pro nõ facta, eiq. contra
ueniri poſſet, eãdem conditionem recipit iurm, & p̄
pterea nõ impedit petitionem, ſed tm̃ robur addidit,
q̄ non contraueniretur, rebus ſic ſtantibus, prout in
inſtr̃o dicebatur, & ſic durante cauſa conſeruationis
28 Cippi domus, cum iuramentum † ſemper intelliga-
tur rebus ſic ſtantibus in ſtatu, in quo erant, ſeu iurans
credebat eſſe tp̃e præſtiti iuramenti. Bal.in l.clari, n.2.
C.de fideicom. Dec.d.conſil.350.n.9. Soc.iun.conſ.3.
num.29.lib.2. Pariſ. conſ.97. nu.31.lib.2. Rimin.iun.
conſ.5.

Digitized by Google

conſ.5.nu.129.lib.1.Secundo quia prætenditur D.Sil-
uagiam inductam fuiſſe ad renunciandum dolo Hiero-
nymi patris,ac metu reuerentiali,& etiam minis, ver-
beribus, & per vim,fuiſſeque enormiſſime læſam, (vt
probabitur tempore congruo) non obſtat iurm̃, quin
pro reſciſſione renunciationis agi potuerit, vt fuit di-
ctum, præſertim quia D. Siluagia abſoluta fuit a iura-
29 menti vinculo ſaltem ad effectum agendi, † quæ abſo-
lutio operatur, ꝙ vinculo iuramenti nõ fuerit amplius
aſtricta,& ꝙ periurium euitetur ex iam dictis,& ita te-
nent Soc.iun.in conſ 47.nu.37.& ſeq.lib.3.conſ.3.nu.
44.lib.2.Rim.iun.d.conſ.5.nu.148.& ſeqq.Rol.à Val.
30 conſ.7.nu.58.& 59.lib.3.†& quod obtenta abſolutio-
ne compromiſſo ſit locus,non obſtante iuramento, de-
clarat Cagn.in l.ſi quis maior, nu.76.ver.7. C.de tran-
ſact.poſt Barbat.conſ.85.col.5.circa medium,lib.3.Et
quãuis pars non fuerit citata,ſuſtinetur abſolutio, & a-
31 gere potuit Domina Siluagia abſque metu † periurij,
quia in abſolutione obtenta ad effectum agendi citatio
partis minime fuit neceſſaria.Io.And.in addi. ad Spec.
in tit.de iureiur.ver.Vbi autem iuraſſet.Oldrad.conſil.
120.Cald.conſ.7.de iureiur. Anch.conſ.18. Lap.alleg.
10. Ant.de Butr. & Imol.in c.debitores, de iureiur.&
in terminis ita dixit Soc.iun.in d.conſ.47.nu.38.Et ma
gis communiter id Doctores admittũt,vt poſt multos,
quos adducunt,teſtantur Affl.deciſ.230.nu.10.& Mi-
chael de Graſſ.in tract.com.opin.lib.1.cap.7.q.15.

Nec aduerſarium releuat Tertium fundamẽtum de
periurio,vt dr̃,incurſo anno 1575.ante abſolutionem,
Quia tollitur negãdo Do.Siluagiam fuiſſe effectam per
iuram, quia dicimus ex petitione reintegrationis non
fuiſſe effectam periuram, cum non contraueniat renũ-
ciationi, reſolutæ per deficientiam filiorum Hierony-
mi,qui Cippum domus conſeruabant,& conſequenter
32 nec iuramento.Vlterius† qm̃ prætenditur dolo patris,
ac per vim D. Siluagiam fuiſſe inductam ad renunciã-
dum,poſſet dici iuramẽtum dolo,& per vim extortũ,
eſſe ipſo iure nullũ,nec obligare,eique potuiſſe propria
auctoritate,& abſque abſolutione contraueniri,licet ſi
metus tm̃ interueniſſet,abſolutio neceſſaria fuiſſet, vt
dicit Iaſ.in Auth.Sacramẽta puberũ,n.30.C.ſi aduerſ.
vend.& ſequitur Menoch.conſ.1.nu.302. lib.1. & ita
declarat Mand.de Alba in conſ.77.nu.17.Pręterea ab-
ſolutio fuit obtenta ab anno 1575. die 4.Iulij per Do.
Flamminium virum D.Siluagię, procuratorem ab ea-
dem ſpecialiter conſtitutum.Nec ex actis præcedenti-
bus factis per D.Antonium procuratorem, Do. Silua-
giæ ipſa in periurium incidit,quoniã D. Antonius erat
procurator ad lites, & ſine ſpeciali mandato non po-
tuit facere incidere in periurium D.Siluagiam, ex not.
in l.ſi procurator,ff.de condic.indeb.vbi late Iaſ.col.1.
& ſeq. Capel.Toloſ.deciſ.476. Rom.conſ.60. verſ.2.
Fel.in c.1.nu.8. vt lite non conteſt. Dec.in l.ſi quis ini-
que,§.ſi procurator,nu.13.ff.ꝙ quiſque iur.Pariſ.conſ.
100. nu.7.lib.3. Alex.qui de communi teſtatur in con-
33 ſil.105.col.fi.nu.33.ver.Item quia,lib.3.† in quibus lo-
cis communiter concluditur procuratorem nõ haben-
tem mandatum ſpeciale, non poſſe aliquid facere, per
quod Dominus delinquat,ſeu alias in pœnam, ſeu deli-
34 ctum incidat,† & in ſpecie de procuratore,qđ non poſ
ſit facere incidere Dominum in periurium abſque ſpe-
ciali mandato,eſt glo.fin.in fin.in Clem. non poteſt, de
procurat.glo.in verb. expreſſe,in c.fi.& ibi Fran.in fin.
nu.10.de iureiur. Et qm̃ Do. Siluagia non proſequitur
iudicium illud, tunc inceptum, & ignorauit procura-
torem aliquid feciſſe ante obtentam abſolutionem,
35 ſicut † præſumitur in facto alieno, l.verius, ff. de pro-
bat.c.pręſumitur, de reg.iur.in 6. & geſta per eum non
ratificauit ſaltem in ſpecie, ſine dubio prædicta proce-
36 dunt,† & geſta per procuratorem non nocent D. Sil-
uagię,ex latiſſime deductis per Lancellot.in trac.de at-
ten.par.1.c.1.de attent.à parte,col.1.& 2.& nu.71.&
ſeqq.& nu.88. & ſeqq. Tertio ſi periurium eſſet incur-
ſum,quia lis tunc pendens fuit ſopita,& nouum fuit cę-
37 ptum iudicium,periurium nõ poſſet obeſſe,† quia per-
iurium ab agendo non repellit niſi in cauſa, in qua fuit
incurſum,vt tenent communiter Doct.in c.dilecti filij,
de except.vbi Dec.nu.9.de communi teſtatur.

Quarta vero exceptio ſubuertitur,Tum quia multa
in facto ſunt liquidanda,& præſertim dolus patris Do.
38 Siluagiæ, lęſio eiuſdem,vis,& metus,†& quoties quę-
ſtio non eſt iuris tantum,ſed habet admixtam quæſtio-
nem facti, ſtatuto de compromiſſis locus eſt, ita Bald.
in l.ancillæ,nu.2.C.de furt.& ibi Salic.& alij, Soc.iun.
conſ.24.n.10.lib.1.Corn.conſ.148.col.3.verſ.Nã hoc,
lib.2. Tum etiam quia ſi iuris tantum quęſtiones eſſent
decidendæ,compromiſſum non impediretur, qm̃ con-
traria poſſunt admitti in quæſtione iuris clara, vt quan-
do adeſt clarus caſus legis,vel clara, & indubitata om-
nium Doctorum opinio, de qua per aperturam librorũ
conſtat,vt declarant poſt Bar.Imol.& alios Soc. ſen.in
conſ.51.nu.4.lib.1.Soc.iun.d.conſ.24.nu.10.At quan-
do adſunt opiniones hinc inde,quęſtio dicitur dubia,ac
æquiparatur quæſtioni facti, Iaſ.in l.1.n.19.ff.de tran-
ſact.Corn.d.conſ.148.num.9.in fin.lib.2.& conſ.290.
nu.5.lib.1.& ſuper ea non minus,quam ſuper quæſtio-
ne facti compromiſſum fieri poteſt. Bald.in l.cum pro-
ponas,C.de reb.cred.Ruin.conſ.87.nu.28.lib.3.Rol.à
Vall.conſ.22.nu.38.& ſeq.lib.3.Soc.ſen.in rubr.ff.de
reb.dub.Robert.Marant.in ſuo Specul.par.6.in tit.de
compromiſſ.nu.29.late Blan.de compromiſſ.q.4.prin.
cau.1.de quæſt.iur.ver.Intellige tamen. In caſu autem
noſtro multæ quæſtiones ſunt decidẽdæ, quæ aut ſunt
claræ ad fauorem D. Siluagiæ, aut ſaltem dubiæ red-
duntur,merito compromiſſo locus erit.

Quod vltimo loco dicebatur de exceptione litis pen
dentiæ,permiſſæ à ſtatuto, parum facit. Primo quia lis
39 illa finita fuit anno 1575.nec amplius pendet,† & non
poteſt de litis extinctæ pendentia opponi,gl.in l.incer-
ti,in ver.Quæſtionem,C.de interdict.Blan.de compro
miſſ.q.4.de except.imped.compromiſſ.in ver.Renun-
40 ciationis litis,circa medium.† Secundo tunc exceptio
litis pendentiæ releuat, quando lis, & cauſa, de quibus
opponitur,ſunt tales,vt ſententia ferenda in vna ſit pa-
ritura exceptionem rei iudicatæ in alia, alias litis pen-
dentia non conſideratur Bal.in c.1.circa fi.de controu.
feud.Dec.conſ.460.nu.8.Crauet.conſ.181.nu.5.lib.1.
Burſat.conſ.74.nu.120.lib.1.Lancellot.de attent.par.
2.c.4.limit.2.nu.2.& ſeq.nu.38.& 88.qui alios addu-
cunt.Sed ſi nos conſideremus iudicium illud primum,
cuius occaſione de litis pendentia obijcitur,non eſt hu-
41 iuſmodi,ideo non nocet,†& ad hoc, vt ſentẽtia in vno
ferenda pariat exceptionẽ rei iudicatæ in alia, concur-
rere debent identitas perſonarum,rei petitæ,& cauſæ,
iuxt.l.cum quæritur,cum duabus ſeqq.ff.de except. rei
iudic.Dec.conſ.445.num.43.Socin.iun.conſ.28.lib.1.
cum alijs per Port. in conſ.102.num.21. Veral. deciſ.
93.par.2.requiritur etiam,quod idem in vtroque iudi-
cio ad eundem finem proponatur, nam ſi de eodem in
primo iudicio fuiſſet quæſitum ad alium finem, exce-
ptio rei iudicatæ non obeſſet, ſecundum Bart. in l.ſæ-
pe,in 1.q.nu.3.ff.de re iudic.Soc.ſen.conſ.264.col.pen.
& fin.lib.2.Pariſ.conſ.87.num.53.& ſeq.lib.3. In caſu
vero de quo quæritur,hæc videntur ceſſare, quia tem-
pore prioris iudicij Dominus Flamminius maritus Do
minæ Siluagiæ erat in poſſeſſione, Capitaneus Laurẽ-
tius agebat contra eum remedio l.fi.C.de edict.diui A-
driani tollen.& Domina Siluagia, & ſorores petebant

Dominum Flamminium condemnari ad dimittendũ ipſis dictam poſſeſſionem, & ſic iudicium illud erat directum contra D. Flamminium tunc poſſeſſorẽ. Iſtud vero nouum iudicium ſuit intentatum contra Capitaneum Laurentium, qui poſſeſſionem nactus fuit, quo fit, vt eadem conditio perſonarum in vtroque non poſſit conſiderari, vt requiritur, iuxta l. cũ quæritur, cum ſeqq. Inſuper non concurrit identitas rei petitæ, tunc petebant illæ mulieres ſe immitti in poſſeſſionẽ, amoto quolibet illico detentore, & ſic poſſeſſorio adipiſcẽdæ agebant. Nunc vero D. Siluagia petitorio agit, petendo bona ſibi reſtitui, quæ diuerſa ſunt, iux. l. natura-
42 liter, §. nihil commune, ff. de acq. poſſ. Propterea † ſententia in illo iudicio poſſeſſorio ferenda non fuiſſet paritura exceptionem rei iudicatæ in alio iudicio, in quo petitorio agebatur, vt probat tex. clarus in l. & an eadem, §. fi. ff. de except. rei iudi. & no. omnes in d. §. naturaliter, vbi Alex. nu. 36. Et quia cauſæ, & actiones diuerſæ ſunt, non obſtat excepro rei iudicatæ, iux. tradita per Soc. iun. conſ. 28. nu. 3. lib. 1. Dec. conſ. 464. nu. 6. Fuerunt etiam iura Do. Siluagiæ obiecta in illo primo iudicio, ad effectum, vt D. Flamminius condemnaretur ad dimittendum poſſeſſionem ipſi Dom. Siluagiæ, & non reſtitueretur Capitaneo Laurentio. In hoc vero, vt ipſe Capitaneus Laurentius bona, quæ conſecutus fuit, reſtituat, & ſic ad diuerſum effectum, ideo rei iudicatæ exceptio non releuat, iux. l. vendicantem, in fin. iunct. l. ſeq. ff. de euictio. & faciunt in ſimili, quę not. Bar. in tract. ad reprimendũ, in verb. ſummaria. nu. 27. verſ. Quædam ſunt exceptiones, late Soc. ſen. in d. conſil. 264. col. pen. verſ. Sed præmiſſis, & col. fi. verſ. Aliquando variatur modus, lib. 2. vbi de communi teſta-
43 tur, & ſequitur Pariſ. in d. conſ. 87. nu. 54. lib. 3. † Aſſerentes deducta per viam exceptionis in vno iudicio, in quo excipiens ſuccubuit, proponi poſſe in alio principaliter per viam actionis ad alium finem, & effectum, nec obſtare exceptionem rei iudicatæ. Cum igitur ex præmiſſis clare pateat deducta in illo primo iudicio nõ eſſe talia, vt ſententia ſuper eis ferenda parere poſſet exceptionem rei iudicatæ, ſequitur quod de litis pendentia obijci non poſſit.

Tertio non poteſt Capitaneus Laurentius de pendẽ-
44 tia litis obijcere, † cum litem illam impugnauerit, petens non audiri dictas mulieres, ſed repelli ab illo iudicio. Petr. de Anch. conſ. mihi 16. Viſo proceſſu, conſ. 2. verſ. Itẽ poſito. Fel. in c. cauſam quę, el 2. col. fi. ver. Sed iſtam gloſ. de teſtib. not. Iacob. Henric. in conſ. 38. nu. 18. verſ. Præterea de illa litis pendentia, lib. 3. quos, ſequitur Lancel. de attent. par. 2. c. 4. limit. 2. nu. 80.

Cauſa prædicta mature diſcuſſa, fuit declaratum eam eſſe compromittendam, per Rotam Peruſinam, die 12. Iunij 1581. rogato Domino Euangeliſta, ſer Hieronymi, notario Peruſino.

ARGVMENTVM.

Filia à ſtatuto excluſa nũquid petere poſſit legitimæ, ſeu dotis ſupplementum, & dotata ab vno, an excludatur à ſucceſſione omnium perſonarum, in ſtato alternatiue enumeratarum.

SVMMARIVM.

1 Statutum Serræ Comitis Prouinciæ Marchiæ excludent filiam dotatam, numquid eam excludat à ſupplemento legitimę, ſeu congruæ dotis. per totum.

2 Filius qui non habuit integram legitimam, de iure poteſt petere eius ſupplementum.

3 Statutum excludens à ſucceßione interpretatur, vt quanto minus fieri poßit ius commune lædat.

4 Filia per ſtatutum excluſa à ſucceßione, non cenſetur excluſa à legitima.
Sed contra infra, nu. 20. & 26.

5 Legitima ex generali pacto non cenſetur remiſſa. Declaratur nu. 28.

6 Legitima per ſtatutũ non cenſetur ſublatæ, niſi de ea fiat ſpecialis mentio.
Sed contra infra maxime, nu. 27. & 28.

7 Statutum excludens filiam dotatam, intelligitur de congrue dotata.

8 Dos congrua non dicitur, quæ ſit minor legitima.

9 Dos à ſtatuto præſeruata non debet eße minor legitima.

10 Filia dotata in minori quãtitate legitimæ, agit ad ſupplementum congruæ dotis vſque ad quantitatem legitimæ, quamnis per ſtatutum excluſa fuerit etiam à legitima.

11 Filia, quæ vigore ſtatuti tenetur eſſe dote cõtenta, ſupplementum congruæ dotis petere poteſt, quando ex dotatione fuit enormiſſime læſa.
Intellige, vt nu. 33.

12 Præſumitur pro patre, quod filiam congruè dotauerit in dubio. Secus ſi de læſione conſtat.

13 Statutum diſponens filiam debere eſſe contentam dote, intelligitur ſi pater decedit inteſtatus, ſecus ſi cum teſtamento. Sed contra nu. 38. & 39.

14 Statutum excludens filiam, & præſeruans ei dotem etiam minorem legitima, validum eſt.

15 Legitima poteſt diminui per ſtatutum, licet dubium ſit, numquid in totum poßit auferri.

16 Legitima eſt portio eius, in quo quis eſt ſucceſſurus ab inteſtato.

17 Legitima non debetur ei, qui excluditur à ſucceſſione ab inteſtato.

18 Legitima ei non debetur, qui teſtamentum eius, qui legitimam portionem non aßignauit, quærelare, aut impugnare nequit.

19 Filia à ſtatuto excluſa, etiam ſi eſſet præterita, teſtamentum patris non poteſt quærelare, aut aliàs impugnare, Et num. 38.

20 Filia per ſtatutum excluſa à ſucceſſione, cenſetur ẽt excluſa à legitima, & conſequenter ẽt ab eius ſupplemento.

21 Statutum iubens filiam dotatã à patre debere eſſe dote cõtẽtam, locum habet eo ipſo, quod filia reperitur dotata, licet in modica quantitate.

22 Legitima à qua filia excluditur, non conſideratur, nec etiam ad effectum commenſurandi dotem cum ipſa.

23 Statutum mandans filiam debere eſſe dote contentam, eã excludit, quantacumque ſit dos, nec aliter habita ratione dotis congruæ.

24 Lex multum confidit de patre, & alijs aſcendentibus.

25 Filia excluſa per ſtatutum, non poteſt petere ſupplementum vſque ad quantitatem legitimæ, etiam quod dos ſit modica, quando ſtatutum mandat eam eſſe debere dote contentam, maxime quando etiam prohibet, quod non poßit plus petere per verba generalia.

28 L. ſi quando, §. & generaliter, C. de inoff. teſta. intellectus. Et nu. ſeq.

29 Legitima non tollitur per generale pactũ factum poſt mortem patris, & ſic poſt ius quæſitum, ſecus ſi eo viuente, & ſic ante ius quæſitum.

30 Legitima includitur in generali diſpoſitione legis, licet in generali pacto non includeretur.

31 Dos dicitur cõgrua, attenta vxoris, & viri qualitate, conſuetudine loci, valore patrimonij, & numero filiorum tempore dotationis, & ſi ad legitimam non aſcenderit. Et num. 34.

Dos

32 *Dos conſtituta à patre, præſumitur congrua, et de eu filia conqueri non poteſt.*

33 *Læſio iu dotatione à filia, quæ eam allegat, probari debet.*

35 *Leſio conſideratur ſecundum tempus contractus.*

36 *Dos, an fuerit congrua, vel ex eu filiu fuerit læſa, conſideratur tantum tempus dotationis. Et nu. ſeq.*

37 *Legitima numquid augeatur auctis facultatibus patris.*

39 *Curt. ſen. conſ. 37. damnatur.*

40 *Statutum ſimpliciter excludens filiam dotatam, cenſetur eam excludere ab hæreditate dotantis tantum. Declara num. 42. & 48. Sed contra nu. 49.*

41 *Statutum excludeus dotatam, cenſetur eam excludere ab hæreditate dotantis, quando pluribus perſonis alternatiue enumeratis diſponit, eis non ſuccedere. Licet ſi copulatiue fuiſſent enumeratæ aliud dici poſſit.*

42 *Statutum cenſetur excludere ab hæreditate dotantis, quãdo ſimpliciter loquitur, ſecus ſi ex verbis, ſeu mente conſtat ſtatuentes voluiſſe eos excludere ab hereditate omnium. Et nu. 48. Et quæ ſiut iſtæ coniecturæ infra declaratur vſque ad fiuem.*

43 *Statutum ſi reſpectu vnius perſonę dotatam ab vno excludit ab hereditate uliorum, idem dicendum eſt de alijs in ſtatuto ennmeratis. Et nu. ſeq.*

45 *Statutum excludeus dotatam, ſi non dicit, à quo dotetur, loquitur in rem, & à quouis dotetur, excluditur à ſucceſſioue omnium.*

46 *Argumentum ex verbis Rubricę ſumi poteſt ad deciſiouem cauſarum vltra contentu.*

47 *Dotatam ab vno excludi per ſtatutum ab hereditate omnium perſonarum in eo expreſſarum, probatur per Rubricam, quę excludit dotatam, nec dicit à quo dotetur.*

49 *Statutum excludere dotatam ab vno, ab hereditate omniũ multi tenuerunt.*

CONSILIVM X.

MAGNIFICVS Capitaneus Hector de Serra Comitis prouinciæ Marchiæ nuptui tradidit Do. Lauiniam filiam cum dote ſcutorum 850. Poſtea hæredem inſtituit Do. Leonem filium, pro certa rata, & eiuſdem Dom. Leonis filios maſculos vniuerſaliter, ipſique Dom. Lauiniæ iure inſtitutionis dotem iam ſolutam reliquit. Et quia ſtatuto dictæ Terræ cauetur, filiam dotatam à patre, debere eſſe dote contentam. Modo de duobus dubitatur,

Primo numquid Do. Lauinia in bonis patris poſſit conſequi aliquid pro ſupplemento legitimæ, ſeu congrue dotis.

Secundo an per dictum ſtatutum Do. Lauinia à patre dotata, excluſa etiam ſit ab hæreditate matris.

Circa Primum dubium, videtur prima conſidera-
1 tione dicendum, † D. Lauiniam, quæ à patre dotem
habuit in ſumma ſcutorum octingentorum quinquaginta, patre nunc defuncto, cum patrimonio valoris ſcutorum vigintiquinque millium, duobus relictis filijs conſequi debere ſupplementum legitimæ, ſeu cõgruæ dotis vſque ad legitimæ quantitatem ſtatuto non obſtante.

2 Primo, quia de iure † filius, qui legitimam integre
non habuit, agit ad ſupplementum, l. omnino, in princ. C. de inoffic. teſta. & ibi Bal. & ceteri, l. quoniã in prioribus, C. eo. tit. etiam non obſtante quacumque prohibitione patris, §. Sed hæc diſpoſuimus, ver. Ceterum. Auth. vt cum, de appel. Bal. Salic. Paul. de Caſtr. & alij, in l. ſi quando, §. generaliter, C. de inoffic. teſtam. Dec. conſ. 218. nu. 3. Ruin. conſ. 60. nu. 4. lib. 2. Pariſ. conſ. 7. nu. 55. lib. 2. late Rim. iun. conſ. 37. nu. 33. & ſeqq. li. 1.

Secundo, etſi filia dotata per ſtatutum videatur excluſa, ex hoc non repellitur, quin legitimam, ſeu eius
ſupplementum conſequi poſſit, cum enim de iure filio
3 legitima ſit debita, † ſtatutum excludens à ſucceſſione,
interpretari debet, vt quanto minus fieri poſſit, ius cõmune lædatur. Bald. in l. 1. C. de probat. Alex. conſ. 83. in fine, lib. 4. Curt. ſen. conſil. 37. nume. 7. & ſic vt excludat filias, quin ſuccedant æqualiter cum maſculis, ſi de iure ſuccedere poterãt, non autem vt eis legiti
4 mam auferat, † quam filiæ ſtatuto non obſtante petere
poſſunt. Bald. in conſ. 391. lib. 4. Salic. in l. 1. colum. penult. C. quan. non pet. par. & in Authen. nouiſſima in 11. q. C. de inoffic. teſtam. Alex. conſil. 7. nu. 7. lib. 2. Curt. ſen. conſil. 39. num. 7. Gozad. pro communi conſil. 43. num. 18.

Tertio, quod ſtatutũ non tollat legitimam, ſeu eius
5 ſupplementum, corroborari poteſt, † quoniam illa ex
generali pacto remiſſa non intelligitur, vt per tex. in l. ſi quãdo, §. & ſi generaliter, C. de inoffi. teſta. dicit Cur.
6 ſen. in conſ. 39. num. 7. † nec per ſtatutum cenſetur ſu-
blata, niſi de ea fiat ſpecialis mentio. Bal. in conſ. 391. lib. 4. quem refert Alber. Brun. in tract. de ſtat. quo ſtãt. maſc. art. 9. princ. nu. 4. Salic. in l. ſancimus, C. de nupt. Alex. in conſ. 7. nu. 7. lib. 2. Curt. ſen. in allegato loco.

7 Quarto, † quia ſtatutum, quod excludit filiam dota
tã, intelligere oportet de cõgrue dotata, arg. l. cũ poſt, §. & generaliter, ff. de iur. dot. & firmant Geor. Natt. in tract. de ſtat. q. 1. princ. nu. 13. Corn. qui Bald. & alios allegat in conſ. 100. colum. 2. verſ. tamen his, lib. 3.
8 Et † dos congrua non dicitur, quæ ſit minor legitima
portione, Soc. ſen. conſil. 288. nu. 15. lib. 2. late Alber. Brun. in d. art. 9. num. 35. & ſeqq. & Dec. qui commu-
9 nem dicit, in conſ. 180. num. 2. † ideo dos à ſtatuto præ
ſeruata non debet eſſe minor legitima. Alexan. conſil. 69. nu. 2. lib. 1. & conſ. 83. li. 4. Soc. ſen. conſ. 207. nu. 2. lib. 2. Corn. conſ. 197. num. 1. in fin. verſic. Quod maxime, lib. 1. late pro communi Crauet. conſil. 236. nu. 3. lib. 2. & Menoch. conſ. 8. num. 9. & 13. lib. 1. Et quia in caſu, de quo agitur, dos ſcutorum 850. aſſignata Do. Lauiniæ in vita patris, eſt longe minor legitima portione de iure naturæ ſibi debita, cum bona patris ſint valoris ſcutorum vigintiquinque millium, & duo tan-
10 tum ſupererant filij tempore mortis patris, † filia ſta-
tuto non obſtante agere poteſt pro ſupplemento congruæ dotis vſque ad quantitatem legitimæ. Bald. in l. fin. num. 6. C. de dot. promiſſ. Curt. ſen. conſ. 27. nu. 39. Alexan. conſil. 83. lib. 4. Corn. conſ. 100. col. 2. li. 3. Crauet. pro communi conſil. 236. num. 3. & ſeq. Et hoc caſu non obſtabit ſecundum eos ſtatutum, quia etſi ex eo filia excluderetur a legitima, ſeu ſupplemento, nihilominus filia excluſa a legitima, dotis ſupplementum, correſpondens ad legitimæ quantitatem, vt dotis ſupplementum, non vt legitimam petere poteſt. Salic. in l. pactum, C. de collat. Cur. ſen. d. conſil. 27. nu. 39. Corn. in d. conſil. 100. col. 2. & Dec. conſil. 180. num. 2. verſi. Et licet.

Quinto fortius intẽtio D. Lauiniæ probari videtur, nam etſi ex verbis ſtatuti ſupplementum tolli videatur, & filia dotata debeat eſſe contenta dote ſibi data à patre, non propterea nocet Do. Lauiniæ, quæ ex dicta dotatione reperitur enormiſſime læſa, quoniam legitima debita Dom. Lauiniæ eſt ſexta totius hæreditatis, ex quo duo tantum ſupererant filij tempore mortis patris, patrimonium aſcendit ad valorem ſcutorum vigintiquinque millium, & dos fuit conſtituta in ſum
11 ma ſcutorum 850. tantum, † quando vero filia ex do-
tatione, habito reſpectu ad legitimæ portionem, enormiſſime reperitur læſa, non tenetur eſſe dote contenta, ſed ſupplementum petere poteſt. Corn. conſil. 77. nu. 3.

nu.3.& ſeq.li.2.Curt.iun.conſ.10.nu.1.li.1.Ceph.conſ.
208.nu.7.li.2. Cur.ſen. conſ.27.col.penul.& conſ.80.
in fi.Iaſ.in l.voluntatis,nu.2.C.de fideicom.& cõſ.133.
col.antepen.ver.Non obſtat ẽt,lib.4.Soc.ſen.conſ.75.
col.penul.ver.Nec tñ licet,li.3.Boer.dec.62.nu.11.&
alij multi quos recenſet Meno. de arbit.iud.quæſt.li.2.
12 cent.2.caſ.149.nu.8.& 15.† Nec præſumptio, quę eſt
pro patre,quod congrue dotauerit,iux.l.nec in ea.ff.de
adult.& not.per Alcia.in tract.de præſump.reg.1.prę-
ſump. 2. nocere debet in præſenti caſu, quoniam talis
præſumptio penitus remouetur,quando de læſione cõ
ſtat,prout hic clare conſtare videtur. Iaſ. in l. volunta-
tis,nu.2.C.de fideic.Alc.in d.præſump.2.num.8.Dec.
conſ.180.col.2.& Ceph.conſ.34.nu.22.li.1.vbi de com
muni teſtatur, & alios pro hac opinione allegat.

Sexto ſtatutum præfatum diſponens mulierem de-
13 bere eſſe dote contentam,† procedere debet, quando
pater deceſſit inteſtatus, ſecus ſi condidit teſtamentũ,
vt fecit Capitaneus Hector, eo quidem caſu non vide-
tur,quod pater voluerit ſtatuti diſpoſitionem locũ ha-
bere, & propterea non impeditur Domina Lauinia
ſupplementum legitimæ,ſeu congruæ dotis petere, ex
his,quæ late ponit Cur.ſen.in conſ.37.per totum.Nec
obeſſe poteſt ſtatutum, dum etiam facto teſtamento
prohibet peti aliud etiam ratione legitimæ, quia loqui-
tur ſtatutum, quando pater reliquit filiæ aliquid vltra
dotem,quod non videtur factum a Capitaneo Hectore,
ideo non videtur obeſſe.

14 Quibus tamen non obſtantibus,† præſuppoſita vali
ditate huius ſtatuti,quod præſeruat filię dotem,etſi ſit
minus legitima, & eam a ſucceſſione excludit, vt late
oſtẽdit Alber.Brun.de ſtat.excluſ.fęm. ar.1.prin.nu.8.
15 & ſeqq. † Cum poſſit ſtatutum legitimam diminuere
(licet dubium ſit,an ea in totũ tollere valeat) Ang.con
ſil.105.Bar.in l.Titio centum,§.Titio genero,ff.de cõ-
dit.& demonſt.c.Rainutius,vbi omnes, de teſta.& de
communi teſtantur Cor.conſ.123.nu.7.lib.3.& Curt.
iun.conſ.10.nu.2.li.1.& late probat Michael de Graſ-
ſis,recep.ſen.§.legitima,q.42.per totam, Dico Domi-
nam Lauiniam aliquod ſupplementum legitimæ, ſeu
congruæ dotis petere non poſſe.

Primo,quia filiæ excluſæ à ſtatuto, non debetur le-
16 gitima, † cũ enim legitima ſit portio eius, in quo quis
eſt ſucceſſurus ab inteſtato,l.parentibus,& l.nuper, C.
de inoffi.teſtam.l.Papinianus,§.quoniam autem quar-
ta, ff.eo.tit.& ſi filia ab inteſtato per ſtatutũ reperitur
17 excluſa,& inſucceſſibilis, † legitimam conſequi non
poteſt,cum excluſa ab inteſtato non habeat portionẽ,
vt dicunt Cor.conſ.100. ver.Quod & ſatis,lib.3.Ang.
conſ.105.col.fi.Alex.conſ.3.nu.10.& ſeq.lib.7.Corn.
conſ.150.num.10. & ſeqq. lib.2.vbi late Alber. Brun.
in d.art.9.nu.11.& ſeqq. Ceph. conſ.5.nu.44. & ſeqq.
lib.1.Dec.pro communi conſ.299.nu.5.Georg.Natt.
in tract.de ſtat.q.1.princ.nu.11.& ſeq.& Rim.iun.con
ſil.37.num.28.& ſeq.libr.1. Quod confirmatur ex eo,
18 quia † legitimam, ſeu eius ſupplementum petere non
poteſt illa,quæ teſtamentum illius, qui legitimam por-
tionem non aſſignauit, quærelare, aut impugnare ne-
quit.Bar.in l.cum ex filio, ff.de vulg. & pupil. ſequitur
Cor.conſ.116.nu.8.li.2.Brun.in d.art.9.nu.19.ver.Ad
19 idem,& Gozad.conſ.43.nu.22.† Sed filia iſta à ſtatuto
excluſa contra teſtamentum patris,quamuis eſſet præ-
terita,quærelam non haberet,tex.eſt,& ibi Angel.in l.
poſthumus,§.ſi quis ex his, ff.de inoffic. teſtam. Corn.
pro communi in conſ.107.nu.4.& ſeq.li.2. Dec.conſi.
105.Capr.conſ.84.nu.11.Alber.Bru.in d.art.9.nu.12.
& ſequen.nu.18.& late Franc. Becci. qui communem
dicit in conſ.103.num.19.& ſeq. Ideo nec legitimam,
ſeu ſupplementum conſequi poteſt, & ita per dictas,
20 & alias rationes, quod † filia per ſtatutum excluſa, ſi
etiam excluſa a legitima, ita vt eius reſpectu nihil conſe
qui poſſit,tenuerunt Ale.conſ.3.nu.10.& ſeqq.li.7.vbi
dicit ſæpenumero fuiſſe requiſitum,vt cõſuleret,quod
filia non cenſeatur excluſa a legitima,& quod id num-
quam facere voluit. Corn.conſ.123.in fi.li.3.late Alb.
Brun.in d.art.9.nu.11. & ſeqq. multis Soc.ſen.in conſ.
150.nu.17.in fi.& nu.18.li.1.Pariſ.conſ.93. nu.12. &
conſ.94.nu.23.li.3.Rub.Ale.conſ.63.& conſ.122.nu.
2.Barbat.conſ.50.col.8.& ſeq. li.3. Quam opinionem
cõmuniter approbatam eſſe teſtantur Corn.conſ.100.
nu.2.in fi.ver.Et hoc,li.3.& conſ.116.col.1.li.2.Cam-
peg.in tract.de dot.par.5.q.43. Soc. ſen. conſ.288.nu.
17.lib.2.Dec.conſ.26.nu.4.Rol.a Vall.conſ.62.n.53.
li.3.Ceph.conſ.5.nu.43.& ſeq. li.1. Tiraq.de primog.
q.55.nu.9.Gozad.conſ.43.nu.24. Ceph.conſ.343.nu.
48.li.3.Franc.Becci.conſ.103.nu.21.& Meno.in con-
ſil.8.nu.1.lib.1.Cum igitur femina excluſa à ſucceſſio-
ne per ſtatutum,ſit etiam priuata legitima,ſequitur ꝙ
legitimæ ſupplementum petere non poſſit,quia ſi legi-
tima non eſt,id eſt non debetur, non poteſt ſuppleri,&
fruſtra de ſupplemenro eius quæritur, quod totum de
ficit,ſecundum Corn.in conſ.116.nu.7.li.2.& Brun.in
d.ar.9.num.19.ver. Aut vero. Et ſi ponimus priuatio-
nem legitimæ, in ea non cadit ſupplementum. Ang.in
conſ.105.in fin.Grammat. dec.101.nu.69. in fi.meri-
to ſtatutum,quod excludit a ſucceſſione,& conſequẽ-
ter a legitima,pariter repellit mulierem dotatam a pe-
titione ſupplementi, prout in ſupplemento loquuntur
etiam fere omnes ſupra allegati, præſertim Corne. &
Ang.in dictis locis Petr.de Anch.conſ.429. Dec.conſ.
26.per totum.Ruin.conſ.56.nu.4. lib.3. Rol.a Vall.in
conſ.62.nu.40.li.3.Rim.iun.in conſ.37.nu.30.lib.1.&
Crau.qui de communi teſtatur in conſ.51.nu.13.lib.1.
Bertaz.qui de communi teſtatur conſ.Ciuil.109.num.
15.libro 1.

Secundo non ſolum D. Lauinia debet *repelli à peti-
tione* ſupplementi legitimæ, ſed etiam à *petitione ſup-
plementi* congruæ dotis, vſque ad legitimæ quantita-
tem,quoniam diſponit ſtatutum, filiam dotatam à pa-
tre, debere eſſe dote contentam, nec ad bona *paterna*
21 habere regreſſum, & † illud conſiderat ſolum actum
dotandi,non modum,& quantitatem,& conſequenter
locum habet eo ipſo, quod filia reperitur dotata, licet
in modica quantitate.Cor.conſ.111.col.2.lib.2. Capr.
22 conſ.38.Alber.Brun.in d.ar.9.num.37.& ſequen.† Et
quia excludit à ſucceſſione, & conſequenter a legiti-
ma, de ea non poteſt haberi ratio, non ſolum reſpectu
petitionis,ſed nec ad commenſurandum dotem cũ ip-
ſa, vt clare oſtendit Soc. ſen.per multa fundamenta in
conſ.288.nu.18.& ſeqq.lib.2.cum refert Alber. Brun.
d.ar.9.nu.35.ver.Et hanc,& idem tenent *Dec.* in cõſ.
26.nu.4.Ruin.conſ.56.nu.9.& ſeqq.libr.3. Burſ.conſ.
48.nu.5.li.1. Quæ intelligentia ſuadetur etiam ex ver-
bis ipſius ſtatuti,ibi,filia dotata,ſit dote contenta, nec
ad bona paterna poſſit habere regreſſum, vel aliquid
petere occaſione hæreditatis alicuius dictarum perſo-
narum,vel alia quacumque cauſa. Verba enim illa: Sit
dote contenta,cum prohibitione aliud petendi,operã-
tur, quod etſi concedatur ſtatutum, quod ſimpliciter
excludit dotatam,intelligi debere de congrue dotata,
23 † non eſt ita intelligendum,quando vlterius diſponit,
quod filia ſit dote ſibi data, contenta, tunc enim non
videtur habita ratio dotis congruæ, ſed quantacũque
ſit,excluditur,vt firmant Soc.ſen.in d.conſ.288.num.
18.lib.2.Alex.conſ.121.lib.6.Corn.conſ.123.in fi. lib.
3.Ruin.d.cõſ.56.n.18.& Crau.conſ.236.nu.3.& ſeqq.
libr.2.quod maxime dicendum eſt,quoniam ſtatutum
24 dicit,ſit contenta dote à patre data,† quia lex multum
confidit

confidit de patre, & alijs aſcendentibus ſecũdum Cur.
iun.conſ.10.nu.1.lib.1. & Alber.Brun. in quodam ſuo
conſilio iuſerto immediate poſt dictum eius tractatum
de ſtat.nu.4.& ſeqq. vbi ſubdit, quod ſtatutum diſpo-
nens filiam debere ſtare contentam dote à patre data,
committit patri rationem, & illam approbat, ſiue ſit
correſpondens, ſiue non taxationi iuris, & qualiſcun-
25 que ſit, vult filiam eſſe dote contentam, † eique ſup-
plementum non deberi, & idem ſentit Paul.de Caſt.in
Auth.res quæ,nume.8.C.com. de leg. Et hanc opinio-
nem, quod quidquid alias dicendum eſſet, quando ſta-
tutum ſimpliciter loquitur, ſi tamen diſponit, quod
filia dotata ſit dote contenta, non poſſit dotis ſupple-
mentum, nec vſque ad quantitatem legitimæ, nec ali-
ter petere, firmant Bald. in l.fi.nu.6. C.de dot.promiſ.
in Auth. res quę,n.16.C.com.de lega.Alex.in conſ.83.
ver.Et hoc tanto magis.li.4.Corn.conſ.77.lib.2.& idẽ
ſentit in conſ.160.col.2.li.3.Soc. ſen.in conſ.30.num.
4.lib.1.& in conſ.288.num.18.lib.2.vbi num.21.dicit
idem procedere, ſi dos modica ſit.Alex.in d.conſ.121.
per totum lib.6. Geor.Natt.in tract.de ſtat.q.1.princ.
num.13.& ſeqq.Et quando filia fuit dotata a patre, &
ſtatutum ita loquitur, contrariam opinionem non pro-
cedere, ſed ſecũdum iſtam diſtinctionem limitari, poſt
multos dixit Crau.in d.conſ.236.nume.4. & ſequitur
Menoch.in conſ.81.num.3.lib.1.Alber.Brun. in d. ſuo
conſilio inſerto poſt tractatum ſuum, de ſtat.num.3. &
ſeqq.& num.9.Grammat.deciſ.101.num.47.& 72.in
fi. late Menoch.de arbitr.iudi. quæſt.lib.2.cent.2.caſ.
149.num.2. & ſeqq. & Franc. Becci. qui de communi
teſtatur in conſ.103.num.22. Confirmantur prædicta
ex eo, quod ſtatutum non ſolum dicit, quod filia dota-
ta ſit dote contenta, & ad bona paterna non poſſit ha-
bere regreſſum, ſed vlterius progreditur diſponendo,
quod nec poſſit aliquid petere occaſione hæreditatis
alicuius dictarum perſonarum, vel alia quacumque cau
ſa. Hæc quidem verba ſunt vniuerſalia negatiua, & per
conſequens omnia excludunt. l. ſi is qui ducenta. §. v-
trum. ff. de reb. dub. l. nemo poteſt, cum ibi not. ff. de
leg. 1. & conſequenter repellant filiam etiam a petitio-
ne ſupplementi legitimæ, ſeu congruæ dotis, quia ſi fi-
lia poſſet petere ſupplementum, non verificarentur
verba, quod ad bona paterna non habeat regreſſum,
& aliquid petere non poſſit, vt conſiderat Cur. iun. in
d.conſ.10.num.2.ver. Concurrit etiam. Quod clarius
oſtendit ſtatutum, dum dicit. Nec poſſit petere aliquid
occaſione hæreditatis, vel alia quacumque cauſa. Ver-
ba enim illa, Vel alia quacumque cauſa, poſtquam fa-
cta eſt mentio hæreditatis, de neceſſitate referri debẽt
ad legitimam eius, ac dotis ſupplementum, cum enim
ad aliud referri non poſſint, nec debeant ſtare ſine effe-
ctu aliquid operandi. l. ſi quando, & ibi not. Bart. & a-
lij. ff. de leg. 1. cap. ſi Papa, de priuil. in 6. vt aliquid ope-
rentur, ad dictum ſupplementum ſunt referẽda ex his,
quæ ponit Roma.conſ.32.in fi.& optime comproban-
tur per Alber.Bru.in d.ſuo conſ.nume.7.& ſeq. vbi ita
verba geminata prohibitiua ſtatuti ponderat, & loqui
tur in caſu, in quo ſtatutum non ita late loquebatur, &
in fortioribus terminis verba ſtatuti ſimiliter ponderat
Corn.in conſ.77. libr. 2. Et quia ex prædictis ſatis fir-
matur intentio deſcendentium Capitanei Hectoris, ſo
lum ſupereſt adducta in contrarium remouere.

Non obſtat Primum, illud quidem procedit de iure
cõi, ſed aliud dicendum eſt, ſtante diſpoſitione ſtatuti,
quo legitima diminui poteſt, vt dictum fuit ſupra.

Nec obſtat Secundum, quoniam vt ſupra fuit de-
monſtratum, filia excluſa a ſucceſſione dicitur etiam
excluſa à legitima, quod fortius dicendum eſt in ſta-
tuto, de quo agitur, in quo non ſolum excluditur filia
dotata, ſed etiam adſunt plures coniecturæ, quibus de-
tegitur mentem ſtatuẽtium fuiſſe filiam priuare etiam
26 legitima. † Et licet aliqui in dicto ſecundo argumento
adducti, diſſentiant, pro nobis adeſt verior opinio, &
magis communiter recepta, prout teſtantur Gozad.in
conſ.43.num.24.Franc.Becci.in d. conſ.103.num.21.
& alij ſupra in primo fundamento huius conſultatio-
nis adducti. Præterea allegati in contrarium loquun-
tur in ſtatuto, quod ſimpliciter filiam dotatam exclu-
dit, non quando in eo adſunt verba, quæ clare oſten-
dunt ſtatuentes voluiſſe tollere etiam legitimam.

Tertium vero argumentum, quod legitima non in-
telligatur ſublata, niſi de ea fiat ſpecialis mentio, ex
27 prædictis diluitur, † cum communis opinio ſit in con-
trarium, & filia cenſetur excluſa a legitima, etſi de ea
non fieret ſpecialis mentio, & ita loquuntur omnes ſu-
pra pro hac opinione allegati, & de communi in his ter
minis teſtatur Ruin. conſ. 152. nume. 13. lib. 5. Et non
ſolum contraria opinio communiter damnatur, ſed
28 eſt etiam falſa. Etenim † qui tenent dictam opinionem
mouentur per text. in l. ſi quando. §. & generaliter. C.
29 de inoffic. teſta. cuius diſpoſitio procedit, † quãdo quis
paciſcitur, poſtquam pater deceſſit, & tempore quo
legitima ſibi debetur, & ſic poſt ius quęſitum, cuius cõ-
trarium admittitur, quando paciſcitur in vita patris,
& ſic ante ius quæſitum, tunc enim excluditur etiam a
legitima. iux. c. 2. de pact. in 6. Vnde quia ſtatutum ex-
cludens dotatam, non tollit ius quæſitum, ſed quæren-
dum, extenditur ad legitimam, licet eius non ſit facta
ſpecialis mentio, ſicut pactum impeditiuum iuris quæ-
rendi ad eam extenditur, & ita reſpondet Cuman. in
conſ. 188. prope fi. ver. Et licet ſubdat. & ſequitur Go-
zad.conſ.43.num.23. ſubdens §. & generaliter proce-
dere, quando perſona, quæ erat ſucceſſibilis excludi-
tur pacto à iure iam radicato, ita quod quoad ſucceſ-
ſionem non habebatur pro mortua, non autem in ſta-
tuto, quod à principio facit eam inſucceſſibilem, ita
vt pro mortua haberetur, eo quidem caſu includitur
legitima, & ſi de ea nõ ſit facta mentio. Eãdem opinio
nem firmat Corn. in conſil. 150. num. 15. lib. 2. vbi pro
confirmatione dictæ opinionis dicit, quod pactum de
non ſuccedendo, antequam ſucceſſio acceptetur, in-
cludit legitimam, ſecus ſi poſt acceptationem renun-
cietur hæreditati. Et propterea ſtatutum diſponens de
iure quærendo, legitimam comprehendit, licet de ea
non ſit facta mentio. Quam opinionem firmant etiam
Dec. in conſ. 299. nu. 5. Cur. iun. in conſ. 10. nu. 3. & la-
tius Ruin. conſil. 27. num. 8. lib. 3. vbi pulchre loquitur.
30 Præterea † dicitur tex. in §. & generaliter, in quo fun-
datur contraria opinio, procedere in pacto, & ſic in di-
ſpoſitione hominis, non in diſpoſitione legis, vel ſtatu-
ti, quia fortior eſt excluſio legis, quam hominis. Et pro-
pterea in diſpoſitione legis includitur legitima, quãuis
ſpecialiter non nominetur, licet in pacto non includer-
tur, vt no. declarant Cur. iun. in d. conſ. 10. num. 2. & 3.
Dec. in d. conſ. 299. nu. 5. Gozad. conſ. 43. nu. 26. Rui.
conſ. 51. nu. 13. lib. 3. Ceph. conſ. 5. nu. 55. lib. 1. late poſt
alios multos Roland. à Vall. in conſ. 62. nu. 50. & ſeq. li.
3. Qui omnes in noſtris terminis loquuntur.

Minus nocet Quartum, quoniam vt ſupra fuit de-
monſtratum in ſecundo fundamento, filia non poteſt
petere ſupplementum dotis, vſque ad legitimæ quan-
titatem, potiſſime quia diſponit ſtatutum filiam debe-
re eſſe dote contentam, quod intelligitur de quacun-
que dote, maxime, quia eſt remiſſa taxatio per ſtatu-
tum in patrem, de quo lex multum confidit, & in qua-
cumque quantitate fiat taxatio, filia nihil vltra conſe-
qui poterit, auctoritatibus ſupra adductis, & clare tra-
dit Alber. Brun. in dicto ſuo conſ. inſerto poſt dictum

tra-

tractatum de ſtat.nu.4.& ſeqq. Et ex hoc tollitur ēt ra-
tio illa, quod ſtatutum intelligatur de congrue dotata
31 †Ex abundanti dicitur etiam D.Lauiniam a patre fuiſ
ſe congrue dotatam,attenta eius, & viri qualitate, pa-
trimonio,ac numero filiorum tempore dotationis,quę
ad conſiderandum congruitatem dotis attenduntur,
etſi ad legitimę quantitatem dos non aſcenderet. Dec.
in conſ.26. Ruin.in conſ.56.num.11.lib.3. & latiſſime
not.Meno.de arbit.iud.quęſt.lib.2.cent.2.caſ.149.per
totum,& vſque ad finem,& dicetur infra, quod etiam
32 dicendum eſt iuris præſumptione, † nam filia dotata,
& maritata a patre in vita,cēſetur congrue dotata,nec
de ea conqueri poteſt,cum lex valde præſumat pro pa-
tre,l.nec in ea, ff.de adult. Alcia.de præſump. regul.1.
præſump.2.per totam,& nu.8. Dec.conſ.26.nu.2. Et
dos ab eo conſtituta,congrua præſumitur. Dec.conſil.
505.nu.2. Alex.conſ.33.nu.4.li.4. Soc.ſen.conſ.288.nu
me.21.li.2. Iaſ.in l.voluntatis,nu.2.C.de fideicom. Bur
ſat.conſ.48.nu.5.& ſeq.li.1. Alber.Brun.in d.ſuo conſ.
nu.4. Nec in paterna dotatione fieri debet ſubtilis inda
gatio,cum iuſta præſumatur,vt poſt multos dicit Tira
quel.in l.ſi vnquam,in præfat.nu.36. & ſecundum eos
filia dicere non poteſt ſe fuiſſe incompetenter dotatã,
& ob id ſupplementum petere,vt dicit etiam Dec.in d.
conſ.26.per totum, & poſt alios multos Gramm.dec.
101.nu.68.& ſeq. Quæ præſumptio fortius vrget, quã
do pater in vita filiam nuptui tradidit,& dotauit,ſecun
dum Alcia.in d.reg.1.præſumpt.2.num.8. & ſentiunt
Dec.& Ruin. in locis proxime citatis. Et hæc opinio
in tantum vera eſt, quod etſi ſtatutum non diſponeret
filiam eſſe dote contentam,ſed ſimpliciter dotatam ex
cluderet,adhuc ſi fuerit a patre nupta, & dotata, etiã
in minori quantitate legitimæ, non poteſt conqueri.
Curt.ſen.conſ.80.col.fi. Rub.Alex.conſ.163.nume.2.
Curt.iun.in Auth.res quæ,nu.10.C.com.de leg.Socin.
iun.conſ.72.num.22.lib.3.& alij multi quos refert,&
ſequitur Menoc.de arbitr.iud.quæſt.lib.2.cent.2.caſ.
149.num.5.

Quintæ obiectioni reſpondetur non conſtare de ta-
li enormiſſima læſione, ob quam non obſtante ſtatuto
33 poſſit peti ſupplementum congruę dotis, † & læſio ab
aduerſaria, quæ illam allegat,probari debet,vt volunt
Doctores pro contraria parte adducti, & magis clare
Ruin.in conſil.152.num.12.libr.5. Pręterea Doctores
etiam qui tenent ob enormem læſionem filiam conſe-
qui debere ſupplementum,non conſiderant, quod dos
non ſit commenſurata cum legitima,ſed quod ſit adeo
parua, vt colligatur patrem fuiſſe in dolo,prout conſi-
derat Corn.ex aduerſo adductus in conſ.77.num.3.&
ſequen.li.2. qui aſſerit dotem fuiſſe conſtitutam in de-
cem,& legitimam aſcendere ad 165.& cum parum,&
nihil æquiparentur, filiam haberi pro non dotata, ita
etiam Pau.de Caſt.in conſ.110.quod eſt conſ.275.lib.
1.cuius auctoritate omnes mouentur ad id dicendum,
in 3.col. ſuper 7. dub. conſiderat læſionem ex eo, quia
pater habens vnicam filiam tantum, dotauit ipſam in
200.& bona eiuſdem aſcendebant ad valorem decem
millium,& ita caſum exemplificat. Dec.in conſil.180.
col.2. verſi. Accedit etiam,& conſequenter omnes lo-
quuntur, quando conſtat de enormi læſione ex dota-
tione facta in longe minori quantitate quam ſit legi-
tima ex qua dolus patris manifeſte detegatur. Et in
iſtis terminis loquuntur etiam Ceph.in conſ.208.num.
7.lib.2. Curt.iun.conſ.10.nu.1.lib.1. Alexan.conſil.33.
num.4.li.4. Menoch.de arbitr.iud.quæſtio. lib.2.cent.
2.caſ.149.nu.8.& 15. Si vero non conſtat de tam ma-
gno exceſſu,& quod pater in dotando adeo incongrue
doloſe ſe geſſerit,etſi dos ſit minor legitima,filia debet
eſſe dote contenta,cum ceſſent rationes, ex quibus in
contrarium adducti mouentur, prout ſentit Paul.de
Caſt.in d.conſ.275.col.3.num.6. & clare ita diſtinguit
Curt. ſen. in conſ.8.nu.4. in fine conſilij,& Grammat.
in dec.101.nu.70.& ſeqq.& melius Dec.conſ.181.nu.
5.ver. Similiter,qui in propoſito nec læſionem vltra di-
midiam ſufficere dicit,ſed requiri, vt ſit longe maior,
& eum refert etiam Tiraq. in l.ſi vnquam,in præfatio.
nu.36.circ.med.C.de reuocand.donat.

In caſu autem,de quo agitur, non poteſt dici conſta
re de tam magno exceſſu,ex quo pater in dotando filiã
doloſe ſe geſſerit,quia quando Lauinia virum ſuſcepit,
vt præſupponitur,pater nō erat adeo diues,cum poſtea
multa bona acquiſiuerit, ſed erat ære alieno grauatus,
habebatque ſex filios ſuperſtites, quorum aliqui poſtea
34 deceſſerunt,† & ſecundum conſuetudinem illius Ter-
ræ,& attenta qualitate mulieris,& viri, quæ omnia at-
tendenda ſunt ad conſiderandum congruitatem dotis
ſecundum Dec.conſ.26. Corn.conſ.107.col.fi.lib.2.&
late poſt multos id oſtendit Menoc.de arbit.iud.q.li.2.
cent.2.caſ.149.nu.34.& ſeq.& not. Gram.deciſ.101.
nu.66.& ſeqq. Alber.Bru.de ſtat.ar.9.n.34. & ſeq.dos
ſcutorum 850.fuit reputata congrua,& prius aliam fi-
liam nuptui tradidit cum dote 700.ſcutorum tantum,
ex quibus dos potius reputabitur congrua,quam incon
grua,& nimis parua ſecundū tempus dotationis, quod
tempus in caſu iſto,debet attendi, maxime ad cogno-
35 ſcendum,numquid filia fuerit læſa,†quia ad conſideri
dum læſionem debet attendi tempus contractus,& ſic
dotationis,non attento, quod poſtea euenerit,l.ſi volū
tate,in fi.C.de reſcind.vend. Doctores communiter in
l.2.C.eod.titu. Ang.in conſ.311.col.3.ver. Ad illud au-
tem quod quæritur. Soc.ſen.conſ.48.col.2.lib.4. Guid.
Pap. qui de communi teſtatur in q.157. & poſt multos
Ari. Pinell.in l.2.par.3.c.4.nu.15.C.de reſcind.vendit.
36 † & in terminis idem firmant Crauet.in conſ.114.nu.
16.li.1. Rim.iun.in conſ.97.nu.13.& ſeqq.lib.1. Etſi-
ne difficultate in occurrenti caſu videtur attendendum
tempus contracti matrimonij, cum Doctores velint,
non obſtante ſtatuto, peti poſſe ſupplementum,quan-
do ex magno exceſſu conſtat, quod pater doloſe ſe geſ
ſerit,& ad cognoſcendum,an pater fuerit in dolo, non
debet attendi futurus euentus,cum diuinare non potue
rit ſe in poſterum ditiorem fieri poſſe,& filios pdecede
re debere,& ex tempore dotes augeri,et ſi dotauit con-
grue,ſeu ſaltem non tam incongrue,vt cōſiderant Do-
ctores attentis qualitatibus prædictis ſecundum tem-
pus dotationis,bona fides arguitur,et excluditur dolus,
quidquid poſtea acciderit,vt cōſiderat, & recte in hoc
Rim.iun.in dicto conſil.97. num.23. Et licet multi te-
neant, quod dos ſit commenſuranda ad legitimam at-
tentis facultatibus,& numero filiorum viuentium tem
pore mortis patris,vt volunt Bald. Nouell. in tracta.de
dot.par.6.priuileg.17.num.4. Soc.ſen.conſ.101.nu.9.
lib.3. Dec.conſ.276.num.2.& ſequen. Pariſ.conſil.26.
num.91.lib.3.& late Cephal.in conſil.165.per totum,
lib.2. Attamen dico, quod ad conſiderandum congrui
tatem dotis, non tempus mortis patris, ſed dotationis
attenditur,vt firmant Bald.in Auth.res quæ, num.16.
& ibi Paul.de Caſt.nu.8.C.com.de leg. Alber.Brun.in
tract.de ſtat.ar.9.nume.4.& ſeqq. Ruin.conſ.56.nu.3.
li.3. Gramma.dec.101.nu.72. Boer.quęſt.62.nu.16.&
ſeq. Corn.conſ.1.nu.10.& ſeqq.libr.4. Crau.conſil.11.
num.14.lib.1. Menoch. de arbit.iud.quæſt.lib.2.cent.
2.caſ.149.nu.15.in fin.& ſeq.vbi pro hac opinione ad-
ducit Anch.quæſt.famil.q.51.nu.11.& Alciat.in conſ.
252.nu.11.quod eſt conſ.18.tom.3. li.9. Eamdem opi-
nionem, quando ſtatutum diſponit, quod filia ſit dote
contenta,firmare videtur Dec.in d.conſ.276.column.
2.ver. Et iſta concluſio,quem pro hac opinione allegat

etiam

etiam Menoch. in citato loco, idem firmant Menoch.
in conſ.6.num.21.lib.1, Alex.in conſ.19.nu.6.lib.3. Si-
gnorol.conſ.29.col.2.Bellon.conſ.15.nu.8. idem ſentit
Soc.ſen.in conſ.30.nu.10.lib.4. quam late defendit, &
veram, ac communem eſſe oſtendit in terminis fortio-
ribus Rim.iun.in d.conſ.97.per totum, maxime n.17.
& ſeqq. vſque ad finem, qui etiam pro ea adducit mul-
tas auctoritates, & fundamẽta, & cõtrarijs reſpondet,
quam ſequitur etiã Lauren.de Palat.in tract.ſtat. quod
ſtant.maſcul.nu.131.& ſeq. Et hæc opinio in dote vera
eſt, & communis, nec ab ea in iudicando eſt recedendũ,
præſertim quia fundamentum de ſupplemento legiti-
37 mæ, quo contrarium tenentes mouentur, non† nocet,
nam dato quod vera eſſet opinio illa, quod auctis facul-
tatibus debeat legitima augeri, quæ tamen dubitabilis
eſt, cum contrarium firmauerint poſt alios Crau. conſ.
114.num.16.lib.1. Ruin.d.conſ.97.num.15. & ſeq.&
Cur.ſen.in conſ.vlt.nu.3. vbi de communi teſtatur, di-
uerſa tamen ratio conſideratur in dote, etenim legiti-
ma debetur tempore mortis, ideo illud tempus conſi-
deratur, dos vero eſt debita tempore matrimonij, &
ob matrimonium, et ſi cõgrua conſtituta fuit tempore
matrimonij, liberatur pater, & obligatio a qua libera-
tus fuit, non reuiuiſcit, auctis facultatibus, ideo tempus
dotationis attenditur, & ita declarant Alb. Brun.in d.
art.9.nu.41.Ruin.conſ.56.n.13.lib.3. Gram.dec.101.
nu.72.& Rim.iun.d.conſ.97.nu.19.& ſeq. Et quia hic
dolus patris conſiderari debet, nullo modo poteſt dete-
gi, niſi conſiderato tp̃e dotationis. Præterea, qui tenent
dotem augeri, auctis facultatibus patris, loquuntur, quã
do dos eſt cõmenſuranda cum legitima, & vſque ad e-
ius quantitatẽ debetur, quod ceſſat in propoſito, in quo
nulla eſt habenda ratio legitimæ etiam commenſurati-
ue ad dotem, vt ſupra demonſtraui, ideo ab ea nullũ po
teſt ſumi argumentum ad dotem, & eo caſu dummo-
do dos congrua, ſeu nõ adeo exigua conſtituatur, ſatis-
factum erit ſtatuto, vt ſupra fuit dictum, nec auctis fa-
cultatibus augeri poterit, ſicut ſentit Dec. qui contra-
riam partem tenet in d.conſ.276.col.2.ver. Et iſta con
cluſio, & Gram.in d.deciſ.101.nu.72.

Vltimum vero argumentum tollitur, quia ſtatutum
expreſſe diſponit filiam, cui vltra dotem aliquid in te-
ſtamento relictum fuit, non poſſe aliquid petere etiam
occaſione legitimæ, & ſic prouidit etiam in cauſa teſta
ti, & cum pater vltra dotem ſolutam reliquerit Do-
minæ Lauiniæ victum, & veſtitum in caſu viduitatis,
38 ſumus in caſu ſtatuti, vt nihil petere poſſit. † Vlterius
dicitur, quod etſi non poſſet fieri fundamentum in
parte illa ſtatuti, quaſi filiæ non ſit aliquid vltra dotem
relictum, attamen quia filia excluſa erat per primam
partem ſtatuti, in qua dicitur debere eſſe dote conten-
tam, & aliquid petere non poſſe, etſi in teſtamento ni-
hil fuiſſet ſibi relictum, ſed præterita reperiretur, nihil
poſſet dicere, nec teſtamentum querelare, aut modo
aliquo admitti contra voluntatem teſtatoris, l.poſthu-
mus, §.ex his, ff.de inoff.teſtam. Tiraq. de primogen.q.
53.nu.12.vſque ad finem. Ceph. conſ.5.nu.43. li.1.&
dixi ſupra, ſed omni remedio deſtituta videtur. Nam
aut vult petere aliquid ex teſtamento, & non poteſt,
quia ei nihil fuit relictum, Aut ab inteſtato, & minus,
cum per ſtatutum reperiatur excluſa: Si vero contra
teſtamentum, nec auditur, cum filia excluſa ab inteſta-
to, illud impugnare nequeat ex prædictis, & late idem
oſtendit Alber. Brun. in ſuo conſilio inſerto poſt ſuum
tractatũ, de ſtat.nu.8.& ſeqq. vbi concludit ſupplemen
tum legitimæ, ſeu congruæ dotis, nec ſtante teſtamen-
to peti poſſe, eamdem opinionem tenet Paul. de Caſtr.
in conſil.196.num.3.verſic. Ad contraria, lib.1. aſſerens
excluſam a ſucceſſione inteſtati, & conſequenter a le-
gitima, ſtante teſtamento, nec legitimam, aut ſupple-
39 mentum vendicare. † Et quamuis Cur.ſen.in alleg.con
ſil.37. teneat ſtatutum non procedere in cauſa teſtati,
& imputãdum eſſe teſtatori, quare viam teſtati elegit,
eius opinio recipienda non eſt, quia nemini imputandũ
eſt, quare teſtatus deceſſerit, l.poſthumus, in princ.ff.de
inoff.teſt. etſi ab inteſtato filia excluditur, fortius rema
nere debet excluſa, ſtante teſtamento, præſertim qñ ei
aliquid relinquitur (vt in caſu noſtro factum apparet)
Cor.conſ.116.nu.8.li.2.& poſt Specula. & alios Fran.
Becc.in conſ.103. nu.23. & in terminis ſimilis ſtatuti,
et ſi feminæ in teſtamento aliquid relictum non ſit, idẽ
firmat Rui.conſ.56.nu.4.ver. Et vbi, lib.3. Et quod ex-
cluſa ab inteſtato non poſſit aliquid petere, etiam ſtãte
teſtamento, clare tenent oẽs, qui dicunt filiam excluſã
per ſtatutũ non poſſe teſtamentum querelare, ſeu alias
impugnare, & late Alber.Bru.in tract.de ſtat. ar.9. nu.
18.& ſeqq.& in d.conſ.poſt dictum tractatum, nu.8.&
ſeqq. qui omnibus fundamẽtis Curtij ſenioris reſpon-
det, & in eiſdem terminis conſuluerũt Pau.de Caſt.&
Rui.in locis proxime citatis. Pet.de Anch.in conſ.429.
Soc.ſen.in conſ.150.nu.17. lib.1. alij allegati a Meno.
in conſ.8.nu.3.lib.1. & late poſt multos, quos recenſet
Rim.iun.in conſ.37.nu.31.& ſeq.lib.1. Ex quibus om-
nia in contrarium adducta, remota apparent, & firma
manet concluſio facta contra D.Lauiniam.

Accipiendo ſecundum dubium videtur dicendum
Dominam Lauiniam à patre dotatam excludi tãtum
ab hæreditate patris dotantis, non matris, quę nullam
dotem conſtituit. Quoniam dicit ſtatutum, quod filia
dotata à patre, matre, ſiue fratre carnali, auo, vel auia,
ſit dote ſibi data contenta, nec poſſit patre, vel matre,
auo, vel auia defuncta, exiſtentibus fratre, vel fratribus,
ſeu eorum filijs ad bona paterna, vel materna, aui, vel
auiæ habere regreſſum, vel aliquid petere occaſione hę
reditatis alicuius dictarum perſonarum, vel alia quacũ-
40 que cauſa, ſiue renunciauerint, ſiue non. † Et dum ſtatu
tum filiam dotatam excludit, cenſetur excludere ab hę
reditate dotantis tantum, non alterius, a quo dotata nõ
fuerit, ſecundum Bald. Paul.de Caſtr. & alios in l.1.C.
de legi.hæred. Corn.conſ.74.colum.4.nu.5.li.1. Ange.
conſil.126. Iaſ.in l.quoniam nouella, num.6.& ſequen.
C.de inoffic.teſtamen. Pariſ.conſ.110.nu.31.li.3. Pau.
de Caſt.conſ.83.col.2.li.2. Dec. qui de communi teſta-
tur in conſ.346.nu.4. Alber.Brun.in tract.de ſtat.quod
ſtant.maſcu.art.8.num.59. & ſeqq. Ant.Gab. qui mul-
tos allegat in ſuis concl.in tit.de ſtat.conclu.5.in princ.
41 † Idque procedit non ſolum, quando ſtatutum ſimpli-
citer excludit dotatam, ſed etiam ſi pluribus perſonis
alternatiue enumeratis diſponit dotatam à patre, ma-
tre, vel auo, non ſuccedere patri, matri, vel auo: debet
enim eo caſu ſtatutum intelligi non copulatiue, ſed di-
ſiunctiue, vt ſcilicet dotata a patre non ſuccedat patri,
dotata a matre non ſuccedat matri, & ſic de ſingulis,
non autem quod ab vno dotata, ab hæreditate omniũ
nominatorum excludatur, niſi ſtatutum aliud expreſſe
diſponat. Petr.de Anchara.conſ.79. in ſecundo dubio,
Corn.conſ.170.num.1.& ſeqq.lib.2. Alber.Brun.in d.
art.8.num.70. Dec.in conſil.346.num.4.colum.penul.
ver. Eſt ergo videndum. late Alcia.pro communi conſ.
53.& conſ.56.per totum. Pariſ.conſil.47.numer.4. &
ſequen.li.3. Alij relati a Meno.conſ.3.nu.9.li.1. Franc.
Becci.conſ.53. nume.3. licet quando copulatiuè ſtatu-
tum loqueretur, aliud dici poſſet. Pariſ.conſ.49.nume.
17.li.3. Anto.Gabr.in d.concl.5.nu.9. Alciat.conſ.53.
nu.24. Franc.Becc.in citato loco, quamuis Alber. Bru.
idem ſentiat, licet ſtatutum copulatiue loqueretur, vt
in d.art.8.nume.69. ſtatutum vero, de quo agitur, non
copulatiuè, ſed alternatiuè perſonas tam dotantes,
quam

quam aliàs de quarum ſucceſſione agi contingat, dinu-
merat: Iccirco dicendum videtur diſiunctiue accipi de
bere, vt ſcilicet dotata à patre, a patris hæreditate tan-
tum ſit excluſa, & ſic de alijs, non autem, quod ab vno
dotata, ſit ab omnium ſucceſſione excluſa.

Ceterum rediligentius, ac maturius conſiderata in
propoſita facti ſpecie puto ſuſtineri poſſe Dominã La-
uiniam a patre dotatam vigore d. ſtatuti etiã a matris
ſucceſſione fuiſſe excluſam per ſuperexiſtentiã maſcu-
42 lorum, ad quod dicendum moueor: † Nam etſi vera, &
cõmuniter recepta ſit illa Bal. opinio in l. 1. C. de legit.
hæred. quod ſtatutum excludens dotatam, intelligatur
tantũ excludere ab hæreditate dotantis, non alterius,
procedit in ſtatuto ſimpliciter excludente dotatam, ſe-
cus ſi ex verbis, ſeu mente liqueat ſtatuentes voluiſſe
excludere dotatam, non ſolum à ſucceſſione dotantis,
ſed etiam aliorum, eo enim caſu in ſucceſſione etiã nõ
dotantis ſtatutum procedit. Dec. conſ. 346. nu. 4. verſi.
Et iſta communis, in cõſ. 379. nu. 8. & in conſ. 634. nu.
3. Corn. conſ. 123. nu. 4. lib. 2. & conſ. 323. col. fin. verſi.
Non obſtant adducta, li. 3. Iaſ. in l. quoniam nouella, nu.
7. C. de inoff. teſta. Alber. Brun. in d. tract. de ſtat. art. 8.
princ. nu. 65. Cur. iun. in conſ. 10. num. 6. & in conſ. 65.
nu. a. li. 1. in quibus locis de communi teſtatur. Alcia. in
conſ. 57. nu. 5. Alex. conſ. 29. in fi. lib. 1. ver. Nec obſtat.
Hier. Gabr. conſ. 15. nu. 38. lib. 1. Mandel. de Alba conſ.
98. in 2. dub. Sed in caſu, de quo agitur, conſtat ſtatuen
tes voluiſſe excludere filiam a ſucceſſione omnium in
ſtatuto nominatorum, etiam quod vnus tantum dota-
uerit. Ideo Do. Lauinia à patre dotata, etiam a matris
ſucceſſione remanet excluſa.

Quod autem hęc fuerit intentio ſtatuentium demõ-
43 ſtratur pluribus rationibus. † Prima quia ſtatutum di-
ſponit, quod filia dotata a patre, matre ſiue fratre car-
nali, auo, vel auia ſit dote, ſibi data contenta, nec poſſit
ad bona paterna, materna, aui, vel auiæ habere regreſ-
ſum. De bonis autem fratris dotantis nihil dicitur, vult
ergo ſtatutum, quod dotata a fratre excludatur a ſuc-
ceſſione patris, matris, aui, vel auiæ, cum de ſucceſſio-
ne in bonis fratris, nihil dicat, & conſequenter non po-
teſt dici ſtatuentes voluiſſe excludere filiam dumtaxat
à ſucceſſione in bonis dotantis, eo quo excluditur dota
ta a fratre etiam a ſucceſſione in bonis patris, matris,
aui, vel auiæ: Et ſicut clare elicitur intentio ſtatuti ex-
cludendi dotatam à fratre, etiam a ſucceſſione perſonę
non dotantis, pariter idem dicendum eſt, vt dotata a
patre excludatur ab hæreditate matris, cum non adſit
diuerſa ratio, & liqueat de ſtatuti intentione excluden
di filiam etiam ab hæreditate non dotantis, vt clare in
fortioribus terminis conſiderat Curt. iun. in conſil. 65.
num. 3. vſque ad fin. libr. 1. quem ſequitur Alber. Brun.
in d. ar. 8. princ. nume. 66. & in ſimili conſiderat etiam
Corn. in conſ. 123. col. 2. nu. 5. ver. Nam capiendo, lib.
2. & fortius capienda eſt hæc interpretatio, vt filia ab
hæreditate matris excludatur, cum reducatur ad pri-
mæuum ius antiquum 12. tabularum, quo filia à matris
ſucceſſione erat excluſa, vt dicit text. Inſtit. de Senatuſ-
conſ. Tertul. in princ. per quem ita in propoſito conſi-
derat Cur. iun. in conſ. 10. nu. 8. ver. Confirmantur prę-
miſſa, lib. 1.

44 Secunda † ratione confirmatur hæc intelligẽtia, quã
ſtatutum dicit dotatam a patre, matre, auo, vel auia, de
bere eſſe dote contentam, & ad bona eorum non habe-
re regreſſum, dum enim loquitur de ſucceſſione aui,
vel patris, intelligi debet, vt ſufficiat ab vno, & ſic ab
auo eſſe dotatam, ita vt à ſucceſſione etiam patris ex-
cludatur, cum fruſtra, viuente patre, de ſucceſſione aui
quæratur, vt dicit Petr. de Ancha. in concl. 167. incip.
Pro veritate col. 1. & ſic non poteſt dici ſtatuentes vo-
luiſſe excludere filiam à ſucceſſione dotantis tantum;
ſed fateri oportet dotatam à patre, etiam ab hæredita-
te matris excluſam remanere, vt per dictas rationes cõ
cludunt Cur. iun. & Brun. in citatis locis, etſi aliter in-
telligeretur ſtatutum, ſequeretur, quod ſi filia eſſet do-
tata a patre, ab eius hæreditate excluderetur, ſi poſtea
moreretur auus paternus, demum mater, & poſtremo
auus maternus, in omnibus tractaretur de ſucceſſione
eiuſdem feminæ, etſi ab omnibus non dotaretur, mor-
tuo patre dotante, alijs omnibus aſcendentibus ſucce-
deret, quod eſſet valde abſurdum, & contra mentem
ſtatuti, quod voluit, quantum potuit in maſculis diui-
tias conſeruare: Iccirco ne hoc inconueniens ſequatur,
dicendum eſt, quod quam primum filia, de vnius hære
ditate reperitur dotata, ab omnium ſucceſſione rema-
neat excluſa, ſecundum Soc. ſen. in conſil. 127. num. 9.
ver. Poſtremo, li. 4. quem ſequitur Menoch. in conſil. 3.
num. 13. ver. Quinto, li. 1. & conſequenter quod dota-
ta a patre, matri non ſuccedat, vt dicunt Doctores in
citatis locis, & late proſequitur Meno. in d. conſ. 3. *per
totum*, lib. 1.

45 Tertio † etiam oſtenditur intentionem ſtatuentium
fuiſſe, dotatam excludere a quolibet dotetur, ex rubri
ca eiuſdem ſtatuti, in qua dr̃, ꝙ filiæ dotatæ ſtent dote
contentæ, nec poſſint ad bona paterna habere regreſsũ
dum enim dicit. Vt filiæ dotatę, nec exprimit à quo, ſta
tutum loquitur in rẽ, ideo a quouis filia dotetur, exclũ-
ditur a ſucceſſione paterna, vt poſt Pau. de Caſt. Anch.
& alios dicit Dec. in l. vt liberis, nu. 8. C. de collat. & in
terminis Cur. iun. in d. conſ. 65. nu. 2. ver. Ego tamen, &
Alcia. in conſ. 57. nu. 6. ver. Idem quãdo. Quoties enim
ſtatutũ excludit dotatam, ſed non dicit, à quo dotetur,
& ſic loquitur in rem, ſufficit ab vno eſſe dotatam, vt
ab hæreditate omnium nominatorum in ſtatuto exclu-
datur, vt etiam oſtendit Georg. Natt. in tract. de ſtat.
quod ſtant. maſcu. q. 4. princ. nu. 10. & ſeqq. Coniungẽ
do igitur verba Rubricæ cum verbis nigri, dicendum
eſt, quod filia dotata a patre, à ſucceſſione omnium in
ſtatuto nominatorum excludatur, nam Rubrica loqui-
tur in rem, nec vim facit a quo dotetur, & ſic a quouis
filia dotetur, excluditur. Et licet Rubrica loquatur de
ſucceſſione paterna, & nigrum loquatur de dotata à pa
tre, matre, fratre, auo, vel auia, non propterea tollitur
virtus verborum generalium poſitorũ in rubrica, quæ
loquuntur in rem. Sed coniungendo verba rubricę cum
46 nigro, † cum ex rubrica poſſit ſumi argumentum ad
deciſionem cauſarum vltra contenta in ea, iuxt. notata
per Bar. & alios communiter in l. 1. ff. ſi cert. pet. Paul.
de Caſt. in conſ. 83. nu. 4. lib. 2. Crau. conſ. 61. nu. 1. li. 1.
Rub. Alexand. conſ. 16. nu. 7. & 9. Cur. iun. qui de com-
muni teſtatur conſ. 5. nu. 15. lib. 1. & optime conferunt
notata per Tob. Non. conſ. 17. nu. 2. 3. & 5. Dicendum
47 eſt, † quod filia dotata a patre, matre, fratre, auo, vel
auia, vel etiam à quocumque alio, vt important verba
Rubricę, non ſuccedat in bonis paternis, nec maternis,
neque aliorum in ſtatuto nominatorum, prout etiam
in terminis conſiderat Cur. iun. in d. conſ. 65. num. 2. in
fi. & nu. 3. vſque ad finem conſilij lib. 1. quem pro limi-
tatione regulæ contrarię ſequitur Alcia. in conſ. 57. nu.
6. ver. Idem quando, & idem ſentit Paul. de Caſt. in d.
conſ. 83. nu. 4. li. 2. & eorum opinioni ſubſcripſit Meno.
in d. conſ. 3. nu. 15.

Quarto confirmantur prædicta ex alijs verbis ſtatu
ti, quia dum diſponit, quod filia dotata, ſtet dote con-
tenta, nec poſſit ad bona paterna, materna, aui, vel
auiæ habere regreſſum, ſatis a ſucceſſione præfatorum
filia excluditur, & nihilominus ſubiungitur: Vel ali-
quid petere occaſione hæreditatis alicuius dictarum
perſonarum, quæ verba, Vel alicuius, ne ſtent ſine
effectu

Digitized by Google

effectu aliquid operandi, intelliguntur adiecta, vt clarius demonſtretur, vt dotata ab altero nominatorum, non ſuccedat alijs, ſecundum Corn. in conſ.323. col. penul. Et in ſimilibus terminis lib.3. quem ſequitur Alciat. in conſ.57. num.6. & idem, ſtantibus dictis verbis, ſentit Alber. Brun. in d. art.8. num.70.

48 Nec obſtant, adducta ſupra in contrarium, † quoniam opinio Baldi, & ſequacium procedit in ſtatuto ſimpliciter loquente, non autem quãdo elicitur ſtatuentes voluiſſe excludere filiam dotatam etiam ab hæreditate non dotantis, prout declarant Alex. in conſil.29. in fin. ver. Nec obſtat, lib.1. Dec. conſ.634. num.3. Corn. conſ.323. col. fi. verſ. Non obſtant adducta lib.3. & alij ſupra adducti in fundamentis factis contra Do. Lauiniam. Et eodem modo reſpondetur illis, qui Baldi opinionem ſequuntur in caſu, in quo ſtatutum dinumerat perſonas tam reſpectu dotationis, quam ſucceſſionis, cum eorum opinio, ſi vera eſſet, poſſet habere locum, quando nulla eliceretur coniectura ad oſtendendum ſtatuentes voluiſſe filiam dotatam ab vno, à ſucceſſione omnium excludi, ſecus ſi contrariæ coniecturæ ex ſtatuto eliciuntur, prout in caſu ſtatuti, de quo agitur, elici ſatis ſupra demonſtraui. Et hæc reſponſio tollit

49 obiectum, † licet poſſet etiam dici quod quando perſonæ dinumerantur etiam per alternatiuam, nõ ſit omnino tuta illa opinio Anchar. in conſilio 79. & ſequacium cum contrariam, vt filia dotata ab vno ex nominatis in ſtatuto per alternatiuam, ab omnium ſucceſſione ſit excluſa, firmauerint Bal. & ipſe Anch. quos refert, & ſequitur Cor. in conſ.123. num.4. lib.2. conſ.42. nume.6. lib.4. & conſ.323. nu.6. ver. Et in ſimilibus, li.3. Cur. iu. d. conſ.10. nu.10. quem ſequitur Mandel. de Alba cõſ. 98. in ſecundo dubio, & aliqui ex relatis ab Ant. Gab. in ſuis concl. in ti. de ſtat. concl.5. num.2. alijque multi allegati per Menoch. in d. conſ.3. nume.17. ver. Nono, qui per totum conſilium hanc opinionem contra Ancharanum defendere conatur tamquam veram, & magis communem, & ſub nu.28. & ſeqq. cõtrarijs reſpondet. Sed quia ſtatutum dinumerat perſonas, a quarum ſucceſſione filia excluditur, & conſtat etiam ſtatutum voluiſſe dotatam ab vno, ab alterius ſucceſſione repelli rationibus ſuperius adductis, quamuis admitteretur veriorem eſſe opinionem Anch. in d. conſ.79. nõ propterea noceret, ſed ea non obſtante, firma manet in caſu noſtro dicta concluſio, vt D. Lauinia a patre dotata, ſit etiam à ſucceſſione matris penitus excluſa.

Domina Lauinia contra quam reſpondi, nihil petijt in iudicio, & ideo cauſæ prædictæ nulla fuit facta deciſio.

ARGMENTVM.

Statuta Piſauri, & Aſſiſij, quæ excludunt feminas à ſucceſſione, an locũ habeant reſpectu bonorum exiſtentium in territorijs ſtatuentium cõtra feminas forenſes, maxime quando defunctus, & filius maſculus, qui vult ſuccedere, erant forenſes.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Piſauri, & Aſſitij excluſiuum feminarum reſpectu bonorum, quæ ſunt ſita in locis ſtatuẽtium, locum habet etiam contra feminas forenſes, & in fauorem maſculi forenſis. Sed contra infra per totum.*

2 *Forenſis ſtatutis non ligantur.*

3 *Statuta, quæ mulieres à ſucceſſione excludunt, in rem loquuntur.*

4 *Statuta, quæ loquuntur in rem quoad bona ſita in locis ſtatuentium, ligant forenſes, ceteraſque perſonas ſtatuentibus non ſubiectas.*

5 *Statuentes quoad bona ſita in eorum territorijs habent poteſtatem ſtatuendi. Declaratur nu.28.*

6 *Statutum excluſiuum feminarum ſiue loquatur in rem, ſiue in perſonam, afficit mulieres etiam forenſes, cũ principalis intentio ſtatuentium ſit diſponere de bonis, ſed de perſonis in conſequentiam. Sed contra nu.17.21.29.*

7 *Statutũ excluſiuum feminarum propter maſculos, habilitat etiam maſculos forenſes, & illi ſtatuti beneficio vtuntur. Sed contra num.34.*

8 *Statuta excluſiua feminarum propter maſculos, quæ generaliter loquuntur, ad forenſes nõ extendũtur. Et nu. ſeq.*

9 *Statutum quantumcumque generale, nõ includit perſonas iuriſdictioni ſtatuentium non ſubiectas.*

10 *Mens ſtatuentium ex præfatione colligitur.*

11 *Præfatio oſtendit cauſam finalem diſpoſitionis.*

12 *Statutum excluſiuum feminarum conditum fauore ſubiectorum, locum non habet, quando ratio ab eo conſiderata ceſſat.*

13 *Statuti mẽs, ac eius diſpoſitio ceſſat, cum eius ratio locum non habet.*

14 *Statuta excluſiua feminarũ, quando tam ad excluſionem, quam incluſionem diriguntur ad perſonas eas inhabilitando, ſeu habilitando, in perſonam concepta dicuntur.*

15 *Statuti vires extra territorium non extenduntur.*

16 *Statuentes non poſſunt ligare forenſes, etiam ſi in loco ſtatuentium bona poſſiderent.*

17 *Statutum excluſiuum feminarum, loquens in perſonã, non excludit mulieres forenſes etiam quo ad bona ſita in loco ſtatuentium, ſecus ſi in rem. Et nu.21.31. & 32.*

18 *Forum ſortiri, & ſtatutis ligari à pari procedunt.*

19 *Forum quis ſortitur in loco originis.*

20 *Mulier etiam forenſis ſortitur forum viri.*

22 *Statuta ſolent fieri ad commodum, & vtilitatem ſubiectorum ſtatuentibus, non autem forenſium.*

23 *Commoda eum ſequi debent, quem ſequũtur incommoda.*

24 *Forenſis non vtitur beneficio ſtatutorum, cum onera in loco ſtatuentium non ſuſtineat.*

Nec ſufficeret ſi onera realia tantum ſuſtineret. nu.27.

25 *Maſculus forenſis non vtitur beneficio ſtatutorum ad excluſionem feminarum reſpectu bonorum, quæ ſunt ſita in loco ſtatuentium.*

Et de ratione num.26.

30 *Statutum excluſiuum feminarum, quãdo excludat mulieres forenſes, & quando non.*

32 *Statutum excluſiuum feminarum non extẽditur ad bona ſita extra territorium ſtatuentium.*

33 *Doctores illi ad faciendum communem opinionem allegari poſſunt, qui articulo diſcuſſo aliquid in terminis cõcludunt, non autem illi, qui aliquid perfunctorie dicunt ad colorandum eorum opinionem.*

CONSILIVM XI.

MAGISTER Paulus Raſtellius Peruſinus nuptui tradidit Do. Lucretiam filiam Alexandro pariter Peruſino, quã in certa quantitate dotauit. Deceſſitque ſuperſtitibus filijs maſculis, & Lucretia femina, relictis etiam multis bonis ſtabilibus in territorio Peruſino, Piſaurenſi, & Aſſiſienſi. Lucretia dotata vigore ſtatuti Peruſini Rub.45. libro ſecũdo, per exiſtentiã maſculi erat excluſa prçter quam a ſupplemento congruæ dotis vſque ad quantitatẽ legitimæ. Sed per ſtatuta Piſauri, & Aſſiſij mulier

dotata

dotata in totum excluditur,& debet eſſe dote conten-
ta. Et quia mortuo magiſtro Paulo, Domina Lucretia
petijt ſupplementum congruæ dotis vſque ad quanti-
tatem legitimæ,& iudiciũ pendet coram Auditoribus
Rotæ Peruſinæ. Quæritur an illud conſequi poſſit etiã
in bonis,ſitis in territorijs Piſauri,& Aſſiſij,preſuppo-
ſito quod ſtatuta dictorum locorum etiam a dicto ſup-
plemento mulierem dotatam excludant.

1 Et videtur dicendum,†ſtatuta Piſauri, & Aſſiſij re-
ſpectu bonorum, quæ ſunt ſita in locis ſtatuentium, in
præiudicium Dominæ Lucretiæ Peruſinæ vires por-
rigere.

Primo, quia etſi ſit forenſis à ciuitatibus Piſauri, &
2 Aſſiſij † forenſiſque ſtatutis non ligetur, iuxta notata
communiter per Doctores in l. cunctos populos, C.de
ſumm. Trin.in cap. 1. de conſtit. & per Alber.Brun. in
3 conſ.20.nu.5.& ſeqq.Attamen ſtatuta,†quæ mulieres
à ſucceſſione excludunt, & conſequenter a bonis illius
territorij,in rem loquuntur, cum diſponant bona inter
maſculos conſeruari. Cephal.in conſ.309.num.53. &
4 ſeqq.lib.3.& late Nat.in conſ.148.& 149.lib.1.† ſtatu
ta autem,quæ loquuntur in rem,quoad bona ſita in ter
ritorijs ſtatuentium,ligant etiam forenſes, & alias per-
ſonas non ſubiectas.Bar.in l.1.nu.42.C.de ſum.Trinit.
quem ibi ſequuntur Bal. Paul.de Caſtr.Alex.Iaſ.& alij
omnes,& multi alij allegati per Ceph.in conſ.53.n.43.
& ſeq.lib.1.& Burſat.in conſ.75.nu.10.vbi de cõmuni
teſtatur,& in conſ.59.n.37.& ſeq.lib.1.& alij fere om-
5 nes infra allegandi ea ratione, quia ſtatuentes † quoad
bona ſita in eorum territorio,auctoritatem habent ſta-
tuendi,l.pupillo,ff.de tut.& cur.dat.ab his,l.2.C.de ex
cuſat.tut.l.Titium,& Meuium, §.tutores, ff.de admi-
niſtr. tut. Alex.in conſ.44.in prin.lib.5.

Secundo ſi ſtatuta prædicta, quæ ſtantibus maſcu-
lis, feminas a ſucceſſione excludunt, eſſent perſonalia,
& in perſonam loquerentur,quo caſu concluditur mu-
lieres forenſes non afficere etiam quoad bona ſita in
territorijs ſtatuentium,iuxta not.per Barto.in d.l.cun-
6 ctos populos,nu.42.†tamen cum effectus, & principa-
lis intentio ſtatuti ſit diſponere de rebus ſui territorij,
præcipiendo illa inter maſculos, & in familia conſer-
uari, & ad feminas non peruenire, ipſa bona, ſunt at-
tendenda, de quibus principaliter diſponitur, non au-
tem quomodo ſtatutum loquatur,cum perſona in con-
ſequentia lædatur, quod non habetur in conſideratio-
ne,& ideo quoad illa etiam mulieres forenſes afficit,vt
in terminis declarant Nat.in d.conſ.148.& 149. lib.1.
& in conſ.581.num.23.lib.3. Socin.iun.conſil.25.ma-
xime nu.12.lib.3.& poſt Alber.Brun. & alios Ceph.in
d.conſ.309.num.47.& ſeqq.lib.3.alios huius ſententię
adducentes.

Tertio, etſi multa alia fundamenta pro hac opinio-
ne poſſent adduci, nihilominus quia latiſſime compro-
batur à Doctoribus mox allegandis, ſequenda videtur
ob auctoritatem eorum, qui illam ſequuntur, cum il-
lam contra mulieres dotatas pro maſculis tenuerint
Iac.de Rauen.Cin.Guliel. de Cun.Rain. & Salic. quos
refert,& ſequitur Franc.Becc.in conſ.62.nu.23.Alex.
in conſ.19.lib.6.addit.ad Alex.in conſ.44.in littera A.
lib.5.Bald.in d.l.cunctos populos,nu.89.& in l.2.nu.7.
C.quæ ſit long.conſuet. Corn.conſ.115.& conſ.202.
lib.2.conſi.162.conſ.268.in fin.lib.3.Petr.de Anch.in
c.canonum ſtatuta,quæſt.12.princ.de conſtit.qui dicit
ita conſuluiſſe Bald. in quodam conſilio. Alber. Brun.
in d.tract.quod ſtant.maſcul. art.6.q.1.à num.4. vſque
ad num.21.& art.8.q.25.Tob.Non.conſil.1.num.57.
Crau.conſ.201.num.14.& 15.& conſ.271.col.2.nu.2.
lib.2.Nat.de ſtat.quod ſtant.maſcul.q.4.prin.q.10.nu.
58.& late conſ.148.& 149.lib.1.Pariſ.conſ.84.nu.45.
lib.1.Rim.ſen.conſ.246.nu.22.lib.2.Port.Imol.conſ.
127.nu.2.& 3.Rub.Alex.in conſ.71.in fin. Et iſtam in
Gallia de conſuetudine ſeruari teſtatur Tiraq. in tract.
de iure primog.q.46.nu.32. Et hanc cõem eſſe teſtan-
tur Alex.conſ.16.& conſ.128.lib.1.Goz.conſ.49.Cur.
iun.conſ.5.nu.42.lib.1.Grat.conſ.21.nu.30.lib.1.Soc.
iun.conſ.62.n.2.& conſ.25.in 1.dub.lib.3. Mandel.de
Alba conſ.50.nu.5.Ceph.conſ.309.per totum,lib.3.

Et quamuis maſculus quoque ſit Peruſinus, & ſic
Forenſis à dictis ciuitatibus, & dici poſſit, quod ſi ſta-
tuta prædicta extenderent vires ad excluſionem dictæ
feminæ, nihilominus maſculus Forenſis non poſſet vti
beneficio dictorum ſtatutorum, cum ſtatuta forenſi-
bus non proſint,l.fin.C.de ſumm.Trinit.& fid. cathol.
7 Hoc non nocet, † quia ſicut, vt ſupra concluſum fuit,
ſtatutum extendit vires contra mulieres forenſes ex-
cludendo,quod odioſum eſt,multo magis debet foren-
ſes maſculos includere,quod fauorabilius eſt, vt in ter-
minis tenent Natt. conſ.148.nu.1.& 3. & conſ.149.in
fin.lib.1.& in conſ.581.nu.23.lib.3.poſt Soc.ſen.conſ.
292.lib.2. Alex.conſ.111.lib.7.& addit.ad eum in cõſ.
41.in littera A. eodem lib. Mandel. de Alba conſil.50.
per totum,maxime ſub nu.6.& 7.& late Cephal.conſ.
309.nu.76.& ſeqq.lib.3.

Iſtis non obſtantibus arbitror de iure reſpondẽdum
dicta ſtatuta non habere locum contra Dominam Lu-
cretiam.

Primo,quia Do.Paulus, de cuius hæreditate agitur
D.Lucretia femina,& filius maſculus D.Pauli,ſunt Pe-
rulini, & conſequenter forenſes a dictis ciuitatibus Pi-
8 ſauri,& Aſſiſij. Et quia dicta ſtatuta †generaliter,& in-
definite propter maſculos excludunt feminas a ſucceſ-
ſionibus. Nec declarauerunt ſtatuentes de quibus femi-
nis,& maſculis intellexerint,an ſcilicet de ſubiectis tan-
tum, vel etiam de forenſibus, in dubio ad forenſes non
extenduntur,nec de eis ſtatuentes intellexiſſe preſumun-
9 tur,†ſtatutum enim quantumcumque generale non in-
cludit perſonas,iuriſdictioni ſtatuentium nõ ſubiectas.
Bal.in l.omnes populi,ff.de iuſt.& iur. Soc.ſen.in conſ.
74.nu.11.lib.1. Gozad.conſ.76. nu.12. Sed eius verba
generalia intelligũtur de omnibus, exceptis non ſubie-
ctis,Silu.conſ.73.nu.4.Rim.ſen.conſ.313.nu.13.lib.2.
& poſt eos Burſat.conſ.186.n.33.li.2. & ita firmant in
iſtis terminis Ioan.Crot.in repet.l.omnes populi, num.
244.ff.de iuſtit.& iure.Alex.in conſ.44.col.4.num.11.
ver.Nec ad hoc obſtat,lib.5.& in conſ.128.col.3.verſ.
Tertio adducitur, lib. 1. poſt Petr. de Anchar. & alios
Crau.conſ.201.nu.18.lib.3.Barbat.conſ.75.col.3.verſ.
Iſtis nunc præmiſſis,lib.3.& poſt alios Rolan.a Valle
tract.de lucr.dot.q.36.num.2.3.4.& 11.qui Ioan.Mo-
nach. Anton. de Butr.& quam plurimos alios allegat.
Fortiuſque id admitti debet reſpectu ſtatuti ciuitatis
Aſſiſij, in cuius principio dicitur. Ad conſeruationem
iurium cuiuſlibet de ciuitate,& comitatu Aſſiſij. Quæ
verba oſtendunt mentem,& intentionem ſtatuentium
fuiſſe ſtatutum illud condere ad vtilitatem ſubiecto-
10 rum tantum,non autem forenſium,& † talis mens ex di-
cta præfatione colligitur. Anan. conſil.4. num.2. Dec.
qui multos allegat in conſ.386.col.penul.num.7.& de-
11 ciſ.Pedemon.20.nu.4.& prefatio† oſtendit etiam cau-
ſam finalem,ex qua ſtatuentes ad ſtatutum condẽdum
fuerunt moti,l.fin.ff.de hæred.inſtit.Bartol.in l.1.ff.ad
Maced.Alex.conſ.20.lib.1.Pariſ.conſ.12.nu.96.lib.2.
12 & Tob.Non.in conſ.10.num.7.† & cum vtilitati illo-
rum de comitatu Aſſiſij, quæ fuit cauſa condendi ſta-
tutum,non derogetur,ſi ſtatutum prædictum non ope-
ratur effectum ſuum,tam ad excluſionem feminæ, quã
incluſionem maſculorum forenſium, diſpoſitio dicti
ſtatuti in preſenti caſu locũ non habebit ad excluſionẽ

Dominæ

Dominæ Lucretiæ, & incluſionem maſculi Peruſini,
vt not.dixerunt Rip.in reſp.4.n.11.in tit.ff.de iur.nat.
gen.vel ciuil.qui fere in terminis loquitur. Soc.ſen.con
ſil.128.nu.5.li.4.Rim.iun.conſ.15.nu.66.& 67.lib.1.
& facit quod voluit Tob.Non.in conſil.12. nume.10.
13 & 11. † dum dixit ceſſare mentem ſtatuti, ac eius di-
ſpoſitionem, cum eius ratio ceſſat.

Secundo, quia ſtatutum Piſaurenſe diſponit, quod
patri, vel auo decedenti, filij maſculi, vel nepotes in hę
reditate defuncti integre ſuccedant, excluſis filiabus ſe
minis, ſtatuto autem Aſſiſij cauetur, ꝙ mulier dotata
non poſſit recurrere, vel venire ad hæreditatẽ, vel ſuc-
14 ceſſionem perſonæ dotantis. † Quæ verba tã ad exclu-
ſionẽ feminarum, quam incluſionem maſculorum diri
guntur ad perſonas, non ad bona, cum ipſas perſonas
inhabilitent, & habilitent, reſpectiue ſtatuta ipſa perſo
nalia, & in perſonam concepta dicũtur, vt in terminis
not.Bar.in d.l.cunctos populus, n.42. quẽ ibi Io.Crot.
Alex.& alij omnes ſequuntur. Alex. in conſ.44.col.1.
& 2.maxime, nu.6.& 14.li.5.& in conſ.128.col.3.ver.
Et primo, lib.1.Corn.conſ.162.col.2.ver. Et verba, li.
3.Ruin.conſ.195.nu.4.li.2.& conſ.49.nu.5.li.3. Paul.
de Caſtro, conſ.32.n.2.li.2. & in fortioribus terminis
Dec.in c.Eccleſia S.Mariæ, nu.267. & 268. de Conſt.
Barb.in cõſ.75.col.6.verſ. Cũ ergo, li.3. hęc tenent om
nes infra in quarto fundamento allegandi. Idcirco cũ
ſtatuta ſint perſonalia, & in perſonam concepta, etſi
colligeretur mentem ſtatuentium fuiſſe forenſes com-
prehendere, eis nõ noceret, nec prodeſſet ẽt quoad bo
15 na ſtatuẽtibus ſubiecta, † cum vires ſtatutorũ extra ter
ritorium non extendantur, l.extra territorium, ff.de iu
riſd.omn.iud.l.1.in princ.à contrario ſenſu, & ibi Do-
ctor.cõiter, C.de ſum.Trin.& fid.cathol. c. vt anima-
16 rum, de conſtit.lib.6.Ceph.conſ.414.nu.36.li.3. † Nec
forenſes ligare poſſint, l.1.in fi.ff.de tut.& cura.dat. ab
his, l.etiam, ff.de tutel.l.neque, C. qui dar. tut. poſſ. Et
hoc licet in territorio ſtatuentium forenſes bona poſſi
derent, l.libertus, §.ſola, ff.ad municip.l.reſcripto. §. fi.
17 ff.de muner. & bonor. † Et quod ſtatutum loquens in
perſonam, non noceat forenſibus ẽt quoad bona ſita in
territorio ſtatuentium, tenuerunt Inno.in c.poſtulaſti,
de for.compet.quem ſequitur Ang. in l. hæres abſens,
§.1.col.pen.in fi.ff.de iud.Crau.conſ.271. col.1.& 2.li.
2.Rip.reſp.4.n.14.in ti.ff.de iu.gent.& ciu.Rol.à Val.
in tract.de lucr.dot.q.36.Tiraq.de leg. connub. gloſ.9.
q.27.nu.225.Corn.conſ.152.col.2.lib.1.Rim.iun.con
ſil.15.nu.69.li.1.

Tertio mulierem iſtam non ligari à prædictis ſtatu-
18 tis oſtenditur, † quia ſtatutis ligari, & forũ in loco ſor-
tiri à pari procedũt. Doctores in rub. extr.de conſuet.
gloſ.& Doct.in c.ꝙ clericis, de for.comp. Bar. Bal. &
alij in l.1.C.de ſum.Trin.& fide cathol. Soc.ſen.conſi.
271.col.2.nu.5.li.2. & Ceph. poſt multos, conſil.414.
nu.4.li.3.& alibi paſſim. Sed D.Lucretia in dictis locis
19 forum non ſortitur. Tum † quia eſt origine Peruſina,
& in loco originis quis forum ſortitur, l.origine, C. de
municip.lib.10.Bar.in l.aſſumptio, §.filius, ff.ad muni-
cip.Soc.ſen.d.conſ.271.nu.4.in fi. Tum etiam, quia eſt
20 nupta Alexandro pariter Peruſino, † cuius forum, etſi
forenſis fuiſſet, ſortiretur, l.1.C.de mulier.& in quo lo
co, lib.10.Bar.in l.fin.ff.de iuriſd.om.iud.& Brun.li.3.
de decret.& conſtit. verſ. Vxor. & verſ. Tertio. Ergo
nec ſtatutis illorum locorum ligatur, & ita in terminis
argumentatur Alex.d.conſ.44.col.3.nu.10.li.5.& Ro
lan.à Val.in d.tract.de lucr.dot.q.36.nu.6.

Quarto ad id dicundum moueor auctoritatibus eo-
21 rum, qui in terminis concludunt ſtatutum † excluſiuũ
feminarum, quod in perſonam loquitur, diſponens, ꝙ
mulier dotata non ſuccedat, non excludere mulieres
forenſes etiam à bonis ſitis in territorio ſtatuentium,
neque eis aliquo modo obeſſe, quam tenuerunt Barto.
in d.l.cunctos populos, nu.42.C.de ſumm. Trin. Alex.
in d.conſ.44.per totum, li.5.qui allegat Petr. Cin. Pet.
de Anch.in c.canonum ſtatuta, de conſtit. Ruin.conſi.
192.nu.15.conſ.195.nu.4.5.& ſeqq.li.2.conſ.120.nu.
18.li.1.conſ.48.in 2.dub.nu.4.& ſeq.& conſ.49.col.1.
& 2.lib.3.Imol.in c.quod clericis, col.3.verſic. Et per
hoc, de fo.comp.& in c.cum olim, in fi.de cler. coniug.
Ab.in d.c.qđ clericis, nu.32.& ſeq.& ibi Barb. col.14.
Petr.de Anch.conſ. mihi 168.Viſis, col. fin. Franc. de
Rampon.inter conſ.Cald.conſ.34. in tit.de teſta. Bal.
conſ.460.nu.2.lib.1. vbi dicit, ſtatuta non ſubiectis ſi
ſunt realia nocere in rebus territorij, & non in alijs: ſi
aũt perſonalia in neutris nocere, & ibi loquitur in ma-
teria ſtatuti excluſiui feminarũ à ſucceſſione. eamdem
opinionẽ tenent Cald.in conſ.17.in tit.de Conſt.Fel.in
c.poſtulaſti, col.2.nu.4.de fo.comp.Franc.Aret.in d.l.
cunctos populos, col.pen.Pariſ.conſ.12.nu.11.& conſ.
53.nu.86.li.3.vbi allegat pro ea Caccialup. in d.l.cun-
ctos populos, & alios, Signor.de Homod.cõſ.166. col.
3.idem ſentit Io.de Anan.conſ.4.nu.3.quem ſequitur
ibi in ſubſcriptio.Lud.Bologn. Mart. Laud.de primo-
gen.q.29.ver. Sed pulcherrimus eſt, idem ſentit Natt.
in tract.de ſta.quod ſtant.maſc.q.4.princ.q.10. nu.58.
Dec.conſ.276.nu.2.ver. Secundo. Ioan.Crot.in repet.
l.omnes populi, nu.244.ff.de iuſt.& iure. Ioan. Cirier.
in tract.de primogen.q.10.nu.8.li.2.Alcia.conſ.200.p
totum, maxime ſub nu.3.Ceph. in conſ.161.nu.10. &
ſeqq.pluribus.& conſ.278.in fi.li.2.Bero.q.117.per to
tam.Burſ.conſ.8.nu.34.lib.1. Anto. Gabr.in ſuis con-
cluſ.in tit.de ſta.concl.9.nu.11.& ſeq. Hieron. Alb. in
conſ.20.in 2.dub. n.3.& 4.& hanc opinionẽ ſequũtur,
& communem eſſe teſtantur Barba.conſ.75.per totũ,
lib.3.Roch.de Curt.in c.fi.col.255.nu.718. de Conſt.
Corn.conſ.94.in 2.dub.nu.9. lib.2.qui Ioan. Andr. &
Bald.pro ea allegat Iaſ.conſ.80.col. pen. & fin. lib. 3.
Soc.ſen.conſ.288.in 1.dubio vſque ad nu.15.li.2.Rol.
à Vall.conſ.24. à nu.17.vſque ad fi.lib.3.qui etiam ſub-
dit opinionem iſtam in iudicando ſequendam eſſe, ad-
ducitque Specu.Io.And.Henric.Boic.& Pet.Ioan.qui
omnes in terminis his noſtris concludunt mulierem ſo-
renſem à ſimili ſtatuto non excludi etiam quoad bona
ſita in territorio ſtatuentium.

Quinto quoniam filius maſculus dicti magiſtri Pauli
22 eſt pariter forenſis, & ſtatuta † ſolent fieri ad commo
dum, & vtilitatem ſubiectorum ſtatuentibus nõ foren
ſium, l.1.C.de ſumm.Trin.& l.Imperiales, C.de nupt.
Soc.iun.conſ.80.n.9.li.4. Et qui legibus illorum loco-
rum non ſunt ſubiecti, illorum beneficio non vtuntur,
vt habetur in l.fi.C.de ſum.Trin.& fide cath.ibi, ęquũ
quippe eſt, vt qui noſtris minime obedientiã accõmo-
dant ſtatutis, ab eccleſijs habeantur extorres, ea rõe ſe
cundũ Hier.Alb. in conſ.20.nu.1. quia explorati iuris
23 eſt, † cum commoda ſequi debere, quẽ ſequuntur incõ-
moda, iux.tex.in l.ſecundũ naturã, ff.de reg. iu. & in c.
qui ſentit, eo.ti.li.6. Iſte maſculus, qui ad excluſionem
D. Lucretiæ beneficijs dictorum ſtatutorum vult vti,
24 cũ † ſit forenſis, & onera in dictis locis non ſuſtineat,
non põt ẽt aliquod emolumentum ex ſtatutis dictorũ
locorũ conſequi ſecundũ Bar.in tra.repræſaliarũ. q.5.
prin.n.1.Pau.de Caſt.in l.omnes populi, in fi.ff.de iuſt.
& iu.poſt Ang.& Bal. quos allegat Rom. conſ.224. in
fi.ver. Tertio Ang.conſ.73.Bal.in Auth.nõ oino, n.21.
& ſeq. C.ne vxor pro marit. Alex.conſ.44.col.3. nu.9.
lib.5.Burſ.conſ.36.nu.10.li.1.qui allegat Afflict.Boer.
& alios. Hippo.de Marſ.ſing.253.Barb.pro cõi conſi.
75.col.6.ver. Tertio, li.3.Natt.conſ.46.nu.5.li.1. Rol.
à Val.de lucr.dot.q.36.nu.12.ver. Quarto, & cõſ.79.

nu.3. & ſeq.lib.3. Dec.in c.Eccleſia S.Mariæ, nu.219.
25 de Conſtit.Pariſ.in conſ.34.col.3.li.3.†& in terminis,
quod ſtante ſtatuto excluſiuo feminarum maſculus fo-
renſis non poſſit vti eius beneficio ad excluſionē femi-
næ ēt forenſis,ſed femina ſtatuto non obſtante, ſucce-
dat ēt in bonis ſitis in territorio ſtatuentiũ, reſponde-
runt Ruin,conſ.200.nu,11,& ſeq.& conſ.195. nu.10.
li.2. Alex,conſ.41.li,7. Bal.conſ.460.incip, Ioannes nu,
2.li.1. Pet.de Anchar,conſ.162. Viſis,col.2. vbi pro ea
adducit ēt Oldr, Iaſ.conſ.80.col,pen.& vlt.nu.3,lib.3.
Alber. Brun.in tract.de ſtatut.quod ſtant. maſcu. ar.6.
q.1.nu.3. qui pro hac opinione allegat etiam Bal.Guid,
de Suza.& Signor. Soc.ſen.conſ.128.num,1.& 2,lib.4.
Soc.iun.conſ.25.nu.13.ver. Præterea, lib.3. & melius
in conſ.49.nu,3.& ſeqq.li.4. vbi dicit pro iſta opinione
conſuluiſſe Io.de Imo.& eamdē opinionē ſequitur ip-
ſe Soc.iun,in conſ.80.lib.4. vbi n.14. & 17. poſt Corn,
Grat. Cagn. Dec.& alios de cōi teſtatur. Ioan. Crot.in
repet.d.l.omnes populi,nu.244.ff.de iuſtit. & iu. Pariſ.
conſ.53.nu.9.li.3. Tiraq.de iur. primogen. q.44.nu.4.
Barb. in conſ.51.nu,3, lib,2. qui allegat etiam Pau. de
Caſt.id in terminis firmantem,hanc ēt opin.cōem eſſe
teſtatur Pariſ.in conſ.12.nu.24.& ſeqq.li.3.& nouiſſi-
me Marzar,in conſil,14. vbi dicit hanc opinionem eſſe
veram, & communem, Burſat.conſ.8,nu.26. & ſeqq.
li.1. Hier. Alba conſ.20. in 1. dub. & opinionem iſtam
firmauit etiam Rot, Rom.anno 1580. die 21, Octobr,
in cauſa ciuitatis Caſtelli ſupplementi legitimæ de Vi-
tellis coram R. P. D. Brauo. Quam ego veriſſimā pu-
26 to,† quia ſtatutum feminarum excluſiuum editũ,cen-
ſetur vt ſalua ſit familiarum dignitas, & iſta eſt princi-
palis ratio, Et quando ſuccedunt feminæ in præiudi-
cium forenſium, ceſſat ratio & mens ſtatuti, quæ fuit
conſeruare dignitates, & familias maſculorum ſubie-
ctorum,vt ſentit Soc.iun.in d.conſ.80.nu.8.lib.4. ideo
ceſſare debet etiã ſtatuti diſpoſitio, & ita in terminis
dicunt Soc.ſen.in d.conſ.128,nu.5.li.4.& Ioan. Crot,
in repet.d.l.omnes populi,num.244. ad fin. Propterea
maſculus forenſis beneficijs dictorum ſtatutorum ad
excluſionem feminarum non vtitur, nec iſte maſculus
vt ſtatutorum beneficio vti poſſet, iuuaretur, ſi in di-
ctis locis aliquid pro oneribus realibus perſolueret pro
bonis ibi ſitis, quoniam prætterquam quod de hoc non
27 conſtat,†non ſufficeret onera realia ſoluere,& ſuſtine
re,poſtquam perſona non eſt ſubiecta, prout in termi-
nis firmant Ruin.conſ.200.nu.12.li.2. Alex.conſ.111,
col.1.verſ, Et dato,nu.4.li.7. & Burſat. conſ.8. nu.30.
lib.1. Et quoniam ex iſtis ſatis intentio D. Lucretiæ iu
ſtificatur,multa,quæ in contrarium adducebantur,re-
mouentur, ſolum ſupereſt pro clariori reſponſione om
nibus particulariter reſpondere,

28 Non obſtat Primum,† nam licet ſtatuentes ſuper
bonis ſitis in eorum territorio ſtatuere poſſint, id pro-
cedit,qñ ſtatuti verba in rem concipiuntur, ſecus ſi in
perſonam ſint concepta, (vt in caſu de quo agitur) vt
ſupra in ſecundo fundamento deductum fuit.

Nec obſtat,dum ſecundo loco dicebatur, quod etſi
ſtatuta loquantur in perſonam,locum habeant ēt con-
tra forenſes, cum eorum effectus reſpiciat bona, præ-
29 cipiendo ea ad maſculos peruenire.† Reſpondetur Pri
mo, Doctores ibi allegatos loqui contra cōem, vt colli-
gitur ex deductis ſupra in quarto fundamento, & in-
fra in reſponſione ad tertium argumentum clarius ap-
parebit. Secundo dicitur, ꝙ illa Doctorum conſidera-
tio non eſt vera, quia ſtatuta principaliter diſponunt
de perſonis,inhabilitando feminas,& habilitando ma-
ſculos. Et licet in conſequentiam effectus dirigatur ad
bona,id non habetur in conſideratione, quia bona ve-
niunt, acceſſorie ad perſonas, vbi ſunt, nec bonorum
ratione poteſt fundari iuriſdictio ſtatuendi in forenſes:
erit igitur principaliter attendenda perſona,de qua ſta
tutum loquitur, an ſit ſubiecta, vel non, & non ipſa bo-
na,& ita reſpondet Pet.de Anch.in conſ.168. Viſis, in
fin, Alex.qui multos allegat in conſ.44.col.4.nu.11.&
ſeqq.lib.5. Rol.à Vall. in d.tract,d. Lucr.dot.q.36.nu.
11. Nec diſſentit Ceph.in conſ.309. in contrarium al-
legatus,immo ipſe cum hac opinione concordat, dum
ad aliud propoſitum, nu.25. & ſeqq.concludit, ꝙ qñ
agitur de vniuerſali iure ſucceſſionis,attenditur perſo-
na,quia res veniunt in conſequētiam, nec habentur in
conſideratione. Et quamuis in alio articulo inferius cō
trariũ dicat,tñ non reſpondet dicto fundamēto; Nec
verum eſt,ꝙ Doctores in contrarium allegati præſup-
ponunt perſonas mulierum excluſarum non affici,quia
immo afficiuntur,cũ inhabilitentur à ſucceſſione, quæ
erat eis debita de iure cōi, & ideo earum perſona ſatis
læditur,ipſæque redduntur incapaces, ꝙ ſtatuentibus
non permittitur reſpectu mulierum non ſubiectarum,
30 Tertio† aduertendum eſt,ſecundũ Calder.in conſ.4.
in ti,de teſta.ꝙ ſtatutum pōt diuerſimode loqui, qñq;
dē loquitur excludendo mulieres a bonis, & quia tunc
ſecundum eũ ſtatutũ conſiderat tñ effectũ acquiſitio-
nis,qui intra territoriũ ſtatuentium oritur,& de eo po
tuit diſponere,forenſem mulierem afficere poteſt, Qñ
vero ſtatutum loquitur excludendo mulierem ab hære
ditate, accipiendo hæreditatem pro quodam intelle-
ctuali,vel pro quodam iure, quod appellatur ſucceſſio
in vniuerſum ius deſuncti, ꝙ ipſum defunctum repræ-
ſentat,quia iſtud ius non clauditur loco,ſecundum Cal
derinũ,non potuit ſtatutum in præiudicium forenſiũ
diſponere tamquã de re exiſtente intra territorium,&
ideo ſtatutum illis non nocet,ēt ſi bona ſint ſita in ter-
ritorio ſtatuentium, Si vero ſtatutum priuat mulieres
a ſucceſſione,& tunc quia hæreditas,& ſucceſſio idem
important, & tamquam Synonima accipiuntur, con-
cludit ipſe, vt in ſecũdo capite, ꝙ mulier forenſis nō ex
cludatur,cũ ipſa ſucceſſio non claudatur loco, cuius re
ſpectu dici poſſit, ſtatuentes tãquam de re ſui territo-
rij diſponere potuiſſe. Vnde cum in occurrenti caſu di
cta ſtatuta excludant feminas ab hæreditatibus, & ſuc
ceſſionibus perſonarum dotantium,& ad dictas hære-
ditates,& ſucceſſiones admittant integraliter maſcu-
los, ſumus in ſecũdo, & tertio caſu diſtinctionis Calde
rini. Ideo ſtatuta illa D. Lucretiæ non præiudicabunt,
vt ipſe concludit,in d, conſ.34. cuius opinionem in di-
ctis duob. poſterioribus capitibus tñ ſequuntur Alex.
in conſ.44.col.2.lib.5.& late Barb.qui in eadem cauſa
cum Alex.conſuluit,in conſ.75. col,5.ver. Et ſi oppo-
natur,ll.3. & idem ſentit Ceph.pro contraria parte ad
ductus in d.conſ.309.nu.25. & ſeqq.lib.3.

31 Non obſtant† auctoritates eorum, qui pro contra-
ria opinione allegantur, quoniam magis communis
opinio eſt pro Domina Lucretia, vt deduxi ſupra in
quarto fundamento huius partis, quod clariſſime ap-
paret, cum longe plures illam ſequantur, & recte pon
derando Doctores pro contraria parte adductos, ma-
ior pars eorum non nocet. Et primo Alexand. conſilio
16. colum.1.& conſil.128.lib.1. nihil firmat in noſtro
32 articulo,ſed tantum dicit,†quod ſtatutum non exten-
ditur ad bona ſita extra territorium, quod non repu-
gnat, immo videtur hanc opinionem confirmare in
fauorem Dominæ Lucretiæ, cum validum ſit argu-
mentum de rebus ad perſonas. Et ſi ſtatutum non
extendit vires ad bona ſita extra territorium in præ-
iudicium ſubiectorum,vt dicit Alexand. & communi-
ter tenetur, quomodocumque loquatur ſtatutum, vt
per Put. deciſ.351.lib.1. & Ioſeph. Ludou.in deciſ.
Peruſin.76.par.2. minus vires extendere debet quo-

ad

ad bona ſita in territorio ſtatuentium in præiudicium forenſium, vt aduertit Pau. de Caſt. in conſ.32.num.2. lib.2.& Ioan.Crot. in repet.d.l.omnes populi, nu.244. ff.de iuſt.& iur. Quod vero Alex.dicit in conſ.19.col. 2. lib.6.non nocet, quia conſuluit in caſu diuerſo ſuper ſtatuto, quod loquebatur in rē, & teſtator, qui debebat ſeruare ſtatuta, erat incola loci ſtatuentium, vt ipſe dicit col.2.nu.7.ver.Non obſtat ēt, & ver. Et iſta opinio, & ipſe in terminis, de quibus agitur, pro femina conſuluit in conſ.44.lib.5. Non obſtat Bal. in l.cunctos populos, n.89.& ſeqq.& in l.2.n.7.C.quæ ſit long.conſuet. quia tantum dicit ſtatutū non extendi ad bona extra territoriū, & de alio non diſputat, quòd vt dixi, non ſolū non nocet, immo facit pro D.Lucretia, & ipſe pro femina cōſuluit in alleg.cōſ.460.lib.2. Pari modo euitat̃, quòd dicit Corn. in conſ.115.& conſ.202.lib.2.qui tantum firmat non extendi ſtatuta ad bona extra territorium.

Illud autem, quòd dicit in conſ.162.lib.3.magis probat opinionem pro D.Lucretia, quam cōtrariam, cum aſſerat inclinare in fauorem mulieris, vt in fin. & ſupra n.6. Nihilque in contrariū concludit in alio conſ. 268. in fin.lib.3.Sed potius ſentit pro femina, & vt dicit col. 2.num.5.verſic.Secundum ſtatutum, ſuper quo conſuluit, expreſſe de non ſubdito loquebatur. Præterea non poteſt Corn. in contrarium adduci, quia hanc partē ipſe ſequitur in conſ.94.nu.9.lib.2.

Nec nocet Brun. in tract.de ſtat.art.8.q.25.ibi enim tantū quęrit, an extendatur ad bona extra territorium, & concludit, ꝙ non.rurſus in art.6. loquitur in caſu, in quo maſculus non erat forenſis, ſed femina tantum, & quando maſculus eſt forenſis, pro femina concludit in eo.art.6.n.3.Gozad.conſ.49.ſi recte aduertatur, diſputat principaliter, an ſtatutum extendatur ad bona alibi ſita, & dicit communem opinionem eſſe, quòd ſiue loquatur in rem, ſiue in perſonam, extenditur, tantum ad bona exiſtentia ſub iuriſdictione ſtatuentium, & nō ad alia. Quando vero quærit, an ſtatutum liget forenſem, concludit quod ſic, ea ratione, quia Genuenſis ille erat incola Regni Hiſpanię, & ſecundum conuentionē Genuenſes erant ſubditi, vt dicit nu.16.17.& 18.quę ceſſant in caſu, de quo agitur. Pet.de Anch. in c.canonum ſtatuta, poſt Bal. quem ipſe allegat, loquitur in diuerſo caſu, in quo maſculus, qui ſuccedere volebat, & defunctus, de cuius ſucceſſione agebatur, non erant forenſes, ſed Tudertini, & ſecūdum eū ſucceſſio defuncti debet regulari ſecundū eius leges, quæ rō facit pro D. Lucretia, cū magiſter Petrus, de cuius hęreditate agitur, eius filius maſculus, & ipſa femina ſint Peruſini, & forenſes à dictis locis: Et ſi ſucceſſio regulatur ſecundū leges Peruſinas, D.Lucretia habet intentū, vt conſiderat Barb. in d.conſ.75.col.pen.ver.Pręterea, lib.3. & ipſe Anch. pro femina conſuluit in iſtis terminis in conſ.168.Vitis. Grat.conſ.21.n.30.lib.1.loquitur de incola, non de Forenſi. Cur.iun.conſ.5.dicit cōem opinionem eſſe, quod attendatur ſtatutum loci, in quo defunctus domicilium habebat, ac maiorem partem bonorum, ꝙ facit pro D. Lucretia, quia D.Paulus defunctus domicilium, & maiorem partem bonorum Peruſiæ habebat, & ſecūdum ſtatutum ciuitatis Peruſię feminæ obtinere debēt Soc. iun.conſ.62.lib.3.loquitur in caſu, in quo maſculus, qui volebat excludere mulierē, poterat vti beneficio ſtatuti vigore priuilegij ſibi conceſſi, vt dicit, n.3.ſecundum opinionē Bruni, quem allegat. In alio conſ.25.lib.3.cōſuluit pro maſculo, ſubdito ſtatuentibus, & in maſculo forenſe, ſequendo opinionem Brun. in 6.art.nu.3.ſentit quod ſtatutū nihil operetur, vt ipſe dicit n.13.ver.Pręterea.Crau.conſ.201.num.15.& 18.lib.2.conſuluit in caſu, in quo ſtatutum expreſſe mentionem faciebat de forenſe, ꝙ dicit fieri poſſe expreſſe reſpectu bonorum territorij. Sed qñ generaliter, & ſimpliciter loquitur non audet firmare, ꝙ forenſes includātur, immo ſentit in generali diſpōne forenſes non comprehendi. Rurſus in conſ.271.lib.2.magis probant hanc opinionem, quā contrariā, dicit enim ſolitum eſſe tenere opinionem, ꝙ ſtatutū liget forēſes, & ſi in perſonam loquatur, quoad bona ſita in territorio ſtatuentium, quod ſecundum eū procedit, qñ perſonę imponitur collecta pro rebus, quo caſu ſtatutum afficit bona, & nō perſonam forenſium, ſecus ſi perſonam afficiat, vt caſu ſuo in quo ſtatutum prohibebat bona alienari ſine certa ſollemnitate, & cōtractum infringebat, tunc dicit ipſe, ꝙ etſi bona ſint in territorio ſtatuentiū, forenſis ſtatuto non arctetur, quin bona ſua alienare poſſit. Nat. in tract.de ſtat.quod ſtan. maſc.q.4.prin.n.10.inclinat in opinionē, ꝙ femina non excludatur, Ceph. in cōſ.309.lib.3.cōſuluit ſuper ſtatuto Ferrariæ, ꝙ obſeruabatur in caſtro Sancti Felicis, in quo cauebatur, vt oīa ſtatuta, ſcripta in perſonam, haberētur, ac ſi eſſent cōcepta in rem, & in caſu ſuo feminę, & maſculi non erant oīno forenſes, vt dicit n.65.76.& ſeqq. Pręterea auctoritas Cephali nō poteſt in contrariū allegari, quia pro femina tenet in conſ.161.n.10.& ſeqq.& in conſ.278.in fin.lib.2.Cin. pro vtraque parte allegatur. Pariſ. in conſ.84.n.45.lib.1.non poteſt cōtra Dominam Lucretiam adduci, quia contrarium conſuluit in conſ.12.nu.11.& in conſ.53.nu.86.lib.3.Tiraq. de iure primogen.q.46.n.32. ſolum aſſerit in Gallia ita ſeruari, nec aliquid ipſe firmat, immo in ea.q.nu.4.5.6. & ſeqq.videtur approbare diſtinctionem illam, an ſtatutum loquatur in rem, vel in perſonam.

Patet igitur ex iam dictis paucos in terminis, de qui-
bus agitur, ſequi opinionē contra feminam, Nec curan-
33 dum eſt de illis, qui perfunctorie aliquid dicūt, † qm̄ ad
faciendum cōmunem opinionem illi tātum Doctores
allegari poſſunt, qui articulo diſcuſſo, aliquid in termi-
nis concludunt, non autem illi qui aliquid perſunctorie
dicunt ad colorandum eorum opinionem. Nec princi-
paliter ex eo mouentur, ſed alijs fundamentis, & diuer-
ſis rationibus eorum intentionem probant, vt dicunt
Fulg.cōſ.102.col.3.Alc.de præſum.reg.1.præſum.51.
nu.4.Soc.iun.conſ.1.nu.143.lib.1.Tob. Non.conſ.48.
n.27.Ial.conſ.151.col.3.lib.4.& melius Burſat.cōſ.18.
nu.16.lib.1.Et quia etiā maſculus eſt forenſis, doctori-
bus ſupra allegatis pro hac parte in quarto fundamento
poſſunt addi omnes alij allegati in quinto fundamento,
& maxime Alb.Brun.Guid.de Suza.Soc.iun. Oldrad.
Tiraq.Grat.& Cagn.& conſequenter fateri oportet in
caſu noſtro, in quo ſtatuta non faciunt mentionem de
forenſibus, & defunctus, ac maſculus, qui vult ſuccede-
re, & femina, de cuius excluſione agitur, ſunt forenſes,
& in ciuitate Piſauri, & Aſſiſij domicilium nō habent,
& maior pars bonorū defuncti eſt in territorio Peruſi.
opinionem iſtam in fauorem feminæ magis communi-
ter approbari, cum in illis terminis pauci cōtradicant.

34 Quod † vero vltimo loco dicebatur maſculum iſtum
beneficijs dictorum ſtatutorū vti poſſe, tollitur ex his,
quæ ſupra in quinto fundamento adduxi, in quo oſtēdi
in contrarium adeſſe opinionem magis communem:
Quæ eo magis ſequenda eſt, quia aliqui ex allegatis in
contrarium parum nocent in caſu, de quo agitur. Siqui-
dem Socin.ſen.conſ.292.col.2.ver.Ex quibus, lib.2.lo-
quitur de forēſe effecto incola, & ciue, quod valde dif-
fert & in proprijs terminis contra maſculum conſuluit
in conſ.128.col.1.& 2.li.4. Alex. in conſ.111.lib.2.cō-
ſuluit pro forenſe, qui in loco ſtatuti onera perſonalia ſu-
ſtinebat, & in caſu in quo colligebatur mēs ſtatuentiū,
vt etiā maſculi forenſes admitterentur, vt dicit nu.9.&
10.& ſeqq. vſque ad fin. conſilij. Mulierque non erat
Forenſis, ſed ſtatuentibus ſubiecta, prout aſſerit, col.2.

nu.4.& col.penul.nu.14.& ſic caſus ille eſt valde diuerſus,vt conſiderat Pariſ. in conſ.12.nu.27.lib.3. & clarius diuerſitatem caſus oſtendit Soc. iun. in d.conſ. 80. nu.17.lib.4.vbi dicit dictum conſilium Alexandri in caſu noſtro allegari non poſſe,& in noſtris proprijs terminis contra maſculum conſuluit ipſe Alex. in conſ.41.li. 7.Ceph.in conſ.309.n.79.& ſeqq.mouetur ex eo, quia maſculi,qui ſtatuti beneficio vti volebãt, non erant oĩno foreuſes,quod non poteſt dici in caſu noſtro.Mand. de Alba in conſ.50.n.9.& ſeq.ea ratione mouetur,quia in caſu ſuo in vna parte ſtatutum nocebat Forenſi,ideo ſecũdum eum debet in alia parte prodeſſe,cum ceſſent eo caſu rationes,quæ contra maſculũ adducuntur.Stãte igitur,qđ termini,in quib.prædicti Doctores loquuntur,ſint diuerſi,non poſſunt cõtra feminam allegari,& conſequenter parum eſt curandum de Natt. & Apoſt. ad Alex.ſupra in contrarium adductis,cum eorum opinio non ſit vera,ſed communiter damnata,vt ex prędictis clare percipitur,& propterea cõcludendo dico per dicta ſtatuta Dominam Lucretiam nõ excludi à bonis ſitis in dictis territorijs Piſauri,& Aſſiſij.

Et tamdem cauſa prædicta mature diſcuſa in Rota Peruſina ſecundum prædictam concluſionem iudicatum fuit anno 1576. & die 20. Decembris, rogato Domino Rainaldo de Rubeis notario Peruſino.

ARGVMENTVM.

Statutum Nurſiæ,vocans ad ſucceſſionẽ proximiores, attinẽtes ex latere patris, numquid includat feminas.

SVMMARIVM.

1 *Prior in gradu eſt potior in ſucceſſione, & exiſtenti in remotiori gradu præfertur.*

2 *Maſculinum non concipit femininum ex proprietate verbi,ſed per extenſionem.*

3 *Verba ſtatuti ſunt proprie intelligenda.*

4 *Maſculinum non concipit femininum in ſtatutis. Declaratur num. 17.*

5 *Statutum Nurſiæ,excludens cognatos,& matrem,& vocans proximiores ex latere patris,non habet locum in fauorem feminarum de agnatione.*

Sed contra infra per totum.

Et admittens in bonis paternis cõiunctos ex latere patris, & in bonis maternis coniunctos ex latere matris,mulieres agnatas non admittit ibi.Sed contra infra per totum.

6 *Statutum Nurſię rub.87.lib.3.late declaratur per totum.*

7 *Statuti diſpõ quãdo eſt clara,non eſt vlterius quærendum.*

8 *Feminæ veniunt appellatione propinquorum ex proprietate ſermonis.*

Includuntur in ſtatuto proximiores admittente,num.9.

Continentur & proprie appellatione coniunctorum,n.10.

Itẽ appellatione poſterorum generationis,& prolis,n.11.

12 *Statutum quod non dicit,nec nos dicere debemus.*

13 *Feminæ ad ſucceſſionẽ admittũtur,quãdo vocãtur agnati, ſeu proximiores ex parte patris excluſa linea materna.*

Maxime ſi caput excluſiuum per ſe ponitur,nec directo reſpicit caput incluſiuum.num.30.

14 *Verba, li piu proſſimi parenti, ſunt æquiuoca, & tam ad maſculos, quam feminas referuntur, attento maxime vulgari ſermone ſecundum quod quando de omnibus attinentibus maſculis,& feminis fit mentio,dicitur ſimpliciter,li parenti,& num.16.*

15 *Statuti vna pars ex alia declaratur.*

16 *Verba ſtatuti declarantur iuxta ſtylum ſtatuentium, & prout in alia parte ſtatuti,ſeu in alio ſtatuto illa, vel ſimilia verba accipi ſolent.*

17 *Maſculinum concipit femininum,quando materia eſt indifferens,& conuenit feminis æque,ac maſculis etiam in ſtatutis,maxime in capite incluſiuo.*

18 *Statutum reputatur fauorabile in capite incluſiuo,licet in excluſiuo ſit odioſum,maxime quando non infertur alteri præiudicium.*

19 *Statuta non excludunt,niſi quem nominatim priuant.*

Et tantum diſponunt,quantum loquuntur, & non vltra. num.20.

21 *Statutum in capite excluſiuo locum habet in caſibus tantum in eo formaliter expreſſis,eſtque ſtrictiſſime intelligendum, vt quanto minus fieri poſſit ius commune corrigat.*

22 *Extenſio de vna perſona excluſa ad excluſionem alterius, non procedit,etiam ſi adeſſet eadem ratio.*

23 *Feminæ ex linea patris dicuntur agnatæ.*

24 *Feminæ de agnatione ſecundum aliquos de Cippo domus appellantur.*

Et per eas donec viuunt dignitas familiæ ac agnationis conſeruatur,licet ſint nuptę,nu.25.

26 *Statutum excludens matrem,ac lineam maternam,non excludit feminas agnatas.*

27 *Statutum admittens pro aliqua parte ad ſucceſſionem cognatos,non cenſetur habuiſſe rationem conſeruandi bona in agnatione.*

Prout,nec quando vocat propinquos,ſeu coniunctos ex linea patris,quo caſu etiam feminę continentur, num.28.

29 *Agnationis ratio non cenſetur habita propinquis ad ſucceſſionem vocatis.*

31 *Corn.conſ.224.lib.2.declaratur.*

CONSILIVM XII.

STATVTO Nurſiæ rub.87.lib.3.cauetur, vt decedenti ſine aſcendentibus, fratre,ſeu nepote,in bonis ipſius,proximiores attinentes ex latere patris ſuccedant. In dote autem materna, ac eius bonis proximiores attinentes ex latere matris admittãtur. Deceſſit D. Alphonſus, relictis Dominabus Lectitia, & Sancta, attinentibus ex latere patris,& Fabritio fratre vterino.

Quęritur,quis ſit admittendus ad ſucceſſionẽ vigore dicti ſtatuti. Et primo motu videtur dicẽdum Fabritiũ eſſe admittendum excluſis dictis Lectitia,& Sãcta.

Primo,quia Fabritius in proximiori gradu attinebat
1 Alphõſo,& de iure † prior in gradu eſt potior in ſucceſ-
ſione,ac exiſtenti in poſteriori gradu præfertur,§.ſi plures,& §.ſeq.Inſt.de leg.agnat.ſucceſ.l.2.§.hæreditatis, & §.ſeq.ti.de ſuis & leg.l.lib. præter.§.ſi libertus, ff.de bon.lib.l.fin.C.de verb.ſign. l.peto,§.fratre, ff.ad Trebel.Soc.iun.conſ.6.in prin.lib.1.poſt Dec.Alex.& alios multos. Pariſ.in conſ.65.nu.42.lib.3. Ruin.conſ.123. nu.1.in fin.lib.2.Corn.conſ.222.in prin.lib.3.

Secundo dum ſtatutum vocat proximiores ex latere patris,non includit iſtas mulieres, cum enim admittat proximiores attinentes, & per verbum maſculinum lo
2 quatur,non veniunt feminæ etiam ex latere patris,† cũ
maſculinum non concipiat femininum ex proprietate verbi,ſed improprie,& per extenſionem, l.pronunciatio,ff.de verb.ſign.l.hæc aũt ſatiſdatio,in fi.ff.de adop. Bar.in l.1.ff.eo.tit.Iaſ.late in l.ſi is,id ꝗ, ff.de iur.omn. iud. Dec.in l.feminę,nu.94.& ſeq.ff.de re iud.Soc.iun.
3 conſ.1.n.97.lib.1.Ceph.conſ.53.nu.80.lib.1.† Et quia
in ſtatutis verba ſunt proprie intelligenda,l.3.§.hęc ver
4 ba,ff.de negoc.geſt.huiuſmodi † extenſio,ac impropria
interpretatio in ſtatutis non recipitur, vt in propoſito, quòd in ſtatutis maſculinum nõ concipiat femininum,

Corn.

Corn.conſ.224.nu.9.& 10.li.2. Ceph. conſ.53.nu.80.
li.1.late Alber.Bru.de ſtat.quod ſtant. maſc.ar.5.q.13.
Tertio qm̃ ſtatutum excludit cognatos, ac matrem,
& vocat proximiores ex latere patris, quod cenſetur
factum pro conſeruanda agnatione, admitti non de-
bent mulieres agnatæ ad excluſionem Fabritij, cum in
ipſis ceſſet ratio agnationis, ſed iuxta diſpoſitionem iu
ris cõis ſucceſſio regulabitur, ſecundũ Bald. inter conſi
lia Ang.conſ.280.col.2. & alios relatos ab Alb. Brun.
in d.tra.ar.12.q.9.nu.128.132.& Corn.in d.conſ.224.
nu.12. & ſeq. qui conſuluit in terminis ſimilis ſtatuti,
diſponentis, ꝙ in bonis paternis ſuccedant coniuncti
ex latere patris, in bonis autem maternis, alij ex latere
mr̃is, & nihilominus mulieres agnatas admitti negat.
Præmiſſis non obſtantibus, arbitror dictas mulieres
proximiores ex latere patris præferendas eſſe Fabri-
6 cio, qm̃ †ſtatutum prædictũ Nurſiæ clare diſponit, de-
cedente aliquo ab inteſtato, matrẽ excludi, & ad ſuc-
ceſſionẽ admitti proximiores attinentes ex latere pr̃is.
7 Et cũ †habeamus clarã ſtatuti diſpoſitionem, ꝙ proxi-
miores ex latere patris pręferantur, non vt amplius de
hoc diſcutiendũ, nec vlterius quærendum, iux.not.in l.
ancillæ, C.de furt.per Corn.conſ.109.in fi. lib.1. Dec.
conſ.484.in princ.in conſ.693.in princ.Craue.conſ.4.
n.20.li.1.& Ceph.cõ.138.n.20.li.1. Sed ſolũ videndũ
eſt, an iſtæ mulieres, dum proximiores attinentes ex la
tere patris vocantur. Et attinentes ex linea materna ex
cluduntur, cenſeantur excluſæ, vel potius ad ſucceſſio-
nem vocatæ. In qua dubitatione puto concludendum
præfatas mulieres non eſſe excluſas, ſed per dictũ ſtatu
tum ad ſucceſſionem vocari. Quod vt clarius percipia
tur, conſiderandu eſt ſtatutũ illud duo hr̃e capita. Vnũ
excluſiuũ mr̃is, et attinentium ex illa linea. Aliud vero
incluſiuum attinẽtium proximiorum ex latere patris,
vt in terminis ſtatuti Nurſiæ, de quo agitur, etiam con
ſiderat Corn.in conſil.95. & conſil.133.lib.2. & in ca-
ſu ſuo aduertit Pariſ.conſ.47.nu.39.& ſeq.lib.3.
Accipiendo caput incluſiuum, in quo attinentes ex
latere patris vocantur, dico in eo dictas mulieres, quæ
attinent ex latere patris, & ſunt proximiores, quamuis
feminæ ſint, vocari, qm̃ verba ſtatuti dictis mulieribus
ſicut maſculis conueniunt. Vocat.n. ſtatutum proxi-
miores attinentes ex latere patris, & quia ipſæ attinen
ad Papam pertineat,cum verba illa plenam exemptio-
nem oſtendant. Et eo magis fateri oportet fuiſſe factā
ſolam ſeparationem caſtri a territorio Peruſino, non
autem aliam vnionem Sedi Apoſtolicæ, quia dictum
caſtrum magis ſubiectum erat ante dictam conceſſionē
Sedi Apoſtolicæ, tunc enim erat immediate ſubiectū,
& dominium tam directum,quam vtile erat Eccleſiæ,
hodie vero cum gladij poteſtas,& ius feudi translatum
fuerit in Dominos de Rainerijs,vt ex litteris erectionis
49 comitatus apparet, † dominium vtile reperitur penes
eoſdem de Rainerijs Fulgoſ. in conſ. 1. quem ſequitur
Alc.in cap. quod ſedem,nu.61. de off.ordin. & ſic non
poteſt modo aliquo dici fuiſſe factam aliam vnionem
caſtri Sedi Apoſtolicæ,ſed ſolam ſeparationem a terri-
torio Peruſino.

Et ſi admitti poſſet caſtrum præfatum fuiſſe vnitum
Sedi Apoſtolicæ, vnio cenſetur facta principaliter, &
50 non acceſſorie,† tunc quidem vnio fit acceſſorie,quan
do caſtrum vnitur ciuitati,ita vt ſit vnum regimen, &
vnus Comitatus, & idem quando vnitur Regno,vt ef-
ficiatur vnicum Regnum,vt declarat Bar.in l.ſi conue
nerit,la 2.§.ſi nuda,num.2.ff.de pignor.actio. & latius
Ant.de Butr.in c.fin.num.63. de conſuet. In caſu vero
noſtro vnio non fuit ita facta,ſed caſtrum fuit erectum
in Comitatum de per ſe, vt ſit ſub regimine Domino-
rum de Rainerijs,ideo non poteſt dici eius factam fuiſ-
ſe vnionem aliquam acceſſorie, ſed ſi de vnione conſta
ret,non cenſetur facta acceſſorie, vt caſtrum ſit de ſta-
tu Sedis Apoſtolicæ, ſed vt ſit Comitatus Sedis Apo-
ſtolicæ, prout etiam ex lectura priuilegiorum Summo-
rum Pontificum colligitur,& in terminis probant Bar.
in dicto §.ſi nuda,num.3.& Anton. de Butr. in alleg.c.
fin.num.63. qui exemplificant in Comitatu vnito Re-
gno,& idem ſentit Alex.in conſ.114.nu.19.lib.4.dum
dicit caſtrum non vnitum ciuitati, ita vt ſit effectum
vnum corpus cum Comitatu illo, & appelletur Comi-
tatus eiuſdem,ſed ſit territorium de per ſe, non guber-
nari legibus loci, cui fuit vnitum, ſed ſuis. Vlterius ſi
de vnione conſtaret, adhuc crederem caſtrum legibus
quibus prius regebatur, gubernari debere, ex no.doct.
Bar.quem alij ſequuntur in tract. de Tiberiad. in titul.
51 de inſul.in verb.nullus,num.10.† vbi in effectu conclu
dit,quod ſi Rex vniuerit aliquem locum Regno, locus
ille debet regi ſuis legibus,& non Regni,quia vnio cen
ſetur facta cum ſuis iuribus,niſi expreſſe conſtet de vo-
luntate Regis mutandi iura illa,& vt legibus Regni gu
bernetur. Ex cuius ſententia recte præſens quæſtio deci
ditur,cum hic non ſolum non conſtet voluiſſe Pontifi-
ces,vt Caſtrum regeretur legibus communibus,& non
alijs,immo cōtrarium dicendum eſt, tum quia ſimpli-
citer fecerūt vnionem, tum etiam quia dederunt facul
tatem Domino Philippo de Rainerijs,& ſucceſſoribus
condendi ſtatuta,& ius dicendi:idcirco ſtatuta,quæ in
dicto caſtro obſeruabantur tempore dictæ exemptio-
nis, ſunt etiam hodie obſeruanda,& præſertim ſtatu-
tum, de quo agitur excluſiuum feminarum ob agnatio
nem conſeruadam, quod ipſis Dominis Comitibus eſt
fauorabile. Et licet locus ſit exemptus,poſſunt etiā ipſi
52 vti dicto ſtatuto ad eorum fauorem,† cum perſonæ lo-
ci exempti nō ſint de territorio quoad concernentia eo
rum odium,licet ſint in fauorabilibus,puta vt gaudeat,
& vti poſſint priuilegijs, & ſtatutis illius loci, vt poſt
Bal.in l.cunctos populos,C.de ſum.Trin. & fid.catho.
dicit Paul.de Caſt.in conſ.187.col.fin.ver.Secunda ra-
tio lib.2. Et quia conceſſio fuit facta Domino Philippo
53 in feudum pro ſe,& deſcendentibus,† cuius vigore ma
ſculi admittuntur,excluſis feminis,iux.c.1.§.hoc autē,
de his qui feud.dar.poſſ.& communē de qua per Dec.
in conſ.139.nu.2.Alex.conſ.10.poſt nu.6.li.5. Non eſt
54 præſumendum † Summum Pontificem voluiſſe auſer
re ſtatutum maſculis fauorabile per aliquam ſeparatio
nem,ſeu vnionem,vt in terminis conſuluit Barb.in cō-
ſil.4.per totum,maxime col.pen.& fi.li.1. qui pluribus
rationibus hanc opinionem comprobat.

Et prædictæ concluſioni non obſtant Doctores in
55 contrarium allegati, † quoniam loquuntur in diuerſis
terminis. Nam Soc.iu.conſi.1.nu.61.& ſeq.li.4. loqui-
tur de ſtatuto non fauorabili Comitibus,aliud ſentiēs,
quando eſſet Comitibus fauorabile, ſecundum diſtin-
ctionem Paul.de Caſtr.in d.conſ.187. Præterea loqui-
tur ipſe de ſtatuto condito poſt liberationem caſtri, &
aliud ſentit,quando ante exemptionem vigebat,ſecun
dum diſtinctionem Alexan.in alleg.in conſ.151.nu.5.
& ſeq. lib.2. Et cum ſtatutum, de quo quæritur, domi-
nis caſtri ſit fauorabile, & vigeret ante eius ſeparatio-
nem, Soc.iun.potius pro hac parte allegari poteſt,quā
in contrarium,Bero.conſ.65.num.118.& ſeqq. libr.1.
Et Cur.iun.conſ.110.num.11. & ſeq.libr.2. conſuluе-
runt in caſu,in quo caſtrum erat vnitum acceſſorie al-
teri territorio,quod ipſi varijs modis oſtendunt,& ceſ-
ſante huiuſmodi vnione, noſtram confirmant opinio-
nem. Præterea in caſibus in quibus conſuluerunt Soc.
iun.Bero.& Cur.iun. Princeps non ſolum liberauerat,
& receperat ſub ſua protectione caſtrū, ſed etiam per-
ſonas comitum, quod hic non reperitur factum, cum
perſonæ illorum de Rainerijs liberatæ non fuerint,ſed
remanſerint ſubiectæ ciuitati,ac ſtatutis Peruſiæ,pro-
ut erant antea. Et quando perſonæ Comitum non ſunt
exemptæ,aliud ſentit Curt.iunior in allegato loco,nu-
mero 12.poſt Barba.in conſilio 4.colum.6.& ſequent.
libr.1. Vlterius quia Bero. conſuluit in eadem cauſa ac
ſuper eodem ſtatuto, ſuper quo conſuluit Socin.iun.in
d.conſil.1.& vt patet in d.conſi.Soc.iun.nu.61.& ſeq.
ſtatutum, de quo vigebat controuerſia,conditum fue-
rat poſt exemptionem caſtri, Bero. opinio non nocet
in caſu iſto valde diuerſo. Ceph. vero in conſil.414. lo-
quitur de caſtro adiecto acceſſorie alteri territorio,con
ceditque quod ſi ita non fuiſſet vnitum,ſeruandum eſ-
ſet ſtatutum loci,a quo fuit exemptum, vt ibi num.34.

Inſuper

Digitized by Google

Inſuper in caſu ſuo caſtrum habebat ſtatuta particularia, diſponentia ſuper facto, de quo quærebatur, vt ſubdit nu. 59. & ſeqq. Ideo non poteſt in contrarium adduci, cum hæc in occurrenti caſu ceſſent.

Et quamuis ex prædictis appareat auctoritates in contrarium adductas non obeſſe, cum Doctores illi in diuerſis terminis loquantur, nihilominus dico conclu-
6 ſionem † Bero. & Cur. non eſſe tutam, dum dicunt terram fuiſſe vnitam acceſſorie Imperio, ex eo quod Imperator recepit terram illam, & dominos in eius protectionem, quod eſt ſecūdum eos, ac ſi recepiſſet ſub eius iuriſdictione. Sed probabilior, videtur opinio Ruini, in conſ. 39. nu. 15. li. 1. qui in eadem cauſa contrarium conſuluit, & poſt Alexandrum concludit terram illam exēptam regi debere ſtatutis Parmæ, nec fuiſſe acceſſorie vnitam alteri territorio, Nec Bero. & Cur. iu. probant aſſumptum, ex eo quod Princeps ſuſceperit terram ſub
7 protectione, † etenim receptio ſub protectione parum operatur, nec ex ea in aliquo detrahitur iuribus aliorū, vt no. Abb. in c. recepimus, nu. 3. & 5. de priuileg. & ibi Dec. nu. 13. & conſequenter per huiuſmodi receptionem non tolluntur ſtatuta quibus caſtrum regebatur. Nec videtur verum, quod recipere ſub protectione, & iuriſdictione ſit idem: nam recipiens ſub protectione, iuriſdictionem non acquirit, nec talis iuriſdictio tranſit in ſuſcipientem protectionem, minuſque talis receptio ſuperioritatem aliquam oſtendit, vt clare dicit Bar. in d. l. 1. nu. 2. C. de excuſ. muner. li. 10. & poſt Baldum idem affirmat Dec. in d. c. recipimus, nu. 16. & ſeqq.

8 Neque obſtat vltimum, † illud vere procederet, ſi caſtrum Schifanoiæ ſtatutum particulare haberet, quod comprehenderet caſum iſtum ſucceſſionis ad hæreditatem Illuſtris Domini Marci, vnius ex dominis eiuſdē caſtri, quia quando caſtrum habet particularia ſtatuta, quæ determināt caſum, de quo dubitari contigit, tunc in caſibus deciſis ſtatuta caſtri obſeruantur, & ita procedunt contraria: Sed quando ſtatutum caſtri caſum contingentem non determinat, in caſu non deciſo recurritur ad ſtatuta ciuitatis, vt declarant Ant. de Butr. in d. c. fin. num. 63. de conſuet. Port. Imol. in conſ. 179. nu. 16. & ſeq. & idem ſentit Bar. in l. 1. nu. 41. & ſeq. C. quæ ſit long. conſuet. & eſt de mente omnium, qui in contrarium adducuntur, ſi recte eorum dicta perpendātur, præſertim Albe. Brun. in d. tractat. de ſtat. ar. 6. nu. 70. & Ceph. in conſ. 414. nu. 60. 62. & 67. & quod caſtrum exemptum regatur ſtatutis ciuitatis, a qua fuit liberatum, quatenus nō reperiantur mutata ſtatuta poſt liberationem, eſt etiam de mente Barb. in d. cōſ. 4. col. 6. ver. & pro certo, libr. 1. Sed caſtrum Schifanoiæ licet habeat aliqua particularia ſtatuta, nullum tamen oſtenditur, quod præſentem caſum comprehendat. Merito in hoc ſtatutum Peruſinum debet attendi. Solum allegatur quoddam ſtatutum, quod loquitur tātum de ſucceſſione in bonis eorum de territorio Schifanoiæ, qui bona ſeudalia habent a dominis, & ſic de ſubiectis, qđ habet tantum locum inter ſubditos de territorio dicti caſtri, nō autem in ſucceſſione hęreditatis vnius ex dominis eiuſdem caſtri, tum quia verba ſtatuti ſunt clara,
9 † tum etiam quia ſi ſimpliciter loqueretur, ſtatutum conditū a dominis Caſtri, ſtatuentibus, ac eorum bona non includit, ſecundum Bal. in l. ſi Conſul. nu. 3. in fi. ff. de adopt. Alex. in l. 1. nu. 3. in fi. ff. quod quiſque iur. & propterea in ſtatuto domini ſtatuentes non comprehēduntur. Bal. in l. cum ipſe, num. 12. C. de contrah. empt. & in Auth. quibuſcunque, nu. 8. C. de ſacroſ. eccl. Ang. in d. l. 1. ff. quod quiſque iur. & ibi Alex. nu. 3. & Iaſ. nu. 6. Fel. qui communem dicit in cap. 1. num. 24. in fin. de conſt. multos refert Corn. in conſ. 4. num. 10. & ſequen. lib. 2. & hoc ſentit etiam Alber. Brun. in d. tract. de ſtat. art. 6. num. 67. dum remittit ſe ad notata in l. Princeps,
10 ff. de leg. & per Bald. in citatis locis, † & in terminis, quod ſtatutum excluſiuum feminarum propter maſculos non comprehendat dominos ſtatuentes, firmauit Rot. Roma. vt teſtatur Put. dec. 363. libr. 1. Et hęc ex abundanti ſint dicta, cum ex lectura ſtatuti dubitatio tollatur, cum illud non ſit generale, ſed ſpecifice de ſubditis loquatur.

Illuſtris Dominus Cęſar pręfatus per concordiam, & tranſactionem factam inter partes anno 1580. rogato Domino Agabito Nerutio Notario Peruſino, conſequutus fuit multa bona dictæ hęreditatis tam ex ſitis in territorio Peruſino, quam in diſtrictu caſtri Schiſanoiæ.

ARGVMENTVM.

Statutum Fani, prohibens plus dari, ſeu relinqui ſecundæ vxori, ſeu filijs ſecundi matrimonij, quam vni ex primo matrimonio relictum fuerit: in quibus locū habeat, & quid ſi ſponſo filiæ ſecundi matrimonij relinquatur; An bona ęſtimata pro dote conſignata viro, ſint conferenda in diuiſione facienda cum cohæredibus, vel pretium eorum tantum in collatione veniat.

SVMMARIVM.

1 *Parentibus permittitur de eorum bonis ad libitum diſponere, æqualitate inter filios non ſeruata, dummodo filijs relinquant legitimam.*

Et poſſunt plus relinquere filijs vnius matrimonij, quam alijs alterius matrimonij, nu. 2.

3 *Statuti diſpoſitio ceſſat, ceſſante cauſa, ſeu ratione fraudis à ſtatuentibus conſiderata.*

4 *Dotis cauſa in generali prohibitione ſtatuti non comprehenditur. Declaratur, nu. 29.*

5 *Renunciare licet cuilibet fauore ſuo inductis. Declaratur, num. 31.*

6 *Legatum non debetur, niſi acceptetur, & ante acceptationem agitur de iure quærendo.*

7 *Statutum Fani prohibens plus relinqui filijs ſecundi matrimonij, quam fuerat relictum filijs primi matrimonij veluti odioſum eſt ſtricte interpretandum, vt diſpoſitionem in fauorem filiæ tantum factam comprehendat, nec ad alias perſonas extendatur. Declaratur nu. 32. & per totum.*

8 *Fraus quæ de perſona ad perſonam conſideratur, ceſſat, quando aliquid non acquiritur perſonæ, cui prohibitum eſt relinquere.*

9 *Hæres diſpoſitioni defuncti contrauenire non poteſt, ſed eam ſeruare debet. Declaratur nu. 33. & ſeq.*

10 *Teſtator diſponere poteſt de re hæredis, eam legando alteri, & hæres eam præſtare tenetur.*

11 *Statutum Fani prohibens plus relinqui filijs ſecundi matrimonij, quam filijs primi, ne filij primi matrimonij fraudentur, validiſſimum eſt, & obſeruari debet.*

12 *Statutum magis afficit ſuos ciues, quam ius commune.*

13 *Pręfatio ſtatuti oſtendit eius cauſam finalem.*

14 *Statutum prohibens plus relinqui filijs ſecundi matrimonij ad euitandum fraudem, cenſetur voluiſſe prohibere omnem modum, per quem ſtatuto fraus fieri poſſit.*

15 *Extenſio permittitur etiam in ſtatutis iuris communis correctorijs ex identitate rationis expreſſæ.*

16 *Ratio expreſſa comprehendit omnem caſum ex mente diſponentis*

Digitized by Google

ſponentis, in quo eadem ratio militat.

17 *Statutum Fani prohibens plus relinqui filiæ ſecundi matrimonij, locum habet, etiam ſi aliquid relictum fuerit viro filiæ Et per totum.*

18 *Lex prohibens aliquid relinqui alicui perſonæ, procedit et ſi aliquid fueris relictum eiuſdem cõſanguineis, amicis, alijſve interpoſitis perſonis. & nu. 32. Declaratur nume. 24.*

19 *Legatum factum perſonæ prohibitæ cum conditione, vt ſi legatarius illud non poſſet conſequi, acquiratur alteri, cenſetur factum in fraudem legis id prohibentis, & nume. ſeq.*

20 *Mulier ſi reliquit tentum filiæ, & filios primi, & ſecundi matrimonij in medietate, & in alia medietate ſecundũ virum heredes inſtituerit, hoc addito, quod ſi vir dictam medietatem capere non poſſet, illam relinqueret filijs ſecundi matrimonij, quia id cenſetur factum in fraudem, filijs primi matrimonij.*

21 *Fraus detegitur, quando aliquid fit etiam vere, vt euitetur lex.*

22 *Fraus oſtenditur ex inuſitatis cautelis.*

23 *Geſta in fraudem legis ipſo iure non valent.*

24 *Affectio erga perſonam incognitam non præſumitur.*

25 *Dos relicta ab auo nepti incognitæ, cenſetur relicta contẽplatione patris eiuſdem.*

26 *Donatio facta Genero futuro incognito, facta cenſetur contemplatione filię, & habetur, at ſi filię facta fuiſſet.*

27 *Mater relinquens filijs ſecundi matrimonij, illud quod ſecundus vir ex relicto ſibi facto, conſequi nõ poſſet, ex quo illud acquiritur filijs primi matrimonij, de eo diſponere non poteſt.*

28 *Mater ſi ex forma ſtatuti tenetur relinquere filijs tres partes ſuorum bonorum, in eis onus aliquod imponere non poteſt. Et num. 38.*

30 *Statutum prohibens plus relinqui filijs ſecundi, quam primi matrimonij, locum habet, etiam ſi pro dote relinqueretur.*

31 *Filij ſecundi matrimonij, cui contra prohibitionem legis aliquid fuit relictum, non poteſt ei renunciare in præiudicium filij primi matrimonij, cui id acquiritur.*

33 *Hæres non tenetur ſeruare factum defuncti, quod tendit contra legem, & ipſo iure annullatur.*

Nec quando aliquid conſequitur legis diſpoſitione contra parentis voluntatem, num. 35.

34 *Filius primi matrimonij, ſi aliquid auſert à filio ſecundi matrimonij, id non conſequitur, ut hæres, ſed legis diſpoſitione, & contra parentis voluntatem.*

36 *Filius etiam heres impugnat factum defuncti, & conſequitur quod ſibi acquiritur ex diſpoſitione l. hac edictali, C. de ſecun. nupt.*

Etiam ſi teſtator aliquid reliquerit filio cum prohibitione plus petendi, & filius relictum acceptauerit, nu. 37.

39 *Conſerri debet à filio id, quod à patre fuit conſecutus iuxta valorem temporis mortis parentis.*

40 *Aeſtimatio facit exemptionem.*

Fallit quando ad alium effectum facta fuit, nu. 41.

42 *Pater mulieris, & maritus etiam abſente vxore ſimul paciſcendo, facere poſſunt, vt bona ſint dotalia. Sed contra nu. 54. & ſeq.*

43 *Aeſtimatio rei datę viro pro dote facit emptionẽ, & n. 48.*

Dominiumque in virum transfert, nu. 44.

Et facit vt damnum, lucrum, & periculum ſpectet ad virum, nu. 45. & 58.

Et quod bona illa non ſint dotalia, ſed dos in dote conſiſtat, num. 46.

Et in caſu reſtitutionis dotis pretium tantum ſit reſtituendum, nu. 47.

Et in collatione facienda veniat pretium tantum, nu. 48.

49 *Res empta de pecunia mea, mihi non acquiritur.*

50 *Res empta de pecunia dotali, non efficitur dotalis, niſi aliter inter virum, & vxorem fuerit actum, vel niſi in ſubſidium marito exiſtente non ſoluendo. Et nu. 51.*

52 *Collatio dotis fit, vel realiter, vel tanto minus accipiendo.*

53 *Filiæ etiam abſenti ex conſtitutione dotis ius acquiritur.*

54 *Maritus in iure quæſito vxori præiudicare non poteſt.*

55 *Pater cum genero paciſcendo, filiæ conditionem mutare eamque deteriorem facere non poteſt.*

56 *Dos de pecunia in ſundum in quibus caſibus commutari poſſit.*

57 *Vtilitas mulieris reſpectu dotis conſideratur ſecundum tempus dotis conſtitutæ.*

58 *Mulieri magis expedit dotem conſiſtere in pecunia, quam in ſundo.*

59 *Mulier pro recuperatione dotis habet hypothecam in bonis viri, & in bonis viro traditis æſtimatis.*

CONSILIVM XIV.

DOMINVS Antonius Barotius anno 1545. nuptui tradidit Dominam Heliſabetham filiã ex primo matrimonio Magnifico D. Durante de Pilis, de ciuitate Fani, cum promiſſione dotis ſcutorum mille, pro quorum parte dedit bona æſtimata, & reſiduum ſoluere promiſit in pecunia. Anno 1549. Domini Antonius, & Durantes absente dicta Domina Heliſabeth conuenerunt, vt dicta bona eſſent pro ſundo dotali, non obſtante æſtimatione facta, & vt pecunię ſoluendę pro reſiduo dotis in bonis ſtabilibus conuerti deberent, quæ ſimiliter eſſent pro ſundo dotali: Anno 1557. pręfatus Dominus Antonius vendidit dicto eius genero alia bona, qui pro parte pretium ſoluit de pecunijs dotalibus, & reſiduum de pecunijs proprijs. Deinũ dictus Dominus Antonius in ſuo teſtamento Gentili filiæ ex ſecundo matrimonio ſecit prælegata maximi momenti, & eaſdem filias vna cum Domina Violante ſecunda vxore vniuerſaliter hæredes inſtituit. Et quia ſtatuto ciuitatis Fani cap. 48. habetur cauetur, vt pater non poſſit plus inter viuos, aut in vltima voluntate dare, ſeu relinquere ſecundæ vxori, ſeu filijs ſecundi matrimonij, quam filijs primi matrimonij, & quod ſi ſecus factum fuerit, talis diſpoſitio non valeat ipſo iure ad fauorem eorum, quibus plus fuerit relictum, ſed quod plus vni, quam alteri fuerit relictum, pro non relicto habeatur, & ad filios primi matrimonij, quibus minus relictum fuit, deueniat ipſo iure. Modo dubitatur in duobus. Primo an prælegatum factum filiæ ſecundi matrimonij vigore ſtatuti, ad dictam Dominã Heliſabeth, ex primo matrimonio procreatam deueniat. Secundo, an in collatione dotis faciendę in diuiſione hæreditatis ſint conferenda bona prædicta, vel tantum ſcuta mille à principio pro dote conſtituta.

Accipiendo Primum videtur dicendum prælegatum factum Dominę Gentili ad eam ſpectare.

Primo, quia cum teſtator Dominæ Heliſabeth dotem ſcutorum mille dederit, ipſamque hæredem pro
tertia parte inſtituerit, quæ longe legitimam excedit,
1 non poteſt contra patris voluntatem venire, † cum parentibus liceat de bonis ſuis ad libitũ diſponere, æqua-
litate minime inter filios ſeruata, dummodo legitimam omnibus relinquant, l. parentibus, vbi Bartol. C. de inoffi. teſta. & ibi Caſtr. & Iaſ. Bald. conſ. 334. Punctus, lib. 3. alias conſ. 208. lib. 5. Dec. conſ. 547. num. 4. Crau. conſ. 142. nu. 1. lib. 1. Zuccard. & alij allegati per Ceph. conſ. 280. num. 12. & ſeqq. li. 2. Franc. Becc. con-
2 ſil. 113. num. 34. † Poſſintq; plus vni ex filijs vnius matrimonij, quam alijs ex alio matrimonio concedere, ſi

illud

illud quoque. in fin. Auth. de nupt. Bald. inter conſilia
Paul. de Caſt. conſ. 264. nu. 1. lib. 1. Crau. conſi. 193. nu.
11. lib. 1. Dec. conſil. 246. num. 1.

Secundo dicta filia prælegatũ obtinere poteſt, etiam
non obſtante ſtatuto, quoniam ſtatutum fuit factum
ad fraudes tollendas, quæ fraus in occurrenti caſu ceſ-
ſare videtur, cum ea ratione teſtator prælegauerit, quia
dicta Domina Heliſabeth habuit pro dote ſcutos mil-
le anno 1545. quo tempore dos congrua reputabatur,
ſed quia ex curſu temporis dotes auctæ fuerunt, teſta-
tor pro augumento dotis illud plus reliquit dictæ filiæ,
vt viro condigno collocari poſſet, vt in teſtamento de-
clarauit, quæ ratio, cum iuſta videatur, fraudem & ra-
3 tionem a ſtatuto conſideratam excludit. † Et propte-
rea eum ratio, & cauſa prohibitionis ſtatutariæ ceſſet,
dẽt pariter ceſſare ſtatuti diſpoſitio. l. adigere. §. quam-
uis. ff. de iur. patro. late Tiraqu. de cauſ. ceſſan. part. 1.
prin. nu. 125. & 235. Tob. Noni. conſ. 12. nu. 10. & ſeq.
& fere in terminis Natt. conſ. 463. nu. 20. lib. 2.

Tertio quia teſtator filiæ ſecundi matrimonij præ-
legatum fecit pro augmento dotis, ſtatuti diſpoſitio ceſ
4 ſabit, † cum dotis cauſa in generali ſtatuti diſpõne pro-
hibitiua non comprehendatur. Sali. in l. fi. in princ. C. de
iur. dot. Iaſ. in l. 1. nu. 9. ff. ſolut. matri. Marſil. ſing. 442.
nu. 3. Soc. ſen. conſ. 46. nu. 31. & conſ. 76. in fin. li. 4. Go-
zad. conſ. 43. nu. 11. & ſeq. Ruin. conſ. 194. nu. 4. li. 1. poſt
alios Ant. Gabr. in ſuis concluſio. in tit. de legit. & con-
ſtit. concl. 1. nu. 10. vbi de cõmuni teſtatur, vt poſt eum
Burſa. conſ. 32. nu. 11. & conſ. 56. num. 1. lib. 1.

Quarto ſi teſtator prælegatum facere non potuiſ-
ſet, nihilominus quia legataria legatum non petit, ſed
5 ei renũciare intendit, † & cuilibet in fauorẽ ſuũ inductis
renunciare licet. l. ſi Iudex circumuentus. ff. de minor. l.
poteſt. ff. ad leg. Falci. l. ſi quis in conſcribendo, cum ibi
6 notatis. C. de pact. † Et ſi ipſa prælegatũ non acceptat,
non debetur, legatum enim tunc debetur, quando a le-
gatario acceptatur, & non aliter, & ante eius agnitio-
nem agitur de iure quærendo, non quæſito, ex notatis
per Balb. in tract. de præſcrip. 2. par. 3. par. princ. q. 13.
nu. 9. Pari. conſ. 32. col. fin. lib. 3. Franc. Becci. alios alle-
gans conſi. 48. nu. 4. Rolan. a Vall. conſ. 21. nu. 55. lib. 2.
illud non videtur acquiſitum dictæ D. Heliſabeth.

Quinto ſi prælegatum factum filiæ ſecundi matri-
monij vigore dicti ſtatuti infringeretur, & eidem non
eſſet præſtandum, erit tamen danda eadem quantitas
futuro Sponſo Gentilis, quoniam teſtator, ſi eius vo-
luntas infringeretur, & filia ſecundi matrimonij præ-
legata non conſequeretur, omnia quæ filiæ relinque-
7 bat, eius futuro ſponſo dari mandauit, † & cum non re-
periatur prohibitum relinqui ſponſo, ſtatutum prohi-
bens filijs relinqui, extendi non debet ad generum tam-
quam reſtrictiuũ liberę teſtandi facultatis, & odioſum,
ſed ſtricte interpretandum eſt, vt diſpoſitionem in fa-
uorem filiæ tantum factam includat, vt voluit Cephal.
conſil. 59. numero 25. & ſeq. lib. 1. & ad alias perſonas
non extendatur, vt late in ſimili oſtendit Curt. iun. in
conſ. 6. per totum, maxime num. 12. 18. & ſeq. lib. 1. Et
quia, vt elicitur ex teſtamento legatum in dictum euen
tum relinquitur futuro ſponſo, vt in eiuſdem commo-
8 dum cedat, ſuſtineri debet, † cum ceſſet fraus, quæ de
perſona ad perſonam conſideratur, poſtquam in ſpon-
ſi vtilitatem relinquitur, ſecundum Bal. in l. 1. col. 2. nu.
7. verſi. Non obſtat. C. de inoffic. dot.

Sexto cum Domina Heliſabeth patris hæreditatem
9 adiuerit, † hæres non poteſt eius diſpoſitioni contraue-
nire, illam infringendo, ſed eãdem ſeruare debet. l. poſt
legatum. ff. de his quib. vt indig. l. cum a matre. C. de rei
vendic. Soc. iun. conſil. 72. numero 9. lib. 1. Dec. in l. ex
qua perſona. ff. de reg. iur. latiſſime Menoch. in conſi-
lio 89. n. 34. & ſeqq. pluribus vſque ad nu. 72. li. 1. & con
ſequenter permittere, vt ſoror legatum conſequatur.

Septimo prędicta magis ſunt admittenda, quoniam
etſi vigore ſtatuti legatum Dominæ Heliſabeth filiæ
ex primo matrimonio acquireretur, licuit tamen teſta-
tori eamdem quantitatem futuro ſponſo legare, & fi-
10 lia hæres legatum reſtituere tenetur, † cum teſtator de
re hæredis diſponere poſſit, ſicut de ſuis. l. vnum ex fa-
milia. §. ſi rem, & l. cum fundus. §. dominus. ff. de leg. 2.
Crau. conſil. 133. num. 3. & conſil. 174. num. 11. vbi de
communi teſtatur lib. 1. Remque hæredis legare poſ-
ſit, legatumque ſuſtineatur, & ab hærede ſit præſtan-
dum. d. l. vnum. §. ſi rem, vbi Bald. & Caſt. Iaſ. in l. cum
rem alienam, nu. 10. C. de leg. Pari. conſi. 33. nu. 99. lib.
1. Hier. Gabr. conſil. 132. in q. 8. nu. 65. lib. 1.

Prædictis non obſtantibus contrarium reſponden-
dum arbitror, nam etſi iure cõmuni attento pater præ
legatum facere potuerit, cum tamen ex eo longe plus
filiæ ex ſecundo matrimonio reliquerit, illud infringi-
tur, & filiæ ex primo matrimonio illud plus quod filiæ
ex ſecundo matrimonio reliquit, acquiritur, vt ſtatutũ
11 expreſſe diſponit. † Et quoniam ſtatutum prædictum
optima ratione fundatum, ne ſcilicet filij prioris matri
monij fraudentur, illud validiſſimum eſt, vt tenent Do
ctores in Rub. ff. ſolu. matr. Pari. qui de communi teſta-
tur conſi. 16. nu. 8. & ſeq. li. 3. & firmauit Rot. Roman.
vt per Put. deci. 398. lib. 1. qui Calde. Iaſ. Claud. Dec.
& alios pro hac opinione allegat, illud attendi debet,
12 non obſtante iure communi, quod aliter diſponit, † cũ
ſtatutum ſit ius commune illius loci, & a ſubditis obſer
uandum, & magis afficiat ſuos ciues, quam ius commu
ne. Bal. in l. quicũque. C. de ſer. fug. in l. Gallus. §. ſi eius,
in 2. not. ff. de liber. & poſthu. Curt. ſen. conſil. 46. num.
16. Grat. conſil. 54. num. 49. lib. 1.

Et non ſolum per dictum ſtatutum nullum redditur
legatum factum filiæ, ſed etiam infringitur diſpoſitio
facta fauore futuri ſponſi Dominæ Gentilis, quoniam
ſtatutum conditum fuit ad fraudes tollendas, quæ ex-
cogitantur aduerſus filios prioris matrimonij, vt in prę
13 fatione dicitur, † quæ præfatio oſtendit illam fuiſſe cau
ſam finalem diſpoſitionis, l. fi. & ibi Doct. ff. de hæred.
Inſtit. Bar. in l. 1. ff. ad Maced. Alex. conſil. 20. nume. 2,
lib. 1. Dec. conſil. 10. nume. 2. Pari. conſil. 12. numer. 9,
lib. 3. Tob. Non. conſil. 10. nume. 7. Burſat. qui de com-
14 muni teſtatur conſil. 93. num. 13. lib. 1. † Et quia mens
ſtatuentium fuit prouidere fraudibus, dicendum eſt,
voluiſſe ſubuertere etiam omnem modum, per quem
ſtatuto fraus fieri poſſet, licet expreſſus in eo non eſſet,
vt habetur in l. hac edictali, vbi Doctores communi-
ter notant C. de ſecund. nup. & notat Menoch. conſil.
11. nume. 12. lib. 1. Et quando ratio vt hic, in ſtatuto eſt
expreſſa, ex ea fit extenſio ad omnem caſum, in quo
15 eadem viget ratio, † cum etiam in ſtatutis iuris com-
munis correctorijs, in quibus eſt expreſſa ratio, ex eius
identitate extenſio permittatur. Doctor. in Auth. quas
actiones. C. de ſacroſ. eccl. Paul. de Caſt. in l. quamuis,
nume. 4. C. de fideicomm. Rip. in rub. ff. ſolut. matr. nu.
61. Barth. Veron. de interp. leg. extenſi. in tit. vnde eli-
ci poſſ. extenſ. num. 15. & ſeq. & num. 21. & ſeqq. Me-
noch. d. conſ. 11. nu. 10. Paril. qui de communi teſtatur,
conſil. 16. num. 24. & ſeq. li. 3. Burſa. d. conſi. 93. nu. 13.
16 & ſeq. aſſerens neminem diſſentire, † quia tunc non
agitur proprie de extenſione, ſed de comprehenſione,
& omnis caſus in quo eadem ratio militat in ſtatuto,
comprehenditur ex mente diſponentium. gloſ. in l. mi-
lites agrum. de re milit. l. his ſolis. de reuoc. donat. Iaſ.
in l. Marcellus. nume. 46. ad Trebell. & in Auth. non li-
cet. C. de liber. prętterit. & late Rimi. iun. in conſ. 4. n. 8.
17 & ſeqq. lib. 1. † Et propterea cũ ſtatutum prohibuerit

plus

plus relinqui filijs ſecundi matrimonij, ne filij ex priori
matrimonio fraudentur, eius diſpoſitio locum habebit
etiam in relicto facto viro dictæ filiæ, cum in eo eadem
ratio fraudis contra filiam prioris matrimonij conſide-
18 retur, † & etiam quia quando prohibetur aliquid relin-
qui alicui perſonæ, cenſetur etiam prohibitum relinqui
eiuſdem conſanguineis, amicis, & alijs interpoſitis per-
ſonis, vt probant Bal. conſ. 161. Quædam nobilis, lib. 1.
& conſ. 22. lib. 5. Dec. conſ. 246. col. 1. & not. Bertran.
in repet. d. l. hac edictali, nu. 14. 16. & 19. C. de ſec. nup.
Ant. Gabr. in ſuis concluſ. in tit. de ſecun. nupt. concluſ.
4. nu. 8. & ſeqq. Boer. deciſ. 201. Rol. a Val. conſ. 29. nu.
5. & ſeqq. lib. 4. aſſerentes, l. hac edictali, C. de ſec. nupt.
diſponentem nõ licere plus relinquere, ſeu alias donare
Nouercæ, ſeu Vitrico, quam vni ex filijs primi matri-
monij, cui minus ſit relictum, locum habere etiam in di
ſpoſitione facta apparenter in gratiam filij, conſangui-
nei, amici, aut alterius interpoſitæ perſonæ.
19 Quod eo magis videtur dicendum, † quoniam teſta-
tor non legauit pure futuro ſponſo, ſed prælegauit fi-
liæ, & caſu quo in fauorem filiæ diſpoſitio effectum nõ
ſortiretur, & eius voluntas impediretur, omne id quod
filiæ relinquere non potuit, eiuſdem futuro ſponſo le-
gauit, quod ſatis oſtendit ad euertendum ſtatuti diſpo-
ſitionem, & in eius fraudem fauore futuri ſponſi diſpo-
ſitionem feciſſe, ſecundum Bald. in dicto conſ. 161. li. 1.
20 qui reſpondet, † quod ſi mater inſtituerit filiam in cen-
tum, & filium primi, & filios ſecundi matrimonij in oĩ-
bus bonis pro medietate, & in alia medietate ſecũdum
virum inſtituerit hæredes, hoc addito quod ſi ſecundus
vir totam medietatem capere non poſſet, illud plus
quod ipſe capere non poſſet de dicta medietate, relin-
quebat iure legati dictis filijs ſecundi matrimonij illud
plus, ſupradicta clauſula non obſtante debere dari filijs
primi matrimonij, quia id videtur feciſſe in fraudem
filiorum primi matrimonij, & Baldum ſequitur Boer.
deciſ. 201. num. 6. ver. Vnde ſi mulier. Cum enim teſta-
tor reliquerit futuro ſponſo, eaque prælegauerat filiæ
ex ſecundo matrimonio, quatenus diſpoſitio in fauo-
rem dictæ filiæ non ſuſtineretur, ſatis conſtat id feciſſe
21 in fraudem ſtatuti, † cum in fraudem legis fiat, quando
fit aliquid etiam vere, vt euitetur lex, & alias non fieret,
l. ſi libertus minorem, ff. de iure patron. Corn. conſ. 29.
col. fin. num. 23. verſic. Et in fraudem legis, lib. 3. Tiraq.
de vtroque retract. in præfat. num. 75. Ceph. conſ. 329.
22 nu. 45. lib. 3. † Et inuſitatę cautelę magis fraudem oſtẽ-
dunt. Rom. conſ. 520. col. 4. verſ. Tertio quia, Curt. iun.
23 conſ. 178. nu. 14. & 15. lib. 2. † Et propterea cum hęc in
fraudem legis ſint geſta, ipſo iure non valent, ſed infrin
guntur, vt in ſtatuto diſponitur, & facit text. in l. hæres
meus, §. quod in fraudem, ff. de condit. & demonſtr. &
Doctores communiter in d. l. hac edictali, & in propoſi
to not. Bald. & Boer. in locis proxime adductis. Præſer-
tim quia legatum non fuit factum futuro genero eius
contemplatione, & vt proprium ipſius generi efficere-
tur, ſed intuitu filiæ, & in eiuſdem vtilitatem, quo caſu
ſine difficultate infringitur, nã etſi dubitent Doctores,
numquid valeat diſpoſitio, quando aliquid relinquitur
conſanguineo, vel amico perſonæ, cui quis prohibetur
relinquere, ſi tamen relictum fuit factum contemplatio
ne perſonæ eius, cui relinquitur, conueniunt omnes, q̃d
ſi contemplatione perſonæ prohibitæ relinquitur eius
amico, vel conſanguineo, relictum non ſortitur effectũ,
vt ſcripſerunt Doctores ſupra citati, & declarant Pau.
de Caſt. in conſ. 150. col. fi. verſic. Nos loquimur, vſque
in fin. lib. 2. Corn. conſil. 82. lib. 3. Bertran. in d. repet. l.
hac edictali, num. 17. & ſeq.
Quod autem relictum ſit factum futuro genero con-
templatione filiæ, ex eo manifeſte oſtenditur, quia te-
ſtator non ſimpliciter, & pure illi legauit, ſed reliquit
filiæ pro augmento dotis, ad hoc vt honorifice nubere
poſſet, etſi filia id conſequi non poſſet, illud idem eiuſ-
dem filiæ futuro ſponſo reliquit, quod contemplatio-
ne filiæ factum cenſetur, vt ſcilicet ipſa virum nobilio-
rem, & ditiorem inueniret eum bonis pro dote relictis
portione hæreditaria, ac ſpe conſequendi dictum lega-
tum. Et quia reliquit dicto futuro ſponſo tunc teſtato-
24 ri incognito, † in quem nulla cadere poterat affectio ni-
ſi filiæ contemplatione, Bal. in l. veluti, nu. 1. ff. de peti.
hæred. Pau. de Caſt. in d. conſ. 150. col. fi. ver. Nos dici-
mus, non eiuſdem generi, ſed filiæ contemplatione re-
liquiſſe præſumitur, ſecundũ Pau. de Caſt. d. conſ. 150.
Corn. conſ. 82. lib. 3. & conferunt adducta in ſimili per
Bar. in conſ. 131. ver. Et hoc eſt veriſſimum, Ang. conſ.
78. ver. Secundo probatur, facit text. in l. dedit dotem,
iunct. not. ibi per Bar. nu. 2. ff. de collat. bon. & not. Soc.
iun. in conſ. 229. nu. 16. ver. Quo ſic ſtante, lib. 3. Ceph.
25 conſ. 105. nu. 23. & ſeqq. lib. 1. in quibus locis † probatur
dotem relictam nepti incognitæ, cenſeri relictam con-
templatione patris, non autem ipſius neptis incognitæ,
ad q̃ veriſimiliter relinquens nullã habebat affectionẽ,
26 & in fortiori caſu, quod † donatio facta genero etiam
cognito, facta cenſeatur cõtemplatione filiæ, & habea-
tur ac ſi filiæ eſſet donatum, late probat Run. iun. conſ.
42. num. 83. & ſeqq. lib. 1.
Poſtremo ſtatutum, de quo agitur, duo habet capi-
ta. Prohibet enim relinqui filijs ſecundi matrimonij
plus, quam filijs ex primo relictum ſit. Item ſi plus illis
relinquitur, illud plus ipſo iure concedit filijs prioris
matrimonij. Iccirco quia illud plus, quod fuerat reli-
ctum Dominæ Gentili, ipſo iure fuit acquiſitum D.
Heliſabeth, teſtator ſecundũ eamdem opinionẽ futuro
ſponſo relinquere non potuit, cum vigore ſtatuti effe-
ctum eſſet de patrimonio D. Heliſabeth, & conſidera-
retur tamquam quid diuerſum, & ſeparatum a ceteris
bonis hæreditatis teſtatoris, de quibus teſtator non po-
27 terat diſponere, vt in ſimilibus terminis † legati facti fi-
lijs ſecundi matrimonij eius quantitatis, quam ſecũdus
vir conſequi nõ poſſet, vt acquiſitum intelligatur filijs
primi matrimonij, & de eo mater diſponere non potue
rit, probat Bal. in d. conſ. 161. lib. 1. & poſt eum Boer. d.
28 deciſ. 201. nu. 6. & comprobatur † ex adductis per Pet.
de Anchar. conſ. 111. Superſtite Domina Auantina, &
Soc. iun. conſ. 103. nu. 25. lib. 1. qui dixerunt, quod ma-
ter quæ filijs tenetur ex forma ſtatuti relinquere tres
partes ſuorum bonorum, non poteſt in eis aliquod onus
fideicommiſſi imponere, ex quo illæ tres partes deben-
tur filijs ex præcepto legis, alias ſecundum eos de facili
prouiſio ſtatuti redderetur eluſoria.
Nec obſtat Primum argumentum, etenim illud pro
cedit de iure communi, ſed quia ſtatutum aliud diſpo-
nit, ſtatuti diſpoſitio eſt attendenda.
Neque nocet ſecundum, quoniam ratio augmenti
dotis non eſt ſufficiens, cum filia prioris matrimonij do
tem tantum ſcutorum mille habeat, quæ aucta non eſt.
Vlterius dicitur non fuiſſe neceſſarium facere prælega-
tum ratione per teſtatorem adducta, quia filia erat hæ-
res patris pro tertia parte, & habitura erat alia bona, ex
quibus dos ſcutorum mille ſibi relicta a patre in eodem
teſtamento valde augeri potuit.
29 Diluitur Tertium, conſiderando quod † in generali
diſpoſitione ſtatuti non comprehenditur cauſa dotis,
quando in caſu, in quo ſtatutum diſponit, ſpecialiter
dos reperitur priuilegiata, & in iſtis terminis proce-
dunt adducta per Doctores in contrarium allegatos,
qui vel ita expreſſe loquuntur, vel mouentur auctorita-
te Salic. in l. fin. in princ. C. de iure dot. qui in dictis ter-
minis loquitur, vt oſtendit Dec. conſil. 5. num. 2. & 3.

& in

& in conſ.301.nu.9.& ſeqq.Sed quando in caſu,in quo diſponit ſtatutum cauſa dotis in ſpecie,& expreſſe,non reperitur priuilegiata,lex, vel ſtatutum generaliter loquens,etiam cauſam dotis comprehendit,prout declarant,& diſtinguunt Goza.conſ.97.nu.7.Dec.in d.cõſ. 5.& 301.vbi contrarijs reſpondet, Soc.iun.conſ.12.n. 12.& ſeqq.lib.2.Tiraq.late,vbi contraria confutat, de vtroq.retrac.in tit.de retrac.lignag.§.1.gl.14.nu.96.& ſeqq.alios refert Ant.Gabr.in d.tit.de leg.& conſt.con clu.1.n.11.& iſtam opinionem eſſe veram,ac communem poſt alios teſtatur Rim.iun.conſ.3.nu.11.& conſ. 31.n.43.lib.1.Nat.conſ.613.n.6.& ſeqq.lib.3.Ripa in l.1.n.14.& ſeqq.ff.ſol.matr.& Pariſ.conſ.18.n.14.li.1. qui alios multos allegant.Ex quibus colligitur hanc diſtinctionem veram & magis cõem eſſe; Sed caſus de quo dictum ſtatutum diſponit, non reperitur in ſpecie priuilegiatus,vt ſcilicet ex cauſa dotis poſſit pater plus relinquere filijs ſecundi matrimonij,quam filijs prioris
30 matrimonij,ideo† tale ſtatutum ẽt hunc caſum cõprehendit ex iã dictis, & ita quòd nec ex cauſa dotis poſſit plus concedi filijs ſecundi matrimonij,quæ filijs primi matrimonij,firmant Fran.de Albergot.& Riccard.de Sal.inter conſil.Pau.de Caſt.li.1.conſ.261.& 264.poſt conſ.Bal.Et ſi admitteretur patrem ex cauſa dotis,non obſtante ſtatuto, plus relinquere poſſe filiæ, facile filij prioris matrimonij fraudarentur, & ſic ſtatuti diſpoſitio efficeretur eluſoria,quòd non eſt dicendum, c.cum quid vna via,de reg. iur.in 6. et in ſimili not.Soc. iun.in l.2.num.25.ff.de legat.1. cum per ſtatutum cenſeantur prohibita omnia,quibus fraus ſtatuto fieri poteſt, ſecũdum Menoch.conſ.11.nu.11.& ſeq.lib.1.

Nec reſiſtit Quartum,qm̃ vigore ſtatuti legatum factum filiæ ſecundi matrimonij ipſo iure in eius fauorẽ non valet,ſed filiæ prioris matrimonij, cui minus relictum fuerat,cõceditur,vt clare in ſtatuto dicitur,& eo ipſo quòd Antonius teſtator contra formã ſtatuti plus reliquit Dominę Gentili,illud ipſo iure fuit acquiſitum Dominæ Heliſabeth,& cum id tendat in fauorem filię prioris matrimonij, & pure, vt ſtatutum loquitur, ius
31 ſibi acquiſitum fuerit, non poteſt † aliquid operari in eius pręiudicium renunciatio filię ſecundi matrimonij, ad cuius commodum legatum factum reperitur, ſecundum Bar.in l.ſi quis in conſcribendo,nu.3.& ſeq. C.de pact.in l.hac edictali,in fi.C.de ſecun.nup.& in l.Titia, la 2.§.Imperator,num.5.ff.de leg.2.& not. Bertran.in repet.d.l.hac edictali, nu.43.& 44.Allegata autem in contrarium procederent in iure competente renunciãti tantum,vt declarant omnes in dictis locis,pręſertim Bart.in d.l.ſi quis,nu.3.& ſeqq.cum renunciatio ſubſiſtat in præiudicium renunciantis tantum non alterius. Dec.in d.l.ſi quis in conſcribendo,nu.29.vbi alios allegat, merito huiuſmodi renunciatio nihil operatur in pręiudicium filiæ primi matrimonij,cui legatum factũ filiæ ſecundi matrimonij acquiſitum fuit.

Quintum ſatis ex adductis ſupra tollitur, dũ demonſtraui ſtatutum locum habere etiam in relicto,facto fu-
32 turo ſponſo ex idẽtitate rationis.† Nec repugnat Cur. iun.in alleg.conſ.6.quoniam ipſe conſuluit, in caſu, in quo ratio in ſtatuto non erat expreſſa,& alio ſtatuto cauebatur ſtatuta ad litteram intelligi debere, nec interpretationem admittere,vt dicit ſub n.7.& 10.Et in caſu de quo agitur,minus nocet doctrina Bal.in l.1.nu.7. C. de inoff.dot. quoniam ſatis ſupra demonſtraui legatũ fuiſſe factum futuro ſponſo contemplatione filiæ,& in fraudem ſtatuti,& conſequenter non valere. Præterea Bald. loquitur in diuerſis terminis, videlicet in diſpoſitione pure facta in alterius fauorẽ,quòd valde differt,cũ teſtator reliquerit futuro ſpõſo, ſi diſpoſitio fauore filiæ non ſuſtinerẽt,& ſic in fraudem ſtatuti,meri to ſtãte diuerſitate caſus,Bal.non poteſt in contrarium allegari,cum ex diuerſis non inferatur,l.Papinianus, ff. de minor. l.generaliter, §.nihil commune cum ibi not. ff.de acqui.poſſ. Vlterius non eſt attendendum dictum Bal. in d.l.1.quoniam ipſe pro nobis concludit in conſil.161.lib.1.vbi dicit voluiſſe alias contrariam partem ſuſtinere,ſed quia alij contrarium cõſuluerunt, contra ipſum fuit iudicatum, vt vere contra dictam opinionẽ Baldi pro hac parte,vt ſcilicet non valeat diſpoſitio fauore cõſanguinei amici,perſonæ prohibitę,ſeu alterius interpoſitæ perſonæ,reſponderũt Fran.de Alber.inter conſil.Pau.de Caſt.conſ.261.lib.1.& Riccar.de Sal.inter dicta conſil.Pau.de Caſt.conſ.264.eo.lib.& eamdẽ opinionẽ tenent Cor.conſ.82.lib.3.Paul.de Caſt.conſ. 150.lib.2.Crau.conſ.40.in fin.lib.1.Boer.deciſ.201.& poſt alios multos Ant.Gab.in tit.de ſecun.nup.conclu. 4.num.9.10.& 58.

Remouetur etiam Sextũ,licet enim regulariter hæres teneatur ſeruare factum defuncti,d.l.cum à matre, cum alijs ſuperius adductis, tñ in præſenti caſu dicitur
33 hęredem† contrauenire poſſe,quia teſtator legatũ fecit contra prohibitionẽ ſtatuti,quod à ſtatuto infringitur, ac nullum redditur ipſo iure, ideo hæredi permittitur contrauenire, taleque factum nullum non obſeruare. Nam quando factum teſtatoris tendit contra legem,& ipſo iure annullatur, ceſſat diſpoſitio d.l.cum à matre, cum ſimul & hęres illi contrauenire poteſt.Rom.conſ. 520.col.4.Iaſ.conſ.168.in fin.lib.4.Soc.ſen.conſ.79.n. 47.lib.4.Soc.iun.conſ.77.n.134.lib.1.Crau.conſ.200. nu.7.lib.1.Gram.deciſ.93.nu.8.& ſeqq. cum alijs late adductis per Senat. Pedem. deciſ.67.num.1. latiſſime per Phanuc.de inuen.hæred.par.7.nu.112.& ſeqq.qui rationibus, & auctoritatibus probat hæredi etiam ſine inuentario,licere diſpoſita in teſtamento non ſeruare, ſed impugnare, quando contra prohibitionem legis te-
34 ſtator diſpoſuit. Vlterius† quoniam pręlegatum, quod filia primi matrimonij auſert à ſorore ex ſecundo matrimonio,non conſequitur ex voluntate patris,& tamquam hęres, ſed contra voluntatem patris legis diſpoſitione,& ſic alio iure,quam hæreditario.Cor.conſ.118. col.fi.ver.Nec obſtat textus,lib.1.conſ.22.nu.25.lib.2.
35 & Ceph.conſ.412.nu.27.& ſeqq.lib.3. † ceſſat diſpoſitio d.l.cum à matre, & Heliſabeth factũ patris approbare non tenetur,vt poſt Alex.& alios dicit Crauet. d. conſ.200.nu.7.ver.Poſtremo,& Burſat.conſ.91.n.22.
36 lib.1.Poſtremo† quia filio hæredi permittitur contrauenire facto defuncti contra diſpoſitionẽ d.l.hac edictali. & quod ſibi ex beneficio dictę legis debetur,petere, ſecundũ Bal.in d.conſ.161.lib.1.quẽ ſequuntur Gram. dec.93.nu.9.Menoc.d.conſ.11.nu.25.& Phan.in d.7. par.n.113.Quod procedit ſcđm Bero.in conſ.40.n.10. li.2.Rol.a Val.conſ.29.n.12.& ſeqq.lib.4.& Ant.Gab. in ſuis Concl. in tit.de ſec.nupt.concl.4. nu.42. & ſeq.
37 ẽt† ſi teſtator aliquid reliquerit filio cũ prohibitione, q̃ aliud conſequi,ſeu petere nõ valeat,& filius huiuſmodi relictum acceptauerit. quia nihilominus ſecundum eos iuxta diſpoſitionem d.l.hac edictali cõtrauenire poteſt ea rõne, quia hæc prohibitio teſtatoris tamquã in fraudem legis,nihil operatur ſecundum Bal.in l.fi.n.8.C.de his quę pęn.nomin.per tex.in l.Seius & Augerius,ff.ad leg.Falc.Idem ẽt fortius erit dicendũ in caſu præſentis ſtatuti,q̃ diſpõnem annullat ipſo iure,& relictum filiæ ſecũdi matrimonij in filiã primi matrimonij transfert.

Septimæ,& Vltimæ difficultati facile occurritur ex ſuperius adductis, cum vt dixi, legatum factum futuro ſponſo,obſtante ſtatuto,non valeat, & filia licet hæres
38 illud poſſit impugnare. Et ex abundanti † dicitur, quod filia hæres in dicta portione vigore ſtatuti acquiſita onere fideicommiſſi, aut legati, nec etiam

expreſſe grauari potuiſſet.iux. not. per Petr. de Anch.
conſ.111.incip.ſuperſtite D,Auantina,in fi.& per So-
cin.iun,conſ.103,nu,25.li.1,Alias de facili fraus ſtatu-
to fieri poſſet,contra l,non dubium, C,de leg.

Circa ſecundam principalem difficultatem dicen-
dum vt bona per Antonium data D.Heliſabeth,cōſe-
renda eſſe,attento valore eorumdem tpe collationis fa
39 ciendæ, † cū filius,qui a patre bona habuit in vita pa-
tris, teneatur in diuiſione bonorū illa conferre ſecūdū
eorum valorē conſiderato tpe mortis eius,de cuius ſuc
ceſſione agitur,& collationis faciendæ, Pau, de Caſtr,
in l.illud,C.de collat.quem ſequitur ibi Alex. n.3.Affl,
deciſ.247.nu.2.& not.Soc.ſen.in conſ.65.Viſo pūcto,
nu.4.li.1.& quamuis bona fuerint conſignata viro pro
40 certa æſtimatione,†& ęſtimatio emptionem facere ſo
leat,glo.in l.inter virum,C.de iur,dot.& bonorum do-
minium in virum transferat,l.quoties,vbi Bald. C.eo.
tit. Nihilominus in occurrenti caſu æſtimatio emptio
nem non conſtituit, quia facta fuit vt dignoſceretur,ꝑ
quo pretio darentur ad computum mille,& in qua par
41 te vir remaneret creditor, †& qñ ad aliū effectum fit
æſtimatio, bona dotalia remanent, & in virum domi-
niū non transfertur,vt not. Didac.Cou,pract.qō.c.28.
n.2.verſ.Sed ex cōtrario.Præterea ſi æſtimatio fuiſſet
talis,quæ emptionē induxiſſet, attñ quia poſtea conuē
tum fuit inter Antonium patrem,ac D. Durantem vi-
rum,vt bona prædicta eſſent dotalia vxoris,& pro fun
do dotali vxoris retinerentur , non obſtante dicta æſti-
42 matione,†ꝙ facere potuerunt etiam abſente, & inſcia
vxore,cum id ei vtile eſſet,& eiuſdem conditionē me-
liorem redderet,l.Attilicinus, & l.cum dos,ff.de pact.
dotal. ex dicta noua conuentione bona fuerunt effecta
propria mulieris,& propterea videntur conferenda.

Iſtis non obſtantib.contrariū cōcludendū arbitror,
qm̄ anno 1545.D.Antonius dedit D. Heliſabeth in v-
xorē D,Duranti cū dote ſcut.mille, & pro dote conſi-
43 gnauit bona ſtabilia æſtimata, † ęſtimatio aūt a princi
pio facta rei pro dote cōſignatæ,in dubio , ſi aliter non
fuit expreſſum,regulariter facit emptionē,gl.in l.ſi in-
ter viru,q̄ ſequuntur ibi Bal.& alij C, de iur, dot. Soc.
ſen.p.o cōi cōſ.69.nu.15.li.4.Didac.Couar. pract.qō.
c.28.nu.24.Boer,dec.327.nu.10. & ſeq.& de cōi poſt
multos teſtatur Franc.Becc.cōſ.42.n.2. & ſeq. Ceph,
cōſ.351.nu.30.lib.3.Natt.650.nu.2.lib.4. Rol.a Val.
44 cōſ.92.nu.9.li.2.†& dnium in viru trāsfert,l.quoties,
45 vbi Bal.C,de iur,dot.ōęque damnū † & lucrū ad virū
ſpectat,l.cū dotē,C,de iur.dot. Conſt. Roger.in tract,
46 de dot.q.11,in princ.† nec bona æſtimata, viro tradi
ta, dicūtur dotalia,ſed dos in preoo tm̄ cōſiſtit. Bald,
in d.l.quoties,in fi.Franc.Crement.ſingul.19. Alexan.
conſil.79.col.2.li.5.Corn.conſ.137. in princ.li.1.& la
te conſ.15.n.4.& 5.li.2.Soc.ſen.d.conſ.69.col.3.Bec.
47 d.conſ.42.nu.o.† & in caſu dotis reſtituendæ pretium
tantum,& non bona reſtituenda ſunt,d.l.quoties , vbi
Doct.& d.l.cum dotem.Alex,conſ.56.nu.1.li.6.Rub.
Alexandr.conſ.5.per totum,& late poſt Aret. & alios
Tob.Non.conſ.52.per totum, maxime, nu.5. & ſeq.
& 9 Ruin.conſ.134.nu.5,li.4.Soc.iun.conſ.118.n.17.
48 & ſeq.lib.3.Rol.& Ceph.in allegatis locis,† & conſe-
quenter in collatione veniunt tm̄ ſcuta mille,in quibus
dos conſiſtit,nō aūt bona,vt dicit Bald.in d.l. quoties,
in fi.& Affl.deci.247. Et quod dos conſiſtat in mille,
& bona cenſeantur data tali æſtimatione,quæ faciat
emptionem præter iam dicta , colligitur ēt manifeſte
ex verbis conuentionis , quia Antonius promiſit pro
dote ſcutos mille,pro parte conſignauit bona , & cer-
tam partem promiſit ſoluere per totum menſem Octo
bris eiuſdem anni , & complementum intra octo an-
nos,quæ oſtendunt bona loco pecuniarum data fuiſſe

ea æſtimatione, quæ emptionem facit , cum ſemper de
ſumma ſcutorum mille, & eius complemento fiat men
tio,vt in terminis conſiderat Rub. Alexan.conſ.5.n.3.
& hoc attenta prima conuentione,de qua apparet chi-
rographū,ꝙ puto clariſſimum . Idque & fortius dicen-
dum arbitror de bonis ab Antonio D. Duranti pro ſe,
& ſuis hęredibus recipienti venditis,non adiecto nomi
ne vxoris,quorum dominium fuit in D. Durantem em
ptorem translatum,licet de pecunijs dotalibus propter
49 te ſolutio fuerit facta,†quoniam res empta de pecunia
mea,mihi nō acquiritur,ſed tm̄ datur actio ad pecuniā
conſequendū,l.1.& l.multum,vbi Bal.& Pau.de Caſt.
C.ſi quis alt.vel ſibi.not. Bar.in l.etſi inſtrumenta,in ſ.
C.de fid.inſtr.lib.10.Alc,de pręſum.reg.3.pręſum.26.
50 nu.14.† & in terminis, ꝙ bona empta per virum de pe
cunia dotali,non efficiātur dotalia,niſi maritus & vxor
conuenerint,ꝙ efficerentur dotalia,probat text.in l.ex
pecunia,C,de iu.dot.vbi Bar.& Bal.n.4.Nat.cōſ.650.
n.10.lib.4.Soc. ſen.conſ.224.in prin,lib.2. & Cor.con
51 ſil.170.in prin.lib.4.Vel niſi†marito exiſtente non ſol-
uēdo,quo caſu in ſubſidiū efficiuntur dotalia,& vxori
cōpetit vtilis actio rei vēdicationis,vt per tex.in l.vxor
marito,iunctis notatis,ibi per gl,& Bar.ff.de don.inter
vir.& vxor.dixit Soc.ſen.in d.conſ.224.n.1,Vnde quia
in caſu iſto vir,& vxor non cōuenerunt,ꝙ bona empta
efficerētur dotalia,& vir eſt ſoluēdo,bona illa sūt pro-
pria viri.Ex quib.concludo dotē D.Heliſabeth cōſiſte-
re in ſcutis mille,& in diuiſione bonorū eſſe cōferendā
52 dictā quantitatē†vel realiter, vel quia matrimoniū ha
rat,tanto minus accipiēdo,iux.tex. cum ibi notatis per
Bar. Pau.de Caſt.Alex.& alios in l.dotis, C.de collat.

Nec obſtant contraria , qm̄ anno 1545. qñ dos fuit
53 promiſſa,†ius quæſitu fuit filiæ, quamuis eſſet abſens,
l.vni.§.accedat,C.de rei vxor,act.l. ex morte,in fin.C.
de pact,conuen. Doct.in l.poſt dotē,ff.ſol.matr. Natta
conſ.253.nu.2.lib.2.& quia actio pro ſua dote ſcutor.
mille ſibi competebat,nec potuiſſet maritus dotem a
pecunia in fundum cōmutare , & mulieri in iure iā ac-
54 quiſito pro ſumma ſcutorū mille pręiudicare,qa†ma-
ritus in iure quęſito vxori ꝑiudicare nō poteſt , l.ſeruus
dotalis,& l,ſi.ff.ſol.matr. Dec.conſ.58.n.3,etſi conſen-
55 ſus patris,qui dotem promiſerat acceſſerit,cū† nec pa
tri reperiatur permiſſum ſine cōſenſu filiæ cum genero
paciſcendo filiæ conditionem mutare, & deteriorē fa-
cere,l.cum à ſocero,C.de iur.dot.l.quoties,ff.ſol.matr.
56 ſolum†quidem accedente conſenſu mulieris potuiſſet
dos de pecunia in fundum commutari,ſi id mulieri vti
le fuiſſet,iux,tex.in l.ſi mulier dotis,& l.cū maritus,ff.
de pact,dot.l.ita conſtante, & l.ſeq.ff.de iu.dot.& not.
per Bal.nou.in trac.de dot.par.7.prin.priu.1.col.3.ver.
Si autem,& Pariſ.conſ.128.nu.2.lib.1.Sed qñ mulieris
conſenſus non accedit,commutatio de pecunia in fun-
dum fieri non poteſt,vt firmant Corn.conſ.170.col.1.
lib.4.Natt.conſ.650.nu.10.lib.4.& Franc.Becc.conſ.
42.nu.19.& 20.aſſerentes id procedere(licet huiuſmo
di commutatio mulieri vtilitatem afferret) cū copula-
tiue duo requirantur,& ꝙ mulieri ſit vtilis cōmutatio,
& eius conſenſus accedat,& vno deficiente corruit,ꝙ
vltra eos clare explicat ēt Soc.iun. in conſ.118.nu.11.
& ſeqq.li.3. Corruit igitur dicta cōmutatio dotis,quia
de conſenſu mulieris nō apparet,& modo expreſſe con
tradicit,& tanto magis,quia nec apparet,quòd tēpore
conuentionis factæ, inter patrem & virum dictæ dotis
cōmutatio ceſſerit in commodū, & vtilitatē mulieris,
vt requiritur iux.tex.in d.l.ſi conſtante, & tenent Do-
57 ctores in dictis locis. † Nec augumenti pretij poſtea ex
curſu temporis cauſati eſt habenda ratio,cū in hoc tem
pus dictæ conuentionis ſit attendendum , non attento
quid poſtea euenerit ſecundum Bal.nouel.in d.tract.de
dot.

dot.par.7.princ.priuileg.1.nu.7. quo tpe conſiderato, non ſolum non cōſtat de vtilitate, immo præſumitur, 8 quod in mulieris damnū ceſſerit,† cum magis ei expediret habere actionem ad ſummam mille, in qua a principio dos conſiſtebat,& quod bona illa eſſent viri,quo caſu eorum periculum ad virum ſpectabat, l.plerumq; & l.ſi res æſtimatæ,ff.de iur.dot.Bar.in l.ſi vt certo, §. nunc videndum,nu.4.ff.commodat.& Rol.à Vall.cō- 9 ſil.92.nu.10.li.2.†& mulier pro recuperatione ſuæ dotis tam bona viri,quam ēt illa viro conſignata obligata habebat,Soc.ſen.conſ.224.nu.1.li.2.Rub.Alex.in conſil.5.n.3.Dida.Couar.pract.qō.c.28.n.8.& Rol.à Val. d.conſ.92.nu.24. Quam ſi dos in dictis bonis conſiſteret,cū illa diminui,& caſmate perire potuiſſent, quòd periculum, ſi in quantitate dos conſiſteret ceſſat, cum dos diminui, ſeu perire non poſſit in præiudicium vxoris,quę vt dixi bona conſignata viro,& alia bona viri, & etiam eiuſdem perſonam obligatam habebat pro dotis reſtitutione, merito commutatio potius damnoſa,quam vtilis iudicabitur, vt in terminis dicunt Bald. Nouel.in d.priu.1.col.3.ver.Si autem,Rub.Alex.d.cōſil.5.nu.2.Didac.Gouar.d.q.28.num.7.ver.Sed hic,& Ceph.conſ.351.nu.33.& ſeqq.& nu.43.li.3.Et proptere a non valuit hæc commutatio,cum conſenſus mulioris,ac eiuſdem vtilitas copulatiue requiſita deficerent, & conſequenter dos in quantitate conſiſtit, non in bonis ſtabilibus,& quantitas ipſa conferenda eſt.

Cum differentia de qua ſupra verteretur inter ſorores, fuit ſopita per concordiam.

ARGVMENTVM.

Statutum Bictonienſe,quod concedit lucrū dotis viro mortua vxore, matrimonio per carnalem copulam conſummato, vel muliere traducta ad domū viri, quo caſu locum habet,& quomodo copula carnalis probetur, & quando dicatur mulier traducta ad domum viri.

SVMMARIVM.

1 *Statuto vt ſit locus,qualitates ab eo requiſitæ probari debent.*

2 *Confeſſione,nulla poteſt dari maior, & fortior probatio.*

3 *Copula carnalis, an fuerit ſecuta vel non,probatur confeſſione coniugum.*

4 *Vxor non intelligitur traducta ad domum viri,quando acceßit ſolatij cauſa abſque animo permanendi.*

5 *Maritus non conſequitur lucrum dotis,quando duxit uxorem ſine impenſa, & contra parentum voluntatem. Sed contra nu.59.*

6 *Probatio plena vt reſultet,requiruntur duo teſtes deponētes de veritate facti, quam ſenſu corporeo perceperint. Quod qualiter intelligatur,ibi declaratur.*

7 *Probatum an aliquid ſit,iudicis arbitrio remittitur.*

8 *Iudex ex diuerſis præſumptionibus,& coniecturis ſententiam proferre poteſt.*

9 *Probatio plena illa dicitur,quæ animum iudicis ad credulitatem inducit.*

10 *Statutum Bictonienſe cōcedens viro lucrum tertiæ partis dotis,decedente muliere,matrimonio per copulam carnalem conſummato, vel ea traducta ad domum habitationis viri intelligitur alternatiue,non copulatiue.*

11 *Dictio, Vel,eſt alternatiua.*

12 *Alternatiuæ natura eſt contenta altero de requiſitis.*

13 *Mulier præſumitur carnaliter cognita,quando ad domum viri fuit traducta.*

Item quando ſoli permanſerunt in domo,nu.14.

15 *Copula carnalis concludenter probatur, quando vir, & mulier ſimul in eodem lecto viſi fuerunt.*

Item per teſtes minus idoneos,nu.18.

Et per teſtes ſingulares,nu.25.

Et per teſtes de credulitate, maxime quando tali credulitas alijs adminiculis adiuuatur,nu.33.

Et per aſſertionem viri,nu.34.

Et per famam,nu.39.

16 *Soror eſt idonea teſtis pro fratre.*

17 *Coniuncti admittuntur in teſtes,quando agitur de probatione rei,quæ coniunctis tantum innoteſcit.*

19 *Frater etiam cum fratra cohabitans eſt idoneus teſtis in caſibus in quibus per eos magis veritas ſciri poteſt, & extraneis non ſolent innoteſcere.*

20 *Domeſtici ſunt idonei teſtes ad probandum ea, quæ geſta ſunt domi.*

21 *Fratres ſunt idonei teſtes pro fratre in caſibus, in quibus teſtes domeſtici recipiuntur.*

22 *Teſtes ex eo quod ſe in conteſtes non allegant, ſingulares non cenſentur.*

Prout nec ſunt ſingulares, quando tendunt ad eundem finem,ſed conteſtes præſumuntur, nu.23.

24 *Teſtiū ſingularitas adminiculatiua non nocet,ſed obſtatiua.*

26 *Teſtes de credulitate deponentes non probant.*

Etiam ſi dicerent pro certo credere,num.27.

Fallit quando agitur de probatione eius,quod certitudinario ſui natura ſciri non poteſt,nu.28.

29 *Copula carnalis ſecrete fit, & in ſenſum teſtis immediate cadere non poteſt.*

Vere probari non poteſt,nu.30.

Solet eſſe difficilis probationis,nu.31.

Ad eius probationem admittuntur qualeſcunque probationes etiam præſumptiuæ,nu.32.

Et etiam plures imperfectæ coniunguntur, nu.40.

35 *Teſtis vnicus plene probat contra producentem.*

Etiam ſi depoſuit de credulitate, nu.36.

Vel de auditu,nu.37.

38 *Teſtis in caſu in quo deponens de credulitate admittitur, recipitur etiam ſi deponit de auditu.*

41 *Statutū concedens viro lucrū dotis locū habet, et ſi vxor non fuerit à viro carnaliter cognita,nec ad domum traducta: Vel ſaltem ſi fuerit cognita,licet nondum traducta.*

Et locum habet,quando fuit traducta ad domum,licet ibi per duos tantum dies permanſerit,nu.42.

Et quamuis matrimonium momento durauerit, num.43.

44 *Teſtes ad ꝑpetuā rei memoriā quādo examinari poßint.*

45 *Teſtes recepti parte non citata, etiam ſi mille eſſent, non probant,nec faciunt iudicium.*

Nec etiam coram Principe, nu.46.

47 *Teſtes recipi debent parte citata, etiam ſi extra ordinem examinarentur.*

48 *Teſti aſſerenti eſſe conſanguineum inducentis creditur.*

49 *Teſtis conſanguineus, vel affinis inducentis non eſt idoneus,ſed de fide diminuitur etiam in cauſa ciuili.*

50 *Teſtis vnus regulariter facit ſemiplenam probationem.*

Intellige ſi eſt omni exceptione maior,nu.52.

Fallit in conſanguineo,vel affine,nu.51.

53 *Matrimoniū ꝑſumitur cōſummatū, ſi vxor in domo viri, ac in lecto cū eo permāſit,nec viro id neganti crederetur.*

54 *Teſtibus veriſimiliora deponentibus magis creditur.*

55 *Matrimoniū fuiſſe conſummatū viro aſſerenti magis creditur,quā vxori id negāti,ſi ſimul in domo permaſerūt.*

56 *Teſtibus deponentibus de corruptione puellę magis creditur,quam id negantibus, ſi in lecto cum viro permanſit.*

57 *Teſtibus aſſerentibus audiuiſſe aliquid ab alio non adhibetur fides,ſi ille examinatus id negauerit.*

58 *Teſte ſi examinatus deponit contrarium eius quod dixe*
rat extra iudicium, ſtatur depoſitioni iudiciali iuratæ.
69 *Patris cõſẽſus ĩ matrimonio cõtrahẽdo hodie nõ exigitur.*

CONSILIVM XV.

VIſis Statuto Terræ Bictonij diſpo-
nente, quod decedente muliere nupta,
per carnalem copulam matrimonio
conſummato, vel traducta ad domũ ha
bitationis viri, in matrimonio ſine li-
beris, maritus ſuperſtes lucretur tertiã
partem dotis. Ac proceſſu agitato inter Ioannem Si-
meonem virum quundam Dominæ Baptiſtæ ex vna,
& Dominam Oniam, & filios ex altera. Videtur dicen
dum, mortua dicta Domina Baptiſta ſine filijs, Ioan-
nem Simeonem virum vigore ſtatuti lucrum tertiæ par
tis dotis conſequi non poſſe: Quoniam ſtatutum præ-
dictum, concedens lucrum dotis marito, requirit quod
ſit matrimonium carnali copula cõſummatũ, vel quod
1 mulier ſit traducta ad domum habitationis viri. † Et
quia Ioannes Simeon, ex beneficio dicti ſtatuti lucrum
petit, probare debuit qualitates omnes in eo requiſi-
tas verificari, ad hoc vt ſtatuto locus ſit. Bald. in l. ſi
quis non dicam rapere. col. 2. & 3. C. de epiſ. & cle. Soc.
ſen. conſ. 27. nu. 14. lib. 4. & conſ. 220. nu. 9. lib. 2. Corn.
conſ. 170. num. 9. lib. 2. late Pariſ. conſil. 62. num. 40. &
ſeqq. lib. 4. Sed non probauit matrimonium carnali
copula fuiſſe conſummatum, vel vxorem ad eius do-
mum duxiſſe, prout ſtatutum requirit, ideo eius com-
modo vti non poteſt, vt per Pariſ. & alios ſuperius ad-
ductos.

Et tanto magis hoc dicendum videtur, cum non ſo-
lum prædictæ qualitates non ſint pro parte viri proba-
tæ, ſed etiam probatur matrimonium non fuiſſe con-
ſummatũ per plures teſtes, deponentes Ioan. Simeo-
nem, dum D. Baptiſta vxor ægrotabat, faſſum fuiſſe il-
2 lam carnaliter non cognouiſſe, † & propria confeſſio-
ne nulla poteſt dari maior probatio, l. cum te. vbi Do-
ctores notant. C. de tranſa. Bal. conſ. 192. lib. 2. Rimin.
iun. conſ. 103. nu. 28. lib. 1. Cum illa ſit fortior quacun-
que probatione. Iaſ. in d. l. cum te. in 3. no. So. iu. in cõſ.
5. nu. 4. & 5. lib. 3. Alex. in conſi. 141. nu. 3. lib. 6. præſer
3 tim in propoſito, in quo circa † probationem copulæ
carnalis confeſſioni ſtandum eſt. iux. c. ſi quis accepe-
rit. 33. q. 1. c. continebatur, de deſp. impub. per quæ iu-
ra ita in propoſito dicunt Anto. de Butr. in c. duo pue-
ri. in 7. no. de deſpon. impu. & ibi Abb. in vlt. no. So. ſe.
in conſ. 223. lib. 2. & Dec. conſ. 577. nu. 9. Rim. iu. cõſ.
388. nu. 1. & ſeqq. lib. 4. Nec poteſt dici vxorem ad do-
mum viri fuiſſe traductam, ex eo q̃ Ioannes Simeon il-
lam ad lacum duxerit, quia ad illum locum acceſſerunt
ſolatij cauſa, vt ipſe faſſus fuit, & id etiam pluries aſ-
firmauit Do. Franciſca ſoror ipſius Ioannis Simeonis
4 & † qñ ad domum viri vxor accedit animo non perma
nendi, ſed ſolatij cauſa, non poteſt dici ducta. arg. text.
in l. 1. §. habitare. verſic. Hoſpes. ff. de his qui deiecc. vel
5 effud. † & eo magis non videtur maritum lucrum con-
ſequi poſſe, quia ſine impẽſa vxorem ad domum ſuam
duxit, & vt præſupponitur contra matris volunta-
tem, & propterea ſtatuti diſpoſitioni locus non vide-
tur, poſtquam nulla ex qualitatibus requiſitis iuſtifi-
catur. Et hæc ſunt, quæ in dubijs tranſmiſſis addu-
cuntur.

Prædictis non obſtantibus, arbitror Ioannem Si-
meonem virum conſequi debere tertiam partem do-
tis iuxta ſtatuti diſpoſitionem, cum requiſita ab ipſo
ſtatuto concludenter probauerit. Et ad id oſtenden-
dum.

6 Præmitto † quod etſi dici ſoleat ad plenam proba
tionem requiri duos teſtes deponentes de veritate fa
cti, q̃ ſenſu corporeo perceperint. l. vbi numerus. ff. de
teſtib. l. teſtium. C. eo tit. l. ſi. C. ſi cer. pet. Id non eſt ita
intelligendum, quin per alias legitimas probationes
quæ per directum, vel indirectum poſſint animum Iu
dicis mouere, probari poſſit, ſecundum Paul. de Caſtr.
7 conſ. 380. num. 1. lib. 1. cum † an aliquid plene proba-
tum ſit, remittatur arbitrio Iudicis, certaque regula
dari non poſſit. Soc. ſen. conſ. 262. nu. 11. lib. 2. Soc. iun.
conſ. 90. nu. 19. & conſ. 32. lib. 2. Cur. iu. qui de commu
8 ni teſtatur conſ. 106. nu. 3. li. 2. & propterea † Iudex ex
diuerſis præſumptionibus, & coniecturis poteſt mo-
tum animi ſui conformare, ex illiſque ſententiam fe-
9 re, prout declarat Paul. de Caſtr. in d. conſ. 380. † cum
illa quæ iudicem ad credulitatem inducit, dicatur ple
na probatio. Pau. de Caſtr. in l. admonendi. ff. de iureiur.
in l. Lucius. ff. de his qui not. infam. Soc. ſen. conſ. 178.
nu. 4. & conſ. 262. num. 11. in fi. lib. 2. Dec. conſil. 510.
numer. 3. & Socin. iun. qui hanc opinionem commu-
nem appellat in d. conſ. 32. nu. 10. & in d. conſil. 90. nu.
18. lib. 2. quod ſentit etiam Crau. conſ. 73. num. 35. li. 1.
10 Præmitto etiam † hoc ſtatutum concedere lucrũ ter
tiæ partis dotis viro prædecedente vxore, matrimonio
per carnalem copulã cõſummato, vel vxore ad dom
habitationis viri traducta, nec requirere copulatiue, q
matrimonium ſit conſummatũ, & ad domum viri mu
11 lier ſit traducta, ſed diſiũctiue, & alternatiue, † vt oſten
dit dictio, Vel, in ſtatuto poſita. l. hæc verba, ille aut
ille. ff. de verb. ſign. Pariſ. conſ. 91. nu. 29. lib. 2. Et propte
rea ſatis eſt matrimonium fuiſſe conſummatũ, vel mu-
12 lierem ad domum fuiſſe traductã, † cum natura alter-
natiuæ, ſit contenta altero de requiſitis, nec exigat con
curſum omnium, c. in alternatiuis, de reg. iur. in 6. l. ſi
hæredi plures. ff. de cond. inſt. §. pen. Inſtit. de hær. in-
ſti. Bart. in l. ſi is qui. §. verum. nu. 1. & ſeq. ff. de reb. d.
Soc. ſen. in conſi. 52. nu. 6. ver. & ſic conſtat. li. 1. Ripa
c. inter ceteras. num. 23. & 24. de reſcript. Ceph. conſ.
432. nu. 9. lib. 3. Burſat. conſil. 2. nu. 65. lib. 1.

His præmiſſis cenſeo ſufficienter probari qualita-
tes requiſitas à ſtatuto, conſtat enim matrimonium
eſſe conſummatum.

Primo quia probatur Ioannem Simeonem duxiſ-
ſe vxorem ad Caſtrum Montis Lacus, in quo ipſe ha-
bebat habitationem, abſque eo quod accederet ali-
quis ex attinentibus vxoris, illamque ibi retinuiſſe
13 per viginti dies, † & ex hoc exoritur iuris præſum-
ptio, quod poſtquam vxor a viro ad eius domum fuit
traducta, & ſimul habitauerint in eadem domo, eam
carnaliter cognouerit, ſimulque matrimonium con-
ſummauerint. Bal. in l. Deo nobis, numero 9. C. de
epiſc. & cleric. Bartol. in l. cum fuerit. ff. de condit. &
demonſtr. facit gloſ. in cap. ſi quis acceperit. 33. q. 1.
Innocent. in cap. ex parte. colum. 3. verſicu. Intelli-
ge, de reſtitut. ſpoliat. Bald. in cap. per tuas. numero 4.
verſicu. Sed contra. de probat. Alciat. de præſumpt.
regu. 1. præſumpt. 41. Roland. à Vall. de lucr. dot. q.
109. nume. 2. Bero. in conſil. 40. numer. 22. libro 1. &
in terminis Dec. in conſilio 577. numero 11. Semper
enim præſumitur virum, qui vxorem in domo habet,
cum ea re venerea vti. Abb. & Præpoſit. in cap. cau-
ſam. in 2. not. qui fil. ſint legit. Capr. conſil. 2. colum.
1. Pariſ. conſi. 12. nu. 238. & conſil. 10. nu. 6. lib. 2.

Secundo, quia in proceſſu concludenter probatur
per plures teſtes Ioannem Simeonem, & vxorem ſi-
mul ſolos tam in domo, poſita in dicto Caſtro Mon-
14 tis, quam in Terra Bictonij ſtetiſſe, † inducitur præ-
ſumptio, vt illam carnaliter cognouerit, vt poſt a-
lios voluit Pariſ. in conſil. 10. nume. 33. lib. 2. & Alex.
in l. 1.

in l.1.n.19.ver.Exemplum,ff.ſi cer.pet.Preſertim quia
teſtes dicũt illos vidiſſe ſolos in domo,& ẽt ad inuicem
ſe deoſculantes,& amplectentes,qui vrgentiſſimam co
pulæ carnalis preſumptionem inducunt. Abb.in c.Pre-
terea,n.2.de teſt.& ibi Fel.nu.2. qui opinionẽ Abbatis
cõprobat per tex.in c.litteras,de præſum. Bar.in l.capi
te quinto, ff.ad leg.Iul.de adul.Soc.iu. cõſ.32.n.16.li.2.

Tertio id manifeſte probatũ videtur per multos te-
ſtes,affirmantes vidiſſe Io.Simeonem,& vxorem in do
mo habitationis viri in dicto caſtro Montis ſimul in eo-
5 dem lecto permanere,†quæ ſane probatio concluden-
ter carnalem copulam probat,iux.tex.iuncta gl.in §.ad
notorium,in Inſt.canon. Excellentiſſ.D.Io.Pauli Lan-
cel.Peruſini, in tit.de probat.Lap.alleg.53.nu.1.Rom.
conſ.91.nu.6. Io.de Amic. conſ.69.nu.10. Ruin.conſ.
130.nu.4.lib.4.late Barba.in conſ.26.per totum,lib.4.
Dec.conſ.577.nu.10.& 12.& Pariſ.in conſ.170.n.12.
& ſeq.lib.4.Crot.conſ.413.nu.24.lib.3.qui per text.in
c.ex litteris,de præſum. dixit hanc probationem ſuffi-
cere etiam ad hoc vt poſſit ferri ſententia diuortij,quã
opinionem ſequitur poſt alios multos etiam Maſcard.
de probat.vol.1.concl.452.in verb.copula carnalis.Et
quãuis inter dictos teſtes adſit D. Franciſca ſoror dicti
6 Io.Simeonis,† quæ non videtur omnino idonea ad de-
ponendum pro fratre,iux.gl.in l.lex Iulia,ff.de teſti. &
not.per Ant.Gabr.in ſuis concluſ.in tit. de teſt.conclu.
14. hoc non nocet, cum adſint alij, qui idem deponũt,
7 & †agitur de probatione eius,quod non extraneis,ſed
coniunctis tantum innoteſcit,quo caſu etiam cõiuncti;
qui alias à teſtimonio repellerentur,admittuntur, ido-
neique reputantur. Aret.in conſ.13.col.pen.ver.Et pri-
8 mo,& Ruin.conſ.130.col.1.lib.4.† vbi in ſpecie dicit
ad probandum copulam recipi teſtes minus idoneos,&
qui aliàs non admitterentur.Ant.de Butr.in c. videtur,
in 3.& 5. not.qui matr. accuſ.poſſ. Fel. in c.cum opor-
teat,col.3.ver.Producitur,de accuſat.Ant.Gab.in ſuis
concl.in tit.de teſt.concl.9.num.19.& concl.13. n.14.
9 vbi alios allegat.†Et quod frater etiam cum fratre co-
habitans ſit pro fratre idoneus teſtis in caſibus,in quib.
per eos magis veritas ſciri poteſt, & regulariter extra-
neis non ſolent innoteſcere,tenet Bal.in l.parentes,n.6.
C.de teſti.quem refert, & ſequitur Aret.in d. conſ.13.
col.pen.ver.Primo quod illa iura. Et quia hic agitur de
10 probatione eorũ,quæ geſta ſunt domi,& ſecrete† quo
caſu domeſtici teſtes admittuntur,l.conſenſu, vbi Bal.
C.de repud.Bart.in l.& quæ tutores, C.de admin.tut.
Affli.dec.304.nu.10. Alex.conſ.64.nu.5.lib.1. & poſt
Ang.Gram.Soc.Fel. & alios multos not.Ant. Gabr.in
21 d.tit.concl.10.nu.33.Pari modo admittitur ſoror,†cũ
in caſibus, in quibus domeſtici à teſtimonio non repel-
luntur,ẽt fratres ſint idonei teſtes, vt ſentit Bald.in d.l.
parentes,n.6.Fel.in c.cum oporteat,nu.2.in fi.ver.Aut
producit,de accuſat.& magis clare Ant.Gabr.in d.tit.
concl.14.n.26.Nec de aliorum teſtiũ ſingularitate op-
poni poteſt, nam etſi teſtes affirmantes vidiſſe ſponſos
nudos in eodem lecto, & ſe amplectentes, in conteſtes
22 ſe non allegent,†non poſſunt ex hoc ſingulares appella
ri,cum conteſtes eſſe poſſint.Corn.conſ.93. lib.1.Alex.
conſ.185.lib.7.Marſil.ſing.401.Fel.Ruin.Brun.& alij
quos refert,& ſequitur Ant.Gabr.in d.tit.concl.2.n.5.
23 & 6.†præſertim quia dicta teſtium concordant,& ten
dunt ad eumdem finẽ,cum dicant vidiſſe coniuges nu-
dos ſimul in eodem lecto,propterea ſingulares nõ ſunt,
ſed conteſtes.Crauet.conſ.73.num.34.libro 1. Burſat.
24 conſ.118.n.22.vbi communem dicit lib.1.†Etſi teſtes
ſingulares eſſent, poſtquam ſingularitas non eſt obſta-
tiua,ſed adminiculatiua, non nocet, prout late decla-
rant Crau.de antiq.temp.par.4.c.ſed enim, ſolio mihi
233.& ſeqq.à nu.1. vſque ad 15. & in conſ.73.nu.33.

lib.1.Ruin.conſ.35.nu.6.li.4.& Ant.Gabr.in d.concl.
2.per totam,maxime nu.63.& 64.Quod fortius eſt ad
25 mittendum,†cum agitur de probatione copulæ carna
lis in genere,nec opus eſt certum,& particularem actũ
iuſtificare, quo caſu etiam teſtes ſingulares, de coitu
deponentes,probant.Soc.iun.conſ.99.nu.7.li.2. Boer.
q.23.nu.44.& ſeqq.Ant.Gab.in d.concluſ.2.nu.50.&
poſt eum Burſ.in conſ.69.nu.12.lib.1.

Quarto id probari videtur ex depoſitionibus mul-
torum teſtium, aſſerentium credere inter dictos coniu
ges matrimonium carnali copula fuiſſe conſummatũ,
26 qui,†& ſi deponant de credulitate, & non certitudi-
narie,& per ſenſum corporeũ, quo caſu regulariter nõ
probãt,iux.tex.in l.teſtiũ,C.de teſt.& l.fi.C.ſi cer.pet.
Et ob id dicendũ videretur non probare.Bar.in l.2.§.
idẽ Labeo,ff.de aq.plu.arc. Ale.in l.1.n.21.ff.ſi cer. pet.
Iaſ.in l.qui hæreditatẽ,nu.7.ff.de acqui.hære. Fel.in c.
quoties,n.7.de teſti.& eſt cõis opinio,vt teſtatur Viui.
27 tract.cõm.opi.in verb.teſtis,deponens,†ẽt ſi dicerent
pro certo credere,c.tertio loco,de præſump.Bal.in l.ſi-
ue poſſidetis,col.2.C.de prob.Iaſ.in Rub. ff.ſi cer.pet.
28 nu.2.†nihilominus qñ agitur de probatione eius,quod
certitudinarie ſui natura ſciri,& cognoſci non põt, te-
ſtis de credulitate deponens,recipitur,Bald.in l.teſtiũ,
C.de teſt.Ant.de Butr.Abb.& Imo. in c.quoties,de te
ſti.vbi Fel.nu.10.ver.Tertio limit. & Burſ.in conſ.87.
nu.50.lib.1.Sed res,de qua agitur talis eſt. Tum, quia
29 carnalis†copula ſecrete,& non palã,ac in hominũ con
ſpectu fit, & huiuſmodi actus copulæ in ſenſum teſtis
immediatum cadere non põt.Ceph.in conſ.82.nu.30.
30 & ſeqq.li.1.& vere† copula carnalis probari non põt.
Maſcar.de probat.vol.1.conclu.452.nu.3.Tum etiam
31 quia † ſolet eſſe difficillime probationis. Soc.iun.con-
ſil.32.nu.12.13.& 23.lib.2.& Dec.conſ.577.nu. .. &
32 ppea†in probatione copulæ admittuntur qualeſcum
que probationes etiam præſumptiuæ.Maſcar.in d.cõ-
33 clu.452.nu.10.Ideo† teſtes de credulitate illã probat,
præſertim quando credulitas alijs adminiculis adiuua
tur,vt in terminis voluit Bar.in l.2.§.idem Labeo, nu-
me.5.ff.de aqua plu.arc.gl.in §.ad notoriũ, in verb.Vi-
diſſe,Inſt.Canon.Lancel.de probat.Socin.ſen.in tract.
de reg.& fallen.reg.518.in verb.Teſtis de credulitate,
verſ. Quinto fallit.Maſcar.in d.concl.452.n.13.prout
vere hmõi credulitas in caſu, de quo agitur,vrgentiſſi-
mis præſumptionibus,de quibus ſupra, iuſtificatur.

Quinto matrimonium fuiſſe inter dictos coniuges
conſummatũ probatur per multos teſtes, affirmantes
audiuiſſe dictum Ioan.Simeonem, quando cum vxore
erat in dicto Caſtro Montis dicentẽ matrimoniũ cum
34 ea conſũmaſſe,cuius†aſſertio plene probat copulã car
nalem,eique credendum eſt, cum per aſſertionẽ viri il
la plene probetur. Ant.de Butr.in c.duo pueri,in 7.not.
de deſpon.impub.& ibi Abb.& in terminis Soc.ſen.d.
cõſ.223.& poſt Bal.Hoſt.& alios Dec.in cõſ.577.n.9.

Sexto accedit,ꝙ dicit Reuerendus D.Vliſſes,q̃ fuit
inductus ab aduerſario, & eius dictum publicatũ, per
partem aduerſam fuit reproductum, aſſerens credere
35 fuiſſe matrimonium conſummatũ,†qui contra produ
centem plene probat,licet ſit vnicus,Soc.iun.in conſil.
69.nu.11.li.1.Pariſ.conſ.83.n.30.lib.1.de cõi teſtatur
Ant.Gabr. in ſuis concluſ.in tit.de teſt.concl 1.nu.14.
Ceph.conſ.65.nu.55.in conſ.82.nu.47.& in cõſi.141.
36 nu.16.li.1.†Quæ opinio procedit etiam in teſte depo-
nente de credulitate.Rom.conſ.104.in fi. Iaſ.in Rub.
ff.de iureiu.in 6.limit.Crau.in conſ.201.n.7.li.2.Ceph.
in cõſ.435.n.7.li.3.Ant.Gab.q̃ de cõi teſtatur in d.con
37 clu.1.nu.14.†Vel de auditu,Ceph.in conſ.65.n.55.li.
1.Burſ.conſ.57.nu.11.lib.1. Tob.Non. cõſ.99.nu.19.
quoniam ſecundum Iaſ.in rub. ff.de iureiur.num.9.&

38 ſeq.in 8.limit.†In caſu in quo teſtis de credulitate pro
bat,ad mittitur etiam de auditu,& econuerſo.
Septimo multum facit publica vox,& fama quæ vi-
gebat in dicto caſtro Montis, quod matrimonium fue-
39 rit conſummatũ,†quia fama,cum agatur de probatio-
ne copulæ, quæ vt dixi,eſt difficilis probationis ſecun-
dum aliquos,plenam probationẽ inducit,vt late in ter-
minis not,Soc.iun.in d.conſ.32.nu.23. & poſt Abb. &
alios Cephal,in d.conſ..82.nu.30.& ſeqq,lib.1.
Poſtremo licet credam ex prædictis copulam carna
lem ſufficienter probari, adhuc ſi de per ſe non ſuffice-
40 rent,†ſimul tñ iuncta concludũt ex regula,quæ habet,
ꝙ quę non proſunt ſingula,iuncta iuuant,de qua per gl,
in l.2.in verb.legitimis,ff,de excuſa.tut.cum alijs addu
ctis per Ant,Gab.in ſuis conclu,in tit.de prob.concl.1.
per totam,& ex eis plena probatio oritur, ſtante maxi-
me quòd agitur de probatione copulæ carnalis, quæ vt
dixi,eſt difficilis probationis,quo caſu plures præſum-
ptiones, & probationes ſimul iunguntur, etſi quælibet
in ſua ſpecie nõ eſſet perfecta, vt in propoſito aduertit
Soc.iun.in conſ.32.nu.12.& ſeq.lib.2.& conferunt ad
ducta per Ant,Gabr.in d.tit.de probat.conclu.1.n.30.
& 60. Ex quibus omnibus ſaltem ſimul iunctis iudex in
certam credulitatem induci debet, quòd matrimoniũ
fuerit conſummatum,ſtante maxime, quòd contrariũ
eſt inueriſimillimum,præſertim quia coniuges iuuenes
erant, & vxor valde formoſa, & incredibile eſt, quod
maritus, qui eam per tot dies in ſua poteſtate retinuit,
carnaliter non cognouerit.
Cum igitur ſufficienter conſtet matrimonium fuiſſe
conſummatum,locus erit ſtatuto, ẽt quod vxor ad do-
mum viri nõ fuiſſet traducta,& quia vt dixi, ſtatutum
41 alternatiue eorum alterum requirit,† & etiam quia de
iure ita interpretatur ſtatutũ,quoniam Bart. in l.nihil,
ff.rer.amot,Bal,Pau.de Caſtr,& alij in l.Deo nobis, C,
de epiſc,& cler, & alij relati a Rip. in rub,ff,ſol,matr,
nu.68,dixerunt ſtatutum, deferens lucrum dotis viro,
locum habere,quamuis mulier non fuerit carnaliter co
gnita,nec traducta, à quibus licet diſſentiãt multi rela
ti à Rip,in dicto loco, nihilominus ſine difficultate vir
dotem lucratur,ſi eã carnaliter cognouerit, etſi ad do-
mum illam non traduxerit,vt ibi declarat Rip, nu.69.
Et non ſolum Ioannes Simeon lucrum dotis conſe-
qui dẽt,ex eo quod matrimonium fuit conſummatum,
ſed quia conſtat Ioannem Simeonem ad domum ſuæ
habitationis,exiſtentem in Caſtro Montis vxorem du-
xiſſe,ex hac ſola probatione lucrũ conſequeretur, licet
de cõſummatione matrimonij non appareret, cũ ſtatu
tũ vt dixi,alternatiue loquatur,& altero ſit contẽtum.
Et licet ibi per viginti dies tm̃ vxor permãſerit, & pau
42 lo poſt deceſſerit,non refert,†cũ.n.ad domũ habitatio
nis viri acceſſerit,ſtatutũ locũ habet, etſi per duos dies
tm̃ ibi permanſiſſet,ſecundũ Iaſ.in l.ſi donatarius,§.fi,
nu.18. ff.de cond. cau.dat. & Abb,in conſ.79.circa fi,
43 li.2.†qm̃ ſtatutum concedẽs viro lucrum dotis,locum
habet,etſi momento tm̃ matrimonium durauerit. Bal.
in l.non tm̃,C,de leg.Ang.cõſ.180.in fi,Dec. conſ,577.
nu,12.Iaſ.in l.inter ſtipulantem,§.ſacram,nu.23. ff.de
verb.oblig.& in conſ.135.in ſin,lib.1.Rol.a Val.de lu-
cro dot.q.49.vbi n.11.Brun.Rip.Pariſ.Cur.iun. Calc,
& alios recenſet,lateque articulum diſputat, & idẽ te-
net conſ.46.nu.7.lib,4. Quibus non obſtant contraria.
Et primo non obſtant teſtes,deponentes de aſſertio
44 ne Ioãnis Simeonis,Primo†quia examinati fuerunt ad
perpetuam rei memoriam, nulla pendente lite, & non
concurrẽtibus de iure requiſitis,ad hoc vt teſtes ad per
petuam rei memoriam examinari poſſint, de quib. per
Docto.in c.quoniam frequenter,vt lite non conteſt.&
in c,ſignificauit,de teſti. & conſequenter nullã faciunt
fidem, vt in dictis locis Doctores affirmant. Et tanto
45 magis,quia Ioannes Simeon† non fuit citatus, quo ca
ſu ẽt ſi mille teſtes fuiſſent examinati,non ſolũ non pro
barent cõtra non citatum,ſed nec ẽt facerẽt indicium
Rot.dec,15.de teſt.in nouiſ.Marſ.ſing.24.Io. Crot.in
tract.de teſt.in 7. par.nu.245. & in addit.ad eum in li-
tera,F,c.2.vbi Fel.& alij, de teſti.Iac.Butr.in tract.de
teſt.in prin.nu.32.Fed.Schench.de teſt.n.8.Rol.à Val,
late in conſ.12.num.35.& ſeqq.lib.3.Hier.Gabr.conſ.
178.nu.32.& ſeq.lib.1.& Cephal.conſ.203.n.3.lib.2.
46 Affl,deciſ.39.nu.3.Gram,deciſ.103.nu.233.qui†dixit
teſtes examinatos parte non citata,nec ẽt coram Prin-
47 cipe valere.†Citatio enim partis,de cuius intereſſe agi
tur,ſemper requiritur, vt teſtes fidem faciant, etiamſi
extra ordinem teſtes examinarẽtur.Boſſ.in tract.crim
in tit.de oppoſ,contr. teſt.nu.34. & ſeqq.poſt Aret. &
Fel.quos allegat,in c.ſignificauit,de teſti.Vlterius quia
48 teſtes attinent parti aduerſæ,vt ipſi fatentur, † quibus
in hoc credendum eſt,Signor.de Homod.conſ,242.in-
cip,Quia per ipſum Laurentium,col.7.nu.12.*in fi*, ver,
Item non obſtat,quod allegatur.Affli.in c,1.nu,35. de
49 controu.inueſt.†non ſunt idonei teſtes,ſed decorum fi
de diminuitur etiam in cauſa ciuili.Alex.conſ.148.col.
2.nu,5,verſ.Præterea,lib,5. Soc.ſen.in conſ.229.nu.9.
lib.2.& poſt alios Gram,deciſ.34.n.18.Nec ſunt omni
exceptione maiores,Ruin.conſ.68.n.8.lib.1.& Rip.in
50 l.admonendi,n.178.ff.de iureiur.Propterea etſi † teſtis
vnus regulariter faciat ſemiplenam probationem, gl.
cõiter approbata in l.admonendi,ff.de iureiur. vbi Do
ctores cõiter Soc,iun,conſ.31.nu.5.lib.2. Cur.ſen.in d.
l.admonendi,nu,292.vbi de cõi teſtatur,quam opinio-
nẽ pariter cõem dicit Rol.a Val,in conſ.50.n.13.lib.4.
51 Nihilominus teſtis†cõſanguineus vel affinis ſemiplenã
probationẽ non facit Bar.in d.l.admonendi,n.37.Ru.
d.conſ.68.n.8.lib.1.Alex.conſ.18.col.2.n.4.lib.1.Soc.
iun,in conſ.12.nu.10.& ſeq,lib.2.& Natta in conſ.72.
52 nu.20.lib,1.†Qm̃ vt vnus teſtis ſemiplenam faciat pro
bationem,debet eſſe oĩ exceptione maior, & quòd ni-
hil contra eum opponi poſſit, Rip,in d,l.admonendi,n.
176.Alex.d,conſ.18.num.4.& ſeqq.& de cõi teſtatur
Rol.a Val.in cõſ.3.n.39.lib.3.qualis non eſt *conſangui*
neus vel affinis. *V*nde cũ eorum quilibet non faciat ſe-
miplenam probationem,ambo teſtes in contrariũ exa-
minati plene non probant aſſertionem Io.Simeonis.
Secundo,dictis teſtibus, deponentibus de confeſſio-
ne dicti Ioannis Simeonis, ꝙ matrimonium non fuerit
conſummatum, credendum non eſt,qm̃ alij multi affir
mant dictum Ioannem Simeonem pluries,etiã quando
erat in dicto Caſtro Mõtis cum eius vxore, dixiſſe *ma*-
trimonium conſummaſſe,quibus videtur magis creden-
dum,tamquã veriſimiliora deponentibus,vt ex iam di-
53 ctis patet,&†quia probatum eſt coniuges ſolos per vi-
ginti dies in domo habitationis viri permanſiſſe, & in
eodem lecto,veriſimile eſt matrimoniũ fuiſſe conſum-
matũ,& viro,ſi id negaret,non crederetur, ſecundum
Barba,in conſ,36.col.5.ver.etſi quiſpiam,lib.4. Magis
eſt adhibenda fides teſtib.Io. Simeonis,qui dicunt tũc
ipſum Io. Simeonem aſſeruiſſe matrimonium fuiſſe cõ
ſummatum, quam contrarium aſſerentibus, cum pro
teſtibus Io.Simeonis præſumptiones,& coniecturæ cõ-
54 currunt,†& teſtib.veriſimilia deponentibus magis cre
ditur Rui,conſ.130.nu.11.lib.4,not. Fel.in c.in noſtra,
col.1.n.3.de teſt.& ibi Abb.Imol.& alij.Alex.cõſ.171.
nu.4.lib.5.Ant,Gabr.in ſuis concl.in tit.de teſti.concl.
4.nu.38.vbi multos recenſet,& nu.30.poſt Alex. Dec.
Pariſ.Ruin.&alios,oſtendit id locũ habere,etſi proba-
tiones,quæ ſunt contra veriſimile,extenderent aliquã-
tulum in numero probationes pro veriſimili. Quod tñ
hic non accidit, cum plures teſtes pro Ioanne Simeone
depo-

Digitized by Google

deponant, & comprobantur prædicta per text. in c. ſi
quis acceperit, 33. q. 1. & Innoc. in c. continebatur, de
depon. impub. & in c. ex parte, col. 3. ver. Intelligendũ
55 eſt, de reſt. ſpol. in quibus locis dicitur, † ꝙ ſi mulier ne-
gauerit matrimonium fuiſſe cõſummatum, vir autem
contradiceret, affirmando copulã carnalẽ inter eos eſſe
ſubſecutam, magis viro credendum eſſe ea rõne ſecun-
du gl. in d. c. ſi quis acceperit, & Inn. in d. c. ex parte, qa
ſi vir habuit vxorem in domo, præſumitur pro viro, ꝙ
vxorem carnaliter cognouerit, & ideo ei magis credit.
Idem igitur dicendum eſt de teſtibus deponentibus de
aſſertionibus Ioannis Simeonis, & facit Bald. in l. te-
ſtium, col. fi. C. de teſt. quem refert Rui. conſ. 130. nu. 4.
56 lib. 4. † qui dicit magis credendum eſſe teſtibus aſſerẽ-
tibus puellam corruptam, ſi in eodem lecto cũ viro per
manſit, quam alijs teſtibus contrarium firmantibus.

Nec obſtat, dum duæ mulieres deponunt D. Fran-
ciſcam ſororem Ioãnis Simeonis dixiſſe D. Baptiſtam
non permanſiſſe in lecto cũ viro, qñ erat in domo eiuſ-
57 dem in caſtro Montis, ſed cum ipſa D. Franciſca, † qm̃
dicta Franciſca examinata contrarium firmat, quo fit,
quod dictis mulieribus credendum nullo modo ſit, iux.
tex. in l. 1. §. ſi quis negat, ff. quemad. teſta. aper. & not.
per Bal. in c. in noſtra, el 1. nu. 17. extr. de teſt. & in l. te-
ſtium, nu. 12. C. eo. tit. Et ſi credendum eſſet ipſis mulie
ribus, vt Franciſca id aſſeruerit, poſtquam ipſa in iudi-
58 cio cum iuramento contrarium dixit, † ſtatur diſpoſi-
tioni iudiciali iuratæ, non habita aliqua conſideratione
eius, quod extra iudiciũ abſque iuramento firmauerat.
Bal. in l. nullam, nu. 2. C. de teſti. Alex. conſ. 222. nu. 13.
col. 4. ver. Et dicti teſtes, lib. 2. qui hãc opinionem verã,
& magis cõmunem teſtatur. Boer. qui multos allegat
in decũ. 108. num. 1. & 2. Crau. pro communi in conſ. 6.
nu. 7. lib. 1. Rui. conſ. 57. nu. 8. ver. Præterea, li. 1. & poſt
multos hãc opinionem communem eſſe oſtendit Dec.
in c. per tuas, nu. 41. de probat. Ex quibus patet hanc o-
pinionem eſſe communiter receptam, reprobata opi-
nione Bart. in l. eos, nu. 4. ff. ad leg. Corn. de falſ. contra-
rium dicentis. Et tanto magis ſecundæ depoſitioni iu-
ratæ eſt ſtandum, in qua dixit Ioannem Simeonem cũ
vxore dormiſſe, quia multi teſtes idem deponunt de vi-
ſu, & aliqui de auditu etiam a Ioanne Simeone eo tem-
pore, quo in caſtro Montis permanebat cũ vxore, qui
depoſitionem iudicialem, & iuratam D. Franciſcæ cõ-
firmãt, quibus etiam accedit veriſimilitudo, poſtquam
per tot dies in domo viri permanſit.

Minus nocet, quod vxor cum impenſa, & apparatu
nuptiarum ad domum non fuerit traducta, & ꝙ ad illũ
59 locum contra voluntatem matris acceſſerit, † qm̃ ſtatu
tum deferens lucrum dotis marito, ſi duxerit vxorem
ad domum, locum habet, etſi ſimpliciter, & ſine expen
ſis ſit traducta, vt in terminis dixit Abb. in conſ. 79. nu.
2. ver. Nam vt præſupponitur, li. 2. & ſequitur Soc. ſen.
in conſ. 223. col. fi. ver. Confirmatur, lib. 2. et eſt de intẽ
tione Ang. Aret. in §. fuerat, n. 72. Inſt. de act. ver. Quin-
to. & Rim. iun. d. conſ. 388. n. 14. cũ ſeqq. lib. 4. Et quã-
uis contra voluntatẽ matris matrimonium fuiſſet con-
ſummatũ, & vxor ad domũ traducta, nõ noceret, vt in
fortiorib. terminis voluit Ang. in cõſ. 180. in fi. qui dicit
ſimile ſtatutũ locũ habere, etſi vxor ſit traducta, & cũ
ea mrĩmonium conſummatũ contra voluntatẽ patris,
poſtquã adfuit conſenſus, qñ matrimoniũ fuit contra-
60 ctum, quod ſine dubio hodie dicendum eſt, cum † nec
conſenſus patris de neceſſitate in matrimonio per filios
contrahendo requiratur, ſtante diſpoſitione ſacri Con-
cilij Tridentini ſeſſ. 24. de reform. matr. c. 1.

Et ſecundum prædictam concluſionem iudicatum fuit in Terra Bictonij per Dominum Poteſtatem illius terræ menſe Maij. 1577.

ARGVMENTVM.

Femina à ſtatuto tẽporaliter excluſa, & defũctis maſculis ad reintegrationẽ vocata, ſi ꝓdecedat maſculis, an ad deſcendẽtes hæredes ius reintegrãdi tranſmittat. Seu deſcẽdentes ex proprijs ꝑſonis ſint ad reintegrationem admittẽdi. Et an, & qñ nouum ſtatutum præterita, & pendentia, ſeu futura tm̃ determinet.

SVMMARIVM.

1 *Feminæ æqualiter ſuccedunt cum maſculis.*
2 *Ius habitu competens, ſed non actu ad hæredes tranſmittitur. Declaratus num. 42. & ſeqq.*
3 *Tranſmiſſioni locus eſt, quoties defectus non conſideratur in iure deferendi, ſed in iure agnoſcendi, vel petendi. Declaratur num. 45.*
4 *Femina temporaliter à ſucceſſione excluſa propter maſculos, decedens ante mortem maſculorum, ius reintegrandi ad hæredes tranſmittit vſque ad num. 13.*
Sed contra per totum.
5 *Femina impedita ſuccedere propter maſculos amoto impedimento ob mortem maſculorum, fingitur retro impedimentum non adfuiſſe. Declaratur num. 47.*
6 *Ius accreſcendi etiam conditionale ab hæredes tranſmittitur. Declaratus num. 49.*
7 *Filia patri eſt ſua ſicut maſculus.*
8 *Hæreditas nondum adita tranſmittitur ex potentia ſuitatis per ſuos hæredes, ſiue agatur de tranſmiſſione totius hæreditatis, ſiue partis ab inteſtato delatæ. Declaratur num. 51.*
9 *Suitatis iura in filia temporaliter excluſa per ſtatutũ, non cenſentur ſublata, ſed tantum ſuſpenſa.*
Sed contra num. 52. & ſeqq.
10 *Dictio, Ex tunc, denotat extremitatem temporis.*
11 *Statutum Peruſinum excludens feminam dotatã, ex tunc habita dote, ante dotationem non excludit, ſed interim femina eſt hæres.*
Sed contra num. 54. & ſeqq.
12 *Deſcendẽtes ex femina, extincta linea maſculina ad reintegrationem admittuntur ex proprijs perſonis, quando ſtatutum excludit feminam, & eius deſcendentes, maxime ſi erant nati tempore mortis eius, de cuius hæreditate agitur. Declaratur nu. 39. & ſeqq. & 57.*
13 *Statutum nouum Peruſinum, loquẽs de reintegratione feminarum, non attenditur reſpectu ſucceſſionis, à qua femina fuerat ante ſtatutum excluſa, licet caſus reintegrationis euenerit poſtea per mortem maſculorum, ſed attenditur ſtatutum, quod vigebat tempore excluſionis. Et infra late vſque ad num. 29.*
14 *Legis natura eſt futura tantũ non præterita determinare.*
15 *Statuta in dubio interpretãtur, vt futura tantũ includãt.*
Etiam ſi ſit caſus præteritus, qui exſpectet perfectionẽ in futurum reſpectu executionis, num. 16.
17 *Præteritus caſus dicitur, quando initium ſumpſit à tempore præterito, licet perfectionem exſpectet in futurum.*
18 *Reintegrationis caſus, qui venit per mortem maſculorum poſt conditum nouum ſtatutum, dicitur præteritus, cum agatur de reintegratione ad hæreditatem, à qua femina fuerat per antiquum ſtatutum excluſa.*
19 *Lex noua nec reſpectu executionis trahitur ad actum, qui habuit originẽ de præterito, quãdo habet dependentiam ab actu de præterito, ita vt non poſſit lex noua reſpicere actum futurum, quin etiam tangat actum præteritum.*

20 *Statutum de lucro dotis nunquid extendatur ad dotes prius datas, quando mulier deceſsit poſt ſtatutum. cum pluribus ſeqq.*
21 *Retentio fauorabilior eſt quam petitio.*
22 *Exceptio facilius conceditur quam actio.*
23 *Retentionis ius tranſit in ſingularem ſucceſſorem, non autem ius agendi.*
24 *Statutum nouum declaratorium extenditur etiam ad præterita.*
Fallit quando ex verbis ſtatuti conſtat ſtatuentes noluiſſe determinare præterita, num. 25.
26 *Statutum quod aliàs poſſet extendi ad præterita, ea non determinat, quando habet clauſulam, vt illud ad futura extendatur.*
27 *Statutum nouum non comprehendit caſum deciſum in præiudicium iuris alteri acquiſiti.*
28 *Statutum non poteſt ius quæſitum auferre.*
29 *Hæreditas non delata, non tranſmittitur.*
30 *Ius deliberandi in deſcendẽtes ante delatam hæreditatem per filium non tranſmittitur.*
31 *Ius conditionale ad hæredes non tranſmittitur.*
Intelligitur ſi ſit debitum conditionale ex diſpoſitione teſtatoris. Secus ſi ex diſpoſitione legis. num. 32.
Sed contra quod non tranſmittatur ius conditionale etiam competens ex legis diſpoſitione. num. 33.
Et declaratur num. 34.
35 *Femina excluſa temporaliter per ſtatutum Peruſinum ad reintegrationem admittitur ſub conditione. cum ſeqq. & num 46.*
Nec durante linea maſculina ſibi ius competit, ſed habet tantum ſpem incertam. num. 43.
36 *Dictio, ſi, conditionem importat.*
37 *Verba ſignificatiua ſubſtantiæ, qualitatis non exiſtentis inducunt conditionem.*
38 *Dies incerta reddit diſpoſitionem conditionalem, & tranſmiſsionem impedit.*
39 *Natus ſeu conceptus poſt mortem eius, de cuius ſucceſſione agitur, ad illam ex propria perſona non admittitur.*
40 *Nepos viuente patre, ſeu matre, auo non agnaſcitur, nec ad aui ſucceſſionem admittitur.*
41 *Nepotes cum patruis ſuccedunt, quando agitur de hæreditate aſcendentis, patrui, vel alterius in eodem gradu exiſtentis. Secus ſi ſunt in vlteriori gradu.*
42 *L. ſi quis filium, C. de inoff. teſt. intellectus, & nu. 44.*
43 *Maſculus qui excludit feminam temporaliter vigore ſtatuti, interim eſt hæres inſolidum & efficaciter.*
45 *L. ventre, ff. de acq. hæred. intellectus.*
46 *L. ex his verbis, C. quan. dies leg. ced. intellectus.*
47 *Fictio exigit, vt extremum à quo in vero ſubſiſtat in quo ſe fundare poſsit.*
48 *L. ſi exhæredatus, C. ad Senat. Conſul. Sillan. intellectus.*
50 *Dos præſeruata à ſtatuto filiæ excluſæ ſecundum aliquos debetur, vt æs alienum, nõ loco legitimæ ſeu ſucceſſionis.*
53 *Dominium inſolidum apud duos eodem tpe eſſe non poteſt.*
54 *Statutum excludens feminam dotatam, & etiam non dotatam, quam dotari mandat, eam excludit per ſolam exiſtentiam maſculorum abſque dotatione.*
55 *Filia excluſa propter maſculos, quæ dotari debet, decedẽs ante dotationem, non tranſmittit dotem ad hæredes.*
56 *Ius petẽdi ſupplemẽtũ legitimæ ad hæredes trãſmittitur.*
58 *Soc. ſen. conſ. 10. lib. 3. declaratur cum ſeqq.*
59 *Excluſio eſt quædam priuatio, quæ præſupponit habitum.*
60 *Argumẽtum à cõtrario ſenſu in ſtatutis ſumi dẽt ex natura verborũ, & prout ex eis neceſſario infertur non aliter.*
61 *Interrogatus ſi quis fuiſſet, quod ita reſpondiſſet, intelligitur, quando ex verbis in diſpoſitione prolatis id certitudinarie percipitur, aliàs ſecus.*
Nec regula illa procedit in ſtatutis, num. 63.
62 *Statuta tantum diſponunt quantũ loquuntur, & nõ vltra.*

CONSILIVM XVI.

DVBIVM de quo quæritur, ſtante ſtatuto Peruſino, quo feminæ dotatæ excluduntur, donec exſtant maſculi, & linea maſculina exſtincta, ad ſucceſſionem reintegrantur, An deſcendentes ex femina reintegrari debeant ad hæreditatem à qua femina fuit excluſa ex perſona dictæ feminæ, ſeu ſaltem ex proprijs perſonis, videtur reſoluendum affirmatiue pro deſcendentibus.

Primo quia feminæ excluſæ non fuerunt impeditæ conſequi eorum portiones hæreditatum aſcendentium, & tranſuerſalium ob aliquem iuris defectum, pro
1 uenientem ex earum perſonis, quia de iure † feminæ
cum maſculis ad ſucceſſiones admittũtur, l. maximum vitium, & ibi Doct. not. C. de lib. præt. Auth. In ſucceſſionibus, C. de ſuis & legit. Sed ob impedimentum extrinſecum proueniens ex perſonis maſculorum, à ſtatuto vocatorum, ius feminarum erat ſuſpenſum, do-
2 nec exſtabant maſculi, † quod ius ſuſpenſum, & habitu
competens licet non actu ad ſuos filios, & hæredes trãſ-
3 miſerant, l. ſi quis filium, C. de inoff. teſtam. † lex enim
tranſmiſſionem fieri poſſe concedit, quoties defectus non conſideratur in iure deferendi, ſed in iure agnoſcendi, vel petendi, l. ventre, ff. de acquir. hæred. Bal. qui ita in propoſito argumentatur in conſil. 426. lib. 3. Petr. de Anchar. conſ. 221. Capr. conſ. 76.

Secundo quia femina exſtantibus maſculis per ſtatutum non priuatur in totum ſua portione, ſed ius ſuſpenditur, donec exſtant maſculi, vt in eo dicitur, maſculis deficientibus, de nouo non quæritur ius feminis, ſed iam quæſitum detegitur, & intentari poteſt ſecundum
4 Bald. Anchar. & Capr. in dictis locis, † propterea feminæ morientes ante maſculos, illud ad hæredes tranſmittunt, l. ex verbis, C. quan. dies leg. ced. late Cephal. conſil. 404. nu. 32. & ſeq. lib. 3.

5 Tertio ſecundum Bald. Anch. & ſequaces, † amoto impedimento per mortem maſculorum, fingitur in fauorem feminæ retro impedimentum non adfuiſſe, & ius tranſmittitur a femina interim decedente, l. ſi exhæredatus, C. ad Senat. Conſul. Sillan. nec mors feminæ hanc fictionem impedit, cum in caſu l. ſi exhæredatus, etiam ſucceſſor ille mortuus eſſet.

Quarto filia excluſa habet dotem ſibi à ſtatuto præſeruatam, & ſpem conſequendi reſiduum portionis exſtincta linea maſculina, quod reſiduum adueniente caſu reintegrationis accreſcit portioni pro dote reſeruatæ, interim igitur femina decedens ante maſculos,
6 ius reintegrandi ad filios tranſmittit, † cum ius accreſcendi etiam conditionale ad hæredes ſit tranſmiſſibile, l. qui patri, ff. de acquiren. hæred. Socin. ſenior conſil. 6. num. 14. lib. 3. Ruin. conſil. 156. num. 4. & conſil. 178. num. 2. libro 2. & in propoſito not. Menoch. conſil. 105. num. 19. 81. & 82. libro 1. Pariſ. Curt. iunior & alij quos refert, & ſequitur Cephal. conſil. 283. num. 26. libro 2.

7 Quinto quia † femina ſicut maſculi patri ſit ſua. l. in
ſuis, C. de liber. præterit. Anchar. d. conſil. 221. potuit
8 filia hæreditatem nondum aditã tranſmittere, † prout
poteſt ſuus hæres ex potentia ſuitatis, l. vni. C. de his, qui ant. apert. tabul. l. apud hoſtes, C. de ſuis & legitim. & ibi Doctores communiter. Burſat. qui communem dicit conſ. 19. nu. 11. lib. 1. Et hoc procedit ſiue agatur de trãſmiſſione totius hæreditatis, ſiue partis, & etiam ab inteſtato delatæ, ſecũdum Soc. ſen. qui de communi teſtatur in conſ. 67. n. 2. & 3. lib. 4. Et quamuis femina,
9 exſtantibus maſculis, excluſa eſſet † ex hoc iura ſuitatis

non

Digitized by Google

non erant ſublata, ſed tantum ſuſpenſa. Anch. in allega
to loco. Iaſ. in terminis huius ſtatuti conſil. 105. col. 1.
lib. 3. quod videtur communiter ita à Doctoribus con
cludi ſecundum Alber. Brun. de ſtat. quod ſtaor. maſc.
art. 11. q. 9. nu. 94.

Sexto ſortius hæc opinio eſſet ſequenda, ſi feminæ
poſt mortem patris fuiſſent dotatæ, conſideratis ver-
bis ſtatuti, ibi, Habita dicta dote, ex tunc excludatur,
10 Dictio† enim illa, ex tunc, denotat extremitatem tem
11 poris, l. penult. ff. de teſta. tut. † & oſtendit quod ante
dotationem non eſt excluſa, ſed remanet hæres, & qui
dem ſua, & propterea ſecuta dotatione, ſi femina dece
dat ante maſculos, ius redeundi ad paternam hæredi-
tatem ad hæredes tranſmittitur, quod facilius permit-
titur, quia iam fuit hæres, & ſua, quam ſi dotata eſſet
à patre, ita quod numquam fuiſſet hæres, cum diſſici-
lius tollatur ius iam quæſitum, quam quod a princi-
pio impediatur quærendum, iux. l. patre furioſo, ff. de
his qui ſunt ſui, vel alien. iur. & in terminis huius ſtatu-
ti per hanc rationem ita argumentatur Iaſ. in d. conſil.
105. col. 2. lib. 3.

Septimo hæc pars comprobatur auctoritatibus eo-
rum, qui tenuerunt feminam, prædecedente maſculo,
ius reintegrandi ad ſuos hæredes tranſmittere, quam
firmarunt Bal. conſil. 426. lib. 3. quod eſt repetitum in
conſil. 69. li. 1. Pet. de Anch. conſ. 221. incip. Hæc quę-
ſtio iam vulgaris. Capr. conſ. 76. Iaſ. conſil. 105. lib. 3.
Ceph. conſil. 404. nu. 32. & ſeqq. lib. 3. Rim. iun. conſil.
455. nu. 9. & ſeq. lib. 4. Menoc. conſ. 105. li. 1. nu. 78. vbi
de communi teſtatur, & licet, nu. 80. alleget tenentes
contrariam opinionem, nihilominus diſputando vſque
ad nu. 84. non videtur ab hac opinione diſſentire.

Octauo ſi dicti deſcendentes iure tranſmiſſionis nō
12 deberent admitti† videntur ſaltem admittendi ex pro
pria perſona, quoniam ſtatutum non excludit feminā
tantum, ſed etiam eius deſcendentes, donec maſculi
ſuperſunt. Extincta igitur linea maſculina, deſcenden
tes a ſtatuto cenſentur vocati, cum excludantur, do-
nec exſtent maſculi, arguendo à contrario ſenſu præ-
ſertim vt omnium ęqualis fiat determinatio, l. iam hoc
iure, ff. de vulg. & pupil. prout in terminis conſiderat
Soc. ſen. conſil. 10. nu. 4. & ſeq. lib. 3. quem ſequitur ſim
pliciter Rot. Rom. teſtatur Put. deci. 143. lib. 2. Quod
fortius eſſet dicendum, ſi iſti deſcendentes, qui ad re-
integrationem admitti petunt, nati fuiſſent tempore
mortis eorum, de quorum hæreditatibus agitur, tunc
enim ex propria perſona admitterentur, vt voluit Bar.
in l. fio. §. fin. nu. 3. ff. ad Tertul. quem alij ſequuntur, vt
per Aret. in l. ſi quis poſthumos, §. ſi filiu, nu. 8. ff. de lib.
& poſth. Alber. Bru. de ſtat. ar. 11. q. 9. nu. 105. & ſeqq.
Vltimo, quia ſi ſtatuentes fuiſſent interrogati, an
vellent deſcendentes ex propria perſona vel iure tranſ
miſſionis admitti, credendum eſt, quod pro eis reſpon
diſſent, habetur ac ſi id diſpoſuiſſent, iux. reg. glo. in l.
tale pactum, ff. de pact. ſecundum Soc. ſen. in d. conſil.
10. num. 4. lib. 3.

Quibus non obſtantibus, arbitror iſtos deſcenden-
tes non eſſe ad reintegrationem admittendos, poſtquā
mulieres illæ excluſæ prædeceſſerunt maſculis.

Ad quod dicendum præmitto tempore mortis Ma
riocti patris, & Vincentij fratris, a quorum hæreditati
bus Bernardina, & Roſata fuerunt excluſæ, in hac ciui
tate viguiſſe ſtatutum, quo feminæ ad reintegratio-
nem vocabantur, nulla eorum filiorum in hoc capite
facta mentione. Et licet poſtea anno 1523. aliud fue-
rit conditum ſtatutum, in quo non ſolum feminæ, ſed
etiam earum filij, & nepotes, quandocumque conce-
pti, vocantur ad reintegrationē, extincta linea maſcu-
lina, in cuius terminis res non haberet difficultatem ali
13 quam, † nihilominus hoc ſtatutum non eſt attenden-
dum, ſed dictum antiquum, quod tempore excluſio-
nis dictarum feminarum vigebat, quoniam ſtatutum
poſtea conditum anno 1523. non includebat caſum il-
lum ſucceſſionis, & excluſionis reſpectiue, qui per mor
tem patris, & fratris prius euenerat, & per ſtatutū an
14 tiquum deciſus erat, † cum legis, & ſtatuti natura ſit
futura tantum non præterita determinare, l. leges, &
conſtitutiones, C. de legi. cap. fi. vbi omnes, de conſtit.
Corn. conſ. 1. nu. 15. li. 3. Rui. conſ. 49. nu. 1. li. 3. Ceph.
15 conſ. 51. nu. 29. li. 1. Rim. iun. conſ. 56. nu. 78. lib. 1. † Et
in dubio ſtatuta interpretari ſolent, vt futura tantum
includant, Alex. conſ. 7. col. 1. nu. 11. lib. 2. Ceph. con-
16 ſil. 461. nu. 28. & ſeqq. lib. 4. † etiam ſi ſit aliquis caſus
præteritus, qui exſpectet perfectionem in futurum re-
ſpectu executionis. Bar. in l. omnes populi, nu. 44. verſi.
Aut actus perfectus, ff. de iuſt. & iur. & ibi in repet. Io.
Bapt. de Sancto Seuer. nu. 151. verſ. Pone quod fieret.
Crot. nu. 131. Bologn. num. 168. verſic. Idem eſt. Abb.
in d. c. fin. ſub num. 11. & ibi Fel. in 4. ampliat. & Dec.
nu. 60. Doct. in l. iubemus. præcipue Iaſ. num. 8. C. de
teſta. Sebaſt. Medi. de leg. & ſtatu. par. 4. q. 35. num. 6.
17 verſic. Præterea concluſio, quoniam † dūmodo initiū
ſumpſerit, & originem traxerit a tempore præterito,
licet perfectionem exſpectet in futurum, nihilominus
dicitur præteritus caſus, & in nouo ſtatuto non com-
prehenditur. Calcan. conſ. 15. nu. 12. & ſeqq. Iaſ. conſil.
120. lib. 4. Franc. Becc. conſ. 3. nu. 74. & ſeqq. facit Ce
18 phal. conſ. 591. nu. 15. lib. 4. † At hic caſus reintegratio
nis, quamuis eueniat propter mortem omnium maſcu
lorum, & poſt conditum ſtatutum anno 1523. dici-
tur tamen caſus prężteritus quia ante dictum ſtatutum
feminæ fuerunt excluſæ, & ſolum ipſis ſpes ſucceden-
di reſeruabatur in defectum maſculorum, & modo agi
tur de reintegratione ad ſucceſſionem delatam ante
dictum ſtatutum ob mortem Mariocti, & Vincentij,
& deſcendentes feminæ quærunt auferre hæredibus
maſculorum hæreditates illis delatas ante ſtatutum,
quas maſculi acquiſierant cum onere, vt ab eorum hæ
redibus per feminas tantum auferri poſſent, ſi omnes
maſculi prædecederent. Et cū cauſa, & origo ante ſta-
tutum orta ſit, & modo non poſſit aliud ex aduerſo
prætendi, niſi quod ſit purificata conditio, ſub qua de-
ficientibus maſculis vocabantur feminæ ad hæredita-
tes, a quibus ante ſtatutum fuerant excluſæ, agitur de
caſu præterito, & in nouo ſtatuto non includitur, vt
hæc omnia probant Soc. iun. in conſil. 141. li. 3. Bertr.
conſi. 91. nu. 1. li. 3. Aret. conſ. 85. nu. 2. Burſ. conſ. 214.
nu. 22. lib. 2. Et etiam quia ſi ſtatutum nouum hunc ca
ſum comprehendiſſet, iura maſculorum reſtringeren-
tur, ſi per deſcendentes, quandocumque conceptos,
ab hæredibus maſculorum hęreditates ipſis acquiſitæ
auferri poſſent, quod non diſponebatur in veteri ſta-
tuto, merito non poteſt ad illum caſum exſtendi, per
quem conditio maſculorum durior reddatur, ſecundū
Soc. ſen. conſ. 106. nu. 5. & ſeq. lib. 4. & facit Ceph. d.
conſ. 461. nu. 32. li. 4. & idem tradit in ſimili Felin. in
19 d. c. fin. in 5. fall. verſ. Recipit autem, † vbi ēt poſt Abb.
Card. Imol. & alios ſubdit in verſic. Secunda declara-
tio. legem nouam, nec reſpectu executionis trahi ad a-
ctum, qui habuit originem de præterito, quando habet
dependentiam ab actu de præterito, ita vt non poſ-
ſit lex noua reſpicere actum futurum, quin etiam tan-
gat actum præteritum, quod eſſet hic, cum non poſſet
dari reintegratio deſcendentibus, quin actus acquiſi-
tionis factæ maſculis tangatur, illum reſoluendo, & ēt
quia deſcendentes reintegrarentur ad ſucceſſionem,
a qua femina fuerat ante ſtatutum excluſa, & hoc ca-
ſu non diſſentit Soc. iun. in conſ. 21. nu. 15. & ſeq. lib. 1.

qui

qui licet teneat legem nouam ad caſum futurũ reſpe-
ctu executionis trahi, nihilominus cum hac declaratio
ne pertranſire videtur. Et quamuis Bart. in d.l.oẽs po
20 puli,nu.47. videatur diſſentire, † dum dixit ſtatutum
de lucro dotis extendi ad dotes prius datas,ſi poſt ſtatu
tũ mulier decedit, hoc non nocet,quia cõtrariũ tenet,
opinionem Bartoli reprobando Imol.in d.c.fi.col.8.&
ibi Fel.col.2.verſic. Ex iſta ampliatione. idem Fel. in
c.1.col.penul.nu.31.de ſponſ.& conſ.1.num.12.Crot.
in repet.d.l.omnes populi, num.132. & ibi Bolognet.
nu.169. & latiſſime Phanuc.de lucr.dot. in glo.10.nu.
79.& ſeqq.vſque ad fin.vbi omnibus fundamentis Bar
toli, & ſequacium reſpondet, & contra Bartolum ex-
ſtare veram,et communem opinionem teſtatur Hier.
Gabr.in conſ.42.nu.53.lib.2. Præterea ſi opinio Bar-
toli vera eſſet,non noceret,quia loquitur ipſe de exce-
ptione,& retentione concedenda viro, nos vero de a-
ctione & petitione,quæ inter ſe differunt,vt ipſe Bart.
dicit in d.l.omnes populi,nu.44.circa medium, verſic.
21 Si in contractibus. † Eſt enim fauorabilior retentio,q̃
petitio.l.pro retentione,vbi Bald. in 3.not. C.de vſu.l.
pure,in fi.ff.de dol.exceptio. Dec.in l.diem functo, ff.
de offic.aſſeſſ.Ruin.conſ.66.n.17.lib.1.Crauet.conſ.6.
22 nu.98.lib.1.† Et facilius conceditur exceptio, quam
actio.Bar.in l.ſi peculium,ff.de pecul.leg.l.cui fundus,
23 ff.de cond.& demon.Burſat.conſ.14.nu.36.lib.1.† &
ideo ius retentionis tranſit etiam in ſingularem ſucceſ
ſorem,quod non eſt in iure agendi. Soc.ſen.conſi.158.
nu.27.lib.2.Ceph.conſil.299.nu.35.li.2.merito ſecun-
dum Ceph.ibi,nu.34.de retentione ad petitionem non
procedit argumentum. Inſuper opinio Bartoli poſſet
tantum procedere, ſi in ſtatuto adeſſent verba prete-
riti temporis, ſecus quando reſpiciunt futurum. Soc.
ſen.conſ.106.num.6.lib.4.quæ in dicto ſtatuto non ad
ſunt, immo ex eo cõtrarium elicitur, quia in fine adeſt
clauſula,quod dicta noua capitula in qualibet ſui parte
habeant tantum locum in futuris negotijs,& caſibus,
non autem in præteritis, & præſentibus, ex quibus tol
luntur omnes difficultates, & oſtenditur debere intel-
ligi ſtatutum in futuris negotijs, & quæ in futurum ini
tium accipiunt,non autem in præteritis, ſeu præſenti-
24 bus,exſpectantibus executionem in futurum:† Et ideo
videmus,quod licet nouum ſtatutũ declaratorium ſo-
leat regulariter ad caſus præteritos extendi. Auth. de
fil.ante dot.inſtru.nat.poſt princ.Bart.in d.l.omnes po
puli,in 5.q.princ. Doctores communiter in d.c.fi.Soc.
ſen.in conſ.288.nu.21.& 22.lib.2.Ceph.conſ.540. nu
25 me.80. & ſeqq. lib.4. nihilominus q̃n ſunt † appoſita
verba,per quę appareret mentem ſtatuentiũ non fuiſſe
determinare præterita, tunc ſtatutum ẽt declaratoriũ
ad futura tantum reſtringitur,ſecundum Doct. in d.c.
fin.vbi Fel.nu.5.verſic.Hanc fallentiam. Imol.nu.12.
verſ.Nam primo.Vnde cum in ſtatuto,de quo agitur,
fuerit expreſſum illud in futuris tantum negotijs,& ca
ſibus obſeruari, non autem in præteritis, & præſenti-
bus,cum natura legis ſit futura tantum determinare,
26 vt verba illa aliquid operentur,† excludunt omnes ca-
ſus præteritos,ſeu qui a præterito initium acceperũt,
etiam ſi tales eſſent, qui in lege noua potuiſſent com-
prehendi, ſi verba prædicta in ſtatuto non fuiſſent ap-
poſita. ita Dec.in d.c.fi.nu.44. verſic. Venio ad ſecun
dum,late Bolog.in d.l.omnes populi, nu.161.& 163.
& Burſ.in conſ.214.nu.18.lib.2.

Nec vis aliqua fieri poteſt in noua reformatione ſta
tuti, edita anno 1563. in qua dicta clauſula non repe-
ritur,quoniam præterquam quod obſtant prædicta,
in fine reformationis dicitur, vt in futurum illa noua
loco veterum obſeruentur, & vigore dicti verbi,in fu-
27 turum, videtur idem iudicandum, dicitur etiam,† re-
formationem non eſſe modo aliquo in propoſito atten
dendam, nam eo tempore maſculis perfecte ius quæſi
tum erat non ſolum ob delatam hæreditatem,ſed etiã
ob mortem feminarum, quæ ad reintegrationem vo-
cabantur, & conſequenter non poterant amplius ab
eis,ſeu eorum hæredibus dictæ hæreditates auferri,cũ
ius plene quæſitum non potuiſſet per ſubſequentem re
formationem tolli, vt in ſimilibus terminis not. Soc.
iun.d.conſ.141. nu.9. & ſeqq.lib.3. Fel.conſ.1.nu.12.
facit Ceph.conſ.461. nu.31. & ſeqq. lib.4. quia ſtatu-
28 tum † etiam expreſſe non poteſt ius alteri quæſitum
auferre. Dec.conſ.343. nu.2.late Crau.conſ.7. nu. 10.
li.1. Et quod nouum ſtatutum Peruſinum non habeat
locum, quando agitur de reintegratione ad ſucceſſio-
nem eius, qui deceſſerat ante nouum ſtatutum,licet ca
ſus reintegrationis per mortem maſculorum euenerit
poſt conditum ſtatutum, in terminis conſuluit Hiero.
Gabr.d.conſ.42.nu.49. & ſeqq.lib.2.

Iſtis igitur præmiſſis,& quod ſtatuta edita poſt mor
tem Mariocti non ſint attendenda,ſed illud quod tem
pore eiuſdem mortis vigebat, arbitror deſcendentes
dictarum mulierum prædefunctarum non eſſe ad rein-
tegrationem admittendos.

Primo,quia iure tranſmiſſionis ex perſonis Bernar-
dinæ,& Roſatæ non poſſunt venire, cum enim illæ de
ceſſerint tempore,quo viuebant maſculi, & hæreditas
adhuc ad eas delata non erat, illam in alios tranſmit-
29 tere minime potuerunt, † cum hæreditas non delata
non tranſmittatur,l.3.& l.quoniam,C.de acquir.hęre.
l.1.§.nouiſſime, C.de caduc.toll. in propoſito Bart. in
l.fin.nu.3.ff.ad Sen.Conſ.Tertul. Bald.& alij in l.2.C.
de libe.præter. Aret.in l.ſi quis poſthumus, §.ſi filium,
nu.7.in fi.ff.de lib.& poſthu.& cum Bar.omnes tenere
teſtatur Ruin.conſ.38.nu.2.lib.3. Impoſſibile quidem
eſt hæreditatem nullo modo delatam tranſmittere,cũ
præpoſterum ſit prius tranſmittere,quam habere,& a
iure cognoſci,& conſequentia tranſmiſſionis non po-
teſt eſſe ſine ſuo antecedente,ideo hæreditas non dela-
ta non tranſmittitur,quia non adeſt tranſmiſſibile, ita
in terminis Bald.in d.l.2.in fi.C.de liber.& poſth.& in
conſ.132.verſ. Item fallit, lib.2. & idem ſentit Alber.
Brun.in d.art.11.q.9.num.92. Et eſſet abſurdiſſimum
feminas ius,quod non habent, ad hæredes tranſmitte-
re contra regulas,l.traditio.ff.de acquir. rer. dom.c.ꝗ
autem,de iure patro.l.nemo plus iuris, ff.de reg.iur. &
30 c.nemo poteſt ius,de reg.iur.in 6.† Nec potuerunt fe-
minæ hęreditatem patris in deſcendentes tranſmitte-
re beneficio iuris deliberandi,cũ hæreditas adhuc non
eſſet delata, ex quo maſculi ſuperuiuebant, qui femi-
nas vigore ſtatuti excludebant, iux. tex. in l.cum anti-
quioribus.C.de iur.deliber.& ibi notant Doctores pꝛę
ſertim Iaſ.nu.3.& ceteri, in terminis Bar.in d.l.fi.n.3.
Soc.ſen.d.conſ.10. nu.1. lib.3. Et quamuis femina ex-
cluſa, deficientibus maſculis reperiretur per ſtatutum
vocata, & conſequenter ius ſpe ſibi competeret, etiã
maſculis viuentibus, non propterea potuerunt illud
ad hæredes etiam deſcendentes trãſmittere, quoniam
31 eorum ius erat conditionale, vt mox oſtendam, † &
ius conditionale non tranſmittitur,l.1.§.ſin autem ſub
conditione,junct.ibi gloſ.C.de caduc.tollen.gloſ.in l.1.
in verb. derelictis, C.de his qui ante aper.tabu.l. hære-
des mei, §.cum ita, vbi Soc. iun. nu.37.47. & ſeqq. ff.
ad Senat.Conſul. Trebel.& Rip.num.60. verſ.Verior
ergo,aſſerens hanc opinionem eſſe magis communiter
receptam,& ab ea in iudicando, & conſulendo non re
cedendum.Corn.conſil.126.col.4. & ſeq. lib.2. Me-
noch.in d.conſil.105. nu.37. vbi ita omnes tenere te-
ſtatur, quam etiam communem appellat Burſat. con-
ſil.71.num.7.lib.1.

Nec

Nec prædictis obſtat, quod poſt Rui. in repet. l. Gal-
lus, §. & quid ſi tm̃, nu. 154. ff. de lib. & poſth, dixit Rim.
32 iu. in alleg. conſ. 455. nu. 31. 39. & 48. li. 4. † debitum ex
diſpoſitione teſtatoris non tranſmitti, & ita procedere
tex. in d. §. fin aũt aliquid ſub cõditione; At ſecus in eo,
quod eſt debitum ex diſpoſitione legis, vt in propoſito
noſtro in ſtatuto filiam admittente ſublatis maſculis,
moti auctoritate Io. And. in addi, ad Specul, in rubr. de
feud, poſt medium, verſi. Nec obſtat quod in principio
33 dicebatur, † Quia fundamentum Rui. & Rim. iu. in ter
minis, de quibus agitur, nõ eſt bonum, quoniam ius con
ditionale, ſeu nondum delatum, aut nõ acquiſitum, nõ
tranſmittitur, ſiue debitum ſit ex diſpoſitione teſtato
ris, vt in d. §. ſin autem aliquid ſub conditione. Siue ex
legis diſpoſitione, l. cum antiquioribus, §. ſi enim, C. de
iur. delib. Bar. in l. ſi arrogator, nu. 9. vbi Iaſ. num. 13. ff.
de adopt. late Alber. Brun. de ſtat. quod ſtant, maſcul.
art. 10. q. 9. num. 84. & ſeqq. multis. Et licet Io. And. in
allegato loco, cuius auctoritate Rui. & Rim. iun. moti
ſunt, dixerit ius competẽs legis diſpoſitione tranſmitti
etiam antequam ſit delatum, ad id adducens d. l. ſi arro
gator, & etiam l. 1. §. ſi impuberi, ff. de colla. bonor. Io,
And. non loquitur in diuerſis terminis, eiuſque doctri-
na nõ meretur allegari ad deciſionẽ huius quæſtionis.
34 † Primo quia iura per eum allegata loquuntur in iure
iam delato, & in actione nata, quod nõ eſt hic, cum vi-
uentibus maſculis, ius reintegrandi non eſſet delatum
feminis, vt reſpondet Alber. Brun. in d. q. 9. num. 99.

Secundo reſpondetur debitum legis diſpoſitione
tranſmitti, quando debetur titulo ſingulari, non iure
vniuerſali, vt portio hęreditatis, & ita loquitur Io. An-
dr. qui in allegato loco verſ. Item non ſic eſt in eo. con-
cludit feudum debitum filio ex legis diſpoſitione trãſ-
mitti, quando debetur filio etiam non hæredi, ſecus ſi
ei debetur vt hæredi, & in iure competenti titulo ſin-
gulari, non iure hæreditario procedit, d. l. ſi arrogator,
vt declarant ibi Bar. nu. 8. in fin. cum ſeq. Alex. num. 6,
ver. Item ſentit iſta glo. Iaſ. nu. 14. & ſeqq. & Paul. de
Caſt. in d. l. cum antiquioribus, nu. 6. Sed filia tempora
liter excluſa reintegratur, deficiẽtibus maſculis, ad ſuc
ceſſionem, a qua fuit excluſa, & portio quæ per reinte-
grationem defertur, ei debetur iure vniuerſali titulo hę
reditario. Ideo ius illud, antequam fuerit delatum, non
potuit tranſmitti, etiam quod ex diſpoſitione ſtatuti
præſeruaretur, & ita in terminis reſpondet Alber. Bru,
in d. q. 9. num. 99.

35 Quod vero feminæ † à ſtatuto ſub conditione vocẽ-
tur ad reintegrationem, elicitur. Tũ ex eo quod in ſta-
tuto in §. ſaluo. vocantur feminæ ad reintegrationem,
36 ſi maſculi non ſuperſint, † quæ dictio, Si, cõditionem
important, ſecundum Bart. & ceteros omnes in l. 1. ff,
de cond. & demonſtr, & in terminis ſimilis ſtatuti not,
Alber. Brun. in d, tract. ar. 10. q. 5, nu, 69. verſ. Et iuxta,
37 † Tum etiam quia quoties verba diſpoſitionis ſunt ſi-
gnificatiua ſubſtantiæ alicuius qualitatis non exiſten-
tis (vt in caſu noſtro in quo feminæ vocabantur poſt
mortem maſculorum, qui tunc exſtabãt) conditionem
important. Bart. in d. l. 1. q. 4. nu. 25. Soc. iun. conſ. 172,
nu. 14, li, 2, Ceph. conſ. 217. nu, 9. & 10. libr. 2. Præterea
quia feminæ vocantur à ſtatuto poſt mortem omnium
maſculorum, & ſic ad diem incertam omni incertitu-
dine, quoniam tunc incertum erat, an linea maſculina
exſtingueretur in tempore, quo feminę ſeu aliquis ex ea
38 rum deſcendentibus adeſſet † huiuſmodi dies incerta
diſpoſitionem conditionalem reddebat, l. quibus die-
bus, §. quidam Titio, vbi eſt tex. clarus, & in l. dies incer
tus, ff. de cond. & demonſt. Soc. ſen. in l. 1. col. 2. eo. tit.
Bal. d. conſ. 426. col. 2. & 3. li. 3. Petr. de Anch. d. conſ.
221. col, 2. & 3. Et tranſmiſſionem impediebat, vt pro-
bat text. clarus in d. §. quidam Titio, per quem textum
ita in terminis dixit Bald. in l. 2. in fin. iuncta Additio,
ibi ad eum, C, de lib. præter. Meno. d. conſ. 105. nu. 39.
poſt Zuccar, quem ipſe allegat Ruin. aſſerẽs ita omnes
tenere in conſ. 85. nu, 5. li, 2. Et eo magis dicendum eſt
ius feminarum fuiſſe conditionale, cũ dies incerta mor
tis omnium maſculorum in ſtatuto fuerit adiecta per
dictionem. ſi, ſecundum Docto. in l, ſeius ſaturninus, ff.
ad trebel. & aduertit Ruin. in d. conſ. 65. nu. 4. Et etiã
quia ſtatutum non ſolum habet conditiones, de quibus
ſupra, ſed etiam alia, vt ſcilicet feminæ reintegren-
tur mortuis maſculis, ſi tunc ipſæ ſuperuiuerent, l. hæ-
res meus, in princ. ver. Hęres meus, & l. 1. ff, de cond. &
demonſtr. & declarat Ruin, in d. conſ. 65. nu. 11. & in
terminis huius ſtatuti, idem ſentit Bald, in l. ſi quis fi-
lium, nu. 8. ver. Quæro retento, C. de inoff. teſtam.

Secundo hæc opinio, quæ vera eſt, tanto magis eſt
recipienda, quia illam contra hæredes feminarũ, quod
iure tranſmiſſionis non ſint admittendi, tenuerũt Bar,
in d. l. fi. §. fi. nu. 3. ff. ad Tertu, Bal. in l. ſi quis filium, nu.
8. ver. Quæro retento, C, de inoffic. teſtam. & in l. 2, in
fi. C. de libe. præter. aſſerens ita Doctores communiter
tenere, & in conſ. 132, col. 2. lib. 2, Aret, in l. ſi quis poſt-
humos, §. ſi filium, nu. 7. ver. Vnde, ff. de lib. & poſthu,
Alex. in d. l. 2. num. 4. C, de lib, præter. Corn, conſ. 233.
col. fi. nu. 12. li. 4. & latiſſime in conſ. 7, per tot, li. 2. qui
reſpondet omnibus fundamentis contrariæ partis, &
aſſerit pro hac opinione conſuluiſſe etiam Io, de Ligna,
& Pet. de Peruſ. eamdem opinionem tenet Io, de Imo.
in l. ei qui ſoluendo, col. fin. verſic. Circa quartum, ff. de
hæred. inſtit. Soc, iun, in conſ. 114. num. 7. ver. ſecundo
etiam lib. 2, Ant, Gabr, in ſuis concluſio. in titu. de ſtat.
concl. 4. nu, 15. Alber. Brun. in d, art. 11, q, 9. num. 94. &
ſeqq. vſque ad nu. 100. late Dec. in conſ. 364. per totũ,
vbi Addentes ad eum in littera A, dicunt, quod iſta eſt
vera, & communiter recepta opinio, quam late com-
probat Ruin. in conſ. 38. per totum, libr. 3. & in termi-
nis ſtatuti Peruſini eam firmat Hier, Gabr. d. conſ. 42.
num. 54. li. 2. & quod iure tranſmiſſionis deſcendentes
non admittantur, firmare videtur etiam Soc. ſen. in d,
conſ. 10. col. 1. & 2. maxime num. 7. verſi. Ex quibus, &
nu. 8. vbi ſeipſum declarat li. 3. licet ipſe ſuſtinere cone
tur, quod ex propria perſona admittantur, de quo infe
rius dicetur.

39 Nec † deſcendentes iſti ex propria perſona admitti
poſſunt, cum enim non conſtet ipſos fuiſſe natos, ſeu
conceptos tempore mortis eorum, de quorum hæredi
tatibus agitur, non ſunt ad eorum ſucceſſiones ex pro-
pria perſona admittẽdi, l. 1. §. ſi quis proximior, ff. vnd.
cognat. l. Titius, in fi. ff. de ſuis & legitim. §. cũ autem,
Inſtit. de hæred, quæ ab inteſt. in terminis Bart. in d. l.
fin. §. fin, nu, 3. ff. ad Tertul, & late in ſimili ſtatuto con-
ſuluerunt Dec, in conſ. 364. col. 2. verſic. Sed prædictis
non obſtantibus, & Ruin. in conſ. 38. lib. 3. vbi num. 5.
poſt Bar. in l. item prætor, ff. de ſuis & legi. dixit natum
poſt mortem eius, de cuius hæreditate agitur, quoad
ſucceſſionem ab inteſtato haberi pro extraneo, & in-
conueniens eſſe, vt hæreditas ſemel filio quæſita auſe-
ratur a nepote poſtea nato, à iure ciuili penitus inco-
gnito. Eamdem opinionem ſequuntur Soc, iun. in dicto
conſ. 114, num. 7. ver. ſecundo, lib. 2. & alij fere omnes,
qui ſupra fuerunt adducti ad oſtendendum tranſmiſ-
ſioni locum non eſſe, & in terminis huius ſtatuti Hier,
Gabr, d, conſ. 42. num, 55. & ſeq. Poſſet etiam attenta-
ri, quod nec etiam nati, ſeu concepti tempore mortis
eorum, de quorum hæreditatibus agitur, ſint admittẽ-
di ex propria perſona, ſi tempore mortis primum gra-
dum non retinebant, ſed matres eorum præcedebant
40 † quoniam viuente filia nepos ex ea auo nõ agnoſcitur

ſecun-

ſecundum Bal. in l. ſi quis filium, nu. 2. C. de inoffic. te-
ſta. nec ad ſucceſſionem eius, qui viuente matre deceſ-
ſit, admittitur, l. ſi quis poſthumos, §. ſi filium, ff. de libe.
& poſthu. & propterea ex propria perſona iſti deſcen-
dentes, qui primum locum non tenebant, non videntur
ad reintegrationẽ admittendi, vt ſentire videntur Bal.
in d. l. ſi quis filium, nu. 8. & magis clare Io. de Imo. in l.
ei qui ſoluendo, nu. 3. ver. Circa quartum, ff. de hęre. in-
ſtit. Alex. in l. 2. nu. 4. C. de lib. præt. & Brun. in d. artic.
11. nu. 102. & 107. ver. Aut vero. Verum quia in natis,
ſeu conceptis tempore mortis eius de cuius hæreditate
agitur, hæc opinio eſt dubitabilis, cum contrarium te-
neat Bart. in d. l. fin. num. 3. & poſt alios Rui. in d. conſ.
38. in hoc non inſiſto, poſtquam hæc dubitatio ceſſat;
ex quo tempore mortis Mariocti non erant nati, ſeu cõ
cepti, & ſine aliqua dubitatione prædicta procedunt
reſpectu ſucceſſionis in bonis Vincentij, ad quam iſti
deſcendentes Bernardinæ, & Roſatæ non poſſent ad-
mitti niſi ex perſona matris iure tranſmiſſionis. Ex pro
pria enim perſona ab hæreditate Vincentij excludebã-
tur per ſuperexiſtentiam Angeli patrui, ad quem de iu-
re communi integra ſucceſſio ſpectabat excluſis filijs
Bernardinæ & Roſatæ, cum ageretur de ſucceſſione
41 Vincentij filij Euangeliſtæ eorum auũculi, † & ſolum
nepotes ſuccedunt cum patruis ſeu auunculis, quando
agitur de ſucceſſione aſcendentium, ſeu patrui, aut
alterius exiſtentis in eodem gradu, ſecus quando a-
gitur de ſucceſſione alterius exiſtentis in vlteriori gra-
du. Ang. in §. reliquũ, in 3. not. Auth. de hære. ab inteſt.
per tex. in §. huiuſmodi vero priuilegium, eod. titu. late
Dec. in conſ. 1. nu. 3. & ſeqq. Alex. conſ. 44. nu. 19. li. 5.
Iaſ. in l. ſi auię, n. 4. C. de ſucceſ. edict. Pariſ. conſ. 30. nu.
4. & ſeq. & conſ. 20. nu. 27. li. 2. Ant. Gabr. in tit. de ſuc-
ceſ. ab inteſt. concl. 1. num. 13. Burſ. qui communem di
cit in conſ. 1. nu. 25. & ſeq. li. 1. Et propterea cum Vin-
centius eſſet in vlteriori gradu, per Angelum patruum
de iure excludebantur filij Bernardinæ, & Roſatæ, &
conſequenter ex proprijs perſonis non poſſunt reinte-
grationem prætendere. Ex perſona vero matris, quæ
ſucceſſiſſet de iure communi cum Angelo, quia à ſtatu
to fuit excluſa, obtinere nequeunt, cum tranſmiſſioni
iuris reintegrandi ex prædictis locum non eſſe oſtende-
rim. Nec obſtant contraria, quoniam ex prædictis re-
mouentur. Et pro clariori reſolutione dicitur.

42 Non obſtare Primum, † quoniam l. ſi quis filium, C.
de inoffic. teſtam. procedit, quando ius quęſitum erat,
licet nondum eſſet in iudicium deductum ob factum
hæredis, qui hæreditatem adire diſtulerat, tunc enim
bene tranſmittitur ius de præſenti competens, in cuius
proſecutione ſolum facto hæredis quis impeditur, &
ita textum illum omnes intelligunt ſecundum Menoc.
43 in d. conſ. 105. nu. 83. quod valde differt, † nam femi-
na tempore mortis non habebat aliquod ius quęſitum,
ſed tantum ſpem incertam, quia maſculi inſolidum, &
efficaciter hęredes erant, vt not. Bald. in l. 2. in fin. C. de
lib. præter. in c. 1. §. quin etiam, num. 3. Epiſc. vel Abba.
in vſib. feud. Corn. conſ. 126. col. pen. verſi. Præcedens
tamen ratio, li. 2. & in conſ. 7. col. 2. & 3. eod. lib. Brun.
in d. art. 11. quæſt. 9. nu. 98. Et femina non impedieba-
tur ſolo facto hominis, ſed legis municipalis diſpoſitio
ne, per quam exſtantibus maſculis excludebatur, meri
to non nocet, ſecundum Corn. in d. conſ. 7. colum. 3. nu
me. 3. Brun. in d. ar. 11. q. 9. nu. 97. Menoch. in d. conſi-
44 lio 105. nu. 83. † Inſuper caſus d. l. ſi quis filium, eſt ſpe
cialis, & correctorius, nec extra illum extendi poteſt, vt
declarat Sal. in l. cum mora, numer. 2. in 2. oppoſi. C. de
tranſact. & ibi Iaſ. num. 15. verſ. limita tamen ſingulari
ter, & in d. l. ſi quis filium, nu. 3. in 3. not. poſt alios Me-
45 noch. d. conſ. 105. nu. 83. † Et pari ratione dicitur text.
in l. ventre, ff. de acq. hære. non nocere, quia procedit,
quando in iure quæſito, quis impeditur tãtum facto ter
tij, non quando (vt in propoſito) impedimentum cauſa
tur legis diſpoſitione, quia hæreditas numquam delata
fuit, & dicit Aret. in d. l. ſi quis poſthumus, §. ſi filium,
nu. 7. in fi. qui ponderat d. l. ventre, potius facere pro no-
ſtra opinione, idem Corn. in d. conſ. 7. col. 3. verſi. Nam
in d. l. ventre, vbi etiam alias dat reſponſiones Brun. in
d. art. 11. q. 9. nu. 96. & ſeqq. & Menoch. in d. conſ. 105.
nu. 87. Nec ratio illa ex aduerſo conſiderata, quod femi
na ius in habitu haberet, licet non actu, eſt attendenda,
ſtantibus prædictis, ac etiam quia ſecundum Bal. in cõ-
ſil. 132. col. 2. ver. Item fallit, li. 2. non ſufficit ad tranſ-
miſſionem, nam aut habitus ille erat a ſtatuto remotus,
& id radicitus, aut ſuſpenſus fuerat, & erat inutilis, &
idem operatur ſecundum eum ad impediendum trãſ-
miſſionem ſuſpenſiua dilatio, quod operatur perpetuũ
obſtaculum, vt habetur in l. ſi quis in graui, in fi. & in l.
ſeq. ff. ad Sena. Conſul. Silla. iunctis ibi notatis per Bar.
in quibus locis probatur hæreditatem, quam quis ex ali
quo impedimento adire non valet, non tranſmitti.

46 Secundum obiectum † d. l. ex his verbis, C. quãd. dies
leg. ced. tollitur, quoniam in caſu d. l. ius certe compete
bat legatario, ſed ad tempus, quod erat adiectum non
ſubſtantiæ legati, ſed petitioni, & executioni, & non
obſtante adiectione temporis legatum paruũ remane-
bãt, nec conditionale reddebatur, vt declarat Bar. in d.
l. ex his verbis. At hic ſecus eſt, quia feminis ius non cõ-
petebat, & illæ ſolum vocabantur poſt tempus mortis
omnium maſculorum, quod incertum erat, & tempus
adiectum ſubſtantiæ diſpoſitionis ius feminarum con-
ditionale reddebat. Qui caſus valde differunt, vt in ſi-
mili conſiderat Rui. in conſ. 65. num. 12. & ſeqq. lib. 2.
& mortuis maſculis ius non dicitur retro quæſitum
feminis, ſed tunc quæritur per purificationem condi-
tionis, vt colligitur ex not. per Bald. in d. l. 2. in fin. C. de
liber. præter. & Brun. in d. art. 11. q. 9. nume. 95. qui ius
feminę pro reintegratione futurum, & competiturum
appellant.

47 Non obſtat Tertium, † quia Bar. quem Bal. Ancha.
& Capr. allegant, loquitur, quando maſculi decedunt
ſuperſtite femina, tunc quia ipſi filiæ incœpit ius com-
petere de præſenti mediante fictione, fingitur retro
quæſitũ, quia ex quo femina ex iure de præſenti ſucce-
dit, habet fictio tranſlatiua de tempore ad tempus ex-
tremum a quo habile, prout fictio de neceſſitate exigit,
quod ſcilicet extremum a quo in vero ſubſiſtat, in quo
ſe fundare poſſit, alias fictio non procedit, iux. text. in l.
huic ſcripturę, ff. ad leg. Aquil. not. Bart. in repe. l. is qui
pro tempore, nu. 52. ff. de vſucap. Signoro. de Homod.
conſ. 217. nu. 2. & 3. & Dec. conſ. 247. nu. 3. prope fin.
Sed quando tempore mortis maſculorum filia non vi-
uit, cui poſſit dici delata hæreditas, non poteſt fingi re-
tro fuiſſe delatam, & ſic extremum à quo non ſubſiſtit,
ſine quo non procedit fictio, vt conſiderat in terminis
Corn. in d. conſ. 7. col. 4. ver. Nec obſtat, libr. 2. Aret. in
d. §. ſi filium, nu. 7. in fin. & ita etiam declarat Bartol. in
48 d. l. ſi exhæredatus, in fin. ff. ad Silla. † Nec facit quod
in caſu d. l. ſi exhæredatus, procedat fictio, licet filius
mortuus eſſet, reſpondetur quidem ex mente Bartoli
ibi, quem in propoſito refert, & ſequitur Corn. in dicto
conſ. 7. col. 3. verſi. Non obſtat, quod ibi ſerui non tor-
quentur, quia filius ſit dominus, ſed ea ratione quia in-
terfectus fuit filius domini, quod ſufficit, vt ſerui tor-
queantur, licet filius non ſit dominus, l. 1. §. domini, ff.
ad Senat. Conſul. Sillan. & quia dicitur dominus filius,
cum cenſeatur vna perſona cum patre, l. fin. C. de im-
pu. Vlterius ſecundum Corne. text. ille non loquitur de
trãſmiſſione, ideo nõ põt nocere, etſi de tranſmiſſione
logue-

loqueretur, adeſſet diuerſa ratio, ſtante quod iam filio
hæreditas delata erat, & ius de præſenti competebat,
vt elicitur ex illo textu, & reſpondet Menoch. in d.con
ſil. 105. num. 87.
49 Minus repugnat Quartum † de tranſmiſſione iuris
accreſcendi, quoniam l. qui patri, & alia iura in contra-
rium adducta locum habent in hærede neceſſario, qui
etiam inuitus cogitur acceptare hæreditatem, non in
eo, qui acceptare non tenebatur, qui non tranſmittit e-
tiam ius accreſcendi, vt dixit Ripa in l. hæredes mei, §.
cum ita, nu. 66. ff. ad Treb. & poſt Alex. Alciat. & alios
multos Zanc. in repet. d. §. cum ita nu. 292. 293. & 332.
ſed quia nec filia, neque hæredes eiuſdem inuiti hęredes
patris erant, non ſucceditur per ius acreſcendi, nec eſt
tranſmiſſioni locus ſecundum Cor. in d. conſ. 7. num. 4.
50 ver. Quod & oſtenditur. † Poteſt ēt rñderi non eſſe tu-
tam illam opinionem, vt dos ſuccedat loco legitimę, &
habeatur iure ſucceſſionis, ita quod poſſit cōſiderari ius
accreſcendi, cum multi contrarium teneant, aſſerentes
deberi vt æs alienum, non iure ſucceſſionis, de quib. per
Alber. Brun. in d. art. 11. nu. 12. & ſeq. & Ant. Gabr. de
leg. concl. 2. n. 3. & 4. Sed quia prima reſponſio ſufficit,
non erit opus ingredi iſtam difficultatem.
51 Remouetur Quintum, † quoniam l. vni. C. de his qui
ant. apert. tab. & l. apud hoſtes, C. de ſuis & leg. proce-
dunt in hæreditate iam delata, ſed nondum adita, quæ
tranſmittitur ad deſcendentes ex potentia ſuitatis, non
autem loquuntur de hæreditate nondum delata, & ita
dicta iura ſunt intelligenda, vt colligitur in eis, & ex no
tatis per Bero. conſ. 94. nu. 18. & ſeq. lib. 2. Soc. iun. in d.
52 §. cum ita, nu. 46. & ſeq. † Reſponderi etiam poteſt di-
cta iura locum habere ex potentia ſuitatis, quæ deeſt in
femina a ſtatuto excluſa, quę iura ſuitatis amiſit, nec ſua
remanſit. Bal. in l. maximum vitium, in fi. C. de lib. præ-
terit. Bar. in l. 1. §. ſciendum, ff. de ſuis & leg. & ibi Alex.
in addit. ad eum conſ. 20. nu. 5. & 6. lib. 1. Brun. de ſtat.
art. 10. q. 3. vbi nu. 5. poſt multos dixit hanc opinionem
eſſe communem, & licet Bal. & alij, qui in contrarium
adducuntur, id negent, quando filia temporaliter ex-
cluditur ob ſpem ſuccedendi, nihilominus dum maſcu-
li viuebant, ius ſuitatis ſatis ſublatum erat, ſecundum
Corn. in d. conſ. 7. num. 4. verſi. Nec etiam. Et ita etiam
videtur intelligendum, quod dixit Bart. in d. §. ſcien-
dum, qui loquitur de ſtatuto Peruſino temporaliter ex-
cludente, quoniam maſculus, qui excludit feminam,
ſuccedit in tota hæreditate, & ipſe ſolus ſuus remanet,
vt late oſtendit Alex. d. conſ. 20. num. 5. & 6. Nec pote-
rat conſiderari ius ſuitatis in filia reſpectu hæreditatis
quæſitæ maſculis, cum in eadē ſucceſſione apud duos
iura ſuitatis eſſe non poſſint, ſecundum Corn. in d. conſ.
7. col. 4. ver. Nec videtur, præſertim quia cum efficaci-
ter dominium bonorum hęreditatis eſſet quęſitum ma
53 ſculis, † dominiumque apud duos in ſolidum eodem
tempore eſſe non poſſit, l. hæreditatem §. pater, ff. de
caſtr. pecul. femina excluſa, in quam viuente maſculo
dominium non continuatur, non poteſt dici ſua, l. in
ſuis, à contrario ſenſu, ff. de liber. & poſthum. per quem
ita dicit Bald. in d. l. maximum vitium, in. fi. num. 32. &
conſequenter nec ex illo capitę ttanſmittere potuit ſe-
cundum Corn. in allegato loco. Vlterius quia ſine du-
bio iura ſuitatis in filia viuentibus maſculis erant ſu-
ſpenſa, vt admittunt illi, qui in contrarium adducun-
tur, non poſſunt operare effectum tranſmiſſionis, quia
durante ſuſpenſione, donec filia non poteſt ſuccedere,
iura illa remanent inutilia ſecundum Bald. in d. conſil.
132. col. 2. ver. Item fallit, lib. 2. & dixi ſupra in reſpon-
ſione ad primum argumentum in fin. Sed hæc ex abun-
danti dixi, quia prima reſponſio ſola ſufficit, & reſpe-
ctu ſucceſſionis Vincentij tranſuerſalis hæc dubitatio
fruſtratoria eſt, cum in tranſuerſali iura ſuitatis nō con
ſiderentur.
Sextæ obiectioni facile occurritur, cum feminæ illæ
numquam fuerint hæredes, ſed ſint a patre dotatæ, &
ab eo nuptui traditæ. & Iaſ. in alleg. conſ. 105. lib. 3. lo-
quitur in femina dotata a fratre poſt mortem patris,
& inter vnum caſum, & alium etiam ipſe Iaſ. differen-
54 tiam conſtituit. † Præterea etiam in caſu ſuo redditur
dubitabilis concluſio. Iaſ. negando ſororem dotatam à
fratre aliquando fuiſſe hæredem. Statutum enim exclu
dit filiam dotatam, & nō dotatam dotari mandat, quo
caſu non dicitur excluſa tantum habita dote, ſed per ſo
lam exiſtentiam maſculorum abſque dotatione, ſecun-
dum Bart. Paul. de Caſtr. & alios in l. Titio centum, §.
Titio genero, ff. de cond. & demon. Soc. ſen. conſ. 288.
nu. 27. verſ. Secundum decidit, lib. 2. Brun. qui de com-
muni teſtatur in 11. art. nu. 34. & 53. & ſi per ſolam ma
ſculi exiſtentiā excluditur, ceſſat principale fundamen
tum Iaſ. quod fuerit hęres ante dotationem, & ex tunc
demum habita dote excludatur, quod comprobatur ex
eo, nam quando excluditur non ſolum femina dotata,
ſed etiam non dotata, cui prouidetur de dote, in tātum
excluditur per ſolam exiſtentiam maſculorum, vt ſi fe-
mina ante dotationem decedat, non ſolum non tranſ-
mittit ad hæredes hęreditatem patris, a qua excluditur
55 ſecundū Corn. in conſ. 32. col. 2. ver. Et licet, lib. 4. † ſed
nec ipſam dotem à ſtatuto præſeruatam, vt concludūt
Bar. Caſt. & alij in d. §. Titio genero. Soc. in d. cōſ. 288.
nu. 27. Corn. d. conſ. 32. col. 2. Brun. in allegato loco, nu.
35. vbi de communi teſtatur. Menoch. in conſ. 81. nu. 4.
lib. 1. ea ratione, nam quando non dotata excluditur, &
ei de dote prouidetur, non ipſa dos, ſed ſolus fauor ma-
ſculorum eſt cauſa excluſionis, & ſtatim mortuo patre,
non exſpectato tempore dotationis, femina per maſcu
los excluſa remanet ſecundum eos. Vlterius ſi excluſio
ſororis locum tantum haberet, cum à fratre dotata fue
rit ſecundum opinionem Iaſonis, eo ipſo quod eſt dota-
ta, & conſequenter adimpleta conditio, ſub qua exclu-
debatur, non poteſt dici, quod femina ante dotationem
fuerit hæres, ſed dicendum eſt maſculum, qui conditio
ni paruit, dotando feminam, ſemper hæredem fuiſ-
ſe, vt in ſimilibus terminis dicit Bar. in l. plane, la 1. §. ſi
coniunctim, nu. 2. ver. Primo caſu, ff. de leg. 1. quem in
fortioribus terminis refert, & ſequitur Ruin. in conſil.
74. nu. 14. lib. 2. vbi etiam dicit cum illa opinione Bar-
tholi Doctores communiter tranſire.
Neque repugnat ſeptimum, quoniam ex adductis
ſupra in 2. Fundamento huius partis, maniſeſte patet
magis communiter Doctores tenere, quod tranſmiſ-
ſioni locus non ſit. Ex multi ex adductis in contrarium
non nocent. Quoniam Bald. in conſil. 446. Capra conſ.
76. Cephal. conſ. 404. & Rim. iunior non loquuntur de
56 tranſmiſſione hæreditatis, † ſed iuris petendi ſupple-
mentum legitimæ, in quo potentius ius ab eis conſide-
ratur, & inter hæreditatem, & ſupplementum legiti-
mæ differentia conſtituitur, vt ſentiunt Doctores ipſi
in contrariam allegati, præſertim Rim. iun. in d. conſil.
455. num. 9. & ſeqq. 33. 47. 49. 52. & ſeq. & fere per to-
tum, & Bald. in d. conſ. 426. & magis clare in l. 2. in fin.
C. de lib. præter. & in conſ. 132. in fin. lib. 2. Et ipſe Bal.
in tranſmiſſione iuris reintegrandi in pluribus locis
conſulendo, & legendo pro nobis concludit, vt dixi ſu-
pra. Et quamuis Menoch. in d. conſil. 105. nu. 78. reſe-
rat Brun. aſſerentem communiter Doctores conclu-
dere, quod tranſmiſſioni ſit locus, aduertendum eſt,
quod Brun. hoc non dicit, ſed tantum in locis per Me-
noch. alleg. aſſerit communiter teneri, quod iura ſui-
tatis ſuſpendantur, ſed penitus non tollantur, & ipſe
Menoch. nihil firmat, quod noceat, immo in multis pro
nobis

nobis ſentire oſtendimus, Iaſ. vero in conſ. 105. non ſo-
lum non diſſentit, quando vt hic, ſemina fuit dotata, &
nuptui tradita à patre, immo cum hac opinione concur
rere videtur, diſſentiens dumtaxat, quando poſt mortẽ
patris à fratre dotata fuiſſet. Et quamuis Anchar. in his
terminis contrarium teneat, de eo non eſt curandum,
cum communis ſit in contrarium.

Minus poteſt obeſſe, quod in octauo argumento di-
57 cebatur, † ſaltem iſtos deſcendentes poſſe admitti ex
propria perſona, quoniam ſubuertitur ex adductis ſu-
pra in Tertio fundamento huius conſultationis. Nec
ex eo quod in principio ſtatuti etiam deſcendentes ex-
cluduntur, poſſunt dici à contrario ſenſu vocati ſecun-
58 dum quod credidit † Soc. in d. conſ. 10. lib. 3. quoniam
in caſu ſtatuti Senenſis, ſuper quo conſuluit Soc. pote-
rat conſtare de mente ſtatuentium admittendi ad rein-
tegrationem etiam deſcendentes, prout Socin. intelle-
xit Crauet. conſ. 127. num. 12. in fi. lib. 1. Sed ex ſtatuto
Peruſino elicitur mens contraria, nam etſi in princi-
pio in capite excluſiuo, ſtatutum excluſerit feminas, &
earum deſcendentes, ex hac excluſione deſcendentium
non elicitur coniectura voluntatis ſtatuentium pro eo-
rum reintegratione, quoniam ſtatutum inferius in ca-
pite incluſiuo expreſſit, ac nominauit tantum feminas
excluſas, quas mandauit ad reintegrationem admitti,
nec vmquam deſcendentes ad reintegrationem voca-
uit, quod fortaſſe non erat diſpoſitum in ſtatuto Senen
ſi, ex quo elicitur coniectura voluntatis ſtatuentium
contra dictos deſcendentes, vt dicam in reſolutione vl-
timi argumenti. Præterea dicitur ſtatutum, dum exclu
dit etiam deſcendentes, intelligi de illis deſcendẽtibus,
qui tempore mortis eius, de cuius hæreditate agebatur,
retinebant primum locum, & conſequenter ſuccedere
59 poterant, quia talis † excluſio videtur quędam priuatio,
quæ præſupponit habitum, l. decem, §. decem, ff. de ver
bor. oblig. l. manumiſſiones, ff. de iuſtit. & iure, c. ad diſ-
ſoluendum, de deſponſ. impuber. Vel ſaltem de illis qui
erant tunc nati, ſeu concepti, nec poteſt in alijs verifica
ri, & propterea non poteſt ex hoc argui, vt ex propria
perſona admittantur iſti deſcendentes, qui non tene-
bant primum locum, nec nati ſeu concepti erant tem-
pore mortis Mariocti, vt dixi, vt latiſſime, omnibus fun
damentis Socini reſpondentes, concludunt Dec. in con
ſil. 364. & Ruin. conſil. 38. per totum lib. 3. quæ reſpon-
ſio etiam eſt Hier. Gabr. in d. conſ. 42. nu. 56. li. 2. qui in
terminis dicti ſtatuti conſuluit. Nec reſiſtit argumen-
60 tum à contario ſenſu, in quo Socin. ſe fundat, † quo-
niam in ſtatutis dictum argumentum ſumi debet ex na
tura, & limite verborum, & prout verba ſonant, & ne-
ceſſario ex eis infertur, & non aliter. Ant. de Butr. in c.
cum Apoſtolicam, in vlt. not. de his quæ fiunt a prælat.
Tob. Non. in conſil. 90. num. 14. & Senat. Pedemon. de
ciſ. 85. num. 14. Quod ſi ita ſumatur, dicendum eſt ex-
cludi deſcendentes, donec exſtãt maſculi, & arguendo
à contrario ſenſu, illis non exſtantibus non excludi, ſed
an ſuccedant, vel non, ſtatutum non determinat, pro-
pterea caſus remanet in diſpoſitione iuris communis,
l. commodiſſime, ff. de liberis, & poſthum. l. ſi extra-
neus, ff. de condict. ob cauſ. Et cum de iure communi
illi deſcendentes, qui primum locum non tenebant,
vel ſaltem tunc non erant nati, vel concepti, vt ſupra
demonſtraui, ex proprijs perſonis non poſſent ſucce-
dere, non videntur ad reintegrationem admittendi,
vt late probant Dec. & Ruin. in allegatis conſilijs.
Et quia opinio Soc. ſenioris ſimpliciter intellecta, non
eſt vera, vel procedit in diuerſis terminis, quando ſci-
licet ſtatutum inferius non diſponit, vocando femi-
nas ad reintegrationem, nulla in capite incluſiuo de
deſcendentibus facta mentione, vt hic, Vel locum ob-
tinet in deſcendentibus natis, ſeu conceptis tempore
mortis eius, de cuius hæreditate agitur. Minus obſtabit
allegata deciſio Putei, quæ ſimpliciter loquitur, allegã-
do Soc. in d. conſ. 10.

61 Vltimum vero argumentum † ex regula l. tale pa-
ctum, parum obeſt, & vltra ea, quæ adducunt Dec.
& Ruin. in allegatis conſilijs, dicitur dictam regulam
ſolum procedere, quando ex verbis in diſpoſitione
prolatis elicitur dicta veriſimilitudo, & certum eſt,
quod ita diſponens reſpondiſſet, ſi fuiſſet interroga-
tus. Bald. in l. vni. numero 10. C. de his qui ant. apert.
tabul. Pariſ. conſil. 35. numero 13. & ſequen. libro 3.
Tob. Noni. conſil. 16. numero 15. Sed ceſſat, quan-
do ex verbis non elicitur id diſponentem voluiſſe, vt
in caſu præſentis ſtatuti, in quo non ſolum hæc præ-
ſumpta voluntas ſtatuentium non elicitur, ſed potius
contraria, cum enim in capite excluſiuo de feminis,
& deſcendentibus ſit facta mentio, & de eis cogita-
uerint ſtatuentes. Et in capite incluſiuo ſola femi-
na reintegretur, deficientibus maſculis, elicitur con-
iectura, vt ſtatuentes noluerint, non exſtantibus fe-
minis earum deſcendentes admitti, nam ſi alterius
fuiſſent intentionis, in capite incluſiuo de deſcenden-
tibus mentionem feciſſent, ſicut fecerant in capite
excluſiuo, iuxt. l. vni. §. ſin autem ad deficientis, C. de
caduc. tollen. facit l. prætor, ff. de iudic. cap. nonne, de
62 præſumpt. † Præterea quia ſtatuta tantum diſponunt,
quantum loquuntur, & non vltra Bald. in l. teſtamen-
tum, in fin. C. de teſtamen. Socin. iunior conſil. 1. num.
27. libro 2. Iaſ. conſil. 205. colum. 4. libro 2. Rolan. con-
63 ſil. 68. numero 19. libro 4. regula l. tale pactum, † non
habet locum in ſtatutis, vt in propoſito reſpondet Be-
ro. conſil. 148. numero 34. & ſequen. libro 2. Inſuper ſi
ex eo, quod in capite excluſiuo eſt facta mentio de-
ſcendentium, poſſet intelligi ſtatuentes voluiſſe etiam
illos admitti, ſi feminæ non exſtarent non propterea
obeſſet, nam dum ſtatutum loquitur de deſcenden-
tibus, intelligitur tantum de illis, qui retinebant pri-
mum locum, vel ſaltem nati, ſeu concepti erant tem-
pore mortis aui, non de alijs, qui vt extranei conſi-
derantur, vt dixi ſupra. Idcirco illi ſoli ex mente ſta-
tuti venirent admittendi, & non iſti, qui tempore
mortis Mariocti, nec nati, neque concepti erant, vt
late oſtendunt Ruin. in d. conſil. 38. lib. 3. & Dec. in d.
conſil. 364.

Puto igitur reintegrationi locum non eſſe, & ita
alias per dictas rationes pro Excellentiſſimo Domino
Petropaulo Setio de Bartolinis, contra Dominam
Pandoram, & alios deſcendentes Domini Theſei de
Bartolinis conſului in qua cauſa ita iudicatum fuit
per tertium arbitrum, iuxta formam ſtatuti Peruſini
electum cum voto Dominorum Auditorum Rotæ
Peruſinæ illius temporis anno 1576. rogato Domino
Angelo Thetio. Et poſt mortem dicti Domini Pe-
tripauli pro Collegio Bartolino ſubſtituto pro hac par
te conſuluit Excellentiſſimus Dominus Rainaldus Ri
dolfinus, & eius conſilium comprobatum fuit ab Ex-
cellentiſſimis Dominis Ioanne Paulo Lancelloto, Mar
co Antonio Eugenio, Marco Antonio Seuerio, Ber-
nardino Alphano, & Petro de Vbaldis I. C. Peruſi-
ſinis. Et etiam conſuluit in eadem cauſa pro Colle-
gio Bertolino Excellentiſſimus Dominus Hieronym.
Gabr. in conſilio 42. libro ſecundo, quod conſilium vi-
di longe poſt hæc ſcripta.

SEQVVNTVR CONSILIA XII.

Ad iudicia pertinentia.

ARGVMENTVM.

Agens remedio can. redintegranda, 3. q. 1. vt obtineat, quę probare debeat.

Teſtis vniuerſitatis, an & quando probet ex actibus ſingulorum de vniuerſitate.

Remedium d. c. redintegrãda, numquid detur contra titulo, & bonæ fidei poſſeſſorem, & an ei præſcribatur.

Teſtes inter alios examinati, & ſententia contra alium lata, numquid contra tertium aliquam faciant probationem.

SVMMARIVM.

1 *Agens remedio can. redintegranda, 3. q. 1. probare debet antiquiorem poſſeſſionem, & eu ſe fuiſſe ſpoliatum. Intellige, vt num. 13. & 14.*

2 *Teſtes de auditu non probnt. Declaratur n. 45. cum ſeqq. multis.*

3 *Teſtes de Vniuerſitate non ſunt idonei pro ſuu Vniuerſitate. Sed contru numero 30. cum ſeqq. multis, vbi declaratur.*

4 *Teſti contrario ſeu vario, non adbibetur fides.*

5 *Teſtis vnicus non facit plenam probationem.*

Fallit in cauſa poſſeſſoriu, in quu vnicus teſtis ſufficit, numero 6.

Declarutur hæc fallentiu, vt procedat in poſſeſſorio ſummario. Secus in plenario, nu. 7.

8 *Poſſeſſio Vniuerſitatis non probatur per teſtes deponentes de ſingulorum poſſeſſione.*

Ampliatur etiam ſi ſingulares ſine mandato Vniuerſitatis uctus poſſeſſorios exercuiſſent animo poßidendi pro Vniuerſitate, nu. 9. Intellige, vt nu. 77. & 78.

10 *Remedium can. redintegranda, 3. q. 1. non competit contra poſſeſſorem bonæ fidei, & titulatum cauſam habentem à bonæ fidei auctore. Declaratur num. 79. Et contrarium probatur, nu. 83.*

11 *Remedium can. redintegranda, præſcribitur curſu triginta annorum.*

Sed contra, num. 84.

12 *Spolium præſumitur, & ſatir probatum dicitur per enm, qui probauit antiquiorem poſſeſſionem, niſi per nouum poſſeſſorem probetur contrarium.*

13 *Spoliatus quis duobus modis dicitur, Et per vim, & re ipſa.*

Et redintegratur abſque alia probutione eo ipſo, quod probat ſuam antiquiorem poſſeſſionem, & recentiorem rei conuenti, nu. 14.

15 *Poſſeßio ſatis probatur per teſtes deponentes vidiſſe aliquem poſſidere.*

Item per fructuum perceptionem, nu. 16.

Et ſiue per ſe ipſum ſiue per colonum fuerint percepti, nume. 17.

18 *Teſtis vnus de viſu, & uffirmatiue deponens facit ſemiplenam probationem.*

19 *Teſtes duo regulariter in quocumque negotio faciunt plenam probationem.*

Et etiam quando agitur de probanda poſſeßione in iudicio poſſeßorio, nu. 20.

21 *Teſtis, qui ſemel dixit recordari, ſeu vidiſſe, Et demum dixit non recordari, nec vidiſſe, vt euitetur contrarietas intelligitur, quod non recordatur, nec vidit aliter, quam ſupru depoſuerit.*

22 *Teſtis dictum ſemper interpretari debet, vt contrarietas euitetur.*

Amplia non ſolum ad effectum excuſandi eum à falſitate, ſed etiam vt probet, nu. 23.

24 *Vniuerſitas aliud eſt, & aliud ſinguli de Vniuerſitate.*

25 *Vniuerſitatis quod eſt, non eſt ſingulorum, nec è contra.*

26 *Teſtes pro Vniuerſitate deponentes, pro nullo deponere videntur.*

27 *Communiter, quod poßidetur, negligi ſolet.*

28 *Teſtes ob modicum emolumentum falſum depoſuiſſe non preſumitur.*

29 *Teſtis non repellitur ob commodum, quod ex ſua depoſitione reſultat in conſequentiam, ſi principaliter depoſuit fauore alterius.*

30 *Teſtes de Vniuerſitate pro ſua Vniuerſitute tam eccleſiaſtica, quam ſeculari admittuntur, & idonei reputantur.*

Primo amplia etiam ſi dubitaretur, quod ſi Vniuerſitas ſuccumberet, collecta imponeretur, nu. 31.

Secundo non ſolum in ſubſidium, ſed etium directe, & abſolute, nu. 32. & 36.

Tertio quamuis alij teſtes haberi potuiſſent, nu. 33.

Quarto etiam ſi in vniuerſo commodum reportent, ſi vtilitas non diſtribuitur in ſingulos, nu. 34.

Quinto licet ageretur de paſcuis, & nemoribus, quibus ſinguli vtuntur cum aliqua pretij ſolutione, nu. 35. & 37.

Secus ſi particulariter ſentiunt commodum, quia vtuntur puſcuis, & ſiluis gratis, & abſque uliu ſolutione, n. 37.

38 *Teſtes de Vniuerſitute non faciunt plenam fidem pro Vniuerſitate, ſed de eorum fide diminuitur.*

Contrarium quando non ugitur de intereſſe ſingulorum, & alij teſtes contru teſtes Vniuerſitatis non deponunt, nume. 39.

Prima opinio intelligitur, quando alij teſtes haberi potuiſſent, num. 40.

Item ſi aliis udminiculir eorum dicta non iuuantur, aliàs ſecus, nu. 41.

Et fallit quando teſtes Vniuerſitutis ſunt multi, quia defectus ſuppletur ex numero, nu. 42.

Reſtringitur hæc fallentia, quando ugitur de intereſſe ſingulorum in communi. Secus ſi vtilitas eſſet ſingulorum, quia tunc defectus non suppleretur ex numero, num. 43.

44 *Poſſeſſio Vniuerſitatis probutur, ſi ad eius inſtantiam fuerunt pignorati homines, qui in bonis dederunt damnum.*

45 *Teſtes de auditu, vt fidem faciant, debent nominare ſaltẽ duos, à quibus audiuerunt.*

Item opus eſt, quod illi, à quibus audiuerunt, ſint mortui tempore depoßitionis, nu. 46.

Debentque dicere audiuiſſe unte litem motam, nu. 47.

48 *Teſtes de uuditu, quundo factum non eſt antiquum inducunt præſumptionem.*

Quę transfert onus probandi contrarium in aduerſarium, num. 49.

Contrarium quod inducat præſumptionem adminiculatiuam tuntum aliarum probationum, nu. 50. cum ſeq.

Prima tamen opinio eſt magis recepta, quando mortui ſũt illi, à quibus teſtes audiuerunt, nu. 51.

52 *Teſtes de uuditu in facto antiquo plene probant.*

Amplia etiamſi non deponant de fama, nu. 53.

54 *Probatio quando eſt difficilis lex contentutur ea probatione, quæ haberi poteſt, & etiam præſumptionibus, & coniecturis.*

Et

Et in facto antiquo, cuius probationes concludentes reperiri non poſſunt, ſufficit minus idonea per ſolas coniecturas, & indicia, nu. 55.

56 *Tempus antiquum dicitur ad minus centum annorum.*

Contrarium quod ſit etiam 30. 40. ſeu 70. annorum, numero 57.

Id tamen iudicis arbitrio relinquitur, nu. 58.

Et hodiernis temporibus, inſpecto communi curſu hominū vitæ, tempus 70. annorum antiquum dicitur, nu. 59.

Prima tamen opinio ad effectum plenæ probationis eſt magis communis. Sed vt teſtes de auditu faciant pluſquam ſemiplenam probationem, tempus 40. annorum dicitur antiquum, nu. 60.

61 *Teſtes de auditu nullam faciunt probationem, quando actori imputari poteſt culpa, quare prius non egerit, & teſtes induxerit.*

62 *Spoliatus poſtea renuncians, per metum renunciaſſe præſumitur.*

63 *Metus ſemper præſumitur, quoties fit id, quod non eſt veriſimile.*

64 *Res inter alios acta regulariter alijs non nocet.*

Limita reſpectu pleni præiudicij, facit tamen aliquam præſumptionem, nu. 65.

Et ſecundum aliquos facit ſemiplenam probationem, numero 66.

Ideo teſtes inter alios examinati, ſi ſunt mortui, faciunt ſemiplenam probationem, nu. 67.

Et etiam ſententia inter alios lata ſemiplenè probat, numero 68.

Contrarium quod faciat qualem qualem tantum præſumptionem, nu. 69.

Verior eſt opinio, quod id iudicis arbitrio remittatur, numero 70.

Et ſtante connexitate cauſæ prior opinio videtur ſequenda, nu. 71.

72 *Probationes plures imperfectæ ſimul iunguntur, vt vnam plenam, & perfectam faciant probationem maxime in facto antiquo.*

73 *Probatum an aliquid ſit, iudicis arbitrio remittitur.*

74 *Iudex ex diuerſis præſumptionibus, & coniecturis quæ eum ad credulitatem inducant, moueri poteſt ad iudicandum.*

75 *Probationes leuiores ſufficiunt in poſſeſſorio.*

76 *Vniuerſitas poteſt poſsidere per ſyndicos, & alios officiales.*

77 *Poſſeſsio Vniuerſitatis probatur, ſi conſtat, Priores aliosve officiales nomine communitatis percepiſſe fructus, licet non conſtet de eorum mandato.*

Et quando nomine Vniuerſitatis, & tamquam rem Vniuerſitatis ſinguli poſſident, maxime ſcientibus, & patientibus Vniuerſitate, & eius officialibus, nu. 78.

80 *Mala fides probatur ex ſcientia reī alienæ.*

Et afficit etiam ſucceſſores vniuerſales, nu. 81.

82 *Remedium can. redintegranda, licet ſit perſonale, eſt tamē in rem ſcriptum.*

84 *Hæres eius, qui fuit in vera mala fide, non poteſt præſcribere etiam ex propria perſona, & quamuis non vtatur acceſsione temporis auctoris.*

Amplia etiam in hærede mediato, & ſic hærede hæredis. numero 85.

86 *Vniuerſitas quælibet æquiparatur pupillis, & minoribus.*

Et ob læſionem in integrum reſtituitur ſicut minor, numero 87.

Et etiam aduerſus præſcriptionem quadraginta annorum, & vltra nu. 88.

CONSILIVM XVII.

EGIT Vniuerſitas Terræ Hiſpelli contra Dominos F. & G. pro recuperanda poſſeſſione bonorum, qua per F. ſpoliatam ſe fuiſſe prætendit. Dubitatur modo, nūquid vniuerſitas præfata obtinere dēat. Et iuxta ea quæ in facto ꝓponuntur, videtur dicendū Reos abſoluendos eſſe.

Primo, quia egit Vniuerſitas (vt mihi præſupponitur,) remedio can. redintegranda, 3. quæſt. prima,
1 in quo, † vt obtineat, probari oportet dictam vniuerſitatem fuiſſe ſua poſſeſſione ſpoliatam, gloſſ. in l. 1. §. interdum, ff. de vi, & vi armata, Crauet. conſil. 150. lib. 1. Cephal. conſil. 100. num. 20. lib. 1. Et propterea opus eſt probare antiquiorem poſſeſſionem, cum impoſſibile ſit probare ſpoliationem, niſi probetur antiquior poſſeſſio. Abb. in cap. cum olim, el 3. in vlt. not. de reſtit. ſpoliat. Dec. conſil. 671. num. 1. Afflict. deciſ. 395. nume. 2. Roland. a Vall. conſil. 46. num. 23. lib. 2. Quæ tamen antiquior poſſeſſio iuſtificata non videtur. Et percurrendo ſummarium tranſmiſſum depoſitionum teſtium examinatorum pro parte dictæ communitatis Hiſpelli, reperitur de antiquiori poſſeſſione multos teſtes deponere, qui illam non iuſtificant. Pri-
2 mo, quia nonnulli de auditu tantum deponunt, † teſtes autem de auditu deponentes non probant, l. teſtium, C. de teſti. cap. tam is, de teſti. can. teſtes, 3. q. 9. Specul. in titu. de teſti. §. 1. verſic. Teſtimonium de auditu. Alexan. conſil. 77. col. 2. lib. 1. cum alijs allegatis per Marſil. ſingul. 557. Fulgoſ. conſ. 184. Corn. conſil. 78. lib. 3. conſ. 329. nu. 7. lib. 1. Neuiz. conſ. 78. num. 18. Tum etiam quia etſi nonnulli Hiſpellates de antiquiori poſſeſſione affirmatiue teſtificentur, illis fides adhi-
3 benda non videtur, † quoniam teſtes de vniuerſitate non ſunt idonei pro ſua vniuerſitate, ſed repelluntur ratione commodi, quod ex victoria vniuerſitatis ſentirent, vt not. in l. in tantum, §. vniuerſitatis, ff. de rer. diuiſio. Bald. in l. parentes, in fin. C. de teſt. Ioan. And. Bald. Ant. de Butr. Imol. & alij, in cap. cum nuncius, de teſtib. Pariſ. alios adducens conſil. 104. nu. 135. lib. 1. conſil. 138. num. 33. lib. 4. videntur enim teſtes vniuerſitatis teſtificari in propria cauſa, in qua nemo idoneus reputatur, l. nullus, ff. de teſti. l. omnibus, C. eod. Et quod teſtimonium illorum de vniuerſitate non recipiatur pro ſua vniuerſitate, firmant etiam Natt. conſil. 522. num. 8. lib. 3. conſil. 672. num. 56. lib. 4. Craue. conſ. 549. nu. 14. lib. 3. Ruin. conſ. 119. nu. 7. & ſeq. li. 4. Pariſ. conſ. 27. num. 98. lib. 1. Rol. à Vall. conſ. 72. num. 13. lib. 2. Tib. Decian. conſ. 48. nu. 6. lib. 3. Senat. Pedemont. deciſ. 99. nu. 39.

Et quamuis vnus Aſſiſienſis affirmatiue dicat vidiſſe communitatem Hiſpelli poſſidere, parum, de eo videtur curandum, quoniam ſibi contradicit, dummodo dixit vidiſſe reſpōderi de fructibus communitatis,
4 & poſtea contrarium aſſerere videtur. † Teſti autem vario, & contrario fides non adhibetur, iuxta notata in l. qui falſa, ſeu varia, ff. de teſti. in cap. cum in noſtra, eodem titu. & per Marſil. ſing. 103. Alex. conſ. 127. n. 7. lib. 7. Innoc. Ant. de Butr. & alios adducentes. Præterea, ſi contrarietas ceſſaret non probaret antiquio-
5 rem poſſeſſionem dictæ vniuerſitatis, † quoniam eſt vnicus, & vnicus teſtis perfectam probationem non inducit, cap. veniens, el 1. cap. licet, de teſti. Doct. in l. iuſiurandi, eod. tit. Afflict. deciſ. 12. Rolan. à Val. conſ. 13. nu. 21. & ſeq. lib. 4. ample Anton. Gabr. in tit. de teſti.
6 concl. 1. in princ. † Et quamuis Bart. in l. admonendi, col. fin. ff. de iureiurand. Mattheſ. not. 2. Dec. conſ. 56. nu. 1.

Digitized by Google

num.1.& conſ.663.nu.2.Burſ. conſil.330. nume.114.
& ſeq.lib.3.ac alij multi allegati per Cæſar. Contard.
de monent.poſſeſ. in prin.in ration. deciden. nume.9.
dixerunt in iudicio poſſeſſorio vnum teſtem ſufficere,
7 † procedit eorum opinio in poſſeſſorio ſummarijſſi-
mo momentaneo, vt in immiſſione in poſſeſſionem ex
Carboniano edicto, vel quando dubitatur, ne partes
deueniant ad arma, ſeu qñ agitur de poſſeſſorio, quod
eſt præpatatorium ad iudicium poſſeſſorium plena-
rium, ſecus aũt in alijs iudicijs poſſeſſorijs plenarijs,
in quibus agitur, vt ſententia diffinitiua ſuper poſſeſ-
ſione feratur, prout eſt qñ agitur pro poſſeſſione recu-
peranda, in quibus non ſufficit vnicus teſtis, & ſic ſemi
plena ꝓbatio, ſed plena exigitur glo. Butr. Odofr. Cin.
Bal. Ang. & Sali. in l.1.C.quorum bono. Bar. in extra-
uag.ad reprimendum, in ver.Summarie. Petr. de An-
ch.in Cle.ſæpe.de verb.ſign.vbi Imo.col.41. & Geor-
gi.Natt.in §.quæ omnia.col.15.Rip.in l.2.ff.quor. bo-
no.Cagn. qui de commu. teſtatur in l.in pari cauſa. nu.
5.& 7.ff.de re.iu.Plo.in l.ſi qñ,n.115.C.vnde vi. Dec.
in c.cauſamque.col.2.verſ.Expeditis.de iud. Affl. dec.
364.num.4.& ſeq.Benintend.deciſ.62.nu.10.& ſeqq.
vbi late. Quæ diſtinctio communiter approbatur, vt te
ſtantur Alex.conſ.139.nu.14.& ſeq.li.6.conſ.187. nu.
3.lib.7.Menoch.de recuper.poſſeſ.remed.15.nu.408.
& ſeqq.multis, & alios de cõmuni teſtantes refert Con
tard.in alleg.loco.nu.7.& ſeqq.& Rim. iun.conſ.237.
nu.66.& ſeq.multis.lib.3.

Secundo ſi teſtibus illis fides adhibenda eſſet, ꝑ eos
8 poſſeſſio minime probata fuit, † videntur enim ipſi pro
bare poſſeſſionem ſingulorum de vniuerſitate Hiſpel-
li tantum, ex quorum poſſeſſione non probatur poſſeſ-
ſio vniuerſitatis.glo.& omnes.in l.1.§.municipes.ff.de
acq.poſſ.Bal.conſ.438. li.1.Soc. ſen.conſ.95. col.pen.
nu.17.li.3. Rub. Alex. conſ.4.in fi.Crau. alios adducẽs.
conſi.317.nu.4.li.2.Dec.conſ.221.num.5. & 6. Pariſ.
conſ.27.nu.102.& ſeq.& conſ.104.nu.132.lib.1. Ve-
ronenſ.de ſeruit.ruſtic.pręd.c.9.de iur. paſcend.nume.
26.Anto. Gabr.in ſuis concluſio. in tit. quod cuiuſque
vniuerſ.nom.concluſ.2.nu.1.verſ.Contrarium. Et ideo
dixit Curt.iun.conſ.213.num.23.& ſeqq.lib.3.multos
decipi, qui dum volunt probare poſſeſſionem vniuerſi-
tatis, producunt teſtes deponentes ſingulares hoĩes de
vniuerſitate beſtias paſculari feciſſe, fructus collegiſſe,
vel alios actus poſſeſſorios exercuiſſe, credentes ex hoc
probari poſſeſſionem vniuerſitatis, quia ex hoc non re-
ſultat aliqua probatio, ꝙ vniuerſitas poſſederit, vt con
9 cludunt glo.& oẽs, in d.§.municipes. † Immo ẽt ſi con
ſtaret homines illos ſingulares actus poſſeſſorios exer-
cuiſſe tãquam in re vniuerſitatis, & animo poſſidendi
pro vniuerſitate, ex hoc poſſeſſio vniuerſitatis non pro
baretur, niſi appareat prædicta cum mandato vniuerſi
tatis feciſſe, de quo hic non conſtat Crau.conſ.317.nu.
4.lib.2.conſ.382.nu.4.lib.3.conſ.972.nu.13.li.5.Bald.
& alij, quos allegat Michael de Graſs. in trac. commu.
opin.l.1.c.4.in verb.vniuerſitatis.q.3.in princ.

Tertio pro dictis Reis bene facit, quod ſpolium præ
tenditur fuiſſe commiſſum a Domino B. reorum, pro
auo paterno, & pro recuperãda poſſeſſione agitur con
10 tra dictos Reos nepotes, † contra quos poſſeſſores bo-
næ fidei, & cauſam habentes ab eorum patre, & auo, q
ſimiliter erant in bona fide, remedium d. can. reinte-
granda. non vr̃ competere. Bar. in l.rem quæ nobis, nu.
2.ff.de acq.poſs.& ibi Ang.Imol.& Socin. ſen. nu.12.
verſi. Aliquando & quinto. Rip.nu.24. Alcia. nume.8.
idem Soc.conſ.266.nu.15.& ſeq.lib.2.Specul.de peti.
& poſſeſ.ver.Quid ſi peto.Alex.conſil.118.nu.1. & 7.
lib.2.& conſil.89.num.7.& ſeqq.lib.5.Corn. conſ.18.
nu.1.conſ.329.nu.7.li.1.& conſ.282. nu.7.li.3. Ruin.
conſ.49.nu.11.lib.4.Anch.conſi.310.incip.Tres. Do-
mini.in fin. Rimi. ſen.conſ.238.nu.30.lib.2. Pariſ. qui
de communi teſtatur conſ.1.nu.166.& ſeqq. li.1. Bru.
conſ.19.in fi.& conſ.21.col.1.vbi cõem dicit.& de cõ
muni teſtantur etiam Rub. Alex.conſ.4. Ceph. conſil.
100.nu.22. li.1. quos, & alios multos refert Menoch.
in tra.de recup.poſſeſ.remed.15.nu.89.& ſeqq. multis
quibus addo Ang.conſil.116. & conſ.157. col.1. & 2.
Pau.de Caſt.in l.& ideo.§. Neratius.nu.5. ff. de cond.
furt.Bar.in l.fi.§.ſed cum in ſecunda.num.5.C.de furt.
Soc. ſen. qui magis communem teſtatur conſil.39. nu.
5.verſi.Circa ſecundum, & conſ.107.in fi.lib.3.Rip.in
c.ſæpe.nu.28. de reſtit.ſpoliat.qui etiam hanc opinio-
nem communem appellat. Bero.conſ.56. nu.36. lib.3.

Poſtremo ſi contra poſſeſſorem bonæ fidei dictum
remedium concederetur, adhuc Rei abſoluendi viden-
tur, quoniam præſupponitur ſpoliũ fuiſſe commiſſum
circa annum 1507. iudicium autem inceptum fuit an-
11 no 1580. † & per curſum annorum ſeptuaginta trium,
vniuerſitas præfata a remedio can. reintegranda. præ-
ſcriptione excluſa vr̃, cum remediũ illud præſcribatur
ſpatio triginta annorum. Ant.de But. Pet.de Anch. &
Cardin.in c.ſollicite.de reſtit.ſpoliat. & ibi Abb. nu.4.
Bero.nu.39.Soc.in l.rem quę nobis.nu.14.in 8.q. ff. de
acq.poſs. Ang. Are.in §.quadrupli.n.32.Inſtit.de actio.
Ang.in l.ſiue autem. §.ſi duobus.in fin. ff. de publ. late
Balb.qui cõem dicit de præſcrip.4.par.4. par. princ.q.
24.Pau.de Caſt.conſ.105.nu.3.li.1. Alex.conſ.6. nu.6.
lib.3.Dec.conſ.302.nu.22.verſi.Et vlterius. Pari. cõſ.
1.nu.154.& ſeq.li.1.late Anto.Maſs. de exercit. iuriſ-
per.li.3.n.56.Rui.conſ.69.nu.14. lib.1.cõſ.44.nu.16.
& ſeq.lib.4.Purpur.conſ.374.nu.13.li.1.Grat.cõſ.70.
nu.18.lib.2.Ioann.de Amic.conſ.61.nu.10.Crau. cõſ.
124.nu.14.lib.1.& eam communem teſtatur Rolan. a
Vall.conſ.72.nu.19.& ſeq.lib.2.Menoc.de recup.poſ-
ſeſ.remed.15.n.418.& ſeqq.Ber.cõſ.56.n.40.lib.3.la-
te Cõtar.de momẽ.poſſeſ.lim.2.§.4.n.22. 26. & ſeqq.

Re tamen maturius conſiderata, cenſeo vniuerſi-
tatem præfatam reintegrari debere ad poſſeſſionem
bonorum de quibus agitur. Egit. n. cõtra dictos Reos
remedio poſſeſſorio can. redintegranda.3.q.1. In quo
actor obtinet eo ipſo, ꝙ ſuam antiquiorem poſſeſſio-
12 nem, & recentiorem rei conuenti probat. † Probata.n.
antiquiori poſſeſſione, ſpoliatio præſumitur, niſi per
nouum poſſeſſorem contrarium probetur. Lap. alleg.
51.Abb.in c.cum ad ſedem.nu.28. de reſti. ſpol. Bero.
cõſ.59.nu.11.li.3.Tob.Non. conſ.23.nu.7. Nec aliter
ſpolium iuſtificari oportet, qñ antiquior poſſeſſio pro-
batur.vt poſt Abb. in d.c.ad ſedem.dixit Crot.conſil.
382.nu.5.lib.3. quia ex probatione antiquioris poſſeſ-
ſionis, re ipſa ſpoliatio probata dr.Bald. in l.ſi de pro-
prietate.nu.15.C.ſi a non compet.iudi. Alexand. conſ.
6.nu.5.& 6.li.3.Dec.conſ.252.n.1.ver.Eſt ergo viden
dum. Iaſ.in l. rem quæ nobis. nu.19. ff. de acq. poſſeſs.
Natt.conſ.562.nu.2.lib.3.Port.Imol.conſ.56.num.8.
Soc.iun. conſ.34.num.12.li.3.Ruin. conſ.12.num.10.
lib.4.Grat.conſ.70.nume.22. lib.2. Afflict. deciſ.327.
Rolan.a Vall.conſ.32.num.11.lib.4.Tib.Decian.con-
ſil.37.nu.56. lib.3. etiam ſi de aliqua violentia non ap-
pareat.Oldrad.conſ.1.Innocent. in c. poſt electionem.
de conceſs.præbẽ.Lup.d.alleg.51. Lætatus ſum. Dec.
conſil.57.num.3.prope finem.Bertran.conſi.44. num.
10.lib.3.Rub.Alex.conſ.167.nu.1.Natt.conſ.101.nu.
3.lib.1.Alciat.de præſumpt.reg.2.præſumpt.21.num.
14.cum alijs allegatis per Ceph. conſil.236. nume.10.
lib.2.& conſil.301.nu.62.li.3. Licet enim ſpolium pro
13 betur, ẽt ſi de violentia nõ conſtet, † nihilominus quia
quis duobus modis ſpoliatus dici poteſt, & per vim,
& re ipſa, vt dicit Rui.conſi.5.nu.7.lib.4. Etiam ſi non

probetur violentia, ſatis ſpolium iuſtificatur re ipſa,
probata antiquiori poſſeſsione, vt dr per Doctores in
34 dictis locis, & propterea † abſque alia probatione quis
ad poſſeſſionem reintegratur eo ipſo, ꝙ probauit ſuam
antiquiorem poſſeſſionem, & recentiorem rei cõuẽti.
Inno.& alij cõiter in c.ſæpe.de reſtit.ſpol. Abb. in c.ſi
diligenti.de præſcrip. Dec.conſi.252.nu.1.verſ.Eſt er-
go videndum. Alex. qui de cõi teſtatur. conſil.6.col.3.
verſ.& ad hoc.num.5.lib.3. quam ſniam cõem dicit e-
tiam Grat.conſ.70.nu.22.lib.2. Natt. conſ.562.nu.1.
li.3. Rolan.a Vall.conſ.50.nu.4.& ſeq.lib.2.Frãc. Bec.
alios adducens conſ.75.nu.2. & eãdem opinionẽ poſt
alios multos comprobãt,& communiter approbari di-
cunt Rim. iun. conſ.30.nu.15,& conſ.66.nu.11.lib.1.
Menoch,de recuper. poſſeſ. remed.15.nu.383.& ſeq.
q.31.per totum. In caſu vero, de quo agitur, probauit
dicta Vniuerſitas ſuam poſſeſſionem fuiſſe anteriorem
poſſeſſione Domini B. & ſucceſſorũ, & ab ea per vim
fuiſſe ſpoliatam à dicto Domino B. vt infra demonſtra
bitur, ac ẽt probauit dictum Dominum B.& ſucceſſiue
filium,& nepotem poſtea poſſediſſe. Et mõ dictos Do
minos F, & G. reos conuentos eadem bona poſſidere,
de qua probatione ſecundi extremi non poteſt proba-
biliter dubitari, cum fere omnes teſtes de ea deponant,
Ideo eadem Vniuerſitas ad ſuam priſtinã, & antiquam
dictorum bonorum poſſeſſionem reintegrari debet.

Quod autem antiquior poſſeſſio dictæ Vniuerſita-
tis probetur, oſtenditur

Primo ex depoſitione vnius teſtis Aſſiſienſis, qui di-
cit vidiſſe dictam communitatem Hiſpelli poſſidere,
& Prioribus eiuſdem de fructibus reſponderi, qui te-
35 ſtis bene de poſſeſſione deponit. † Et quia aſſerit vidiſ-
ſe Cõitatem poſſidere, antequam poſſideret dictus B.
ꝙ ſufficit ad probandum poſſeſſionem, gl. in l. ſtipula-
tio iſta.§.hæc quoque.in verb.ſtipuletur.ff.de verb. ob-
lig.Bart.in tract.de teſti. verſ. Teſtis dixit aliquem poſ-
ſediſſe.nu.9.Bal.Inno.Alex. & alij, quos refert Dec. q
de cõi teſtatur, conſ.215.nu.5.& conſ.302.n.17. Cor.
conſ.6.nu.8 ver. Vnde eſt videndum, & conſ.185.nu.
36 4.lib.3.Rim. iun.conſ.23.nu.315.li.1.† Et etiam dicit
dictam Cõitatem percepiſſe fructus, quæ fructuum per
ceptio clare poſſeſſionem probat. Bar.in l.a. verſ. No-
to illa verba.C.de aequ. poſſeſ.Bal.in l.3. C.fin. regũd.
Dec.conſ.400.nu.3.ver.Secũdo.conſ.663.nu.3. Gra.
cõſ.119.nu.48.li.2.Aret.Soc.& alij, quos refert Ceph.
conſ.63.nu.14.li.1.Sena.Pedem.deci.42.nu.3. Ioſeph.
Ludo.in ſuis deciſion. Peruſin.part.1. deciſ.29.nu.14.
37 Et ſi † poſſeſſor non per ſeipſum, ſed per manus colo-
ni fructus perceperit, iuxta nota. per Alex. & alios in l.
vniuerſas. §. ꝙ per colonum, & in l. quamuis. §.1.ff.de
acq.poſſ.Cor.conſ.185.nu.4.ver. His tñ minime reſra
gantibus.lib.3.Ceph.conſ.19.n.3. li.1. Ex depoſitione
igitur dicti teſtis aſſirmatiue ac de viſu ſemiplene anti-
38 quior poſſeſſio dictæ Cõitatis probatur, † cum vnus
teſtis de viſu, ac veritate facti ſemiplenam faciat proba
tionem. Gl.& Doct. in cap. ex inſinuatione. de procu-
rat.& in c.fi,de ſucceſſ.ab inteſt.Gl. & Doctores com-
muniter in l.bonæ fidei.C.de iureiu. Ludo.Bolog.conſ.
36.n.7.Burſa.conſ.216.n.33. lib.2. & de cõi teſtantur
Pariſ.conſ.57.n.22.li.1.Grat.conſ.152.nu.2.lib.2. Vi-
ui.in ſuis comm. opin.in verb. teſtis vnicus.n.1. Quod
regulariter admittitur in omni cauſa, in qua ſi duo te-
ſtes plene probant, vnus ſemiplenam facit probatio-
39 nem, vt hr in dictis locis. † Et caſus noſter talis eſt, qm̃
in quocumque negotio duo teſtes regulariter faciunt
plenam probationem, iuxta illud, in ore duorum, vel
trium, c.cum eſſes.de teſta.e.in noſtra,& e. in oĩ.de te-
ſti.l.vbi numerus.ff.eo.tit.Cur.iun.cõſ.344.n.25. li.3.
40 Et † de probanda poſſeſſione, qñ poſſeſſorio agitur,
idem dixerunt Cor.conſ.130.col.2.verſi. Non tamen.
li.1.Grat.conſi.152.nu.2.lib.2. Et tenent omnes ſupra
allegati in primo fundamento partis aduerſæ, ad oſten
dendum, ꝙ vnicus teſtis in ſpolio plene non probet, aſ-
ſerentes duos teſtes plene probare. Si igitur duo teſtes
plene probarent, ille vnicus ſemiplenã facit ꝓbationẽ.

Nec dictus teſtis poteſt de cõtrarietare notari, dum
ſemel dixit vidiſſe reddi fructus Communitati, videli-
cet Prioribus. Et demum dicit non vidiſſe afferri fru-
41 ctus Communitati, † qm̃ hoc ſecundum dictum intel-
ligitur non vidiſſe aliter, quam ſupra depoſuerit; Et
contrarietas euitatur, iuxta not.per Bar. in l.de ætate.
nu.11.ver.Reſponde.ff.de minor. Dec.conſ.100.nu.3.
circa med.ver.In primis.Alex.cõſ.180.nu.6.li.5. Ant.
Gab.in ſuis concluſio.in ti.de crimi. conclu.29. nu.36.
poſt 4.limi. Præterea hæc dicta poſſunt concordari in-
telligendo, quod viderit, qñ fructus reddebantur Prio-
ribus, ſed nõ qñ portabantur Communitati, quæ com-
42 patibilia ſunt, nec contraria. † Et ſemper teſtis depoſi-
tio interpretari debet, vt contrarietas euitetur. c. cum
tu.de teſtib.Grat.conſ.30.nu.15.lib.2. Ceph, conſ.77.
43 nu.31.& 42.li.1. † Non ſolum ad effectum excuſandi
eum a falſitate, ſed ẽt ad hoc vt teſtis probet, ita omnes
in l. 1. ff. de noui oper. nun. Cor.qui communem dicit
conſ.206.nu.4.lib.4.Ceph.d.conſ.77.nu.32.lib.1.

Secundo idem probatur ex depoſitionibus duorum
teſtium, qui de anteriori poſſeſsione dictæ communi-
tatis, & perceptione fructuum aſſirmatiue, & de viſu
deponunt, qui teſtes licet ſint de vniuerſitate Hiſpelli,
pro ſua vniuerſitate teſtificari potuerunt, non enim de-
44 poſuerunt in cauſa propria, ſed pro vniuerſitate, † &
aliud eſt vniuerſitas, aliud ſinguli de vniuerſitate, l. ſi-
cut.ff.quod cuiuſque vniuerſit.nom. c. cum oẽs, & ibi
45 Doct.de conſt.Bero.cõſ.8,nu,22,li.3. † & quod eſt vni
uerſitatis non eſt ſingulorum, nec econuerſo. l.in tan-
tum.§.vniuerſitatis. vbi Bart. ff.de rer, diuiſ. l. ſed & ſi
hæc.§.qui manummittitur.ff.de in ius vocan.Cro.cõſ.
145.nu.9.li.1.Anto.Gab. in tit. quod cuiuſque vniuer-
46 ſit.nom.concl.1.nu.21. & teſtes pro † vniuerſitate de-
ponentes, pro nullo deponere videntur, ergo nec pro
ſe, c.qui manumittitur.12. q.2. Spec. de teſti. §.oppo-
nitur.nu.22.glo.in c. cum nuncius. ff. de teſtib. Ferret.
conſ.150.nu.5.li.1.Nec ex præſumpta affectione, quã
habent teſtes erga ſuam vniuerſitatem, repellunt, qm̃
illa eſt modica, & purgatur per iuramentum, nec eſt
præſumendum teſtes cum iuro falſum deponere velle
47 propter iura vniuerſitatis ſeruanda, † quia potius ſo-
let negligi, quod cõiter poſſidetur, l.2.C. quan. & qui.
quar.pars deb. li.10. Capr.conſ.94.nu.10.& 11.Abb.
in c.inſuper.nu.2. prope fin. verſi. Ego putarem. & ibi
Felin. nu.1.de teſti. Minuſque ratione proprij commo
di redduntur inhabiles. Tum quia commodum, quod
reſultaret ex victoria, eſſet vniuerſitatis in communi,
quoniam fructus percepti ante ſpolium reddendi ſunt
communitati, & ẽt homines de Hiſpello certum quid
ſoluere tenentur communi pro fructibus, & paſcuis bo
norum eiuſdem, vt teſtes deponũt, ideo ſi aliquod com-
modum ſingulorum conſideraretur, illud eſſet modi-
48 cum, cum vniuerſitas Hiſpelli ſit magna † nec eſt præ-
ſumendum, ꝙ teſtes pro minimo emolumento falſum
deponere voluerint, vt cõſiderat Alex.conſi.99.nu.19.
li.5.& poſt Fel.aduertit Maſcard.de probat. vol.3.cõ
clu.1357. nu,60.in fi. aſſerens non quamlibet affectio-
nem, ſed magnam tãtum repellere teſtes, ſubdẽs quod
ob modicum emolumentũ leges non præſumũt, quem
velle deierare. Præterea, quia commodũ principaliter
reſpicit vniuerſitatem, & ſi in cõſequẽtiam eſſet ſingu
49 lorum, illud † non vr̃ attendendum, nec in conſideratio
ne habetur ad repellendum teſtes. §. legatarijs. Inſtit.
de

deteſtam.Bar.& alij communiter in l.qui teſtamento.
in princ.ff.de teſta.Ruin.conſ.106.nu.14.lib.5.Ferret.
conſ.150.nu.8.ver.ſecundo quia.lib.1.Dec.conſ.342.
nu.3.in fi. Quoties enim teſtis nõ deponit in cauſa pro
pria,ſed principaliter fauore alterius, admittitur ad te
ſtificandum, valetque depoſitio,licet contingenter,&
ſecundario depoſitio fauorem teſtis reſpiceret. Natt.
qui de cõi teſtatur conſ.537.nu.50.lib.3.Iaſ.in l.dictã-
tibus, C.de teſta.Rimi.iun.conſ.409.nu.28.& ſeqq.
30 li.4.Put.dec.15.nu.2.lib.3. Et ita † per dictas & alias
rationes, qñ cauſa ſpectat ad vniuerſitatem principa
liter honore, & vtilitate,& qñ per eius Officiales fru-
ctus perciperentur pro cõi, nec concernit cõmodum
ſingulorum immediate, teſtes pro ſua vniuerſitate,
tam eccleſiaſtica,quã ſæculari deponere poſſint,nec re
pelluntur,eorumq; teſtimoniũ validum ſit,quamuis te
ſtes in conſequentiam cõmodũ ſentire poſſent, tenet
glo.in l.in tm̃,§.vniuerſitatis, in verb. Reſcripſerunt,
ff.de rer.diuiſ.& ibi Bar.Ang.& alij, Io.And.& Imo.
in d.c.cũ nuncius. Abb.in c.inſuper.n.2.& ibi Fel.n.1.
& 2.de teſti.Bal.& Sal.in l.parentes,C.de teſti.Iac.de
Belu.Oldr.& alij,quos refert,& ſequitur Alex.conſil.
68.nu.14.& ſeq.lib.2.Bal. qui de cõi teſtatur cõſ.420.
lib.1.idẽ latius firmat Ale.conſ.99.nu.15.& ſeqq.li.5.
31 vbi nu.16. poſt Iacob. Butr.in d.l.in tm̃,† dicit teſtem
idoneũ eſſe quãuis dubitari poſſet, ſi vniuerſitas litẽ
perderet, collecta imponeretur, qm̃ de hmõi incerto
intereſſe ſecundũ eos non vr habenda ratio, eamdem
opinionem ſequuntur Natt.conſ.537.nu.49.lib.3.Iaſ.
conſil.225.nu.4.lib.2.Burſ.conſ.153.nu.24.lib.2.Ce-
phal.aſſerens hanc ſententiam eſſe crebriorem conſil.
558.nu.74.li.4. Capr.conſ.94.nu.10.& ſeq. Cor. qui
dictam cõem teſtatur conſ.47.num.7.lib.3. Dec.con-
32 ſil.342.nu.4.†affirmans illos teſtes nõ admitti in ſubſi
diũ tantum,ſed abſolute, & cõmunem eſſe dicit Pur-
pur.conſ.504.nu.3.et conſ.560.nu.30.lib.2.Ioã.Crot.
in tract.de teſt. par.4.num.129.Ioan. Baptiſta Ferret.
conſil.150.num.5.et ſeqq. lib.1. vbi nu.7.refert Ho-
33 ſti.Petr.de Anchar.et alios, † affirmantes opinionem
iſtam procedere, quamuis alij teſtes haberi potuiſſent,
& ita communiter teneri Io.de Amic.conſ.8.nu.25.
et ſeqq.multis,qui nu.34.de communi teſtatur. Guid.
Pap.deciſ.193.num.2.in fin. qui teſtes de vniuerſitate
34 idoneos eſſe dicit, † quamuis in vniuerſo commodum
reportent, idem firmat Capic.deciſ.152.nu.4.et ſeq.
quando effectus vtilitatis non diſtribuitur in ſingulos,
& vſusfructus bonorum non diuiditur inter ſingulos,
35 ſed pertinet ad burſam & capſam communẽ, † etiam
ſi ageretur de paſcuis, & nemoribus, in quibus ſingu
li paſculari, & ligna incidere poſſent non gratis, ſed
cum aliqua pretij ſolutione. Alios allegat Monticel.in
Repert.de teſti.in verb.Vniuerſitatis teſtes.verſ.ſecun
do.late Hier.de Mont.in tract.de fin. regun.c.58.per
totum.Laur.Hircon.commu.opi. cent.5.in littera T,
conclu.92.vbi multos alios ẽt de cõi teſtantes allegat.
& Michael de Graſſ.commu.opin.li.1.in verb.Vniuer
ſitas,q.2.& poſt alios multos de cõi teſtatur etiam Bur
ſat.conſ.235.nu.8.lib.3.Menoch.qui hanc opinionem
magis receptam dicit de arbitr.iud.q.lib.2.cent.2.ca-
36 ſu 106.nu.4.et ſeq.vbi n.8.† aſſerit admitti iſtos teſtes
non in ſubſidium tm̃, ſed ẽt directe, et Didac. Couar.
pract.qõ.c.18.num.4. qui idem ſentit,ẽt ſi ageretur de
nemoribus, et paſcuis, quæ ſingulis non conceduntur
ab Vniuerſitate gratis,ſed cum aliqua pecuniarum ſo-
37 lutione. Solum quidem † teſtes Vniuerſitatis repellun
tur,quando ſinguli immediate, et in particulari ſen-
tiunt commodum,vt quia ageretur de paſcuis vel ſil-
uis, quibus vterentur ſinguli gratis, et abſque aliqua
ſolutione, eo quidẽ caſu licet nomine cauſa eſſet Vni-
uerſitatis,quoad effectum eſſet ſingulorum,& propte-
rea eo caſu teſtes tamquam in cauſa propria deponen-
tes repellerẽtur,vt declarant Bar.& alij in d.§. Vniuer
ſitatis.Fel.in d.c.inſuper,nu.6.Couar.d.c.18.nu.4. Me
noch.d.caſ.106.n.12.& ſeqq.& in iſtis terminis proce-
dunt ea,quę ſupra in contrarium allegantur.Sed qñ(vt
in caſu de quo agitur) commodum & vtilitas non ſpe-
ctat ad ſingulos,ſed ad Vniuerſitatem,& fructus bono
rum per officiales cõis recipiuntur pro cõi vtilitati,te-
ſtes idonei reputantur.Et ita inter vnum caſum & aliũ
diſtinguentes declarant Veron.de ſeru.ruſt.præd.c.9.
de iur.paſcen.nu.10.& 11.Senat.Pedem.in d.deci.99.
nu.39.Io.de Amic.conſ.8.nu.25.& ſeq.Alex.conſ.68.
nu.14.lib.2.Tib.Dec.conſ.48.nu.32.lib.3.Rol.a Vall.
conſ.72.nu.4.& ſeqq.13.& ſeqq.lib.2.Natt.conſ.522.
nu.8.lib.3.Burſa.d.conſ.135.nu.8.lib.3.& fere omnes
38 qui ſupra proxime allegantur.† Et quãuis ob præſum-
ptam affectionem, quam ad cauſam habere videntur,
eis non eſſe plenam fidem adhibendam,ſed diminuen-
dam,poſt Archid.& Io.Andr.dixerint Cępol.de ſeru.
ruſt.prędi.in d.c.9.nu.11.Couar.d.c.18.nu.4.ver.Quin
& ipſe hoc iudicis arbitrio relinquens. Hier.de Mont.
d.c.58.nu.12.& ſeq.Michael.de Graſſ.alleg.q.2.in fi.
Nat.conſ.672.nu.58.lib.4.Corn.conſ.247.nu.23.in fi.
39 lib.2.Ceph.conſ.558.nu.74.lib.4. eorum opinio† non
eſt tuta,quando non agitur de intereſſe ſingulorum,ſeu
quando alij teſtes contra teſtes vniuerſitatis non depo
nunt,tunc enim teſtibus vniuerſitatis plenam fide ad-
hiberi dixerunt Abb.in d.c.inſuper, nu.2.ver. Ego pu-
tarem,de teſtib.& ibi Fel.num.2.ver.Sed contrarium.
Imol.in c.cum nuncius,nu.2.eod.tit.Alex.conſ.99.nu.
18.lib.5.Menoch.d.caſ.106.nu.8 aſſerens male loquu-
tos eſſe eos, qui cenſuerunt iſtos teſtes non facere inte-
gram,& plenam fidem,& hæc opinio communiter ap
probatur, vt teſtatur Io.de Amic. d.conſ.8.nu.33.vbi
ẽt oſtendit Io.And.& Archid. qui pro contraria parte
allegantur,eam non firmare, ſed ſolum referre dictam
opinionem,& poſtea tranſire ad aliam opinionẽ. Hãc
opinionẽ etiam cõem dicit Hircon.in d.concl.92.ver.
Et ſimiliter. Et eamdem ſententiam communiter rece
ptam eſſe contra Cepol. dicit etiam Hier.de Mont.d.
c.58.nu.14.licet ipſe opinionem Cepol.in hoc caſu cõ-
40 tra communem ſequendam eſſe dicat,†etſi opinio Ce-
pol.& aliorum verior & recipienda eſſet,ſolum proce-
deret,qñ alij teſtes,qui non eſſent de vniuerſitate, ha-
beri poſſent,ſecus ſi alij non reperirẽtur, vt poſt Imol.
in d.c.cum nuncius,nu.2. declarat Corn.conſ.47.nu.7.
ver.Quorum dictum,lib.3.quod non nocet, cum ſit fe-
re impoſſibile modo reperire alios teſtes, qui non ſint
de vniuerſitate Hiſpelli, & de antiquiori poſſeſſione
de viſu deponere poſſint. Pręterea ſi teſtes de vniuerſi-
tate nõ eſſent omnino idonei ſcdm opinionem Cepol.
41 & aliorum † iuuantur eorum depoſitiones alijs admi-
niculis, & cum eis plene probant, vt poſt Io.Andr.di-
xit Io.de Amic.in d.conſil.8. num.31.ver. Nec obſtat.
Crau. conſ.881.nu.3.lib.5. Vel ſi quid integritatis de-
42 ficeret, †defectus ex numero teſtiũ ſupplebitur, & qñ
plus quam duo teſtes vniuerſitatis aliquid dicunt,ple-
nam fidem faciunt,ſecundum Paul.de Caſtr.Alex.Iaſ.
in l.ſi quis ex argentarijs,§.cogentur,ff.de eden. Corn.
d.conſ.47.nu.7.ver.Adeo quod.Purpur.conſ.560.nu.
30.lib.2.Imol.in d.c.cum nuncius.Alex.conſ.99.n.17.
lib.5.Tib.Dec.conſ.48.num.35.lib.3.Proſper Fateh.
conſ.161.nu.14.Rim.iun.conſ.265.nu.21.lib.3.conſ.
409.nu.29.lib.4. Put.deciſ.325.in fi.lib.3.quod etiam
eſt de intentione Bero.conſ.93.num.1.in fin.& ſeq.&
num.12.lib.3.Soc.Dec.& aliorum, quos refert Rol.à
Val.conſil.72.num.5.lib.2. qui hanc opinionem ſequi-
43 tur, † quando teſtes deponunt in cauſa,quæ concernit

Digitized by Google

vtilitatem ipſius vniuerſitatis in communi, licet quan-
do vtilitas eſſet immediate,& principaliter ſingulorũ,
& nudo tantum nomine cauſa eſſet vniuerſitatis, ipſe
dicat teſtes omnino repelli, nec ex numero defectum
ſuppleri, vt declarat in d.conſ.nu.15.quod etiam volue
runt Iaſ.in d.§.cogentur,& Rim.iun.in d.cõſ.409. Sed
in caſu,de quo agitur,plura adminicula concurrunt ad
verificationem depoſitionis dictorum duorum teſtiũ,
vt infra apparebit, & cum eis concurrit depoſitio Ba-
ptiſtæ de Aſſiſio,qui ſimiliter de viſu deponit,ideo ple-
nam faciunt probationem.

Tertio valde intentio communitatis Hiſpelli proba
tur ex depoſitionibus multorum teſtium Aſſiſienſium,
& Fulginatenſium,qui clare firmant audiuiſſe commu
nitatem Hiſpelli poſſediſſe dicta bona, antequam poſſi
derentur per Dominum B. & ex eis fructus percepiſſe,
dictaque poſſeſſionẽ fuiſſe per vim ſpoliatã à dicto Do-
mino B. Dicuntque communitatem pignorare feciſſe
eos,qui in dictis bonis damnum dabant,& ſine licentia
44 ingrediebãtur,† quæ pignorationes pariter poſſeſſionẽ
probant,vt poſt Calcan. conſ.76.col.6. Brun. conſ.74.
col.2.dixit Crau.conſ.400.n.27.lib.3. Qui teſtes de au
45 ditu teſtificantur eo modo,quo de iure requiritur,† nã
opus eſt nominare ſaltem duos,a quibus audiuerint, vt
videatur,an hoc dictum habeat auctores,vel ne,fide di-
gnos,c.licet ex quadam,& ibi Io.Andr.& Ant.de But.
de teſti.Fel.in c.cum cauſam,col.2.de probat. Rip.in l.
1.nu.88.ff.ſi cer.pet.Soc.in l.Gallus,§.ille caſus,in fi.ff.
de lib.& poſth.Aret.conſ.73.nu.11.Curt.iun.conſ.17.
nu.2.lib.1.Alex.conſ.100.col.3.in fin.ver. Sextus teſtis,
lib.1.Crau.conſ.662.nu.25.ver.2.lib.4.Horat.Luc.in-
ter crim.diuer.tom.1.conſ.161.nu.23.Quod fecerunt
teſtes, qui non ſolum dicunt audiuiſſe ab illis de Hiſpel
lo,ſed etiam nominant multos, & multos Aſſiſienſes,
Fulginatenſes,& Cannarienſes,aſſerentes ab illis,& fe
re ab omnibus alijs in dictis locis prædicta audiuiſſe. O-
46 pus† eſt etiam,quòd illi,a quibus teſtes audiuerũt,tem-
pore depoſitionis ſint mortui,ſi enim viuerent, ipſi in-
duci deberent.Crau.de antiq.temp.par.1.ſect.incip.Vi
ſo de fama,nu.7.Rim.iun.conſ.360.nu.51.lib.4.Quod
ẽt in caſu iſto concurrit,cũ teſtes dicant eos à quib. au-
47 diuerũt,iam diu deceſſiſſe. Requiritur† ẽt,quòd teſtes
dicant,de quo tempore audiuerunt,vt conſtet ante litẽ
motam id audiuiſſe,quia ſi audiuiſſent poſtea,nihil rele
uaret huiuſmodi depoſitio de auditu, cum in fraudem
id dici potuerit. Archid.c.1.35.q.6. Bar.in extrauagan
ti ad reprimendum,in ver.denunciationem,col.fi.ver.
Sed ſi cauſa. Abb.in c.licet ex quadam,de teſt.Rip.in l.
1.n.87.in fi.ff.ſi cer.pet.Crau.conſ.112.n.12.lib.1.cõſ.
662.n.25.ver.Tertio,lib.4.& de antiq. temp.in d.ſect.
incip.Viſo de fama,nu.6.Dec.conſ.82.col.2.Rim.iun.
conſ.52.n.154.lib.1.In quo etiam teſtes ſatisfecerunt,
cum firmauerint præfata omnia audiuiſſe non ſolũ an-
te litem motam, ſed antea per annos 30.40.50.60.&
vltra, ac etiam eo tempore quo communitas ſpoliata
fuit.Cũ igitur teſtes illi vniformiter de auditu depoſue
48 rint,‡ ſi factum,de quo deponunt,non eſſet antiquum,
præſumptionem inducerent. Archid.c.hoc vr.22.q.5.
Soc.ſen.conſ.295.n.1.in fi.ver.Secundo probatur,li.2.
Alex.conſ.77.n.4.lib.1.Rui.conſ.141.n.18.lib.5.Dec.
conſ.272.nu.3.Parit.conſ.7.n.21.lib.4.Nat.conſ.520.
nu.9.lib.3.Rol.a Val.conſ.82.nu.56.lib.2.Menoc.cõſ.
342.nu.27.lib.4.Tib.Dec.conſ.77.n.2.lib.3.Rim.iun.
49 conſ.236.nu.24.lib.2. † Quæ præſumptio transfert in
aduerſarios onus probãdi contrariũ,& illi præſumptio
ni ſtandum eſt, niſi contrarium probetur, vt declarant
Rom.ſing.345. Teſtimonium de auditu Bal.conſ.219.
n.3.ver.Preterea,li.4.Cur.iun.in l.1.n.57.in fi.ff.ſi cer.
pet.& ibi Dec.in 2.lect.n.18.& Rip.n.88.Cur.ſen.con
ſi.69.nu.4.& in tract.de teſt.concl.31.Fel.in c.tã litte-
ris,nu.3.de teſti.Soc.iun.conſ.69.nu.17.li.1.& conſil.
135.nu.32.lib.2.& conſ.35.nu.3.li.3.Mandel.de Alb.
conſ.77.nu.8.conſ.104.nu.3.Dec. conſi.595.nu.3.&
4.Mandel.de Alba conſ.56.nu.24. Crauet.conſ.662.
nu.5.li.4.Grat.conſ.42.nu.10.li.2.Marſ.ſing.557. Go
zad.conſ.13.nu.35.Rol.a Val.conſil.32.num.9.lib.4.
Ceph.conſ.140.nu.29.li.1.conſ.311.nu.35.& conſil.
358.nu.33.li.3.conſ.452.nu.20.conſ.503.nu.7.conſil.
508.nu.40.conſ.540.nu.110.lib.4.conſ.776.nu.8.li.5.
Tob.Non.conſ.5.nu.14. & hanc opinionem ſequitur
Rota Romana,vt per Put.deciſ.13.lib.2.& Rota Ge
50 nuen.deciſ.103.nu.8. Et quamuis contrariũ† firmaue-
rint Natt.conſ.170.col.2.lib.1.Benintend.dec.67.n.8.
Ceph.conſ.435.li.3.Rim.iun.conſ.363.n.122.& ſeqq.
lib.4.aſſerentes teſtes de auditu non inducere præſum-
ptionem tranſlatiuã oneris probandi contrariũ in ad-
uerſariũ, ſed tm̃ adminiculatiuã aliarũ probationum,
51 hoc non nocet,† cũ opinio Romani,& ſequaciũ ſit ma
gis cõis,& approbata per Rotam Romanã,& Genuẽ.
& illa ſaltẽ admittenda eſt, qñ mortui ſunt illi,à quib.
teſtes audiuerũt,vt declarat Crau.de antiq. temp.p.1.
ſect.incip.Viſo de fama, nu.7.& 8.quẽ ſequitur Rim.
iun.conſ.182.nu.19.& ſeq.& nu.23.lib.2. Et ſi opinio
Beninten.& aliorũ eſſet ſequenda,adhuc valde prodeſ
ſet hæc probatio de auditu,cũ ſaltem inducat præſum
ptionẽ adminiculatiuã aliarũ probationũ,& coadiuua
re deberet depoſitionẽ eorũ, qui affirmatiue antiquio-
rẽ poſſeſſionem dictæ cõitatis probant, vt concedunt
Archidia.d.c.Hoc vr.Inn.in c.præterea,de teſti.Natt.
in alleg.conſ.170.nu.4.Rui.conſ.96.num.17.& conſ.
141.nu.18.li.5.Soc.iun.conſ.135.n.32.lib.2.Rim.iun.
conſ.182.nu.20.&conſ.226.nu.26.lib.2.vbi poſt Soc.
iun.conſ.135.nu.2.& ſeq.li.3.concludit vnũ teſtem de
viſu cũ depoſitione aliorum de auditu facere plenam
probatione. Et qm̃ prædicta procedunt, qñ non agitur
de facto antiquo, magis hæc probatio de auditu in ca-
ſu noſtro adiuuabit intentionem dictæ cõitatis, cum
agatur de probanda poſſeſſione cõitatis, a qua ſpolia-
52 ta fuit per annos 73. & vltra ante motum † iudicium.
Et in facto antiquo teſtes de auditu plene probent.c.li
cet ex quadam vbi Ant.de But.Ioan.And.Hoſt. Abb.
Imol.& alij.de teſt.& in c.tam ex litteris,e.ti.vbi Are.
col.3.& ſeq.de cõi teſtatur,gloſ.& Doct.in l.2.§.idem
Labeo.ff.de aqu.plu.arcen.Archid.in d.c. hoc vr. Bal.
in l.ſi arbiter,de probat.Alex.conſ.187.num.16.lib.2.
Iaſ.in rubr.ff.de iureiur.num.10. conſil.114.num.18.
& conſil.128.num.2.lib.1.Caſſan.conſ.54.col.5.Natt.
conſil.520.num.10.lib.3.Ceph.conſi.358.nu.32.li.3.
Tib.Decian.conſil.77.num.3.lib.3.Put.qui de proba-
batione antiquioris poſſeſſionis loquitur deciſ.78.li.1.
& magis communem dicit Anton.Gabr.in ſuis concl.
53 in tit.de teſti.concl.3.in prin. † Et licet,quando teſtes
non ſolum de auditu, ſed etiam de fama deponunt,
hoc dictum magis procedat. Curt.iun.in l.1.num.57.
ff.ſi cer.pet.Dec.conſ.148.nu.5.Ceph.conſil.311.nu.
34.lib.3.Tamen deſeruit dictæ communitati, cũ fere
omnes dicti teſtes ẽt de fama deponant, de qua etſi ni
hil dicerent,adhuc teſtes de auditu in antiquis plene ꝓ
barent, licet melius probent, quando etiam de fama te
ſtificantur. Bar.& alij in l.ſi arbiter.de probat. Aret.
de communi in d.c.tam ex litteris, col.4. ver. Tertio
hoc confirmatur, & conſil.37.nu.4.& Rim.iun. con-
ſil.23.nu.290. & ſeq.lib.1. vbi alios pro hac ſententia
adducens,eam crebriorem eſſe teſtatur. Probãt igitur
dicti teſtes, licet de auditu deponentes plene,cum fere
impoſſibile ſit modo reperire eos,qui viderint dictam
communitatem poſſidere, ob temporis antiquitatem
54 ex iam dictis. † Et quia quando difficilis eſt proba-
tio,

rio,lex cõtenta eſt illis probationibus, quæ haberi poſ-
ſunt,& præſumptiones,& cõiecturæ habentur pro ple
na probatione, c.tertio loco,de prob.Fede.de Senis.cõ
ſil.119.Bart.in l.de pupillo,§.ſi quis ipſi Prætori,q.8.ff.
de nou.ope.nũc.quos refert,& ſequitur Nat. cõſ.235.
nu.9.li.2.Pariſ.conſ.67.num.19.li.3.Hier.de Mont.in
tract.de fi.c.50.nu.9.Rim.ſen.conſ.64.nu.25. & conſ.
65.nu.13.Rim.iu.conſ.23.nu.288.& ſeqq.li.1. Et quã
55 do† factum eſt antiquum,vt difficile ſit reperire proba
tiones concludẽtes,admittitur probatio minus idonea
ac per ſolas coniecturas, & indicia, Imol.in c.veniens,
de verb.ſignif.Bal.in l.cũ ſuper,ff.de rei vend.in Auth.
quas actiones nu.8.C.de ſacroſ.eccl.in l. quicũque col.
pen.C.de ſeru.ſugit.Iaſ.conſ.114.nu.19.& ſeq.conſil.
128.nu.1.& ſeq.li.1.Natt.conſ.446.nu.11.lib.2.Alex.
conſ.187.nu.16.li.2.Dec.conſ.148.n.5.late Por.Imo.
conſ.39.nu.10.& ſeqq.33. & ſeqq. alios multos addu-
cens, Tib.Decia.conſ.76.nu.19.li.3.& late Menoc.de
arbitr.iud.q.li.2.cent.2.caſ.115.& Ceph.conſ.443.nu.
56 19.& ſeqq.li.3.vbi late.† Et licet tempus 73.annorum,
quod defluxit poſt ſpolium ante motum iudicium,non
ſit antiquum,ſed illud appellatur antiquum,quod exce
dit metam centum annorum,ſecundum Inno. in c.ve-
niens,de verb.ſignif.Dec.conſ.13.nu.8.Crau.de antiq.
temp.part.1.in princ.nu.4.& 5.Reſpondetur,quod de
hoc inter Doctores non modica reperitur cõtrarietas,
57 † Nam aliqui tempus antiquum dixerunt eſſe annorũ
30.alij 40.nonnulli 70.alij centum,vt habetur per Me
58 noc.de arbit.iud.q.li.2.cent.1.caſ.3.per totum.Illa† tñ
opinio cõiter approbatur,ꝙ hoc ſit iudici arbitrarium.
Hoſt.& Butr.in cap.illud de præſumptio.& poſt alios
multos cõem teſtantur Meno.d.caſ.3.nu.2.Burſ.conſ.
235.n.48.li.3.Et ſi iudicis arbitrio id remittitur,quid-
59 quid olim dicendum eſſet, † quilibet iuſtus iudex mo-
dernis temporibus arbitrari debet tempus ſeptuaginta
trium annorum eſſe antiquum,inſpecto breui curſu ho
minum vitę,ex adductis per Ruin.conſ.92.nu.10.li.4.
conſ.141.n.16.& ſeq.li.5.Soc.ſen.conſ.89.n.7.li.1.Iaſ.
conſ.114.nu.19.li.1.late Ceph.conſ.443.numer.14.&
ſeqq.lib.3.& conſ.776.nu.5.& ſeq.li.5.Burſa.d.conſil.
235.nu.47.& ſeq.Tiber. Decian.conſ.77.nu.4. & ſeq.
60 li.3.Et ſi admitteretur † tempus centum annorum tan
tum antiquum appellari iuxta opinionem quæ videtur
magis communis etiam modernis temporibus, id in-
telligi deberet ad effectum plenæ probationis, ſed etiã
tempus 40.annorum pro antiquo habetur ad effectum,
vt teſtes de auditu ſi non plenam ſaltem pluſquam ſe-
miplenam probationem faciant, vt concordando di-
ctas diuerſas opiniones dixit Deci.in c.1.colum.4.nu.
47.& ſeq.verſi. Et iſta concluſio,de appellat. quem re-
fert,& ſequitur Ceph.d.conſ.776.nu.7.lib.5. Et conſe
quenter teſtes illi de auditu, ſi factum non eſſet anti-
quum, ſemiplene probarent: Sed quia antiquum eſt;
aut plenam,aut ſaltẽ pluſquam ſemiplenam probatio-
61 nem inducunt. Et quamuis † Aret.in c. licet ex quadã
col.3.de teſti.& ibi Abb.& idem Abb.in c.veniẽs,el 1.
eo.ti.Bar.in l.admonendi,col.11.ver.Quæro quid ſi di
ctum,ff.de iureiur.Purpur.conſ.425.nu.24.lib.2. Ant.
Gabr.in ti.de teſti.conclu.3.nu.10.in 6.limit. dixerint
teſtes de auditu nullam facere probationem, qñ poteſt
imputari culpa actori,vel auctoribus,cur prius non ege
rit,& teſtes non induxerit eo tempore,quo dabatur fa-
cultas probandi per veras probationes, id non nocet.
Licet enim prius nõ egerit dicta Vniuerſitas,euenit ob
metum, & timorem, cum dictus Dominus B, & eius
deſcendentes fuerint viri potentiſſimi, prout præſup-
ponitur probari per multos teſtes, aſſerentes etiam au-
diuiſſe pluries ab hominibus de Hiſpello, quod ob ti-
morem,& metum,non agebant pro recuperanda poſ-

ſeſſione dictorum bonorum. Et tanto magis præſumi-
tur metus,cum nõ ſit veriſimile ſponte tacuiſſe,& an-
tea non egiſſe pro recuperatione dictorum bonorum,
quorum poſſeſſione dicta Vniuerſitas ſpoliata fuit ar
gu. ca. ſollicite cum ibi notatis per Doctores de reſtit.
62 ſpolia. In quibus locis dr̃, † quod qñ quis eſt ſpoliatus,
ſi poſtea renunciat per metũ renunciaſſe præſumitur,
& conferunt adducta per Bal.in l.interpoſitas,in prin.
C.de tranſa.& Rol.a Vall.conſ.100.n.111. & ſeq.li.4.
63 † aſſerentes ꝙ quotieſcũque remittitur ius, ſeu fit id,
quod non eſt veriſimile,ſemper metus præſumitur.
Quarto accedit ad confirmationem iurium dictæ
vniuerſitatis proceſſus, vt dicitur, factus in conſimili
cauſa in quo multi teſtes de poſſeſſione dictæ vniuerſi-
tatis affirmatiue ac de viſu deponunt, quorum depoſi-
tionum vigore vniuerſitas in cauſa illa ſñias fauorabi-
les reportauit,& executionem habuit,quæ ſñiæ, & te-
ſtium depoſitiones modo nocent dictis Dominis F, &
64 G,nam etſi † res inter alios acta regulariter alijs obeſſe
non ſoleat.tot.tit.C.res inter alios acta,l.ſępe,in princ.
ff.de re iudic.glo.in l.2. & ibi Dec.nu.44.C.de edend.
cum ſimil. id intelligitur reſpectu pleni præiudicij, qa
65 vere res inter alios acta alijs plene non præiudicat,† fa
cit tñ aliqualem præſumptionem, gl.in l.ſi duo patro-
ni,in prin.ff.de iureiu.& ibi Iaſ. nu.3. & ſeqq. & ceteri
notant. Ant.de Butr.Fel.& alij in c.penult.de re iudic.
66 Couar.pract.qq.c.13.n.4.Quæ † pręſumptio ſecundũ
aliquos inducit ſemiplenam probationem,gl.& Doct.
in l.2.C.de eden.Gozad.qui de communi teſtatur con
ſil.103.nu.10.in fi.Ideo Bar.in l.admonendi,nu.45.ff.
67 de iureiur.in ea fuit ſentẽtia,† quod ſi teſtes inter alios
examinati,mortui ſunt, faciant ſemiplenam probatio-
nem etiam contra tertium. Sed ſi viuerent,ita vt exa-
minari poſſint,in nihilo obeſſe,cuius opinionem ſequũ
tur Addentes ad eum in littera Z, in verb. quæro vbi
Bar.magis communiter approbari dicunt Alex.in l.ſæ
pe,nu.71.ff.de re iudi.Ant.de Butr. Abb.& Imol.in c.
fin.de re iud.Fel.in c.quamuis, in princ.& ibi Apoſtill.
eodem tit.Iaſ.in d.l.admonendi,nu.98.& in l.2.nume.
24.C.de eden. Alex.conſil.156. nu.7. li.2. Afflict.dec.
396. num.3. Crau.conſ.585.nume.7.verſic.Secundo,
li.4.alij allegati per Benintend.dec.67.num.1.Burſat.
qui de communi teſtatur conſ.117.nu.9.li.1. & conſil.
68 260.num.59.li.3.† Idemque dicitur de ſententia inter
alios lata,quæ ſemiplenam facit probationem, ita Bar.
in d.l.admonendi,nu.46.Alexan. in d.l.ſæpe, num.70.
& ſeq.Natt.conſ.160.nu.44.lib.1. Rot. Genuen.dec.
184.num.4.& 7.Dec.conſ.42.num.14. verſic. Præte-
rea dato,conſil.109.col.1.verſi. Accedit.fac.Menoch.
69 conſ.1.num.206.libr.1. † ſcio tamen ab hac ſententia
diſſentire multos reſpectu ſemiplenæ probationis, aſſe
rentes rem inter alios actam ſolam qualem qualem prę
ſumptionem inducere videlicet Aret. conſ.163. col.2.
Didac.Couar.in d.c.13.num.4.vbi communem teſta-
tur.Put.dec.61.num.4.lib.2. & communem dicit Be-
nintend.d.dec.67.nu.4.Rot.Genu.dec.166.nu.3. qui
70 alias multas adducunt auctoritates.† Sed verior eſt il-
la opinio, quod iudicis arbitrio remittatur, quale de-
beat eſſe præiudicium, quod reſultat ex re inter alios
acta,quemadmodum docuerunt Abb.in d.c.quamuis,
nume.3.Marſil.in l.quæſtionis modum, num.60. ff.de
quæſt. Tiraquell. in tract. res inter alios acta. limit. 19.
Didac. Couar. in allegato loco, & Menoch.de arbitr.
iudi.quæſt.libr.2. cent.2. caſ.111.vbi relatis contrarijs
opinionibus concludit hoc iudicis arbitrio remitti,qui
conſiderato negotij ſtatu, an connexitatem aliquam
cũ iure tertij habeat,vel non, & an clarę ſint illæ pro-
bationes, iudicare recte poterit,an ſemiplena ꝓbatio,
vel qualiſqualis ꝓſũptio exoriatur ex dictis probationi

bus contra tertium,& eum ſequitur Maſcar.de proba,
vol,3,concl,1276.num.10. vnde quia probationes illæ
claræ ſunt,& cauſæ præſupponuntur connexæ,& ſtan
71 te hac connexitate † ſententia Bartoli ſequenda eſt,&
iudex recte arbitrabitur ex probationibus factis contra
D. Ioannem Placidum, & ſententijs contra eum latis
ſemiplenam reſultare probationem, licet ſi nulla adeſ-
ſet connexitas,cõtraria opinio recipienda eſſet, vt con
cordando dictas opiniones poſt Dec.in d.l.2.nu.49.C.
de eden,clare dixit Beninten.d.dec.67,nu.4. quod etiã
ſentit Ang.in d.l.2.nu.5, in fi. & eſt de intentione Tib,
Decia.conſ.55.nu.33.li,1. Et ſi ſimpliciter opinio illa,
quod res inter alios acta faciat tantum præſumptionẽ,
non ſemiplenam probationem, recipienda eſſet, hæc
probatio,& ſententia non eſſet parui facienda, cũ om-
nes admittant ſaltem præſumptionem inducere,ac ter
tio aliquale præiudicium facere,vt Couar. Menoch.&
omnes alij concedunt,& firmat Rot. Genuẽ.in d.dec.
384,nu.7. Quæ præſumptio,concurrentibus alijs con-
iecturis,quæ hic concurrunt, fidem contra Reos face-
re debet,ſecundum gl.& Iaſ.in d.l.ſi duo patroni. Dec,
conſ.273. Menoch.conſ.384.nu.12.lib.4.

Ex prædictis igitur omnibus ſatis intentio dictæ vni
uerſitatis probatur, etſi ſingula de per ſe non ſuffice-
rent,ex omnibus ſimul iunctis perfecta reſultat proba-
72 tio,†cum ẽt plures imperfectæ probationes coniungã
tur,vt vnam plenam,ac perfectã probationem faciant,
glo.in l,2.§.1.ff.de excuſ. tut. Bal.in l.ſpadonem,§.qui
iura,ff.eod,tit,Dom.conſ.7,Crot.conſ.57,nu,9.libr.1,
Imol.conſ.92. & conſ.138.q.1. cum alijs allegatis per
Rim.iun.conſ.266,nu.7.& ſeq,libr.3. & conſ.362.nu,
77.& ſeqq,lib.4,Meno,de arbit,iud.quæſt,li.2.cent.1,
caſ.89,nu,66,Ant,Gabr.in ſuis concl.in tit.de probat.
concl.1,in princ. & quia agitur de probatione facti an-
tiqui,quod de facili probari non poteſt, facilius imper-
fectæ probationes coniunguntur,Ant.de Butr.in c.ve-
niens,el 1,in fin.de teſtib,Alex.conſ,101. nu,18. verſi,
Concurrunt,lib,7,conſ.24.col,fi,lib,2.Natt.conſ.235,
nu.8.& conſ.446,nu,11.lib.2. Præſertim quia cum in
materia probationis non poſſit certa regula conſtitui,
73 † Sed an aliquid ſit plene probatum, remittatur arbi-
trio iudicis,Ant.de Butr,& Abb,in c,ex litteris,de pro
bat, Soc,ſen,conſ.262,nu,11.li.2.Dec,conſ.448.col.3,
ver,Modo his omnibus,Soc,iun.conſ.32.per totum,&
conſ,90,nu,19,lib.2.Port,Imo.conſ.139,nu,6,Cur.iu,
74 qui de communi teſtatur conſ,106,nu,3.li.2.† qui po-
teſt ex diuerſis præſumptionibus, & coniecturis motũ
animi ſui confirmare,& ex eis ſententiam ferre, Paul,
de Caſtr,conſ.380.nu.1,li,1,Dec,cõſ.577.nu.12. Ber-
tran,conſ.154.nu.7,vol.9.Franc,Becc.conſ.52.nu.86,
& ſeqq.vbi alios allegat, dummodo ex eis ad credulita
tem inducatur, cum illa, quæ iudicem ad credulita-
tem inducunt,conſtituant plenam probationem, Soc,
ſen,dicto conſi,262,numer.11.in fin.lib,2.Dec.conſil,
519.nume.3,Soc,iun.qui communem dicit d.conſ.32,
num,10,illaque ſit iuſta,& ſufficiens probatio,quæ iu-
dicantis animum impellere poſſit, vt rem ita ſeſe habe
re exiſtimet,l.teſtium,§.tu magis,& ibi Bar, ff.de teſti,
Corn,conſ.61.lib.3.Soc.ſen.conſil.11.num.6, verſi.Il-
la autem,li.3.anple Port,Imol,conſ.139,nu.5. & Frã,
Becci.conſ.52.nu,87.Recte quilibet iuſtus iudex,præ-
dictis omnibus perpenſis, arbitrabitur Vniuerſitatem
prædictam ſuam antiquiorem poſſeſſionem plene pro-
baſſe,maxime in caſu,de quo agitur,cum iudiciũ pen-
deat in poſſeſſorio, quod non eſt adeo magni præiudi-
cij, vt reparari non poſſit ſaltem in petitorio, & pro-
pterea in poſſeſſorio etiam recuperandæ,licet non ſuf-
75 ficeret vnicus teſtis,vt ſupra fuit dictum, † ſaltẽ leuio-
res probationes ſufficiunt.Mattheſil.ſing.2.incip.No-
ta quod in iudicijs poſſeſſorijs. Alex.conſ.91.col.1.li.5.
Crau.conſ.158.nu.12.li.1.Pari.conſ.10.nu.32.li.2.Ce-
pha,conſ,552.nu.25.& ſeqq.li.4.Menoc.in 1. reſponſ.
cauſ.Finarienſ.num,144.& colligitur ex diffuſe conge
ſtis per Contard.de moment.poſſ.in ratio.decid.num.
10,& ſeqq.multis.

Nec obſtant ea,quæ pro Reis conſiderabantur. Pri-
mum quidem fundamentum ſatis ex ſupra deductis
tollitur,ita vt alia reſponſione non egeat.

Neque reſiſtit ſecundum, qm̃ teſtes deponunt Cõi-
tatẽ poſſediſſe,quod ſufficit,vt ſupra dixi; Et ꝙ dicunt
vidiſſe poſſideri per nonnullos nomine Vniuerſitatis,
eſt demonſtrare potius actũ poſſeſſorium,quam poſſeſ
ſionem,& ex eo ſolo,quod dicunt poſſediſſe,probatur
poſſeſſio,vt conſiderat Soc.iun.conſ.135. nu.29. lib.2.
Præterea teſtes dicunt Cõitatem & eius nomine Prio-
res,& alios officiales fructus percepiſſe, pœnas & mul
tas exegiſſe, & licentias paſculandi cõceſſiſſe,per quos
76 actus clare Vniuerſitatis poſſeſſio probatur,†cum Vni
uerſitas p ſyndicos, vel alios officiales poſſidere poſſit,
gl.Bar.& alij in l.1.§.fi.ff.de acq.poſſ.Veronen.de ſer-
uit.ruſt.præd.c.9.de ſeru.iur. paſcẽ.n.25. ver.Secundo
77 caſu.Soc.ſen.conſ.95.nu.18.li.3.† Et quia teſtes dicũt
Priores, & alios officiales nomine Cõitatis percepiſſe
fructus,probatur poſſeſſio Cõitatis,quamuis de mãda-
to eorum,qui nomine Cõitatis illos percipiebant, non
conſtaret,vt poſt Aret.dixit Rip.in l.1.n.109.ff.ſol.ma
tri.ꝙ ẽt ſentit Soc.iu.conſ.135.nu.24.li.2.Inſuper qua
tenus teſtes probant ẽt ſingulares hoies de Vniuerſita-
te Hiſpelli poſſediſſe,iuſtificatur poſſeſſio Vniuerſita-
tis,quãuis de expreſſo mandato non cõſtet,cum dicãt,
cum licentia Cõitatis, & non aliter particulares hoies
78 dictis bonis vſos fuiſſe pro ipſa Vniuerſitate,† nam qñ
nomine Vniuerſitatis, & tamquam rem Vniuerſitatis
ſinguli poſſident, per ſingulares perſonas poſſeſſio Vni
uerſitati acquiritur,& pro illa retinetur, glo.in l.ſicut,
§.ſi quid, ff.quod cuiuſque vniuerſit. nom. & ibi Paul.
de Caſt.in fi.& Alber.pariter prop.fin. Quod maxime
procedit, qñ ſinguli poſſiderũt nomine Vniuerſitatis,
ſcientibus,& patientibus Vniuerſitate,& eius officia-
libus,cũ ex hmõi ſcientia,& patientia tacitum manda
tũ reſultet,ꝙ ſufficit,vt pro Vniuerſitate probetur poſ
ſeſſio,vt no.declarat Bal.in d.§.ſi quid, in fi.Soc.ſen.in
l.1.§.municipes, in fi, ff.de acq.poſſ.& conſ.95.nu.18.
li.3.Veronen.in d,c,9.de iur.paſcen.n.25. ver.Sed ſi a-
liquæ,& nu.26,Bal,conſ.438.n.2.li.1. Dec.conſi.221.
nu.7.Cur.ſe.conſ.76.nu,6,Affl.dec.376.nu.5.late Par.
conſ.111.nu,64. & ſeqq,multis li.1.vbi multis auctori
tatibus comprobat Ant,Gabr.in ti. quod cuiuſque vni
uerſ.nom.concl.2.nu.1.& 2,Burſ.conſ.235.nu.3.li.3.
Et hanc ſententiam cõiter approbari teſtantur Hier.
de Mont.in tract.de fi.regun.c.72.per totum,maxime
n.7.& ſeqq.& Michael de Graſſ,in ſuis commu. opin.
li.1.c.4.in verb.Vniuerſitas,q.2. Firmantque Hier. de
Mon.d.nu.7.& Michael de Graſſ.ex patientia ſcientiã
præſumi. Et quia non probantur actus momentanei,
ſed ſucceſſiui facti diuerſis temporibus, & per longum
tempus magis prædicta ſunt admittenda,& geſta a ſin
gularibus,geſta cenſentur ab ipſa Vniuerſitate, eſto ꝙ
non fuerint facta communicato Conſilio,& de manda
to Vniuerſitatis,vt poſt Anch.dixerunt Afflict, d.dec.
376,nu,2. Pari.d.conſ.111.nu.72. & Hier.de Mon.d.
c.72.nu.13.Stante igitur, ꝙ teſtes de poſſeſſione Vni-
uerſitatis clare deponunt, & etiam dicunt particula-
res homines dictæ terræ conſueuiſſe in dictis bonis ſere
re frumẽtum,hordeum, & alia,ac in eis beſtias paſcula
ri feciſſe tamquam in bonis vniuerſitatis, ac cum licen
tia eiuſdem, & non aliter, & partem fructuum reſti-
tuiſſe Communitati, & eiuſdem officialibus, & præ-

dicta

dicta per multos annos fuiſſe geſta, ſine difficultate fa-
teri oportet actus, de quibus teſtes deponunt, poſſeſſio-
nem dictæ vniuerſitatis probare, non obſtantibus addu
ctis ex aduerſo, quæ ſolum procederent, ſi ſimpliciter
teſtes deponerent vidiſſe ſingulares omnes Vniuerſita
tis poſſidere, vt Veronen. Soc. Dec. Hier. de Mont. Ga-
briel. & alij ſupra proxime allegati declarant.

Tollitur etiam Tertium. Primo quia Rei, licet eſſ.nt
in bona fide, non tamen habuerunt cauſam à titulato
auctore, cum bona peruenerint ad manus dicti Domini
79 B. abſque aliquo titulo. † Et opinio eorum, qui negant
dictum remedium concedi, ſi vera eſſet, procederet in
ſingulari ſucceſſore bonæ fidei & titulato, & quia a ti-
tulato auctore cauſam habuit, ſecus ſi à titulato auctore
cauſam non habuit, ita Crot. conſ. 47. nu. 20. conſ. 75. n.
9. & 10. lib. 1. Senat. Pedem. deciſ. 93. nu. 6. & declarãt
Menoch. d. reme. 15. nu. 89. ver. Contrarium. Rim. iun.
conſ. 30. nu. 18. lib. 1. Quales non ſunt dicti Rei, qui a ti-
tulato auctore cãm non habuerunt. Inſuper quia Domi
nus B. qui, vt prætenditur, ſpoliauit dictam Cõitatem,
80 erat (vt præſupponitur) in mala fide, † quæ ex ſcientia
rei alienę oſtẽditur, can. ſi virgo 34. q. 2. l. ſi quis fundũ,
ff. de acq. poſſ. Balb. de præſcr. 2. par. 3. par. prin. q. 3. in
prin. Nat. conſ. 456. nu. 17. lib. 2. Bero. conſ. 82. num. 3.
81 lib. 3. † eius vera mala fides afficiebat etiam eius ſucceſ
ſores vniuerſales, qui conſcientiam defuncti exonerare
tenentur, l. cum hęres, ff. de diuer. & temp. præſcr. Ant.
de But. Abb. & Imo. in c. ſi diligenti, de pręſcr. Dec. qui
cõem dicit conſ. 272. nu. 5. & 6. quam ẽt cõem teſtan-
tur Pariſ. conſ. 27. nu. 139. lib. 1. Cur. iun. conſ. 177. n. 14.
ver. Poſtremo, lib. 2. Hier. Gab. conſ. 163. nu. 13. & ſeq.
lib. 1. Rol. a Val. conſ. 6. nu. 47. lib. 3. Ceph. conſ. 215. nu.
52. lib. 2. qui alios allegant, quod ẽt firmant Doctores
allegati infra in ſolutione quarti argumenti. Quę cõclu
ſio procedit nõ ſolum in primo hęrede immediato, ſed
ẽt in alijs hæredibus, & ſucceſſorib. mediatis, & ſic in
hęredib. hęredum, vt dicętur infra, merito non poſſunt
allegare eorũ bonã fidem, & ceſſant cõtraria, vt ẽt cõſi
derat in terminis Caſſad. deciſ. 7. n. 1. in fi. de reſt. ſpol.

Secundo dicitur opinionem Bartholi in d. l. rem quę
82 nobis, & ſequacium, veram non eſſe † quia remediũ re-
integrandæ, licet ſit perſonale, eſt tñ in rem ſcriptũ, vt
per doctrinam Bar. in l. ſi tertius, §. ſi prius, n. 2. ff. de aq.
plu. arcen. dixit Put. dec. 176. nu. 6. lib. 2. Et actiones in
rem ſcriptæ actiuæ, & paſſiuæ ẽt in ſingularem ſucceſ-
ſorem tranſeunt, iuxta communem, de qua teſtatur ibi
Put. nu. 7. quia Bartholi ſententia eſt ẽt magis cõiter re
probata, qm̃ contrariam ſententiam, quòd dictũ reme-
83 dium. † can. redintegranda detur contra quemcũque
ſucceſſorem ẽt bonam fidem & titulum habentem fir-
mauerunt glo. in c. cum ad ſedem, & ibi Abb. nu. 26. de
reſt. ſpol. Hoſt. Innoc. Cald. & Butr. in c. ſępe, eo. tit. vbi
Abb. teſtatur, ab iſta ſententia tamquã communi, & ve
ra non eſſe recedendum. Lap. alleg. 51. Lætatus ſum. n.
6. vbi Mandoſ. in addit. in littera L. alios multos refert,
dicitque hanc opinionem tenendã eſſe vti magis cõem,
& approbatam à Conſilio Neapolitano, & Rota Ro-
mana, late Alex. in d. l. rem quę nobis, ff. de acq. poſſeſſ.
n. 8. vbi cõem eſſe, & pro ea in iudicijs ſæpenumero iu-
dicari vidiſſe teſtatur. Iaſ. in d. l. rem quę nobis n. 15. idẽ
Alex. conſ. 117. nu. 4. & conſ. 200. nu. 8. lib. 2. Anch. con
ſi. 42. incip. Circa recuperandum. Soc. ſen. conſ. 89. in fi.
lib. 1. Aret. in §. quadrupli, nu. 32. Inſt. de act. Dec. conſ.
57. col. fin. Barbat. conſ. 42. col. penul. lib. 2. Hier. Gabr.
qui hanc opinionem receptiſſimam, & vſu comproba-
tam dicit conſ. 36. nu. 3. & ſeqq. lib. 1. & illam magis cõ
munem eſſe diffuſe oſtendunt, multas auctoritates pro
ea adducentes vltra allegatos Soc. iun. conſ. 34. nu. 12.
lib. 3. Tob. Non. conſil. 24. nu. 16. Franc. Becc. conſ. 75.
nu. 4. Rim. iun. conſ. 30. num. 14. & ſeqq. lib. 1. Afflict.
deciſ. 361. num. 33. Caſſa. deciſ. 7. de reſtit. ſpoliat. Put.
deciſ. 176. num. 3. lib. 2. & Simonet. deciſ. 41. alias 2. de
reſt. ſpoliat. incip. Spoliatus agit contra titulo poſſiden-
tem inter Deciſiones, quæ manuſcriptæ circumferun-
tur, & Senat. Pedemon. in deciſ. 93. in fin. vbi etiam nu.
6. dicitur maxime eſſe ſequendam in terris ſubiectis ec-
cleſiæ in temporalibus vti magis a Canoniſtis receptã.
Eſt igitur hæc opinio ſequenda in iudicando, & conſu-
lendo, quia verior eſt, & magis communis, vt dicunt
Doctores in dictis locis. Et quia illam ſequuntur conſi-
lium Neapolitanum, Rota Romana, & Senat. Pedem.
vt in alleg. deciſio. apparet.

Quartum, & vltimum obiectum de præſcriptione
84 remouetur. Primo negando † remedium can. reintegrã
da eſſe præſcriptibile, cum illud perpetuo, & ſine tem-
poris præfixione cõpetat, vt videtur dicere tex. in can.
reintegranda, 3. q. 1. ibi, Quacumque conditione tem-
poris non obſtante, quod ſentit gl. fi. in c. ſollicite, de re-
ſtit. ſpol. dum dicit dictum remedium perpetuo compe
tere, quòd verbum, Perpetuo, in infinitum intelligere
videntur ibi Imo. & alij. Et quod remedium d. can. rein
tegranda non præſcribatur etiam ſpatio lõgiſſimi tem-
poris, ſed ſine temporis præfixione competat, tenuerũt
quinque Auditores Rotæ Romanæ allegati per Caſſa.
dec. 6. in prin. de reſt. ſpol. & firmauit poſtea Rota Ro-
mana pluries, vt teſtantur Put. deciſ. 115. lib. 1. & per
totam. Simonet. deciſ. 40. alias 1. in d. tit. de reſt. ſpol. &
ita pluries Rotam Romanam firmaſſe coram Iacoba.
Arag. & alijs teſtatur Cæſar Contard. de moment. poſ-
ſeſ. limit. 2. ratione mixturæ, §. 4. num. 23. & ſeqq. Quæ
ſententia in cauſa de qua agitur, ſequenda videtur, cum
illa cognoſcatur in Curia Romana, & vt dicit Cõtard.
in d. §. 4. num. 25. in dicta Romana Curia opinionem il-
lam te ſequi, velis nolis, neceſſe eſt, & ſecundum eũ fa-
cilius eſſet clauam è manu Herculis extorquere, quã
hanc tam perſuaſam, & receptam opinionem reijcere
in dicta curia poſſe, aſſerens fruſtra, alias tentaſſe non
nullos magni nominis aduocatos illas Deciſiones re-
uangare.

Secundo ſi regulariter præſcriptioni locus eſſet, pro
cederet concurrente bona fide, quoniam cum mala fi-
de de iure canonico nullo tempore præſcribitur, c. fi. &
ibi omnes, de præſcript. in propoſito Contard. in d. §. 4.
nu. 35. Natt. conſ. 172. num. 35. lib. 1. De qua mala fide
impeditiua præſcriptionis hic apparet, cum Dominus
85 B. vt dixi, eſſet in vera mala fide, † & eius mala fides no
cet etiam eiuſdem ſuccęſſoribus, qui præſcribere nõ po
tuerunt non ſolũ vtendo acceſſione temporis dicti Dñi
B. Sed nec ex perſonis proprijs illam a ſeipſis inchoãdo
etiam æquitate canonica attenta, vt reprobata opinio-
ne Din. in reg. poſſeſſor malę fidei, de reg. iur. in 6. dixe-
runt Doctores in d. c. ſi diligenti, de præſcr. Rom. conſ.
201. ver. Tertio principaliter, Abb. conſ. 3. in 14. q. lib. 2.
Crau. conſil. 146. nu. 7. lib. 1. Rot. Gen. deciſ. 203. nu. 5.
Nat. conſ. 162. nu. 35. lib. 1. Gozad. conſ. 56. nu. 15. Cor.
conſ. 56. nu. 2. lib. 4. Pariſ. conſ. 26. nu. 26. lib. 1. & conſ.
66. nu. 107. & ſeq. lib. 3. Alex. conſ. 63. nu. 11. & 12. li. 4.
Ferret. conſ. 179. nu. 12. lib. 2. Quæ ſententia cõiter ap-
probatur, vt teſtantur Alex. conſ. 4. col. pen. ver. Et da-
to, nu. 21. lib. 2. Dec. conſ. 272. nu. 5. & 6. Balb. de præ-
ſcript. 2. par. 3. par. prin. q. 12. nu. 12. Soc. iun. conſ. 144.
nu. 52. lib. 1. Rim. iun. conſ. 107. nu. 28. lib. 1. conſ. 214.
nu. 67. lib. 2. Tib. Dec. conſ. 2. nu. 197. & ſeqq. lib. 1. Me
noch. conſ. 231. nu. 41. & ſeqq. lib. 3. Ant. Gabr. in d. tit.
de præſcript. concluſ. 5. nu. 1. ver. Contrariam, & nu. 2.
86 qui alios multos allegant. † Et procedit iſta concluſio
in quocumque hærede etiam mediato, & ſic in hærede
hæredis. Soc. iun. conſ. 76. nu. 23. & ſeqq. lib. 1. Crauet.

conſ.431. nu.2.lib.3. Gabr.in d.loc.nu.3,in t.ampliat.
87 Tertio ſi hæc ceſſarent,& eſſet decurſa pſcriptio,† attamen,quia quælibet vniuerſitas æquiparatur pupillis, & ætate minoribus,l.reſpublica,C.ex quib.cau.maior, Bar.in l,t.§.vlt,nu.1. ff.quod cuiuſque vniuerſ.nomin, Crau,conſ.132.num,9.ver, Et magis lib.2.Corn.conſ, 389.nu.4.lib.3.in integrum reſtituitur ſicut minor. Io, Andr.in addit.ad Spec.par.2.de reſtit.in integ.§.1.ver, Idem quoque,Bar,Bal.Sal.& Caſt.in l,reipublicę,ff.ex quib,cau,maior.Dec,conſil.42.nu.15.ver. Et quando, Alex.conſ.55,nu.17.lib.5,late Crot.conſ.145.nu.2.lib. 1.& nouiſſime Sforz.Odd.de reſt.in integ.par.1,q.3.ar. 12.nu.76.ver.In contrarium,qui teſtatur hanc ſententiam eſſe magis communem, Sicut minori ſubueniretur aduerſus præſcriptionem etiam 40.annorum,& vl
88 tra,†eodem modo ſubueniri debet dictæ vniuerſitati, & propterea in integrum reſtitui debet aduerſus dictā præſcriptionem 73.annorum, quatenus decurſa eſſet, vt notabiliter dixerunt Soc.ſen,conſ,66.nu.13.& ſeq, lib.4.Alc.conſ,167.nu,3.not.Rol,a Val.conſ.68.num. 21.lib,3,Ceph.conſ.40.nu.54.& ſeqq.lib.1,Sfor.Odd. de reſt.in integ.par,2.q.90.art.7.nu.32.Ex Quib.concludendo dico dictam vniuerſitatem ad eius priſtinam dictorum bonorum poſſeſſionem reſtituendam eſſe.

Cauſa vt audiui pēdet adhuc indeciſa in Curia Romana,

A R G V M E N T V M.

Capitula ad probandum producta,an & quando dicantur impertinentia, & nō admittenda.

Stāte iuramēto, nūquid debitor excludatur à beneficio Auth.hoc niſi,C de ſol,

Et an per iuramentum tollatur reſtitutio in integrum.

Minor lęſus in promittēdo ſorori exceſſiuā dotem,an ſit in integrū reſtituēdus.

Statutum Eugubinum concedens executionem inſtrumento, & admittens aliquas tantum exceptiones, ceteras reijciēs; Numquid tollat reſtitutionem in integrum.Et per quod genus probationum exceptiones probandæ ſint,

S V M M A R I V M.

1 *Capitula producta ad probandum per teſtes ea,quę ſi probarentur,non releuarent,reÿci debent.*

2 *Iuramentum excludit debitorem à beneficio Auth.hoc niſi,C.de ſolut,*
Saltem non petita abſolutione,num.5,
Intellige,vt nu.48.Sed contra num.39.Maxime quando ſuperuenit impotentia,num.44.

3 *Iurans præciſe obligatur ad factum, nec liberatur præſtando intereſſe.Declaratur num.37.*

4 *Debitor qui non ſoluit debitum tempore conuento cum iuramento,efficitur periurus,*
Fallit quando non ſoluit ob impotentiam.nu.29.& 51.

5 *Periurus repellitur à iudicio.Declaratur num.53.& ſeq.*

6 *Abſolutio à iuramento,non facta mentione periurÿ incurſi,nō releuat,& ad cauſā,ob quā fuit petita,reſtrīgitur.*

7 *Debitor in quibus caſibus non poſſit vti beneficio Auth. hoc niſi,C.de ſolut.*

8 *Dotis cauſa in generali diſpoſitione non continetur, Declaratur num.57,*

9 *Iuramentum ſupplet defectum minoris ætatis,& eius obligationem conualidat.*
Tollitque beneficium reſtitutionis in integrum,num.10, Declaratur num.58.cum ſeq.

11 *Abſolutio à iuramento prodeſt ad effectum tollendi periurium,firma tamen remanente virtute iuramenti.*

12 *Reſtitutionis in integrum beneficium ceſſat,quando ſtatutum fingit minorem maiorem.Declaratur num.62.*

13 *Reſtitutio in integrum aduerſus conſtitutionem dotis non competit conſtante matrimonio,ne contractus claudicet. Sed contra nu,34.cum ſeq.& 64.*

14 *Minor non dicitur læſus,nec reſtituitur, quando fecit id, quod faciunt omnes.*

15 *Statutum Eugubinum permittens aliquas tantum exceptiones ad impediendum executionem inſtrumenti,ceteras reÿcere cenſetur.*
Et etiam beneficium reſtitutionis in integrum,nu.16.Sed contra num.82. cum ſeqq.

17 *Exceptiones quæ vigore ſtatuti probandæ ſunt per publicum inſtrumentum, vel confeſſionem partis infra quinque dies non releuant, ſi probentur per teſtes etiam defluxo termino.Declaratur.nu.88.cum ſeqq.*

18 *Reſtitutio in integrum impedit executionem,quando fuit præuentum in peteuda executione,aliàs ſecus. Declaratur tamen num.90.cum ſeqq.*

19 *Capitula producta ad probandum per teſtes,ſemper admitti debent,dummodo ſint pertinentiæ.*
Pertinentia dicuntur etiam ea, quæ qualitercumque adminiculantur cauſæ,etiam leui præſumptione, & quoquomodo prodeſſe poſſunt, num.20.
Impertinentia ſunt,quādo probatio deſuper facienda,per ſe, ſeu cum alÿs probationibus nullum affert adminiculum,nullumque operatur effectum,num.21.

22 *Capitula in dubio ſunt admittenda.*
Saltem cum clauſula, ſaluo iure impertinentium, & non admittendorum,num 23.

24 *Solui aliud pro alio non poteſt inuito creditore.*
Fallit ob coniunctionem ſanguinis,num.47.

25 *Creditor ob impotentiam debitoris in pecunia compellitur accipere bona in ſolutum.*

26 *Neceſſitas facit licitum,quod aliàs eſſet illicitum, & ob eam à regulis iuris receditur.*

27 *Difficultas excuſat à periurio.*

28 *Periurus non efficitur, qui non obſeruat, quod obſeruare non poteſt.*

30 *Periurium non committitur ſine dolo cum ſeq.*

31 *Dolus ob quamlibet cauſam excluditur.*

32 *Frater non tenetur dotare ſororem, niſi quando ſoror non habet vnde ſe dotet,& frater eſt multum diues.*

33 *Dotis promiſſio exceſſiua,facta à minore, in exceſſu eſt inualida.*

34 *Minor in integrum reſtituitur ob læſionem in promittendo dotem exceſſiuam,& nu.64.*
Amplia etiam in fratre minore, qui pro ſorore dotem promiſit,num.35.& 63.
Extende hanc ampliationem etiam ſi frater promiſerit cū iuramento,num.36 & 60.

38 *Obligatio etiam iurata ad impoſſibile non tenet.*

40 *Compenſatio non poteſt opponi à debitore, qui cum iuramento promiſit ſoluere debitum.Declaratur num.48.*
Fallit,quando debitor eſt inops,num.41.
Item ſi ſuperuenit creditum, de cuius compenſatione opponitur,num.45.

42 *Debitor condemnatus per ſententiam tenetur præciſe ad ſoluendum in pecunia.*
Fallit quando non poteſt ſoluere, quia tunc creditor compellitur accipere bona in ſolutum,num.43.

46 *Promiſſio quælibet etiam iurata intelligitur,rebus ſic ſtantibus,& cauſa noua ſuperueniente ei cōtrauenire poteſt.*

Iu-

Digitized by Google

49 *Iuramentum non tollit beneficium introductum miſeratio nis gratia, niſi ei in ſpecie fuerit renunciatum.*
Nec operatur quod eu, quæ debuerunt ſpecificari, nu. 50.
52 *Debitor ob impotentiam ſoluendi in pecunia poteſt vti beneficio Auth. hoc niſi C. de ſolu. etiam non petitu abſolutione à iuramento.*
53 *Periurus auditur excipiendo, licet agendo repelleretur,*
Item auditur, antequam fuerit declaratus periurus, n. 54.
55 *Subhaſtatio bonorum debitoris non eſt neceſſariu, adhoc vt debitor vti poſſit beneficio Auth. hoc niſi, C. de ſolut.*
Dummodo conſtet de impotentia debitoris.
56 *Officiali fides adhibetur in his, q̃ ſpectũt ad ipſius officiũ.*
59 *Læſio in minore non requiritur vltra dimidiam, ſed ſufficit in ſextu parte.*
61 *Abſolutio à Iuramẽto operatur, vt eo nõ obſtãte minor reſtitutionẽ in integrũ poſtulare, & læſionẽ probare poſſit.*
65 *Creditores ſoceri nõ poſſũt agere reuocatoria, cõſtãte matrimonio, cõtra generum, cui dos fuit ſolutu, ſed tantum ſoluto matrimonio agunt contru filiam, ſeu hæredes viri.*
Intellige quando dos fuit data in pecuniu. Sed ſi fundus fuit conſignatus, ille à viro euinci poteſt, nu. 67.
66 *Creditor anterior non repetit à poſteriore pecuniam illi à debitore ſolutam, & bona fide conſumptum.*
68 *Filius etiam conſtante matrimonio agit reuocatoriu pro ſua legitimu cõtru virum, cui dos inofficioſu ſoluta fuit, reprobata opinione Afflí. deciſ. 86.*
69 *Contractus non põt pro parte ſubſiſtere, & pro parte non.*
70 *Claudicatio contractus toleratur, quando naturu contractus ſeu conditio perſonarum id expoſtulat.*
Vt ſi contractus fuit geſtus cum pupillo, nu. 71.
Vel cum Ecleſiu, ſeu Principe, nu. 72.
Item fauore piç cauſæ, ſeu fiſci, nu. 73.
Et alijs in caſibus remiſſiue, nu. 74.
75 *Dotis conſtitutio non eſt facienda, attentis qualitatibus viri tantum, ſed etiam attentis facultatibus.*
76 *Minor dicitur læſus, ſi conſtituit dotem vltru facultates, licet vir fuiſſet dignus tantu dote.*
77 *Statutum reijciens exceptiones, & eius executionem, non aufert debitori remedium Auth. hoc niſi, C. de ſolut.*
Nec reijcit exceptionem, quæ tantum limitat, & reſtringit executionem, nu. 78.
Excludit tantum friuolas, non autem iuſtas, quas reus in continenti intendit probare, nu. 79.
Minus tollit officium iudicis, nu. 80.
Limitantur tamen omnes iſtæ declarationes, quando ſtatutum diſponit, quod nulla admittatur exceptio, ſeu defenſio, nu. 81. & 85.
82 *Reſtitutio in integrum per ſtatutum, ſeu legem generalem ſublata non cenſetur.*
Ampliuẽt ſi vtatur verbis quantũcũque generalibus, & ꝑgnantibus, niſi de ea fuerit facta ſpecifica mẽtio, n. 83.
Item etiam ſi prohibeat oppoſitionem omnium exceptionum, vel aliquas tantum admittat, nu. 84.
Limitatur quando etiam defenſio aufertur, nu. 85.
86 *Minor in integrum reſtituitur ad probandum, quando in termino præfixo à ſtatuto non probauit.*
88 *Exceptiones permiſſæ à ſtatuto Peruſino contra inſtrumentum probantur per quodcumque genus probationum, & etiam defluxo termino ſtatutario ope habilitationis, quç omnibus conceditur à Legato, ſeu Gubernatore Peruſiæ.*
Probatio per teſtes fieri poteſt, licet ſtatutum diſponat per publicũ tantum inſtrumentum probari poſſe, quãdo agitur de faciẽdu probatione indirecta contru inſtrumentũ.
Et quando agitur de probatione eius, ſuper quo non ſolent fieri inſtrumenta, nu. 89.
90 *Executio inſtrumenti impeditur per reſtitutionem in integrum, licet fuerit prçuentum in petendo executionem, ſi nullu fuit latu ſententia, dummodo incontinenti probetur læſio cum ſeq.*
Amplia quod etiam ſentẽtiæ executio impeditur licet fuerit prçuentum in petitione executionis, ſi tamen non fuit capta executio facti, aliàs ſecus, nu. 92.

CONSILIVM XVIII.

VISIS ſcripturis tranſmiſſis, & doctiſſimis dubitationibus motis per Magnificum, & Excellentem D. Prætorem Ciuitatis Eugubij, videtur dicendum capitula producta pro parte Dominorum Iordani, & Ioannis Baptiſtæ de Raphaelibus de Eugubio cõuentorum contra Magnificum, & Excellentem Dominum Cæſarem Barſium, petentem ſolui, dotem ab eis ſibi promiſſam pro eorũ ſorore vxore dicti D. Cæſaris, & executiue iuxta formam ſtatuti Eugubini agentem, admittenda non eſſe, nec ſuper eis teſtes recipi debere.

1 Primo, † quia capitula reijci debent, quando ſi probarentur cõtenta in eis non releuarent producentes, l. ad probationem vbi Bar. Bal. nu. 5. Sal. in fi. C. de prob, Pariſ. conſ. 97. nu. 131. & ſeqq. li. 1. conſ. 67. num. 11. & ſeqq. li. 4. Dec. conſ. 162. Sed iſta videntur huiuſmodi, nam ſi rei volũt probare requiſita ad obtinẽdum beneficium Auth. hoc niſi, C. de ſolu. probatio erit impertinens, cum ipſi ſe obligauerint cum iuramento, † quod
2 iurantem a beneficio d. Auth. excludit debitorem. Gozad. conſ. 32. num. 9. Brun. de ceſſio. bonor. q. 34. in 4. q.
3 princ. Iurãs enim † præciſe obligatur ad factum, nec liberatur etiam præſtando intereſſe, gl. in l. ſi pecuniã, in verb. quia iuraſti, ff. de cond. ob cauſ. Doct. in l. ſtipulationes non diuiduntur, ff. de verb. oblig. Quod hic magis dicendum videtur, quoniam D. Iordanus, & Ioan-
4 nes Baptiſta † non ſoluerunt in tẽpore conuento, & tẽporis lapſu effecti ſunt periuri. Capel. Toloſ. deciſ. 402,
5 Rol. a Vall. conſ. 31. nu. 1. li. 2. Et periurus † audiri non debet, ſed repellitur, Alex. Iaſ. & alij in l. ſi quis maior, C. de tranſa. Innoc. Butr. Fel. & alij, in c. dilecti filij de except. Doct. in c. 1. & in c. debitores, de iureiur. Quod procedere videtur etiam reſpectu remedij d. Auth. hoc niſi, cum ille, qui vult vti dicto remedio, non audiatur, ſtante iuramento, ſaltem nõ petita abſolutione. Ioſeph,
6 Ludo. in deciſ. Peruſin. 64. nu. 21. & ſeq. libr. 2. † Quæ in propoſito nec legitime videtur obtenta, ſtante quod de periurio incurſo mentio facta non fuit iuxta communem, de qua per Fel. in d. c. 1. ſub nu. 28. Ac etiam quia fuit impetrata non ad hunc finem, ſed ad petendum reſtitutionem in integrum, & ad illam cauſam reſtringi-
7 tur abſolutio, Fel. in d. c. 1, nu. 29. ver. Sed vno. † Præterea, quia conſtare dicitur notorie iſtos Reos eſſe ſoluendo, & in ciuitate Eugubij reperiri pecunias, ideo ceſſat diſpoſitio d. Auth. hoc niſi, vt habetur in d. dec. Peruſ. 64. Et iuramentum ſeruandum eſt, quando non eſt impoſſibile, & ſeruari poterit ſine diſpendio ſalutis æternæ. Imo. & alij in c. cum contingat, de iureiur. Couar. in c. quamuis, de pact. in 6. Nec ſubhaſtationes factç de bonis Dominorum Iordani, & fratrum videntur eos iuuare: Tum quia de eis non conſtat legitime, & Tubicinæ id referenti non creditur: Tum quia fuerunt factæ parte nõ citata, cuius citatio videbatur neceſſaria, ex reg. l. de vno quoque, ff. de ſent. & re iudi. Præſertim quia aſſeruntur factæ lite mota, & in præiudicium D. Cæſaris, qui ſi id ſciuiſſet, potuiſſet reperire emptores, ex notatis per Rip. in l. 2. §. mutui datio, nu. 25. infi. ff. ſi
8 cert. pet. † Vlterius, quia hic agitur de ſolutione dotis, d. Auth. hoc niſi non videtur habere locum; Diſpoſitio enim generalis cauſam dotis non comprehendit, niſi de ea fiat ſpecifica mentio. Salic. in l. fin. C. de iur. dot. & in terminis Ceph. conſ. 195. num. 11. lib. 2.

Si

Digitized by Google

Si vero intendunt probare minorem ætatem,& læ-
ſionem ad effectum obtinendi reſtitutionem in inte-
grum aduerſus promiſſionem dotis. Et minus id vide-
9 tur releuare poſſe,† quoniam iuramentum in inſtrumẽ
to promiſſionis dotis appoſitum,defectum minoris æta
tis ſupplet,obligationemque validam reddit. Auth.ſa-
cramenta puberum,& ibi Doctores, C.ſi aduer.vend.
10 † Reſtitutioniſque in integrum beneficium tollit Bar.
in l.ſciendum,nu.8.& alij,in add.ad eum allegati,ff.de
verb. oblig. Ale.qui de communi teſtatur in conſ.222.
col.1.lib.2.aſſerens etiam nec iuramenti abſolutionem
eſſe concedendam,& in conſ. 125.num.8.li.1.de com-
muni teſtatur Hier.Gabr.conſ.127.num.7.& ſequent.
li. 1. Præſertim quia cum iuramento promiſerunt non
contrauenire modo aliquo , & ſic ſaltem in genere de
remedio reſtitutionis in integrum,& læſione cogitatũ
fuit , quod ſufficit , vt minor ab illo beneficio exclud-
tur,Cur.iun.conſ.47.nu.2.& 10.libr.1. Præſertim vbi
læſio allegatur,proueniens ex fragilitate minoris nõ do
lo aduerſarij.Alex.d.conſ.125.nu.14.li.1.repetitum in
conſ.53.li.3.vbi in fortioribus terminis poſt Imo.in d.
c.quamuis,dixit,mulierem renunciantem pro 500.pa-
trimonio valoris quinque millium non poſſe contraue
nire,nec iuramenti abſolutionem petere. Nec de abſo-
lutione obtenta à iuramento videtur habenda ratio,cũ
11 † abſolutio proſit ad effectum tollẽdi periurium,firma
tamen remanente iuramenti virtute, ſecundum Gabr.
d.conſ.127. nu.33. Accedit quod cum ſtatutum Eugu
binum in contractibus ſecundum eius formam celebra
12 tis,fingat minorem maiorem, † reſtitutio ceſſare vide
tur.Ioan.And.in addit.ad Specul.de in integr.reſtitut.
§.1.nu.4.Bald.in Auth. Si captiui,col.2.in 4.not. C.de
epiſc.& cler. Et eo magis videntur excludi Dominus
Iordanus,& fratres a beneficio reſtitutionis in integrũ,
cum agatur de dotis promiſſione, cuius cauſa eſt valde
priuilegiata,& multa eius fauore permittuntur,quæ a-
lias non permitterentur,vt notant Doct.in l.1.ff.ſolut.
matr.in Auth.Res quæ,C.com.de leg.& varijs in locis
adductis per Bald.Nouell.in toto ſuo tract.de priuileg.
13 dot.Præſertim quia adhuc durat matrimonium,† cu-
ius contractus cum ſit irreuocabilis,eo durante non vi-
detur permiſſum petere reſtitutionem aduerſus dotis
conſtitutionem,ne contractus claudicet, vt habetur in
ſimili in l.fi.§.ſi a ſocero,ff.de his quæ in fraud.cred.&
not.Afflict.dec.86.per totam . Additur vlterius,quod
14 ex quo hodie ſolent dari amplæ dotes,† iſti minores in
conſtituenda dote ſorori fecerũt,quod faciunt omnes,
& conſequenter non poſſunt dici læſi , nec ſunt reſti-
tuendi Senat.Pedem.dec.158.nu.4. Ferret. conſ.139.
nu.5.lib.1.Iaſ.conſ.63.nu.28.& ſeqq.lib.3. Cur.iun.in
l.item quia, nu.47.ff.de pact.

Secundo principaliter dicitur,quod cum hic agatur
15 de executione inſtrumenti, † & vigore ſtatuti Eugubi
ni cauetur non admitti ad impediendum executionem
alias exceptiones,quã ſolutionis,quietationis, & termi
ni prorogationis , quæ hic non allegantur , rei ad alias
exceptiones probandas non ſunt admittendi. Cannar.
de execu.inſtru.num. 1. & ſeqq. Nec beneficio reſtitu-
tionis in integrum audiendi ſunt ad impediendum exe
16 cutionem dicti inſtrumenti, † cum per dictum ſtatutũ
etiam dictum remedium videatur ſublatum , dum ali-
quas tantum exceptiones permittens, ceteras excludit
ad impediendum executionem. Guid.de Suzar.de gua
rentig.inſtru.num.13.poſt Mart.de Fan.Cannar.de e-
xecut.inſtr.q.21.Benedi.de Barz.de guarentig.part.3.
quæſt.21. Lancellot.de atten. part.2.cap.18.nu.122.
17 † Præterea quia vigore ſtatuti exceptiones etiam per-
miſſæ debent probari infra quintam diem per publi-
cum inſtrumentum , vel confeſſionem partis , etiam ſi
exceptiones quas Rei intendunt probare,eſſent de per
miſſis,non releuaret probatio per teſtes,cum non ſit fa
cta infra quinque dies , prout ſtatutum fieri mandat ẽt
in exceptionibus ab eo permiſſis.Corn.conſ.297. in fi.
lib.3.Ant.Cannar.de execut.inſtr.q.10.nu.20.Non vi-
detur igitur aliud per iſtos Reos poſſe fieri , niſi quod
ſoluant,& repetant, iuxta doctrinam Bart. in l.1.§.&
parui,ff.quod vi, aut clam.

Tertio ſi prædictis non obſtantibus reſtitutio in inte
grum peti potuiſſet , nihilominus quia fuit propoſita
poſt petitam executionem inſtrumenti , Rei audiendi
18 non ſunt ad executionem impediendam.† Tunc enim
per reſtitutionem in integrũ retardatur executio,quan
do fuit præuentum in petenda reſtitutione,ſecus quan
do fuit prius petita executio, Doct.in c.ſuſcitata,de in
integr.reſti.Alex.conſ.62.nu.4. & ſeq. alias conſ.223.
lib.6.Ceph.cõſ.263.nu.38.lib.2. Et hæc ſunt quæ con
tra dictos Reos in dubijs allegantur,quæ vere multum
obeſſe videntur.

Verum prædictis non obſtantibus puto Dominos
Iordanum,& Ioannem Baptiſtam, non eſſe excluden-
dos à facultate probandi, & capitula,pro eorum parte
producta , admittenda , & ſuper eis teſtes recipiendos
eſſe. Habent enim fundatam intentionem ex regula il-
19 la , † quod capitula admittenda ſunt , dummodo ſint
pertinentia,l.ſi duo patroni,§.idem Iulianus,vbi Bart.
& alij,ff.de iureiuran.Ceph.conſ.570.nu.16.lib.4. Per
20 tinentia vero capitula dicuntur † non ſolum quæ dire
cte,& principaliter ad cauſam faciunt , ſed etiam quæ
qualitercumque adminiculantur cauſæ,etiam leui præ
ſumptione, & quoquomodo prodeſſe poſſunt,Bald.in
c.licet cauſam,nu.33.de prob. Dec.conſ.162. num.2.
Afflict.dec.7.nu.1.Bal.in d.l.ſi duo patroni,§.idem Iu-
lianus,nu.5.ff.de iureiur.vbi Iaſ.nu.5. Dec.in c.dilecti,
num.12.& ſeqq.de except.& in c.in nomine Domini,
nu.73.de teſti.& in l.1.nu.13.ff.ſi cer.pet.& conſ.517.
nu.2.& ſeq.Rip.in d.l.1.nu.41. Curt.ſen. conſ.70.col.
pen.ver.Venio ad ſecundum,nu.8. & de communi te-
ſtantur Menoch.conſ.2. nu.363.lib.1.de recup.poſſeſ.
remed.1. nu.182. & in 2. reſponſ. Cauſa Ferrarienſis,
art.6.nu.4.Rol.a Vall.conſ.34.nu.7.& ſeq.lib.3. Burſ.
21 conſ.140.num.40. lib.2. Solum † quidem vt imperti-
nentia non ſunt admittenda,quando probatio deſuper
facienda nec per ſe , nec cum alijs probationibus affert
adminiculum,nullumque effectum operatur,Bald.in l.
de probatione,nu.4.C.de probat.& in conſ.143.col.2.
lib.2.ſequitur Crau.conſ.5.nu.18.lib.1. Pariſ.conſ.67.
nu.16.lib.4.Alciat.conſ.387.num.4. Franchus in dec.
Neapol.220.nu.11.par.2.Maſcar.de prob.vol.3. con-
cluſ.1176.nu.14. & 15. & non ſolum capitula debent
ſimpliciter admitti,quando conſtat illa eſſe releuantia
22 † immo ſi de hoc dubitaretur , in dubio admitti debe-
rent,cum id ſit partibus minus præiudiciale. Dec.conſ.
517.nu.3.verſ.& ex ſupradictis,c.In nomine Domini,
nu.73.de teſtibus,Iaſ.in l.1.num.16.ff.ſi cert.pet & in
Auth.ad hæc,num.3.C.de iudic.Hoſt.& Imo.in c.per
tuas,de teſti.Purpur.conſ.589.nu.19.lib.2. Meno.con
ſil.2.nu.360.lib.1.Ceph.d.conſ.570.num.19. Roland.
a Vall.conſ.34.nu.1.& 4.li.3. vbi poſt Alber.& Curt.
in locis,de quibus per eum , aſſerit melius eſſe in dubio
mille capitula impertinentia admittere , quam vnum
23 pertinens reijcere. Et quia† de generali practica totius
orbis,quando non conſtat de notoria impertinentia ca
pitulorum , ſed ſumus in dubio , illa admittuntur cum
clauſula,Saluo iure impertinentium,& non admitten-
dorum,diſcuſſione in fine cauſæ reſeruata, Guid.Pap.
quæſt.347.Purpur.conſil.589.num.19.lib.2.Menoch.
qui de cõi teſtatur in d.conſil.2. num.360. & nu.362.
in fin. Curt.in l.2. §.quod obſeruari in 9. breuiloquio ,
C.de

C.de iureiur.propter caſum. Burſ.conſ.140.nume.41.
lib.2.Aſin.in ſua praxi.iudi.§.19.c.9.nu.5. ſine difficul
tate hæc admitti debent, quorum probatio multum
Reis ad victoriam prodeſſe poteſt.

Quod autem capitula ſint releuantia, & eorum pro
batio Reis vtilitatem ſit allatura, ſatis deducitur, quia
eorum pars eſt concepta ad probandum Reorum di-
ligentiam adhibitam vendendi bona, & pecunias inue-
niendi, illaſque reperiri non potuiſſe, & conſequenter
eorum impotentiam ſoluendi in pecunia ſcuta 1500.
24 pro parte dotis, quæ probatio valde releuans eſt, † nam
etſi aliud pro alio, inuito creditore, ſolui non poſſit. l.
eum à quo. C.de ſolut.l.2.§.mutui datio, & ibi notant
25 omnes. ff. ſi cer.pet. nihilominus † ob impotentiam de-
bitoris ſoluendi in pecunia numerata, compellitur cre-
ditor accipere in ſolutum bona. §. quod autem. auth.
de fideiuſſ. Auth.hoc niſi. C.de ſolu. Bald. in l. ordo.nu.
9.C.de execu. rei iud. Imol.in l. à diuo Pio. §. in vendi-
tione.in fi.ff.de re iudi.Bart.in d. §.mutui datio. nu.21.
verſi. Tertio caſu, & ibi Iaſ.nu.8.in 1.fallen.& Rip.nu.
26 25.& ſeq. † Neceſſitas enim facit licitum, quod aliàs eſ
ſet illicitum, & ob eam à regulis iuris receditur.c.quod
non eſt. de reg. iur. in 6. Iaſ. in l. in principalibus. ff. ſi
cert.pet.& in propoſito Ripa in d.§.mutui datio, num.
24. Prout etiam valde hæc probatio pertinens erit ad
probandum, quod ſi rei non ſoluerunt conuento tem-
pore, non propterea effecti ſunt periuri, ita vt repellan-
tur à iudicio, & abſolutio obtenta a iuramento eis non
patrocinetur; nam cum ipſi omni vſi fuerint diligen-
tia in quærendis pecunijs, illaſque nec reperire, nec a-
liàs ſoluere potuerint in pecunia, prout probare inten-
27 dunt, à periurio excuſantur. † Difficultas enim a per-
iurio excuſat.c.breui.& ibi glo.de iureiuran. late Pariſ.
conſ.110.nu.32.li.1.& de communi teſtantur Iaſ. in l.
qui iuraſſe.nu.4.ff.de iureiuran. & Alex.cõſ.92.nu.13.
28 verſi. Pro hoc.lib.1.& qui facit, quantum poteſt, † per-
iurium non incurrit, ſi non obſeruat, quod obſeruare
non poteſt. Abb.in c, gemma.num.9.circa medium, de
ſponſal.& cõem eſſe teſtãtur Gramm. in quæſtionibus
impreſſis poſt eius deciſiones, q.2.n.7. Fel.in c. ex reſcri
pto.col.penu.de iureiu.Gozad.cõſ.27.nu.2.& 3. Aret.
conſ.242.col.3.verſ. Venio igitur. Gomeſ.in §.in perſo
nam.nu.27. Inſtit.de actio. Natt.in conſ.451.col.penu.
lib.2. Ferrat.caut.43. Deci. Neapol. 295. & poſt alios
29 multos Rim. iu.conſi.268.n.48.li.3.& in ſpecie † quod
qui non ſoluit conuento tempore, non incidat in periu-
rium, ſi ſoluere non potuit, poſt Innocent.in c. P. & G.
in princ.de offic.dele.firmat Bald.in c.1.§.porro. nu.5,
quę fuit pri.cauſ. benefic.amitt.ſequitur Iaſ.in l.qui iu-
raſſe.num.6.ff.de iureiur.& not.Fel.in c.1.nu.28. in fi.
verſ. Tertius caſus.de iureiur. Quę concluſio optima ra
30 tione fundatur, † quoniam periuriũ non committitur
ſine dolo, Doctores in l.ſi quis maior. C.de tranſa. Bald.
in l.obſeruare.§.proficiſci.num.7.ff.de offic. proconſu.
Pau.de Caſt.& Alex.in d.l.qui iuraſſe. & ibi Iaſ.q. poſt
multos dicit ab hac concluſione neminem diſſentire,
licet ipſe contrarium teneat. Alexan.in conſi.92. num.
13.li.1.& in l.fin.circa finem.ff.qui ſatiſd.cogan. Bero.
conſi.158.nu.8.lib.1. Rimi.iun.conſ.203.num.117.&
ſeq.lib.2, vbi poſt Aquenſ. in l.ſi quis maior. col.fin. &
Cagnol.ibi.nu.187. teſtatur opinionem iſtam commu-
niter receptam eſſe, diſtinctionemque Iaſ.in d.l. qui iu-
raſſe. inter dolum & culpam damnari, alioſque pro hac
ratione adducit, & ſi dolus exigitur, vt periurium in-
curratur, probata impotentia ſoluendi, excluditur non
31 ſolum dolus, ſed etiam culpa, † cum quælibet cauſa à
dolo excuſet. l. igitur. verſ. Poteſt. ff. de libe. cauſ. Bald.
in l.1.num.2. C.vbi de crim. agi oport. Gramma. deci.
5.num.26. Dec.conſi.452.nu.4. Soc.iun.conſil.37.nu.
33.lib.2. Crauett.conſ.6.nu.89.li.1. Pariſ.conſ.151.nu.
29.li.4. Burſ.conſ.112.nu.18.lib.1. Menoch.de recup.
poſſeſ.remed.5.q.14.nu.49.& ſeqq.& conſil.31.num.
8.lib.1.& in propoſito no. Grat.conſ.50.nu.75.& ſeq.
lib.1. Iaſ.in d.l.qui iuraſſe, num.5. Rim. iun. in allegat.
conſil.203.num.119.lib.2. Cum igitur ſi probarentur
contenta in dictis capitulis, deſeruire poſſint tam ad
probandum intentionem reorum, quam etiam ad re-
pellendum exceptionem periurij, negari non poteſt,
quin ſint releuantia, & conſequenter admittenda.

Quatenus vero capitula tendunt ad probandum
exceſſiuam dotationem, ſunt etiam releuantia, & ex
32 probatione facienda maximus reſultabit † effectus,
nam cum frater non teneatur dotare de ſuo ſororem,
niſi quando ſoror non habet vnde ſe dotet, glo.in verb.
alio patre. in l.cum plures.§.fin. ff.de admin. tut. & ibi
Bart. Bald. in l.fi.num.9.C.de dot.promiſ. Barto. Iaſ.&
alij in auth. Res quæ. C.com.de leg. Iaſ.in §.fuerat. nu.
105. Inſtit.de actio. Campeg. in tract. de dot. par. 1.q.
23. Natt.qui alios allegat in conſ.658.nu.1.li.4.& hoc
quando ipſe frater eſt multum diues, & non aliter, vt
per textum in l.1.§.præterea.ff.de tute.& ratio. diſtra.
dixit Paul.de Caſtr. in conſil.468.num.3. verſ. Præte-
33 rea.lib.1. † ſi probabitur (vt prætenditur fieri poſſe) in
conſtitutione dotis adeſſe exceſſum, & quod ſoror lon-
ge plus habuerit, quam ſit portio maſculorum, pro-
miſſio illa erit inualida in exceſſu, cum debuerit ſoror
de portione ſua tantum dotari. Pau.de Caſt. in d. conſ.
468.nu.3. qui loquitur etiam, vbi contractus eſt cele-
bratus, adhibita ſollemnitate à ſtatuto requiſita. Bald.
conſi.108.lib.1. Natt.conſi.173.lib.1. Vel ſaltem data
34 eius validitate, † poterunt iſti fratres minores, proba-
ta enormi læſione, in integrum reſtitui aduerſus exceſ-
ſiuam promiſſionem dotis, cum minoribus læſis eo
remedio ſubueniatur, quando aliquid de eorum bo-
nis diminuitur, ſeu alias damnificantur. l. minoribus
25.annis. & l. penul. ff. de minor. & paſſim Doctores
admittũt, etiam ſi damnum modicum ſit, licet pro mi-
nimo denegetur reſtitutio. Natt.conſi.658.nume.7.&
ſeq. lib.4. Quæ reſtitutio etiam aduerſus conſtitutio-
nem dotis competit. l.1.& ibi Bart. Bald. Salic. Caſtr.
& alij C.ſi aduerſ.dot. l.ſi ex cauſa, §.in dotis. ff. de mi-
35 nor. † Quod procedit etiam in promiſſione facta à fra-
tre pro ſorore, aduerſus quam, ſi læditur frater, poteſt
in integrum reſtitui, vt in terminis poſt Abb.in conſil.
12.in vlt. dub.col.fi.verſ. Nõ eſt hic.li.1. Caſtr.in d.cõſ.
468. Bald. & alios late oſtendit Natt. in d. conſ.658.
36 nu.1.& ſeqq. † aſſerens nec eo caſu obeſſe iuramẽtum,
ſed ab eo fratrem minorem abſoluendum eſſe.

Et quia ex his intentio dictorum Dominorum de
Raphaelibus fundatur, ſolum ſupereſt contraria remo
uere, pro quorum reſolutione.

Præmitto Dominum Ioannem Baptiſtam nihil pro
miſiſſe, nec iuraſſe, & quo ad eum ceſſant cõtraria om-
nia, ſolum quidem videndum eſt, an ea obſtent Domi-
no Iordano, qui cum iuramento ſe obligauit, cui nec
impedimentum afferre exiſtimo. Quoniam Primæ du
bitationi, fundatæ in iuramento, ad tollendum reme-
dium auth. hoc niſi. reſpondetur contrarium verius
eſſe, nam etſi iuramentum præciſe ſoleat obligare ad
37 factum, † id intelligitur, quando ſeruari poteſt ſecus
ſi ob difficultatem præciſe ſeruari non poteſt, tunc. n.
per æquipollens ei ſatisfit.c.ex literis.el 2.vbi glo. Abb.
& alij.de ſponſa. Pariſ.conſil.110.nu.32.& ſeqq.lib.1.
& latius Bero.conſ.137.num.5.& ſeqq. & num.14.&
38 ſeq.lib.1. Nemo enim † ad impoſſibile ſe obligare vide
tur, & ſi ad id referri poſſet, iuramentum non teneret,
ſecundum communem opinionẽ de qua per. Rimi.iun.
in conſil.268.nume.47.& ſequen.lib.3.qui Abb. Dec.
Gozad.

39 Gozad.& alios multos allegat. Non eſt igitur † verum
iurantem non poſſe vti beneficio dictę Auth. hoc niſi, ſi
non poteſt in pecunia ſoluere, ſed verius eſt contrarium, quod ſi debitor, adhibita omni diligentia, non potuit pecunias reperire, poſſit, non obſtante iuramento, creditorem compellere ad recipiendum bona in ſolutum, iuxta formam d. Auth. hoc niſi. vt probat Benintend. in Deciſ. Rot. Bononienſ. 28. & latius Ioſeph Ludo. in deciſio. Peruſ. 64. per totam. lib. 2. qui hanc opinionem pluribus auctoritatibus, & rationibus confirmat, communemque eſſe teſtatur. Quam ego vltra eos confirmans dico, quod ſtante paupertate, & impotentia, debitor admittitur ad faciendum ea, quæ alias illi denegarentur, nec ad præciſam obſeruantiam aſtringi
40 tur; Videmus enim in ſimili † communiter concludere Doctores debitorem iure iurando obligatum teneri præciſe ad ſoluendum, nec poſſe exceptionem compenſationis obijcere ea ratione, quia iuramentum in forma ſpecifica ſeruandum eſt, reprobata opinione Bartoli contrarium tenentis in l. amplius non peti. nume. 8. ff. rem rat. hab. vt tenent Aret. conſi. 100. num. 4. Alexan. conſil. 91. per totum. libro 2. Felin. in c. ad noſtram. col. fin. verſ. Item hanc partem. de iureiur. Affli. deci. 381. Natt. conſ. 54. lib. 1. Par. conſi. 121. num. 39. lib. 1. Rol. a Vall. conſ. 6. nu. 31. & conſi. 17. nu. 14. li. 1.
41 Burſa. conſil. 106. num. 1. lib. 1. † & nihilominuus quando debitor eſt inops, ob eius paupertatem, non obſtante iuramento, ad compenſationem admittitur. Pariſ. conſil. 121. nu. 41. lib. 1. Grat. conſ. 121. nu. 4. li. 1. Affli. deciſ. 163. nu. 3. & 4. Anton. Gabr. in ſuis concluſio. in
42 tit. de iureiur. concl. 7. nu. 11. Hinc etiam dicitur † condemnatum per ſententiam teneri præciſe ad ſoluendū in pecunia, & ſententiam obligare præciſe ad factum. gl. magna in l. qui reſtituere. ff. de rei vendic. & ibi Bal. & Ang. eam ſequuntur. Bal. in c. ſi facta. ſi de feud. ſuer. contr. inter domi. & agna. & poſt eos ꝓbat Iaſ. in con-
43 ſil. 9. nu. 18. lib. 1. † Et tamen ſi non poteſt ſoluere ad euitandos carceres, cogitur creditor Iudicis officio bona accipere in ſolutum etiam per ſententias, & rem iudicatam Bal. in l. ordo nume. 9. C. de execut. rei iudic. vbi Salic. nu. 4. & idem ſentit Ioan. de Imol. in l. a diuo Pio. §. in venditione, in fi. Merito idem dicendum eſt in caſu iſto ob impotentiam iſtorum debitorum.

44 Et hæc opinio fortius eſt recipienda, † quia præſupponitur probari poſſe ex cauſis, quæ ſuperuenerunt poſt contractam obligationem ſuperueniſſe difficultatem ſoluendi in pecunia, quo caſu etiam ſi regulariter admitteretur iuramentum excludere debitorem a beneficio Auth. hoc niſi. nihilominus quando caſus inopinatus ſuperuenit, aliud dicēdum eſt, vt declarat Rip. in d. §. mutui datio. nu. 28. quæ declaratio veriſſima videtur, & comprobatur, nam videmus in ſimili eam opinionem, quæ habet exceptionem compenſationis ob iuramentum excludi, reſtringi ad debitum, quod tem-
45 pore contractæ obligationis vigebat. † Sed ſi ſuperuenit creditum, eiuſdem compenſatio admittitur iuramento non obſtante. Soc. ſen. in l. Iulianus, in fin. ff. de cond. & demonſt. Abb. in c. cum dilectus. nume. 23. de ord. cogni. Capi. deciſ. 167. num. 4. & 5. Grat. d. conſil. 121. nu. 3. li. 1. Pari. conſi. 121. nu. 40. li. 1. Rim. iu. cōſil. 122. nu. 26. lib. 2. Ant. Maſſ. ad form. Cam. oblig. par. 4.
46 q. 2. num. 9. ea ratione, † quia quælibet promiſſio etiam iurata intelligitur, rebus ſic ſtantibus l. fi. & ibi Doctores. ff. qui ſatiſda. cog. c. quemadmodum, & ibi omnes de iureiur. Pari. conſil. 24. nu. 73. lib. 2. conſi. 72. nu. 45. li. 1. Soc. ſen. conſ. 27. nu. 22. li. 4. Alex. conſil. 85. nume. 4. li. 5. Gozad. conſ. 27. per totum Port. Imo. conſ. 150. num. 37. Affict. deci. 328. nu. 4. Natt. conſ. 50. nu. 2. lib. 1. Et ex cauſa ſuperuenienti licite contraueniri poteſt, nec dicitur fieri contra mentem contrahentium, cū ſit veriſimile, quod ſi de caſu ſuperuenienti cogitaſſent, aliud diſpoſuiſſent. Petr. de Ancha. conſ. 83. incip. Domina Azolina col. 1. verſic. Quibus non obſtantibus. Dec. conſi. 335. nu. 3. & ſeq. & confirmatur per Rimi. iun. conſ. 59. nu. 74. & ſeq. lib. 1. vbi de diſpoſitione etiā
47 iurata loquitur. † Et prædicta tanto magis ſunt admitttenda in caſu noſtro, cum actor & Rei ſint affinitate coniuncti, & ſola affinitas operatur, quod aliud pro alio ſolui poſſit, contra regulam d. §. mutui datio l. ſi domus. §. in pecunia. verſi. ſi confitetur. ff. de leg. 1. glo. in d. §. mutui datio in verb. & nō poteſt, & ibi no. Dec. nu. 25. Eſſet quidem abſurdiſſimum dicere, quod ſi in pecunia ſoluere non valent, debitores non poſſint bona in ſolutum dare, ſed cogantur in carceres detrudi. Si enim de hac impotentia cogitaſſent, vtique ad impoſſibilia ſe non obligaſſent, quod naturalis ratio ſuadet. Vlterius ſi admitteretur contraria opinio indiſtin-
48 cte, adhuc non obeſſet, † illa enim procedere poſſet, ſi debitor in ſpecie iuraſſet ſoluere in pecunia, vt vidētur loqui Doctores, qui illam tenent. Sed quando (vt accidit in occurrenti caſu) quis promiſit ſimpliciter ſolueret tot, & in inſtrumento adeſt iuramentum generale, tunc iuramentum non operatur dictum effectum a Doctoribus conſideratum, ſed debet intelligi ſecundum naturam actus, vt per doctrinam Bal. in c. quæ in eccleſiarum. nu. 25. de conſtit. not. in ſimili Alcia. in conſil. 293. nu. 3. verſ. Tertio reſpondeo, Dum loquens de iuramento, quod præciſe obligat, & exceptionem compenſationis excludit, dixi locum non habere, quando iuramentum eſt generale, & non ſpeciale, pro cuius declaratione facit, quod in eiſdem terminis dicit Anto. Gabr. in ſuis conclu. in tit. de iureiu. concl. 7. in fin. Debuit enim in ſpecie renunciari beneficio d. Auth. & iurari ſoluere in pecunia numerata, aliàs ex iuramento generali pro obſeruantia promiſſorum præſtito non intelligitur renunciatum beneficio d. Auth. hoc niſi, quod introductum eſt miſerationis cauſa, vt in ſimili
49 caſu, quod iuramentum † non tollat beneficium introductū miſerationis cauſa, niſi in ſpecie ei ſit renunciatum, dixit poſt Tiraq. in l. ſi vnquam. num. 160. C. de reuoc. dona. Put. deci. 465. incip. Dicebam in vna Mediolanenſi. li. 2. & facit Grat. conſil. 15. nu. 13. li. 1. qui poſt
50 Bal. & Iaſ. reſpondet iurm̄ † nihil operari in his, q̄ dēnt ſpecificari, & ſic in caſu iſto, in quo de beneficio miſerationis cauſa ob impotentiam introducto ſpecifica fieri debuit mentio, iuramētum generale illud nō excludit.

Non obſtat, dum dicitur iſtos debitores repelli, quia non ſoluerunt in tempore, & ſunt effecti periuri, & propterea abſolutionem obtentam nō releuare. Quoniam non ſoluerunt in tempore ob impotētiam, quam
51 nunc probare volunt, † qua ſtante, excuſantur a periurio, & abſolutio obtenta releuat, vt late ſupra demonſtraui, & ita limitatur contraria opinio quæ fuit originaliter Feder. de Senis. in conſil. 300. vt elicitur in locis ſupra allegatis, & declarat etiam Felin. qui ex aduerſo adducitur in d. c. 1. nu. 28. in fi. ver. Tertius caſus de iureiur. quem ſequitur Addit. 2. ad ſingu. Rom.
52 499. Præterea, † licet tutius fuiſſet abſolutionem obtinere, non puto tamen neceſſariam fuiſſe in remedio d. Auth. hoc niſi, quod in impotētia debitoris fundatur, quidquid dixerit Ioſeph Ludo. in d. ſua deci. 64. quam Peruſinam appellat, cuius auctoritas parui facienda eſt in caſu iſto, quoniam ipſe non probat lege, neque ratione, aut auctoritate illam opinionem. Et Rolandus ab eo adductus ſolum dicit, quod non ſoluens ſtatuto tempore efficitur periurus, quod veriſſimum eſt regulariter, ſed non habet locum, ſtante impotentia debitoris. Licet igitur vtens dicto remedio abſolutio-

nem

Digitized by Google

nem non impetraret, ex hoc periurus non efficeretur,
ſi impotentiam probaret. Præterea quia excipiendo de-
53 bitores dicto remedio vtuntur, audiri debent,† cum ēt
vere periurus audiendus ſit excipiendo, & ſe defenden
do, licet non agendo. Ant. de Butr. in c. dilecti in 3. no.
de exceptio. Alex. conſ. 37. colum. 3. nu. 8. ver. Non ob-
ſtat ſi dicatur lib. 2. Præſertim ante declaratum periu-
54 rium† eſt enim neceſſarium præcedere declaratoriam
periurij, antequam quis repelli poſſit, cum enim potue-
rit iuſta cauſa non obſeruaſſe iuramentum, ante decla-
rationem non poteſt opponi huiuſmodi exceptio, Ri-
mi. ſen. in l. ſi quis maior. in fin. C. de tranſa. quem ſe-
quitur Rim. iun. conſ. 203. nu. 128. lib. 2.

Quod vero dicitur debitores iſtos eſſe notorie ſol-
uendo, & in Ciuitate Eugubij reperiri pecunias, nō eſt
præſentis indaginis, quoniam iſti Rei intendunt pro-
bare contrarium, & modo non eſt videndum, an id ſit
verum, ſed ſolum nunquid ſi id probarent, eos releua-
ret, cum ſolum tractetur modo de pertinentia, vel im-
pertinentia capitulorum.

Minus nocet, quod ſubhaſtationes fuerint illegiti-
55 mè factæ,† quoniam ſubhaſtationes non ſunt neceſſa-
riæ, dummodo aliter probetur diligentia debitoris in
perquirendis pecunijs, quæ ſola conſideratur, vt habe-
tur in d. Auth. hoc niſi, & per Rip. in d. §. mutui datio,
nu. 25. in fi. ſubhaſtatio enim fieri ſolet ad probandum
diligentiam, vnde quomodocumque probetur diligen
tia, ſufficit. Sunt igitur admittenda capitula ad hunc
effectum, nec eſt modo quærendum, an diligentiam le-
gitime adhibuerint, quia hæc inſpectio erit habenda in
deciſione cauſę. Dicitur etiam ex abundant, ve.ū non
eſſe, quod tubicini referenti feciſſe bannimenta non
56 ſit credendum,† immo contrarium fateri oportet, quo
niam id ſpectat ad eius officium, quo caſu ei credi ſo-
let. Doctores in c. cum paratus de appell. in l. prope-
randum. §. & ſi quidem C. de iud. Bar. in l. diuus. nu. 8.
ff. de cuſto. reor. Nec opus fuit citatione partis ad vi-
dendum fieri hæc bannimenta, quia illa fiebant ſpon-
te, & extraiudicialiter ad inſtantiam debitorum, & in
eis non requirebatur cauſæ cognitio, nec creditor po-
terat contradicere aut impedire, quin fierent, cum ſo-
lum ex eis ad notitiam populi deduceretur, quod iſti
debitores eorum bona vendere intendebant, quibus
caſibus l. de vnoquoque limitatur, vt per Ant. Gab. in
ſuis concluſio. in ti. de citat. concl. 1. in 16. 23. & 98. li-
mit. num. 332. 347. & 485. Et dum dicitur, quod ſi fuiſ
ſet citatus Dominus Cæſar, potuiſſet inuenire empto-
res, nihil eſt, quia poteſt etiam hodie id facere, & repe-
riendo emptorem, tenebuntur debitores vendere, vt
dicitur in d. Auth. hoc niſi in ñ. Et hoc eſt, ꝙ dixit Rip.
ex aduerſo adductus in d. §. mutui datio. num. 25. in fin.

Nec obeſſe poteſt, dum dicitur diſpoſitionem d. Au
th. hoc niſi, non habere locum in dote, quoniam Ce-
phal. ex aduerſo adductus in conſ. 195. nu. 11. lib. 2. id
non dicit in terminis d. Auth. hoc niſi, ſed tantum affir-
mat quaſdam cōſtitutiones Mediolani de dationibus
in ſolutum, locum non habere in cauſa dotis. Nec ob-
57 ſtat † doctrina Sali. in alleg. l. ñ. quia procedit, quando
lex vel ſtatutum generaliter loquitur in caſu, in quo
dos in ſpecie eſt priuilegiata, tunc enim lex generalis
cauſam dotis non includit, ſed quando lex diſponit in
aliquo caſu, in quo dos non habeat ſpecificum, & par-
ticulare priuilegium, etiam dotis cauſa includitur in
generali legis, ſeu ſtatuti diſpoſitione, vt declarant
Dec. conſ. 5. nu. 2. & 3. conſ. 301. Rip. in l. 1. num. 14. &
ſeq. ff. ſolut. matr. Gozad. conſ. 97. nu. 7. Soc. iun. conſil.
82. nu. 12. & ſeqq. lib. 2. Tiraq. late de vtroque retract.
§. 1. gl. 14. nu. 96. & ſeqq. Natt. conſ. 613. nu. 6. & ſeqq.
lib. 3. Pariſ. conſ. 18. nu. 14. li. 1. Ant. Gab. in tit. de legi.
& conſtit. conclu. 1. nu. 11. Rim. iun. qui hanc opinio-
nem veram, & communem eſſe oſtendit in cōſ. 1. nu.
43. & in conſil. 3. nu. 11. lib. 1. qui tot alios huius ſenten
tiæ allegant, quod negari non poteſt, quin iſta opinio
ſit magis communiter recepta. Sed cauſa dotis in pro-
poſito non habet particulare priuilegium, quod aliud
pro alio non ſoluatur, niſi quia ita generaliter de iure
ſancitum eſt, ideo etiam dotis cauſa in generali diſpo-
ſitione d. Auth. hoc niſi, includitur.

Quod vero obijcitur de iuramento ad excludēdum
58 beneficium reſtitutionis in integrum, † intelligitur,
quando minor iurans non fuit enormiter læſus, vel
quando iuramentum præſtitum fuit in ampliſſima for-
ma, & promiſſum non contrauenire ex capite minoris
ætatis, enormiſſimæ læſionis, vel alia quacūque de cau-
ſa, vt videntur loqui, qui in contrarium adducuntur,
præſertim Alex. d. conſ. 222. li. 2. At quando minor con
traxit, & ſimpliciter iurauit ſeruare cōtractum, & non
contrauenire, ſuppletur iuramento defectus minoris
ætatis, iuxta Auth. Sacramenta puberum. Sed ſi minor
fuit enormiter læſus, quia ex enormi læſione dolus re
ipſa detegitur, eſt in integrum reſtituendus, non obſtan
te iuramento, quia illud ne ſit iniquitatis vinculum,
nullo modo huiuſmodi remedium tollere cenſetur, ſe-
cundum opinionem veriorem, & magis communiter
receptam, de qua teſtantur Dec. conſ. 180. nu. 4. verſ.
Sed tamen prædictis, & nu. 5. & ſeq. & conſ. 379. num.
15. Ceph. conſ. 207. nu. 74. & ſeqq. lib. 2. Iaſ. conſ. 133.
col. 4. & 5. lib. 4. Port. Imo. conſi. 101. nu. 32. & ſeq. Ri-
mi. iun. latiſſime in conſ. 5. nu. 118. & ſeqq. multis. li. 1.
59 vbi nume. 124. & 126. † affirmat in minore non eſſe ne
ceſſarium conſtare de læſione vltra dimidiam, ſed ſa-
tis eſſe quod ſit in ſexta parte læſus, & conſi. 203. num.
108. & ſeqq. lib. 2. vbi etiam alios multos, de communi
teſtantes, adducit, affirmatque ita Romæ, & in Grana-
tenſi Prætorio, ac alijs in locis iudicatum fuiſſe. Rol. à
Vall. conſ. 60. nu. 69. li. 4. Natt. cōſ. 658. nu. 12. lib. 4. &
latius Octau. Simoncel. de decr. lib. 3. tit. 8. in ſpec. 18.
n. 215. & ſeq. & 231. & ſeq. Et qm̄ allegati Doctores ra
tiones, & auctoritates multas adducūt, & opinionem
iſtam communem, & in iudicando ſequendam eſſe o-
ſtendunt, & in contrarium adducta remouent, ſatis eſ-
60 ſe putaui ad dicta per eos me referre,† & in terminis de
fratre læſo in cōſtitutione dotis, etiam ſtante iuramen-
to idem firmat Natt. in d. conſil. 658. numer. 1. & ſeq.
lib. 4. poſt Abb. in conſil. 12. in vlt. dub. col. 1. verſ. Non
eſt hic. lib. 1. In caſu vero, de quo agitur, prætendunt
iſti minores probare poſſe enormiter, immo enormiſ-
ſime fuiſſe læſos, tum ob exceſſiuam dotem conſtitu-
tam, tum etiam quia niſi reſtitueretur Dominus Ior-
danus obligatus eſſet pro portione ſua, & Domini Ioā
nis Baptiſtæ fratris, proquo de rato promiſit, & ille
ratificare non intendit, ideo admittendi ſunt ad pro-
61 bandum, † præſertim ſtante obtenta abſolutione a iu-
ramento, ex qua iurans ſolutus remanet ab eius vincu-
lo, quo ligatus erat quantum ad hūc effectum, vt poſſit
reſtitutionem poſtulare, & probationes læſionis face-
re. Cor. conſ. 288. lib. 3. Soc. iun. conſi. 3. nu. 44. lib. 1. &
conſ. 47. nu. 37. & ſeq. lib. 3. Rim. iun. d. conſ. 5. nu. 148.
& ſeqq. lib. 1. Rol. à Vall. conſ. 7. nu. 58. & ſeq. lib. 3.

Nec puto obeſſe quod dicitur, ſtatuto Eugubino
fingente minorem maiorem tolli reſtitutionis benefi-
cium, quoniam in copia ſtatuti ad me tranſmiſſa hoc
non legi, cum in eo dūtaxat diſponatur legem nouam
non habere locum, niſi minor cum ſollemnitate ibi ex-
preſſa contraxerit, ſed ex hoc non tollit reſtitutionem
62 in integrum, † Allegata vero in contrarium poſſunt
admitti, ſi ſtatutum limitaret ætatem, & generaliter
minorem 25. haberet pro maiore in omnibus, & per
omnia,

omnia, quod in ſtatuto Eugubino non legitur, & hoc
caſu Io. Andr. in addi. ad Specul. in tit. de reſtit. in inte.
§. 1. in littera F, & Bal. in l. ſi captiui, nu. 4. C. de epiſco.
& cler. in contrarium allegati, in eorum diſtinctione fa
ciunt pro nobis, merito reſtitutio nõ poteſt dici ſublata
in caſu noſtro, vt per Bal. Nou. de priu. dot. par. 6. priu.
48. nu. 1. ver. Et propter hoc, & bene declarat Paul. de
Caſt. in l. momentaneæ, num. 3. & 4. C. qui legit. perſo.
Ceph. conſ. 215. nu. 28. lib. 2. & poſt alios not. Contard.
de moment. poſſeſſ. limit. 8. num. 14. & 17. qui a fortio
ri hanc opinionem probant. Sed quia ſtatutum non fin
git minorem maiorem, nec illum habilitat ad contra-
hendum ſine ſollemnitate requiſita in contractibus mi
norum, immo diſponit non habere locum legem nouã,
niſi minor contraxerit cũ conſenſu conſanguineorum,
aut Curatoris, vel Iudicis, quæ in contractu maiorum
non requiruntur, ceſſat omnis difficultas, & reſtitutio
non poteſt dici ſublata.

63 Nec ex eo † quod agatur de cauſa dotis, aliud dicen
dum eſt, quoniam nõ reperitur dos priuilegiata in hoc,
quod minor læſus non reſtituatur, immo contrarium
de iure cauetur in l. 1. & ibi notant Doct. C. ſi aduerſ.
dot. & in terminis de dote à fratre minore conſtituta,
idem firmat Natt. d. conſ. 658. lib. 4. & dixi ſupra.

64 Minus obeſſe poteſt, quod dicitur † conſtante matri
monio non poſſe reſtitutionem peti, ne contractus clau
dicet, cum reſpectu matrimonij ſit irreuocabilis, quo-
niam dicitur ob immoderatam dotem reſtitui mino-
rem etiam conſtante matrimonio, cum videamus mu-
lieri minori læſæ in conſtitutione dotis, ſubueniri bene
ficio reſtitutionis etiam per exceptionem l. 1. C. ſi ad-
uerſ. dot. Quæ non ſolum locum habet in hærede mu-
lieris ſoluto matrimonio, ſed etiam in ipſa muliere pro
mittente, vt ibi dicit gloſ. in verb. præſente, & not. Bar
tol. Bald. & Paul. de Caſtr. in princ. Et licet glo. & Do-
ctores non explicent, an mulier reſtituatur conſtante
matrimonio contra virum, tamen id eſt de neceſſitate
dicendum, quia ſoluto matrimonio per mortem viri,
fruſtra de reſtitutione in integrum agitur, cum, ſoluto
matrimonio, totius dotis reſtitutioni locus ſit l. 2. in
princ. & ibi Doctores, ff. ſolut. matrim. Bar. in d. l. 1. C.
ſi aduerſ. dot. num. 2.

65 Nec † reſiſtit l. fi. §. ſi à ſocero, ff. de his quę in fraud.
cred. & quod per eam dicit Afflict. deciſ. 86. in contra-
rium allegatus. Siquidem reſpondetur, caſum illum eſ-
ſe diuerſum, quoniam Afflic. concludit creditorem ſo-
ceri conſtante matrimonio non poſſe agere contra ge-
nerum, cui dos fuit ſoluta, ſed ſoluto matrimonio tan-
tum contra filiam, ſeu hæredes viri agere poſſe reuoca
toria, per textum in d. §. ſi a ſocero, Inferens idem dicẽ-
dum eſſe in fratre qui conſtante matrimonio non po-
teſt agere de inofficioſis dotibus, ſed ſoluto matrimo-
nio recuperabit legitimam ab hæredibus viri. Sed hæc
non nocent, quoniam in caſu illo creditores non prohi
bentur agere contra virum conſtante matrimonio ea
ratione, quia contractus nõ debeat claudicare, ſed quia
cum vir in dote habeat cauſam oneroſam, & ſit tam-
quam creditor, vt dicitur in d. §. ſi ſocero, & ibi no. An
gel. & Bartol. quod eſt ſibi pro dote ſolutum a ſocero,
non poteſt ab eo auferri per alios creditores, ſed tan-
tum ſoluto matrimonio a filia, vel hæredibus viri re-
66 peti poteſt ea ratione generali, † quia pecunia ſoluta
poſteriori creditori, ſi conſumpta fuit bona fide, ab a-
lijs creditoribus anterioribus non repetitur, vt no. Af-
flic. in dec. 190. quod iure ſpeciali in marito non diſpo-
nitur, ſed generaliter reſpectu omnium creditorum, vt
in dictis locis habetur; quod etiam apparet ex eo, quia
67 ſi dos † in pecunia ſoluta non eſſet, ſed in fundo data,
fundus a viro euinci poſſet etiam conſtante matrimo-
nio, nec ratio prædicta attenderetur. Angel. in l. Lucius
Titius, nu. 2. ff. qui. mod. pig. vel hypo. ſolu. Marſ. in ſin
gul. 67. incip. Mulier. & declarat Vrſil. in addi. ad d. de
68 ci. Affl. 86. maxime, n. 6. prope fi. † vbi etiam per totã
additionem multa alia adducit contra d. dec. Affli. 86.
aſſeritque, n. 5. Sacrum Conſilium contrarium poſtea
tenuiſſe, ſequendo opinionem Pau. de Caſt. in l. 1. in fi.
C. de inoffi. dot. firmantis reuocatoriam dari filio pro
legitima cõtra maritum ẽt conſtante matrimonio pro
dote inofficioſa viro ſoluta. Et concluſionem Paul. de
Caſt. videtur etiam approbare Gramm. d. dec. 90. re-
ſtringens textum in d. §. ſi a ſocero, ad ſolos creditores.
In caſu vero noſtro non agitur de creditore, qui velit
repetere dotem ſolutam viro, ſed minores, qui ex pro-
miſſione læſi ſunt, conuenti ad ſolutionem dotis, exci-
piendo petũt ſe reſtitui in integrum, merito nõ poſſunt
impediri, per not. in d. §. ſi a ſocero, & per Affl. in d. dec.
86. cum caſus ſint diuerſi, & pro nobis habeamus de-
ciſiones in terminis, vt demonſtraui. Præterea ex abun
danti dicitur non eſſe inconueniens, quod contractus
matrimonij ſit irreuocabilis, poſſit tamen reſcindi pro
69 miſſio immoderatæ dotis, † cum alias videamus con-
tractum vnum poſſe pro parte ſubſiſtere, & pro parte
non, l. ſi paternum, vbi Bal. nu. 3. C. ad Vell. Bal. in l. 1.
nu. 14. C. de inoff. teſta. Hier. Gabr. conſil. 36. nu. 45. &
70 ſeq. li. 1. Et toleratur † etiam claudicatio, quando natu
ra contractus, ſeu conditio perſonarum id expoſtulant,
71 Soc. iun. in repet. l. ſciendum, nu. 96. ff. de leg. 1. † vt eſt
in contractu geſto cum pupillo, l. Iulianus, §. ſi quis à pu
pillo, ff. de actio. empt. & ibi Salic. §. 1. Inſt. de auth. tut.
Iaſ. in l. cum ij, §. eam tranſactionem, nu. 2. verſ. Limita
72 tamen, ff. de tranſa. † & in alio celebrato cum eccleſia,
vel Principe. Dec. in c. cum inter, nu. 11. & ſeq. de exce
ptio. Alex. in addit. ad Bart. in l. cum lex, in littera L, ff.
73 de fideiuſ. Iaſ. in d. §. eam tranſactionem. † Vel fauore
piæ cauſæ, ſeu fiſci, gl. in §. ex maleficijs, in verb. inſti
74 cium, & ibi Iaſ. nu. 31. & ſeq. Inſt. de actio. & † alijs ca
ſibus, de quibus per Rim. iun. conſ. 318. nu. 10. li. 3. Bal.
Nouell. de dot. part. 7. priuil. 41. nu. 1. Non eſſet igitur
adeo abſurdum, ſi fauore iſtorum filiorum claudicaret
contractus, reſcindendo exceſſiuam dotis promiſſio-
nem, quod videtur ſentire Bald. in l. 1. C. ſi aduerſ. dot.
nu. 1. dum dicit reſtitui minorem aduerſus dotem, non
aduerſus matrimonium.

Nec vis fieri poteſt ad excluſionem læſionis in eo,
quod hodie amplæ dotes ſoleant dari, quia hoc non eſt
præſentis indaginis, cum tractetur tantum de pertinen
tia vel impertinẽtia capitulorum productorum ad pro
bandam læſionem, quam iſti minores prætendunt poſ
ſe concludenter probare, & factis probationibus, diſcu
tiendum erit, an ſint læſi, & an veniant reſtituendi.

Inſuper ex abundanti dicitur, quod licet ſoleant da
ri amplæ dotes, & Dominus Cæſar ea fuerit dignus,
ex hoc non excluditur læſio, ſi iſti fratres promiſerunt
exceſſiuam dotem, & pluſquam alijs ſororibus non in-
ferioribus viris nuptis, & longe pluſquam vni ex ma-
75 ſculis obuenire poſſet, † quando quidem in conſtitu-
tione dotis non eſt tantum attendendum, an vir ſit di-
gnus tanta dote, ſed etiam cõſiderari oportet, an ſup-
petant facultates, cum de ſuo frater præſertim inops
ſororem, quæ aliquid habeat, dotare non teneatur, vt
poſt Bald. in conſi. 108. nu. 1. verſic. Porro, lib. 1. conſi-
76 derat Natt. in alleg. conſ. 658. num. 2. † & facit, quod
voluit Paul. de Caſtr. in d. l. 1. nume. 1. C. ſi aduerſ. dot.
dum dixit, non ſequitur, vir meretur tantam dotẽ, er-
go quis bene fecit dare pluſquam haberet, quia hoc
non feciſſet diligens perſona. Ita igitur in propoſito
dicendum eſt, quod licet Dominus Cæſar ea dote ſit
dignus, ex hoc caute non fecerunt minores conſtituen

dos

do adeo exceſſiuam dotem , attentis eorum facultati-
bus, cum diligens perſona id non feciſſet , ſed ſi faculta
tes non ſuppetebant , potuiſſent ſororem cum minori
dote nuptui tradere alteri, aut æquali, aut parum infe-
riori, prout factum dicitur in alijs ſororibus parum an-
te nuptis ,

Secundæ principali dubitationi , fundatæ in ſtatu-
to, quod certas tantum exceptiones admittit, alias reij
ciens, Reſpondetur, quantum attinet ad exceptionem
exorientem ex beneficio Auth. hoc niſi. nullo modo ob
eſſe, † cum exceptio illa non opponatur contra inſtru-
mentum , ſeu executionem , ſed tantum ad illam limi-
tandum, vt certo modo per dationem bonorum in ſo-
lutum exequatur inſtrumentum, quo caſu huiuſmodi
exceptio poteſt opponi , & nullo modo a ſtatuto reie-
cta cenſetur , vt clare colligitur ex adductis per Canar.
de execut. inſtru. q. 28. nu. 62. & ſeqq. & per Ant. Maſſ.
ad form. camer. oblig. par. 4. q. 3. nu. 1. † & generaliter
quod ſtatuto reijciente exceptiones, non excludatur il-
la, quæ limitat & reſtringit executionem, probant per
text. in l. Neſennius Apollinarius , ff. de re iud. Petr. de
Anch. conſ. 6. col. 4. Soc. ſen. conſ. 51. nu. 6. verſ. 6. lib. 1.
Iaſ. in l. 1. nu. 18. C. de iur. & fact. ignor,

Vlterius dicitur, quod ſtatutum prohibens exceptio
nes opponi, intelligitur de friuolis, † nec excludit alias
iuſtas, ita Bart. in l. 1. §. & parui , num. 3. ff. quod vi aut
clam. Alex. conſil. 113. num. 9. col. 3. verſic. Plus dicit
lib. 5. & firmat Canar. ex aduerſo adductus, nu. 1. verſ.
In contrarium eſt veritas , & num. 2. & ſeq. vbi alios
adducit, præſertim quando opponens vult illas incon
tinenti probare, eo quidem caſu ſtatutum non repu-
gnat , quoniam cenſetur tollere oppoſitionē exceptio-
num propter præſumptam fraudem & malitiam, quæ
præſumptio ceſſat in probatione, quæ incontinenti of
fertur, ita Abb. in c. ſuſcitata . de reſtit. in integr. Dec.
conſil. 424. num. 6. & conſ. 467. nu. 7. & in c. ex parte,
2. num. 48. de offic. deleg. Et quatenus ſtatutum om
nes exceptiones videretur excludere , adhuc reus im-
plorando officium iudicis eſſet audiendus ſuper oppo-
ſitione aliarum exceptionum a ſtatuto non permiſſa-
rum, † quia iudicis officium non dicitur ſublatum. Bar
tol. in d. §. & parui. num. 7. Benedict. de Barz. de gua-
rentig. par. 2. q. 20. Fel. in d. c. ex parte, nume. 18. poſt
Abb. Ant. de Butr. ibi, niſi ſtatutum diceret , † ꝙ nulla
admittatur exceptio , ſeu defenſio , quia tunc ſublata
etiam defenſione, omne remedium tolleretur , & nihil
aliud poſſet facere debitor niſi ſoluere , & repetere , vt
per Bar. in d. §. & parui, num. 8. Cum igitur in caſu no-
ſtro rei iſti legitimas obijciant exceptiones, illaſque in-
continenti probare parati ſint, & iudicis officium de-
ſuper implorent, & ſtatutum exceptiones tantum , &
non defenſionem auferat , audiri debent non ſolum re-
ſpectu remedij Auth. hoc niſi (quod ſtantibus prædi-
ctis videtur clariſſimum) ſed etiam reſpectu reſtitutio
nis in integrum , & aliarum exceptionum. † Et quam-
uis Barz. de guarentig. par. 3. q. 21. in fi. & nonnulli alij
ex aduerſo allegati teneant ſtatuto tolli etiam reſtitu-
tionem in integrum cum illud prohibeat opponi exce-
ptiones, & per reſtitutionem in integrum deueniatur
ad obiectum exceptionum, eorum opinio vera nō eſt ,
nec ſequenda, quoniam ſtatutum, quod ſimpliciter ex-
ceptiones reijcit, nō cenſetur reijcere reſtitutionem in
integrum iure ſpeciali minoribus competentem , quæ
per quamcumque legem generaliter loquentem ſubla-
ta non dicitur . Gloſſ. communiter approbata in l. poſt
quam liti, C. de pact. vbi Gozad. in repet. num. 16. Alc,
num. 17. Clau. de Sciſel. in fin. Dec. num. 30. & 31. Bal.
in l. cum plures, nu. 9. C. de ſacroſan. eccle. & in c. 1. nu.
de quo temp. miles. in vſib. feud. & ibi Barbat. in addit.
in littera H. aſſerit ita iudicatum fuiſſe. Barth. Soc. in l.
eum filius, §. in hac, col. 6. verſ. decimo, ff. de verb. ob-
lig. Ruin. conſil. 54. num. 12. lib. 5. Aret. conſi. 160. col.
3. verſ. Confirmatur. Balb. de præſcript. 4. par. 4. partis
princ. q. 29. num. 5. & ſeq. vbi de communi teſtatur, &
latiſſime Franc. Becc. in conſi. 32. num. 69. & ſeqq. Ro
83 lan. a Val. conſil. 68. num. 28. & ſeqq. lib. 3. † Quæ con
cluſio procedit, & quando ſtatutum vtitur verbis quā
tumcumque generalibus , & prægnantibus . Iaſ. in l. ſi
infanti, num. 17. in fi. C. de iur. deliber. Ruin. d. conſil.
35. num. 35. Crauet. conſi. 201. nu. 35. lib. 2. & in tract.
de antiquit. temp. par. 4. ſect. incip. Materia. nu. 58. &
ſeq. Ceph. conſil. 3. num. 129. lib. 1. Tob. Non, conſil.
87. num. 4. Rolan. & Becc. in dictis locis , Sed opus eſt
de reſtitutione in integrum ſpecialem fieri mentionē,
vt ſublata dicatur. Bal. in d. l. ſi non plures, in fine , Iaſ.
in d. l. ſi infanti in fi. Caualcan. de tut. & curat. num. 79,
& tenent Ruin. Crauet. Rolan. & Becc. vt latiſſime
poſt alios multos, quos allegat, etiam de communi te-
ſtantes, hæc omnia probat Dominus Sforz. Odd. de re
ſtit. in integr. par. 1. q. 15. artic. 6. vbi etiam contrarijs
84 reſpondet. † Et in terminis, quod ſi ex forma ſtatuti cō
tra inſtrumentum publicum aliqua tantum , aut nulla
poteſt opponi exceptio , eo non obſtante minor poſſit
petere aduerſus illud reſtitutionem in integrum & ſta
tuto reſtitutio non dicatur ſublata, reprobata opinio-
ne Cini, relata per Bald. in l. in cauſæ, la 1. ff. de minor.
tenent Azo & Martin. de Fano , quos refert Guid. de
Suzar. in dicto tract. de guarentig. inſtr. nu. 13. Iaſ. in
l. 1. nu. 10. ff. de iuriſd. omn. iud. Soc. ſen. conſil. 299. nu-
me. 4. verſic. ſecundum, lib. 2. Alcia. in l. poſtquam liti,
num. 29. C. de pact. Rolan. a Val. d. conſil. 68. nu. 33. &
nouiſſime in terminis Sforz. Odd. de reſtitut. in integr.
85 par. 1. q. 42. art. 6. num. 26. & ſeqq. multis. † Quam opi
nionem ſequendam puto in ſtatuto , quod aliquas tan-
tum exceptiones admittit, ceteras reijciens, ſi vlterius
non procedit etiam defenſionem auferendo , quo caſu
omne remedium diceretur ſublatum , ſecundum Bar.
in d. §. & parui, nume. 7. & 8. quem in hoc totus mun-
dus ſequitur, vt teſtatur Alexand. conſil. 94. nu. 4. ver.
Item illa, lib. 4.

Quod vero dicitur alias exceptiones permiſſas pro-
bandas eſſe infra terminum ſtatutarium , vt ſtatutum
dicit, & propterea vltra illum non eſſe reos ad proban
dum admittendos, parum nocet, quia credo poſſe etiā
86 infra dictum terminum probari , qui ſi eſſet † elapſus,
adhuc iſti minores eſſent reſtituendi aduerſus lapſum
temporis, & probationes omiſſas, ſaltem docendo ha-
bere legitimas probationes, iuxta c. auditis, cum ibi no
tatis per Abb. & alios communiter, de reſtit. in integ.
87 Præterea † poſſet etiam obtineri a ſuperiore habilita-
tio ad probandum exceptiones non prohibitas per om
ne genus probationum etiam elapſo termino ſtatuta-
rio infra alium arbitrio iudicis aſſignandum , quod in
hac curia Peruſina, vbi habemus ſimile ſtatutum , paſ-
ſim ſeruatur , & Illuſtriſſimus Legatus , ſeu Guberna-
tor, etiam maioribus indiſtincte huiuſmodi habilitatio
nes concedere ſolet . Nec de iure neceſſarium eſt exce
ptiones probare per publicum inſtrumentum , & Ca-
88 nar. in alleg. q. 10. de hoc nihil dicit. † Et licet ſtatutum
hoc diſponat , adhuc licebit, non obſtante ſtatuto , a-
lias exceptiones permiſſas probare etiam per teſtes ,
quia Rei intendunt illas probare quinque teſtibus lega
liſſimis, & cum eis habent etiam aliquas ſcripturas pu
blicas , & probationem per confeſſionem partis ad-
uerſæ in reſponſione ad poſitiones iuuari intendunt .
Et quia non agitur de facienda probatione directa con
tra inſtrumentum, ſed indirecta, licitum eſt probatio-
nem facere , quamuis vigore ſtatuti per inſtrumentum
probatio

Digitized by Google

probatio fieri deberet, vt late oſtẽdit Aſin. in ſua prax.
iud.§.19.cap.5.limit.2.4.5.7.& 24. Vlterius quia agi-
89 tur † de probando impotentiam ſoluendi in pecunia,
& læſionem, de quibus non ſolent fieri inſtrumenta,
ſtatutum non procedit, cum illud intelligatur in proba
tione rei ſeu facti, ſuper quibus conſuetum ſit inſtru-
menta confici, vt per Aſin. in d.c.5.limit.26.

Tertium quod executio non ſit retardanda, quia
fuit præuentum in petendo executionem, parum no-
90 cet, † obiectum namque procederet, ſi peteretur execu
tio ſententiæ, & poſt petitam executionem principa-
liter per viam actionis proponeretur cauſa reſtitutio-
nis, eo quidem caſu pendentia cauſæ executionis non
retardaretur per cauſam reſtitutionis poſtea propoſi-
tam, & in iſtis terminis loquuntur Alexan. & Cephal.
in allegatis locis. At quando nulla eſt lata ſententia, &
executio inſtrumenti petitur, & per viam exceptio-
nis poſtulatur reſtitutio coram Iudice executionis, (vt
in caſu noſtro reperitur, factum) tunc ſi de læſione cõ
ſtat, aut incontinenti reus illam probare intendit, exe-
cutio ſuſpenditur, licet ſit præuentum in petendo exe
cutionem, vt notant Doctores in l.4.§.condemnatum,
vbi Rip.nume.30.ff.de re iudic. ita ſentit Alexand. in
dicto conſil.62.quod eſt repetitum in conſil.223.lib.6.
colum.2.num.6.Octau. Veſtr.in ſua praxi. lib.8. tit.1.
verſic. Mitigaretur, & verſic. Finge. Contard.de mo-
ment. poſſeſ. limit.8. nume.59. & ſeq. & ita omnes te
nere teſtatur Sforz. Odd.de reſtit.in integr.q.43.ar.7.
91 in princip. † Et quod quando excipiendo proponitur
reſtitutio, & offertur probatio læſionis incontinenti,
executio inſtrumenti ſuſpendatur, præſertim quan-
do nulla eſt lata ſententia, pro qua præſumi poſſit, non
diſſentit Canar.de execut.inſtr.q.21.nume.48. & ſeq.
licet ſi reus incontinenti non intenderet illam probare
92 aliud ipſe ſentiat. † Præterea quod dicitur executionẽ
ſententiæ non retardari, quando fuit præuentum in
petendo executionem, non eſt ſimpliciter intelligen-
dum, ſed ita demum quando eſt etiam cępta executio
facti, verum ſi ſolum executio eſſet petita,, & (quod
plus eſt) etiam conceſſa à iudice, ſed nondum realiter
cępta, & poſtea inſtaret actor pro executione facti, &
reus excipiendo reſtitutionem proponeret, bene execu
tio retardaretur, vt recte declarat Benintend.in deciſ.
Rot.Bononienſ.85.nu.15. quem fuit ſequutus Lancill.
de attent. par.2.cap.18.num.117. & ſeq. & idem ſen-
tit Bero conſil.119. num.1. verſic. Tertio lib.3. & ſe-
quitur Sforz. Odd.in d.art.7.num.95.verſic. Quid di-
cendum. At in caſu, de quo agitur, ſolum fuit petita
executio inſtrumẽti nec adhuc cępta eſt executio, nec
à iudice commiſſa. Ideo ſine difficultate ex ſola præ-
uentione in petendo executionem non tollitur priuile-
gium ſuſpenſiuum reſtitutionis in integrum, ſtante ma
xime quod Rei iſti paucis diebus, & incontinenti læ-
ſionem probare ſint parati. Et ſi aliter diceremus, ſe-
queretur, quod nunquam aduerſus executionem op-
poni poſſet de reſtitutione excipiẽdo, quod falſum eſt,
vt colligitur in citatis locis.

Concluditur igitur capitula eſſe pertinentia, illa-
que ad effectum reſponſionis faciendæ per partem, &
etiam recipiendi teſtes ſuper eis, eſſe admittenda,
non obſtante ſtatuto, & alijs in dubijs tranſmiſſis, de-
ductis, quibus omnibus ſatis ſupra reſponſum ap-
paret.

*Cum differentia, de qua ſupra, verteretur inter præſa-
tos affines, non fuit per ſententiam terminata, ſed, vt audi
ui, amicabiliter concordata.*

ARGVMENTVM.

**Actor ſi habuit proceſſum, vel aliàs ſcri
pturas, quas recuſat reſtituere, allegan
illas amiſiſſe, nũquid ſibi credatur c
iuramento, & excuſetur, ſeu qua pœn
puniẽdus ſit, ſi nõ probat amiſſionem
Amiſſio quo modo, & quibus proba
nibus iuſtificetur, & quando quis ex
excuſetur.**

SVMMARIVM.

1 *Actor, qui habuit proceſſum, ſeu inſtrumenta, & illa
ſit, ad reſtitutionem non tenetur. Declaratur nu.18.*
2 *Amiſſio alicuius rei probatur iuramento, maxime con
rentibus coniecturis. Intellige, vt nu. 19. & 20.
Item ex diligentia adhibita in perquirendo, ſi res non ſ
inuenta, nu.3. Declaratur nu.22.*
4 *Confeßio eſt probatio euidentißima. Et nulla poteſt d
maior probatio, num.29.*
5 *Amiſſio rei modici præiudicij facilius probatur.*
6 *Sententia nulla vitio ex ea apparenti confirmari non
teſt. Declaratur nu.32.*
7 *Oblatio ſoluendi cum depoſitione partis, & cautione
reſiduo habet vim ſolutionis in illiquidis.*
8 *Soluens pro alio etiam ignorante, ſeu inuito, eum lib
Intellige, vt nu.38.*
9 *Oblatio debiti, facta à tertio, prodeſt debitori etiam
tra voluntatem creditoris.*
10 *Actor qui habuit proceſſum, ſeu inſtrumenta, quæ
ſtituit, non punitur in amißione cauſæ. Sed contra
cum ſeq. & nu.35.
Seu ſaltem tenetur ad intereſſe, nu.16. Iuramento a
tem liquidando, nu.36.*
11 *Pacta ſeruari debent.*
12 *Inſtrumenta ab vna parte producta effecta ſunt com
uia nec auferri poſſunt altera parte inuita.*
13 *Probationes alterius partis occultans, ſeu ſubtrahens,
nitur in amiſſione cauſæ. Et nu.35. vbi declaratur.*
14 *Falſificans acta iudicialia punitur in amißione cauſa*
15 *Falſi pœna punitur ſubtrahens ſcripturas publicas.*
17 *Amiſſio inſtrumenti alteriusve rei ab eo, qui illam a
gat, probari debet per legitimas probationes cum
ſumptio ſit in contrarium, Maxime ſi iure actionis
tur exhibere, num.20.
Nec releuat eius probatio, ſi culpæ aſcribi poteſt, niſi
ſtificetur caſus amiſſionis, nu.18.*
19 *Iuramento ſtatur de ablatis, ſeu amiſſis, probato fu
incendio, vel quid ſimile caſu, aliàs ſecus.*
21 *Exhibere inſtrumentum, ſeu aliam ſcripturam iudic
ficio tantum, vel iure actionis quando quis teneatur.*
23 *Teſti ad propriũ cõmodũ deponenti non adhibetur fi*
24 *Procurator pro domino fidem non facit.*
25 *Procuratoris culpa, ſeu negligentia imputatur Dom*
26 *Adminiſtrator, qui tenetur librum exhibere, non excu
tur, ſi iurat nõ habere, ſed dimiſiſſe penes Factorem
Caſtaldum, & fuiſſe deperditum.*
27 *Confeſſio facta in precibus pręiudicat confitenti.*
28 *Confeßio emanata in capitulis, an noceat confitenti.
Facta tamen in poſitionibus pręiudicat, nu.29.*
30 *Inſtrumentum ſi quis habuit, quod cuſtodire, & exhibe
tenebatur, ſi recuſat, pręſumitur illud occultare, & q
ſibi ſit nociturum.*
31 *Lis calumnioſa pręſumitur, ſi actor per longum tem
tacuit, & litem non fuit proſecutus.*
32 *Sententia nulla ex cauſa, quę totum proceſſum redd
lum, confirmari non poteſt. Sed ſi ex cauſa, quę
nulla*

nullam ſententiam tantum, confirmari, vel reformari poteſt.

33 *Nullitatis cauſa totam cauſam deuoluit ad iudicem etiã reſpectu confirmationis ſententiæ, ſicut cauſa appellationis.*

34 *Oblatio debet eſſe pura & ſimplex aliquid faciendi, prout offerens tenetur, aliàs non releuat.*

35 *Acta iudicialia occultans qua pœna puniatur.*

37 *Iuramentum in litem defertur etiam, quando de vero dolo non conſtat, ſed tantum de iure præſumitur.*

CONSILIVM XIX.

DOMINVS Cæſar, qui proceſſum agi-
tatum inter eam & Dominum Ioan-
nem Baptiſtam Martinellũ ab Actua-
rio habuit, & reſtituere promiſit, &
per tres ex D. Auditoribus Rotæ Pe-
ruſinæ condemnatus fuit ad eius reſti-
tutionem, vel ſolutionem intereſſe, & interim declara-
1 tum fuit in cauſa ad vlteriora non procedi, nititur † ex-
cuſare ſe allegando proceſſum fuiſſe deperditum, &
propterea ad reſtituendum non teneri, iux. not. per Do
ctor. in l. ſi quis ex argentarijs, §. prętor, ff. de eden. & in
l. ſi creditor, ff. de pign. actio.

Amiſſionem vero probare prætendit.

Primo eius iuramento, † cui ſtandum in hoc dicit, ſe-
cundum, gloſſam & ibi Abb. in c. cum olim, el 1. de pri
uileg. Bart. in l. emancipatione, in fin. in 1. lect. C. de fid.
inſtru. Guid. Pap. quæſt. 244. Io. de Silu. in tract. de iur.
in 2. par. in rubr. quot ſint genera iur. nu. 6. Bero. conſil.
19. num. 6. lib. 3. preſertim concurrentibus coniecturis,
vt poſt Io. Andr. Abb. & alios notat Afflict. deciſ. 13. n.
10. deciſ. 274. nu. 6. & deciſ. 330. num. 2.

Secundo ex diligentia † per ipſum adhibita in per-
quirendo proceſſum, ex qua diligentia amiſſio iuſtifi-
catur, l. 3. §. Nerua. & ibi Doctores notant, ff. de acqui.
poſſeſſ.

Tertio ex confeſſione Procuratoris dicti Domini
Cæſaris, qui faſſus ſuit proceſſum habuiſſe, & amiſiſſe,
cuius † confeſſio eſt euidentiſſima probatio, glo. in l. nõ
intelligitur, §. tacite, in verb. manifeſtatur, ff. de iur. fiſc.
cum vulgar.

Quarto quia proceſſus deperditus eſt parui præiu-
dicij, immo fere nullius momenti, vel de eo non eſt cu-
randum, † vel facilius probatur amiſſio ſecundum Fel.
in c. ſicut, in 6. declarat. de ſent. & re iud. Quod vero ſit
parui præiudicij, conſtare dicitur, quoniam in eo non
6 poteſt reperiri aliquid, quod releuet, præſertim † quia
ſententia lata contra patrem Cæſaris, eſt nulla, vitio ex
ea apparente. Nec confirmari poteſt maxime ex noui-
ter deductis, cum ſit ex prioribus actis iudicãdum. Ae-
gid. concluſ. 123. 295. & 481. Sebaſt. Vant. in tit. quot
& quib. mod. ſent. null. defen. poſſ. nu. 133. & in termi-
nis allegantur Lap. alleg. 98. incip. Pactum ita ſe habet,
num. 3. & alleg. 107. Corn. conſ. 14. nu. 7. lib. 4.

Vlterius ſtante quod procurator Domini Cæſaris
7 obtulit † in actis ſoluere intereſſe, deponens partem, &
pro reſiduo cautionem præſtans, quæ ſolutioni æqui-
paratur, l. fin. C. ad leg. Falcid. l. ſi patronus, ff. de donat.
eum intereſſe illiquidum ſit, l. ſi reſiduum, vbi Bald. C.
8 de diſtract. pignor. liberatur Cæſar, † cum ſoluens pro
alio etiam ignorante & inuito eum liberet, l. ſoluen. ff.
9 de neg. geſt. † & oblatio tertij prodeſt debitori etiam
contra voluntatem creditoris. Neguſan. de pigno. par.
5. membr. 3. in prin. num. 39.

Poſtremo prætenditur decretum Rotę reuocandũ,
10 quia † ſi non proceditur ad vlteriora, priuatur Domi-
nus Cæſar in amiſſione cauſæ contra notata per Boer.
q. 292. in fin. cum reſtitutio proceſſus, ſtante amiſſione
ſit impoſſibilis, & intereſſe non poſſit liquidari, niſi ha-
bita cognitione negotij principalis.

Iſtis tamen non obſtantibus, puto decretum Rotæ
eſſe confirmandum. Conſtat enim Cæſarem habuiſſe
proceſſum ex libro actuarij, in quo iã ſunt tres anni, ꝙ
ipſe Cæſar propria manu ſcribens faſſus ſuit illum ha-
buiſſe, quem reſtituere promiſit, cuius reſtitutionẽ mo
11 do non iure negat, † cum pacta ſint ſeruanda, l. 1. ff. de
pact. & nihil magis congruum ſit fidei humanæ, & nul
la maior iuſtitia, quam pacta ſeruare, l. iuriſgentium, §.
prætor ait, ff. de pact. Soc. iun. conſ. 143. n. 32. lib. 1. Ne-
uiz. conſ. 11. nu. 10. conſ. 66. nu. 18. cum ſimil. & etiam
circũſcripta conuentione ex iuris diſpoſitione fateri o-
portet teneri ad illius reſtitutionem nõ ſolum reſpectu
ſcripturarum productarum à Domino Ioanne Bapti-
12 ſta, ſed etiam ab ipſo Domino Cæſare, † quæ per pro-
ductionem partibus communes factæ ſunt, nec auferri
poſſunt, altera parte inuita, iuxta notata in l. 1. §. eden-
da, ff. de eden. Rom. conſ. 433. col. fin. in vlt. dub. Crau.
conſ. 80. nu. 6. lib. 1. Senat. Pedem. deciſ. 38. nu. 41. Di-
dac. Couar. pract. q. c. 20. nu. 7. ver. Secundo, & ſi reſti-
13 tuere recuſat, † quia ipſe D. Cæſar eſt actor, puniri dẽt
in amiſſione cauſæ, prout punitur ille, qui probationes
alterius partis occultat, ſeu ſubtrahit. Paul. de Caſtr. in
l. prouidendum, nu. 4. C. de poſtul. Ang. in l. 1. §. ſi reus,
nu. 1. ff. de eo per quem fact. erit. Innoc. in c. intimauit,
14 de teſti. & alij allegati à Boer. in q. 292. nu. 8. Prout † e-
tiam punitur, qui acta iudicialia falſificat, l. in fraudem,
§. quoties, vbi gl. Bar. & alij, ff. de iur. fiſci late Soc. ſen.
conſ. 60. nu. 1. & ſeq. lib. 4. & in actore idem tenet Rui.
conſ. 15. nu. 1. & ſeqq. lib. 5. Io. de Anan. conſ. 12. nu. 5.
15 Quinimmo admittunt † Doctores ſubtrahẽtem publi-
cas ſcripturas etiam falſi pęna puniri, l. Paulus, vbi Bar.
ff. de falſ. Dec. in l. qui accuſare, nu. 5. C. de eden. Franc.
Marc. deciſ. 699. nu. 1. par. 1. Boer. qui concordantes al
16 legat, in d. q. 292. Vel ſaltem † ſine dubio tenetur D. Cę
ſar ad intereſſe iuramẽto partis liquidandũ, vt per tex.
in l. 1. §. ſi res, ff. depoſ. & in l. dolus, ff. mãd. dixit Rom.
in l. in actionib. ff. de in lit. iur. quẽ ſequitur in terminis,
quando allegatur amiſſio. Afflict. in deciſ. 330. nu. 3. in
fi. & 4. & ibi in addit. Vrſil. nu. 2. poſt Fel. et alios.

Nec ceſſant prædicta ex allegata proceſſus amiſſio-
ne, quia de amiſſione non conſtat, nec releuat huiuſmo
17 di allegatio, niſi aliter amiſſio probetur, † quæ ab illam
allegante probanda eſt, Bart. Ang. Paul. de Caſtr. Alex.
Iaſ. et ceteri omnes, in l. ſi quis ex argentarijs, §. prętor,
ff. de edend. Quæ ſanè probatio facienda eſt per legiti-
mas probationes, ſicut exigitur in probando amiſſio-
nem cuiuslibet alterius rei. Iaſ. in d. §. prætor, nu. 11. Fe-
lin. in c. ſicut, num. 9. ver. Amiſsio, de ſent. et re iudi. Ex
quo enim apparet Do. Cæſarem proceſſum habuiſſe,
præſumptio exoritur, quòd et illum hodie habeat, niſi
clare amiſsio iuſtificetur, l. ſi creditor, et ibi Doctores,
C. de pign. act. Paul. de Caſt. conſ. 301. nu. 5. ver. Præſu-
mantur, lib. 1. Crauet. conſ. 112. num. 17. lib. 1. Alexan.
conſ. 58. col. fin. verſic. Nam tale, lib. 1. Iaſ. in d. §. præ-
tor ait, nu. 12. præſertim cum illum reſtituere promiſe-
rit, et cuſtodire teneretur. Natta in conſil. 166. num.
12. libro 1. Potius enim † præſumitur, quod doloſè oc-
cultetur, quam quod ſit deperditus, maximè cum nec
caſus amiſsionis allegetur, vt per textum in l. ſi quis ex
argentarijs, §. prohibet, ff. de edend. dixerunt in ſimili
Ancharan. conſil. 317. In cauſa quæ vertitur, col. 3. ver-
ſic. Non obſtat ſi dicatur: Soc. ſen. conſil. 159. num. 4.
in fine, et ſequen. libro 2. Alex. conſ. 58. col. fin. num. 5.
lib. 1. Rol. a Vall. conſ. 49. nu. 32. et ſeq. lib. 1. late Plot.
in l. ſi quando, nu. 246. et poſt alios multos Burſat. con-
18 ſil. 130. num. 8. lib. 2. † Nec ſatis eſt in propoſito ad eius

excuſationem probare amiſſionem, niſi etiam iuſtificaretur caſu & abſque culpa fuiſſe deperditum, cum ſola amiſſio non releuet, ſi culpæ ſaltem aſcribi poteſt, vt declarat Bart. in d. l. ſi quis ex argentarijs, §. an vero, nec hæredi, nu. 4. Ang. in d. §. prætor, num. 7. & melius ibi, Caſtr. nu. 6. Et cum declaratione Bartoli alij conueniunt, vt teſtatur in eodem loco Iaſ. nu. 39. & comprobatur per Ruin. conſ. 70, nu. 6, lib. 4. & quia ex prædictis intentio D. Ioannis Baptiſtæ ſatis iuſtificatur, ſolum ſupereſt in contrarium adductis reſpondere.

29 Non obſtat, quod amiſſio probetur † iuramento, quoniam procedere poſſet, ſi præſumptiones amiſſionis concurrerent, vt quia probata eſſet depopulatio, incurſus hoſtium, furtum, incendium, vel quid ſimile; Iſtis. n. probatis, de ablatis & amiſſis ſtatur iuro, & ita loquitur Affl, in alleg. deciſ. præſertim in deciſ. 13. nu. 30. & declarant Bar. in d. l. ſi creditor, nu. 5. & ibi Caſt. nu. 6. Bar. in d. l. ſi quis ex argentarijs, §. an vero nec hæredi, nu. 3. quem ſequitur Ang. in eadē l. in §. ait prętor, nu. 6. & alij oēs Bartoli declarationē ſequuntur, vt ibi teſtatur Iaſ. nu. 11. & ſeq. Sed ſi aliquis ex dictis caſib. amiſſionis non iuſtificatur, nec creditur alleganti amiſſionem cum iuro, vt ſentiūt prædicti oēs, ſed aliter per veras probationes amiſſio eſt iuſtificanda, vt dixi, & probant ēt Fed. de Senis conſil. 113. num. 2. late Alex. alios adducens in d. §. prætor, nu. 12. & ſeq. Grat. reſp. 23. nu. 19. lib. 1. Plag. de tut. & curat. q. 7. nu. 20. & poſt

30 alios Burſ. conſil. 130. nu. 8. lib. 2. † Præterea contraria procederent, ſi allegaretur amiſſio ab eo, qui exhibere iudicis tm̄ officio teneretur, in quibus terminis loquuntur Bero. & alij ex aduerſo allegati. Sed ſi ad exhibendū cogi poſſet iure obligationis, & actionis ex aliquo contractu, vel quaſi, non ſufficeret probare amiſſionem proprio iuramento, ſed ea legitimis probationibus eſſet plene iuſtificanda. Bar. in d. l. ſi creditor, in lectur. antiq. & nu. 4. C. de pign. actio. vbi Paul. de Caſtr. nu. 5. Bart. in l. fi. nu. 6. lectur. antiq. & ibi Salic. num. 6. C. de fi. inſtr. Bar. in d. §. an vero, nec hæredi, nu. 2. Pau. de Caſtr. in d. §. prætor, nu. 5. Alex. in conſi. 58. col. fin. num. 5. & 6. lib. 1. not. Grat. conſ. 23. nume. 22, & ſeq. lib. 1. & diſtinguendo declarat Bero. d. conſil. 19. nu. 5. lib. 3. In caſu vero noſtro Cæſar debet proceſſum producere, vt oſtendam, iure obligationis & actionis, merito non poteſt in iuramento ad probandum amiſſionem fundamentum facere.

31 Volunt quidem Doctores, † illum teneri iudicis officio ad exhibendum, quando non eſt obligatus aliquo iure, ſed ſolum ex edicto de edendo iudicis officio compelli poteſt edere ſcripturam ſi illam habebat, & non aliter, & qn cuſtodire non tenebatur, ita in propoſito Salic. in d. l. fi. nu. 5. & ſentit Rip. in l. 1. nu. 20. in fin. C. de eden. Alex. in d. §. prætor, nu. 13. & 14. Grat. d. reſpon. 23. nu. 19. alios adducentes, & alij omnes ſupra proxime citati idem admittūt. Quod differt a caſu noſtro, in quo D. Cæſar compelli poteſt proceſſum producere propria obligatione, ac iure actionis. Tum quia reſtituere promiſit, vt clarum eſt; Tum ēt quia in dicto proceſſu aderant propriæ ſcripturæ Martinelli, ac alię per Do, Cæſarem productæ, quæ, vt dixi erant effectæ cões, pro quibus actio ad exhibendum contra eum cōpetit, etiam ſi reſtituere nō promiſiſſet, l. 3. §. ſciendū, ff. ad exhibē. Rip. in d. l. 1. n. 25. C. de eden. & ibi Māt, nu. 281. Prout etam quoniam iura producta pertinebant ad eius cauſam vtili actione in factū, vel aliis, Cæſar exhibere tenetur, ſecundum quod declarat Bar. in l. quædam, nu. 3. quem ibi Doct. ſequuntur, ff. de eden.

32 Secundum obiectum remouetur, † nam etſi diligētia auctoritate iudicis adhibita ſoleat inducere probationem, quod res non reperiatur ad fauorem eius, qui rem numquam habuit, non tamen ei, qui olim proceſſum habuit, prodeſt ad probandum amiſſionem, ita vt ad exhibendum nō teneatur, cū poſſibile ſit proceſſum occultari, & diſſimulari in perquirendo, vt declarat Aret. in c. fi. in 3. not. de probat. & eum ſequitur Fel. in c. ſicut, nu. 8. ver. Quinta declaratio, de ſenten. & re iud.

Tollitur Tertium de confeſſione procuratoris, cum non affirmet amiſiſſe. Dicit enim illum habuiſſe, ſed ignorare vbi ſit. Præterea ſi clare diceret amiſiſſe, tra-

33 ctat de ſe exonerando, † & propterea quia eius depoſitio concernit proprium commodum, ei non eſt fides adhibenda, l. omnibus, C. de teſti. l. nullus, ff. eod. tit. & ibi Doct. Alex. conſ. 154. nu. 6. ver. Item dictus Bartholomæus, lib. 5. Minuſque ei creditur in fauorem D. Cę-

24 ſaris, † eum procurator pro domino non faciat fidem, c. fi. de teſti. Io. Crot. in tract. de teſti. par. 4. nu. 134. Parıſ. conſ. 53. nu. 17. & ſeq. lib. 4. vbi Rotam & alios adducit. Præterea etſi procurator proceſſum, quē habuit Cæſar, amiſiſſet, vt aſſeritur, nō propterea excuſaretur principalis a ſolutione intereſſe, cum non ſufficiat probare amiſſionem, niſi ēt probetur caſu, & abſque culpa eſſe cauſatam, vt dixi poſt Bart. Ang. Iaſ. Rui. & alios, quos ſupra adduxi. Licet igitur ex confeſſione procuratoris probaretur amiſſio (quòd no admitto) tamē quia non conſtat ſine culpa id eueniſſe, non releuat domini,

25 nam † culpa ſeu negligentia procuratoris etiam domino imputatur, l. cum mādato, §. fi. ff. de minor. l. fi. §. hac autem actione, ff. naut. caup. & ſtabul. Alexan. conſ. 49. col. fi. ver. Etſi procurator, li. 2. Et pro prædictis facit notata per Plot. in l. ſi quando, §. 5. n. 36. verſ. Et minor, C. de in lit. iur. & Borgn. Caualc. de tut. & cur. nu. 204

26 affirmantes † quòd adminiſtrator, qui tenetur librū exhibere, non excuſatur, ſi iurat non habere, ſed dimiſiſſe penes factorem ſeu Caſtaldum, & fuiſſe, ab eo deperditum, ſed nihilominus contra talem dñm in litē iuratur.

Minus nocet Quartum, quoniā dicitur in dicto proceſſu poſſe reperiri ea, quę ſufficerēt ad victoriam cauſę. Cōſtat enim anno 1534. pro patre Martinelli fuiſſe latam ſententiam contra patrem Cæſaris. Anno 1551. Cęſar obtinuit committi cauſam appellationis, & nullitatis, & in dicta cauſa appellationis fuit factus proceſſus, quem habuit D. Cęſar anno 1578. & ex actis liquet in dicto proceſſu fuiſſe a D. Cæſare productam cōmiſſionem, in qua potuit fateri ea, quę Martinello prode-

27 ſent. † Et confeſſio facta in precibus confitenti præiudicat, l. cum precum, C. de lib. cau. & ibi Bald. & Salic. Crau. conſ. 201. nu. 5. lib. 2. Ant. Gab. late in ſuis concl. in tit. de confeſſ. concluſ. 4. per totam. Cęſar dedit in illo iudicio poſitiones concernentes negotium principale, in quibus potuit fateri fauorabilia Martinello; Et cōfeſſio in poſitionibus facta, eſſet validiſſima, & cōfiten-

28 ti præiudicaret: † licet enim dubium ſit, numquid confeſſio facta in capitulis confitenti præiudicet, ſecūdum Alex. conſ. 172. nu. 1. lib. 6. conſ. 80. nu. 10. lib. 2. & conſ. 133. col. 3. lib. 1. & alios allegatos per Ant. Gabr. d. concluſ. 4. nu. 20. Nihilominus illam præiudicare confitēti dixerunt Barbat. conſ. 3. n. 33. vbi late lib. 2. Pariſ. conſ. 21. nu. 22. lib. 4. add. ad Alex. in d. conſ. 172. in littera A. Pract. Papienſ. de form. capitul. actoris, in verb. Coram vobis, nu. 4. Sed quia illę, quæ fuerunt productæ per D. Cæſarem, ſunt poſitiones ēt factæ ad effectum reſpondēdi, cum pro reſponſionibus fuerit inſtatū ceſſat hæc

29 difficultas, † & omnes conueniunt confeſſionem factā in poſitionibus, confitenti præiudicare, & declarat inter poſitiones, & capitula conſtituendo differentiam Alex. in conſ. 71. nu. 4. & ſeqq. lib. 3. & poſt Fel. & alios Ant. Gabr. in d. concluſ. 4. num. 24. & ſeq. Dedit etiam poſitiones Martinellus, quibus Cæſar ridit, & potuit contra ſe & in fauorē Martinelli fateri aliquid, q̃ eſſet multum

multum proficuum Martinello, cum nulla detur ma-
ior probatio ea, quæ ex confeſſione propria exoritur,
l.cum te, cum ibi notatis, C.de tranſact. Bal. conſ.192.
nu.8.lib.2. Rim.iun.conſ.103.nu.28.& ſeq.lib.1. Ade-
rat etiam inſtrumentum, quod Cæſar coacte edidit, ex
quo iura Martinelli adiuuari poſſunt, prout de omnib.
prædictis in actis penes notarium exiſtentibus apparet.
Et licet non conſtet dictas confeſſiones pro Martinello
in dicto proceſſu reperiri, ſatis tamen eſt poſſibile eſſe,
quòd reperiantur, ita vt non poſſit dici in proceſſu ali-
30 quid ſubſtantiale non inueniri.† Immo quia conſtat D.
Cæſarem habuiſſe proceſſum, quem reſtituere promi-
ſit, & cuſtodire tenebatur, præſumptio eſt, quòd illum
habeat, & occultet, ex eo quia ſibi nociturus ſit, vt opti
me conſiderat Bar. in l.2.§.diuus, el 1.nu.3. ff.de iur.fiſ.
Bal.conſ.406.in fi.lib.4. Crau.conſ.134.nu.17. & conſ.
178.nu.5.lib.1. Et tanto magis hoc eſt dicendum, quia
ſnīa fuit lata contra patrem D.Cæſaris anno 1534. D.
Cæſar litem proſequi cœpit ſuper appellatione, & nulli
tate anno 1551. Demum illā dereliquit, Et anno 1578.
accepit proceſſum, Et anno 1580. litem reſtaurauit. Et
cum inſtaretur pro reſtitutione proceſſus, ipſe remiſſio
31 nem allegauit, †quæ maximam calumniæ præſumptio
nē inducunt, præſertim illa taciturnitas per tam lōgum
tēpus, poſt quam proceſſus fuit factus, quę calumnioſæ
litis præſumptionem inducit, vt conſiderat Caſſad. in
deciſ.5.nu.2. vt lit.penden. Et conſequenter non imme
rito de iure pręſumi poteſt tunc litem dereliquiſſe, quia
malam cauſam foueret, & ſibi proceſſus noceret, & il-
lam reſtauraſſe, poſtquam proceſſus non reperiebatur.

Nec verum eſt id, quòd præſupponitur ſententiam
eſſe nullam, & ex veteri proceſſu eſſe iudicandum, nec
32 confirmari poſſe: Quoniam † qñ ſententia nulla eſt ex
cauſa, quæ totum proceſſum reddit nullum, tunc non
poteſt iudex illam confirmare ea ratione, ne nullitas,
quæ in prima aderat, influat in ſecundam, & ita Lap.
declarat in alleg.98.nu.3. & alij ex aduerſo allegati lo-
quuntur, & declarat etiam Alex.conſ.53.n.14.& ſeqq.
lib.5. Dec.conſ.483.nu.8. Vant.de nullit. in tit.de nul-
lit.deſec. proceſ.nu.7. Quando vero non allegatur nul-
litas totius proceſſus, ſed ipſius ſententiæ tantū, (vt hic
cum prętendatur nulla ex errore in ſententia expreſſo)
ceſſat dicta ratio, & ſententia cōfirmari, vel reformari
poteſt, ſecundum cōem opinionem, de qua per Alex. in
conſ.111.li.5. & Vant.in tit.quib.mod.ſent.null.defen.
poſſ.nu.129. & ſeqq. & in his terminis not. Alex.conſ.
79.col. fi.ver. Bene fateor, & ver. Sed quærimus, lib.2.
vbi cōem dicit, poteſt enim iudex nullitatis etiam ex
nouis cauſis coram eo deductis confirmare ſententiam
nullam, ſicut iudex appellationis Bart. in l.1. num.16.
& ſeq. C.quan.prouoc. non eſt neceſſ. Philip. Franc.in
c.dilecto, in 10.q.num.24. de appell. quòd ſentit etiam
Vant.in d.tit. quib.mod. ſenten. nullit.num.129. dum
admonet partem, vt quanto fieri poteſt, cauſa quoad
ſui merita inſtruatur, vt iudici nullitatis de bono iure in
negotio principali conſtet, ad effectum, vt ſententia e-
33 tiam nulla confirmari poſſit. † Cauſa enim nullitatis
totam cauſam ad iudicem deuoluit etiam reſpectu cō-
firmationis, ſicut cauſa appellationis, vt clare dixit Bar
tol.in l.ſi vt proponis, la 1.n.4. C.quom.& quan.iudex,
in l.ſi expreſſim, num.15. ff.de appel. Alex.conſ.79.nu.
2.ver.& iſtam, lib.2. Merito non poteſt dici proceſſum
non releuare, quia immo eſſe poteſt magni momenti, et
etiam ex iuribus in eo deductis confirmatio ſequi poſ-
ſet, quamuis ſententia eſſet nulla.

Ea vero, quæ de oblatione procuratoris ſoluendi in-
tereſſe obijciuntur, facile remouentur: Quoniā procu-
rator obtuliſſe intereſſe liquidandū per peritos, quæ li-
quidatio ab eis fieri nullo modo poteſt, cum nō poſſint
inſpicere proceſſum, & notitiam de iuribus in eo con-
tentis habere, ita vt recta intereſſe æſtimatio fiat, me-
rito oblatio corruit, nullaque redditur, cum nō ſit ſim-
pliciter facta, ſed cū illa extrinſeca, & impoſſibili qua-
litate ſoluēdi iuxta declarationē petitorum, quæ liqui-
34 datio aliter fieri debet de iure, † & oblatio, vt proſit, de
bet eſſe pura & ſimplex aliquid faciēdi, prout tenetur,
& non cum aliqua conditione, ſeu qualitate ad quā ad-
uerſarius non teneatur, alias tamquam inefficax nihil re
leuat, vt not. Alex.conſ.78.col.fi.ver. Quinto, li.5. Cur.
ſen.conſ.39.nu.7.ver. Nec obſtat, in fi. ſequitur Negu-
ſan.in 2.par.3.memb.5.par.prin.nu.10.et ſeq.de pign.
Præterea non releuat hæc oblatio, quia ſtante occulta-
tione proceſſus, quę doloſa pręſumitur, vt dixi, poſtquā
caſus amiſſionis non probatur, nec allegatur, D. Cæſar
35 debet † puniri vel in amiſſione cauſæ, quia actor eſt, &
acta iudicialia occultat, & prout pręſumitur de iure do
loſe, licet in reo vel ſubtrahente alia inſtrumenta ſine
dolo aliud dici poſſit, vt concordando opiniones dixit
Ruin.conſ.15.nu.1.& ſeq.lib.5. Anan.conſ.12.num.5.
Vrſil.in add.ad Afflic.deciſ.274.nu.20.& deci.310.n.
2.& ſeqq. aſſerens audientiam eſſe denegandam, & ſi
dolus adſit, cauſam amittere. Et ſtante dolo non diſſen
36 tit Boer.in d.deciſ.292.nu.9. † Vel ſaltem ſi non amit-
teret cauſam, teneatur ad intereſſe iuramento in litem
Martinelli liquidandum. Afflic.deciſ.330. & ibi Vrſil.
in add.nu.2. vt ſupra dixi poſt Rom. Plot. & alios mul-
37 tos, † cui iuramento locus eſſet, etiā ſi de vero dolo non
conſtaret, ſed ſolum de iure dolus præſumeretur, vt in
ſimili poſt gloſſam in l.dolus, ff.mand. Alex. conſ.103.
col.6.lib.1. Bar. Cur.iun.& Duaren. in l.in actionibus,
ff.de in lit.iuran. Plot.in l.ſi quando, nu.813. C.vnd.vi.
38 Soc.& alios dixit Rim.iun.conſ.43.nu.48.lib.1. † Par-
ui igitur faciēda eſt oblatio procuratoris, cum per eam
non ſatisfiat Martinello, prout debet, & conſequenter
ceſſat diſpoſitio l.ſoluendo, ff.de nego.geſt. quæ proce-
dit, quando creditori a tertio fuit ſatisfactum.

Vltimum vero ſubuertitur, tum quia debet denega-
ri in caſu noſtro audientia, tum etiam quia ſaltem inter
eſſe iuramento in litem liquidandum, ſoluendum eſſet;
Et conſequenter decretum Rotæ confirmari debet.

*Ita fuit iudicatum, quia decretum præfatum Rotæ Pe-
ruſinæ factum die 28. Aprilis 1582. rogato Domino Ga-
ſpare de Eminis notario Peruſino, confirmatum fuit per Re
uerendiſſimum Dominum Fabium Menechinum Illuſtriſſi
mi, & Reuerendiſſimi Legati Vmbriæ Vicelegatum die 4.
Iulij anni 1583. rogato eodem Domino Gaſpare.*

ARGVMENTVM.

An & qñ res efficiatur litigioſa, & eius alienatio lite pendente reddatur nulla. Sententia lata contra eum, qui rem alienauit lite pendente, numquid exequi poſſit contra emptorem non citatum.

SVMMARIVM.

1 *Poſſidens iudicis auctoritate iuſte poſſidet. Intellige, vt num. 24. & 29.*
2 *Poſſeſſio etiam per procuratorem acquiritur.*
3 *Bona litigioſa alienari non poſſunt.*
4 *Alienationis rei litigioſę cōtractus redditur ipſo iure nullus.*
5 *Robertus Lancellotus Peruſinus laudatur.*
6 *Poſſeſſio non transfertur ex contractu nullo.*
7 *Sententię latę contra venditorem exequi poſſunt contra eum, qui emit lite pendente.*

Sed contrarium probatur,nu.42.52.& 53.vſque ad finẽ. Et declaratur nu.49.
Amplia quod exequuntur etiam ſine citatione emptoris, nu.8.Sed contra nu.43.cum ſeqq.48.cum ſeq. Et declaratur nu.50.
9 Poſſeſſio probatur,quando quis per colonum recognoſcitur in dominum, & poſſeſſorem.
Et ex perceptione fructuum,nu.10.
11 Poſſeſſio retinetur & continuatur per colonum.
12 Poſſeſſionis continuatio,& qui olim poſſedit,etiam hodie poſſidere præſumitur.
13 Poſſeßio iure familiaritatis pro vxore præſumitur,quando vir & filij eius fundum poßident.
14 Poſſeſſione ſua quis non priuatur per actum adeptæ poſſeſſionis inſtrumentalis tantum geſtum clam,et abſente,ac inſcio poſſeſſore, niſi conſtet de continuatione.
15 Poſſeſſionem accipiens, quam alius retinet per colonum, illam non acquirit, nec ea priuat poſſeſſorem, niſi omnes coloni cum tota familia, & bonis expellantur de fundo.
Amplia etiam ſi eiecerit colonum de domo, & antequam eijceretur de fundo colonus illum conduceret ab eijciente, num.16.
Item etiam ſi poſſeſſionem acceperit mortuo iam locatore,& antequam hęres illam acceperit,nu.17.
Fallit quando quis ingreditur poſſeſſionem iudicis auctoritate,quia tunc non eſt neceſſaria expulſio coloni,nu.18.
Reſtringitur hæc fallentia, quando rite fuit miſſus in poſſeſſionem à iudice, aliàs ſecus, nu.19.
20 Mißio in poſſeſſionem facta per iudicem tertio poſſeſſore non citato, illum non priuat ſua poſſeſſione, nec miſſum poſſeßorem facit.
21 Poſſeſſionem non probant actus per aliquem geſti, ſed potius turbationes, quando conſtat de antiquiori poſſeßione alterius.
22 Retinendæ in interdicto ille vincit,de cuius antiquiori poſſeßione conſtat.
Amplia etiam ſi antiquior poſſeſſor careret titulo, poſterior vero haberet titulum,nu.23.
25 Iudex concedens executionem contra aliquem, cenſetur illam concedere contra nominatum in ſententia,& ipſius bona,non autem contra bona poſſeſſa per alium.
26 Poſſeſſionem accipiens vigore mandati contra alium relaxato,eam non acquirit, nec poſſeſſorem priuat ſua poſſeſſione.
27 Poſſeſſio accipi debet cum interuentu executoris,& capta propria auctoritate redditur nulla.
Fallit quando iudex in ſententia dedit licentiam victori illam accipiendi propria auctoritate,nu.28.
30 Actio perſonalis ſeu realis quando propoſita intelligatur.
31 Litigioſa res tunc efficitur, & eius alienatio impeditur, quando agitur actione reali ſuper dominio fundi, & non aliter.Et quando id ſit verum ibi declaratur.
32 Inſtantia in cauſa iuris congrui Peruſiæ debet terminari infra quattuor menſes,vigore decreti Reuerendiſſimi Gubernatoris.
33 Legati & Gubernatores Prouinciarum poßunt condere ſtatuta etiam perpetuo duratura, maxime attenta conſuetudine, cum ſeq.
34 Conſtitutio reſtringens inſtantiam,dicitur fauorabilis,cũ per eam faueatur publicæ vtilitati,ne lites fiant immortales.
35 Litigioſi vitium durat etiam inſtantia perempta quoad perſonas, inter quas erat lis. Sed non reſpectu rei,ſuper qua lis pendebat,quę valide alienari poteſt.
Amplia ẽt perempta inſtantia ſecundũ ius ciuile.nu.38.
36 Litigioſa res valide alienari poteſt poſt peremptam inſtãtiam, cum ſeq.
37 Intruſus non dicitur ille, in quem fuit facta alienatio rei litigioſæ poſt peremptam inſtantiam.
39 Poſſeſſio non transfertur ex cõtractu nullo per clauſulam conſtituti precarij, vel reſeruationis vſusfructus.
Sed ſi interuenit realis traditio transfertur etiam ex contractu nullo,nu.40.
Amplia etiam in poſſeßione rei litigioſæ alienatæ,n.41.
43 Citatio partis requiritur in executione ſententiæ.
Amplia ſiue executio fiat in perſonali ſiue in reali actione,nu.44.
Limitatur, quando fit executio pro eadem re, ſuper qua fuit lata ſententia, & contra perſonam in ſententia nominatam. Secus ſi in alia re, ſeu contra perſonam non nominatam in ſententia,nu.45.
46 Poſſeſſione ſua nemo priuari dẽt niſi citetur,& audiatur.
Amplia etiam in poſſeſſore, qui iniuſte rem detineret, num.47.
51 Verbum,Ignoro,eſt quid negatiuum.
52 Alienans lite pendente habetur pro poſſeſſore iuris interpretatione,& iudicium cum eo ſuſtinetur.Et nu.56.
53 Opinionum plurium illa cenſetur approbata, quæ porrigitur pro vltima.
54 Statutum Peruſinum li.2.Rub.10.declaratur,cum ſeqq.
55 Statutum quando loquitur cum aliquibus qualitatibus, qui eo vult vti,verificare debet omnes qualitates, aliàs ceſſat ſtatuti diſpoſitio.
57 Sententia lata contra reũ,qui alienauit pendente lite,exequitur contra eum tamquam dolo deſierit poßidere, & tenetur de alijs ſuis bonis ſatisfacere.

CONSILIVM XX.

CONTENDITVR inter Magnificam Dom. Laudomiam de Randolis, et Dom. Vincentiam de Bouarinis ſuper poſſeſſione fundi, de quo agitur, quælibet prætendens illum poſſidere, et in propoſito remedio retinendæ poſſeſſionis obtinere debere.

Et intentio Dominæ Laudomiæ Primo iuſtificari videtur ex eo,quod ipſius procurator accepit poſſeſſionem dicti fundi die 17. Decembris anni 1585. vigore
1 ſententiarum in eius fauorem latarum, † & quia immiſſus in poſſeſſionem iudicis auctoritate iuſte poſſidet,l.iuſte poſſidet. & ibi omnes, ff.de acq. poſſ.ex illo actu adeptæ poſſeſſionis Do. Laudomia ſe poſſeſſionẽ
2 acquiſiuiſſe prætendit,† quæ etiam per procuratorem accipi, & acquiri potuit, l.1.§. per procuratorem, & ibi Doctores,ff.de acq.poſſ. & conſequenter in illo interdicto obtinere debet.

Secundo eo magis videtur dicendum Dom. Laudomiam obtinere debere, quia de eius iuſta poſſeſſione conſtat, & poſſeſſio D.Vincentiæ non probatur. Prætendit enim Domina Vincentia poſſeſſionem fundi acquiſiuiſſe vigore emptionis de eo factæ à Do. Scipione & fratre de Bartellis, ex qua emptione poſſeſſionem acquiſiuiſſe non videtur, quoniam illum emit lite ſuper eo pendente inter Dominam Laudomiam &
3 Bartellos, † & quia bona vitio litigioſi affecta alienari non poſſunt tam de iure communi,l.fi.C.de litig. Barto.in l.1.ff.eo.ti. Abb.& Dec.in c.1.de confir. vtil. vel inutil. Burſat.conſ.140. nu.19. lib.2. Quam etiam ex
4 diſpoſitione ſtatuti Peruſini,lib.2. Rub.10.† Contractus emptionis redditur ipſo iure nullus de iure communi d.l.fi. Affl.deciſ.331.nu.2. Iaſ.conſil.149. in fin. lib.4.Bero.conſ.155.nu.41.lib.1. Socin.iun.conſil.92. num.6.lib.3. Menoch.conſ.2. nume.191. lib.1. quam
5 etiam comprobat † Excellentiſſimus D.Robertus Lancellottus Iuriſconſultus Peruſinus in Romana Curia aduocatus celeberrimus in ſuo pulcherrimo, & eleganti tract.de attent.par.2.c.4.in præfat. nu.451. & ſeqq.

Et

Et etiam de iure municipali,cum ſtatuto in eadē Rub.
contractus alienationis rei litigioſæ annulletur, & ſtan
te nullitate contractus emptionis, D. Vincentia per di-
6 ctam emptionem poſſeſſionem non acquiſiuit, † cū ex
cōtractu nullo nō trāsferatur poſſeſſio. Alex.conſil.69.
nu.12.lib.5.conſ.81.nu.11.lib.3.vbi de communi teſta
tur. Mandoſ.ad Rom.in conſ.321.nu.2.in verb.reman
ſit.Burſat.conſil.140.nu.18.lib.2. Etiam ſi in eo fuerit
adiecta clauſula conſtituti ſeu precarij. Bart. & alij in
l.ſi rem aliquam.ff.de acqui. poſſe.Alex.in l. 1. §.ſi vir.
in 2.fallen.ff.eod.titu.Afflict.deciſ.331.nu.2. & 3. Be-
ro.conſ.69.nu.3.lib.3.Burſat.conſil.100. nu.24. lib.1.
Menoch.conſ.2.nu.290.& ſeq.lib.1.Lancellot.in d.tra
cta.par.2.cap.4.in præfat.num.452.& ſeqq.

Nec poſſeſſio Do. Laudomiæ poteſt dici illegitima
ex eo, quod adepta fuerit vigore ſententiarum in eius
fauorem, & contra Bartellos latarum, in quibus Do-
mina Vincentia non fuit nominata, quoniam vt dixi,
7 D. Vincentia emit fundum lite pendente,† & vitium li
tigioſi operabatur, quod ſententiæ latæ contra Bartel-
los, exequi potuerint contra Dominam Vincentiam,
quæ rem litigioſam emit.l. fi.& ibi Bart. C. de litigioſ.
Bero.d.conſi.155.nu.40.Franc.Marc.deciſio.538.nu.
4.par.2.Menoch.conſi.319.num.11.lib.4.Rui.conſil.
34.num.12.lib.5. Mobeda. deciſ.12.extendens etiam
ad ſucceſſorem mediatum. Aſin. in ſua praxi iudic. §.
31.c.2.amplia.24.Neuiz.conſil.20.num.13. Menoch.
de adipiſc.poſſ.remed.5.num.133.& ſeqq. Lancell. in
d.c.4. in præfat. nu.459.Ioſeph Ludo.in deciſ.Peruſi.
8 26.num.9.par.1. † & hoc etiam abſque alia citatione
D.Vincentiæ. Cin. in l.1.C.de alie.iud.mut.cauſ. fact.
quem refert Pau.de Caſtr.in l.certa. C. vt in poſſeſ. le-
gat.Affli.deciſ.396.num.9. Soc. iun. conſi.92. num.8.
lib.3.Tiraq.de retra.lignagier.§.12.nu.27.Ceph.conſ.
295.nu.14.& 15.lib.2.& conſi.41.num.9.lib.1.

Et prædicta magis clara redduntur ſtante diſpoſi-
tione dicti ſtatuti in d. Rub. 10.lib.2. Quod non ſolum
annullat contractus factos de re litigioſa, ſed etiam de-
cernit contra reum alienantem,procedere libellū, peti
tionem, & iudicium, & contra eum poſſe ferri ſenten-
tiā,& ad eius executionē deueniri,ac ſi ipſe poſſideret.

Prædictis non obſtantibus cenſeo Dominam Vin-
centiam in hoc iudicio obtinere debere. Conſtat.n. ex
actis pro Domina Laudomia fuiſſe captam poſſeſſio-
nem dicti fundi, qui poſſidebatur per dictam Domi-
nam Vincentiam,cuius poſſeſſio probatur ex eo, quòd
ipſa D.Vincentia prius locauerat eūdem fundum co-
9 lono partiario, a quo pro domina † recognoſcebatur,
& ex recognitione facta per colonum poſſeſſio iuſtifi-
catur.l.qui vniuerſas.§. ꝙ per colonum, & ibi Alex.ff.
de acqu.poſſ.Ceph.conſi.19.nu.3.lib.1. Præterea Do.
Vincentia per duos annos, antequam acciperetur poſ-
ſeſſio ad inſtantiam Dominæ Laudomiæ, fructus di-
10 cti fundi continue percepit, † & fructuū perceptio ve-
ram probat poſſeſſionem.l. Titia. ff. ſolu. matri. l.2.C.
de acq.poſſe.& ibi Bart. Bald.in l.iudicia. numer.6.C.
de rei vendi.Cepha.conſ.63.num.14.lib.1.Senat.Pede
mon.deci.42.nu.3.Bald. Barba. & alij relati per Rim.
iun. conſi.226. num.9. lib.2. qui actus poſſeſſorij pro-
bant poſſeſſionem Do. Vincentiæ etiam temporis, de
quo poſſeſſionem accepit Domina Laudomia, quo-
niam dictus colonus ſemper coluit fundum nomine
11 D.Vincentiæ,& antea,& poſtea † & per colonum poſ
ſeſſio retinetur & continuatur.d.§.quod per colonum.
& ibi Ang. & Alex. Afflict. deciſ.167.nu.5.& ſequen.
Natt.conſ.538.nu.7.& ſeqq.li.3. Præterquam ꝙ conti
12 nuatio poſſeſſionis ēt de iure præſumitur, † & q̄ olim
poſſedit, præſumitur ēt hodie poſſidere, animumque
poſſeſſionem continuandi hēre, vt poſt Innoc. c. 2.de

reſtit.ſpol.dixit Natt.conſ.572.nu.6.lib.3.ꝙ etiam fir-
mant Doct.in l.ſiue poſſidetis. C.de probat. & Alciat.
de præſump.reg.2.præſump.16.& quamuis in proceſ-
ſu probetur virum,& filios D. Vincentiæ nonnullos a-
ctus poſſeſſorios feciſſe, non diminuitur probatio poſ-
ſeſſionis Do.Vincentiæ, cum enim fundus ille eſſet D.
Vincentiæ, & pro ea ac de proprijs pecunijs emptus,
13 Actus † geſti a viro & filijs,intelligū tur facti iure fami-
liaritatis,ac nomine Do.Vincentiæ,& ex illis poſſeſſio
D.Vincentiæ non viri,aut filiorum iuſtificatur, vt cla-
re dixit Bart.in l.qui iure familiaritatis. & ibi ceteri eū
ſequuntur.ff.de acq.poſſ.Crau.conſil.61. num.2.lib.1.
Alex.conſil.134.num.5. lib.4. late Borgnin. Caual. de
vſufru.mulier.relict.num.202.

Cum igitur conſtet de poſſeſſione D. Vincentiæ ip-
ſa in interdicto retinendæ obtinere debet, quoniam de
vera poſſeſſione D. Laudomiæ non apparet, nec illam
14 acquiſiuit ex illo actu adeptæ poſſeſſionis: † Actus. n.
ille inſtrumentalis poſſeſſionis, geſtus inſcia & abſen-
te Domina Vincentia, vti clandeſtinus non nocet Do-
minæ Vincentiæ, nec Do. Laudomiæ ſuffragatur niſi
conſtet de continuatione, ſecundum Natt. conſ. 568.
nume.6. & ſeqq.lib.3. & melius Veral. in deciſ. Rotæ
Rom.lib.2.deciſ.333.cum ſeq.& Mandoſ.in tra.de in-
hibit.q.116.nu.2. Præſertim quia tempore captæ poſ-
ſeſſionis per D. Laudomiam, Domina Vincentia erat
abſens, & fundum per colonum poſſidebat, & per illū
15 actum non fuit ſua poſſeſſione priuata, nam qn̄ † ali-
quis poſſidet per colonum, non priuatur poſſeſſione
fundi per poſſeſſionem ab alio captam, niſi omnes co-
loni cum tota familia, & bonis de fundo expellantur,
l. peregre. §. quibus. ff. de acqu. poſſ.l.quamuis. §.1.ff.
eod.titu.Gozad.conſil.86.nu.10.cum ſeqq.Natt. cōſ.
21 ſitione illi conſenſiſſe dicuntur, † quia ignorans non dicitur conſentire d.l.ſi per errorem. ff.de iuriſd. omn. iud.l.mater decedens.ff.de inoffi.teſta. Alex.conſ.2.nu. 9.lib.4. Pariſ. conſil.99.nu.46. lib.3. Et conſequenter nec iuriſdictionem prorogauerunt. Quando vero copiam poſitionum habuerunt, in quibus contenta in reconuentione deducuntur, petierunt illas reijci, & nullo modo admitti: Vnde non poteſt dici,quod reconuentioni conſenſerint, & iuriſdictionem Rotæ prorogauerint. Sed contrarium verius eſt,quod etiam in du-
22 bio fateri oportet. † Cum litigans coram iudice incompetente non cenſeatur in dubio in eum conſentire, iuriſdictionemque ſuam prorogare. Innocen. in c. cum cauſam. de teſti.& poſt eum Fel. in d.c. P.& G.nu.12. in fi. Nec negotium facit cautio de ſtando iuri, & iudicatum ſoluendo, præſtita per procuratorem Dominorum de Carbonana: Tum quia eo tempore procurator non habebat ſcientiam reconuentionis factæ co-
23 ram Rota, † & per cautionem illam præſtitam per procuratorem Dominorum de Carbonana forenſium ex neceſſitate eis impoſita a ſtatuto, non dicitur conſenſiſſe in iudices, ita vt poſtea non poſſit opponi exceptio declinatoria, ſecundum Bart. & alios, in l.ſi conuenerit. ff. de iuriſd. omn. iudi. Alex.in l. quidam conſulebant.nume.24.ff.de re iud. Ang. in l.ſed ſi ſuſceperit. ff.de iudi. cum alijs allegatis per Marſil. ſing.227.
24 vbi † limitat non procedere in eo,qui ſatiſdat, vt reuocet tenutam, quam paſſus eſt ex primo decreto, quia odio ſuæ contumaciæ inductum eſt, vt non poſſit vlterius forum declinare, vt per eum qui alios allegat. Tum etiam quia in lite interuenit procurator,qui cautionem dedit,& quia ad prorogandum iuriſdictionem
25 mandatum ſpeciale exigitur, non potuiſſet, † per dictum procuratorem, habentem mandatum generale ad lites,iuriſdictio prorogari. Fel. in d.c.P.& G.num. 11.verſ.Procurator ex generali.Aret,& alij in ca.cum olim.de offi.deleg.Guid.Pap.deciſ.285.num.2.

Conſtat igitur ex iam dictis reconuentionē nullo mō eſſe admittendam,& conſequenter ab vlteriora ꝓcedi in ſola cauſa principali, in qua procedi debet ad vlteriora,ēt donec diſcutitur, nunquid reconuentio admitti debeat,nam etiā ſi reconuentio procederet,non eſſet cum cauſa principali cognoſcenda,& terminanda,nec proceſſus cauſæ principalis retardari poſſet, non ſolū, quia qñ fit poſt litem conteſtatam ex interuallo ſimul
26 non deciduntur,vt dixi ſupra,† ſed etiam quia iudiciū principale pendet in poſſeſſorio vtilis remedij Saluiani interdicti,quod eſt ſummarium,nec admittit cognitionem eorum,quæ requirunt altiorem indaginem, ſecundum Rip.in Rubr. ff.de pignor.nu.19.Natt. conſ. 532.num.4.lib.3.Menoch.de adipiſc. poſſeſ.remed.3. num.180. & deducta in reconuentione reſpiciunt petitorium,ac ordinariam, & altam cognitionem requi-
27 runt,† & in ſummarijs tunc procedit reconuentio, & cauſæ ſimul tractantur, & deciduntur, quando cauſa reconuentionis eſt pariter ſummaria. Doctores in d,

Auth.

Auth. & co[illegible]ſequenter, preſertim Bald.nume. 10. Ange.num[illegible].9. Caſtrenſ.numero 6. Abb.in d.cap. 1.numero 1[illegible]. de mut.petit. Sed quando cauſa reconuentionis requirit ordinariam cognitionem, in cauſa ſummaria non admittitur. Innocent. in d.cap. 1.in fin. Ioan. And. in capit.cum dilecti, de ordin.cognitio. Ancharan. qui de communi teſtatur in dicta quæſtio.42. num.50. lib. 3. Barth. Socin. in d.regul.412.in 3.fallent. ad effectum ſcilicet ſimultanei proceſſus, ſed proceſſus ſeparantur, vt notant Doctores in d. capit. 1. & in dicta Authent. & conſequenter, & Viui. qui de communi teſtatur in ſuis communibus opinionibus in verb. reconuentioni, quia quando reus vult priuilegium remittere, ne ſimul concurrant, & conſentit, quod ſeparatim cauſæ cognoſcantur, & terminentur, etiam in ſummarijs reconuentio admittitur, vt declarant in dicta Authent. & conſequenter. Bartol. numero 13. Paul. de Caſtr. numero 6. & alij. Non enim admittitur reconuentio cauſæ, quæ ſit diuerſæ naturę, ad effectum parilitatis proceſſus, vt apparet ex prædictis; & etiam quia in ſimili videmus,
28 † quod quando petitur executio inſtrumenti confeſſionati, non eſt locus reconuentioni. Bal. in d. Authent. & conſequenter, numero 14. Socin. ſen. conſil. 167. numero 26. & ſeq. lib. 2. Ancharan. quæſt. famil. lib. 2. quæſt. 18. numero 1. & ſequent. Niſi fiat reconuentio de alia cauſa ſimiliter executiua, ſecundum Ancharan. in ea-
29 dem quæſt. 18. numero 6. Prout etiam † nec in iudicio poſſeſſorio admittitur reconuentio, vt dixit Crau. conſil. 826. numero 4. libro 5. & probant aliqui allegati a Marian. Socin. in dicto cap. 1. numero 63. ad effectum ſimultanei proceſſus, licet admittatur, vt fiat proceſſus ſeparatus, vt per Purpurat. conſil. 46. numero 3. & 7. libro 1. Vel quando de alio poſſeſſorio actor reconuenitur, ſecundum Abb. in allegat. capit. 1. numero 16. Vnde cum iudicium principale pendeat ſuper poſſeſſorio ſummario, reconuentio vero reſpiciat petitorium, & ea quæ ordinariam cognitionem requirunt, ſine dubio, quatenus admittenda eſſet, non retardaret proceſſum cauſæ principalis, nec haberet priuilegium parilitatis proceſſus: Ideo etiam donec diſcutitur, an reconuentio ſit admittenda ad effectum prorogatiuum iuriſdictionis, debet ad vlteriora procedi in cauſa principali.

Et ita iudicatum fuit per Rotam Peruſinam die prima Decembris Anni 1587. quæ reiecit omnia capitula præfati Domini Rainaldi, quæ concernebant reconuentionem, rogato Domino Rainaldo de Rubeis notario Peruſino.

ARGVMENTVM.

Petitio hæreditatis, ſeu Publiciana in rem actio, quando intentari poſſint contra titulo poſſidentem, & quæ probanda ſint, vt in eis obtineatur.

SVMMARIVM.

1 Clauſula, ſummarie, ſolaque veritate inſpecta, operatur, vt iudex poſſit iudicare ſicut Princeps, & vt Deus, & ſuper cauſa probata, licet illa non eſſet in libello deducta.
2 Dominium in actione rei vendicationis de neceſſitate probari debet.
Sufficit tamen, quod probetur utile dominium, acquiſitum per poſſeſſionem longi temporis, nu. 21.
3 Publiciana actio non datur contra titulo poſſidentem.
Fallit, quando titulus fuit acquiſitus poſt mortem eius, de cuius hæreditate agitur, num. 24.
Vel ab eo, qui eadem actione poterat conueniri, num. 25.
Aut ſi proponitur cum rei vendicatione, nu. 26.
4 Petitio hæreditatis non datur contra titulo poſſidentem.
De ratione, num. 13.
Amplia etiam ſi titulus fuiſſet acquiſitus poſt mortem eius, de cuius hæreditate agitur, nu. 5. Sed contra nu. 10. cum ſeqq. & num. 27. cum ſeq. & 31.
Item amplia etiam ſi fuiſſet acquiſitus ab eo, qui dicta actione conueniri poterat, dummodo ante litem motam, numer. 6. Sed contra numer. 15. Et declaratur num. 32. cum ſeqq.
Limitatur regula pluribus modis, nu. 9. remiſſiue.
Item limitatur, quando hæres non petit ſe declarari hæredem, ſed concludit ſe mitti in tenutam bonorum, numero 17.
Et quando probat etiam titulum, & dominium, numero 18.
Limitatur etiam in poſſidente titulo putatiuo, nu. 36.
7 Petitio hæreditatis competit hæredi, ſiue ſit hæres in ſolidum, ſiue pro parte, & non ſolum pro vniuerſa hæreditate, ſed etiam pro rebus particularibus.
Et etiam contra cohæredem, nu. 16.
8 Agens petitione hæreditatis quæ probare debeat.
11 Remedium l. fin. C. de edict. diui Adrian. toll. non datur contra poſſidentem titulo acquiſito, viuente teſtatore. Secus ſi titulus & poſſeſſio acquiſita fuit eo mortuo.
12 Petitio hæreditatis potentior eſt remedio l. fin. C. de edict. diu. Adrian. tollen.
14 Prior in tempore eſt potior in iure.
15 Emptor non debet eſſe melioris conditionis auctore ſuo, & interdictum, quod competebat contra venditorem, datur etiam contra emptorem. Et nu. 35.
19 Rei vendicatio competit contra quemcumque titulatum auctorem.
20 Dominium ſaltem vtile acquiritur per poſſeſſionem longi, ſeu longiſſimi temporis cum titulo.
22 Publiciana in rem actione agens, non tenetur probare dominium, ſed titulum, & poſſeſſionem cum bona fide.
Et datur etiam hæredi, qui in ea obtinet, probando dominium, & poſſeſſionem defuncti, nu. 23.
28 Opinio præparatoria fraudis non eſt ſequenda, ſed alia quæ fraudem excludit.
29 Conſilia Virorum magnæ auctoritatis ſequenda ſunt.
30 Deciſiones Rotæ Romanæ tamquam magiſtrales, & communem opinionem facientes, ab alijs iudicibus regulariter amplecti debent.
34 Petitio hæreditatis directa in caſu, in quo non datur contra titulo poſſidentem, competit ſaltem vtilis.
37 Petitio hæreditatis eſt actio perſonalis.
Sed contra quod ſit realis, nu. 38.
Maxime quando proponitur pro rebus incorporalibus, numero 39.
40 Remedium can. redintegranda, quando fuit propoſitum contra titulo poſſidentem, iudex qui habet poteſtatem iudicandi ſola veritate inſpecta, actorem redintegrare poteſt ad poſſeſſionem.

CONSILIVM XXII.

MENSIBVS Elapſis reſpondi Moniales, & Monaſterium Sanctæ Margaritæ ex perſona ſororis Pacificæ admitti debere ad hæreditates patris, & Ioannis, ac Bernardini fratrum. Et quia
1 cauſa commiſſa erat cum † clauſula, ſummarie ſolaque veritate inſpecta, Excellentiſſimos Dominos Iudices pro Monaſterio iudicare poſſe ex quauis cauſa monialibus ius competat, cum iudex cum dicta

dicta clauſula datus, ſicut Princeps., & etiam vt Deus iudicare valeat. Dec.in c. dilecti, col.2.num.12.verſ. Et prædicta de iudi.& in c.quoniam contra col.3.nu.15. ver. Tertio quod ſi cauſa, de probat. Senat. Pedemont. dec.1.num.20. Et ſuper cauſa probata ſententiam proferre poſſit, quamuis cauſa illa non eſſet in libello deducta, ſed alia, vt poſt Anton. de Butr.& alios dixit Alex. in l.ſi ſtipulatus, §.Chriſogonus, nu.8.ff. de verb.oblig. Marſ.ſing.272.Gramma.dec.103.nu.141.Senat.Pedemon.in d.dec.1.nu.21.Rim.iun.conſ.186.nu.28.lib.2. & conſ.261.nu.12.lib.3.

Modo autem dubitatur, quod moniales, & monaſterium præfatum non poſſint aliqua actione obtinere in hoc iudicio, intentato contra reos conuentos, qui bona, de quibus agitur, emerunt a Siluestro fratre ſororis Pacificæ.

Non quidem videtur obtinere poſſe in actione reali
2 rei vendicationis, quia nõ probatur dominium, † quod de neceſſitate ex parte actoris in actione illa probari oportet, l.in rem actio, ff. de rei vend. §.omnium, Inſtit. de actio. vbi glo.& Doct.

3 Neque actio Publiciana competere videtur, † quoniam illa non datur contra titulo poſſidentes, l.ſin autem, §.ſi duobus, & ibi Doctor. ff. de publ.in rem actio. Alex.conſ.184.nu.7.li.5.Aug.Aret.in §.ſed iſte, num. 20. Inſt. de action. Et reos conuentos emptionis titulo poſſidere conſtat.

Minus moniales audiendæ videntur in petitione hęreditatis contra reos titulo emptionis bona poſſiden-
4 tes, † cum petitio hæreditatis non detur contra titulo poſſidentes, l.hæreditatis, vbi Bart. C. de petit.hęred.l. regulariter, ff. eod. titul. l.hæreditatem, C. quib. in cauſ. ceſſet long.tem.pręſcrip. Crot.conſ.75.nu.10.li.1.Zuccard.in repet.l.fi.nu.464.C.de edict.diui Adr. toll. vbi de communi teſtatur. Bero.conſ.74.num.3.lib.3.Balb. de præſcr.in 4.par.4. par.princ.q.16. nu.2. & in l.Celſus nu.10.ff.de vſucap. Soc.iun.conſ.75.nu.7.li.1.Gozad.conſ.50.num.13.Pariſ.conſ.48.nu.14.li.3.Meno. qui communem dicit de adipiſc.poſſeſ.remed.1.num. 61.Achil.Perſonal.de petit.hæred.nu.724.Nec refert, à quo titulum babuerint. Bero.de communi conſ. 74. num.4.verſ.Nec verum eſt, lib.3.

5 Et petitio hæreditatis ceſſat † etiam quod titulus ſit acquiſitus poſt mortem eorum, de quorum hæreditatibus agitur, cum ante litem motam acquiſitus fuerit. Sal.in l.fi.num.25.C. de edict.diu.Adr.toll.& in l.ſi poſt motam, nu.5.C. de petit.hæred. Alex. in d.l.fi.nu. 28.ver.In gl.1.Iaſ.in l.1. ver.Sexto ſingulariter limita, C.de inoff.teſta.& in §.omnium, nu.195.ver.Et ſupra ſcriptam rationem. Inſt. de actio.Ang.Aret.in d.§.ſed iſte, nu.43.& ſeq.Benintend.dec.35. Dida.Couar.practic.quæſt.c.12.nu.3. ver.Quarto ex his.Ale.conſ.184. nu.3.lib.5.Soc.iun.conſ.9.nu.7. verſ. Nec quemquam. li.4.Ruin.conſ.160.nu.1.li.5. Natt.conſ.15.nu.1.li.1. Hier.Gabr.conſ.45.nu.14.& ſeq.lib.1.quorum aliqui de communi teſtantur.

Et nõ obſtante, quod à Siluestro cohærede pro ſuis portionibus titulum habuerint, cum petitio hæredita-
6 tis † non detur contra titulo poſſidentes, quamuis titulum acquiſiuerint ab eo, qui petitione hæreditatis conueniri poſſet, dummodo ante litem motam ſit acquiſitus, ſecundum Alex.in d.l.fi.nu.28.prop.fin. Beninten. in d.dec.35.per totam.Zuccard.in repet. d.l.fin.num. 467.Didac.Couar.pract.q.c.12.nu.5. Natt.conſ.15. nu.2.lib.1.Hier.Gabr.conſ.31.nu.3.& conſ.45.num. 17.& ſeq.lib.1. Achil.Perſonal.de pet.hæred.nu.759. qui alios allegat.

Quibus non obſtantibus cenſeo monialibus prædictis plures competere actiones, quibus bona in dictis hæreditatibus relicta, & per reos nunc poſſeſſa conſequi poſſint. Siquidem cum dictum monaſterium ex perſona dictæ ſororis Pacificæ ſit hęres patris, & Ioannis, &
7 Bernardini fratrum, † illi competit petitio hæreditatis, quæ datur hæredi, ſiue ſit hæres in ſolidum, ſiue pro parte, l.licet minimam, ff. de pet.hęred. & non ſolũ pro vniuerſa hæreditate, ſed etiam pro rebus particular. l. l.generaliter, l.veluti, & l.licet, ff. de petit. hære. Bero.
8 conſi.61.nu.1.li.3.Rol.a Vall.conſ.75.nu.5.lib.2. † In qua non exigitur probatio dominij ſeu quaſi, ſed ſatis eſt probare, quod actor ſit hæres, & bona remanſerint in hæreditate defuncti, l.item vidẽdum, §.ſi.cum l. ſeq. ff. de pet.hæred. Corn.conſil.207.nu.1. lib.1. Prout in proceſſu cauſæ ſufficienter probatum appatet.

Et quamuis rei poſſideant titulo emptionis, & contra titulo poſſidentes petitio hæreditatis non compe-
9 tat, id verum eſt regulariter, † ſed regula illa multis modis limitatur per Soc. de reg.& fallen.reg.364.in verb. petitio hæreditatis. Iaſ.in l.1. C. de inoffic. teſta. Ach. Perſonal.de peti. hæred.nu.725.& ſeqq. multis, quarum aliquæ deſeruiunt intentioni monialium, vt mox oſtendam.

10 Et primo dicitur † regulam prædictam procedere, quando titulus fuit acquiſitus ante mortem illius, de cuius hæreditate agitur, ſecus ſi poſt mortem, tunc.n. non excluditur petitio hæreditatis, niſi etiam ſit completa præſcriptio. Bald.in d.l.fi.in 9.oppoſit. num.25. & ibi Barbat. in addit.ad Baldum, Petrus de Anch. in l. pro hærede, ff. de pet. hæred. affirmans ita Boniæ fuiſſe practicatum. Petrus Paulus Purpur. in add. ad Barto. in l.hæreditas, poſt litteram B, C. de pet. hæred. Barthol. Socin. de reg. & Fallen. in regu.364. in verb.petitio hæreditatis, in 2.fallent. Alex.conſ.90.nu. 10.verſic. Facit ad hoc, lib.2. Afflict. qui dicit ita determinatum fuiſſe in illo Sacro Conſilio in deciſ.228. Senat. Pedemont.deciſ.55.num.4.verſic. Prædictis non obſtantibus. Sebaſt.Sapia in repet. d.l. fin. nume.114. Calc.conſi.77.num.12.idem ſentit Curt. iun. in d.l.fi. num.2. & ſeq. & eam late probat Barbat.conſ.65.per totum, lib.2.vbi hanc opinionem defendit, dicitque illam eſſe æquiorem, & ſemper obſeruatam fuiſſe Boniæ, & opinionem Barbatiæ ſequi videtur Lauren. Hir con.in ſuis comm.op.in. cent.3.concl.78. Et probatur hæc limitatio ſecundum Barb.in d. conſ.65. col.3. in fine, verſic.& adduco, per textum in d.l.fi.in fi. Primo dum ibi dicitur, ꝙ præſcriptione completa non ſolum ipſa miſſio in poſſeſſionem eſt ſopita, ſed etiam ipſa cauſa principalis ſopita eſt, & quia textus loquitur de eo, qui poſſidebat titulo, vt exponit ibi gloſſa. in verb. legitimo. & in verb. principalem. & declarant Petr. de Bellapert.in repet.num.9.& Sebaſt. Sapia pariter in repet.num.114. ex eo probatur, quod quando præſcriptio non eſt completa, durat cauſa principalis, & ſic quod datur petitio hæreditatis contra titulo poſſidentem, qui textus non loquitur de rei vendicatione, prout dixit Ioan.relatus in gloſſa, in dicto verb. principalem, in fine, ſed loquitur de petitione hæreditatis, ſecundum Barb. in dicto loco, & admittunt Doctores in d.l.fin.vbi Salic.num.25.verſi. Pro quo declarando, dicit communem opinionem ſe habere quod loquatur de petitione hereditatis, quem intellectum approbant etiam Petr. de Bellapert. & Sebaſt. Sapia in dictis locis.

Secundo probatur ex eadem l. fin. ex qua colligitur
11 remedium † illius legis non dari contra titulo poſſidentem, qui titulum acquiſiuit viuente teſtatore, prout late probat Menoch. de adipiſc.poſſeſ.remed.4.numero 586.588.& 593. & tamen bene conceditur contra titulo poſſidentem, qui nec efficitur legitimus contra-

dictor,

Digitized by Google

dictor, quando titulum, & poſſeſſionẽ acquiſiuit mortuo iam teſtatore, ſi non eſt completa præſcriptio, vt ibi declarat gloſſ. in ver. legitimo, vbi Doctores eam communem ſequuntur, prout teſtatur Barb. conſ.65. col.3.in fi.verſ. & adduco, lib.2. Affl.deciſ.119. in fi. aſſerens ita deciſum fuiſſe per Sacrum Conſilium. Ale. conſil.4.nu.16.in fi.lib.2. Menoc.d.reme.4.n.604.vbi dicit in hoc neminem aduerſari. Sicut igitur in remedio d.l.fi.hæc diſtinctio communiter recipitur, probatur illam eſſe recipiendam etiam in petitione hæreditatis, quæ in hoc parificantur, ſecundum Bal.in d.l.fi.nec bona ratio diuerſitatis affertur, vt conſiderat Barb. in
12 dicto loco. † Immo potentior eſt petitio hæreditatis, quam ſit interdictum adipiſcendæ & bonorum poſſeſſio, ſecundum Menoch.de adipiſc. poſſ.remedio 1.nu. 60. & Sebaſt.Sap.in repet.d.l.fi.nu.114. vbi Curt.iun. nu.22. Vnde ſi titulus ſuperueniens poſt teſtatoris mortem non excludit agentem interdicto adipiſcendę poſſeſſionis ex remedio d.l.fi.minus excludere debet agentem petitione hæreditatis, quæ potentior eſt. Et quod hæc limitatio ſit vera, oſtenditur conſiderando ſancitum fuiſſe petitionem hæreditatis non dari contra ti-
13 tulo poſſidentes, † non ea ratione, quam probauit Couar.in d.c.12.num.2.&3. verſ.licet aduerſus, quia poſſidens titulo, non negat actorem fuiſſe hæredem, ſed id concedit, negat tamen ſibi ius competere, licet hæres ſit, & quoties non contenditur, quis ſit hæres, non eſſe petitione hæreditatis agendum, ſed rei vendicatione; Hæc inquam ratio non eſt vera, ſed alia adducitur, nẽpe, quòd cum agens ſe fundet ſolum ex titulo ſuo, & poſſeſſione defuncti, quia licet defunctus non fuerit dominus, res venit in petitione hæreditatis, & reus qui habet titulum & poſſeſſionem, æquale ius habeat cum actore, in pari cauſa melior eſt conditio poſſidentis, & hæc eſt vera dictæ concluſionis ratio, ſecundum Bart.in l.hæreditatis, num.2. verſic. Quæ ergo eſt ratio, C.de peti.hæred.vbi Bald.nu.4.& Ang. num.2.& communiter approbatur, vt teſtantur Iaſ.in l.1.nu.10. C.de inoffic.teſtam.& in §.omnium, nu.195.verſi. Regulariter autem, Inſtit.de actio.& Roland. a Vall. conſil.75. num.17. & ſeqq. lib.2. Sed hæc ratio non æque militat, quando titulus fuit acquiſitus poſt mortẽ defuncti, quia tunc hæres agens petitione hæreditatis, fundat ſe in poſſeſſione defuncti tempore mortis, & in titulo habito a defuncto, reus vero fundat ſe in titulo & poſſeſſione poſteriore, ergo non ſunt in pari cauſa, ſed actor, qui habet ius anterius, præferri debet, vt in terminis conſiderat Barb.in d.conſil.65.col.3.verſ. & adduco rationem, qui hanc rationem inconuincibilem
14 putat, pro qua facit illa vulgata regula, † prior in tempore potior eſt in iure, cap.qui potior, de reg.iur.in 6.l. quoties vtriuſque, ff.eod. tit. cum ſimil. Vnde cum rei acquiſiuerint titulum, & poſſeſſionem, poſt mortem eorum, de quorum hæreditatibus agitur, petitioni hæreditatis locus eſt.

Secundo reſtringitur regula, quæ habet petitionem
15 hæreditatis non dari contra titulo poſſidentem, † vt procedat, quando titulus fuit acquiſitus ab eo, qui petitione hæreditatis conueniri non poterat. Secus ſi ab alio, qui actione prædicta tenebatur ea rõne, quia emptor non debet eſſe melioris conditionis, quam fuerit venditor l.fi.§.1.C.ad Vellei. Et interdictum quod cõpetebat contra venditorem, datur etiam contra emptorem, ne ſit melioris conditionis auctore ſuo. Gloſſa in l.ſi duo, in verb.vincet. in fi. & ibi Bar. num.3. ff. vti poſſid. Pau.de Caſt.conſil.442.nu.4.lib.2. Et in terminis per dictam rationem, quod petitio hæreditatis detur contra titulo poſſidentem, quando titulus fuit acquiſitus poſt mortem eius, de cuius hæreditate agitur, ab eo, qui eadem actione conueniri poterat, firmant Paul.de Caſtr.in d.l.fi.in fi. & in conſil. 138. nu.4.li.2. Iaſ.in l.1.nu.10.verſ.Tu aduerte, C.de inoffic.teſtam. & in §.actionum, vbi dicit hanc limitationẽ eſſe veriſſimam, nu.197.Inſtit.de actio.Ang.in l. Pomponius, in fi.ff.de rei vendic. & melius in l.etiam alias, l.nec vllã, §.ſi quis ſciens, in fi.ff.de petit.hæred.vbi dicit emptorẽ rerum ſingularium non teneri ex perſona ſua, ſed bene conueniri poſſe ex perſona auctoris ſui, ſi autor tenebatur. Iacob.in d.l.fi.in fi.Calcan.conſi.77.num.11. & ſeq.Crot.conſil.47.nu.21.lib.1. conſ.274.num.10. lib.2.conſ.381, num.14.lib.3. Rober.Maran.in ſuis diſputatio.diſput.9.num.20. Ruin.conſil.54.col.fi.verſ. Tertio etiam, lib.4. Ale.conſ.184.nu.5.lib.5.Corn.cõſil.207.nume.2.verſ. omitto quod nonnulli, lib.1. Simon de Pret.conſ.127.nu.14. & ſeq. lib.1.qui dicit, quod ab hac opinione diſcedere abſonum, & reprehenſibile eſſet. Vrſil.in addit. ad Affl. deciſ.228. Rolan. à Vall.conſ.48.nu.21.lib.1.Nat.conſ.448.nu.23.lib.2. & eam ſecutus fuit Senat.Pedemont.in deciſ.55.nu.4. in fi. & pro eadem limitatione recte allegari põt Bart. in l.cogi, in fi.ff.de pet. hæred. qui dicit titulum repellere agentem petitione hæreditatis, quando titulus ſuperueniſſet ab eo, qui petitorem agentẽ petitione hęreditatis excluderet, alias ſecus. Nec poteſt intelligi, ꝙ Bartol. loquatur, quando titulus ſuperuenit pendente lite, prout eum intellexerunt Alex. Benintend. & plerique ex alijs, qui contrariam opinionẽ amplectuntur, quia vt colligitur ex verbis Bartoli, ipſe non facit vim in pendentia litis, ſed quando auctor petitione hæreditatis conueniri non poterat, concludit Bartolus ceſſare petitionem hæreditatis, quamuis lite pendente titulus ſuperueniſſet. Secus ſi ea actione auctor conueniri potuiſſet, & ſic Bartolus non facit vim in pendentia litis, ſed in iure tantum auctoris, vt etiam conſiderat Ruin.in conſ.54.col. fi.verſ. Tertio etiam dicitur, lib. 4. Quod eſt de intentione omnium in dictis locis, qui pro hac limitatione Bartolum allegant, & idem ſentit ipſe Bart.in l.Neratius, & in l.ſi & rem, & pretium, ff. de petit. hæred. pro qua opinione facit etiam Ang. & Imol. in l.ſi is qui bonis, ff.de acquir.hæred. Sed rei acquiſiuerunt prætenſum titulum poſt mortem patris, et Ioannis, ac Bernardini fratrum vigore venditionis fa-
16 ctæ a Silueſtro fratre, & cohærede, † quia dicto monaſterio ex perſona ſororis Pacificæ pro ſua portione petitione hæreditatis conueniri poſſet, l.regulariter, & l. licet minimam, ff.de pet.hæred. & l.hæreditatis, & l. cogi, C.eo.tit. Paul.de Caſtr.in conſ.138.num.4. lib.2. Natt.conſ.488, nu.23.lib.3. Ideo conueniens eſt eadẽ actione emptores teneri, ne ſint melioris conditionis eorũ auctore, d.l.fi.§.1.C.ad Vellei. qua ratione in terminis vtitur Caſtrenſ.in d.conſ.138.nu.4.& ceteri omnes pro hac limitatione allegati eam admittunt.
17 Tertio conſiderandum eſt † tunc petitionem hæreditatis non dari contra titulo poſſidentem, quando in concluſione libelli actor petit ſe declarari hęredem, aduerſariumque compelli ad reſtitutionem bonorum. Sed quando concludit ſe mitti in tenutam bonorum, tunc datur etiam contra titulo poſſidentem, cum id non reperiatur prohibitum, vt declarat Ioan. de Ana. conſil.100.in princ.quem ſequitur Petr.Paul. Purpur. in addit.ad Bart.in l.hæreditatis.poſt litteram.B.C.de pet.hæred.qui ita regulam prædictã limitant. Sed moniales non petierunt ſe declarari hæredes, & aduerſarios condemnari ad reſtitutionem bonorum, ſed omnem actionem, omneque remedium eis competens propoſuerunt, & in tenutam bonorum ſe mitti petierunt. Ideo verſamur in caſu dictæ limitationis.

Accedit Quarto non ſolum probatam fuiſſe poſſeſ-
ſionem

ſionem bonorum tempore mortis, ſed etiam iuſtifica-
tum fuiſſe verum titulum & dominium defunctorum
maxime ob emptiones factas per Ioannem vnum ex di
ctis fratribus annis 1529.1532.&1533.& quando titu
lus,& dominium defuncti probatur, tunc agens petitio
ne hæreditatis contra titulo poſſidentem obtinet, iane
28 tunc † petitio hereditatis non datur contra titulo poſ
ſidētem, quando actor ſolum probat poſſeſſionem, eu
detentationē defuncti tempore mortis ea ratione, quia
reus poſſidens titulo, habet ius potentius, ſeu æquale,
ſed quando actor probat etiam titulum & dominium
defuncti, habet ius potentius reo, & propterea præ-
fertur, vt declarat Paul. de Caſtr. in l. 2. colum. 1. in
fin. ver. & ex hoc ſequitur, C. de pet. hæred. & eum ſe-
quitur Soc. in d. regu. 364. in ver. petitio hereditatis, in
1. fallent. Debent igitur Moniales præfatæ obtinere in
actione petitionis hæreditatis, quæ in caſu, de quo agi-
tur eis competit contra reos rationibus ſupra adductis,
ſaltem ex omnibus ſimul iunctis.

Poſſunt etiam moniales obtinere per actionem rei
19 vendicationis, quæ ſine † dubio datur contra quemcū
que titulatum poſſeſſorem, l. 2. in fin. iuncta gloſ. fin. &
l. hæreditatis, ver. A ceteris, & ibi Bar. Sal. & alij, C. de
pet. hæred. & requiſita ab obtinendum in actione illa
probata apparent, nēpe dominium monialium, & poſ-
ſeſſio reorum, iuxta l. in rem actio. ff. de rei vend. Con-
ſtat enim ex facto aliqua bona fuiſſe relicta in hæredita
te patris ſororis Pacificæ, & nonnulla alia titulo em-
ptionis acquiſita fuiſſe per Ioannem annis 1529. 1532.
& 1538. & poſtea illa poſſediſſe ſemper vſque ad mor
20 tem. † Et per poſſeſſionem longi, ſeu longiſſimi tempo
ris maxime cum titulo regulariter acquiritur ſaltē vti-
le dominium iuxta opinionem magis communem, de
qua per glo. in Auth. Niſi tricennalis, C. de bon. mater.
vbi Bart. & ceteri, glo. in l. traditionibus, C. de pact. &
ibi Iaſ. de communi teſtatur, Fel. in Rubr. de præſcrip.
Ale. conſ. 88. nu. 5. ver. Probauit etiam, li. 2. Franc. Bal.
de præſcrip. in 2. par. princ. q. 2. nu. 1. quam magis com
munem fatetur Didac. Couar. in reg. poſſeſſor. part. 3.
in initio, nu. 2. & 5. ver. Verum prior ſententia, de reg.
iur. in 6. licet ipſe conetur defendere, quod etiam dire-
21 ctum dominium acquiratur. † Quod dominium etiam
vtile, vt præfertur acquiſitum, ſufficiens eſt ad obtinen
dum in actione rei vendicationis, Innoc. in c. ceterum,
col. penul. de iudi. Specul. in tit. de locat. §. nunc aliqua,
nu. 71. q. 56. Abb. in c. cum contingat, in 1. not. de deci.
Caſtren. Pariſ. & alij quos refert, & ſequitur Couar. in
d. cap. poſſeſſor. in initio, 3. part. nu. 6. vbi de communi
teſtatur.

Et quatenus de dominio non conſtaret, adhuc Pu-
bliciana in rem actione moniales prædictæ obtinere de
22 berent, † cum agenti actione illa non incumbat onus
probandi dominium, ſed ſatis ſit probare titulum, &
poſſeſſionem cum bona fide, l. 1. §. fin. l. 2. & l. eum qui,
in fin. ff. de publ. in rem action. §. ſed iſte, verſ. Namque
ſi cui, Inſtitut. de action. vbi Iaſ. Aret. & ceteri omnes,
23 † Quæ etiam datur hæredi, & in ea obtinet probando
titulum, & poſſeſſionem defuncti, l. eum qui, §. prætor
ait, ver. In hac actione, iuncta glo. ff. de Publ. in rem act.
Et licet regulariter Publiciana non detur contra titulo
24 poſſidentem, vt fuit dictum ſupra, † datur tamen vel
quando titulus fuit acquiſitus poſt mortem eius, de cu-
ius hæreditate agitur, vt declarat Sal. in l. ſi poſt motā,
num. 5. verſ. Aliud etiam, C. de pet. hæred. & in d. l. fin.
nume. 19. verſic. & ex his, C. de edict. diui Adr. toll. qui
in hoc conſtituit differentiam inter Publicianam, & pe
titionem hæreditatis, & pro cautela docet contra hu-
iuſmodi titulatum auctorem proponi debere Publicia-
nam, non autem petitionem hæreditatis, & eum ſequi
25 tur Alex. conſil. 90. numer. 10. lib. 2. † Vel etiam datur
Publiciana, quando titulus acquiſitus fuit ab eo, qui ea
dem actione conueniri poterat, ne ſit melioris conditio
nis auctore ſuo, vt dixit gl. in l. ſiue autem, §. ſi duobus,
in verb. petentis, ff. de publi. in rem action. quæ in hoc
communiter approbatur, vt teſtatur Soc. ſen. conſ. 11.
nu. 11. li. 3. & poſt eum Simon de Pret. conſ. 127. num.
15. lib. 1. & tanto minus de titulo reorum eſt curandū,
quando nō proponitur ſimpliciter Publiciana, ſed pro-
26 miſcue cum rei vendicat. † Cum enim Publiciana regu
lariter non detur contra titulo poſſidentem, & in rei
vendicatione de facili non obtineatur propter difficul
tatem probationis dominij. Cautela eſt ſecundū Ang.
Aret. in d. §. ſed iſte, nu. 42. ver. & ideo quod vtraque a-
ctio ſimul proponatur, quia quod per vnam actionem
conſequi non poteſt, per aliam obtinetur. Vnde cum
moniales non propoſuerint particulariter vnam actio-
nem, ſed omnem actionem, omneque remedium *in iu-*
dicium deduxerint, obtinere debent ex ea, quæ magis
competit iuxta probationes factas, ſtāte maxime, quod
cauſa reperitur commiſſa, decidenda ſummarie, & ſo-
la facti veritate inſpecta, cuius vigore iudex iudicare
poteſt ſuper ea actione, quæ ex probationibus factis
reſultat.

Nec prædictis obſtant ea, quæ in contrarium addu-
cta fuerunt, quoniam ex adductis ſupra ſatis remouen-
tur. Et vt intentio monialium magis clara reddatur,
dico actionem rei vendicationis, ſeu ſaltem Publicia-
nam competere rationibus ſupra adductis, ex quibus
tolluntur contraria.

Competit etiam petitio hæreditatis, quæ licet regu
lariter non detur contra titulo poſſidentes, a regula re-
ceditur in caſibus ſupra adductis.

Nec obſtat, quatenus dicitur opinionem Bal. in l. ſi.
C. de edict. diu. Adr. toll. reprobari, & denegari petitio
nem hæreditatis contra titulo poſſidentes, quamuis ti-
tulum acquiſiuerint poſt mortem eius, de cuius hæredi
tate agitur ſecundum Sal. in d. l. ſi. quem multi ſequun-
27 tur, † quoniam opinio Baldi ſequenda eſt, *cum illa* ſit
excluſiua fraudis, & probatur lege & ra*tionibus, ac* au
ctoritatibus, vt ſupra demonſtraui. *Opinio* vero *Salice*
ti eſt fraudolenta, & præparatoria fraudis, vt fatetur
28 ipſemet Salic. l. 2. nu. 5. C. de pet. hæred. † Ideo non eſt
ſequenda, l. conuenire, ff. de pact. dota. Sed opinio Bal-
di amplecti debet, vt conſiderat Barb. in d. conſ. 65. nu.
1. in fin. ver. Aliud remedium, lib. 2. Et eo magis acce-
dendum eſt opinioni Baldi, cum videamus illam in pra
ctica obſeruari, prout teſtantur Petr. de Anch. & Bar-
bat. & etiam ſecundum eam iudicaſſe Sacrum Conſi-
lium Neapolitanum, & Senat. Pedemon. vt dixi ſupra,
29 quorum auctoritas magni facienda eſt, † & conſilia Vi
rorum tam magnæ auctoritatis ſequenda ſunt, §. 1. In-
ſtit. de codic. l. antepenul. ff. de manumiſ. vind. Et enim
deciſiones dictorum Tribunalium quaſi magiſtrales, &
communem opinionem facientes, ab alijs iudicibus re-
30 gulariter amplecti debent, † vt de deciſionibus Rotæ
Romanæ dixerunt Ioan. de Imol. & Andr. Sicul. in ca.
ſi olim, el 1. de litis conteſt. Sebaſt. Vant. in tract. nullit.
in tit. de nullit. ex defect. iuriſd. deleg. nu. 20. & Grauat.
in addi. ad Veſtr. in pract. lib. 6. cap. 1. in verb. æque om-
nibus, num. 18.

31 Præterea † nō videtur recedendum ab opinione Bal
di, quia opinio Saliceti non bene probatur per leges ab
eo allegatas, quibus omnibus reſpondent Barbat. in d.
conſ. 65. col. 3. li. 2. & Zuccard. in repet. d. l. fin. nu. 468.
& ſeq. Et quod opinio Saliceti non probetur in dictis
iuribus, firmat Alex. in conſil. 90. num. 10. ver. Et licet,
lib. 2. & in ead. l. fin. num. 28. verſi. Eodem modo. Puto
igitur ſequendam eſſe opinionem Baldi in caſu, de quo
agitur

agitur, in quo non ſolū titulus fuit acquiſitus poſt mortem patris & fratrum ſororis Pacificæ, ſed a Siluestro cohærede, qui eadem actione petitionis hæreditatis cō ueniri poſſet, in quibus terminis opinio iſta videtur magis communiter recepta, vt ſupra demonſtraui.

Necobſtant alia in contrarium adducta ad oſtenden dum non competere petitionem hæreditatis contra titulo poſſidentem, licet titulum acquiſiuerit ab eo, qui
32 ea actione conueniri potuiſſet. Etenim † reſpondetur adducta per Doctores, tenentes cōtrariam opinionem, intelligi debere, Vel quod titulo poſſidens nō teneatur ea actione ex perſona propria, ſed conueniri valeat ex perſona auctoris ſui, vt declarat Ang. in l. etiam, alias in l. nec vllam, §. ſi quis ſciens, ff. de pet. hære. qui ad id adducit textum in eadem lege in §. hæreditatē, vbi iuncta gl. 1. ver. ſecundus eſt, & not. per Bar. ibi probatur eum, qui poſſidet titulo, cuius occaſione non tenetur ea actione, ex propria perſona non defendi, quin ex perſona au-
3 ctoris ſui conueniatur. † Vel iura allegata in contrariū intelligenda ſunt de emptore hęreditatis non ab eo, qui potuiſſet ea actione conueniri, & ſic non de primo ſucceſſore, ſed de ſucceſſore mediato, iuxta declarationē quam aſſert Hier. Gab. in alleg. conſ. 31. n. 3. ver. 2. quia,
4 lib. 1. † Aut intelligi debent reſpectu directæ actionis, non aūt vtilis, quia in caſu, in quo cōtra titulo poſſidentem non datur directa petitio hęreditatis, datur ſaltem vtilis. Io. de Anan. conſ. 100. nu. 1. poſt Bart. in l. regulariter, ff. de pet. hær. & eum ſequitur Purpur. in addit. ad Bart. in l. hæreditatis, poſt litteram, B. C. de pet. hæred.
5 Parui ēt faciendum eſſe cenſeo, † illam differentiam inter auctorem & ſucceſſorem reſpectu pręſcriptionis, per quā Benint. in d. dec. 35. in fi. reſpondet rationi qua vſus eſt Caſt. quod ſucceſſor nō debeat eſſe melioris cō ditionis auctore ſuo, nam etſi reſpectu præſcriptionis inter eos cōſtituatur differentia, ea tñ non probatur ad effectum euitandi actionem petitionis hæreditatis, nec ſequitur conſequentia, ſucceſſor bonæ fidei propter titulum præſcribit, licet auctor pręſcribere nō potuiſſet, ergo petitione hæreditatis non tenetur, licet teneretur auctor. Hæc iniquam ratio confunditur conſiderando,
6 quod qñ † quis non acquiſiuit titulū verum, ſed putatiuum, licet titulus ille ſufficiens ſit ad præſcribendum, quāuis auctor qui titulo carebat, pręſcribere nō potuiſſet, non propterea excludit actionem petitionis hęreditatis. gl. in l. 1. ff. ex quib. cau. maiores, gl. fin. in l. fi. C. de edict. diui Adr. tol. Bar. in l. 1. num. 3. ff. quor. bonor. vbi Rip. n. 7. Bar. in l. Iulianus, in prin. ff. ex quib. cau. maior. Rol. a Val. conſ. 48. n. 13. lib. 1. quam opinionem, cōem eſſe teſtantur Alex. Iaſ. & Cur. iun. in d. l. fi. ſequitur Senat. Pedem. deciſ. 55. nu. 6. & communem fatetur Did. Couar. pract. q. c. 12. ver. Quarto ex his, circa finem, licet ipſe a communi diſſentiat.
7 Minus attendi debet † quod dicit Hier. Gabr. in d. conſ. 45. nu. 20. lib. 1. quod ſcilicet gl. & Bar. in l. ſi duo, ff. vti poſſid. loquantur de interdicto, quod eſt in rem ſcriptum, petitionem vero hæreditatis eſſe perſonalē,
8 & ideo non dari cōtra ſingularem ſucceſſorem. † Qm̄ verum non eſt petitionem hæreditatis eſſe actionē perſonalem, ſed eſt actio realis, l. ſed etſi legem, §. petitio, ff. de pet. hær. l. ſin autem, §. ſed ſi is, ff. de rei vend. late Signor. de Homod. conſ. 48. per totū. Ang. Aret. in §. ſed iſte, nu. 7. Inſt. de act. Corn. conſ. 47. col. fi. ver. Requirit enim petitio, lib. 4. Aſin. in ſua Praxi, §. 31. c. 65. & quāuis actio illa videatur mixta rōne effectus ꝓpter aliquas pręſtationes perſonales, non propterea immutatur eius natura, nec tertia ſpecies cōſtituitur, vt dicunt Signor.
9 & Aſin. in dictis locis, † & ſine dubio realis eſt, quoties pro rebus incorporalibus proponitur, ſecundum Bart. in l. hęreditatis, nu. 1. C. de petit. hæred. Merito eo caſu datur etiam contra titulo poſſidentem, ſicut datur interdictum, de quo glo. & Bart. loquuntur.

Ex quibus omnibus concluditur, moniales prædictas obtinere debere in hoc iudicio alteram ex dictis tribus actionibus, cum clare conſtet bona fuiſſe patris & fratrum ſororis Pacificæ, & pro parte ſpectare ad moniales, aduerſariosque cauſam habuiſſe a Siluestro cohærede, qui in præiudicium dictarum monialium de illis bonis diſponere non potuit. Et concluſio, de qua ſupra, eo magis ab iſtis Excellentiſſimis Dominis Iudicibus ſequenda eſt.

Primo quia habent poteſtatem procedendi ſola veritate inſpecta, & vt Deus ac Princeps procedere poſ-
40 ſunt, vt dixi, † propter quam facultatem reos etiam titulo poſſidentes condemnare debēt vt in remedio can. redintegranda. contra titulo poſſidentes intentato, firmauit Senat. Pedem. in deciſ. 93. in fin.

Secundo quoniam hęc concluſio habet ſummam æquitatem, ne alias contingat moniales agentes ex perſona ſororis Pacificæ de bonis paternis & fraternis, ad moniales deuolutis, remanere deſtitutas, vt conſiderat in propoſito Alex. in conſ. 90. col. fin. verſic. & licet Salic. lib. 2.

Tertio quia agitur de fauore monialium, pro quibus etiam in dubijs opinionibus iudicandum eſt. Dec. in c. præſentia, nu. 287. de probat. Iaſ. conſ. 43. nu. 6. lib. 3.

Cauſa iſta abſque aliqua ſententia fuit per tranſactionem ſopita.

ARGVMENTVM.

Priuatus poſſeſſione per contractum à ſe metu, ſeu aliter nulliter geſtum, an & quando agere poſſit remedio poſſeſſorio pro eius poſſeſſione recuperanda.

SVMMARIVM.

1 *Renuncians iuri ſuo amittit ciuilem & naturalem poſſeſſionem, priuaturque remedio recuperandæ poſſeſſionis. Declaratur num. 33.*

2 *Remedium can. redintegranda, denegatur ei, qui ſuo facto & culpa poſſeſſione fuit priuatus. Declaratur num. 35.*

3 *Inſtrumentum publicum probat notorie ius ac proprietatem bonorum. Intellige quando contra inſtrumentum nihil obijcitur, aliàs ſecus, num. 37.*

4 *Spoliatus non reſtituitur, quando per inſtrumentum publicum notorie conſtat de dominio poſſeſſoris, & de non iure ſpoliati.*

5 *Metus purgatur ex ſubſequenti actu voluntario. Declaratur num. 40. cum ſeq.*

6 *Metus excluditur per clauſulas inſtrumēti, Non vi, dolo, metu. Sed ſponte. Sed contra num. 43.*

7 *Contractus metu geſtus valet ipſo iure, ſed per exceptionē irritatur. Declaratur nu. 45. cum ſeqq. vbi limitatur.*

8 *Voluntas licet coacta, voluntas eſt.*

9 *Spoliato poſſeſſione ex contractu metu geſto, non competit remedium poſſeſſorium, ſed actio quod metus cauſa. Sed contra nu. 29. cum ſeq. & per totum.*

Amplia quod nec competit priuato poſſeſſione ex contractu nullo, nu. 11. Contrarium, num. 23.

10 *Poſſeſſio etiam ex contractu nullo transfertur. Declaratur num. 25. cum ſeqq.*

12 *Exceptio dominij opponi poteſt contra agentem pro recuperanda poſſeſſione quam per metum in alium tranſtulit. Sed contra nu. 49. Prima tamen opinio poteſt procedere, quando poſſeſſio peruenit ad poſſeſſorem ſine vitio. Secus ſi cum vitio, num. 38. cum ſeq.*

13 *Remedium propoſitum ex concluſione libelli cognoſcitur.*
14 *Petitorium non cenſetur deductum ex petitione fructuū non principaliter, ſed in conſequentiam reſtitutionis poſſeſſionis.*
15 *Spoliator condemnatur ad reſtitutionem poſſeſſionis vna cum fructibus, damnis, expenſis, & intereſſe, etiam quādo agitur remedio poſſeſſorio.*
Nec audiri poteſt, donec omnia non reſtitueris vſque ad obulum, nu. 16.
17 *Petitorium per ſpoliatum ſuſpendi poteſt in quacumque parte iudicij ante concluſionem in cauſa.*
18 *Cōtractus metu geſtus nō attēditur, nec ratus haberi dēt.*
19 *Spoliatus poſſeſſione ſine iuſta cauſa reintegrari debet, non aliter probato ſpolio.*
20 *Remedium recuperandæ poſſeſſionis de iure canonico competit ex quacunque irrationabili occupatione etiam ſine violentia.*
21 *Contractus metu geſtus redditur nullus ipſo iure præmiſſa proteſtatione, quod actus metu gerebatur, cum ſeq.*
Amplia etiam ſi proteſtatio fuerit facta occulte, & actus non dependeat à mera voluntate proteſtantis, nu. 22.
24 *Conſtitutum ſequitur naturam cōtractus, ſuper quo interponitur. Et ſi non valet contractus, nec tenet conſtitutū.*
25 *Poſſeſſio per clauſulam conſtituti, appoſiti in contractu nullo, non transfertur, cum ſeq.*
28 *Poſſeſſio ex contractu nullo geſto cum adulto, transferri poteſt. Secus ſi cum pupillo.*
30 *Fabius Accorābonus Eugubinus Rotæ Romanæ Decanus Iuris Conſultus magnę ſcientię.*
31 *Exceptio proprietatis non admittitur contra agentem remedio recuperandę poſſeſſionis.*
Amplia etiam ſi ſpolium cauſatum fuit ex contractu metu geſto, & ſic per vim compulſiuam, nu. 32.
34 *Nullum quod eſt, nullum prębet impedimentum.*
36 *Dominium non transfertur ex contractu nullo, cui lex reſiſtit.*
39 *Metus illati exceptio afficit etiam ſucceſſorem.*
Et durare pręſumitur quamdiu viuit ille, qui metum intulit, nu. 41.
42 *Exceptio purgationis metus opponi poteſt contra agentē actione quod metus cauſa tantum, non contra agentem remedio recuperandę poſſeſſionis.*
44 *Iuramentum metu extortum non obligat parti extorquēti iuramentum, ſed ab eo recedi poteſt, ſaltem obtenta abſolutione.*
46 *Contractus quando annullatur per legem, non eſt opus, quod petatur declarari nullus per iudicem, ſed ſufficit deducere in iudicium ius ſuum. Et ſi opponitur de contractu, replicare de nullitate.*
47 *Pręſumendum magis eſt pro Conſilijs Collegiorum, quam particularium perſonarum.*
48 *L. fin. §. fin. ff. de eo quod met. cauſ. intellectus.*
50 *Capituli ſuper hoc, de renunciation. intellectus.*

CONSILIVM XXIII.

QVONIAM cauſa vertens inter D. Picotum & fratrem de Picotis actores, & D. Catharinam hæredem D. Vbaldi Sangradalis ream conuentam, oēs de Eugubio, in qua a me reſpōſum petit, non ſolū non eſt inſtructa, ſed nec in ea adhuc fuit publicatus proceſſus. Superfluum nunc vī aliquid de meritis cauſæ attingere. Sed ſolum videndum eſt, numquid Dominis de Picotis competat remedium poſſeſſorium pro recuperanda poſſeſſione bonorum, de quibus agitur. Et D. Catharina admittenda ſit ad probandum exceptionem dominij deductam in capitulis pro eius parte productis.

In qua difficultate videtur pro Dom. Catharina reſpondendum, quoniam anno 1563. Picoti vendiderunt D. Vbaldo bona, de quibus agitur, poſſeſſionēq. in eum tranſtulerunt, iuribus omnibus ipſis in dictis bonis tunc competentibus, renunciauerunt, ex quibus a remedio poſſeſſorio redintegrandæ excluduntur.

1 Primo, quia † quando quis renunciat iuri ſuo, amittit ciuilem & naturalem poſſeſſionem priuaturque remedio recuperandæ, c. ſolicite, iuncto, c. accepta, & c. audita, de reſtit. ſpol. Inn. in c. ſuper hoc, de renun. cum alijs allegatis per Ant. Gabr. in ſuis conclu. in tit. de reſtit. ſpol. conclu. 1. lim. 6. nu. 57.

2 Secundo quoniam † Picoti per dictum inſtrumentū venditionis tranſtulerunt poſſeſſionē in D. Vbaldum, & ſic eorū facto, & culpa, poſſeſſione priuati fuerunt, remedio redintegrandæ poſſeſſionis experiri non poſſunt, cū illud denegetur ei, qui ſuo facto, & culpa poſſeſſionem amiſit. Soc. in l. rem quæ nobis, nu. 8. ff. de acq. poſſ. Rip. qui de cōi teſtatur, in c. ſæpe, nu. 27. de reſtit. ſpol. Abb. in c. accedens, el 1. nu. 19. vt lite non conteſt. Caſtad. deciſ. 4. nu. 6. de reſt. ſpol. Beninten. deciſ. 10. alios refert Menoc. de recup. poſſ. remed. 15. num. 94. in 14. q. Et quod remedium redintegrandæ poſſeſſionis denegetur ei, qui ex proprio contractu a poſſeſſione cecidit, firmant Alex. conſ. 92. nu. 5. lib. 1. Soc. ſen. conſil. 39. nu. 5. prope fi. verſi. Præterea in caſu noſtro, lib. 3. Dec. conſil. 55. col. fi. verſ. Nec obſtat.

3 Tertio inſtrm † dictę venditionis cum ceſſione iuris notorie oſtendit ius reæ ac eiuſdem proprietatem probat, cum inſtrm ſit probatio probata. Bar. in l. 1. in principio nu. 8. & ibi Iaſ. nu. 10. ff. de noui operis nunc. Dec. conſil. 423. num. 9. Tiraquel. de retractu conſanguin.
4 §. 2. glo. 1. nu. 20. & 21. † Et qñ notorie per publicum inſtrm conſtat de dominio rei, ac de non iure petentis reſtitutionem poſſeſſionis, ſpoliatus non reſtituitur. Lap. alleg. 24. circa medium. Rota deciſ. 16. de reſtit. ſpol. in nouis. Alex. in l. naturaliter, §. nihil commune, in fi. de acq. poſſ. & in l. licuit, num. 26. & 27. ff. eo. tit. Cap. dec. 77. nu. 4. & poſt alios multos Menoch. de recuper. poſſ. remed. 1. q. 17. nu. 223.

Nec intentioni Reæ obſtare videtur, dum actores prætendunt eos metu fuiſſe inductos ad vendendum.

5 Primo, † quia ſi metu vendidiſſent, metus purgatus fuit ex ſubſequenti quietatione facta ex interuallo, cū ex ſubſequenti actu voluntario metus præſumatur purgatus, c. 1. vbi Doctor. de his, quæ vi metusve cau. l. 2. C. quod met. cau. l. penul. vbi Iaſ. num. 1. & ceteri, ff. de cond. ob turp. cau.

6 Secundo † ſtante quod pręſupponitur reperiri in inſtrumento clauſulam, Non vi, dolo, metu, ſed ſponte, ex clauſula illa probatur libera ac ſpontanea volūtas, metusque excluditur. Abb. in c. ſolicite, nu. 16. in fi. de reſtit. ſpol. Soc. ſen. conſ. 59. nu. 16. in fi. li. 3. Neuiz. conſil. 46. nu. 22. & 36. Accedente maxime iuramento, ſecundum Abbatem in dicto loco.

Tertio pro defenſione D. Catharinæ conſiderandū eſt, quod ſi conſtaret de metu, non propterea actores a-
7 gere poſſent remedio recuperandæ poſſeſſionis, † quoniam contractus metu geſtus, valet ipſo iure, ſed per exceptionem irritatur, cap. Abbas, de his quæ vi metusve cauſ. l. metum, §. ſed quod prætor, ff. de eo quod met. cau. Vital. in tract. de clauſul. in clauſul. non vi. verſic. Supereſt vt ſubiungamus. Burſat. qui de com-
8 muni teſtatur, conſil. 72. nu. 21. lib. 1. ea ratione, † quia voluntas licet coacta, voluntas eſt, l. ſi mulier, §. ſi metu, ff. de eo quod met. cauſ. canon. merito. 15. quæſt. 1. iuncta gloſſa, in verb. vult. leg. ſi priuatus. in principio, ff. qui, & à quibus. Deci. in l. velle non creditur, numero 3. & ſequent. ff. de regul. iur. Iaſon in leg. qui

in

in aliena,§.Celſus,nu.35.ff.de acq.poſſ.Si igitur contra
ctus metu geſtus valet mero iure, & voluntas licet coa-
9 cta, voluntas eſt, † ſequitur quod priuatus poſſeſſione
ex ſuo facto,licet metum alleget,non poſſit agere reme
dio poſſeſſorio pro recuperanda poſſeſſione ex iam di-
ctis, ſed actione quod metus cauſa agere debeat, vt in
terminis firmat Abb.in c.ſuper hoc,nu.38.in fin.& 44.
de renun.poſt Ant.de Butr.ibi,nu.25.ver. Quędam eſt
vis compulſiua. Natta conſ.386.lib.2. Menoch. clare
conſ.2.nu.168.& ſeq.nu.219.& ſeqq.lib.1. repetito in
reſpon.2.Cauſæ Finarienſis, art.3.nu.36. & ſeqq.im-
preſſo poſt tractatum eiuſdem de recuper.poſſeſ.quam
opinionem confirmat ipſe Menoch.in trac.de recuper.
poſſeſſ.remed.1.num.103.& ſeqq.

Quarto ſi admitteremus cōtractus illos metu geſtos
10 ipſo iure nullos eſſe,† nihilominus quia etiam ex eo cō
tractu nullo trāſfertur poſſeſſio ſequuta traditione,l.1.
§.ſi vir vxori,& ibi Caſt.Alex.Iaſ.& alij,ff.de acq.poſ.
11 vigore † illius etiā nullæ traditionis, ac nulliter præſtiti
cōſenſus,actores excluſi fuerunt ab illo remedio poſſeſ
ſorio, & tāquam ſpoliati poſſeſſionem recuperare non
poſſunt,l.fi.ff.de eo quod met.cau.Soc.ſen.conſ.59.nu.
5.lib.3.Ant.Gabr.in d.concluſ.1.limit.32.nu.156.

Conſiderandum eſt etiam Quinto loco, quod ſi ad-
mitteremus actores recte egiſſe remedio illo can.redin
tegranda, non propterea excluderent D. Catharinam
ream conuētam,quin dominij exceptionem obijcere,
12 ac probare poſſet,quoniam † contra agentem pro recu
peratione poſſeſſionis, quam actor per metum in aliū
tranſtuliſſe aſſerit, & ea per vim compulſiuam ſe ſpo-
liatum prætendit, exceptionem dominij obijci poſſe
probatur,in c.ſuper hoc,de renun. & ita ſcripſerunt in
l.naturaliter,§.nihil commune,ff.de acq.poſſ.Alex.nu.
18.Rip.nu.74.& ceteri. Bal.in l.3.in prin.ff.de eo quod
met.cau.Soc.ſen.in conſ.59.nu.5.lib.3.Menoch.qui te
ſtatur ita ſere omnes tenere in d.conſ.2.nu.219.

Prædictis non obſtantibus,contrarium puto verius:
Conſtat enim ex libello Dominorū de Picotis eos pro-
poſuiſſe remediū can.redintegranda,3.q.1.& l.ſi colo-
ni,C.de agr.& cenſit. lib.11. vt expreſſe dicitur in eius
13 concluſione, † quæ concluſio attendi ſolet ad cogno-
ſcendum remedium intētatum,non aliter attentis ver-
bis narratiuis,c.ex parte,vbi Abb.& Ant.de But.de fo
ro compet.Ant.de Butr.& Aret.in c.fi.de iud.Fel.in c.
ex parte,in prin.de teſt.Rip.in d.§.nihil cōmune,n.11.
& 197.Dec.conſ.28.nu.3.& conſ.493.num.28. Iac.de
S.Georgio in l.ſi de vi,num.12.ff.de re iudi. Rol.à Val.
conſ.41.num.17.lib.3.Nec ex eo quod in libello petun
tur fructus, dici poteſt fuiſſe intentatum etiam petito-
14 rium, † cum enim illi non fuerint petiti principaliter,
ſed in conſequentiā reſtitutionis poſſeſſionis,petitoriū
non cenſetur deductum.Franc.Sarn.de reddit. eccleſ.
par.3.c.2.nu.28.Rol.à Val.conſ.31.nu.36.lib.3.Ceph.
conſ.63. nu.24.lib.1. Contard.de momen. poſſ. lim.1.
15 nu.45. † Quia ēt in iudicio poſſeſſorio redintegrandæ
ſpoliator condemnatur ad reſtituendum poſſeſſionem
vna cum fructibus,damnis,expenſis,& intereſſe, quod
paſſus eſt ſpoliatus ob ſpolium, c.accedens, el 2. & ibi
Abb.vt lit.non conteſt.c.grauis, de reſtit.ſpoliat. Ripa
16 in d.§.nihil commune,nu.50.† & donec ſpoliator non
reſtituerit poſſeſſionem,intereſſe,& fructus, ac expen-
ſas vſque ad obolum, non poteſt audiri, nec ſpoliatus
tenetur ſuper alijs reſpondere ſpoliatori, c.conqueren-
te,in verb.integre,& ibi Bald.in 1.col.de reſtit.ſpoliat.
Pariſ.conſ.105.lib.3. cum alijs multis adductis per An
ton.Gabr.in d.concluſ.1.nu.11.& 13.Vnde licet acto-
res petierint condemnari Ream vna cum fructibus, dā
nis,expenſis,& intereſſe,non propterea deduxerunt pe
titorium, cum huiuſmodi condemnatio facienda ſit ēt
in iudicio poſſeſſorio, prout etiam firmant Conſilium
regium Imperatoris,ac Collegium Papienſe,& Bono-
nienſe in infra allegandis reſponſis in fine.

Et quia (vt mihi præſupponitur) pluries in actis fuit
declaratum,quod in ſolo poſſeſſorio procedatur,& pe
titorium,ſi quod intentatum eſſet,fuit ſuſpenſum, nūc
17 in ſolo poſſeſſorio procedēdum eſt,qm ēt † quando ſpo
liatus propoſuit petitorium,& poſſeſſorium,poteſt pe-
titoriū ſuſpendere in quacūque parte iudicij ante cau-
ſæ concluſionem, & inſtare, vt in ſolo poſſeſſorio pro-
cedatur, Clem.1.de cau. poſſ.& propriet.c.paſtoralis,
eo.tit.Cap.dec.28.n.2.& ſeq. Soc.iun.in d.§.nihil cōe,
n.337.Put.dec.298.in fi.lib.2.Alex.Iaſ.& ceteri, quos
refert,& ſequitur Ant.Gabr.in alleg.concl.1.nu.50.in
3.lim.ver. Sed iſto caſu,& Tib.Dec.conſ.37.nu.51.lib.
3. Remedium autem poſſeſſoriū recte proponi potuiſ-
ſe,& actorib.cōpetere ex infra dicendis demonſtratur.

Primo,quia prę ſupponitur actores fuiſſe priuatos eo-
rū priſtina poſſeſſione per aſſertam venditionem ab eis
18 factā D.Vbaldo anno 1563.† Et quia vēditio illa fuit
extorta per vim & metū,iniuſta videtur,nec attēdi de-
bet,qm quæ metu geſta ſunt,rata haberi non debent,l.
1.ff.de eo quod met.cau.vbi vox Dei poſuit in ore Prę-
toris edictum,de quo in d.l.1. ſecundum Bald.in tit. de
contrahen.inueſt.in fi.Boer.dec.102.n.1.Soc.iun.conſ.
77.n.91.lib.1.Rol.à Val.conſ.100.n.129.lib.4.Et pro-
pterea actores priuati eorū poſſeſſione per illā aſſertam
iniuſtiſſimam vēditionem, ad eā velut ſpoliati ante oīa
redintegrandi ſunt remedio d.can.redintegranda,& l.
19 ſi coloni:† Quod conceditur oīb.qui ſine iuſta cauſa eo
rum poſſeſſione reperiuntur priuati & quod priuatus
poſſeſſione ſine iuſta cauſa reintegrandus ſit, etiam nō
aliter probato ſpolio,firmāt Innoc. in c.ſępe, per illum
tex.de reſtit.ſpol.n.2.ver. Immo plus videt, vbi Ant.de
Butr.nu.12.& Abb.nu.18.Imo.in c.cū ad ſedē,nu.18.
ver.In ea gl.eo. tit.Alex. qui de cōi teſtatur conſ.51.in
prin.lib.1.Crau.conſ.819.n.5.& conſ.879.nu.1. lib.5.
20 Fran.Bec.conſ.13.n.1.† & quod poſſeſſorium redinte-
grandæ detur de iure canonico, qn̄ res irrationabiliter
occupata eſt ex quacunque irrationabili occupatione,
etiam ſi nulla violentia interueniſſet, firmat Anton.de
Butr.in c.1.de reſt.ſpol.& poſt eum ibi Bero.nu. 10. &
ideo dixit Ceph.conſ.289.nu.20.lib.2. poſt Dec. conſ.
57.nu.6.ver.Si ergo,& Alex.conſ.78.n.3. ver.& ſicut,
lib.1.Quod vt competat remediū redintegrandæ poſ-
ſeſſionis,nihil aliud debet deſiderari, niſi an actor ceci-
derit à poſſeſſione ſine iuſta cauſa.

21 Secūdo pro Picotis moueor ex eo, † quod cōtractus
metu geſtus nullus redditur,l.interpoſitas,vbi Bal. n.7.
in fi.& ceteri oēs,C.de tranſact.gl.in l.1.§.quę oneran-
dæ,in ver.metu ſolo,ff.quar.rer.actio non dat.Cur.iun.
conſ.126.n.1.& 8.lib.2.Neui.conſ.52.n.46.& licet re-
gulariter cōtractus metu geſtus mero iure ſubſiſtat,ſed
ope exceptionis annulletur, vt fuit dictū, illud procedit
qn̄ aliqua proteſtatio non pręceſſit, ſed quando pręceſ-
ſit proteſtatio contrahentis, quæ declaret conſenſum
abeſſe(vt euenit hic,cum Picoti proteſtati fuerint ante
venditionem ſe oīa facturos vi & metu ac contra eorū
voluntatem)eo caſu quia proteſtatio remouet volunta-
tē ab actu,& cōtractus huiuſmodi ob dictā proteſtatio-
nē non habet conſenſum,l.qui in aliena,§.fin.ff.de acq.
hęred.& redditū nullus ipſo iure,vt poſt Din.§.fi.in ter
22 minis declarat Paul.de Caſtr.in eo.§.fi.num.3.† qui di-
xit declarationem illam procedere, quamuis proteſta-
tio fuerit facta occulte, & actus ille non dependeat
ex mera voluntate proteſtantis, & pro opinione Cae
ſtrenſis adduci poteſt Hoſt.in cap.2. de his quæ vi me-
tuſve cauſ. quem ceteri ſequuntur, vt ibi teſtatur Ab-
bas,num.18. pro eadem opinione facit Anton. Butr.

& Abb.in cap.tua nos, de ſponſal.& eam late ſequitur
Ruin.conſ.121.nu.24.& ſeqq.lib.4.qui nu.25.ver.Sed
iſta differentia,dicit upinionem iſtam eſſe communem
& veram,quam etiam approbauit Hieron.Gabr.conſ.
149.num.95.lib.2.& Collegium Papienſe in 3.reſpon.
cau. Finarien. nu.27. quæ reſponſa ſolent apponi com-
muniter poſt tractatum Menochij de recuperanda poſ-
ſeſſione, Cum igitur contractus ille metu geſtus ob præ-
cedentem proteſtationem eſſet ipſo iure nullus, dicen-
dum eſt Dominos de Picotis ab eorum poſſeſſione ſine
iuſta cauſa cecidiſſe, & ob id eis competere remedium
reintegrandæ poſſeſſiunis. Crau.conſ.248.col.fin. ver.
Rurſus ſi contractus,lib.2.& melius,conſ.879.num.1.
23 lib.5.& Franc.Becc.conſ.13.num.7.† & quod quando
quis priuatus fuit eius poſſeſſione ex contractu nullo,
poſſit agere remedio poſſeſſorio pro eius recuperatio-
ne,etſi excipiatur de contractu a ſe geſto,ſufficiat repli-
care de nullitate,firmat Neuiz.conſ.85.nu.12.& eam-
dem opinionem amplectuntur Alex.conſ.1.nu.24.lib.
4.Rol.à Val.conſ.72.nu.9.lib.4.Menoch.conſ.314.n.
17.lib.4.& de recuper.poſſ.rem.15.nu.191.qui dicunt
pupillum, Rempublicam,ſeu alium priuatum poſſeſſio
ne ex alienatione, agere poſſe remedio poſſeſſorio pro
recuperatione ſuæ poſſeſſionis, & in terminis contra-
ctus facti per metum ob dictam ratioẽ ita firmat Col-
legium Papienſe,in d.reſpon.3.0.25.& ſeqq. Quod fun
damentum in caſu iſto magis obtinet, conſiderando
quod ex contractu illo nõ fuit tranſlata poſſeſſio in Do
minum Vbaldum, etenim ipſe Vbaldus ante dictã ven
ditionem,factam à Picotis nõ poſſidebat illa bona, ſed
tempore contractus illa detinebat iure locationis, ſibi
prius factæ à Dominis de Picotis,& tempore dictę ven
ditionis ſeu poſtea ipſi non fuit facta alia realis traditio
poſſeſſionis,ſed ſolum poteſt prętendi tranſlata poſſeſ-
ſio per fictam traditionem ex clauſula conſtituti, ſeu
24 precarij. † Verum quia conſtitutum ſeu precarium eſt
acceſſorium contractus,in quo apponitur,& ſi contra-
ctus non valet nec tenet conſtitutum eius acceſſorium,
quod principalis naturam ſequitur,Bal.in l.ex teſtamẽ-
to,in fin.C.de fideicom. Iaſ.in l.non dubium,nu.56. C.
de leg. Alex.in l.1.§.ſi vir vxori,col.3.& in l.quod meo,
col.vlt.ff.de acq.poſſ.Roman.conſ.171.col.2.& conſ.
246.col.1.Ruin.conſ.136.col.vlt.lib.1.Grat.qui de cõ
muni teſtatur conſ.69.nu.20.lib.1.& diffuſe more ſuo
poſt alios multos Tiraq.de conſtit.par.3. limit.7.n.16.
25 Per † clauſulam conſtituti ſeu precarij ex dicto contra-
ctu nullo,non fuit tranſlata poſſeſſio. Imol.in l.ſi aliquã
rẽ,nu.6.ff.de acq.poſſ. Doctores in d.§.ſi vir vxori,vbi
Caſtr.nu.5.Alex.nu.8.Iaſ.num.11.& 16.Socin. col.2.
verſi.Secunda concluſio.Caſſan.conſ.7.num.55. Bald.
Roman. & alij multi, quos refert & ſequitur Tiraq. in
d.limit.7.nu.14.& ſeq.Bero.conſ.69,nu.3.lib.3.qui de
cootractu nullo ob metum loquitur, & Burſat. conſil.
100.nu.24.lib.1. Quæ opinio ex eo confirmatur, quòd
cum non fuerit tempore venditionis ſeu poſtea,deuen-
tum ad actum realis traditionis, ſed quod D. Vbaldus
bona,quæ iure locationis detinebat pro Picotis,cœpe-
rit poſſidere ex cauſa prætenſæ venditionis, & ſic con-
tractus ille venditionis fuerit cauſa immediata præten-
ſæ tranſlationis poſſeſſionis, ex eo nulla fuit tranſlata
26 poſſeſſio.† Nam quando contractus nullus eſt cauſa im
mediata poſſeſſionis, ex inutili contractu non transfer-
tur,ſed vitiato contractu,vitiatur etiam actus tranſlati-
uus poſſeſſionis ſecundum Bald.in d.l.non dubium,nu.
18.quem ſequuntur Alex.in l.ſi aliquam rem,nu.13.ff.
de acq.poſſ.Iaſ.in d.l.non dubium,n.55.Grat.conſ.90.
nu.18.lib.1.& poſt alios Tiraq.in d.7.limit.nu.23. Sed
quando poſſeſſio non acquiritur immediate ex ipſo cõ-
tractu,ſed mediante traditione, tunc ex inutili contra-
ctu transfertur poſſeſſio,& ita procedit tex.in d.§.ſi vir
27 vxori, vt declarant Doctores in dictis locis.† Præterea,
quia contractus ille venditionis nullus redditur ipſo iu-
re propter metum ratione defectus conſenſus ob prote
ſtationem pręcedentem, vt dixi ſupra ex eo non potuiſ-
ſet transferri poſſeſſio etiam ſi eius vigore fuiſſet deuẽ-
tum ad actum actualis traditionis, tunc enim ex contra
ctu nullo ſecuta actuali traditione trãsfertur poſſeſſio,
qñ contractus non eſt nullus ratione conſenſus ea ratio-
ne,quia poteſt quis ex propria voluntate transferre poſ
ſeſſionem etiam ex cauſa falſa,& putatiua. Sed quando
contractus nullus redditur ob defectum conſenſus, tũc
poſſeſſio non transfertur ex huiuſmodi cõtractu nullo,
quia non adeſt animus transferendi,ita Bald. in d.l.non
dubium,nu.18.in 10.oppoſ.Sal.in l.qui rem, num.1.&
nu.2.ver. Quę confirmo,& n.4.ver. Attende,C.locati.
28 Alex.conſ.69.nu.14.lib.5.† Et magis clare Put.deciſ.
277.per totam,lib.3.qui per dictas rationes dixit fuiſſe
reſolutum in Rota Romana, quod quando contractus
puta minoris eſt nullus ob non adhibitas ſollemnitates,
ſi minor erat adultus,ex eo cenſetur trãslata poſſeſſio,
& ceſſat remedium reſtitutorium. Sed ſi cõtractus fuit
factus pupillo,vel aliter nullus redditur defectu conſen-
ſus,ex eo poſſeſſio non cenſetur in alium tranſlata,& a-
gi poteſt remedio recuperandæ poſſeſſ.
29 Tertio † quod priuatus poſſeſſione per contractũ nul
lum metu extortum,& ſic per vim compulſiuã, licet a-
gere poſſit actione,quod metus cauſa,poſſit tñ intenta-
re etiam remedium poſſeſſorium can.redintegranda,3.
q.1.vel aliud ſimile,firmant Bar.in l.pen.n.1.ff.de cõd.
ob turp.cau. & in l.2.nu.12. C.de his, quæ vi metuſve
cau. Io.de Imo.in l.naturaliter,§.nihil cõe,n.5.ver.Sed
certe ibi loquitur,& ibi Rip.nu.74.Iaſ.in d.l.pen.nu.3.
Ant.de Alex.in l.2.C.de his quæ vi metuſve cau.quem
refert,& ſequitur Rub. Alex.in repet.in d.§.nihil cõe,
nu.146.Horman. Detus.ibi in repet.nu.39. quam opi-
30 nionem magis clare firmat Dominus Fabius † Accori-
bonus Eugubinus olim Rotæ Romanæ Auditor, &
Decanus & magnæ ſcientiæ iuris conſult. in repe. d.§.
nihil commune,n.52. Et eamdem concluſionem, quod
priuatus poſſeſſione per vim compulſiuam per contra-
ctum metu geſtum agere poſſit remedio d.can.redinte-
grãda, vel ſimili, in terminis firmauit Sacrum Conſiliũ
Ferdin. Imperatoris primo reſponſio Cauſę Finariẽſis,
n.42.& ſeq.46.& ſeqq.multis, Collegium Papienſe in
3.reſpon.Cauſæ Finarienſis, nu.25. & ſeq. & tamdem
ita firmauit Collegium Patauinum in reſponſo quinto
dictæ cauſæ Finarienſis per totum, maxime num.14.&
ſeq. quod conſilium fuit deciſiue factum ad inſtantiam
præfati Imperatoris, quæ reſponſa habentur poſt tra-
ctatum Menochij de recuperanda poſſeſſione.

Conſtat igitur ex iã dictis Dominos de Picotis recte
egiſſe remedio can.redintegrãda,& l.ſi coloni. Et ideo
in iudicio deſuper pendẽte debet ad vlteriora procedi,
nec Rea admitti põt ad probandũ ſuper capitulis exhi-
bitis exceptionem dñij, ac petitorium concernentibus.

Primo ex regula gñali, quę habet ſpoliatum ante oĩa
debere reſtitui, l.ſi quis ad ſe fundũ, C.ad leg. Iul. de vi
31 publ.† non obſtante exceptione dñij & ꝓprietatis, quę
contra agentẽ remedio recuperandæ poſſeſſionis non
admittitur, l.ſi de vi,ff.de iud.c.in litteris,de reſtit.ſpol.
Io.And.in c.ſi beneficia,ver.Nõ obſtat regula,de præb.
in 6.Bellon.dec.17.Doctores communiter in d.§.nihil
cõe,vbi Alex.nu.20.& Rip.nu.52.cum alijs multis ad-
ductis per Ant.Gabr.in d.concl.1.n.43.in 23.ampliat.

Scđo per textum in l.medicos,ff.de var.& extraord.
cogn.iuncta doctrina Bart.in l.interpoſitas, C.de tran-
32 ſact.† dum probatur eum qui metu amittendorũ oculo
rum rem vendidit, poſſe recuperare poſſeſſionem, nec
ei obij-

ei obijci poſſe exceptionem dominij, reſultantem ex
venditione iam ſibi facta, & bene facit tex. in c.2. & 3.
de reſtit.ſpol.quibus probatur meticuloſam renuncia-
tionem non impedire redintegrationem ſpoliati, prout
dicta iura induxit dictum Sacrum Conſilium Ferdinã-
di Imperatoris in d. reſponſ.1.cauſæ Finarienſ.nu.45.
Quibus non obſtat reſponſio Menoch. in ſuo conſil.2.
nu.223.& ſeq.li.1.repetito in 2.reſpon.cau. Finarien.
quia etiam ipſe, quando, vt hic, obijcitur exceptio, quæ
ſit dominij ex contractu, qui præſupponitur meticu-
loſus, concedit exceptionem illam obijci non poſſe ad
impediendam redintegrationem ſpoliati.

Tertio quod contra agentem remedio recuperandę
poſſeſſionis, qua priuatus fuit ex contractu metu geſto
& ſic vi compulſiua, non poſſit obijci exceptio dñij,
aut alia reſpiciens petitorium, firmant Bar.in d. l. pen.
nu.1.& ibi Iaſ.nu.3.ff.de cond.ob turp.cau. & in l.2. in
fi.ff.de his quæ vi metusve cauſ. Imo. Rip.Fab. Acco-
rambo. Hormanot. Detus.& Rub. Alexan.in d.§.nihil
commune.in locis ſupra allegatis.Sacr.Conſil. Impera
tor.in d. 1.reſpon.nu.43. & ſeq.69. & ſeq. Collegium
Papien.in d.reſpon.3.nu.30.& Colleg.Patauin.in d.5.
reſponſ.deciſiuo.nu.18.

Nec intentioni Dominorum de Picotis ita fundatę
obſtant allegata in contrarium.

Non quidem obſtat Primum obiectum de renũcia-
33 tione iurium facta per Picotos, †qm̃ tunc obſtat renun
ciatio, qñ fuit ſponte facta, & ita procedunt allegata
in contrarium, ſecus ſi renunciatio non fuiſſet ſponta-
nea, vt declarat tex.in c.ſolicite, & in c.accepta, de re-
ſtit.ſpol.& ita loquitur Ant.Gabr.in alleg.concl.1.nu.
57.poſt alios quos ipſe alleg. Sed prætenſa renunciatio
fuit metu facta, ideo non obſtat. Præterea, quia con-
tractus ille redditur nullus ipſo iure ob metum & præ-
cedentem proteſtationem, non põt obeſſe illud obie-
34 ctum, quia ꝙ† nullum eſt, nullum præbet impedimen-
tum, l.ſi eum, la 2.iunct.gl.ff.de dona. inter vir. & vxo.
gl.in l.ſi pater, C.ne de ſtat.defunct. & ita in propoſito
dixerunt Crau.conſ.879.nu.1.lib.5. & Conſilium Re-
gium Imperatoris in d.reſp.1.cau. Finarien.nu.25.

Secundum de amiſſione poſſeſſionis facto, & culpa
Dñorum de Picoris remouetur ex ſupradictis, cũ iam
oſtenſum fuerit remediũ recuperandæ poſſeſſionis cõ-
petere ẽt ei, qui ex ſuo facto poſſeſſionem amiſit, qñ ea
priuatus fuit ſine iuſta cã, & cõtractus a ſe geſtus nul-
35 lus eſt ipſo iure defectu cõſenſus. †Quib.adde non de-
negari remediũ poſſeſſoriũ ei, qui ſuo facto & culpa à
poſſeſſione cecidit, qñ ſpoliator ſuo facto iniuſte feciſ-
ſet, vt ſpoliatus ſuã amiſerit poſſeſſionẽ. ita Ruin. cõſ.
37.n.9.li.4.Benint.dec.10.in fi.& poſt eos ita declarat
Meno.in d.reme.15.n.102.& ſeqq. Sed D.Vbaldus et
filij ob eorũ factũ iniuſtũ ꝓꝑ metũ illatũ fecerunt, qđ
Picoti poſſeſſionem amitterẽt. Ideo ceſſant contraria.

Aliud, ꝙ ex inſtro venditionis notorie conſtet de do
minio Reæ conuentæ, quo caſu reſtitutio denegari ſo-
let, nullo modo nocet. Primo, quia cõtractus ille metu
geſtus eſt nullus, & conſequenter nullũ infert præiudi-
36 cium, vt dixi, nec ex eo probatur dñium Reæ, † qñ ex
contractu nullo, cui lex reſiſtit, vt hic, non transfertur
dñium, l.non dubium, & ibi Doct.C.de legi.Bar.in l.1.
§.ſi vir vxori, in fi.ff.de acq.poſſ.quem ibi ceteri ſequũ
37 tur. † Secundo dr̃, per inſtrm publicum rem claram,
& notoriam oſtendi, & per illud notorie probari domi
nium ſpoliatoris, qñ contra dictum inſtrm nihil obijci
tur, ſed quando aliquid in contrarium obijci poteſt,
inſtrumentum rem claram, & liquidam non facit. Bar.
in l.ſi cauſa cognita, nu.4.& ibi Alex. n.9. C.de tranſa.
Ruin.in l.1.n.44.ff.de oper.nou.nunc. Neuiz.conſ.46.
nu.13.& ſeq. Nec obſtat agenti remedio can. redinte-
granda, vt viſus eſt ſentire Menoch.in d.tract.de recu-
per.poſſ.remed.1.nu.235. At in caſu, de quo agitur, nõ
ſolũ obijcitur contra dictũ inſtrumentum, ſed conſtat
contractum, de quo fuit factum inſtrumentum, eſſe ip
ſo iure nullum, ideo non nocet.

Tertio, quia cõſtat D. de Picotis fuiſſe priuatos poſ
ſeſſione per vim compulſiuam, illamque cum vitio ad
D.Vbaldum auctorem Reæ conuentæ perueniſſe, non
38 põt obijci exceptio defectus notorij dominij, †qm̃ tũc
exceptio defectus notorij dominij obijci poteſt cõtra
ſpoliatum, qñ poſſeſſio peruenit ad poſſeſſorem ſine vi
tio, ſecus ſi cum vitio, ita Bar. Soc.in l.rem quæ nobis,
nu.20.verſ.Sed defendendo, ff.de acq. poſſ. Dec.conſ.
191.num.10. & ita in terminis firmat Collegium Pa-
39 pienſe in d.3.reſp.cau.Finarien.n.31. Et† hmõi vitiũ,
videlicet metus illatus, afficit ẽt D. Catharinam, quæ
ſucceſſit Vbaldo, & filijs.Corn.conſ.127.nu.46.lib.2.
Neuiz.conſ.11.nu.5. Poſtremo, quia aduerſaria oppo-
nit exceptionẽ dominij (vt prætẽdit) acquiſiti ex dicto
inſtro venditionis metu extortæ, audiri non debet, c.2.
& 3.de reſtitut.ſpol.& latius ſupra demonſtraui.

Alia vero, quæ in contrarium adducuntur ad exclu-
ſionem metus, intentioni auctorum non reſiſtunt.

40 Primum de purgatione metus †ita ſubuertitur, con-
ſiderando quod tunc ex ſequenti actu ſpontaneo pur-
gatur metus, qñ tempore actus geſti ceſſabat cauſa me
tus. Dec.in l.in omnibus cauſis pro facto, nume.14. ff.
de reg.iur. Iaſ.in l.penul.num.3. verſic. Tertio limit.ff.
de cond.ob turp.cauſ.& ita procedunt allegata in con
trarium. Sed quando durat eadem cauſa metus, num-
quam ex ſubſequentibus actis metus dr purgatus. Bal.
in l.1.C.de eo, ꝙ met.cau. Bart.in d.l.pen. vbi Iaſ.nu.3.
in 4.limit.Bar.in l.2.C.ꝙ met.cau. Alex.conſ.98.nu.7.
lib.3.vbi de cõi teſtatur. Iaſ.conſ.165.n.5. lib.2. Crau.
conſ.889.nu.4.li.5.Rol.à Val.conſ.2.nu.87. lib.1. etiã
ſtante curſu longiſſimi tꝑis. Dec.in d.l.in omnibus, nu.
14. Senat.Pedemon.deciſ.179.num.12. & Collegium
Bononienſe in 4. reſponſ.cauſæ Finarienſis, num.32.
in quo dicitur, quod durante eadem potentia, & cau-
ſa metus, ille extenſus dicitur etiam ad ſequentia, &
longo tempore interuenientia, iux.l. fin.in fin. C.de eo
41 quod met.cau. † Sed in caſu noſtro tempore præten-
ſæ quietationis durabat eadem cauſa metus, prout de-
bet præſumi, quia tunc viuebant illi, qui metum intu-
lerunt, & quamdiu viuit, qui metum intulit, metus du
rare præſumitur, c.1.vbi Doct. de his quæ vi metusve
cauſ.Bart.Bald. & alij in l.2.C.eod.tit. Crauet. conſil.
869.num.11.lib.5. Ideo nec per ſubſequentem actum,
neque per curſum longi temporis metus purgatus præ
ſumitur. Inſuper tollitur omnis difficultas, ex eo ꝙ Pi-
coti agunt remedio poſſeſſorio recuperandæ, & quia
ſpoliatus debet ante omnia reſtitui, l. ſi quis ad ſe fun-
42 dum, C.ad leg. Iul.de vi, † non poteſt in iudicio iſto op
poni exceptio purgationis metus, quæ ſolum admitti-
tur, quando actione, quod metus cauſa quis experitur,
vt poſt Bar.Bal.Ang. & alios declarat Iaſ.in l.pen.n.3.
in 1.fallen. Et quod qñ quis fuit ſpoliatus, non admitta-
tur contra eum exceptio renunciationis, cum illa non
prę́ſumatur ſpõte facta, ꝓbaṭ tex. d.c.2. de reſtit. ſpol.
43 Parui et† facienda eſt clauſula illa, in inſtris appoſi-
ta, Non vi, dolo, metu, ſed ſponte. Primo, quia videtur
vna cum Collegio Bononien.in d.4.reſpon.cau. Fina-
rien. nu.34. clauſulas iſtas apponi ſolere ex conſuetu-
dine Notariorum, & parum operari, iux.doctr. Barto.
in l.1.q.6.ff.de iur.cod. Secũdo & melius euitatur obie-
ctum, ex eo, ꝙ clauſulæ iſtę effectũ operantur in dubio,
qñ de metu non conſtat, ſed quando metus vere iuſtifi
catur, nihil operantur, quoniam eodem metu quo quis
inducitur ad contrahendum, eodem inducitur ad ſic

affirmandum, vt declarant Io.de Imo.in c.ſolicite.col.
fin.prop.ñ.de reſtit.ſpol. Ang.conſ.215.col.fi.verſ.Ad
huc non obſiſtit. Aret.in conſ.14. in 3.dub.n.16. verſ.
& licet, Crau.conſ.461.nu.32.lib.3. Vnde qua ratione
non tenet contractus metu geſtus, ſic quoque clauſulæ
illæ, vt acceſſoriæ eodem vitio laborant, vt dixit Colle
gium Bononienſe in d.reſponſ.4.nu.35.

44 Nec iurm̃ nocet, † cum.n.iurm̃ metu extortum iu-
rantē non obliget parti extorquenti iurm̃ per metū, ab
eo recedi pōt ſaltem obtenta abſolutione. Auth.Sacra
puberū.C.ſi aduer.vendi, vbi Cin.Bar.Bal.Caſt.Sal.&
ceteri cōiter. Boer.deci.100.n.14. Afflic.dec.263. Mā
del.de Alba conſ.77.nu.17. Neuiz.conſ.52.n.51. Rol.
à Val.conſ.2.nu.76.& ſeq.lib.1. Ceph.conſ.207.n.72.
& conſ.295.nu.18.li.2. Rim.iun.conſ.5.nu.135.li.1.a-
lios adducentes. Et qñ contractus fuit metu geſtus, nō
ſolum iurō non confirmatur, ſed per illud potius nullus
redditur ipſo iure, ēt in caſibus, in quibus alias contra-
ctus, metu geſtus, non fuiſſet ipſo iure nullus, ſed ope
exceptionis tm̃ annullari poſſet ea rōe, quia cū iurm̃ cō
tineat religionē, maior puritas, & honeſtas dēt eſſe in
eo, ideo facilius vitiatur, vt dixit Grat.conſ.71.nu.12.
lib.1. Cuius opinio licet non ſit tuta quantū ad hoc, vt
cōtractus metu geſtus magis reddat nullus, qñ fuit iura
tus, q̃ ſi iurm̃ non fuiſſet interpoſitū, vt elicit ex plene
deductis per Seraphin.de Seraph. de priuil. iuram. pri-
uil.110. Satis eſt, quod omnes conueniunt iurm̃ non o-
perari confirmationem contractus metu geſti, ſed eo
non obſtante contractum ob metum reddi nullum.

Tertia ratio in contrariū adducta, ꝙ ex quo contra-
ctus metu geſtus non eſt nullus ipſo iure, non competit
remediū recuperandæ, ſed actione, ꝙ metus cauſa eſt
45 agendū, Tollitur.† Primo, quia licet contractus metu
geſtus regulariter non ſit ipſo iure nullus, ſed annullan
dus ſit per exceptionē, ſeu actionē quod metus cauſa,
nihilominus multi ſunt caſus in quibus ipſo iure nullus
redditur, relati ꝑ Vital.in tract.de clauſulis, in clauſul.
non vi.verſ.ſupereſt vt ſubiungamus, quia regula nouē
caſus excipit, & rurſus alios enumerat Seraph.de Sera-
phin.in d.priuil.110. Vnde quia conſtat in caſu de quo
agitur, contractū eſſe nullum ipſo iure ob proteſtatio-
46 nem præcedentē, vt dixi ſupra, † qñ lex annullat con-
tractū, nō eſt opus, quod hoc petatur fieri a Iudice.l.nā
& ſi ſub conditione, §.fi.ff.de condi.inſti. Sed ſufficit in
iudicium deducere ius ſuum, & ſi opponitur de contra
ctu, replicatur de nullitate, vt in ſimili dixit Soc.ſen.cō
ſil.18.nu.21.li.1.quē ſequitur Neuiz.conſ.85.n.12. Et
quia Picoti antequam contraxerint proteſtati fuerunt,
quæ proteſtatio excludit conſenſum, vt dixi ſupra, for
tius fateri oportet agi potuiſſe remedio recuperandæ
poſſeſſionis, vt late ſupra demonſtraui, in quibus termi
nis non obſtant Abb.Butr. Natt.& Menoc.in contra-
rium allegati, qui intelligendi ſunt, qñ contractus non
redditur nullus ipſo iure, nec deficit voluntas contra-
hentis in alium poſſeſſionē transferentis, vt ipſi clare di
cunt. Secus qñ vt hic, contractus eſt ipſo iure nullus ēt
defectu cōſenſus; tollitur inſuper oīs difficultas conſi-
derando, ꝙ contractus ille iādiu fuit declaratus nullus
per Serenis. Ducem, & qñ præceſſit declaratio nulli-
tatis, ēt Menoch.in d.conſ.2.nu.122.repetito in d.2.re
ſponſ.cau.Finarienſ. art.3.nu.39. fatetur poſſe agi re-
medio recuperandæ poſſeſſionis, quæ declaratio nulli-
tatis, ēt ſi non præceſſiſſet, adhuc recte agi potuit re-
medio can. redintegranda, & l.ſi coloni, ꝙ oibus ſine
iuſta cauſa poſſeſſione priuatis conceditur, ſiue priua-
ti fuerint vi expulſiua, ſiue vi compulſiua, vt late ſupra
demonſtraui. Et quia opinio illa probatur iurib. &
rōnibus, & approbata fuit a multis doctoribus, & par-
ticulariter a Conſilio Regio Imperatoris, Collegio Pa
pienſi, & Collegio Patauino, ſequenda eſt in iudican-
do, licet aliter ſenſerit Menoch.in d.reſp.2.cau. Fina-
rienſ.repetito in d.conſ.2.li.1.eiuſdem Menochij, ꝙ re
ſponſum ab eo fuit redditū pro reſolutione dubiorum
Collegij Ticinenſis, vt dr̃ in initio d.reſp.2.cauſ.Fina-
rienſ. Et eo non obſtante fuit iudicatum contrariū, vt
fatetur ipſe Menoc.de recup.poſſ.remed.1.nu.107. Et
conſtat non ſolum per reſponſum tertium cauſæ Fina-
rienſis redditū per Collegium Papienſe, ſed ēt per rñ-
ſum quintum eiuſdem cauſæ Finarienſis deciſiuè red-
47 ditum per Collegium Patauinū. Pro† quibus Conſilijs
Collegiorum magis præſumendū eſt, quā pro conſilijs
particularibus, ſecundū Abb.in c.prudentiam, nu.4.in
fi.de off.deleg. Dec.conſ.400.nu.1.& Ant.Gab.in ſuis
conclu.in tit. de teſti.conclu.4.nu.91.in 39.illatione.

Minus obſtat Quartum fundamentum adductum
ad excluſionē intentati remedij, qm̃ licet regulariter
ex inutili contractu transferatur poſſeſſio, ex cōtractu,
de quo agitur, non fuit tranſlata, cum non fuerit deuen
tum ad aliquem actum traditionis, ſed ſolum prætē-
ditur tranſlata per fictam traditionem ex clauſula con
ſtituti, & ſic immediate ex ipſo inutili contractu, & in
caſu iſto deficit etiam conſenſus Dñorum de Picotis,
quo caſu nec ex reali traditione poſſeſſio transfertur,
vt ſupra clare demonſtraui, in quibus terminis non lo-
quuntur Soc. & Gab.in contrarium allegati, cū ipſi lo
quantur in caſu, in quo non deficiebat cōſenſus trāſfe-
rentis poſſeſſionē, & ſolus contractus inutilis non fuit
immediata cauſa transferendi poſſeſſionem, ſed ipſa
48 traditio.† Nec nocet allegata l.fi. §.fin.ff.de eo ꝙ met.
cau.vbi probatur coactum ſoluere ꝑ pœnas, vel mul-
tas Iudicis, non rite impoſitas, nō eſſe ante oīa redin-
tegrandum, ſed repelli per exceptionem veri debiti,
qm̃ textus ille procedit in actione ꝙ metus cauſa, & ſic
qñ agitur petitorio, ſecus ſi poſſeſſorio, vt rñdet Conſi
liū Regiū Imperatoris in d.rñſo primo cauſæ Finar.
nu.48.& confirmatur per Doct.infra allegandos.

Facilis ēt elicitur reſolutio vltimi fundamenti con-
49 trariæ partis, † qm̃ aut agitur actione, ꝙ metus cauſa,
& tunc contra agentem obijci pōt exceptio *dominij*,
& in iſtis terminis procedunt allegata in dicto vltimo
fundamento. Aut vero agitur aliquo remedio poſſeſſo
rio pro recuperanda poſſeſſione, qua qs priuatus fuit,
& nulla pōt obijci exceptio dominij, ſed ſpoliatus dēt
ante omnia reſtitui, vt declarāt Bar.in l.2.nu.12. C.de
his, quæ vi metuſve cau. Bal.in l.3.nu.1. C.eo.ti. Bar.in
l.penul.nu.1.& 2.ff.de cond.ob turp.cau.& ibi Iaſ.nu.
3. Doct.in l.naturaliter, §.nihil cōe, ff.de acq. poſſ. vbi
Imo.nu.5. ver.ſed certe ibi loquitur. Rip.nu.74.& in
repet.eiuſdem, §.nihil cōe. Fabi.Accorambon. nu.52.
Hormannot. Detus, n.38.& ſeq.& Rub. Alex. n.146.
50 qui oēs ita declarant † Dicuntque textum in c. ſuper
hoc, in contrariū allegat.ſolum procedere, qñ petito-
rio agitur, ſecus ſi poſſeſſorio. Vñ cum actores propo-
ſuerint remedium poſſeſſorium exceptionis dominij,
aut alterius petitorium reſpicientis, nulla eſt habenda
ratio, vt etiam firmant Collegia præfata in allegatis re
ſponſis, & plene ſupra demonſtraui.

Ex quibus omnibus concludo recte fuiſſe propoſitū
remediū poſſeſſoriū, & ꝑpea capitula cōcernentia pe
titorium, & ſic exceptionē proprietatis reijciēda eſſe.

Et ita iudicatū fuit per Excellentiſs. D. Locumtenentē Sereniſs. D.mei Ducis Vrbini in ciuitate Eugubij, qui die 27. Febr. anni 1589. admiſit tantū Capitula concernentia poſſeſſorium, ceteris petitorium reſpicientibus reiectis, rogato D.Conſtantino Andreolo Notario Eugubino. Et huiuſmodi decretum confirmatum fuit per Excellentiſs. D. Prætorem eiuſdem ciuitatis Die 20. Iunij 1589. rogato D. Michelangelo Eugenij Notario Eugubino.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Inſtantia cauſæ appellationis, ſi non fuerit terminata infra tempus duorũ menſium, præfixum à ſtatuto Peruſino, nũquid appellãti ex iuſta cauſa ſubueniendũ ſit, vel appellatio remaneat deſerta.

SVMMARIVM.

1 *Appellanti ad proſequendum cauſam appellationis de iure datur annus, & ex iuſta cauſa ſecundus.*
2 *Statutum Peruſinum lib. 2. Rub. 28. reſtringens inſtantiã appellationis ad duos menſes, factis requiſitionibus, de quibus in eo late declaratur per totum conſilium.*
3 *Statuti diſpoſitio quando eſt clara, ab eius verbis non eſt recedendum.*
4 *Statutum abbreuiare poteſt inſtantias iuris communis.*
5 *Statutum in loco ſtatuentium pro iure ciuili illius ciuitatis ſeruari debet.*
6 *Statutum terminans inſtantiam appellationis reſpicit ordinaria, & ligat omnes litigantes in loco ſtatuti.*
7 *Statutum, quod ſtat derogatiue ad ius commune, ab eo interpretationem recipere non poteſt. Sed contra, num. 22. cum ſeqq.*
Et declaratur, num. 27. cum ſeqq.
8 *Lex qua corrigitur, nõ interpretatur legem nouam. Intellige vt num. 27.*
9 *Appellatione deſerta ſententia rata manet, ac ſi ab ea non fuiſſet appellatum.*
10 *Appellanti cui per ſtatutum Peruſinum aſſignantur duo menſes ad terminandum cauſam appellationis, illis elapſis, ex cauſa concedi debet alius terminus pro ſecundo fatali, Et infra per totum.*
11 *Statuta tantum diſponunt, quantum loquuntur, & non vltra, nec ampliari, ſed reſtringi debent, vt minus corrigãt ius commune.*
12 *Inſtantia ſtatutaria ſubrogatur loco inſtantiæ iuris communis.*
Et ſecundum eam regulatur, num. 13.
Eamdemque retinet naturam, num. 14.
15 *Præſcriptio ſtatutaria ſubrogatur loco præſcriptionis iuris communis, & ſecundum illam regulatur. Et numero 19.*
16 *Inſtantia ſtatutaria ad proſequendum cauſam appellationis ſuccedit loco primi fatalis iuris communis, & eſt eiuſdem naturæ.*
Et currit, ſeu dormit, aut cauſam terminat eiſdẽ caſibus, quibus fatale iuris communis, num. 17.
Amplia etiam in inſtantia præfixa à iudice, num. 18.
20 *Statutum intelligitur ſecundum ius commune, ab eo quæ paſſiuam recipit interpretationem.*
21 *Statutum non cenſetur recedere à iure communi deciſo, niſi id fuerit expreſſum.*
23 *Filiusfamilias teſtari prohibetur.*
24 *Statutum diſponens quod filiusfamilias teſtari poſſit, intelligitur ſecundum ius commune, & dummodo fuerint præſentes ſeptem teſtes.*
25 *Legitima filiorum aucta per ſtatutum, non recipit onus, ſicut nec illa, quæ debetur de iure communi.*
26 *Statutum præferens primogenitum in ſucceſſione, intelligitur de habili ad ſuccedendum de iure communi.*
27 *Lex noua generaliter loquens, diſtinguitur per antiquam.*
28 *Appellationem non eſſe deſertam in dubio eſt iudicandum.*

CONSILIVM XXIV.

SENTENTIA, quam Domina Anto-
nia vxor Excellentiſſimi Domini Iulij
Laurentij pro ſe reportauit contra v-
xorem D. Matthei Conſtãtij, exequẽ-
da videtur, nec vlterius de appellatio-
ne Reæ conuenta videtur tractandũ,
cum inſtantia appellationis ab ea interpoſitæ fuerit de-
ſerta per lapſum temporis a ſtatuto aſſignati ad proſe-
1 quendam appellationis cauſam. † Licet enim iuris cõis
diſpoſitione inſpecta, appellanti concedatur annus ad
proſequendam cauſam appellationis, & ex iuſta cauſa
ſecundus annus indulgeatur, quo tranſacto, lite non cõ-
pleta, ſententia rata manet. Auth. Ei qui, C. de tempo-
ribus app. c. cum ſit Romana, de appell. Qui annus ad-
2 huc non eſt defluxus a die latæ ſententiæ † nihilominus
quia ſtatutum Peruſinum, lib. 2. rub. 28. col. 1. §. Volu-
mus aũt, diſponit, quòd ſi per prouocantẽ ſteterit, quo
minus cauſa decidatur infra tempus duorum mẽſium,
factis duabus requiſitionibus de iudice, & parte prouo-
cante ad petitionem prouocati in ſcriptis miſſa citatio-
ne per baiulum, quòd debeat in cauſa procedere, & illã
finire facere intra duos menſes a die vltimæ requiſitio-
nis, auctoritate illius ſtatuti habeatur & ſit dicta cauſa
deſerta. Et ad inſtantiam D. Antoniæ appellatæ requi-
ſitiones huiuſmodi factæ fuerunt, & cauſa non fuit ter-
minata infra illos duos menſes à die vltimæ citationis,
3 cauſa eſt deſerta virtute dicti ſtatuti, † cuius diſpoſitio,
cum in hoc ſit clara, ab eius verbis non eſt recedẽdum.
Bar. in l. quòd conſtitutum, ff. de teſtam. mil. Dec. conſ.
503. nu. 4. Nec eſt vlterius inueſtigandum Bal. in l. Gal-
lus, §. ſi eius, 2. not. ff. de lib. & poſthu. Marſil. conſ. 131.
nu. 20. cum alijs allegatis per Rim. iun. conſ. 178. n. 36.
4 & ſeqq. lib. 2. Nec de validitate ſtatuti eſt † dubitandũ,
quia poteſt ſtatutum abbreuiare inſtantias iuris cõis.
Rimin. ſen. conſil. 346. num. 2. 3. & 4. lib. 2. Marant.
in ſuo Specul. par. 5. num. 17. verſicul. Et quod poſſit.
5 Aſin. in ſua praxi, iud. in prin. c. 8. num. 1. cum ſeqq. † Et
quia in loco ſtatuentium ſtatutum pro iure ciuili illius
ciuitatis ſeruandum eſt, l. omnes populi, vbi Bar. & om-
nes, ff. de iuſt. & iur. ſtatutum de quo agitur, Peruſiæ ob-
ſeruari debet, & quidem inter oẽs litigantes in hac Cu-
6 ria Peruſina, cum ſtatutum † diſponens, quod inſtantia
cauſæ appellationis duret per duos menſes, reſpiciat or-
dinatoria, vt poſt Ant. de But. & Imo. in c. q̃d clericus,
de for. comp. dixit Philipp. Fran. in c. ſi duobus, §. deni-
que, nu. 5. de appell. & ligat omnes litigantes coram iu-
dice laico, ſubiecto ſtatuentibus, vt ibi dixit Fran.

Nec ratione alicuius cauſæ aut impedimenti Rea
poteſt prætendere ſibi concedi debere alios duos men-
ſes pro ſecundo fatali, prout de iure communi, ex cau-
ſa elapſo primo anno appellanti conceditur ſecundus,
d. Auth. Ei qui, & c. cum ſit Romana.

Nam etſi id locum haberet in terminis iuris com-
munis, aliud videtur dicendum in terminis allegati ſta-
tuti, quòd præciſe diſponit, elapſis dictis duobus men-
7 ſibus, cauſam eſſe deſertam, † & ſtatutum quod ſtat de-
rogatiue ad ius commune, ab eo interpretationem re-
cipere non poteſt. Bal. in l. maximum vitium, num. 24.
verſic. Item poſterius ſtatutum, C. de liber. præter. &
in cap. cum non liceat, de præſcript. Paul. de Caſtr. in l.
fin. §. in computatione, ff. de iure deliber. Soc. ſen. conſ.
89. num. 9. & 10. lib. 4. Alexan. conſil. 20. num. 9. lib. 1.
Corn. & alij plures, quos refert, & ſequitur Ceph. con-
ſil. 561. nu. 6. lib. 4. Tib. Decian. conſil. 32. num. 13. lib.
2. Pariſ. conſil. 66. num. 8. lib. 2. Rimin. iun. conſil. 236.
num. 52. & ſeq. li. 3. qui alios allegat, addens rationem,

quia quoties ſtatutum aliquid addit, vel detrahit tacite vel expreſſe iuri communi, efficitur ius municipale, ideo non recipit ſubauditum intellectum a iure com-
8 muni, † quia lex, quæ corrigitur, nouam legem non interpretatur, l. fin. C. de indict. viduit. toll. cum alijs per Rimin. adductis. Vnde cum per lapſum duorum menſium inſtantia appellationis fuerit deſerta, non eſt ad vlteriora procedendum in cauſa præfatæ appellatio-
9 nis, ſed ſententia exequi debet, † quoniam deſerta appellatione ſententia rata manet, ac ſi ab ea non fuiſſet appellatum, d. Auth. ei qui, iuncta glo. in ver. manet, l. fin. §. illud verſic. Sancimus, C. de tempor. appel. glo. & Ioan. Andr. in Clem. penul. de appella. Alex. conſ. 104. nu. 1. lib. 5. Gramm. deciſ. 13. num. 1, Cephal. conſ. 185, num. 45. & ſeq. lib. 2.

Sed prędictis non obſtantibus, cenſco inſtantiam dictæ cauſæ appellationis non eſſe deſertam, licet nō fuerit terminata infra duos menſes poſt dictas requiſitiones. Quoniam præſupponitur Ream conuentam appellantē iuſta de cauſa fuiſſe impeditam, quod nō cauſam appellationis infra duos menſes terminari fecerit; & de
10 hoc non dubitatur. † Et ſtante iuſta cauſa, ſicut de iure communi elapſo anno a lege ſtatuto ad proſequendam cauſam appellationis, indulgetur ſecundus, ita ſtante ſtatuto, reſtringente inſtantiam cauſæ appellationis ad duos menſes, illis elapſis, ex cauſa puto indulgeri debere alium terminum pro ſecundo fatali.

Primo quia ſtatutum hoc Peruſinum eſt correctorium iuris communis, & tantum diſponit, quod ſi cauſa appellationis non fuerit terminata infra duos menſes, ſit deſerta, numquid autem ea cauſa ſubueniendum ſit appellanti, prout ſubuenitur de iure communi, quando cauſa non deciditur infra annum, ſtatutum nihil dicit.
11 Et † quia ſtatuta tantum diſponunt, quantum loquuntur, & non vltra. Bald. in l. teſtamentum, in fi. C. de teſt, Soc. iun. conſ. 1. nu. 27. lib. 2. Cur. ſen. conſ. 11, col. 1. nu. 3. Rol. a Val. conſ. 68. nu. 19. lib. 4. Rim. iun. conſ. 497, nu. 3. & ſeq, lib. 5. Non ſolum nos non debemus dicere id, quod nō expreſſit ſtatutum, illud ampliando, l. ſi ſeruum, §. non dicit pretor, ff. de acq, hæred. Bal. in l. illam, num. 3. C. de collat. Iaſ. conſ. 205. col. 4. circa fin. lib. 2, Cephal. conſ. 138. num. 49. lib. 1. immo illud ita interpretare debemus, vt dūmodo aliquid operetur, reſtringatur, vt quanto minus fieri poſſit, ex eo ius commune corrigatur, l. 2. vbi Salic. C. de noxal. cap. cum dilectus, de conſuet. Rom. conſ. 199. num. 4. Bellon. conſ. 53. nu, 8. Pariſ. conſ. 110. num. 6. lib. 3.

Secundo cōſiderandum eſt, quod quando ſtatutum
12 terminat inſtantiam cauſæ, † inſtantia illa ſtatutaria ſubrogatur loco inſtantiæ iuris communis. Rom. conſ. 504. verſic. Et quidem recte, Aſin. in ſua praxi. iud. §. 1.
13 c. 1. nu. 5. † Et regulatur, prout regulari ſolet inſtantia iuris communis. Natt. in Clem. Sæpe, in princ, in 5. not, ver. Circa ſecundum de verb. ſignific. & poſt eum Neuiz. conſ. 42. num. 2. Cum enim ſubrogatum ſapiat naturam eius, in cuius locum ſubrogatur, l. ſi eum, §. qui
14 iniuriarum, ff. ſi quis caution. † inſtantia ſtatutaria eſt eiuſdem naturæ, cuius eſt inſtantia iuris communis, in cuius locum ſubrogatur. Iaſ. in l. properandum, in prin, num. 23. verſic. Contrarium, C. de iudic. Alex. conſ. 42. num. 3. lib. 3. Rol. a Vall. conſ. 18. nu. 4. lib. 1. & conſ. 21,
15 num. 7. lib. 3. † & bene facit, quod dicitur de præſcriptione ſtatutaria, quæ ſubrogatur loco præſcriptionis iuris communis, & regulatur vt illa, eiuſque naturam imitatur, bald. in l. contractus, in fine princ. C. de non num. pecun. Roman. conſ. 38. in fi. Franc. Balb. de præſcript. in 4. par. 4. par. prin. q. 28. nu. 4. & in repet. l. Celſus, in par. 1. num. 5. ver. Contrarium, ff. de vſucap. Vn-
16 de † cum inſtantia duorum menſium a ſtatuto præfixa ad terminandam cauſam appellationis ſuccedat loco inſtantię iuris communis, & ſic loco anni dati a lege, vt elicitur ex prædictis, & in ſpecie firmat Bal. in c. 1. §. hoc quod nos, n, 16. de pace Conſtantię in vſib. feud. Sitque eiuſdem naturæ, cuius eſt tempus à iure communi præfixum appellanti ad terminandam cauſam appellationis, vt clare dixit Io. Andr. in addit. ad Spec. in tit. de app. §. nūc breuiter, ſub n. 10. in littera H. & Rom. cōſ. 504. ver. Et quidem recte ſtatutum illud nihil aliud operatur, quam quod annum de iure cōi ſtatutum ad proſecutionē cauſæ appellationis reſtringit, ad duos menſes, & propterea ſicut de iure cōi, elapſo anno, ex cauſa indulgetur ſecūdus d. Auth. ei qui, & c. cum ſit Romana. Ita in caſu iſto dicēdum eſt, quod elapſis dictis duobus menſibus, loco primi fatalis a ſtatuto aſſignati, indulgetur alius terminus pro ſecundo fatali.

Tertio pro hac ſententia adduco Riccard. quem refert, & ſequitur Ioan. Andr. in d. addit. ad Spec. in littera H. circa finem, ver. Subdit autem nunc, *qui in termi-*
17 nis dixit † tempus ſtatuti per omnia ſubrogatum eſſe in locum temporis de iure communi dati ad proſequendam appellationem, & quibus caſibus tempus iuris communis non currit, nec currit etiam tempus ſtatuti, item quibus caſibus currit tempus iuris communis datur reſtitutio iuxta d. Auth, ei, qui eiſdem hoc currit, & reſtitutio dabitur. Item quibus caſibus currit tēpus, & mortificatur cauſa & inſtantia appellationis, vt in d, Authen. ei qui. Eiſdem currit tempus ſtatuti, & mortificabitur cauſa & inſtantia, vt ſic per omnia ſubrogetur vice temporis, ad quod ſubrogatur. Pro qua ſentētia benè facit Innoc. in c. ex ratione, ver. Item not. de appellat. qui dixit, quod ſicut terminus iuris datus appellanti duplicatur impedito iuxta cap, cum ſit Ro-
18 mana, & not. in d. cap. ex ratione, † ita tempus appellationis proſequendæ datum a iudice duplicari debet *im*pedito, quia tempus appellationis proſequendæ, ſtatutum ab homine, ſuccedit loco termini ſtatuti a iure, & ideo eodem iure cum illo cenſeri debet, cuius opinionē communiter approbari teſtatur Dec. in eodem c. ex ratione in 3. q. prin. num. 49. & ſeqq. *qui eam late defen-*
19 dit, † Ad idem etiam adduci poteſt *Sal. in* d. l. in contractibus in prin. in vlt. not, C. de nō num. pec. qui loquens de præſcriptione, dixit, quod minor præſcriptio ſubrogata loco maioris, illius naturam aſſumit, ideo quæ habebant illam impedire, vel reſcindere, habent & iſtam, dicens id eſſe bene notandum ad ſtatura prę́ſcriptiones legales minuentia, & Salic. opinionem ſequitur etiam Fel. in d, c. illud, n. 2, ver. Adde *Ludouicum de prę́ſcrip,* Ex quibus recte probatur inſtantiam ſtatutariam ſuccedere loco inſtantiæ iuris communis, & ſic anni a lege aſſignati ad proſequendam appellationem, & eiſdem caſibus de iure ſubuenitur appellanti, non obſtante curſu anni eiſdem ſubueniri debere aduerſus inſtantiam reſtrictam a ſtatuto,

Nec prædictis obſtant ea, quæ in contrarium allegantur. Licet enim regulariter verum ſit, per lapſum duorum menſium vigore dicti ſtatuti inſtantiam cauſæ appellationis effici deſertam, ſicut de iure communi per lapſum anni, tamen ob iuſtam cauſam ſubuenitur appellanti, vt in d. Auth. ei qui, & in c. cum ſit Romana. Siue agatur de inſtantia iuris communis, ſiue
20 ſtatutaria, vt dixi ſupra, † quoniam ſtatutum intelligi debet ſecundum ius commune, glo. Bart. & ceteri in l. fin. §. in computatione, C. de iure deliber. vbi Iaſ. nu. 12. de communi teſtatur, & poſt alios ipſe Iaſ. in repet. l. omnes populi, num, 60. ff. de iuſtit. & iure, & ita a iure communi paſſiuam interpretationem recipit. Doctores in l. ſi ſerui veſtri, C. de noxal. Socin. ſenior conſ. 84. num. 6. lib. 1. Pariſ. conſil. 20. num. 51. libro 2. & Natta

conſ,

21 conſil.172.nu.2.lib.1.†quia non videtur eſſe de mente
ſtatuti recedere à iure communi deciſo,niſi id exprima
tur,vt dixit Bar.in l.omnes populi,nu,61,in fi.ff.de iuſt.
& iur.& Ceph,conſ.535.nu.13.li.4. Sed de iure cõmu
ni inſtãtia cauſæ appellationis deſeritur per lapſum an-
ni,ſi appellans nõ docet de aliqua iuſta cauſa,ob quam
non potuerit eam expediri facere, ſed ſubſiſtente iuſta
cauſa,ei indulgetur ſecundus annus: ideo ita interpreta
ri debet ſtatutum,vt ſcilicet per curſum duorum men-
ſium inſtantia deſeratur, quando non ſubeſt aliqua iu-
ſta cauſa excuſationis,alias ſecus.

Nec declaratio illa Bal.in l.maximum vitium,C.de
libe.præter,quod ſtatutum non recipiat interpretatio-
nem à iure communi, quando venit derogatiue ad ius
commune in caſu,de quo agitur,nocere poteſt.

22 Primo † quia opinio contra Baldum,nempe,vt ſtatu
tum etiam correctorium iuris communis,ab eodem iu-
re communi interpretationem recipiat, eſt verior &
magis communiter recepta,quam probat Alex.in l.in-
ter cetera,num.5.ff.de lib.& poſthum.aſſerens opinio-
nem illam eſſe veriorem,quia ſtatutum debet interpre
tari,vt minus lædat ius commune,quam poſſit,& eam
late defendit ipſe Alex.in l.fi.§.in computatione,num.
10.poſt medium,ver.Prima eſt,C.de iur.deliber.Iaſ.in
d.repet.l.omnes populi,num.60.& ſeq.vbi pro ea alle-
gat etiam Rom.& Imo.late Ioan.de Amic.conſil.11,
nu.14.& ſeq.Cur.ſen.conſ.78.nu.4.Rol.à Vall.de luc,
dot.q.26,nu.12.Dec,conſ.445.nu.49.& ſeq.& in cap,
ex ratione, nu.51. ver.Nec obſtat dictum Baldi de ap-
pell,Ceph.conſ.536.num.18.li.4.qui dicit opinionem
iſtam contra Baldum eſſe crebriorem. Burſa.conſ.12,
nu.53.lib.1.Cur,iun.qui teſtatur illud dictum Baldi cõ
muniter reprobari in conſ.7.nu.8.lib,1.illudque paſſim
reiectum eſſe dixit Rim.iun.conſ.242. nu.33. lib.3. &
in l.1.nu.59.C.qui admitti. vbi alios pro ea allegat, &
eamdem opinionem ſequitur Ruin.conſ.32.nu.13.lib,
3.Quando interpretatio paſſiua ſeu reſtrictiua deſcen-
dit ex regulis iuris antiqui,vel ex æquiparatis à iure an-
tiquo,ſecus ſi ex regulis iuris antiqui nõ deſcendit,quo
caſu dicit procedere poſſe opinionem Baldi.Et hęc opi
nio Alexandri,& ſequacium probatur. Primo quia ſi
ſtatutum diſponit,quod filiusfamilias poſſit teſtari, il-
23 lud venit ad derogationem iuris communis, † quo fi-
liusfamilias teſtari prohibetur,l.Senium,in fi.C.qui te-
ſtam.fac,poſſeſ.l.ei qui in poteſtate, ff.de teſta.l.qui æ-
24 tate, ff.eod. tit. † & tamen recipit interpretationem à
iure communi, dummodo teſtamento fuerint præſen-
tes ſeptem teſtes rogati,ſecundum Bar.in l.1.§.lex Fal-
25 cidia,ff.ad leg.Falcid.per illum textum.†Secundo per
Cald.in conſ.32.in tit,de teſta. reſpondentem, quod ſi
ſtatutum auget legitimam filiorum vſque ad dodran-
tem,in eo locum habent leges,quę prohibent filios gra
uari in legitima, iuxta l.omnimodo, C.de inoffic.teſta.
26 Tertio auctoritate Bar.in d,l.omnes populi † dicemus,
quod ſi ſtatuto cauetur, quod primogenitus tantum in
hæreditate ſuccedat, intelligendum eſt de primogeni-
to habili ad ſuccedendum ſecundum ius commune, &
tamen ſecũdum eos dictum ſtatutum eſt derogatoriũ,
& correctorium iuris communis,prout dixerunt Alex.
in d.§.in computatione,Ioan.de Amic.in d.conſ.11.&
ceteri ſupra allegati.

27 Secundo † reſpondetur, quod aut conſtat de mente
ſtatuti,quod voluerit corrigere ius commune, & ab eo
recedere in materia,de qua quæritur, & in caſu in quo
volumus recedere ſtatutum ad ius commune, & tunc
poteſt procedere opinio Baldi & aliorum, quod ſtatu-
tum eo caſu non recipiat interpretationem a iure com-
muni.Si vero non conſtat de mente ſtatuti; quod velit
corrigere in materia,de qua quæritur, licet conſtet for
te, quod in alia corrigat, tunc lex noua generaliter lo-
quens diſtingui poterit per antiquam,vt notabiliter de
clarant Imol.in l.ſi vero,alias l.dotalem, §.de viro,nu.
10.ver.Potes dicere,ff.ſol.matr.Soc.ſen.conſil.52.nu.
6.verſi.& ex præmiſſis,lib.3.Gozad,conſ.19.num.18.
Pariſ.conſ.91.num.12.& ſeq.lib.3. Rim.iu.conſ.242.
num.34.lib.3.& conſ.608.num.38.libr.6. Tib.Decia.
conſ.16.nu,31.li.1.& Ceph,conſ.536.nu.21.& ſeq. li.
4.Nos autem ſumus in hoc ſecundo caſu, nam etſi con
ſtet ſtatutum voluiſſe recedere a diſpoſitione iuris Cõ-
munis,dum diſponit, quod cauſa debeat terminari in-
fra duos menſes per appellantem, qui de iure habet an-
num,non tamen apparet voluiſſe corrigere ius commu
ne in alio, quod ſi appellans fuit iuſta cauſa impeditus
infra duos menſes,ei non ſit ſubueniendum,prout ſub-
uenitur de iure, quando infra annum inſtantia cauſæ
appellationis non terminatur, quo caſu ei indulgetur
ſecundus annus. Ideo ſtatutum in hoc debet diſtingui
& declarari ſecundum ius commune, quod ſcilicet in-
ſtantia deſeratur,ſi per negligentiam appellantis infra
duos menſes non fuerit terminata.Sed ſi appellans, iu-
ſta cauſa impeditus, id non fecerit,cauſa non ſit deſer-
ta, ſed appellanti ſubueniatur iuxta diſpoſitionem iu-
ris, & ita puto intelligi debere ſtatutum, ne tam ma-
gna correctio iuris communis ex eo ſequatur. Præſer-
tim quia quando ſtatutum correctorium iuris commu
nis poteſt illud corrigere in vno vel in pluribus,ſumitur
interpretatio,etiam ſi verba impropriari oporteret, vt
in vno tantum caſu ius commune remaneat correctũ,
Abb.in c.eum dilectus,num,21.de conſuet.Rom.con-
ſil.180.Grat,conſil.13.num.43.lib.2.Bero.conſi.150,
num.26.lib,1.Port.Imo,conſi.86,nu.6.Senat.Pedem,
dec.167.nu.22.

Concluditur igitur ex prædictis, inſtantiam appella
tionis non eſſe deſertam per curſum duorum menſiũ,
28 quod etiam ſi res eſſet dubia, fateri oporteret,† quia iu
dex in dubio ſemper pronũciare debet appellationem
non eſſe deſertam,ſecundum Pau.de Caſtr.in l.1.nu.3,
in fi.ff.ſi quis caut.& ibi Alex, col.penul. & Iaſ.nu.17,
Rober.Maran. in ſuo Specul,par.6.act.2.de appell.nu,
408.& propterea Reæ conuentæ, iuſta cauſa impedi-
tę,ſubueniendum eſt: Et ita alias in ſimili caſu obtinui
pro D.Thoma Farneto contra D,Vgolinum & fratrẽ
pariter de Farnetis Peruſinos coram Excellẽti D. Mu
tio Roſſio tunc locum tenente Reuerend. Do.Ioannis
Petri Ghiſlerij olim Peruſiæ Gubernatoris, qui D. lo-
cum tenens facto verbo cum præfato D. Gubernatore
conceſſit alium menſem pro ſecundo fatali die vltima
Ian.1577.rogato D,Bernardino Ballarino notar.Peru
ſino illius cauſæ actuario.

*Et ita etiam in hac cauſa iudicatum fuit per Excellentẽ
D.Franciſcum Peonium Locum tenentem Reuerendiſſimi
Gubernatoris Peruſię menſe Aprilis 1577. rogato Ser Si-
monetto Euſebio notario Peruſino huius cauſę actuario, qui
ſimiliter pro ſecundo fatali conceſſit alium menſem.*

ARGVMENTVM.

Vẽditor in quibus caſibus appellare poſ-
ſit à ſententia lata contra emptorem.
Et numquid poſſit vti exceptionibus
ex propria perſona ſibi competẽtibus.
Et quomodo ad emptoris defenſio-
nem admittatur, maxime ſi eſt minor
aut clericus.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Tertins venieus ad cauſam pro ſuo intereſſe appellare poteſt à ſententia contra alium lata.*

Amplia quamuis illi, contra quem fuit lata appellatio, prohibetur, nu. 2. Intellige vt nu 22.

Fallit, quando tertius habuit ſcientiam litis, numero 19. & 28.

Fallit etiam, quando fuit admiſſus in tertia inſtantia in ſtatu, in quo cauſa repericbatur, nu. 24.

3 *Statutum prohibens appellationem intelligitur reſpectu eius, contra quem fuit lata ſententia, non reſpectu tertij.*

4 *Execntio ſententiæ impeditur per appellationem interpoſitam à tertio, limita ſi litem ignorauit, aliâs ſecus, nume. 20.*

5 *Venditor appellare poteſt à ſenteutia lata contra emptorem, à qua emptor non appellauit, ſeu appellare non potuit. Sed contra nu. 18. cum ſeqq. multis fere per totum, vbi declaratur.*

Et ſi eſt minor ſi clericus aſſiſtens ad defenſionem emptoris, ſi fuit læſus, in integrum reſtituitur, & alijs priuilegijs, quæ emptori denegantur ex propria perſona vtitur. nu. 6. Sed contra infra per totum.

7 *Venditor accedens ad defeuſionem emptoris admittitur, vt ſimplex defenſor emptoris, non ad nouandū iudicium, cum ſeq.*

Fallit, quando venditor ſuſcepit iudicium, perinde ac ſi poſſideret cum promiſſione reſtituendi rem, nu. 8.

9 *Sententia formanda eſt contra emptorem, non contra venditorem cauſam defendentem.*

10 *Venditori admiſſo ad defeuſionem emptoris obſtant ea omnia, quę obſtant emptori. Et ea tantum facere poteſt, quę permittuucur emptori.*

11 *Actoris conditio in aliquo deterior fieri non poteſt ex admiſſione venditoris ad defenſionem emptoris.*

12 *Venditor accedens ad defeuſionem emptoris admittitur in ſtatu, in quo tunc cauſa reperitur. Et nu. 23.*

Et declinatoriam fori ex ſua perſona obiicere non poteſt, ſed emptorem in eius foro defendere tenetur, numero 13.

Amplia etiam in clerico venditore, nu. 14.

15 *Inhibitio iudicis Eccleſiaſtici ad inſtantiam clerici venditoris emanata, ne in cauſa contra laicum emptorem procedatur, non eſt attendenda.*

16 *Clericus accedens ad iudicinm contra alium motum opponere poteſt declinatoriam fori, quando accedit principaliter pro ſuo intereſſe. Secus ſi ad defeuſionem venditoris ſeu alterius.*

Amplia etiam ſi comparuerit in initio, antequam iu[illegible]ciū contra venditorem ſit fundatum, nu. 17.

22 *Tertius veniens ad iudicium pro ſuo intereſſe principaliter admittitur, non retardato proceſſu contra principalem, nec tenetur aſſumere cauſam in ſtatu, iu quo reperitur.*

23 *Sententia lata contra emptorem nocet etiam venditori ex propria vi & natura cauſę.*

25 *Vrſill. in addit. ad dec. Affl. 15. declaratur.*

26 *Ceph. conſ. 106. lib. 1. reprobatur, cum ſeqq.*

27 *Creditor appellare poteſt pro ſuo intereſſe à ſeutentia lata contra debitorem, & admittitur ad cauſam, quam nec tenetur ſuſcipere iu ſtatu, in quo reperitur.*

28 *Scientia proceſſns ſufficit ad effectum, vt tertius appellare non poſſit à ſententia, à qua non poteſt appellare principalis.*

29 *Venditor minor, ſeu clericus, admiſſus ad defenſionem emptoris, ſi fuit læſus, in quibus caſibus in integrum reſtitui poſſit.*

CONSILIVM XXV.

DVBIVM, ſuper quo reſpōſum petitur,
an Moniales Monaſterij Sanctæ Ma-
riæ Pauperum, quæ olim Capitaneo
Laurentio Nardutio vendiderunt bo-
na, & pro eorum euictione ſe obligaue
runt, appellare potuerint a ſententia,
lata per Rotam Peruſinam cōtra dictum Capitaneum
Laurentium, per quam declaratum fuit cauſam contra
eum motam occaſione dictorum bonorum eſſe cōpro-
mittendam, a qua ſtatuto Peruſino li. 2. Rubr. 27. appel
latio prohibetur, & nūquid per eorum appellationem
dictæ ſententiæ executionem impedire poſſint; Vide-
tur affirmatiue pro monialibus reſoluendum.

Quoniam moniales præfatæ venientes ad iudicium
pro eorum intereſſe, a dicta ſententia appellarūt, quod
1 videtur fieri potuiſſe, † cum tertius, veniens ad cauſam
pro ſuo intereſſe, appellare poſſit a ſententia contra a-
lium lata, l. ſi parentes, C. de euictio. l. ab executore, §. a-
lio, & l. a ſententia, ff. de appel. c. ſuper eo, de offi. deleg.
not. Doctores in l. a diuo Pio, §. ſuper rebus, ff. de re iud.
2 & in c. veniens, el 2. de teſti. † & ſi illi, contra quem lata
fuit appellatio prohiberetur, vt quia latę eſſent tres ſen
tentiæ conformes, vel duæ quæ vigore ſtatuti haberent
vim trium. Ioan. de lignan. Card. & alij in Clem. 1. de
re iud. d. c. ſuper eo, & ibi Doct. Fel. in c. qualiter, & qua
do, el 1. nu. 13. de accuſ. late Iaſ. in d. §. ſuper rebus, nu-
7 conſ.Treb.† vbi ſecundum vnum intellectum clare pro
batur in iudicio agitato contra hæredem inſtitutum non
debere citari ſubſtitutum per fideicommiſſum,licet ex
eo lædi poſſet, quem intellectũ ad illum textum appro
bari teſtantur Doctores in l.filiusfamilias, §.diui, ff.de
leg. 1. & communiter recipi ad illum textum hanc in-
telligentiam affirmat Bero. conſil. 102.nu.45.in fin.&
nu.46.ver.Idem ſi contra. lib.2.

Secundo per textum in l.filiusfamilias,§.diui,in fin.
ibi, Fideicommiſſarij quoque fortunam communem
ſequuntur,ff.de leg.1. qui optime hanc probat opinio-
nem,prout conſiderat ibi Soc.iun.nu.135. in fi. Bero.
in alleg.conſi.102.nu.45.in fin. & Alex.in conſil.136.
nu.1,ver.Ad idem, lib.2.

Tertio ad idẽ confert in l.ſi ſuſpecta,in prin.ff.de in-
8 offi.teſta. † in qua diſponitur in iudicio agitato contra
hæredem, fideicommiſſarios non eſſe citandos, licet
per ſe comparentes de colluſione ſuſpicantes ſint au-
diendi, quæ optime etiam à fortiori hanc opinionem
probat,cum procedat etiam in præiudicium legatario
rum, quibus ius quæſitum erat, & nos tantum loqui-
mur de fideicommiſſarijs, quibus grauato viuente ius
tantum ſpe competebat, vt aduertit Soc.iun.in allega-
to §.diui, nu.133.

9 Quarto † idem probari videtur in l.ſi ſuperatus, ff.
de pign.& hypot.in quo cauetur ſententiam latam cõ-
tra debitorẽ non nocere creditori, ſecus ſi ſit lata con-
tra hæredem,quia & illa obeſt legatarijs & alijs,qui ex
eodem teſtamento ius prętendunt.

Quinto hęc eadem ſententia iuſtificatur per l. ſi ſer-
uus plurium,§.1.ff.de leg.1.& l.Papinianus, §.ſi ex ca,
ff.de inoffic.teſta.in quibus ceſſante hęredis colluſione
diſponitur ex ſententia contra hæredem lata legata-
rijs & fideicommiſſarijs pręiudicium fieri.

10 Sexto † ſolum hæredem inſtitutum non autẽ ſubſti-
tutum

tutum poſt eum citari debere clare liquet ex tex. in l. 1.
§. denunciari, ff. de ventr. inſpic. vbi Iuriſconſultus di-
cit denunciari debere partum his, quos prima ſpes ſuc-
ceſſionis contingit, vt puta primo gradu hæredi inſti-
tuto, non autem ſubſtituto.

Nec prædictis obſtat reſponſio data per eos qui pro
1 ſubſtitutis reſponderunt, † quod opinio contra ſubſti-
tutos, fundata in dictis iuribus procedit, quando lata
eſt ſententia in cauſa reſciſſionis teſtamenti, quæ ius fa-
cit quoad omnes, quoniam reſciſſo ſeu annullato teſta-
mento tempore mortis hæredis, ius fideicommiſſarij
reperitur extinctum, non autem locum habet in ſenten
tia lata contra hæredem pro rebus particularibus, quæ
ius quoad omnes non facit, cum ius fideicommiſſarij
etiam lata ſententia in dictis iudicijs particularibus du
ret, quod etiam ſentit Paul. de Caſtr. conſ. 240. num. 1.
ver. Item non obſtat, lib. 1. Hæc enim reſponſio magis
oſtendit diuerſitatem facti quam iuris, propterea atten
di non debet, niſi etiam afferatur ratio ad diuerſitatem
2 iuris, quia in dictis legibus, † non diſponitur ſententiam
aduerſus hęredem latam ſubſtitutis obeſſe ex eo ſolum,
quod ſit lata ſuper reſciſſione, ſed etiã ea ratione, quia
principaliter agebatur de iure hæredis, & in conſequẽ-
tiam de iure ſubſtituti, & aliorum, quæ ratio militat
omni caſu, vt conſiderat Phanuc. in tractat. de inuent.
hæred. par. 5. nu. 26. ver. Ad ea vero. Cuius opinio com-
probatur, nam Doctores, tenentes per dicta iura opi-
nionem contra ſubſtitutos, rationes adducentes, dicũt
ſententiam latam contra hæredem ſubſtitutis nocere
ea ratione, quia cum ad hæredem defenſio rerum hæ-
reditariarum principaliter pertineat, & ipſe dicatur le-
gitimus contradictor. Alex. in l. ſępe, nu. 76. ff. de re iud.
Dec. conſ. 342. col. fin. Rol. à Val. conſ. 92. nu. 16. lib. 4.
Conueniens eſt ſententiam contra hæredem latam his,
qui ſecundario, & in conſequentiam ius ſperant, obeſ-
ſe, ſecundum Bart. poſt Hug. in l. ſi patroni, §. actiones,
num. 1. ff. ad Trebel. & Dec. in alleg. conſ. 342. col. fin.
& ideo dixit Didac. Couar. pract. quęſt. cap. 13. num. 5.
verſic. Cuius rei, & num. 6. ver. Sed & hanc partem. Ea
ratione ſententiam latam cum hærede legitimo de-
fenſore, qui habet primas partes defendere, nocere fi-
deicommiſſarijs non citatis, quia ſubſtituti à iure vi-
cti & condemnati, iura propria deducere conantur,
ex quo a iure hæredis ius itidem omnium pendet. aſ-
firmatque numero 5. in princip. hoc caſu ſententiam,
3 quoad omnes ius facere, † & ex eo caſu cum ius defen
ſionis pertineat principaliter ad hæredem, non requi-
ritur citatio ſubſtituti, ſicut dicunt Iaſon in d. §. diui, in
1. lect. num. 47. & in 2. lect. num. 91. Ferdin. Loaz in re-
pet. d. §. diui, num. 126. Rimin. iun. in conſ. 140. nu. 10.
lib. 2. Quod maxime admittendum eſt in ſubſtituto,
qui non prætendit aliud ius quam ſperatæ ſucceſſionis
mortuo hærede. Rom. in l. in concedendo, num. 6. ff. de
aqua plu. arcen. Ioan. de Imol. in d. §. diui, num. 12. ver-
ſic. Sed dic, & Alexan. in d. l. ſæpe, num. 27. & propte-
rea hæres ſolus citandus eſt, cum ſit præſumendum,
quod ille, ad quem defenſio hæreditatis ſpectat princi-
paliter, diligentior ſit ad illam tuendam. Cin. in l. 2. C.
de fide inſtru. Alexan. conſ. 119. num. 27. lib. 6. ſequitur
Dec. in d. conſ. 342. col. fin. & Ari. Pinell. in l. 1. par. 3.
num. 49. verſic. & primo, C. de bon. mater. Magis enim
intererat hæredis hæreditatem & eius bona defendere
quam ſubſtitutorum, quorum ſecundario intererat ob
ſpem ſuccedendi, adueniente caſu ſubſtitutionis, vt
habetur in deciſ. Senat. Pedemon. 157. num. 15. & ſeq.
Idcirco exiſtimauit legiſlator aliquando imponendum
eſſe finem litibus, & non cogi poſſeſſorem perpetuo
ad litigandum de re poſſeſſa, & propterea ſatis eſſe pu-
tauit, quod lis ſit agitata cum eo, ad quem principali-
ter pertinet, vt dicit Alciat. in conſil. 492. numero 33.
14 Cum † igitur hæc opinio, quæ fulcitur allegatis iuri-
bus non fundetur tantum in ea ratione, quod ſententia
in reſciſſorijs ſit prolata, vel in cauſa nullitatis ſeu que-
relæ de inofficioſo teſtamento, ſed aliæ afferantur ratio
nes dictorum iurium reiecta dicta reſtrictione, proce-
dit non ſolum, quando de vniuerſa hæreditate pen-
det lis, ſed etiam quando de certis bonis hæreditarijs
tantum, cum & hoc caſu vigeant rationes præfatæ,
& propterea etiam dicta iura locum habebunt, vt di-
xit Io. de Imol. in d. l. ſæpe, num. 11. & 15. quod etiam
ſentit ibi poſt Butr. & alios Alexan. num. 21. & num.
24. in ſine.
15 Inſuper † reſtrictio de qua ſupra ſubuertitur per
textum in d. §. diui, iunctis ibi notatis communiter per
Doctores, reprobata opinione Bartholi, in quo pro-
batur, quod ſententia lata contra hæredem ſuper re
prohibita alienari, nocet ei, qui vocatus fuerat in caſu
alienationis, etiam ſi non fuerit citatus, & ibi textus, &
Doctores omnes loquuntur in ſententia lata contra hæ
redem ſuper certa re prohibita alienari, non pro vni-
uerſa hæreditate, ſeu ſuper reſciſſione ſeu annullatione
teſtamenti. Ideo clare patet non poſſe reſtringi hanc o-
pinionem, fundatam in dictis iuribus, ad caſum in quo
ſententia lata ſit ſuper reſciſſione teſtamenti, ſed lo-
cum habere, etiam ſi ſententia cum hærede legitimo
16 defenſore lata ſit pro re hæreditaria: † Quod ego con-
firmo, quia citatio eius, cuius ſecundario intereſt, deſi-
deratur ad hoc, vt citatus compareat, l. 1. ff. de in ius vo
can. Paul. de Caſt. conſ. 382. col. fin. ver. Nec obſtat, lib.
2. & ſe defendat, ſi ſua intereſt, d. l. de vnoquoque, cum
ibi notatis, l. nam ita diuus, ff. de adopt. Marian. Socin.
in tract. de citat. art. 2. nu. 2. Et licet fuerit citatus prin-
cipalis, volunt Doctores etiam citari eos, quos ſecun-
dario negocium tangit, quia forte poſſent multa allega-
re, quæ principalis omitteret, quæ citatio ſi fieri debet,
quando agitur de totali præiudicio ſubſtituti ex annul-
latione ſeu reſciſſione teſtamenti, quo caſu fideicom-
miſſum poſſet remanere indebitum, Nam quando ma-
ius infertur præiudicium, potius deſideratur citatio eo-
rum quorum intereſt, quam ſi modicum infertur, ex
his, quæ not. Bar. & alij in l. nec quidquam, §. vbi decre-
tum, ff. de offic. proconſul. & legat. Alexan. in l. ſi opus,
& ibi Iaſ. num. 5. ff. de noui oper. nunciat. Hippol. de
Marſ. in d. l. de vnoquoque, nu. 4. Corn. Soc. Dec. Rui.
Bald. & alij, quos refert Anton. Gabriel. in ſuis conclu-
ſio. in titu. de citat. concluſ. 1. num. 391. verſicu. Et ideo
17 Doctores, dum † in illa quæſtione, an interlocutoria
ferri poſſit parte non citata, ſcripſerunt, quod ſi eſt gra
uis interlocutoria, & admodum præiudicialis, requi-
ritur citatio, ſecus ſi ſit talis, quæ modicum aut nullum
inferat pręiudicium. Sed ſi quando de totali pręiudicio
agitur, non exigitur ſubſtituti citatio, vt cauetur in di-
ctis iuribus. Minus eſt neceſſaria, quãdo de minori præ-
iudicio tractatur, ex eo quod ſuper aliquibus tantum
rebus, fideicommiſſo ſubiectis, lis tractatur, & ſuper eis
ſententia profertur.
18 Septimo † eadem opinio probatur in l. ex contra-
ctu, ff. de iud. vbi expreſſe diſponitur, ſententiam latam
contra hæredem nocere ſubſtituto, & contra eum exe-
qui poſſe, & eo caſu non erat lata ſuper reſciſſione
ſeu annullatione teſtamenti, cum præſupponatur ibi
ſubſtituti iura in fideicommiſſo adhuc ſubſiſtere, &
contra eum ſententiam exequi poſſe, qui textus recte
ſecundum communem intellectum probat hanc opi-
nionem, vt dicit Didac. Couar. pract. q. c. 13. nu. 6. verſ.
Sunt vero, circa medium.

Cui non nocent obiectiones Dominorum Conſu-
19 lentium pro ſubſtitutis. † Prima quidem, quod ſint
præ-

præſupponẽdi in eo contextu termini habiles,& quòd ita ſit formatus proceſſus, vt etiam ſubſtituto nocere poſſit, iuxta l. qui in teſtamento, in prin. ff. de teſt. Volentes (vt puto dicere) quod in caſu illo ſubſtitutus fuerit citatus, ſicut dixit Iſern. relatus per Dec. in conſil. 445. nu. 30. Hæc quidem intelligentia continet diuinationem, cum id non dicatur in d. l. ex contractu, nec ita intelligi poteſt, quia ſi ibi fuiſſet facta citatio, caſus eſſet de indubitabili, intelligi igitur debet, quando ſubſtitutus citatus non fuit, ſicut a Doctoribus communiter intelligitur, præſertim in d. §. diui, & in ſpecie ita reſpondent Alex. in d. §. diui, nu. 9. ver. Non obſtat, & idem Iaſ. in 2. lect. nu. 93. Soc. ſen. conſ. 251. nu. 13. ver. Secunda, lib. 2. Ari. Pinel. in l. 1. par. 3. nu. 49. C. de bon. mater. Phanuc. de inuent. hær. par. 5. num. 26. ver. Nec reſponſio. & Rol. a Vall. in conſ. 92. nu. 17. ver. Nec habet, lib. 4. Secunda autem reſponſio data, quod ideo in l. ex contractu, ſententia noceat. quia ſi pupillus non fuiſſet reſtitutus aduerſus aditionem ſubſtitutio fuiſſet pupillaris per quam ſucceditur hæredi, contra quem lata eſt ſententia. Doctores in c. quia, de re iud. Iſern. in d. c. 1. §. ſi vaſallus de feudo ſuo, nu. 6. quia adita hæreditate exſpirauerat vulgaris, l. poſt aditã, C. de impub. & conſequenter in caſu d. l. ex contractu, aote reſtitutionem ſubſtitutio vulgaris expirauerat, & ſubſtitutus non habebat ius conſiderabile, quia non de iure communi ſed ſpeciali ſpem habebat, vt declarat Bar. in l. 1. nu. 19. ff. de vulg. & pupil. & hac ratione deciſum fuit in d. l. ex contractu, ſententiam ſubſtituto nocere, vt tenet Ruin. in d. §. diui, nu. 85. & aſſeritur affirmare etiã Bologn. eo loco, num. 170. & voluit Purpur. conſ. 367. n. 17. lib. 1. Videtur poſſe remoueri conſiderãdo, quod in d. l. ex contractu, id diſponitur non ratione in contrariũ adducta, ſed quia condemnatio fuit facta contra hęredem conuentum rõne hæreditatis, & hæreditario nomine pro eo quod potius erat onus ipſius hæreditatis, quam condemnati, & propterea tranſit dicta hæreditas ad ſubſtitutum cum onere illo, licet ſubſtitutus non ſuccedat hæredi condemnato ſed teſtatori, & ex teſtatoris diſpoſitione, vt dicit Paul. de Caſtr. in d. l. ex contractu, num. 15. & intellexit Rot. Rom. in deciſ. 17. in tit. de ſenten. & re iud. num. 4. in antiquis, alias dec. 549. Et etiam quia geſta cum hærede debent confirmari per ſubſtitutum. Iaſ. in d. §. diui, in 2. lectu. nu. 93.
20 maxime quia † actus ille ſententiæ latæ contra hæredem erat iudicialis neceſſarius, & in inuitum redditus. vt reſpondet Socin. ſen. conſ. 251. num. 13. verſ. Secundo, lib. 2. propterea nocere debet ſubſtituto etiam non citato, licet in extraudiciali & voluntario aliud dici poſſet. Bart. in l. diem, num. 1. ff. de aq. plu. arcen. Rom. in l. in concedendo, nu. 7. ff. eod. tit. Ruin. conſ. 106. nu. 8. lib. 3. Soc. ſen. d. conſ. 251. num. 13. Cephal. conſ. 346. nu. 4. & 17. lib. 3. Paul. de Caſt. Felin. & alij, quos refert & ſequitur Ari. Pinel. d. l. 1. par. 3. num. 49. verſicu. Eſt enim, & Socin. iun. in d. §. diui, nu. 136. Et hæc fuit ratio d. l. ex contractu, non illa reddita per dictos Dominos Conſulentes, quæ ratio cum conferat noſtræ quęſtioni, recte ex d. l. ex contractu, hæc concluſio probatur, vt fere omnes Doctores ita affirmant. Inſuper eſt aduertendum, quod Bologn. in §. diui, num. 170. qui ex aduerſo adducitur, non probat id, quod prætenditur, immo in verſiculo. Non obſtat, dum reſpondet d. l. ex contractu, dicit ideo ibi ita diſponi, quia ſententia fuit lata cum hærede vniuerſali, cum quo erat agitata lis, & ideo præiudicat ſubſtituto, cui nondum ius erat quæſitum, viuente hærede, ſed non nocet fideicõmiſſario, cui ius de præſenti quæſitum erat; Et ſic potius facit pro hac opinione, quam pro ſubſtitũtis, cum præſupponat id ex d. l. ex contractu, probari, quando ſubſtituto ius quæſitum non erat viuente hærede (vi
21 accidit in præſenti caſu) † in quo viuente Domino Petropaulo hærede, ſubſtitutis ius de præſenti non competebat, ſed in ſpe tantũ. Petr. Stella in l. qui Romæ, §. Augerius, nu. 101. ff. de verb. oblig. Rom. in d. l. in concedendo, nu. 6. ff. de aq. pluu. arcen. & communiter teneri teſtatur Bero. conſ. 30. num. 20. lib. 2. Solum quidem Ruin. in d. §. diui, num. 85. & Purpur. dicto conſilio id firmant, quorum opinio nõn videtur recipienda, præſertim quia Ruin. id dicit ſequẽdo opinionem Bar. in eodem loco, quæ ibi ab omnibus reprobatur. Et Doctores, qui hanc opinionem contra ſubſtitutum ſequu tur, communiter dicunt, l. ex contractu, illam probar, vt habetur per Doctores allegandos iofra in decimo fundamento huius concluſionis, quod etiam firmat D. dac. Couar. pract. qõ. d. c. 13. nu. 6. ver. Sunt vero, circa medium. Neque etiam procedit ratio Ruin. & Purp. nam etſi verum eſſet ſubſtitutum adita hæreditate nõ habuiſſe tantum ſpem, negari tamen non poteſt, quin adhuc ſubſtitutus ius aliquod ſaltem in ſpe haberet, cui præiudicari poſſet, cuius reſpectu (ſi citatio alias regulariter requireretur) citari debuiſſet, vt reſpondendo Ruin. conſiderat Soc. iun. in d. §. diui, nu. 135. ver. Carolus Ruinus. Maxime, quia ſpes illa quod hæres abſtinere potuerit per reſtitutionem in integrum, conſiderabilis erat quo ad conſiderandum effectum, vt ſubſtitutus poſt reſtitutionem admitti poſſet, & ſic effectum qui cauſari poterat obtenta reſtitutione, vt declar. Ripa in l. 1. num. 125. ff. de vulgar. & pupil. qui contrarias opioiones coociliat; propterea inter caſum vnum & alium non poteſt conſtitui differentia, cum ex ea potius diuerſitas facti quam iuris inferatur, & diſpoſitio d. l. ex contractu, ſaltem ex eius ratione omni caſu procedit etiam cootra ſubſtitutum vulgarem, pupillarem, ſeu fideicommiſſarium, ſicut dixit Aug. Bero. in conſ. 102. num. 45. lib. 2.

Octauo pro hac opinione contra ſubſtitutos multum facit gloſſa in l. de vnoquoque, de re iudic. in qua dicitur regulam d. l. de vnoquoque, vt *omnes* ſint ci-
22 tandi, procedere † quo ad eos, quorum *principaliter* intereſt: ſecus vero ſi vnius interſit *principaliter*, alterius autem acceſſorie, & in conſequentiam, eo quidem caſu dicitur ſatis eſſe citare eum, quem principaliter oegotium tangit, & contra quem petitio dirigitur, non eum, quem ſecundario lædere poſſet, cuius gloſſę declaratio communiter a Doctoribus approbatur. Eam quidem ſequuntur Angel. & Ioan. de Imol. in d. §. diui. Iaſ. in l. ſi quis nec contra, num. 7. qui de cõmuni teſtatur, ff. ſi cert. petat. Angel. & Imol. *in d. l.* de vnoquoque, & ibi Hippol. de Marſil. num. 97. Bald. & alij, quos refert & ſequitur Sebaſt. Vant. in tractat. nullit. in tit. de nullit. ex defect. citat. num. 19. aſſerens gloſſam illam communiter approbari. Alex. conſil. 86. num. 3. lib. 2. Iaſ. conſ. 111. num. 19. lib. 1. Soc. ſen. conſ. 282. col. 3. num. 1. lib. 2. Barbat. conſ. 49. col. 2. libro 2. Ruin. conſ. 48. col. 2. lib. 4. alij multi allegati ab Aoton. Gabriel. in ſuis concluſ. in tit. de citat. concluſ. 1. num. 300. & Tiraquel. in tract. res inter alios acta, verſic. Sed hæc, fol. 1. & Cephal. conſ. 228. num. 22. lib. 2. In caſu autem, de quo agitur, tempore moti & proſequuti iudicij contra hæredem, principaliter negotium ad hæredem ſpectabat, quia primo & immediate, l. & quia, ff. de iuriſd. omo. iudic. contingenter autem ad ſubſtitutos, quia ſecundario & mediate, l. 1. ff. de auctor. tut. & aduertit per dicta iura Tiraq. in allegato loco, fol. 5. ver. Huc facit. Ideo ſatis fuit citare hæredem, omiſſa citatione ſubſtitutorum.

Nono comprobatur per Bartol. io l. in diem, ff. de aq. pluu. arcen. quem ſequitur Alex. in l. ſæpe, num. 27. ff. de

ff. de re iudi. † dum dixit, quod ante euentum conditionis, ſub qua ſubſtitutus fuit vocatus, non requiritur ſubſtituti citatio, & per Felin. in c. quamuis. numer. 16. de ſent. & re iudi. qui aſſeruit non reperiri iure cautum citari debere eum, qui ius de præſenti non habet, ſed ob aliquam cauſam habere poteſt, ſed ſolum eſſe citandum eum, qui habet ius de præſenti. Cum igitur ſubſtituti tempore iudicij ius non haberent niſi ſpe, non debuerunt citari in iudicio contra hęredem intentato, vt etiam dixerunt Ang. & Ioann. de Imol. in d. §. diui. Iaſ. in l. ſi quis nec cauſam. ff. ſi certum pet. & in §. diui. nu. 48. in 1. lect. Soc. ſen. conſ. 251. nu. 13. lib. 2. Rim. iu. conſ. 140. num. 11. lib. 2. & Bero. in conſ. 30. num. 20. & conſil. 102. num. 47. lib. 2.

Decimo, vt huius ſim ſententiæ, valde me inducunt auctoritates eorum, qui affirmauerunt † ſententiam latam contra hæredem in iudicio contra eum moto non ſolum valere ſed etiam nocere, & præiudicare ſubſtitutis & fideicommiſſarijs non citatis, quidquid Barto. in §. diui. in cõtrarium dixerit, cuius opinionem contra ſubſtitutos tenent Angel. in d. §. diui. numero 4. in fin. & in l. ſeruus plurium. nu. 1. & ibi Paul. de Caſtr. in §. hæreditas. numer. 2. ff. de leg. 1. Ioan. de Imol. in d. §. diui. num. 12. verſ. Item adde. & ibi Alexand. num. 7. & ſeq. Iaſ. in 1. lect. nume. 47. & ſeqq. affirmans ita omnes tenere, & in 2. lect. nume. 91. Rip. numero 61. qui pariter de communi teſtatur. Ferd. Loaz. in repetit. nume. 126. & ſeq. & Bolog. num. 169. & Soc. iun. qui illam magis communiter approbari teſtatur num. 132. & 135. Alex. conſ. 119. num. 27. lib. 6. & conſil. 156. lib. 2. & in l. ſæpe. nu. 15. & 110. de re iudic. Corn. conſil. 60. nu. 7. lib. 3. Alciat. conſ. 492. numer. 33. & ſeq. vbi late Felin. in d. cap. quamuis. nu. 16. de ſent. & re iud. Dec. conſil. 342. col. fin. Socin. ſen. conſ. 251. num. 13. verſ. Poſtremo. lib. 2. Ari. Pinel. in l. 1. p. 3. nu. 49. vbi cõem dicit, C. de bon. mater. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 1. tit. 11. nu. 6. Phanu. in tract. de inuen. hæred. part. 5. nu. 26. qui ſimiliter communem eſſe teſtatur. Senat. Pedemõ. deciſ. 157. nu. 4. & ſeq. & nu. 15. & ſeq. Aſin. in ſua praxi iudiciali. §. 31. cap. 2. ampliat. 23. fol. 175. nu. 1. late Roland. a Vall. pro communi conſ. 92. nu. 15. & ſeqq. & nu. 19. li. 4. Didac. Coua. pract. q. c. 13. nu. 6. per totum. Bero. conſ. 102. nu. 45. & ſeqq. lib. 2. † qui late probat ſententiam nocere, quã fertur pro aliquo onere hæreditario (prout accidit in præſenti caſu, in quo ius reintegrationis prouenit ab auctoribus teſtatoris) Rimi. iun. in dicto conſ. 140. num. 10. libro 2. & notat Ruin. conſil. 202. num. 15. verſ. Præterea. lib. 2. † Et in ſpecie de laudo lato contra hæredem, quod noceat ſubſtitutis, poſt Ang. Bartol. & Imol. tenet Ang. Aretin. in §. reſtituta. nu. 2. & 3. Inſtit. de fideicommiſſ. hæred. Quæ opinio magis erit admittenda in facto, de quo agitur, cum laudum fuerit prolatum ab arbitro electo iudicialiter & coacte ex forma ſtatuti Peruſini, quod arctat partes ad compromittendum ex his, quæ ponit Cur. iun. in conſil. 23. nu. 8. libr. 1. † Et procedunt prædicta non ſolum quando ſubſtitutus nõ fuit citatus, ſed etiam ſi ignorantiam iudicij moti contra hæredem, habuiſſet, ſecundum Alexand. in d. l. ſæpe. numero 82, Nam ſecundum eum † quando ſententia contra vnum fertur nocet etiam ei, qui ius tempore iudicij habebat, ſi ſciebat cauſam agi. l. ſi ſuperatus. & ibi gloſſa. in verb. creditori. & Barto. not. ff. de pignor. & hypot. Sed quando fertur contra hæredem, alijs nocet. iuxta dict. l. ſi ſuperatus. quamuis ignorauerint, cum inter vnum caſum & alium conſtituatur ibi differentia; & ideo ſecundum Alexandrum ſententia lata contra hæredem, etiam ſubſtitutis non citatis & ignorantib. præiudicat, quod etiam probant Pau. de Caſtr. in d. l. ſi ſeruus plurium. §. hæreditas. nume. 2. ff. de leg. 1. Ioan. de Imo. in d. §. diui. num. 12. & in l. ſi perluſorio. ff. de app. Ari. Pinnell. in d. l. 1. par. 3. num. 49. verſi. Ex quib. C. de bon. mater. Roland. a Vall. d. conſ. 92. num. 20. lib. 4. & Didac. Couar. in d. cap. 13. nu. 6. per totum. Alciat. conſil. 492. num. 34. verſic. Tertio. & ver. Quarto.

Non obſtant modo ea, quæ per Dominos conſulentes pro ſubſtitutis adducuntur.

Et circa Primum obiectum ob auctoritates in contrarium adductas, dico in terminis, de quibus agitur ex allegatis in contrarium paucos eſſe, qui pro ſubſtitutis allegari poſſint. Quoniam Alexand. in l. de vnoquoque. nume. 17. & in addit. ad Bart. in l. 1. §. denunciari. ff. de ventr. inſpic. Socin. ſen. in l. cum filiusfamilias. nu. 12. ff. de verb. oblig. Capic. deciſ. 107. num. 4. Dec. in l. in iure ciuili. nume. 4. ff. de regul. iur. Felin. in cap. fin. numer. 4. & 5. de maior. & obed. Iaſ. in l. nec quidquam. §. vbi decretum. numer. 36. ff. de offic. proconſ. & leg. Tiraquel. in tract. res inter alios acta. fol. 9. verſic. & id. non loquuntur in caſu, de quo quæritur;
29 ipſi † quidem referunt regulam generalem l. de vnoquoque. ff. de re iud. quæ habet, quod quilibet de cuius intereſſe & præiudicio agitur, ſit citandus; Demum ponunt limitationem traditam ibi per gloſſam, quod non ſit citandus ille, de cuius præiudicio principaliter non agitur, ſed ſecundario & in conſequentiam tantum. Quam gloſſam ſublimitant procedere reſpectu validitatis iudicij & ſententiæ, non autem quoad extenſionem præiudicij, & ſic generaliter tantum loquuntur, ſublimitando gloſſam in d. l. de vnoquoque. Quod non videtur obeſſe, quia gloſſa illa locum habet etiam, quando is, de cuius intereſſe ſecundario agebatur, ius habebat de præſenti, quo caſu, ne illi præiudicetur, citari debet, vt dicunt allegati Doctores, & videtur intellexiſſe Burſat. in conſil. 203. nu. 17. lib. 2. & licet quoad iudicij validitatem non ſint citandi, nam quando agitur contra vnum, contra eum valet iudicium, & ſi alij, qui pro eorum intereſſe debuiſſent citari non citentur, nemo enim alius pro validitate iudicij, quam ille, qui conuenitur eſt citandus, licet pro extenſione præiudicij aliud ſit, vt declarat Innocen. in cap. humilis. verſic. Reſpondeo, de maio. & obed. ſequitur Bal. in l. ab eo. nume. 17. C. quomo. & quan. iudex. Hippol. de Marſil. ſing. 30. verſic. Secundus. Dicta igitur Doctorum, de quibus ſupra, intelliguntur in terminis, in quibus loquuntur circa præiudicium eius, qui citari debuiſſet, quod ſi non citetur, non fiat ſibi præiudicium, ſed bene valeat iudicium, & ſententia contra conuentum, non tamen ipſi dicunt id procedere etiam reſpectu eius, qui citari non debuit, Vnde cum in caſu præſenti, vt dixi, ſubſtitutus non eſſet citandus in iudicio contra hæredem moto multis rationibus ſupra relatis, non indigemus limitatione tradita per dictam gloſſam in cũ, alijs iuribus & rationibus fundetur noſtra intentio: ideo ſequitur nec eius ſublimitationem poſſe adaptari ad caſum noſtrum.

Nec poteſt conſiderari aliqua ſpecialitas reſpectu citationis faciendæ per proclama, ita vt dici poſſit ſufficere contra eum, de cuius præiudicio tantum ſecun-
30 dario agitur, ſed quoad alios requiri † nominatim; Quoniam Doctores concedunt ſufficere citationem per proclama reſpectu eorum, quorum nomina ignorantur, vt erat in caſu l. ſi ab eo tempore. C. de remiſ. pigno. prout ibi aduertit Bartolus, cuius auctoritate omnes allegati Doctores mouentur. Agebatur enim ibi de citatione creditorum, quorum nomina ignorabantur, vt aduertit etiam Phanuc. in tracta. de inuent. hæred. par. 5. nume. 27. Sed quando ſunt noti illi,

de

de quorum intereſſe etiam ſecundario tractatur, non
ſufficit eos citare per proclama, ſed nominatim, & par-
ticulariter ſunt citandi, ſicut in terminis dictæ ſublimi
tationis declarant Ang. in l. perluſorio, ver. Requiritur,
ff. de appellation. Ioan. de Imola, in l. decem, nu. 7. ff. de
verb. oblig. & ibi Iaſon nu. 43. qui Baldum, Paulum de
Caſtro, & alios adducit. Soc. iun. in §. diui, num. 137. &
Alexā. aſſerens ita omnes tenere in allegata additione
ad Bartolum in dict. l. 1. §. denunciari, ff. de ventr. inſpi.
Quare patet hęc omnia procedere reſpectu eorum, qui
ſecūdum regulam ſemper ſunt citandi, & citantur om-
ni caſu ſpecialiter, ſi noſcuntur, ſi autem ignorātur, per
proclama, non tamen reſpectu eorum quorum non re-
quiritur citatio, vt in caſu noſtro, aliàs enim nulla eſſet
differentia inter vnum caſum, & alium, & omnia iura
diſponentia ſententiam contra hæredem latam, noce-
re ſubſtituto non citato, redderentur fruſtratoria, & ni
hil operarentur, ad quod facit quod dicit Alex. in l. ſæ-
pe, nu. 82. ver. Aduerte, ff. de re iud.
31 Et comprobantur manifeſte, † Nam allegati Docto
res loquuntur ſimpliciter, allegando Bar. in d. l. ſi eo tē-
pore, qui loquitur de citatione creditorum, quibus ius
de præſenti competebat, & de eorum excluſione age-
batur. Et etiam præfati Doctores ponunt exempla re-
ſpectu eorum, quibus ius quæſitum erat de præſenti,
vel eorum qui erant in poſſeſſione bonorum de quibus
agebatur, ſiue reſpectu fideiuſſorum & executionis fa-
ciendæ contra eos, vt colligitur in dec. Capic. 107. nu. 1.
& per Iaſ. in l. decem, nu. 37. & ſeqq. multis. Fel. in cap.
fin. num. 4. de maior. & obed. Bologn. in §. diui, nu. 170.
& alijs in locis. Ideo non poſſunt dicti Doctores allega-
ri ad deciſionem noſtræ quæſtionis in qua quæritur tan
tum, an ſententia lata contra hæredem noceat ſubſtitu
tis non citatis, quibus tempore iudicij grauato viuente
ius aliquod non competebat, licet in futurum purifica-
ta conditione competere potuiſſet, quo caſu, vt fuit cō
cluſum, citatio de iure non requiritur. Et ſic cum hæc
longe differant, & priori caſu exigatur citatio, in ſecun
do autem nulla ſit neceſſaria, vt late ſupra oſtendimus,
& in ſpecie dicunt Ioan. de Imo. in d. §. diui, nu. 12. ver.
Sed hic, Alexand. ibi nu. 7. & 9. ver. Nō obſtat, l. ex con
tractu, & in l. ſæpe. nu. 27. Ruin. conſ. 19. nume. 9. lib. 2.
Bero. conſil. 30. nu. 23. lib. 2. Ceph. conſ. 228. nume. 22.
& ſeqq. libr. 2. non poſſunt auctoritates dictorum Do-
ctorum adduci pro ſubſtitutis, vt in terminis aduertit
Soc. iun. in d. §. diui, num. 137. Phan. in d. tractat. de in-
uent. par. 5. num. 27. & optime declarat Ioan. de Imol.
in d. l. decem, nume. 6. vbi eamdem conſtituit differen-
32 tiam & diſtinctionem, ff. de verborum oblig. & † clare
Ant. Gabr. in tit. de citatio. concl. 1. num. 321. qui poſt-
quam ſupra nu. 310. ſublimitauerat dictam gloſſam in
l. de vnoquoque, declarat hanc ſublimitationem non
procedere in ſententia lata contra hæredem in præiu-
dicium ſubſtituti, ſentiens eam tantum procedere in
ſententia lata reſpectu eius, qui ius re ipſa & nō ſpe tan
tum habebat, & communem dicit, & ita etiam reſpon
det Alciat. conſ. 492. nu. 34. ver. Tertio, vbi rationes di
uerſitatis adducit.

Nonnulli vero alij Doctores, qui ex aduerſo addu-
cuntur, minus intētionem ſubſtituti probant, videlicet
Alexand. conſ. 84. nu. 10. ver. Per prædicta, lib. 3. Ioan.
Fab. in §. licet, Inſtitu. de adopt. Roman. in l. peregre, §.
quibus, num. 4. ff. de acquiren. poſſeſ. & Dec. in conſil.
445. num. 32. Ipſi quidem nihil de citatione per procla
33 ma dicunt, † ſed tantum affirmant ſententiam valere
etiam nō citato eo, de cuius præiudicio agitur, ſed non
nocere non citato, quorum dicta aut ſunt intelligenda
ſecundum dictam diſtinctionem, prout ipſi quoque lo-
quuntur, & non obſtant. Aut ſi generaliter intelli-
gerentur, cum dicant ſententiam non nocere non ci-
tato, eorum opinio non eſſet attendenda, poſtquam
ſupra in Decimo fundamento huius partis clare fuit
oſtenſum Doctores communiter tenere ſententiam
contra hæredem latam, nocere ſubſtituto etiam non
citato.

Minus nocet Ang. in l. ſi perluſorio, ver. Requiritur
ff. de appell. quia loquitur de citatione eius, qui de ne-
ceſſitate aliàs erat citandus, non autem in caſibus exce-
ptis, quod etiam patet, quia dicit neceſſarium eſſe vltra
citationem per proclama, ſi nomina ignorantur, quod
ſciuerint etiam cauſam agi, quod ſolum requiritur re-
ſpectu eius, cui ius de præſenti competit, & cui ex actu
illo tunc præiudicabatur, ſtante quod in ſubſtituto non
ſolum non requiratur citatio, immo nec ſcientia, vt ſu-
pra dixi poſt Alexandrum, Paulum de Caſtro, Ioan-
nem de Imola, Pinellum, Alciatum, Rolandum, &
Couaruuiam in locis citatis in dicto decimo fundamen
to, in fine.

Quod vero dicunt Iſer. Afflict. Aluarot. & Curt. de
feud. ac Dec. in conſ. 445. num. 24. & ſeqq. ſententiam
latam contra vaſſallum non nocere deſcendentibus
34 non citatis, minus præiudicat reſpectu ſubſtituti. † Tū
quia communis opinio eſt in contrarium, quod ſenten-
tia lata contra vaſſallum præiudicet etiam deſcenden-
tibus, & alijs non citatis, ad quos poſtea feudum deue-
nire deberet, reprobata opinione Iſern. & ſequacium,
vt tenent Ioan. de Imol. in d. §. diui, ſequitur Alexan.
in d. l. ſæpe, num. 110. Fel. in cap. quamuis, num. 16. ve
ſic. Ex iſtis, de ſent. & re iud. Pinell. qui alios allegat in
d. l. 1. par. 3. num. 48. & ſequen. C. de bon. mater. Boer.
quæſt. 255. colum. penult. Tiraquel. de iure primogen.
quæſt. 35. num. 17. Fab. in §. licet, num. 3. Inſt. de adopt.
qui hanc opinionem ſequitur, quando per viam actio-
nis tollitur, late Rol. à Vall. in conſ. 92. num. 18. & ſeq.
lib. 4. & Didac. Couar. pract. quæſt. cap. 13. num. 6. vbi
dicit hanc opinionem magis communiter receptam eſ-
ſe, reprehenditque Dec. dum in d. conſil. 445. dixerat
opinionem Iſern. & ſequacium eſſe communem. Tum
etiam quia ſimile de ſententia, lata contra vaſſallum ſu
per feudo, non procedit in caſu, de quo quæritur, cum
35 † potentius ſit ius vaſſalli ex contractu proueniens in
feudo, quam ius ſubſtituti in fideicommiſſo, vt declarat
ipſe Dec. qui contrariam opinionem in feudo ſequitur,
in allegato conſil. 445. num. 30. & 34. & eum ſequitur
Purpurat. in conſ. 367. num. 16. lib. 1. Alij autem, vide-
licet Ruin. & Bologn. in d. §. diui, qui de citatione ſubſti-
tuti loquuntur, non nocent: ſiquidem ipſi non dicunt
requiri citationem per proclama, ſed Ruin. numer. 85.
indiſtincte tenet, ſequendo Bartolum, ſententiam ſub-
ſtituto non citato non nocere, cuius opinio communi-
ter ab omnibus reprobatur, vt ſupra fuit demonſtratū.
Bolog. num. 170. dicit tantum requiri citationem eius,
cui ius quæſitum erat, ſecus ſi competere poterat de fu
turo, & ſic potius poteſt allegari contra ſubſtitutum,
quam pro eo.

Solum quidem ex omnibus, per dictos Dominos
Conſulentes allegatis in terminis, quod ſententia lata
contra hæredem, non noceat ſubſtituto non citato ſal-
tem per proclama, licet in ſe valida ſit, tenent in d. §. di-
ui, Ferd. Loaz. num. 128. Crot. num. 39. Soc. iun. conſil.
181. num. 97. lib. 2. & Curt. iun. conſ. 23. numer. 8. libro
1. ac Put. & Achil. in dictis deciſionibus. Qui nec no-
cere videntur, Mouentur enim ipſi auctoritatibus Do-
ctorum, de quibus ſupra fuit facta mentio, quæ remo-
tæ fuerunt ex prædictis, & propterea eorum opinio
non nocet. Et Curt. iunior nihil dicit, refert tantum
ipſe contingentiam facti, in quo erat facta citatio ſubſti-
tuti, ſi ſua putauerat intereſſe, & dicit ſufficere, cum
maioris

maioris effectus ſit iſta, quam illa per proclama, quam
Ale.ſufficere dixerat,& ſic non videtur in eo poſſe fie-
ri fundamentum, præterquam quod loquitur reſpectu
executionis faciendæ contra vſufructuarium & legata
rium,& de qua hic non agitur. Ferdin.Loaz. in d.§.di-
ui,num.130.& Crot.nu.37.non dicunt ſimpliciter ſen
tentiam non præiudicare, ſed aiunt non nocere reſpe-
6 ctu pleni præiudicij;† aſſerentes valere ſentētiam, ſed
non præiudicare, quin ſubſtitutus poſſit appellare de-
clarationem ad contrariam opinionem approbant e-
tiam Soc.iun.in d.§.diui,nu.136.verſi.Vel ſecundo,&
nu.137.Sentit idem Alex.nu.9.verſi.Non obſtat quod
ſententia,& late Rolan.à Vall.in allegato conſ.92.nu.
19.lib.4.& idem ſentit Imol.in l.ſi perluſorio, §.quo-
ties,in fin.ff.de appell.dum dicit parere plenum præiu-
dicium, niſi ſubſtitutus appellauerit infra decem dies.
Sed hæc eſt declaratio contrariæ opinionis, non limita
tio opinionis contra ſubſtitutum (vt præſupponitur ex
aduerſo) et ſi contraria opinio pro ſubſtituto recipien-
da eſſet,hæc omnino eſſet adhibenda declaratio, quod
ſententia præiudicet etiam nullo modo citato,licet nō
quoad plenum prę̨iudicium,cum poſſit appellari,quod
etiam videtur voluiſſe Put.in deciſ.8.in titul.de re iud.
incip.ſententia lata contra hæredem, in manuſcriptis,
dum dicit ſententiam non nocere fideicommiſſario nō
citato ſaltem per proclama,ſubdens in fine, quod licet
non præiudicet, debet appellari à die notitiæ,allegan-
do Doctores in d.§.diui. Videtur enim ſenſiſſe Puteum
non præiudicare ſententiam,quin appellari poſſit, non
quoad hoc quod non præiudicet modo aliquo, ſi non
appelletur,nam ſi modo aliquo ſententia non præiudi-
caret,fruſtra appellandum eſſet. Præterea contraria
opinio confunditur per textum in allegata l. ex contra
ctu,de re iud.vbi clare dicitur ſententiam nocere ad ef-
fectum vt actione iudicati ſubſtitutus teneatur,per quē
textum a declaratione Ferdin. Loaz. Crot. & aliorum
diſſentiunt Iaſ.in d.l.decem,nume.42.& in l.nec quid-
quam,§.vbi decretum,nume.36.ff.de offic.proconſ.&
leg. Tiraquel.in d.tract.res inter alios acta,fol.9.verſic.
& id. Rimin.iun.conſ.140.num.13.& 15.libr.2.& di-
ctam declarationem veram non eſſe,ſed ridiculam, cū
nemo vnquam dubitauerit, quin valeat ſententia, &
citato noceat: & Doctores, qui communiter fatentur
ſententiam nocere etiam ſubſtituto, debere intelligi e-
tiam eo non citato,ne alias omnia,quę Doctores in hac
quæſtione dixerunt, reddantur ſuperflua, & eluſoria,
cenſuerunt Ari.Pin.in d.l.1.par.3.num.49.verſic.Nec
valet,late Phanuc.de inuent.hæred.part.5.num.27.&
33.Didac.Couar.in d.cap.13.nu.6.ver.Sunt vero.Ro-
land.a Vall.conſ.92.num.19.verſic.Pariter,lib.4.& in
proprijs terminis, quod ſententia contra hæredem la-
ta præiudicet fideicommiſſario nullo modo citato,nec
etiam per proclama, tenuerunt Ioan.de Imol. in d.l.ſi
perluſorio,§.quoties,in fin.ff.de appell.& late idem te-
net in d.l.decem,num.6.Alex.in d.l.ſæpe,num.82.So-
cin.iun.in d.§.diui,num.137.Alciat.late in conſil.492.
num.34.ver.Tertio.Ari.Pinel.in d.3.par.num.4.verſi.
Infertur etiam Phanu.in d.par.5.num.27.&33.Rimi.
iun.conſ.140.num.13.& 15.lib.2. Quæ opinio com-
probatur, quoniam iura indiſtincte dicunt valere ſen-
tentiam,etſi non ſit citatus ſubſtitutus, quod debet in-
telligi de omni citatione,aliter enim nulla eſſet differen
tia inter eum,qui ius de præſenti haberet, & eum, qui
ius non habet,ſed tantum in futurum habere ſperat,in-
ter quos maximam adeſſe differentiam ſupra demon-
ſtratum fuit. Et ex iſtis colligitur, non eſſe curandum
de eo, quod in contrarium perfunctorie dixit Soc. iun.
in d.conſil.181.num.97. maxime quia diſputando con
trarium ipſe firmauit in d.§.diui,d.nume.137.Et quo-
niam præiudicium, quod ex ſententia ſubſtitutis fieri
dixi, non accidit propter cauſam ipſam, ſed ex eius
natura, cum tempore iudicij ſubſtituti non haberent
ius,cui præiudicaretur, quod præiudicium appellatur
ex natura cauſæ reſultans,ſicut conſiderat Didac.Co-
uar.in dicto cap.13. numero 5. in princ. & numero ſe-
quent. & per totum, illa ſententia ſubſtitutis præiudi-
cauit,etiam nulla facta citatione, nec etiam per procla
ma,ſicut poſt Soc.ſen.in l.cum filiusfamilias, nu.12.ff.
de verb.obl.affirmant Ferdin.Loaz. qui pro contraria
parte adducitur in d.repe.§.diui,num.128. ver.Quod
tamen ſublimito, qui bene hoc caſu poteſt pro noſtra
opinione adduci.

37 Deciſionibus autem † Put.91.lib.3.& in compen-
dio in tit.de re iud.dec.8.Acchil.dec.40.46.&339.a-
liàs 3.4. in tit.de cita.& 2.in titu.de ſenten. reſponde
tur illas procedere in terminis,in quibus fuit facta dec.
Put.91.in cauſa Nouarien.ad quam omnes aliæ habēt
relationem,quando ſcilicet quæritur, numquid ſenten
tia contra hæredem lata poſſit exequi contra ſubſtitu-
tum nullo modo citatum: Eo quidem caſu conceditur
ſententiam non obſtare reſpectu executionis contra
eum faciendæ,quoniam etiam in caſu,in quo ſententia
alicui nocet,non tamen obſtat quoad hoc,vt executiue
contra eum agi poſſit,ſicut dicit Angel.in l.in cognitio
ne,ff.ad ſenat.conſult.Sillan. Alexand.in l.ſæpe,nume.
17.Iaſ.in l.nec quidquam,§.vbi decretum, numer.36.
verſic.Sed contra, ff.de offic. proconſ. Tiraq. in d.tra-
ctat.res int.ali.act.fol.9. verſic.& id, circa medium,&
Alexand.conſil.156.num.6.lib.2. Sed hic non quæri-
tur de iſto effectu executiuo, cum viuente hærede gra-
uato & condemnato contra eum ſententia fuerit exe-
cutioni demandata. Et modo ſubſtituti laudum illud
& executionem factam reuocare tentant, agentes re-
medio poſſeſſorio l.fin.C.de edict.diu.Adrian.tollend.
pro conſequenda poſſeſſione dictorum bonorum: Me-
rito deciſiones illæ non nocent, cum aliud ſit ſenten-
tiam prę̨iudicare quoad eius firmitatem,aliud vero re-
ſpectu executionis faciendæ contra nō citatum,vt con
ſiderat Burſat.in conſ.203.num.22.libr.2. Et quod il-
læ deciſiones Rotæ ſint intelligendę quando agitur de
executione facienda contra fideicommiſſarium, qui
reperitur in poſſeſſione,præter quam quod clare colli-
gitur in dicta deciſ.Put.91. quæ in illo tantum caſu lo-
quitur,declaratur etiam per Acchil.in deciſ.6.in titul.
de citat.vbi dicit deciſionem illam factam in cauſa No
uarien. quod ſententia non noceat ſubſtituto,ſi non ci-
tetur per proclama,de qua Acchil.mentionem fecerat
ſupra in deciſ.3.eod.titul. de citat. procedere reſpectu
executionis faciendæ, quando ſubſtitutus vel legata-
rius erat in poſſeſſione, non autem ad effectum, vt ſi
iam fuit facta executio,ea reuocari poſſit, & in his ter-
minis dicit loqui Alexand.Iaſ. & Capic. in deciſio.illa
adductis. Et quod Putei deciſio in cauſa Nouar. ſit ita
intelligenda,patet etiam,quia dicit Put.illam eſſe com
munem opinionem, & non habere contradictorem,
quod affirmare domini illi non potuiſſent niſi in caſu,
in quo ſubſtitutus reperiretur in poſſeſſione, nam ſi
fideicommiſſarius non poſſidet, non ſolum ea opinio
habet contradictorem,immo contraria eſt magis com
muniter recepta. Et quamuis Acchil. in dec.6. in prin.
referat alios diſſenſiſſe,loquitur quantum ad id, quod
ipſe dicebat ſententiam exequi poſſe contra legata-
rium poſſeſſorem,ſi hæres tempore ſententiæ latę fuiſ
ſet poſſeſſor, ſed tempore executionis ſubſtitutus vel
legatarius in poſſeſſione reperiretur, de quo hic non
quæritur. Quidquid igitur dicendum ſit caſu illo, ſatis
eſt, quod quando executio fuit facta contra hæredem,
concluditur per Acchil. deciſionem illam in cauſa

No-

Nouarien. non obeſſe ſententiam nocere, ſi tamen de iuribus legatarij particulariter non fuerit litigatũ, prout in caſu noſtro litigatum non fuit, quia lis non erat de viribus fideicommiſſi, ſed tantum de aliquibus bonis hæreditarijs, quæ petebantur occaſione reintegrationis, quæ ab auctoribus teſtatoris originem trahebat, quod inducebat onus ſuper hæreditate & illius bonis, ideo ſententia nocet ſubſtitutis, ſicut dicunt Doctores in locis ſupra adductis, præſertim Bero. in conſil. 30. & conſ. 102. lib. 2.

Secundũ argumentum licet non noceat reſpectu huius iudicij poſſeſſorij, tamẽ ex abundanti reſpondetur.

38 Primo negando † fideicommiſſario omni caſu & indiſtincte eſſe permiſſam appellationem. Et quæ in contrarium adducuntur, ad oſtendendum appellationem permitti, procedunt vel in eo, qui ius prætendit aliter quam per ſucceſſionem in iure victi; Vel in eo qui in iure victi ſuccedit. Sed tamẽ in caſibus exceptis in l. ſi ſeruus plurium, §. 1. ff. de legat. 1. Vt quando prætenditur colluſio, vel quod hæres cauſam non defendit, ſed fuit contumax; Vel ab ea non appellauerit, cum potuerit, ſecus ſi prædicta non concurrunt. Nam ſi de colluſione non conſtat, & appareat hæredem cauſam pro poſſe defendiſſe (vt in caſu noſtro hæres fecit) non poterit fideicommiſſarius appellare, ne iudicium trahatur in infinitum, vt declarat in his terminis Alciat. in conſil. 492. in fin. verſic. Quarto, vbi in contrarium adductis reſpondet.

39 Secundo reſpondetur † opinionem eorum qui firmarunt fideicommiſſarium appellare poſſe, procedere in caſu, in quo a ſententia lata hæres appellare potuit, nec appellauit, tunc enim permittitur ſubſtituto infra decẽ dies a die propriæ ſcientiæ appellare: Secus ſi a dicta ſententia appellatio denegaretur, vt quia vigore ſtatuti vel alias faceret rem iudicatam, tunc enim ſententia ex propria natura cauſæ præiudicat ſubſtituto, nec ab ea poteſt appellare, vt late oſtendit Didac. Couar. pract. quæſt. c. 15. nu. 3. & ſeqq. Nec hoc caſu obſtat, quod dicitur poſſe appellare tertium etiam a tertia ſententia, a qua condemnatus prouocare non poteſt, quia id procedit in cauſa in qua ſententia contra vnum lata ſolum nocet tertio, qui ſcientiam eiuſdem habuit, & ſic ratione ſcientiæ, iuxta l. ſæpe, ff. de re iud. non quando alias nocet ex propria vi & natura cauſæ etiã ignoranti (prout in caſu de quo agitur) nocere oſtendi: eo quidem caſu pręiudicat omni reſpectu, etſi hęres appellare potuit, & non appellauit, recipitur appellatio ſubſtituti: Sed ſi à ſententia prohibita erat appellatio hæredi, nec admittitur ſubſtitutus ad remedium appellationis, ſed in totum ſibi præiudicium generatur, vt per Didac. Couar. in d. c. 15. nu. 3. & ſeqq. Et hoc etiã puto ſenſiſſe Ari. Pinel. in d. l. 1. par. 3. n. 49. ver. limito tertio, C. de bon. mater. vbi dictam opinionem Alexandri & ſequaciũ quæ habet quod ſubſtitutus appellare poſſit, limitatur procedere, ſi hæres non fuit proſecutus cauſam, vſque ad maius tribunal, nam ſi etiam in maiori tribunali foret lata ſententia, aſſerit ſubſtitutum non poſſe appellare, ſtante quod eo caſu non ſit de appellatione tractandum. Cũ igitur a laudo iudiciali contra hæredem lato ex forma ſtatuti Peruſini Rub. 27. libr. 2. appellatio ſit prohibita ſicut ab eo non poterat appellare hæres, ita nec ſubſtituti admittuntur.

40 Tertio † & melius reſpondetur, ſi omni caſu appellationem ſubſtitutis permiſſam admitteremus, illa tantum foret permiſſa infra decem dies a die ſcientiæ lati laudi, vt dicunt omnes, etiam qui pro contraria parte adducuntur, & late Didac. in dicto cap. 15. num. 2. Sed ſi infra decem dies appellatio non interponeretur, poſtea non eſſent audiendi. Socin. iunior in dicto §. diui, num. 138. & ibi Crot. num. 39. late Bero. conſil. 30. nu. 21. & ſeqq. lib. 2. Rol. a Vall. conſ. 92. in fi. li. 4. & Rim. iun. d. conſ. 140. nu. 15. & ſeq. li. 2. & concedunt omnes, et qui ex aduerſo allegantur. Sed iſti ſubſtituti habuerunt ſcientiam laudi non ſolum à decem diebus, ſed a multis annis, nec conſtat de appellatione, merito laudum quoad plenum præiudicium nocet, & ſuper remedio appellationis amplius audiendi non ſunt, nec poſſunt contra illud, quod in iudicatum tranſiuit, aliquid obijcere. Alex. conſ. 156. col. fin. lib. 2. ver. Si ergo, & Bero. d. conſ. 30. nu. 21. 22. & 23. lib. 2.

41 Neque obſtat † quod dicitur ſubſtitutos iſtos poſſe in integrum reſtitui ad appellandum, eum filius Domini Petripauli ſit minor, & Collegium Bartholinum ſit etiam priuilegiatum, & aduerſus omiſſam appellationem infra tempus legitimum reſtitutionem in integrum eſſe concedendam, vt in terminis dixit Socin. iun. in d. conſ. 181. num. 103. lib. 2. Quia modo ſuper reſtitutione in integrum iudicium non pendet, ſed ſolum pendet cauſa in poſſeſſorio, & diſputatur incidenter, numquid laudum & conſequenter ſtatutum ſubſtitutis noceat, & propterea etſi reſtitutio poſſet peti, tamen an-
42 tequam concedatur, multa ſunt conſideranda, † & pręcipue an conſtet de læſione aliter quam per lapſum temporis ad appellandum. Bart. in l. nam & poſtea, §. ſi minor, nu. 7. & ſequen. ff. de iureiur. Bald. in l. ſancimus, in fin. C. in qui. caſi. reſtit. in integ. non eſt neceſſ. & ... Fulg. & Paul. de Caſtro, Bal. Ang. Salic. & Alex. in d. ſi minor. Bero. conſil. 102. nu. 31. lib. 3. Natt. conſ. 503. nu. 13. lib. 3. Ferret. conſ. 11. nu. 17. li. 1. quam opinionem magis communiter approbari teſtantur Vital. in Clem. x. in fin. de reſtit. in integ. Rim. iun. conſil. 12. nume. 17. lib. 1. Roland. a Vall. conſi. 10. num. 15. verſic. Quinto, lib. 4. & poſt eos ac alios multos in propoſito reſtitutionis in integrum ad appellandum, idem dixerunt Senat. Pedemont. dec. 158. per totam, & Sforz. Odd. de reſtitut. in integ. par. 1. quæſt. 36. artic. 5. verſic. In contrarium: & Dominus Robert. Lancellot. Iuriſconſultus Peruſinus vir magnæ ſcientiæ, in tract. de attent. par. 2.
43 cap. 14. num. 4. & ſequen. † vbi num. 11. *dicit fuiſſe reſolutum in Rota Romana coram Domino de Rubeis* non poſſe minorem tanquam reſtitutum appellare, antequam doceat de eius bono iure, & iudex declaret, an conſtet, vel non conſtet de tali bono iure. idcirco antequam reſtitutio petatur, & concedatur, ſententia præiudicat, & præſenti tempore inſpecto declarari oportet laudum præiudicare.

44 Nec reſiſtit † quod de præiudicio irreparabili dixit Rip. in d. §. diui, num. 63. quia allegat tantum Felin. in capit. exhibita, in princip. de iudic. qui non loquitur in terminis noſtris, ſed tantum id dicit ad ſublimationem gloſſæ in dicta l. de vnoquoque, quæ locum habet etiam contra eum, cui ius tempore iudicij competebat, cuius reſpectu licet valeat ſententia, ei non nocet quoad præiudicium irreparabile, eum appellare poſſit, vt ſupra explicaui. Prętεrea Felin. mouetur auctoritate Andr. de Iſern. qui loquitur de ſententia lata contra vaſſallum pro feudo, qui differt à ſubſtituto & contra Iſern. etiam in caſu ſuo eſt communis opinio vt dixi ſupra, & ſic videtur, quod Rip. minus recte loquatur, cum per eum adducta non repugnent reſpectu ſententiæ latæ contra hæredem in prçiudicium ſubſtituti, cum caſus ſint diuerſi, & ſententia faciat rẽ iudicatam contra ſubſtitutũ, ſicut contra hæredem ex propria vi & natura cauſæ. Vlterius, quia ſubſtituti non appellarunt infra decem dies ab eorum ſcientia, laudum pręſenti tempore inſpecto parit præiudicium irreparabile, licet pręiudicium reparari potuiſſet à principio per appellationem. Et hoc omnes admittunt, &

Ripa,

Digitized by Google

Ripa, & alij non diſſentiunt.
Quod Tertio loco dicebatur † ſententiam latam per
colluſionem vel contumaciam hæredis vel eiuſdē cul-
pam in prouocando iudicem ad iniuſtam ſententiam,
& ab ea, cum ſciret iniuſtam non prouocando, non no-
cere ſubſtitutis vel legatarijs, per l. ſi ſeruus plurium. §.
ſi hæreditatis. ff. de leg. 1. facile remouetur, quia non
conſtat de colluſione, nec præſumitur, hæres non fuit
contumax, iudicem non prouocauit ad iniuſtam ſen-
tentiam, minuſque in aliqua alia culpa reperitur, & ſi
à laudo non appellauit, accidit quia non potuit prohi-
bente ſtatuto etiam ſub pœna.
Præterea dico quod tunc, non obſtante ſententia
ſubſtitutus deberet audiri contra victorem, quando
detegeretur colluſio, vel conſtaret de contumacia hæ-
redis, de quibus hic non apparet, ſed ſi ſola culpa in o-
mittendo allegationes & probationes appareret, ſen-
tentia noceret ſubſtituto, ad effectum, vt contra victo-
rem non audiatur, licet ei non obſtet, quin contra hæ-
redē ſua culpa victum agere poſſit, ſicut declarat gloſ-
ſa in verb. nocebit. & ibi Bartol. in d. §. ſi hæreditatis,
numero 1. verſicu. Si vero hæredi, cuius diſtinctionem
communiter approbatam eſſe teſtatur ibi Iaſon nume.
7. Et ſic patet ſubſtitutos non poſſe inquietare eum,
qui obtinuit, ſed ei dari regreſſum contra hæredem vi-
ctum, etiam ſi conſtaret de culpa hæredis in omitten-
do allegationes & probationes. Inſuper dicitur ſenten-
tiam non nocere ſubſtitutis, quando hæres prouocaſ-
ſet iudicem ad proferendum iniuſtam ſententiam, &
ab ea appellare potuit, & ſua culpa non appellauit; &
ita loquuntur Cuman. Ang. Imol. & Alexand. in d. §. ſi
hæreditatis, qui à Bartolo diſſentiunt. & Alexan. in l. ſę
pe. numero 83. ff. de re iud. † Dummodo ab ea ſubſti-
tutus infra decem dies a die ſcientiæ appellauerit, ſe-
cus ſi non prouocauit, quia tunc etiam ſtante culpa hæ
redis, ſententia nocet ſubſtituto, prout diſtinguendo &
opiniones conciliando declarant Dida. Couar. pract.
quæſt. cap. 15. nume. 2. verſ. Quid ergo. & verſ. Iccirco
exiſtimo, & Mich. Graſ. in tract. commu. opin. libr. 2.
capit. 23. q. 41. verſ. At quidquid. Sed hæc non nocent:
quia de aliqua hæredis culpa non conſtat, imo de exa-
ctiſſima diligentia, attento maxime, quod lato laudo, à
quo appellatio erat prohibita ſub pœna vigore ſtatuti,
hæres non ſolum non acquieuit, vt debebat, immo il-
lud remedio reſtitutionis in integrum & alia via impu-
gnare nixus fuit.
Quæ autem adducuntur in Quarto & Vltimo fun-
damētis per vnum ex Dominis Conſulentibus, † quod
laudum ſit iniuſtum, & iniuſtitia detecta non noceat
ſubſtitutis, ex not. per Dec. conſi. 445. nu. 31. & in l. 2.
num. 2. C. de eden. & Soc. in l. 1. in fin. de except. rei iud,
non poſſunt tamquam diuerſa ad propoſitum adduci,
nam verum eſt, quod regulariter ſententia tertio non
citato non nocet, tamquam res inter alios acta reſpectu
pleni præiudicij, ſed quoad quale, quale præiudicium
omni caſu ob præſumptionem ſententiæ, illa etiam ter
tio præiudicat, quod tamen limitatur verum eſſe in du
bio, ſecus ſi ſententia iniqua detegitur, tunc enim ceſſat
præſumptio ſententiæ, & tertio nullo modo nocet, nec
etiam reſpectu qualis qualis præiudicij; Et hoc eſt, qđ
dicunt Doctores in contrarium adducti, & declarat So
cin. ſen. in d. l. 1. verſ. Tertio vſque ad finem, & Dec. in
d. l. 2. nu. 45. & ſeq. & ita poſſet procedere, quod dixit
Dec. in conſ. 445. Sed hæc non poſſunt adduci reſpe-
ctu ſententiæ latæ contra hæredem, quæ ex propria vi
& naturæ cauſæ nocet ſubſtituto non citato, maxime
ſi non appellauit, vt late ſupra demonſtraui, præſertim
dum dixi nocere ſententiam, ſi ab ea non fuit appella-
tum per ſubſtitutum, etiam quod hæres nouerit illam
eſſe iniuſtam, & non appellauerit. Solum autem in ter-
48 minis † quæſtionis noſtræ contraria opinio eſſet reci-
pienda, ſi laudum nō iuſtificaretur aliqua probatione,
vt dixit Phanu. in d. tracta. de inuent. par. 5. numer. 30.
Et detegeretur ex eiſdem actis notorie iniuſtū, eo qui-
dem caſu ſi de notoria iniuſtitia laudi ex eiſdem actis
appareret, ſubſtituto non noceret, eiſdemque reuoca-
tionem petere poſſet etiam citra remedium appellatio
nis, quia in his terminis ob notoriam iniuſtitiam etiam
hæredi condemnato ſubueniretur aduerſus ſentētiam,
quæ aliter contra eum faceret rem iudicatam, ex nota
tis per Felin. in c. inter ceteras. nu. 10. de ſen. & re iud.
Pariſ. conſil. 107. num. 9. & ſeq. lib. 4. & fuit deciſum in
Rota Romana, vt per Put. in compendio. deciſ. 33. in
tit. de probat. Peregr. deciſ. 15. & Caputaqu. deciſ. 83.
alias 85. lib. 2. inter manuſcriptas. Si tamen ſententia
adeo notorie iniuſta appareret, quod eius iuſtitia ali-
49 quo dubio offuſcari non poſſet, † nam ſi aliqua probabi
li dubitatione iniuſtitia in dubium reduceretur, ſenten
tia non poſſet dici notorie iniuſta, vt late probat Corn.
conſil. 10. col. 2. ver. Et ſi forte. lib. 4. Felin. in d. c. inter
ceteras. nu. 3. ver. Secunda declaratio. & num. 8. verſic.
Tertia declaratio. Philip. Franc. in c. dilecto. num. 153.
de appel. aſſerens in tantum requiri iniuſtitiam eſſe no-
toriam, quod nec ſufficeret eſſe manifeſtam. Ceph. con
ſil. 201. nume. 9. & ſeq. lib. 2. Burſa. conſil. 73. numer. 3.
libr. 1. affirmans ita in Rota Romana fuiſſe deciſum,
vt per Ant. Aug. in deciſ. 2. in tit. de ſent. & re iud. Lau-
dum vero, de quo agitur, prætenditur eſſe iuſtum, ſeu
ſaltem non ita iniuſtum, vt poſſit dici conſtare de eius
notoria iniquitate: idcirco ceſſant prædicta, & conſe-
quenter id, quod dicitur ex probationibus iniuſtitiam
50 iuſtificari poſſe, quoniam † de notoria iniuſtitia ad di-
ctum effectum conſtare oportet ex eiſdem actis, non
ex nouiter deducendis, vt dicunt omnes ſupra proxi-
me allegati, Alex. vero in l. 4. §. condemnatum. ff. de re
iud. & alij ex aduerſo adducti ad oſtendendum proba-
tiones fieri poſſe, loquuntur reſpectu læſionis inconti-
nenti probandæ pro obtinenda reſtitutione in integrū,
de qua non agitur modo, & nos tātum loquimur de lau
do iudiciali, quod etiam ſubſtitutis nocet. Et quia ab
eo appellari non potuit, vel ſaltem quia nec fuit per ſub
ſtitutos prouocatum infra decem dies à die ſcientiæ, in
quibus terminis ſubſtituti non ſunt admittendi ad no-
uas probationes, nec aduerſus laudum audiri debent ſe
cundum Alex. conſi. 156. col. fi. ver. Si ergo. lib. 2. Bero.
conſil. 30. num. 21. 22. & 23. in fin. lib. 2. Rui. conſ. 203.
nu. 15. ver. Præterea. lib. 2.
Et ex iſtis ſublata ſunt omnia, quæ in contrarium
adducebantur, firma remanente concluſione, quod
præſenti tempore inſpecto, & ad effectum vt actores
non poſſint obtinere in intentato remedio poſſeſſorio,
in l. fi. C. de edict. diu. Adr. tollend. laudum latum, &
executum contra hæredem præiudicet ſubſtitutis non
citatis, licet ſuper reſtitutione in integrum, aut præ-
tenſa notoria iniuſtitia actores audiri poſſent in alio
iudicio.
*Die 20. Decembris anni 1581. Rota Peruſina declara-
uit laudum latum & executum contra hæredem quoad exe-
cutionem & poſſeſſionem adeptam per dictam Dominam
Aureliam, ac Dominum Proſperum, pro quibus reſpondi.
Et in reſpicientibus poſſeſſorium intentatum præiudicaſſe,
ac præiudicare ſubſtitutis, Non tamen præiudicare eiſdem
experiri volentibus ex remedijs petitorium cōcernentibus,
rogato Domino Herculano de Rubeis notario Peruſino.*

INCIPIVNT CONSILIA XXVIII.

Ad varios contractus pertinentia.

ARGVMENTVM.

Filia à ſtatuto excluſa, quando deficiẽte linea maſculina ſit reintegranda.

Contractus metu geſtus, an, & quádo ſit nullus, ſeu reſcindendus.

Metus quomodo probetur, & quæ concurrere debeant vt iuſtus ſit.

Renunciatio facta à filia patri fauore fratrum, & pro conſeruatione Cippi ſuæ domus, an, & quando mortuis fratribus ſine filijs reſoluatur.

SVMMARIVM.

1 *Filia de Iure Communi ad ſucceſſionem parentum cum fratribus admittitur.*
2 *Statutum Peruſinum li.2.Rub.45. excludit ſeminas temporaliter tantum.*
3 *Dictiones donec, quouſque, & ſimiles, ſunt ſuſpenſiuæ.*
4 *Femina temporaliter excluſa deficiente linea maſculina admittitur ad portionem quam habuiſſet ſi non fuiſſet excluſa.*
Etiam non obſtante quocumque longiſſimi temporis curſu, quando linea maſculina de recenti defecit, nu.63.
5 *Renuncians ad iura renunciata non habet regreſſum.*
6 *Renunciatio facta à filia patri de iure Ciuili eſt inefficax.*
Sed iure Canonico confirmatur iuramento, & valida eſt. num.7.
8 *Actus præſumitur ſpontaneus niſi coactio probetur.*
9 *Metus non preſumitur, ſed ab eo, qui illum allegat probari debet concludenter.*
10 *Clauſula, non vi, dolo, ſed ſponte; metum & dolum excludunt, ſed declaratur nu.50. & 51.*
11 *Decretum iudicis metus præſumptionem remouet, declaratur num.52.*
12 *Metus non præſumitur nec allegari poteſt ad reſciſſionem contractus quando non præceſſit proteſtatio.*
13 *Teſtis vnicus ſemiplene probat.*
14 *Metus ex curſu temporis purgatur, contractuſque approbatus cenſetur. Sed contra nu.61.*
15 *Metu geſta rata haberi non debent.*
16 *Contractus metu geſtus nullus redditur.*
Etiam ſi metu reuerentiali fuiſſet geſtus, nu.17.
18 *Iuramentum metu extortum non obligat, & ab eo recedi poteſt ſaltem obtenta abſolutione.*
19 *Renunciatio filię facta patri per metum reſciudi debet non obſtante iuramento ſaltem obtenta abſolutione.*
20 *Actio quod metus cauſa eſt in rem ſcripta, & datur etiam contra ſucceſſores, qui ex metu commodum ſentiunt.*
21 *Metus præſumptionibus & coniecturis probatur. (22.*
Debẽt tamẽ præſumptiones eſſe legitimę & propinquę, n.
Et plures coniecturæ ſimul iunguntur, nu.23.
24 *Metus probatur per teſtes inhabiles.*
Et per iuramentum, nu.25.
Et leuiores probationes ſufficiunt, quando iudex habet poteſtatem procedendi ſola veritate inſpecta, nu.26.
27 *Probationes imperfectæ & minus concludentes recipiuntur coram arbitratore, qui habet poteſtatem procedendi ſecundum veritatem & æquitatem.*
28 *Metus quibus præſumptionibus probetur, & quis ſit iuſtus metus iudicis arbitrio relinquitur conſiderata perſonarum qualitate, & num. ſeq.*
29 *Metus ille non conſideratur in muliere qui caderet in conſtantem virum, quia minor cauſa eſt ſufficiens ad inducendum iuſtum metum in muliere quam in maſculo, & nu. ſeq.*
30 *Metus iuſtificatur à veriſimili.*
31 *Metus qualis eſſe debeas, vt contractus reſcindatur.*
32 *Metus præſumitur in muliere minore renunciante iu[...] bus ſuis.*
33 *Filia exiſtens ſub poteſtate & regimine patris, ad renunciandum metu inducta præſumitur, etiam ſi non con[...] de minis.*
34 *Metus ſolis precibus eius cui reuerentia debetur iuſtificatur, etiam ſine minis, & ſatis eſt timeri per eum [...] inferri poſſe.*
35 *Metus plene probatur per vnum teſtem de viſu, & alios de auditu.*
36 *Metus probatur per minas, maxime eius, qui eſt terribilis, non ſolum ſi in actu contrahendi, ſed etiam ſi prius fuiſſent illatæ, & nu.40.*
37 *Metus probatur per comiuationem patris in puella innupta, quod ſi non renunciaret, numquam eam nuptui [...] deret.*
38 *Metus probatur quando puella ante contractum fuit [...] flere, ſi alia iuſta cauſa fletus non imminebat.*
Item per aſſertionem puellæ parum ante vel poſt contractum quod cõtra eius voluntatem inducebatur ad renunciandum, nu.39.
41 *Renunciatio filiæ facta ob metum reuerentialem, & minas reſcinditur, etiam ſi non probaretur leſio.*
42 *Metus reuerentialis probatur ex læſione filiæ renunciantis abſque alia eius probatione, etiam ſi minæ non probentur.*
43 *Contractus metu reuerentiali geſtus iuncta læſione reſcinditur, etiam ſi non conſtet de minis, maxime concurrente minore ætate.*
44 *Ignorantia bonorum, quibus filia renũciauit præſumitur, ſi eſt minor & ſub poteſtate patris.*
45 *Dolus patris oſtenditur ex eo, quod filia quæ cum patre contraxit, læditur.*
46 *Contractus ob metum reuerentialem reſciuditur ob læſionem, etiam ſi talis eſſet qui regulariter ob læſionem non reſciuderetur, vt contractus donationis, quia eo caſu læſio adducitur per modum coniecturæ ad probationem metus.*
Etiam non obſtante iuramento, quando de dolo patris conſtat, nu.47.
48 *Læſio etiam reſpectu bonorum patris viuentis eſt conſiderabilis.*
49 *Metus ex pluribus ſimul iunctis probatur, quando ſingula per ſe non ſufficiunt.*
51 *Clauſulę omnes præſumuntur metu adhibitę, quando contractus metu celebratus eſt.*
53 *Proteſtatio facta coram teſtibus abſente parte, releuat ſu[...] ſiſtente metu.*
54 *Proteſtatio ſola metum non probat, facilius tamen ſtante proteſtatione iuſtificatur, & nu.55.*
56 *Metus reſcindit contractum quando de eo conſtat, licet proteſtationem precesſerit.*
57 *Teſtis vnicus fidem non facie.*
58 *Teſtibus pluribus magis creditur quam paucioribus.*
59 *Teſtibus duobus de metu magis creditur, quã mille de ſpontanea voluntate ſi alię coniecturę metus concurrunt.*
60 *Teſti vnico de metu quando plus credatur, quam pluribus de ſpontanea voluntate.*

Filius

2 *Filius in bonis patris viuentis nullum ius habet.*
4 *Replicandi ius cum actione commenſuratur & durat eodẽ tempore quo durat actio.*
5 *Hæredum appellatione omnes etiam extranei continẽtur, Declaratur num. 101. & ſeqq.*
6 *Conditio ſi deceſſerit ſine filijs, exſpirat per ſuperexiſtentiam filiorum, nec eis poſtea mortuis reuiuiſcit, Declaratur num. 85. & 105.*
7 *Agnatio conſeruatur etiam per tranſuerſales.*
8 *Ceſſante vna cauſa, ſi alia viget, non ceſſat effectus, Declaratur num. 108.*
9 *Ceſſante cauſa non ceſſat effectus, quando alicui non fuit ius quæſitum, Intellige vt num. 109. & ſeq.*
Renunciatio facta patri fauore filiorum maſculorum, ſubſiſtit, quamuis poſt patrem deceſſerint filij. Sed contra per totum, & declaratur num. 111.
Ratio præſumitur finalis, quando principaliter exprimitur, & futurum reſpicit.
Vel quando ſi ratio ceſſaret, quis nullo modo vel non ita diſpoſuiſſet, num. 72.
Ratio etiam impulſiua pro finali habetur, quando ſi ea ceſſaret, diſpoſitio non fuiſſet facta.
Ratio finalis mentem & intentionem contrahentium detegit.
Diſpoſitionemque interpretatur & limitat, nu. 75.
Eamque aliquando reſtringit & minuit, & aliquando in totum tollit, num. 76.
Ceſſante ratione ob quam fuit facta diſpoſitio, ceſſat effectus diſpoſitionis etiam in contractibus.
Renunciatio facta pro conſeruatione Cippi domus reſoluitur mortuis maſculis, qui Cippum conſeruabunt.
Filia quæ renunciauit patri eo tempore, quo habebat filios maſculos, maſculis defunctis ſuccedere poteſt.
Limitatur quando filij maſculi deceſſerunt viuente patre, aliàs ſecus, num. 80.
Sublimitatur, quando alia ratio non fuit expreſſa in renũciatione, ſecus ſi renunciatio continet aliam rationem ſeu conditionem, num. 81.
Ratio finalis principaliter attenditur non aliter attento ſono verborum tam in contractibus quam in conditionib.
Renunciatio non ſubſiſtit eius ratione ſeu cauſa ceſſante.
Conditionem habẽtem tractum ſucceſſiuum & perſeuerantium exigentem non ſufficit momento impleri niſi duret.
Argumentum de contractibus ad vltimas voluntates & econtra procedit.
Mens etiam in contractibus attenditur potius quam verborum conceptio.
Renunciatio filiæ non extenditur ad ius, quod ſuperuenit poſt renunciationem per extinctionem lineæ maſculinę.
Feudum aperitur filiæ feminæ & non domino mortuis maſculis, quamuis filia renunciauerit bonis patris.
Patrem extraneos filię præferre voluiſſe in ſucceſſione nõ præſumitur.
Renunciatio filiæ ex præſumpta mente contrahentium reſtringitur in fauorem filiorum tantum.
Repetitio conditionis fit ex præſumpta mente, & identitate rationis, nõ ſolum reſpectu caſuum, ſed etiam perſonarum, maxime quando fuit conſideratus effectus.
Renunciatio velut odioſa reſtringitur.
Et in fauorem renunciantis interpretatur, vt ei minus noceat, num. 94.
Opinio magis æqua in dubio eſt amplectenda.
Aequalitatis ſeruandæ gratia aliquando à proprietate ſermonis receditur.
Et diſpoſitio generalis reſtringitur ac limitatur, nu. 97.
Et facta in vno caſu ad alium extenditur, num. 98.
Multaque in diſpoſitione includuntur, quæ aliàs non includerentur, num. 99.
Et diſpoſitio in eum ſenſum interpretatur, qui magis ad æqualitatem reducit, num. 100.
102 *Verbum ratione adiuncti mutat eius naturam.*
103 *Filij in conditione poſiti in contractibus intelliguntur diſpoſitiuè vocati.*
106 *Pręcedentia potius declarant mentẽ in ſubſequentibus, quam econtra.*
107 *Renunciatio vltra perſonas & caſus in ea expreſſos non extenditur.*
110 *Ceſſante cauſa ceſſat etiam effectus conſummatus pro tẽpore futuro, quando fuit cõſideratus effectus ſucceſſiuus.*

CONSILIVM XXIX.

MAGNIFICA Dom. Siluagia de Nardutijs puella & innupta, omnibus iuribus ſibi competentibus in bonis patris & matris renunciauit in fauorem Do. Hieronymi patris ſtipulantis pro ſe, & hæredibus, aſſerens dictam renunciationem facere pro conſeruatione Cippi ſuę domus, cum cõditione, quòd ſi dictus Hieronymus decederet ſine filijs maſculis legitimis & naturalibus, renũciatio haberetur pro non facta, & eſſet ipſo iure nulla. Deceſſit D. Hieronymus ab inteſtato, relicto D. Iulio Cęſare filio maſculo legitimo & naturali. Poſtea obijt dominus Iulius Cæſar ſine filijs. Modo D. Siluagia petit ſe reintegrari ad ſucceſſionem ſui patris. Si non adeſſet renunciatio, eius intentio clara redderetur: cum enim deceſſerit Dom. Hieronymus ſuperſtitibus Iulio Cę-
1 ſare & D. Siluagia † filijs, ipſi de iure cõmuni ad patris ſucceſſionem erant æqualiter admittẽdi, l. maximum vitium, vbi Alex. & Iaſ. num. 2. C. de liber. & poſthum. Authen. In ſucceſſionibus, C. de ſuis & legitim. Corne.
2 conſ. 49. num. 1. lib. 1. † Et licet ſtatuto Peruſino, libro 2. rubr. 45. femina per ſuperexiſtentiam maſculorum excludatur, non excluditur ſimpliciter & perpetuo, ſed temporaliter, donec, & quouſque exſtant maſculi,
3 vt denotant dictiones illę, † donec, & quouſque, & ſimiles, quæ ſuſpenſiuæ ſunt. Bart. in l. fin. §. 1. ff. ad Tertul. Bald. in l. 2. num. 5. C. de liber. præter. Socin. iun. conſ. 76. num. 113. lib. 1. Alber. Brun. in tract. de ſtatut. quod ſtant. maſcul. art. 10. q. 5. num. 72. Tob. Non. conſil. 8.
4 num. 2. † & femina ita temporaliter excluſa, deficiente linea maſculina ad ſucceſſionem reintegratur. Bart. in d. §. 1. Bald. Alex. & alij, in d. l. 2. Socin. iun. conſ. 82. num. 7. lib. 4. Corn. conſ. 233. num. 12. lib. 4. Soc. ſenior qui de communi teſtatur conſ. 10. in princ. lib. 3. Alber. Brun. in dicto artic. 10. q. 5. num. 66. & ſeq. & num. 82. in fin. Rimin. iun. conſil. 31. num. 19. & conſil. 82. num. 8. & ſequen. lib. 1. Tob. Non. dicto conſil. 8. nu. 2. quam opin. com. dicunt etiam Socin. iun. conſil. 1. num. 1. lib. 1. Burſat. conſil. 80. num. 8. lib. 1. Anton. Gabriel. in ſuis concluſ. in tit. de ſtatut. concluſ. 4. nu. 9. & Hieronym. Gabriel. conſil. 7. num. 8. & ſeq. lib. 2. Quę concluſio indubitata redditur, cum ſtatutum in dicta rubr. §. ſaluo quod feminæ, clarè diſponat, deficientibus maſculis feminas, & earum filios & nepotes ad ſucceſſionem, à qua per maſculos excluſæ fuerunt, reintegrari debere. Eſſet igitur Domina Siluagia, ſi non renunciaſſet, reintegranda ad ſucceſſionem patris pro ea portione, quam habuiſſet, ſi a maſculo non fuiſſet excluſa, prout declarant Socin. ſen. Socin. iun. Brun. & Rimin. in dictis locis. Capr. conſil. 76. in fin. Aret. conſ. 143. in prin. Corn. conſil. 233. num. 12. lib. 4. Verum quia Capitaneus Laurentius hæres inſtitutus à dicto Domino Iulio Cæſare prætendit dictam Dominam Siluagiam à ſucceſſione patris excluſam fuiſſe ob propriam renun-
5 ciationẽ, † & ad iura renunciata non habere regreſſum, cap. quamuis, de pact. in 6. l. quæritur, §. ſi venditor, ff.

dę edilit.edict, Bart.in l.Non vtique, in fi.ff.de except.
Affl.deciſ.220.nu.19. Dec.conſil.389. nu,10. Cephal,
conſil.445.nu.2.lib.3. Ipſa vero dicit renunciationem
eſſe nullam & metu extortam. Videndum eſt nũquid
renunciatio prædicta fuerit valida.

In qua difficultate videtur dicendum renunciatio-
6 nem validiſſimam eſſe,† nam ſi Iuris Ciuilis diſpoſitio
ne attenta ineffieax ſit renunciatio facta per filiam pa-
7 tri,l.pactum quod dotali, C.de collat.† De iure Cano-
nico quando iureiurando confirmatur, validiſſima re-
putatur,c.quamuis,de pact.in 6.& ibi Doctor. Et licet
qñ filiæ ad renunciandum,metu inducuntur, ceſſet di-
ſpoſitio d.c.quamuis, vt ibi,& in d.l.pactum quod do-
tali. Doctores declarant,id non videtur obeſſe.

8 Primo,quia metus iuſtificatus non vř,† & actus ſpõ
taneus præſumitur,niſi coactio probetur, l.2. C.de his
qui vi,vel met. Alc.de præſumpt,reg.3. præſum.7.nu,
1. Dec.in c.cum M,de conſtit.& poſt eum Neuiz.con-
9 ſil.46.n.32.† Nec præſumitur illatus metus,ſed ab eo,
qui metum allegat iuſtiñcari dẽt. Inno.in c.cauſam ma
trimonij, de offic.deleg. Alc.conſil.5.nu.76.to.1,lib.1.
& conſil.55.num.20.tom.3.lib.9. Menoc.de præſum,
lib.3.præſumpt.126.nu.1.& ſeq.p.1. Maſcar,de prob.
vol.2.concluſ.1051.in princ. & conclu.1052. nu,1. &
quidem legitime & concludenter, l.interpoſitas,& ibi
Bal.& alij,C.de tranſa.l.fin.in prin.ff.de eo quod met.
cau. Port.Imo.conſil.101.nu.8. Burſat.conſil.323.nu.
4.& conſil.330.nu,65.lib.3. Tiber. Dec. conſil.18.nu,
132.lib.1. Neuiz.conſ.47.nu.5, Maſcar.de probat.vol,
2.concl.1051.nu.14.

Secundo non ſolum non vř iuſtificatus metus: imò
contrarium apparet ex inſtro renunciationis, in quo di
30 citur. Non vi, dolo,ſed ſponte,†quę clauſulæ ſatis ſpõ
taneam voluntatem probant,& dolũ excludunt. Abb,
in c.ſolicite,nu.16,in fi.de reſtit.ſpol. ſequitur Soc.ſen.
conſil.59.nu.16.in fine,lib.3. Neuiz.conſil.46. nu.22,
& 36. Crauet.conſ.461.nu.2.ver.3.lib.3.

Tertio confirmantur prædicta ex eo quod renuncia
tioni fuit præſens iudex, qui & deſuper ſuum decretũ
31 interpoſuit,† & iudicis præſentia metus præſumptio-
nem remouet. Doct.in l.tranſact.C.de tranſact. Dec.in
l.in omnibus cauſis,nu.9.ff.de reg.iu. Crauet.conſ.114.
nu.2.lib.1. Bal.Sal.Paul.de Caſt.& Alex.in l.pacta no-
uiſſima,vbi etiam Iaſ.nu.5.C.de pact. Tib.Dec.in con
ſil.41.nu.119.lib.2.

Accedit quarto potuiſſe D.Siluagiam proteſtari tẽ
pore renunciationis, quod metu a patre inducebatur,
32 quod eum non fecerit, †præſumitur ſponte renuncia-
tionẽ feciſſe,nec metus allegari poteſt ad reſciſſionem
renunciationis. Bal.in conſil.ſciſmatis poſito in rub.C,
ſi quis ali.teſt. prohib.col.12.verſi. Sed in contrarium.
Alex.conſil.146.nu.31.col.pen.verſi. Accedit ad con-
firmationem,li.5. Soc.ſen.conſ.45.num.1. lib.1. Crau,
conſil.461,nu.4.lib.3. Tib.Dec.d.conſ.41. nu.122.

Quinto hæc comprobantur per Auguſtinum teſtẽ
partis aduerſæ deponentem fuiſſe præſentem renũcia-
tioni,& vidiſſe ac cognouiſſe D.Siluagiam ſponte, &
libenter renunciaſſe, qui licet plene non probet, cum
33 ſit vnicus,†facit nihilominus ſemiplenam probationẽ,
glo.communiter approbata, in l.admonendi,ff.de iurę
iur.in l.bonæ fidei,C.de iureiu. Soc.iun.conſil.31.nu.5.
li.2. Curt.ſen.in d.l.Admonendi,nu.292. vbi de cõi te-
ſtatur.& eam com.dicit ẽt Rol.a Vall.conſil.50.n.13.
lib.4.& cum alijs adminiculis deſeruit ad faciendã ple
nam probationem,c.ſi.de ſucceſ.ab inteſt.& ibi Doct.

Poſtremo,quia Domina Siluagia poſt renunciatio-
nem fuit nuptui tradita, & viuente patre & fratre ni-
hil vmquam dixit, ſed tacuit per longum tempus an-
norum decem,& vltra,reſultat pręſumptio ſpontaneę
14 voluntatis, † ſeu metus amplius allegari nõ poteſt ſe[d]
contractus per taciturnitatem tanti temporis approb[a]
tus videtur. Dec.in l.in omnibus cauſis,nu.14.ff.de re[g.]
iur. Pariſ.conſ.10.nu.60.lib.1. Iaſ. conſ.72. nu.7.lib.
Tib.Dec.d.conſ.41.nu.124.lib.2.

Prædictis non obſtantibus cenſeo contractum dic[tæ]
renunciationis nullum eſſe. Et pro fundamento co[n]
ſultationis præſuppono contractum fuiſſe metu g[e]
ſtum, & nihil eſſe tam contrarium conſenſui quam m[e]
15 tum,l.nihil conſenſui,ff.de reg. iur. † & quæ metu g[e]
ſta ſunt, rata haberi non debent, l.1. ff. quod met.ca[u].
vbi vox Dei poſuit in ore Prætoris edictum, de quo
d.l.1. ſecundum Bald,in rubr.de contrah.inueſt.in fe[u].
Boer.deciſ.100.num.1. Pariſ.conſil.139.nu.1.li.4. Ro[l.]
16 a Val.conſ,100.nu.129.lib.4.†Sed contractus me
tu geſtus nullus redditur, l.interpoſitas, & ibi Bald.n[u]
me.7.in fi. & ceteri omnes,C.de tranſa.gl.in l.1.§.quæ
onerandæ.in verſie.metu ſolo,ff.quar.rer.act.non dat.
Cur,iun.conſil.126.nu.1.& 8.li.2. Neuiz.conſil.52.nu
17 me.46.†Quod locum habet, quamuis per metũ reue-
rentialem tñ contractus fiat. Bar.in d.§.Quæ oneran-
dæ. Afflict.deciſ.69.nu.4. Soc.ſen. conſ.263. nu.3.
Boer.deciſ.100. nu.11.& 12. Menoch.conſ.181.n.
lib.2.& de arbit.iud.q.lib.2.cent.2.caſ.136. num.6.&
18 ſeq.& Port.Imo.conſ.101.nu.7.† Et licet iureiuran[do]
contractus confirmetur, nihilominus quia iuramen[tum]
metu extortum iuramentum non obligat parti extorque[n]
ti iuramentum per metum, ab eo recedi poteſt, ſalte[m]
obtenta abſolutione, vt probat text.in Authen. Sacra
menta puberum, C.ſi aduer. vendit. & ibi Cin. Bar.
Bald. Paul. de Caſtr. Salic. & alij communiter, Bart.
Ro. Corn.& Pau,de Caſt.in d. l.pactum quod dotali,
C.de colla. Boer.dec.100.nu.14. Affl.dec.263. Mand.
de Alb.conſ.77.nu.17. Rol.a Val.conſ.2.nu.76.& ſeq.
lib.1. Rim.iun.conſ.5.nu.135.li.1. Ceph.conſ.207.nu,
nu.72.conſ.295.nu,18.li.2. Guid.Pap. Hippol.de Mar
ſil.alijque quos refert, & ſequitur Neuiz. conſil.52.nu
me.51. Alex,in addit.ad Bar.in l.1. §.quæ onerandæ,in
lit.D.ff.quar.rer.act.non dat. Ang.col.215. col.ſi. ver.
Nec etiam aduerſatur. Aret.conſil.14.nu.15. Seraph.
de Seraph.in tract.de priuile. iuramenti. priuileg.11.
qui licet dubitet, numquid ſtante metu contractus iu-
ratus reddatur ipſo iure nullus, dicit tamen iuram[ento]
ſuccurrendum eſſe, abſolutionemque ab eo conced[i]
19 debere. Et in terminis † renunciationis factæ à fi[lia]
per metum quod reſcindi debeat, non obſtante iura-
mento, præcedente ſaltem abſolutione, firmant Do-
ctor.in dicta l. pactum quod dotali. præſertim Bald.
numero 7. Paul. de Caſtro, numero 5. Socin. de regul.
& fallen.reg.194.in verb.filia renuncians, in 7.limita.
Corn.conſil.258. numero 10. & ſequen.libro quarto.
Philipp.Franc. in dicto cap. quamuis, num. 5.de pact.
in 6. Ruin.conſil.98. numero 25.in fine,conſil.170.nu
mero 16.lib.1. Crot.conſ.120.nume.28. & ſeqq. lib.1.
Socin. iun. conſilio 47. numero 39. lib.3. Port. Imo.
conſilio 101. numero 4. & ſequen. Mandell. de Alba
conſilio 77. numero 17. Cephal. conſilio 142. numer[o]
38.lib.primo,conſ.405.nume.36,lib.3. Anton. Gab[r.]
in ſuis concluſ.in titul.de iur.dot. conclu.prima,in 11.
limit.nume.41. Et quamuis cauſa modo non pende[at]
contra Dominum Hieronymum patrem, qui metu
filia renunciationem extorſit, ſed contra Capitaneum
Laurentium hæredem Domini Iulij Cæſaris filij Do-
mini Hieronymi, poteſt nihilominus contra eum do-
lus allegari, cum ipſe bona, quibus renunciatum fuit,
20 poſſideat, † & actio ob metum datur non ſolum con-
tra eum, qui metum intulit, ſed etiam contra ſucceſſo-
res, & omnes, qui ex metu commodum ſentiunt, ſe[u]
rem poſſident, cum ſit actio in rem ſcripta, l.ſi cum ex
ceptione,

ceptione,§.in hac,l.metũ,§.veluti,& §.in hac, ff.quod
met.cauſ.Ang.in l.metu autem,§.ſi.ff.quod met. cauſ.
Corn. conſ.127.nu.46.lib.2.Curt.iun.conſ.126.nu.9.
lib.2.Neuiz.conſ.11.nu.5.Crau.conſ.349.nu.20.conſ.
461.num.33.lib.3.

Quod autem D. Siluagia metu inducta fuerit ad re-
nunciandum, demonſtratur ex infra dicendis. Et vt id
manifeſte appareat

1 Præmittendum eſt primo † metum plene probari
coniecturis & præſumptionibus, ex quo ab animo de-
pendet, & ſecreto minis vel verberibus quis inducitur
ad contrahendum. Bald.in §.ita ſacramenta,num.1.de
pact.iur.firm.Bar.in l.de pupillo,§.ſi quis ipſi Prætori,
num.17.ff.de noui oper.nunc.Petr.de Anch.conſ.300.
Viſa ſupradicta.Ruin.conſ.121.nu.12.lib.4.Corn.con
ſil.41.nu.13.ver.Prout,lib.2.conſ.124.nu.4.lib.3.Soc.
iun.conſ.77.nu.45.& ſeqq.lib.1.& conſ.47.nu.33.lib.
3.Grat.conſ.43.nu.8.lib.2.Purpur.conſ.579.num.12.
lib.2.Bal.conſ.26.nu.2.lib.3.Alex.conſ.98.li.3.Pariſ.
conſ.58.nu.68.lib.4.Rol.a Val.conſ.100.nu.127.lib.4.
Rim.iun.conſ.362.nu.52.lib.4.Barbat.conſ.45.in fin.
lib.1.Dec.in l.in omnibus cauſis, num.7.ff.de reg. iur.
Mandel.de Alba conſ.77.nu.24.Alciat.de præſumpt.
reg.3.præſumpt.7.n.2.par.1.Did.Couar.lib.4.decret.
in relect.2.par.c.3.§.5.nu.10. Menoch.de arbitr. iud.q.
lib.2.cent.2.caſu 136.nu.1.& de præſumpt. lib.3. præ-
ſumpt.4.nu.5.& præſumpt.126. nu.9.Neuiz.conſ.46.
n.17.Iaſ.conſ.177.n.25.lib.2.& ibi Fran. Bec.in addi.
in littera P. Maſc.qui comm.dicit de probat.vol.2.con
cluſ.1052.num.2.& 3. & admitrit etiam Buriat.conſ.
323.nu.6.& conſ.330.nu.66.lib.3.licet poſt Boer. Pa-
2 riſ.Alcia.& alios ab eo allegatos † dicat præſumptiones
& coniecturas leues & perfunctorias non probare me-
tum,ſed illas eſſe debere legitimas & propinquas. Et ſe
cundum Alcia.in l.cum poſtea quam,nu.4.& ſeq.C.de
3 pact.† ad probationem metus ſatis eſt plures coniectu-
ras ſimul iungere,ex quibus ſufficienter religio iudican
tis inſtrui poſſit. Admittunturque ad probationem me
tus leuiores probationes, Mandel. de Alba conſil. 77.
4 nu.9.† Teſteſque inhabiles recipiuntur.Purp.cõſ.579.
5 num.11.& 12.lib.2. Et aliquando † iuramento probari
dixit Dec. in d. l.in omnibus cauſis,nu.11. & eo magis
6 probationes † metus minus concludentes admittendæ
eſſent, ſi iudex haberet poteſtatem procedendi & iudi
candi ſola veritate inſpecta, vt poſt Bald. in l.ſolam,in
fin. C. de teſtib.in propoſito conſiderat Purpur. conſil.
282.nu.12. & ſeq. lib.1. Quod multum deſeruit in ca-
ſu de quo agitur, cum cauſa cognoſcatur coram arbi-
tro electo iuxta formã ſtatuti Peruſini, in quem in vim
dicti ſtatuti ſit compromiſſum de iure,de facto, verita-
7 te,& æquitate † coram quo probationes imperfectæ &
minus concludentes recipiuntur,vt poſt Bal. in d. l. ſo-
lam,in ſi.dixit Aret.conſ.61.col.ſi.ver. Præterea dato,
& late Marzar.conſ.19.num.5.

Præmitto etiam ad cognoſcẽdum quæ probationes
coniecturæ ſeu præſumptiones ſint ſufficientes ad pro-
bationem metus, & quis ſit iuſtus metus, in iure non
8 dari certam regulam, † ſed id iudicis arbitrio relinqui.
Bald.conſ.364.incip. Quia q.nu.5.lib.3.in l.ſi quis hoc
genus, C.de epiſc.& cleri. Archid. in c.ſi ſacerdotibus,
col.6.15.q.6. Corn.conſ.41. num.13.verſic. Prout, lib.
2. Dec.in d.l.in omnibus cauſis, num.7. & conſil.219.
col.1. Pariſ.conſ.66.nu.6.lib.4.glo.& Docto.in c.cum
dilectus,quod met.cauſ.Purpur.conſ.282.nu.11.in fin.
& 12.lib.1.alios refert Rimin. iun.conſ.362. num.52.
lib.4. Socin. iun. Neuizan. Menoch. & Rolan. in locis
ſupra adductis. Maſcard.de probat.volum.2. concluſ.
1052.nu.10.qui num.12.de communi teſtatur. Qui iu-
dex diſcretus, & circumſpectus ad cognoſcendum an
metus ſit probatus, debet confirmare motum animi
ſui ex varijs præſumptionibus arguentibus metum ſe-
cundum Petr. de Anchar. conſ.300.incip. Viſa ſupra-
dicta,col.ſi.ver. Et iſtis igitur. Et ad percipiendum, an
allegatus metus fuerit iuſtus vel iniuſtus,cõſiderare de-
bet perſonarum qualitatem. Aret.conſ.24.nu.7. Alcia.
in l.cum poſtea quam,nu.10.& 11.C.de pact. Mandel.
de Alba qui de com. teſtatur conſ.77.n.2. Marzar.con-
ſil.67.nu.4. Et præcipue an allegetur a muliere vel a vi-
29 ro, † quoniam in muliere non requiritur ille metus, qui
caderet in conſtantem virum, vt poſt Alex. in l.interpo
ſitas,C.de tranſact.dixit Ruin.conſ.98.nu.24.lib.1. &
longe minor cauſa eſt ſufficiens ad inducendum iuſtum
metum in muliere, quam in maſculo ratione ſexus im-
becillioris, qui facilius terretur, glo.in c.cum locum, in
verb.metus,de ſponſal.Soc.ſen.conſ.263.num.5.lib.2.
Dec.in c.ſi.nu.4.de app.& in l.in omnib. cauſis,n.3. &
ibi Hier.Cagn.ff.de reg.iur. Mand.de Alba d. conſ.77.
nu.4. Menoch.in d.cent.2.caſ.135.nu.4. Didac.Couar.
lib.4.decr.par.2.c.3.§.4.nu.9. vbi etiam ſubdit, ad co-
gnoſcendum, an metus fuerit in muliere, iudicem cer-
nere debere, quid mulier eligeret, conſiderata naturali
30 feminæ prudentia, cuius opinio vera eſt † quoniam me-
tus a veriſimili iuſtificatur, vt poſt Bal.conſ.364.nu.5.
lib.3.dixit Crau.conſ.49.num.5.lib.1. Et quòd in mu-
liere lõge minor metus ſufficiat quam in maſculis, poſt
Iaſ.Aret.& alios firmant Crau.conſ.461.nu.20.lib.3.
& Rim.iun.conſ.404.nu.58.lib.4.

31 Vlterius præmitto, quòd licet aliqñ † metus ad reſciſ-
ſionem contractus, vt iuſtus ſit, talis exigatur, qui ca-
dat in conſtantem virum, vt eſt ille mortis, vel crucia-
tus corporis, l.interpoſitas, C. de tranſact.c. cum dile-
ctus,de his quæ met.cau.cum alijs alleg.per Ceph.conſ.
295.n.2.lib.2.id procedit reſpectu probationis,quia cõ
ſtito de dictis cauſis, tunc metus probatur, ſed quando
aliter conſtat aliquid metu vere geſtum fuiſſe, licet me-
tus leuis ſit, & non talis, qui caderet in cõſtantem virũ,
tamen operatur eumdem effectum cum vnus minori
metu terreatur, quam alter, vt declarat Dec.in c. ſi. nu.
3.& 6.de appel.& in d.l.in omnibus cauſis,ff.de reg.iu.
& facit quod dicit Alc.in d.l.cũ poſtea quam,nu.11.C.
de pact. & probato metu etiam leui, contractus reſcin-
ditur per implorationẽ officij iudicis, & ſi qñ ageretur
ex edicto Prætoris, quod met.cau.opus eſſet probare il-
lũ metum, qui caderet in conſtantẽ virum, prout decla
rat gl.d.l.interpoſitas, quam ibi ſequuntur Bar.nu.5.&
6.Bal.nu.7.& Ceph.conſ.295.nu.12.in ſi.ver. Non ob-
ſtat,& nu.13.lib.2. Et hoc etiam voluit Bar.in l.1.§.qđ
onerandę,nu.4.ff.quar.rer.act.non dat.dum poſt gl.di-
xit, quòd licet actio quod metus cauſa requirat crucia-
tũ vel metum corporis, nihilominus propter metum ex
nimia reuerentia, quã mulier habet in virũ, & clericus
erga Epiſcopum, reſcinditur promiſſio per officium iu
dicis. Et gloſſę opinionem ſequitur ibi Alex.in addit.in
lit.D.& in d.l.interpoſitas,nu.5.& idem in metu reue-
rentiali cũ Bar.tenent Afflict.deciſ.169.nu.4. Menoch.
conſ.181.n.88.lib.2. Cuius opinionem veriſſimã puto,
qñ conſtat actum vere metu geſtũ fuiſſe. Et licet dubi-
tetur apud Doct.nũquid ad probationẽ metus cũ reue
rẽtia concurrere debeat læſio, minę, verbera, & ſimilia,
vt dicetur inferius, ea ſolum tendunt ad inducendam
ſeu remouendam probationem metus, quia ex ſola re-
uerentia erga patrem & alios dicunt non probari me-
tum, qui contractum reſcindere poſſit, niſi aliqua alia
concurrant; Bar.in d.§.quæ onerandæ,in ſi. Alex.in l.
interpoſitas,nu.5.C.de tranſact. Emmanuel Soarez re-
cept.ſentent.in lit.M.num.150.Couar.in lib.4.decret.
par.2.cap.3.§.6.num.4. Iaſ. conſil.3. num.19. libro 1.
Sed quando vere conſtat de metu, contractus iudicis

officio reſcinditur, quamuis prædicta omnia non con-
currant, vt infra demonſtrabitur.

Iſtis ſic præmiſſis, in caſu, de quo agitur, ex pluribus
oſtenditur conſtare de metu illato D. Siluagiæ.

32 Primo † conſiderata qualitate perſonæ Do. Siluagiæ
erat enim ipſa tempore renunciationis ætatis annorum
17. & minor de facili ſeducitur, l. 1. in prin. ff. de minor.
Alciat. de præſumpt. reg. 1. præſumpt. 42. prout etiam
idem præſumitur, quia mulier erat, iuxta l. 1. §. verba,
ff. de minor. & parum veriſimile eſt ipſam ſponte bona
& iura ſua remiſiſſe & donaſſe, cum mulierum genus
ſit auariſſimum, & donatio & iurium remiſſio ſit con-
tra naturam mulieris, & quaſi miraculum, l. ſi ſtipula-
ta, iuncta glo. in ver. contra, ff. de don. inter vir. & vxor.
Et ita per dictas rationes quod mulier renuncians iuri-
bus ſuis, vel eius bona alienans, præſumatur metu indu-
cta, maxime ſi filia renunciat in manibus patris, dixe-
runt Alciat. in d. l. cum poſtea quam, nu. 6. & ſeqq. C. de
pact. Paul. de Caſt. conſ. 174. col. 2. ver. Hæc autem, lib.
1. Soc. ſen. conſ. 263. nu. 2. lib. 2. Natta conſ. 166. nu. 3.
in fin. & nu. 4. lib. 1. Crau. conſ. 49. nu. 4. lib. 1. Mandel.
de Alba conſ. 77. nu. 25. & ſeq. Marzar. conſ. 20. nu. 30.
ver. Et in primis, prope fin.

Secundo quia D. Siluagia non ſolum erat minor &
33 mulier, † ſed etiam erat in poteſtate patris, & perma-
nebat ſub eius regimine & cura, fortius præſumitur ad
renunciandum metu & ſuaſionib. patris fuiſſe inductã
& non ſua ſpontanea voluntate, cum attenta eius qua-
litate, patri cõtradicere non poſſet, vt conſiderant Alc.
Caſtr. Natt. & Soc. ſupra proxime allegati, & vltra eos
Cur. iun. conſ. 141. nu. 17. & ſeq. lib. 2. Soc. iun. conſ. 47.
nu. 31. & ſeqq. lib. 3. late Gram. deciſ. 103. nu. 53. 56. &
ſeq. Quod potiſſime dicendũ eſt, quia communiter hu-
iuſmodi renunciationes a puellis, exiſtentibus in patris
poteſtate, & ſub eius regimine, non fiunt ſponte, ſed ad
parentum inſtigationẽ, vt poſt Ang. dixit Aret. in conſ.
261. nu. 5. ver. Tum etiam. Ideo præſumptio exoritur,
quod puella, quæ renunciauit patri, ſub cuius regimine
permanebat, ad id metu ſaltẽ reuerentiali inducta fue-
rit, vt probant Caſt. in l. pactum quod dotali, n. 5. C. de
collat. & ibi Iaſ. nu. 5. ver. 4. facit. Ruin. conſ. 98. nu. 24.
lib. 1. conſ. 140. nu. 10. lib. 4. Rim. iun. conſ. 295. nu. 73.
ver. Secũdo, lib. 3. Ceph. conſ. 405. n. 36. lib. 3. Menoch.
conſ. 29. n. 18. lib. 1. Marz. conſ. 67. n. 2. Et huic præſum
ptioni locum eſſe et nullis minis præcedentibus cenſuit
poſt Aret. conſ. 24. n. 11. Rip. & alios Menoch. conſ. 1.
nu. 492. & ſeqq. lib. 1. Pancirol. conſ. 1. nu. 76. cum ſeqq.

Tertio metus probatur per multos teſtes, aſſeren-
tes Dominam Siluagiam ad renunciationem deue-
niſſe import una ac continua inſtigatione Dom. Hiero-
34 nymi patris, † & ſolis precibus & ſuaſionibus perſonæ
cui reuerentia debetur, metus & coactio iuſtificatur,
etſi minæ ſeu verbera non præceſſerint, quoniam im-
portunæ preces eius, cui reuerentia debetur, minis æ-
quiparantur, vt poſt Innoc. & Bart. dixit Soc. ſen. conſ.
263. nu. 2. & 8. lib. 2. Iaſ. in §. quadrupli, nu. 66. Inſtit. de
actio, deciſ. Pedemon. 179. nu. 4. Mandel. de Alba con-
ſil. 77. nu. 10. Curt. iun. conſ. 141. num. 17. & 18. lib. 2.
Neuiz. conſ. 22. num. 22. Si enim Domina Siluagia mi-
nor & puella innupta, ſine matre, voluntati patris con-
tradixiſſet, ab eo verberari, vexari, & cõpelli de facto
potuiſſet, merito ſi de minis & verberibus aliter non
appareret, ex prædictis ſuaſionibus & inſtigationibus
patris, metus iuſtificatur, ad cuius iuſtificationem ſatis
eſt timeri per patrem vim inſerri poſſe, vt poſt Abb. in
c. ſuper hac, de renunc. & conſ. 60. col. penult. lib. 1. Fe-
lin. & alios dixit Rimin. iun. conſil. 48. num. 54. lib. 1.
Gram. deciſ. 103. nu. 56. in fin. & 57. Pariſ. conſ. 58. nu.
66. lib. 4. & comprobatur per Neuiz. conſ. 46. num. 2.
vbi Dec. in l. Velle non creditũr, col. 1. ff. de reg. iu. Bal
Anch. & alios allegat.

Quarto iuſtificatur metus per multos teſtes deponẽ
tes de minis illatis per Dominum Hieronymum con-
tra Dominam Siluagiam filiam renunciare recuſan-
tem, & ipſam per vim & contra propriam voluntatem
fuiſſe inductam ad renunciandum, qui cum plures ſint,
& affirmatiue deponant, recte probant metum qui e-
tiam ſolis præſumptionibus, & coniecturis iuſtificatur,
vt dixi ſupra, quibus addo Boer. deci. 101. per totam,
35 qui nu. 9. ſubdit poſt Cuman. † plene ẽt probari metum
per vnicum teſtem, de uiſu, & per alios de auditu, licet
non dixerint, à quo audiuerint. Quod etiam poſt alios
firmat Maſc. de prob. vulum. 2. concl. 1054. nu. 5. & 7.
dum dixit teſti vnico de metu iunctis alijs de auditu
plus credi, quam alijs de ſpontanea voluntate: quæ qui
36 dem † minæ illatæ a patre metus præſumptionem in-
ducunt, vt ſcilicet ſubſequens renunciatio a filia metu
facta fuerit, vt poſt Bart. Are. Dec. Alex. & alios plures
dixit Menoch. de præſump. lib. 3. præſump. 127. nu. 11.
p. 1. Maſc. de prob. vol. 2. conclu. 1051. num. 17. quæ de
commu. teſtatur. Et quia probatum etiam fuit patrem
Dominæ Siluagiæ fuiſſe hominem terribilem, iracun-
dum, & inconuerſabilem, ipſius qualitas magis iuſtifi-
cat metum. Ang. Aret. in §. Quadrupli, col. 3. Inſtit. de
act. quem refert & ſequitur Mandell. de Alba conſ. 77.
nu. 19. Menoc. conſ. 29. nu. 19. libr. 1. Accedente etiam
qualitate ipſius mulieris tunc ætatis annorum 17. quæ
etiam ſua natura erat vilis, timida, & patrem valde ti-
mebat, vt omnia in facto ſatis probata apparent. Me-
tuſque iuſtus augebatur, ſtante quod teſtes probant Do
minum Hieronymum comminatum fuiſſe erga Do-
minam Siluagiam filiam, quod ſi renunciaſſet, numqua
37 ipſam nuptui tradidiſſet, † quæ comminatio in puellis
innuptis, quæ a communiter accidentibus valde optãt
nubere, & nuptæ ad domum viri accedere, iuſtum me-
tum inducit, vt conſiderat Corne. conſ. 124. numer. 4.
ver. Concurrente, conſ. 214. nu. 4. verſi. & profecto, lib.
3. & conſ. 258. num. 10. ver. Item eſt etiam, lib. 4. Et ſi-
ne difficultate prædicta procedunt, cum teſtes deponãt
de minis alijs prædictis tempore contractus, & etiam
aliqui dicunt vidiſſe eodem tempore, & ante & poſtea
38 incontinenti Dominam Siluagiam flere, † quod eius
coactam voluntatem demonſtrabat, ſecundum Gram.
deciſ. 103. num. 55. in fin. & comprobatur per Alciat.
conſil. 504. numer. 5. quem ſequitur Menoch. de præ-
ſumpt. lib. 3. præſumpt. 4. num. 11. aſſerentem metum
probari in puella, quando tempore contracti matrimo
nij lacrymabatur, ſi alia iuſta cauſa illius fletus non fuiſ
ſet, quam coniecturam probat etiam ipſe Menoch. in
eodem libr. 3. præſumpt. 126. numero 17. part. 1. & e-
tiam parum ante renunciationem ipſam conqueſtam
fuiſſe, quòd contra propriam voluntatem a patre indu
39 cebatur ad renunciandum, † quæ probatio valde me-
tum iuſtificat, ſecundum Crauet. conſil. 461. num. 12.
lib. 3. & quod probatio illa etiam ſubſequentium ver-
borum metum iuſtificet, poſt Alcia. reſponſ. 5. nume. 8.
verſ. ſecundo concurrit proteſtatio. Crauet. & Dec. di
xit Menoch. in d. præſump. 126. num. 23. Quibus etiam
locus eſſet ſi minæ præceſſiſſent renunciationem, nec
40 fuiſſent illatæ in actu contrahendi, † quia non minus ex
minis præcedentibus metus probatur, quam ſi in actu
contrahendi illatæ eſſent. Bar. in l. ſi ob turpem, col. fin.
ff. de cond. ob tur. cauſ. Iaſ. in d. §. quadrulpi, nume. 66.
Mandell. de Alb. conſ. 77. num. 13. Cepol. caut. 244. in
fin. Imò ſi minæ præceſſiſſent, & actus poſtea ſpõte fie
ri videretur, nihilominus meticuloſus iudicatur qñ ea-
dem cauſa metus durat, ſecundum Grat. conſ. 20. num.
10. lib. 2. Boer. dec. 100. num. 13. Cum igitur vltra me-
tum

Digitized by Google

tum reuerentialem probentur minę & coacta voluntas
1 D. Siluagiæ† renunciatio reſcindenda venit, l. interpo-
ſita, vbi not. omnes, C. de tranſact. Bart. in l. 1. §. quæ o-
nerandæ, in fin. ff. quar. rer. actio non dat. Affliſt. deciſ.
69. in fin. & ita communiter tenetur, vt teſtantur Viu.
in ſuis comm. opin. in verb. metus. Couar. In d. lib. 4. de-
cret. par. 2. cap. 3. §. 6. num. 4. Mandel. de Alba conſ. 77.
num. 5. Quæ concluſio locum habet etſi D. Siluagia ex
renunciatione non reperiretur læſa, cum metus reue-
rentialis iunctis minis abſque vlla læſionis probatione
contractum nullum reddat, licet ſi etiam læſio concur-
reret, metus magis iuſtus iudicetur, vt declarat Menoc.
conſ. 1. nu. 493. lib. 1. & de arbit. iud. q. lib. 2. cent. 2. caſ.
136. num. 6. & ſeqq.

Quinto pro D. Siluagia valde ponderãda eſt magna
2 eius læſio, quæ interuenit in d. renunciatione † quoties
enim filia ex renunciatione facta patri læditur, abſque
alia probatione metus ſaltem reuerentialis probatur.
Cur. iun. conſ. 126. nu. 5. verſ. Ex alio etiam, lib. 2. Rim.
iun. qui de communi teſtatur conſ. 404. nu. 58. & ſeq.
lib. 4. & poſt alios multos Menoch. in d. lib. 3. præſump.
127. nu. 14. & Maſcar. in d. concluſ. 1051. nu. 15. & 27.
vbi etiam comm. dicit, quamuis minæ non iuſtificaren
3 tur, dummodo conſtet de ingenti damno. Et † ex tali
metu reſultante ex reuerentia paterna iuncta læſione,
contractus reſcinditur. Aret. conſ. 24. & in c. in præſen-
tia, nu. 9. de prob. Pau. de Caſt. conſ. 174. col. 1. & 2. lib.
1. Crau. conſ. 11. nu. 12. lib. 1. & conſ. 889. nu. 2. lib. 5. vbi
alios allegat, Neuiz. conſ. 22. nu. 20. idque admittẽdum
eſſet, etſi de minis aut verberibus non appareret, quia
ſola læſio iuncta reuerentia paterna metum & dolum
oſtendit, & ex eo contractus reſcinditur. Rui. conſ. 98.
nu. 24. lib. 1. conſ. 140. nu. 10. ver. Nec prædictis, lib. 4.
conſ. 170. nu. 17. lib. 5. Dec. in l. Pactum quod dotali, n.
7. C. de collat. Grat. conſ. 109. nu. 18. lib. 1. late Crauet.
conſ. 461. nu. 18. lib. 3. Ceph. conſ. 62. nu. 29. & 30. con
ſil. 142. num. 38. & ſeq. lib. 1. conſ. 592. num. 11. & ſeq.
lib. 4. conſ. 295. nu. 13. lib. 2. Rim. iun. qui alios multos
allegat conſ. 295. nu. 74. lib. 3. conſ. 5. nu. 31. conſ. 42. n.
49. lib. 1. Sen. Pedem. dec. 179. nu. 5. Coua. lib. 4. decr. c.
3. §. 6. n. 4. Pancir. conſ. 44. nu. 29. & com. dicunt Aret.
d. conſ. 24. Soarez recep. ſent. in lit. M. n. 152. quã opin.
comprobat Menoch. in d. conſ. 1. nu. 493. lib. 1. & in d.
cen. 2. caſ. 136. nu. 6. & ſeqq. affirmans non requiri con-
curſum minarũ & læſionis ad oſtẽdendũ metum & re-
ſciſſionem contractus, ſed ſatis eſſe cum reuerentia pa-
terna concurrere vel læſionem, vel minas, Et quia Do.
Siluagia minor & mulier erat, ſine dubio ſtante reue-
rentia paterna & læſione, contractus reſcinditur. Crot.
conſ. 120. nu. 27. & 28. 33. & 34. lib. 1. Bero. qui de com.
teſtatur conſ. 49. nu. 12. lib. 1. Soc. iun. conſ. 47. num. 32.
& ſeqq. lib. 3. Ceph. d. conſ. 592. nu. 11. & ſeqq. Præſer-
tim quia non ſolum nõ apparet certiorata de importan
44 tia bonorum, quibus renunciabat, † & ignorantia in ea
præſumebatur ſecundũ Gram. d. dec. 103. n. 53. & ſeq.
ſed contrarium conſtat, cum aſſeruerit ſe competenter
dotatam, quod falſum erat, & ex dicta falſa aſſertione
dolus patris, renunciationem extorquentis magis oſtẽ-
ditur, vt conſiderat Bertran. conſ. 137. col. 1. lib. 1. quod
45 ẽt ſentit Crau. conſ. 142. nu. 19. & ſeq. lib. 1. qui dolus † in
patre arguitur, & ex eo ſolo quod filia, quæ cum patre
contrahit læditur, l. ſi ſuperſtite, C. de dol. Aret. cõſ. 24.
col. 2. Crau. conſ. 11. col. penul. lib. 1. Didac. Couar. in c.
quamuis, de pact. in 6. par. 3. §. 4. nu. 7. Gram. d. dec. 103.
46 nu. 53. † Reſcindi igitur debet huiuſmodi renunciatio
ſtante metu reuerentiali, iuncta læſione ex iam dictis, e-
tiam ſi eſſet talis contractus, qui ob læſionẽ non reſcin-
deretur, vt eſt contractus donationis, cum in eo læſio-
nis conſideratio adhibeatur per modum coniecturæ ad

probationem metus, vt poſt Caſtr. d. conſ. 174. col. 1. li.
1. Cor. conſ. 124. lib. 3. Soc. Rip. & alios dixit Mandel.
de Alba d. conſ. 77. n. 22. & Rim. iun. conſ. 42. nu. 50. &
47 ſeq. lib. 1. † Et quia manifeſtus dolus patris detegitur o-
peratur reſciſſionem contractus etiam non obſtante iu
ramento, ſaltem abſolutione obtenta. Senat. Pedem. de
ciſ. 179. nu. 5. late poſt multos Marzar. conſ. 20. n. 35. &
alij ſupra allegati. Et quoniam non ſolum verificatur lę
ſio, ſed ẽt minæ, & coacta voluntas D. Siluagię, res red-
ditur clariſſima, & nemo eſt qui neget, concurrentibus
prædictis cum metu reuerentiali contractũ non annul-
lari. Quòd de magna læſione D. Siluagiæ conſtet, non
videtur dubitandum, cum ob modicam dotem renun-
ciauerit opulentis ſucceſſionib. matris tunc defunctæ,
48 & patris viuentis, † quæ læſio etiam reſpectu ſucceſſio-
nis patris viuentis conſiderabilis eſt, ſecundum Corn.
conſ. 258. col. 3. ver. His tamẽ, & col. 5. ver. Tamẽ licet
alia, & col. 6. verſ. Itaque, lib. 4. Did. Couar. in d. c. quã-
uis, §. 4. nu. 3. ver. Contrariam, in fin. & nu. 6. ver. 7. con
cluſio, cum quibus cõuenire videtur Marzar. conſ. 20.
nu. 34. ver. Et quamquam, in fine.

Poſtremo dr, quòd licet ex prędictis fundamẽtis me-
49 tus probetur, ſi quodlibet ex eis per ſe nõ ſufficeret † ex
omnibus ſimul iunctis plene iuſtificatur, cum quæ non
proſunt ſingula iuncta iuuent. glo. in l. 2. in verb. legiti-
mis, ff. de excu. tut. cum alijs cumulatis per Ant. Gabr.
in ſuis concl. in tit. de prob. concl. 1. per totam, & ita in
propoſito dixit Corn. conſ. 124. nu. 4. verſ. Dato, lib. 3.
& comprobat Rim. iun. conſ. 362. nu. 77. & ſeqq. lib. 4.

Nec obſtant ea, quæ in contrarium fuerunt conſide-
rata. Primũ quidem ſatis ſupra remotum apparet, cum
oſtenſum fuerit metum ſufficienter probari.

Tollitur ſcd̃m, licet eñ in inſtro reperiatur ſcriptũ,
ꝙ D. Siluagia ſponte & non per metũ renunciabat, ni-
50 hil operatur hæc aſſertio, cum metus vere † iuſtificetur
qm̃ eodem metu, quo D. Siluagia inducta fuit ad renũ-
ciandum, eodẽ vr̃ inducta ad ſic affirmãdum, & ita rñ-
dẽt Io. de Imo. in c. ſolicite, col. fi. prope fi. de reſt. ſpol.
Ang. conſ. 215. coſ. fi. ver. Adhuc non obſiſtit. Aret. cõſ.
14. in 3. dubio n. 16. ver. Et licet. Crau. conſ. 461. n. 32.
lib. 3. & iõ dixit Menoc. de prẹſu. n. lib. 3. præſum. 126.
51 nu. 30. par. 1. poſt Fulg. conſ. 176. & alios, † quod ſi con
tractus metu celebratus eſt, ita clauſulæ omnes in illius
inſtrumento adhibitæ præſumuntur metu adiectæ. Al-
legata in contrarium procedunt in dubio, quando de
metu non conſtat, ſecus quando metus probatur.

52 Eodẽ modo rñdetur tertię obiectioni † Verũ quidem
eſt in dubio iudicis præſentiã excludere præſumptionẽ
metus, & in illis terminis cõtraria procedũt, ſed p̃ſum-
ptio, q̃ reſultat ex p̃ſentia iudicis, admittit probationẽ
in contrariũ, & qñ vere ꝓbatur metus, ſeu cõſtat de læ
ſione, cũ nulla ſit maior probatio, quã per facti euiden-
tiã, tunc contractus infringitur, nõ obſtante decreto iu-
dicis, vt dixerũt Cor. conſ. 124. n. 5. in fi. & 6. lib. 3. Pau.
de Caſt. conſ. 174. n. 2. ver. Nec obſtat quod decretum,
lib. 1. Cur. ſen. conſ. 27. n. 38. Rui. conſ. 98. n. 24. in fi. &
ſeq. lib. 1. conſ. 140. nu. 10. ver. Nec ẽt, lib. 4. Crau. cõſ.
889. n. 2. in fi. lib. 5. Gram. dec. 103. n. 63. Prętere licet
præſentia iudicis induceret præſumptionem, quod in
actu contrahẽdi mulier non videretur metu cõtrahere,
non nocet, quia minæ præcedentes eã ad ita renuncian
dum induxerũt, quod ſufficit, cum duraret eadem cau-
ſa metus tempore contractus, vt ſupra demonſtraui.

Quartum obiectum de omiſſa proteſtatione pa-
rum reſiſtit, quoniam probatur in facto Dominam
Siluagiam tunc conqueſtam fuiſſe, quod contra eius vo
luntatem cogebatur a patre ad renunciandum, quod
53 ſufficit † quia quando adeſt metus, ſatis eſt proteſta-
tionem facere in abſentia patris coram teſtibus, gloſ.

in c.1.& ibi Doct. de his, quæ vi vel met.cau. Din.Bal.
Paul.de Caſt.& Imol.in l.qui aliena,§.fin.ff.de acquir.
hæred.& ibi Iaſ.num.46.Bart.Abb. & alij, quos refert
& ſequitur Natt. conſ.451.num.22.lib.2. Rimin.iun.
conſil.362. num.85.lib.4. Præterea ſi Domina Silua-
gia nihil dixiſſet, non noceret. Licet enim vtilius fuiſſet
54 facere proteſtationem † quia quamuis ſola proteſtatio
metum non probet, iuxta communem, de qua poſt mul
tos teſtatur Maſcard. de probat. vol.2. concluſ.1051.
55 num.9. facilius † ſtante proteſtatione metus iuſtifica-
tur. Io. Andr.in c.fi.de appel. Angel.in l.metum, la 3. ff.
quód met.cauſ. Rip.in c.cum M.Ferrarienſis, num.93.
ver. Proteſtatio, de conſtit. Dec.in c.fi.num.6. verſ. Sed
tamen conſiderandum eſt, de appel. Maſcard.in d. con
cluſ.1051.num.10. Ceph.late conſ.564.nu.44.& ſeqq.
56 lib.5. † nihilominus quando omittitur, & quis propter
inſtrumentum non ſolum non audet contradicere, ſed
nec proteſtari corã alijs, timens ne illa proteſtatio clan-
deſtina reueletur parti, probato metu etiam eo caſu cõ
tractus reſcinditur, gl.1.& ibi Abb.in c.1.quod metus
cau. Alex.in l.2.§.quod diximus, ff.ſi quis cau.poſt Bar.
ibi Abb.& Innoc.in c.ex tranſmiſſa, de præſcrip. Dec.
in l.in omnibus cauſis, num.12.ff.de regul.iur. & conſ.
219.num.4. Iaſ.in d.l.qui aliena,§.fin. num.46. Aretin.
conſ.161. Mandel. de Alba conſil.77.num.15. Didac.
Couar.lib.4.decret.par.2.c.3.§.5.num.12. Crau. con-
ſil.461.num.36.lib.3.

Remouetur quintum, Tum quia teſtis ille, qui depo-
nit de libera voluntate & non coacta Dominæ Silua-
57 giæ eſt vnicus, † & vnicus teſtis fidem non facit, c.ve-
niens, el 1.& c.licet, de teſti. Ant.Gabr.in titul.de teſti.
concl.1.& dictum vnius dicitur dictum nullius, l.iuſiu-
randi, & ibi Doctor. C.de teſti. Afflict. deciſ.12.nu.2.
Rol.a Val.conſ.13.nu.22.lib.4. Tum etiam quia longe
58 plures de metu deponunt † quibus magis credendum
eſt, non ſolum quia plures ſunt l.ob carmen, §.ſi teſtes,
& ibi gl.ff.de teſti.c.licet cauſam, ver. Ex præmiſſis, de
prob.cum congeſt.per Ant.Gab.in tit.de teſt.concl.4.
59 nu.50. Sed ẽt ſi pauciores eſſent idem dicẽdum † eſſet,
cum magis ſit adhibẽda fides duob.teſtib. deponentib.
de metu, quam mille de ſpontanea voluntate. Bald.in l.
obſeruare,§.Proficiſci, q.13.nu.15.in fin.ff.de off.pro-
conſ.& leg. Inn.in c.ſuper hac, de renunc. Rom.in rub.
ff.de arb.nu.22. Alc.de præſum.reg.3.præſum.7.nu.4.
Ant.Gabr.qui de magis comm. teſtatur in d.conclu.4.
nu.15. Dida. Couar.qui ſimiliter communem dicit lib.
4.decr.par.2.c.3.§.5.nu.10. Menoch.de præſum. lib.3.
præſum.126.nu.31.declarans procedere, qñ exſtabant
aliç coniecturæ illati metus, quarum multas hic exſtare
oſtendi, & latius ẽt probat Maſcar.de prob. vol.2.con-
cluſ.1053. vbi teſtatur eſſe magis comm. Et ideo dixit
60 Cepol.caut.144. † magis credi vnico teſti de metu, quã
plurib. de ſpontanea & libera voluntate, cuius opinio
licet vera non ſit, quando vnicus tantum teſtis deponit
de metu, cũ Inn. Bal.& Rom.quos ipſe allegat, loquan-
tur de duob. teſtib.deponentib.de metu, vt plurib. prę-
ferantur, & merito in hoc reſpectu vnius reprobatur
per Alciat. conſ.5.nu.78.tom.1.lib.1.& Couar.in d.§.
5.nu.10. quorum ſñia verior eſt, ſi cum depoſitione di-
cti teſtis vnici aliud non concurrit, ſecus ſi alia concur-
rerent, puta teſtes de auditu, vt declarat Maſcard.in d.
conclu.1054.nu.5.& 7. attamen in caſu de quo agitur,
in quo non vnicus teſtis ſed multi de metu deponunt,
opinio Baldi, Innoc.& aliorum ſine difficultate proce-
dit, & ſi duo præferuntur pluribus, fortius præferri de-
bent tot teſtes de metu deponentes vni tantum de libe-
ra ac ſpontanea voluntate.
prætendit tantum intereſſe lucri ceſſantis, & nullum
aliud eſt paſſus damnum, debeat fieri taxatio corre-
23 ſpectiue ad fructus, † attamen quando eſt etiam paſ-
ſus intereſſe damni emergentis, emptor tenetur vſu-
ras recompenſatiuas vendituri perſoluere vſque ad
quantitatem damni paſſi per venditorem, quamuis
fructuum rei emptæ quantitatem excederet, vt decla-
rant in d. l. Curabit. Iaco. Butr. & poſt eum & alios Ca
gnol. nume. 30. Soc. ſen. conſil. 176. nume. 1. ver. quar-
to, lib. 2. Paul. de Caſtr. in dicta l. Iulianus, §. Ex vendi-
24 to. num. 3. ver. Breuiter, † & huiuſmodi vſuræ etiam
iure diuino permittuntur vſque ad damni quantita-
tem. Inn. in cap. 2. de vſur. Bald. in l. 2. nume. 1. & ſeqq.
C. de vſur. & ibi Pau. de Caſtr. num. 3. & ſequitur Go-
zadin. conſil. 55. num. 11. & quia in inſtrumento vendi
tionis, emptor promiſit reficere venditori damna &
intereſſe, probabiliter dici poſſet emptorem obligatũ
fuiſſe ad intereſſe damni emergentis, etiam quod in
aliqua mora ante æſtimationem non eſſet conſtitutus,
prout debitorem ad dictum intereſſe damni emergen-
tis teneri etiam ceſſante mora ſcripſerunt Corra. &
Turrecrem. quos refert & ſequitur Rebuff. in repet.
l. vni. in princip. num. 13. verſic. Immo licet, C. de ſen-
tent. quæ pro eo quod inter. & Virg. de Boccati. in tra
cta. vti poſſidet. cap. 18. num. 70. qui teſtatur hanc eſſe
comm. opinio. Doctorum & Theologorum, illamque
comprobat & defendit, quæ opinio recipi ſaltem de-
bet in caſu, de quo agitur, cum dictus venditor paſſus
ſit damnum ex vſuris ſolutis eodem tempore Domi-
no Vgolino emptori ad rationem decem pro centena-
rio ex alijs cauſis, ex quibus dictus Capitaneus debi-
tor erat Domini Vgolini, nec æquitas patitur, quòd
Dominus Vgolinus pro pecunijs ſibi debitis receperit
decem pro centenario, & eodem tempore retineret re
ſiduum pretij, licet non eſſet declaratum, & velit ex-
cuſari ab vſuris eo prætextu, quòd non eſſet in mora
ſoluendi ob non factam pretij declarationem. Et quòd
emptor etiam ſine mora teneatur venditori ad vſuras
recompenſatiuas vſque ad quantitatem damni paſſi
per venditorem, quamuis fructus excederent, ego re-
ſpondi in fauorem Illuſtris Comitis Octauiani Benti-
uoli contra Dominum Ioann. Baptiſtam Cantalma-
ium de Eugubio, & per Illuſtres Dominos Conſilla-
rios Sereniſſimi Domini mei Ducis Vrbini, ita iudica
tum fuit. Et quia ex iam dictis iuſtitia dictæ ſententiæ
defenditur, tota difficultas præſentis conſultationis re
ſidet in remouendis argumentis, quæ pro contraria
parte afferuntur.
Non obſtat primum, licet enim regulariter non de-
beatur intereſſe citra moram, aliud eſt in materia l.
25 Curabit. † in qua ex ſola æquitate debentur, & ſolum
attenditur perceptio fructuum ex parte emptoris, ne
locupletetur cum iactura venditoris, & mora etiam
ceſſante ad vſuras tenetur, vt Bald. Ruin. Corn. & alij
ſupra pro hac parte allegati, oſtendunt, præſertim Hie
ron. Gabr. d. conſ. 57. nu. 3. & ſeqq. qui nu. 5. poſt Cagn.
de comm. teſtatur.
26 Nec nocet ſecundum, quia ex adductis ſupra † con-
ſtat contrariam opinionem eſſe veriorem, & ſequen-
dam,

dam,& ideo paruiſacienda eſt authoritas Borgni. Ca-
ualcan.cum alij maioris authoritatis & melioribus ra-
tionibus in terminis contrarium teneant,& allegati ab
eo nihil dicunt in terminis l.Curabit,ſed Aſti.dec.205.
Soc.ſen.conſ.128.in princip.lib.3.& nonnulli alij in a-
lijs terminis loquuntur,& tantum dicunt, quod pro il-
liquidis nõ contrahitur mora:quod verum eſt:ſed non
nocet,quia in materia l.Curabit, mora non conſidera-
tur,vt demonſtraui. Aliqui vero,vt Socin.ſen.d.conſil.
128.per totum. Tiraquel.de retractu conuent. §.2.glo.
vni.numer.73.& 74.aſſerunt venditionem factam pro
certo pretio & eo maiori vel minori prout æſtimabi-
tur,eſſe puram & perfectã,& ob id dicit Tiraq. empto
rem facere fructus ſuos,quod & ego concedo: ſed dico
quod quando emptor aliquam partem pretij retinuit,
licet faciat fructus ſuos tamquam rei dominus,tenetur
tamen ad vſuras recompenſatiuas venditori pro rata
pretij non ſoluti,cum hæc ſimul ſtare poſſint,quod ſci-
licet emptor faciat fructus ſuos,& tamen ad vſuras pro
rata pretij non ſoluti teneatur,vt declarat tex.in l.fru-
27 ctus,C.de actio.empt.nec iſto caſu † ab emptore petun
tur fructus ipſius prædij tamquam fructus, quia illi ad
emptorem ſpectant perfecta venditione:ſed petitur in
tereſſe ſeu vſura recompenſatiua pro rata pretij reten-
ti per emptorem:quæ debetur,licet emptor faciat fru-
ctus ſuos,vt clare dicitur in d.l.fructus,& etiam in l.Cu
rabit,& ibi not.omnes,& ita etiam reſpondet Hieron.
Gab.d.conſ.57.nu.1.& in iſtis terminis non loquuntur
nec aliquid dicunt Soc. Tiraq. nec aliquis alius ex alle-
gatis a Borgn.Caualcan.Quod vero dicit ipſe Caualc.
de bona fide emptoris, remouetur per Hieron. Gabr.
in d.conſ.57.num.1. & etiam ex dicendis infra in ſolu-
tione vltimi dubij, vbi demonſtrabitur, emptorem ex
bona fide & vſucapione triennij defendi non poſſe à
ſolutione dictarum vſurarum. Alia à Caualcano allega
ta tamquam ad rem parum conferentia, alio non indi-
gent reſponſo.

Quod dicitur, data dilatione ad ſoluendum, non
deberi vſuras, non poteſt adaptari ad caſum noſtrum,
quia id procedit in vera dilatione conceſſa emptori,
28 quando de certo pretiu a principio eſt conuentum †
quo caſu dilatio ad commodum debitoris tantum con
ceditur,l.eum qui Calendis, ff.de verborum obligatio.
Bartol.in l.qui Romæ,in princip.ff.eodem titu. Socin.
ſen.conſ.130.numero 6.lib.4.Imol.in l.inſulam,§.vſu-
ras,num.8.ff.ſoluto matrim.quod non eſt hic, cum nul
la fuerit conceſſa dilatio ad ſoluendum, ſed declaratio
pretij fuit remiſſa in arbitriũ tertij, fauore vtriuſque
partis. Præterea,quando datur dilatio ad ſoluendum
conuento de certo pretio a principio non debentur vſu
ræ,quia propter dilationem poteſt exiſtimari eſſe habi-
tam rationem fructuum medij temporis, & eos fuiſſe
incluſos in pretio,& effectu ipſo vna cum pretio die ſta
tuta ſolui.argum.nót.per Bald.in Rub. C.de vſur.in fi.
Quod non eſt, quando pro pretio æſtimando eſt facta
venditio, tunc enim cenſetur à principio conuentum
de iuſto pretio, nec de fructibus medij temporis poteſt
dici habita ratio in pretio. Debentur igitur eo caſu
vſuræ,quia ceſſant dictæ rationes,quæ in fauorem em-
ptoris conſiderantur, quando pro certo pretio a princi
pio facta eſt venditio, & ad ſoluendum dilatio conceſ-
ſa fuit, vt declarant in terminis Hieronim. Gabriel.in
d.conſil.57.numero 5. & Ioſeph.Ludou.d.deciſio.53.
num.5.

Quartum fundamentum contrariæ partis facile re-
mouetur,conſiderando quod Doct.alleg.à D.dac.Co-
uar.in d.cap.4.nume.4. loquuntur eo caſu,quo empto-
ri eſt conceſſa dilatio ad ſoluendum,& conuentum eſt,
quod interim aliqua pars fructuum ſoluatur venditori:
29 eo enim caſu † cum non valeat pactum de certa qua
titate ſoluenda,pendente dilatione ſecundum Soc.ſe
conſil.88.per totum,libr.4.Crauet.conſil.189.colu
3.lib.1.& alios alleg.per Anton. Gabriel.in d.conc
4.num.21.& Rim.iun.conſil.218.num.90.& ſeque
lib.2.qui de cõmuni teſtatur,fit diſtinctio inter caſu
quo venditor ſibi dominium reſeruauit, & eum in q
dominium tranſtulit in emptorem: primo caſu va
pactum de aliqua quantitate ſoluẽda pendente dila
ne, & contractus interim ſuſtinetur tamquam con
ctus locationis,quaſi quod venditor rem venditam e
ptori locauerit,quod non eſt,quando dominium in e
ptorem fuit tranſlatum: & in iſtis terminis loquun
Panor.Socin.Alexand.Dec. & alij a Didac.Couar.
legati, & declarant Ruin.conſil.73. numero 3.ver
ſecundus caſus,lib.1.Cagnol.in d.l.Curabit,nume.
Anton.Gabr.d.concluſ.4. numero 24. Sed quando
cta eſt venditio,nulla data dilatione ad ſoluendum,
attenditur numquid dominium ſit tranſlatum in em
ptorem vel ne: ſed etiam dominio tranſlato pro rata
pretij non ſoluti debentur vſurę iuxta terminos d.l.Cu
rabit.Illæ enim debentur ex ſola ęquitate,nulla habi
dominij conſideratione.Bald.in l.ſi traditio,quæſt.
num.19.C.de actio.empt.Ruin.conſil.66.nume.7.&
4.Tiraquel.de retrac.conuent.ad fin.titul.num.
quamuis Bald.loquatur de fructibus ſoluendis a ven
tore emptori pro rata pretij ſoluti, idem eſt dicen
30 de venditore † cum in materia d.l.Curabit, empto
venditor æquiparentur, & ex eadem ratione æqui
tis,ne quis rem & pretium retineat et fructus,cum a
rius iactura locupletetur, idem diſponitur in empto
quod in venditore; immo in omnibus caſibus ac con
tractibus in quibus eadem æquitas viget, idem ſtatu
tur,vt conſiderat Soc.ſen.conſil.170. nume.13. verſ
ad fin.lib.2.& colligitur ex adductis per Anton. Gabr.
in d.titul.de emptio.& vendit. concluſio.3. per totam,
& concluſ.4.num.13.& 14. & in terminis quod vendi
tori debeantur vſurę iuxta d.l.Curabit,quamuis ſibi do
minium non reſeruauerit, ſed illud in emptorem tran
ſtulerit, quando non eſt data dilatio ad ſoluendum,&
de certa quantitate pro fructibus ſoluendis non eſt fa
cta conuentio,firmant Didac.Couar.in d.cap.4.nume
ro 4.Lup.in d.tracta.de vſur.comment.1. ſuper l.Cu
rabit,§.7.num.143.& Ruin.conſil.73.nume.3.verſic
Tertius eſt, lib.1.

Quintæ obiectioni de periculo euictionis, quod tu
imminuiſſe dicitur, occurritur pluribus modis.

Primo quia tempore venditionis fuit dubitatum de
periculo euictionis, & ideo ſi prędium euinceretur, d.
Capitaneus, pro æquiualenti quantitate ex tunc dedit
in ſolutum pręfato Domino Vgolino tot bona in districtu
31 ctu montis Cappanni,† & quando cogitatum ſeu dubi
tatum eſt de euictione tempore venditionis non poteſt
retardari ſolutio pretij,vt declarat Natt.in allega.con
32 ſil.267.nu.2.lib.2. † Secundo, quia dictus Capitaneus
dedit fideiuſſorem idoneum ob periculum euictionis
non poterat ſolutio integri pretij differri,vt dicit tex.
in l.ſi poſt perfectam,C.de euict. & in l.habitationes,
§.fin.ff.de peric. & comm. rei vend. Neuiz. conſil.
nu.15.& ſeq.Gaſp.Cabal.in tract.de euict.§.3.num.
Tertio Capitaneus Auerardus diues erat,& multa bo
na ſtabilia poſſidebat,& in caſu euictionis non ſolũ ob
ligauit ſe & omnia ſua bona, ſed in dicto caſu tunc a
bona conſignauit. Vnde et ſi fideiuſſorem non præ
tiſſet,pretium integrum non obſtante periculo euictio
33 nis perſoluendum erat,† quia ſola hypotheca bonor
facta a diuite loco fideiuſſionis habetur,vt poſt Alex
ſil.65.in fi.lib.5.declarat Natt. d.conſ.267.nu.4.Qu
to,ſi prædicta ceſſarent, dicitur non excuſari Don

num

Digitized by Google

um Vgolinum & eius hæredem à ſolutione vſura-
um iuxta dictam l. Curabit. ob periculum euictionis,
uoniam † ad effectum de quo agitur, ſufficit empto-
em rem & pretium retinuiſſe, & fructus percepiſſe, ad
oc vt ad vſuras recõpenſatiuas conueniri poſſit, quam
is res vendita ſit litigioſa, & venditor poſſeſſionem
beram, vt promiſit, non tradiderit, nec alia pro eius
arte promiſſa obſeruauerit, vt probãt Bald. in l. 2. nu.
.& ibi Paul. de Caſt. nume. 1. poſt med. C. de vſur. Ale.
onſ. 147. nume 3. lib. 5. Cor. conſil. 59. colum. 3. nu. 5.
.3. vbi in pulchro caſu conſuluit Ceph. conſ. 609. n. 6.
c 7. lib. 4. Didac. Coua. in dicto cap. 4. nu. 6. verſ. Duo-
ecimo, & Ioan. Bapt. Lup. in dicto §. 7. nume. 142. qui
e comm. teſtatur. Et quamuis donec venditor contra
tũ perfecte non impleuerit, repellatur, vt nec pretium
eque vſuras conſequi poſſit, vt in locis in contrarium
dductis, ſequuto poſtea adimplemento venditor con-
equitur etiam vſuras præteriti temporis pro rata pre-
) ab emptore retenti, ſi emptor ipſe vſum rei habuit,
t declarat Cephal. d. conſi. 609. num. 8. Sed in caſu no
ro venditor poſtea perfecte cõtractum impleuit, quia
eſtituit Domino Vgolino pretium, & quod ſua inte-
erat, ideo excuſari non poterat à ſolutione vſurarum
tiam pro tempore, quo periculum euictionis immine-
at pro rata pretij non ſoluti.

Neque repugnat ſextum, quoniam Capitaneus Aue
ardus recepit dictum prædium in ſolutum pro reſti-
utione dotis à tutore Dominæ Victoriæ ſeruatis ſer-
uandis, & cum † datio in ſolutum æquiparetur vendi-
ioni. l. ſi prædium. C. de euict. l. ſi. ff. quib. ex cauſ. in poſ
eſſ. eat. l. libera. C. de ſent. & ibi Doct. præſertim quan
lo pro pecunia facta fuit. gloſ. in l. Eleganter. in princ.
f. de pignorat. actio. Bart. in dicta l. cum alijs, de quibus
per Soc. iun. conſil. 47. numer. 9. libr. 2. poſt dictam da-
ionem in ſolutum † fructus dicti prædij ad dictum Ca
pitaneum emptorem ſpectabant, non autem ad dictam
Dominam Victoriam, nec ad Monaſterium ex per-
ſona dictæ Dominæ Victoriæ in dicto Monaſterio pro
feſſæ. l. fructus. C. de actio. empti. Crot. qui de commu.
teſtatur conſil. 18. num. 8. lib. 1. Nec ex eo quod titulus
dicti Capitanei poſtea fuerit reſolutus, aliud dicendum
eſt, quoniam ab hærede Domini Vgolini petuntur v-
ſuræ recompenſatiuæ fructuum per Dominum Vgoli
num perceptorum ante aliquam reſolutionem tituli,
& reſpectu fructuum antea perceptorum, non nocet
reſolutio tituli, quia monaſterium fuit reſtitutum in
integrum aduerſus lapſum temporis competentis ad
redimendum, & beneficio ſtrictę reſtitutionis obtinuit
admitti ad redimendum, ſed † ante redemptionem fru
ctus ad dictum Capitaneum emptorem ſpectabant. l.
1. & ibi Bald. Caſtrenſ. Cagnol. & alij omnes. C. de
pact. int. empt. & vendit. latiſſime alios congerens Ti-
raqu. de retract. conuent. §. 5. gloſ. 2. num. 1. & ſeqq. Et
quamuis per primam ſententiam inſtrumentum da-
tionis in ſolutum factæ à dicto tutore, fuerit declara-
tum nullum, non nocebat reſpectu fructuum ante per-
ceptorum: cum enim dictus Capitaneus bona fide pro
ſua dote conceſſionem a tutore iuxta ſtylum huius Ci-
uitatis obtinuerit, & prædium bona fide poſſederit,
reſolutio tituli nihil operabatur reſpectu fructuum
ante perceptorum, † cum ad eorum reſtitutionem di-
ctus Capitaneus non teneretur, quamuis datio in ſolu-
tum fuiſſet nulla, vt probat text. in l. 2. & ibi gloſ. in
verb. ſi non bona fide. Salic. nu. 2. & alij. C. ſi quis igno.
rem minor. eſſe ſine decre. compara. Et licet Rom. in
alleg. conſ. 454. num. 26. diſſentiat etiam reſpectu fru-
ctuum, quando titulus eſt reſolutus, † eius opinio non
eſt recipienda, quia eſt contra text. in dicta l. 2. & com-
muniter reprobatur, vt dicit Curt. ſen. conſ. 71. incip.

Princeps. per tot. vbi col. pen. ver. Ex his etiam, in ſpe-
cie teſtatur opin. Roma. eſſe communiter damnatam,
& poſt alios hanc opinionem ſequitur Hieron. Gabr.
conſil. 33. num. 6. lib. 1. Tiraquell. autem ex aduerſo al-
legatus parum nocet, nam & ſi nume. 278. referat opi-
nionem Roma. inferius nu. 279. & ſeqq. contrariam
approbare videtur. Vlterius non videtur attendenda
dicta ſententia declaratoria nullitatis dationis in ſolu-
tum, quia reuocata fuit per aliam ſententiam, quæ in
iudicatum tranſitum fecit. Primus enim Iudex decla-
40 rauit inſtrumentum nullum † & quia minori, Reipu-
blicæ & Eccleſiæ priuatis poſſeſſione ex contractu nul
lo datur remedium reintegrandæ, & tamquam ſpolia-
tis poſſeſſio reſtituitur. Neuiz. conſil. 85. nume. 13. Me-
noch. de recuper. poſſeſ. remed. 15. num. 191. Roland. à
Vall. conſil. 72. per tot. lib. 4. Iudex declarauit dictum
Monaſterium ex perſona præfatæ Dominæ Victoriæ
ad poſſeſſionem dicti prædij reintegrandum eſſe. Alij
41 vero Iudices dictam ſententiam reformauerunt, † quæ
reformatio importat veteris formæ mutationem. l. pa-
cta conuenta. vbi Iaſ. & alij. ff. de pact. Burſat. conſil.
109. num. 15. lib. 1. & ſimpliciter condemnauerunt di-
ctum Capitaneum & Dominum Vgolinum ad reſti-
42 tutionem prædij, quæ † condemnatio ad reſtitutionem
prædij petitorium ſapit, non poſſeſſorium, prout con-
tinebat prima ſententia. Soc. ſen. conſil. 262. col. 1. lib.
2. Iaſ. conſil. 170. lib. 2. Meno. de recup. poſſ. in prælud.
nume. 11. & quia dicti Iudices appellationis in fine di-
ctæ ſniæ ſcd'm tenorem eiuſdem declarauerunt bene
vel male iudicatum & appellatum reſpectiue per pri-
mum Iudicem, ſatis conſtat primam ſniam fuiſſe reuo
catam quoad declarationem nullitatis dationis in ſolu
tum, & reintegrationem ad poſſeſſionem, cum hæc in
ſecunda ſententia reformatoria non continerentur, ꝙ
non ſolum elicitur ex claris verbis ſecundæ ſententiæ,
ſed etiam ſi Iudices appellationis in eorũ ſententia no-
uam formam appoſuiſſent, & in partibus conformibus
primam ſniam confirmaſſent, & nil aliud dixiſſent, pri
ma ſnia confirmata nõ intelligeretur cum qualitatibus.
& capitulis in dicta prima ſnia contentis, ſed in eis po-
43 tius reuocata, cum † hæc ſit confirmationis natura, q̃ ſi
aliqua diſpoſitio in quibuſdam partibus confirmatur,
& de alijs nihil dicitur, ſecundum Soc. ſen. conſil. 258.
nume. 10. lib. 2. etenim clara eſt Iuris concluſio, quòd
confirmatio in vno inducit infirmationem in reliquis,
l. Tribunus. §. vlt. de milit. teſta. Doct. in l. legata inuti-
liter, circa fin. ff. de lega. 1. Menoch. conſil. 86. nu. 26. li.
1. Rolan. à Vall. conſil. 61. nume. 11. lib. 3. Ruin. conſil.
84. nume. 11. ver. & confirmatur. lib. 2. Non poteſt igi-
tur fundamentum fieri in prima ſententia, ad oſten-
dendum inſtrumentum fuiſſe annullatum, quia in hoc
fuit reformata, & prædium ex alijs cauſis quam nulli-
tatis Monaſterio reſtitutum fuit, & conſequenter re-
ſpectu fructuum nullum attulit præiudicium, præſer-
tim quia Iudices appellationis a fructib. perceptis ab-
ſoluerunt, & ſnia in iudicatum tranſitum fecit, quæ
ius inter partes facit. l. Ingenuum. vbi Bald. ff. de ſtatu
hom. cum ſimi. Præterea ſi dictum Monaſterium ius
aliquod habuiſſet, illud compenſiſſet contra Capita-
neum Auerardum, ex quo defendi non poteſt hæres
Domini Vgolini, quoniam ſicut pretium integrum
ſoluendum erat a Domino Vgolino emptore dicto Ca
pitaneo Auerardo venditori, non ſolum ſecundum di-
ſpoſitionem iuris, ſed etiam ex clara partium conuen-
tione, pari modo eidem ſolui debebant vſuræ tãquam
44 acceſſoriæ, † quia acceſſorium ſuum principale ſequi-
tur, cap. acceſſorium. de reg. iur. in 6. l. Cum principa-
lis. & ibi Dec. & Cagnol. ff. eodem titul. Nec Domi-
nus Vgolinus ex iure Monaſterij defendi poterat, quia
con-

in c.1.& ibi Doct. de his, quæ vi vel met.cau. Din.Bal. Paul.de Caſt.& Imol.in l.qui aliena,§.fin.ff.de acquir. hæred.& ibi Iaſ.num.46.Bart.Abb. & alij, quos refert & ſequitur Natt. conſ.451.num.22.lib.2. Rimin.iun. conſil.362.num. 85.lib.4. Præterea ſi Domina Siluagia nihil dixiſſet, non noceret. Licet enim vtilius fuiſſet

54 facere proteſtationem † quia quamuis ſola proteſtatio metum non probet, iuxta communem, de qua poſt multos teſtatur Maſcard. de probat. vol.2. concluſ.1051.

55 num.9. facilius † ſtante proteſtatione metus iuſtificatur. Io.Andr.in c.fi.de appel. Angel.in l.metum, la 3.ff. quód met.cauſ. Rip.in c.cum M.Ferrarienſis, num.93. ver. Proteſtatio, de conſtit. Dec.in c.fi.num.6.verſ.Sed tamen conſiderandum eſt, de appel. Maſcard.in d. concluſ.1051.num.10.Ceph.late conſ.564.nu.44.& ſeqq.

56 lib.5. † nihilominus quando omittitur, & quis propter inſtrumentum non ſolum non audet contradicere, ſed nec proteſtari corã alijs, timens ne illa proteſtatio clandeſtina reueletur parti, probato metu etiam eo caſu cõtractus reſcinditur, gl.1.& ibi Abb.in c.1.quod metus cau. Alex.in l.2.§.quod diximus, ff.ſi quis cau.poſt Bar. ibi Abb.& Innoc.in c.ex tranſmiſſa, de præſcrip. Dec. in l.in omnibus cauſis, num.12.ff.de regul.iur.& conſ. 219.num.4. Iaſ.in d.l.qui aliena,§.fin. num.46.Aretin. conſ.161.Mandel. de Alba conſil.77.num.15. Didac. Couar.lib.4.decret.par.2.c.3.§.5.num.12. Crau. conſil.461.num.36.lib.3.

Remouetur quintum, Tum quia teſtis ille, qui deponit de libera voluntate & non coacta Dominæ Silua-

57 giæ eſt vnicus, † & vnicus teſtis fidem non facit, c.veniens, el 1.& c.licet, de teſti.Ant.Gabr.in titul.de teſti. concl.1.& dictum vnius dicitur dictum nullius, l.iuſiurandi, & ibi Doctor. C.de teſti. Afflict. deciſ.12.nu.2. Rol.a Val.conſ.13.nu.22.lib.4. Tum etiam quia longe

58 plures de metu deponunt † quibus magis credendum eſt, non ſolum quia plures ſunt l.ob carmen, §.ſi teſtes, & ibi gl.ff.de teſti.c.licet cauſam, ver. Ex præmiſſis, de prob.cum congeſt.per Ant.Gab.in tit.de teſt.concl.4.

59 nu.50. Sed ẽt ſi pauciores eſſent idem dicẽdum † eſſet, cum magis ſit adhibẽda fides duob.teſtib. deponentib. de metu, quam mille de ſpontanea voluntate. Bald.in l. obſeruare,§.Proficiſci, q.13.nu.15.in fin.ff.de off.proconſ.& leg. Inn.in c.ſuper hac, de renunc. Rom.in rub. ff.de arb.nu.22.Alc.de præſum.reg.3.præſum.7.nu.4. Ant.Gabr.qui de magis comm. teſtatur in d.conclu.4. nu.15.Dida. Couar.qui ſimiliter communem dicit lib. 4.decr.par.2.c.3.§.5.nu.10.Menoch.de præſum.lib.3. præſum.126.nu.31.declarans procedere, qñ extabant aliç coniecturæ illati metus, quarum multas hic exſtare oſtendi, & latius ẽt probat Maſcar.de prob. vol.2.concluſ.1053.vbi teſtatur eſſe magis comm. Et ideo dixit

60 Cepol.caut.144.† magis credi vnico teſti de metu, quã plurib. de ſpontanea & libera voluntate, cuius opinio licet vera non ſit, quando vnicus tantum teſtis deponit de metu, cũ Inn.Bal.& Rom.quos ipſe allegat, loquantur de duob.teſtib.deponentib.de metu, vt plurib. prçferantur, & merito in hoc reſpectu vnius reprobatur per Alciat. conſ.5.nu.78.tom.1.lib.1.& Couar.in d.§. 5.nu.10.quorum ſnĩa verior eſt, ſi cum depoſitione dicti teſtis vnici aliud non concurrit, ſecus ſi alia concurrerent, puta teſtes de auditu, vt declarat Maſcard.in d. conclu.1054.nu.5.& 7.attamen in caſu de quo agitur, in quo non vnicus teſtis ſed multi de metu deponunt, opinio Baldi, Innoc.& aliorum ſine difficultate procedit, & ſi duo præferuntur pluribus, fortius præferri debent tot teſtes de metu deponentes vni tantum de libera ac ſpontanea voluntate.

61 Quod vltimo loco dicebatur † de taciturnitate per annos decem & vltra poſt renunciationem ſubuertitur ex his, quæ late deducit Sen.Pedem.dec.179.nu.8.& ſeqq.vſque ad fin. Præterea, quia viuente patre non poterat D.Siluagia aliquid petere non ſolum de bonis pa

62 tris † in quibus filius nullum ius habet viuente patre, l. 1.§.ſi impuberi, in fi.& ibi Bar.ff.de collat.bon. Bar.in l.fi.nu.2.ff.de lib.agnoſc.& in l.poſt emancipationem, §.1.ff.de lib.leg.Bal.Ang.Imo.& alij in l.lex Cornelia, de vulg.& pup. Sed nec de bonis matris defunctæ, quorum vſusfructus ſpectabat ad patrem, l.1.C.de bon.mater. Nec etiam patre mortuo ſuperſtite D.Iulio Cæſare agere poterat, cum D. Siluagia per maſculum ſtatuto Peruſino à ſucceſſione excluderetur, & ſolum reintegranda eſſet exſtincta linea maſculina. Ideo ſi non egit viuente patre & fratre, non fuit præſcriptione excluſa, quia non valenti agere non currit præſcriptio, l. 1.§.Ne autem, C.de anna.except. Et quia modu exſtincta eſt linea maſculina, & petit reintegrari ad dictas hçreditates, audienda eſt curſu temporis non obſtante,

63 cum † femina temporaliter excluſa etiam poſt annos quadraginta & vltra reintegretur ad ſucceſſionem, quando de recenti linea maſculina defecit, vt poſt Viu. comm.eſſe dicit Cephal.conſ.404.nu.20.lib.3.& quia Dominæ Siluagiæ competit actio pro reintegratione, quæ tempore non fuit ſublata, & ſi excipiatur de renũciatione poterit replicare eſſe nullam ſeu reſcindẽdam ſtante metu, ius replicãdi de metu curſu temporis ſub-

64 latum non fuit † cum ius replicandi cum actione commenſuretur, & eodem tempore duret, quo durat ipſa actio, l.quçſitum,§.in dolo, & ibi Bar.Sal.Pau.de Caſt. & ceteri not.ff.de pecul. Fel.in c.ſi autem, nu.6. in ver. temporalia, ver. Declara, de reſcript.

Concluditur igitur renunciationem fuiſſe metu extortam, nec ſubſiſtere.

Et quatenus renunciatio prædicta valida fuiſſet, nec ob metum redderetur nulla, cuius contrarium demonſtraui ſupra, dubitatur numquid ſaltem ob mortem Domini Iulij Cæſaris ſine filijs defuncti, fuerit reſoluta & annullata. Et videtur dicendum dictam renunciationem morte dicti Domini Iulij Cæſaris non fuiſſe reſolutam, ſed viribus ſubſiſtere. Fuit enim fa-

65 cta renunciatio patri ſtipulanti pro ſe, & † hæredibus, quorum appellatione omnes etiam extranei continentur, l.ſciendum, ff.de verbor.ſignific. Et licet fuerit adiecta conditio, quod ſi deceſſiſſet ſine filijs maſculis haberetur pro nõ facta, eſſetque ipſo iure nulla, non refert, poſtquam Dominus Hieronymus obijt ſuperſti-

66 te Domino Iulio Cæſare filio † per cuius ſuperexiſtentiam cõditio illa defecit ac exſpirauit, nec mortuo Domino Iulio Cæſare amplius reuiuiſcit. Oldrad.conſ.21. Bald.in l.acutiſſimi, col.fin.C.de fideicom.Ioan.Andr. in addit.ad Specul.in titul.de teſtam.§.in primis, q.fin. Fulgoſ. conſ.46.Io.Dilect. de arte teſtandi, tit.5.caut. 25.Gozadin.conſ.4.num.23.Alex. conſ.31.lib.3.Caſſan.conſil.62.col.1. Tiraq.in l.ſi vnquam, in verb. ſuſceperit liberos, nu.153. C.de reuoc.donat. quæ opinio communiter approbatur, vt per Crau.conſ.98.num.4. lib.1.Rim.iun.conſ.20.nu.1.& ſeqq.lib.1.Ant.Gab. in ſuis concl.in tit.de fideicom.concl.7.in prin. Menoch. conſ.85.num.46.& ſeqq.lib.1.

Nec ratio in renunciatione expreſſa pro conſeruatione Cippi ſuæ domus operatur poſt mortem Domini Iulij Cæſaris eius reſolutionem, ex eo quod cauſa & ratio, ob quas renunciauit, ceſſauerint, iuxta l.adigere, §.quamuis, de iure patro.c.cum ceſſante, de appel.

Primo, quia eadem cauſa durat, cũ bona deuenerint ad Capitaneum Laurẽtium de eadem familia & agna-

67 tione † qui licet ſit lineæ tranſuerſalis, conſeruat nihilominus etiam ipſe Cippum & agnationem familiæ de Nardutijs. Tib.Dec.conſ.7.nu.53.lib.1.

Secundo

Secundo dicitur Dominam Siluagiam renunciationem fecitſe fauore agnationis, & ob dotem, quæ tunc ſibi conſtituebatur, & cum cauſa dotis adhuc duret, licet ceſſet alia conſeruationis Cippi & agnationis, nõ
68 ceſſat renunciatio,† nam quando duæ cauſæ conſiderantur,vna deficiente,ſi alia durat,non ceſſat effectus, l.ſi non lex Aelia Sentia,ff.de hære. inſtit. §. affinitatis. Inſtit.de nupt.l.ſi venter,§.in bonis,ff.de priuil.credit. Dec.conſil.503.in fin.Iaſ.conſ.147.nu.20.lib.2.Natt. conſil.14.nu.6.lib.1.Crau.conſil.141.nu.2.lib.1. Rip. in l.1.nu.125.ff.ſolu.matr. ample Tiraq.de cauſ.ceſſan. limit.22.num.1.

Tertio,quia diſpoſitio per mortem Do.Hieronymi ſuperſtite filio maſculo,ſortita eſt effectum,& maſculo ius quæſitum fuit,quãuis poſtea filius obierit, non ceſ-
69 ſat renunciationis effectus, † quia ceſſante cauſa non ceſſat effectus, qñ iam alicui ius eſt quæſitum, & effectus conſumatus,l.fi.ff.vnd.lib.Bar.in l.2.§.fi.num.3.ff. de donat.l.Inter ſtipulantem,§.ſacram.& ibi Iaſ.in 4. not.ff.de verb.oblig.Io.Andr.in c.decet,col.3.ver. Et idem in ſimilibus.de reg.iu.in 6.Tiraq.in d.tract.limit. 11.& 12.Burſ.conſil.252.nu.24.lib.3.

70 Poſtremo,† quod quamuis filius Domini Hieronymi qui ſuperuixit patri, poſtea obierit, nullis relictis filijs, renunciatio ſubſiſtat fauore Capitanei Laurentij, nec ſit reſoluta, firmare videntur Pariſ.conſ.26. lib.3. Menoch.conſ.6.lib.1. Dec.conſil.309. Alexand. conſil.29.lib.3.

Sed iſtis minime refragantibus cenſeo renunciationem modo reſolutam eſſe, fuit enim facta patri expreſſa ratione pro conſeruatione Cippi ſuæ domus cum cõditione,quod ſi pater decederet ſine filijs maſculis haberetur pro non facta. Et cum modo per mortem Domini Iulij Cæſaris ſit exſtincta linea maſculina renunciatio amplius non ſubſiſtit.

Primo,quia renunciauit Domina Siluagia ea ratio-
71 ne, vt conſeruaretur Cippus ſuæ domus,† quæ ratio finalis fuit, quod oſtenditur ex eo quod reperitur principaliter in inſtrumento expreſſa, & futurum reſpiciebat,l.fin.ff.de hæred.inſtit.Bero.conſ.180.num.41.& ſeq.lib.2.Tiraquel.de cauſ.ceſſ.limit.1.num.26.& 50. Soc.ſen.conſil.83.num.4.li.3.Burſat.conſ.101.nu.17. lib.1.Et etiam quia non renunciaſſet aliter, vt elicitur ex conditione illa reſolutiua in euentum quod Domi-
72 nus Hieronymus ſine filijs maſculis deceſſiſſet,† & illa dicitur ratio & cauſa finalis, quæ ſi ceſſaret vel nullo modo vel ſaltem, non ita quis diſpoſuiſſet. Bal. conſil.340.col.2.verſi.Porro,lib.3. Io.Monach. c.cupientes,col.2.n.4.de reſcript.in 6.Collect.in c.Poſt tranſlationem,col.1.ver.ſed quam cauſam.de renuncia.& ibi Imol. nume.42.Tiraquell.d.limit.1.num.37. Crauet. conſ.142.nu.9.lib.1.Soc.conſ.173.col.pen.verſic. Poſtremo,lib.2.Natt.conſ.609.nu.11.& ſeq.lib.3.Rol.à
73 Vall.conſ.44.nu.15.lib.4.† Immo quia ex conditione reſolutiua apparet, ꝙ non renunciaſſet niſi fauore agnationis, quamuis ratio eſſet impulſiua haberetur pro finali vt dicit Bald.d.conſ.340. & in l.falſam.C.de falſ. inſtr.Rol.a Val.d.conſ.44.n.24.& conſ.69.n.39. li.4. Cum igitur ratio in renunciatione expreſſa fuerit fina-
74 lis,† ex ea mens & principalis intentio contrahentium detegitur.Bar.in l.2.§.fi.ff.de dona.Soc.ſen.conſi.25 1. nu.6. ver.comprobatur,li.2. Doct.in l.fi.ff.de hære.inſtit.Pariſ.conſ.72.n.53.li.4.Hier.Gab.conſ.127.n.44. li.1.Tiraq.in d.limi.1.nu.6. & ab ea renunciatio regulatur.Soc.ſen.conſ.24.nu.11.li.1.Soc.iun.conſ.38.n.3.
75 li.1.† & ſecundum rationem finalem expreſſam eſt renunciatio interpretanda ac limitanda.Ruin.conſ.160.
76 nu.16.li.3.Mandel.de Alba conſ.52.nu.7.cum† ratio finalis modo diſpoſitionẽ reſtringat & minuat,l.fin.ff. de hære.inſti.modo in totũ tollat,l.demonſtratio, §.1. ff.de cond.& demon.l.1.C.de fal.cauſ.adiect.lega.Prout contigerit rõnẽ ipſam diminui ſeu tolli, vt dixit Bero.conſ.22.nu.78.li.2. Et propterea cum modo ſit exſtincta linea maſculina D.Hieronymi patris in totum, ceſſat ratio,ob quam fuit facta renunciatio, nempe vt
77 Cippus ſuæ domus conſeruaretur, † & conſequenter ceſſabit etiam effectus ipſius renunciationis, iuxta l.adigere,§.quamuis,de iure patr.c.cum ceſſante,de app. Quæ regula procedit etiam in contractibus, l.cũ te,C. de pact.int.empt.& vend.l.1.& ibi glo.vlt.Cin.Bal.& alij,C.de cond.ob cauſ.Tiraq. de cauſ. ceſ. p.1. nu.56. Bero.conſ.180.nu.41.lib.2.& conſ.4.nu.53. lib.1. vbi dicit id procedere ẽt in contractu iurato, & Burſ.con-
78 ſi.101.nu.19.lib.1.†Et ita quod renunciatio facta pro conſeruatione Cippi domus, reſoluatur mortuis maſculis,cum non intelligatur ſimplex & perpetua, ſed limitata,quatenus Cippus, & agnatio conſeruetur, dixit Pariſ.conſ.12.nu.90.& ſeq.lib.1.Rol.a Vall. conſil. 100.nu.83.lib.4.& comprobatur per Tiraq.de cau.ceſſan.p.1.nu.224.in ver.Renunciationis.Franc.Becc.cõſil.74.nu.22.& ſeqq.

Secundo pro D.Siluagia facit quod dicunt Doctor.
79 in l.pactum dotali,C.de collar. † ꝙ ſi filia renunciauit patri,qui tpe renunciationis habebat filios maſculos, nõ impeditur ſuccedere maſculis defunctis,quia cenſetur voluiſſe ſe excludere fauore maſculorũ, quorum fauor,illis mortuis,ceſſat, & ceſſante cauſa & fauore fratrũ, ceſſat ẽt renunciatio, tãquam cauſa & rõne illius ceſſante,ita tenẽt in d.l.pactũ dotali.Bal. Pau.de Caſt. Sal.Dec. & alij oẽs.quam opinionem expreſſe approbant Bal.conſi.437.incip.Quædam puella,nu.2 .lib.1. Aret.& Imo.in l.qui ſuperſtitis,ff.de acq.hær.Alex.in l.ſtipulatio,num.11.ff.de verb.obligat. Dec.conſ.433. nu.1.& ſeq.conſ.553.nu.8.& 9. Crauet. late conſi.42. per totum,li.1.Pariſ.conſil.3.nu.27.& ſeqq. lib.2. Cephal.qui alios adducit cõſ.62.n.42.li.1.Senat. Pedem. qui de cõi teſtatur in dec.98.nu.11. Franc. Becc.conſ. 107.nu.19.& 22.Ant.Gabr.in ſuis conclu.in tit.de iur. dot.conclu.1.nu.35.& ſeq. Quæ concluſio magis probat intentionem noſtram. Si.n.qñ fit renunciatio patri,habenti filios, ita concluditur ea ratione,quia præſumitur filiam renunciaſſe fauore maſculorum, quanto magis hoc erit dicendum in caſu noſtro, in quo clare conſtat Dom.Siluagiam fauore fratrum renunciaſſe,& ſi decederet pater ſine filijs maſculis, voluiſſe re-
80 nunciationem eſſe nullam, & haberi pro non †facta, & quamuis Michael de Graſſ.in ſuis comm.opin.lib.1. c.10.q.2.in fi.dicat prædicta procedere,qñ filius maſculus deceſſit viuente patre,ſecus ſi patri ſupuixerit, quo caſu cũ ius ſit quæſitum maſculo, ſi ille poſtea decedit, femina remanet excluſa,& ita communiter Doct. tenere teſtatur,dr veram eſſe eius declarationem,quę eſt
81 de intentione Caſtr.& aliorũ in d.l.pactũ dotali,† ſed procedere qñ renunciatio fit patri habenti filios maſculos,& ſolũ præſumitur facta eorum fauore, nec alia rõ in renunciatione exprimitur,ſed non procedere,qñ(vt hic)facta fuit renunciatio fauore maſculorum cum cõditione reſolutiua, quatenus pater ſine filijs maſculis decederet,& etiam expreſſa ratione pro conſeruatio-
82 ne Cippi domus,† quæ rõ vt finalis principaliter conſideranda eſt,non aliter attento ſono verborũ ẽt in contractibus,l.1.C.de cond.ob cau.Socin.conſ.251.col.4. lib.2.Pariſ.conſ.72.n.52.li.4.& conſ.32.n.42.& ſeqq. lib.1.Rol.a Vall.conſ.58.n.86.li.3.& conſ.99. nu.46. & ſeqq.lib.4.& etiam in conditionibus,in quibus ratio finalis principaliter attenditur, ſecundum Dec. in l.ſi quis hæredem,nu.3.in prin.& in fi. C.de inſtit. & ſubſtit. Sed quia Domina Siluagia renunciationem fecit

ſauore maſculorum ad effectum vt per eos Cippus do-
mus conſeruaretur, quæ ratio ſeu cauſa habebat tra-
ctum ſucceſſiuum, & exigebat perſeuerantiã, nec mo-
mento adimplebatur, ideo licet Dominus Hierony-
mus deceſſerit ſuperſtite Domino Iulio Cæſare filio
maſculo, cum ipſe poſtea obierit, & amplius Cippus
83 domus non conſeruetur† non ſubſiſtit renunciatio tã-
quam eius cauſa, & ratione ceſſantibus. Dec. in d.l.ſi
84 quis hæredem, nu.3. in prin. & in fi.† Nõ enim ſatis eſt
conditionem habentem tractum ſucceſſiuum & perſe-
uerantiam exigentem, momento adimpleri, niſi duret,
l.ſi quis ita legauerit, ff. de cond. & demonſt. Iaſ. in d.l.
ſi quis hæredem, col.fi. in 4. lim. Alex. conſ.53. col. fi. n.
12. lib.6. Bero. conſ.27. nu.14. lib.2. & conferunt addu-
cta per Rim. iun. conſ.112. nu.99. & ſeqq. lib.2. Præte-
85 rea dr ſatis eſſe † filios ſuperuiuere patri, quando ſola
eorum ſuperexiſtentia adimplemento conditionis con
ſideratur, non habito alio reſpectu; ſed quando adim-
plementum conditionis conſideratur ad aliquem effe-
ctum, qui ex adimplemento ſequitur, & effectus ille eſt
cauſa diſpoſitionis, tunc quatenus durat effectus durat
etiam diſpoſitio, vt clare dixit Soc. iun. conſil.160. nu.
73. & ſeqq. vſque ad finem conſilij lib.2. quem ſequi-
tur ita limitando opinio. Oldr. in alleg. conſ.21. Anto.
Gabr. in tit. de fideicom. concluſ.7. nu.9. in 6. limit. &
hoc idem tenent Dec. in d.l.ſi quis hæredem, nume.3.
Ang. conſ.159. col.2. & 3. Ruin. conſ.46. nu.10. lib.2.
Et licet illi loquantur in vltimis voluntatibus, idem di-
86 cendum eſt in contractibus, tum quia † argumentum
de vno ad aliud procedit, l. quæ delegata, ff. de lega. 1.
Doct. in l. ſeruum filij, §. eum qui chirographum, ff. eo-
dem tit. præſertim Alexan. nu.7. & Iaſ. nu.9. Rim. iun.
conſ.243. nu.45. li.3. Tum etiam quia dicta opinio ſun-
data eſt in ratione generali præſumptæ mentis diſpo-
87 nentis, quæ ratio etiam in contractibus viget,† in qui-
bus potius mens quam verborum conceptio attendi-
tur, l.fin. C. quæ res pig. obl. poſſ. Dec. conſil.555. nu.6.
cum ſimil. Vnde cum in caſu noſtro ſit conſiderata ſu-
perexiſtentia maſculorum ad effectum vt Cippum do-
mus conſeruarent, quamuis Dominus Iulius Cæſar ſu
peruixerit patri, ipſo poſtea defuncto renunciatio cor-
ruit, & Domina Siluagia ad ſucceſſionem eſt reinte-
grãda vigore ſtatuti, cum linea maſculina ſit extincta:
88 erat enim intelligenda † renunciatio rebus ſic ſtanti-
bus, ſcilicet quatenus adeſſent maſculi, qui Cippum
domus conſeruarent: ſed illis mortuis iuri reintegran-
di renunciatum non cenſetur, vt clare dixit Corn. con-
ſil.80. lib.4. quem ſequitur Alber. Brun. in tract. de ſtat.
quod ſtant. maſc. art.13. num.8. & 9. ad prædictorum
confirmationem facit Bald. in l.2. q.50. ff. de rer. diuiſ.
89 qui dixit † quod ſi femina renunciauit bonis paternis
propter fratres maſculos, illis mortuis feudum dicitur
apertum feminæ & non Domino, quoniam cenſetur
tantum excluſa per ſuam renunciationem, donec ma-
ſculi exſtant, & Bald. opinio ſequitur Bero. conſ.67. nu
me.45. lib.1.

Tertio vt huius ſim opin. valde inducor ex præſum-
pta mente Dominæ Siluagiæ, quandoquidem ipſa à
ſtatuto per fratrem excludebatur temporaliter: ſed po
tuiſſet ſtatuto non obſtante, multa petere, & dum re-
nunciauit patri quatenus maſculi ſuperuiuerent, ad ef-
fectum, vt Cippum domus conſeruarent, ex dicta di-
ſpoſitione elicitur noluiſſe bona ad extraneos deueni-
re, ſed voluiſſe fratribus prouidere, & ſi fratres non ſu
peruiuerent patri, renunciationem haberi pro non fa-
cta; Qua igitur ratione Domina Siluagia declarauit re
nunciationẽ eſſe nullam, ſi maſculi non ſuperuiuerent,
eadem ratione dicendum eſt, voluiſſe eam ad ſucceſſio
nem admitti & reintegrari, ſi Dominus Iulius Cæſar
frater ſine filijs, qui cippum conſeruarent, decederet,
quod etiam præſumitur fuiſſe de intentione patris reci
90 pientis renunciationem, † cum non ſit præſumendum
extraneos filiæ ſuę anteponere, & eam per extraneos
ſucceſſione priuare voluiſſe, vt not. Salic. in l. pactum
quod dotali, nu.5. verſic. Aut paciſcitur, C. de pact. &
in fortiori caſu Bald. conſ.437. num.2. verſi. Item hoc,
lib.1. Crauet. conſ.42. num.1. in fine, & ſeq. lib.1. & bo-
ne declarat Didac. Couar. in c. quamuis, par.3. §.3. nu-
91 me.4. verſi.4. de pact. in 6. † ſed filiorum maſculorum
fauore tantum ex contrahentium pręſumpta mente re
ſtringitur renunciatio, ſecundum Dec. in l. ſi actionẽ,
num.1. C. de pact. quod etiam fuit de intentione Alex.
in contrarium allegati in conſil.29. lib.3. col.2. verſic.
Iſtam quæſtionem, & verſ. Nec dicatur. Et quia ſi con
trahentes interrogati fuiſſent, ita veriſimiliter reſpon-
92 diſſent † ex præſumpta mente, & identitate rationis
conditio illa, ſi deceſſerit ſine filijs habetur pro repeti-
ta, etiam ſi filius Domini Hieronymi ſine filijs maſcu-
lis deceſſiſſet, iux. not. per Doct. in l. Gallus, §. & quid
ſi tantum, ff. de lib. & poſthu. vbi Iaſ. in 2. lect. nume.8.
& 11. & Socin. iun. num.33.35. & 46. & late per Soc.
iun. conſi.106. num.8. & ſeqq. lib.1. Quæ conditionis
repetitio ſit ex præſumpta mente non ſolum reſpectu
caſuum ſed etiam perſonarũ. Iaſ. in l. Titius, §. Lucius,
nu.3. & ibi ceteri not. ff. eo. tit. Soc. iun. in d. §. & quid
ſi tantum, nu.40. Et quia a Domina Siluagia fuit conſi
deratus effectus conſeruationis Cippi domus, magis
hæc procedunt ſecundum Socin. ſen. in d. §. Et quid ſi
tantum, in vlt. not.

Vltimo licet credam ex prædictis optime fundari
intentionem Dominæ Siluagiæ, nihilominus ſi dubia
eſſet in dubio pro ea iudicari deberet. Primo, quia
93 cum † renunciatio velut odioſa non ſit amplianda, ſed
quantum fieri poteſt reſtringenda. Bald. d. conſil.437.
nu.2. ver. Item iſta, lib.1. Pau. de Caſtr. conſi.86. nu.6.
lib.1. Aret. conſil.161. nume.5. verſi. Ex hac. Dec. con
ſil.179. num.3. Hierony. Gabr. conſ.90. num.39. lib.1.
94 in † fauorem Dominæ Siluagiæ in dubio eſt interpre-
tanda. Dec. in l. poſtquam liti, nu.15. & 16. C. de pact.
Cephal. conſil.25. nume.48. lib.1. vt illi minus noceat
quam fieri poſſit, l. ſi domus, ff. de ſeruitu. vrban. præd.
Grat. conſil.17. num.46. lib.1. Franc. Becc. conſil.111.
nume.31. & ita in ſimili renunciatione, quòd in dubio
interpretetur fauore feminæ renunciantis, vt minus
ei noceat, inquit Dec. conſil.379. num.4. Socin. ſenior,
conſil.33. num.10. lib.3. Secundo cum opinio in qua ſe
fundat Domina Siluagia, ſit magis æqua & fauorabi-
95 lis, contraria autem odioſa, † in dubio benignior, &
magis æqua opinio amplectenda eſt, l. in bello, §. Co-
dicilli, ibi, humanitatis rationi cõgruum eſt, ff. de capt.
& poſtlim. reuerſ. Abb. in cap.1. de Conſtit. Pariſ. con
ſil.32. num.4. lib.2. conſil.72. nume.41. lib.1. Rim. iun.
conſil.285. num.117. & ſeqq. lib.3. Roland. à Vall. con
ſil.64. num.15. & ſeqq. lib.3. Tertio quoniam ex hac in
terpretatione Domina Siluagia ad reintegrationem
erit admittenda, & reducetur ad æqualitatem cum hæ
rede Domini Iulij Cæſaris fratris, illa magis erit am-
96 plectenda † quia ratione ſeruandæ æqualitatis aliquan
do ẽt a proprietate ſermonis receditur, l. fi. C. cõ. omn.
iu. Bar. in l. fi. ff. pro don. Barth. Soc. in l.1. in 4. not. ff. de
97 reb. dub. Ceph. conſi.545. nu.15. li.4. † & diſpõ genera
lis reſtringitur, & limitatur. Soc. ſen. conſ.98. nume.2.
98 lib.1. Aret. conſ.152. col.2. in fi. † & diſpoſitio facta in
vno caſu, ad alium extenditur, & repetitio fit de vno
ad alium, §. illud. Inſtit. pro ſoc. l. fin. C. de fruct. & lit.
expenſ. Pet. de Anchar. conſil.351. incip. in quæſtione,
col.1. ver. Quarto. Aret. conſil.1. nume.11. Socin. iun.
99 conſil.160. nu.28. lib.2. † Et multa in diſpoſitione in-

clu-

cluduntur quæ alias non includerentur. Bartol. in l. ſi
pater, in princ. ff. de donat. Bald. in l. filiæ, in 7. oppoſit.
100 C. famil. herciſc. † propterea in dubio ſemper inter-
pretatur diſpoſitio in eum ſenſum, qui magis ad æqua-
litatem reducit, vt oſtendit Crauet. conſil. 133. num.
7. & ſeq. lib. 1. & Cephal. d. conſ. 545. num. 15. & ſeq.

Nec obſtant contraria, quamuis enim Domina Sil-
uagia renunciauerit patri, ſtipulanti pro ſe, & hære-
dibus, & hæredum appellatione omnes etiam extranei
101 veniant † illud non procedit, vel quando in inſtrumen
to alia adſunt verba, ex quibus oſtenditur contrahen-
tes de deſcendentibus tantum intellexiſſe, Doctor. in
l. Gallus, §. etiam ſi parente, ff. de liber. & poſthum. vbi
Caſtr. num. 4. & Iaſ. diffuſe, nu. 12. & ſeqq. num. 19. 20.
102 & 26. † ratione enim adiuncti verbum ſuam mutat
naturam, vt per eos, & Menoch. conſil. 97. num. 125.
lib. 1. conſ. 289. num. 37. & ſeqq. lib. 3. Vel ſi res, de qua
diſponitur, non ſit ad hæredes extraneos tranſitoria,
quoniam tunc verbum, hæredibus, non includit extra-
neos. Angel. & Paul. de Caſtr. in l. quædam, §. nihil in-
tereſt, & ibi Alexan. num. 7. ff. de edend. Bart. & Alex.
in l. etiam, ff. ſolut. matrim. Dec. qui comm. dicit conſi.
171. nume. 5. Sed Domina Siluagia renunciauit adie-
cta ratione pro conſeruatione Cippi domus, qui per
extraneos non conſeruatur, & cum conditione, vt ſi
pater decederet ſine filijs maſculis, renunciatio eſſet
nulla, quæ demonſtrat voluiſſe bona ad deſcendentes
103 patris tantum deuenire † quos in conditione ponen-
do in contractibus cenſetur diſpoſitiue vocaſſe, Socin.
iunior conſil. 108. num. 7. lib. 2. quem ſequitur Anton.
Gabriel. in ſuis concluſ. in tit. de fideicomm. concluſ. 4.
104 num. 50. in 24. limit. † Ideo verbum illud, hæredibus,
impropriatur, & pro deſcendentibus maſculis ſolum
accipitur, & ita in ſimili caſu dixit Franc. Becc. conſil.
74. num. 31. ver. vltim. & idem ſentit Didac. Couar. in
capit. quamuis, de pact. in 6. par. 3. §. 3. num. 3. verſic.
Quarto.

Nec reſiſtit conſilium Oldradi 21. quando quidem
Domina Siluagia conſiderauit effectum conſeruatio-
nis Cippi domus, & non ſolam ſuperexiſtentiam ma-
ſculorum, quo caſu etſi Dominus Iulius Cæſar ſuper-
uixerit patri, non ſufficit, ſed eo mortuo ſine filijs Do-
mina Siluagia ad ſucceſſionem reintegratur, vt ſupra
105 late demonſtraui. Vlterius dicitur, † contraria pro-
cedere in dubio, non quando aliqua viget coniectura
voluntatis diſponentis in contrarium, eo quidem ca-
ſu etſi filij ſuperuiuant patri, ſi poſtea decedant ſine
liberis, conditio non defecit, ſed dicitur verificata con
ditio ſub qua aliquis vocatur in caſu mortis alicuius ſi-
ne filijs, & admittitur. Grat. conſi. 5. num. 86. lib. 2. late
Marzar. conſ. 4. num. 43. ver. Octauo, Didac. Couar. in
cap. Rainaldus, num. 3. ver. Item, in fi. de teſtam. Rim.
iun. conſil. 20. num. 19. lib. 1. Anton. Gabriel. in titul.
de fideicommiſſ. concluſ. 7. num. 4. qui alios allegant.
Sed hic viget coniectura voluntatis Dominæ Siluagię,
quæ voluit renunciare pro conſeruatione Cippi do-
mus, etſi maſculi non adeſſent, ad ſucceſſionem voluit
reintegrari, & ſic noluit bona ad extraneos tranſire,
ideo ſola maſculi ſuperexiſtentia nō ſufficit, poſt quam
ſine filijs obijt. Paul. de Caſtr. conſ. 343. num. 2. lib. 2.
Crau. conſ. 98. num. 1. lib. 1. Ant. Gabr. d. concluſ. 7. nu.
7. in 4. limit.

Minus nocet quòd Capitaneus Laurentius ſit de
Cippo & familia Dominæ Siluagiæ, quoniam ipſe eſt
tranſuerſalis, & attinebat Domino Hieronymo in gra
du longinquo, & ratio expreſſa in renunciatione pro
conſeruatione Cippi intelligitur reſpectu deſcenden-
tium à Domino Hieronymo, & ex præcedenti condi-
tione reſolutiuà, ſi Hieronymus ſine filijs maſculis
decederet, oſtenditur noluiſſe bona deuenire ad alios
de familia, quæ pręcedens conditio declarat ſubſequē
106 tem rationem, † cum ex præcedentibus declaretur
mens in ſubſequentibus. Bar. in l. Centurio, ff. de vulg.
& pup. Curt. iun. conſ. 70. nu. 1. & 2. lib. 1. Immo magis
præcedentia declarant ſequentia quam econtra, gl. in
l. filium, ff. quando dies lega. ced. Bar. in l. auia, ff. de con
dit. & demonſt. gl. Bar. & alij, in l. ſi quis ex argētarijs,
§. ſi initium, ff. de eden. Alex. conſ. 51. num. 2. li. 3. Nat.
in repetit. Auth. hoc inter liberos, nu. 40. C. de teſtam.
Tob. Non. conſ. 22. nu. 13. Cum igitur conſtet ex dicta
conditione reſolutiua Dominam Siluagiam renuncia
re voluiſſe fauore maſculorum deſcendentium a Hie-
ronymo patre, & conſeruare cippum ſuæ Domus, in-
telligendo de deſcendentibus à ſuo patre tantum, non
de alijs, quod ex lectura inſtrumenti manifeſte elicitur,
& in ſimili caſu conſiderat Ceph. conſi. 510. nu. 13. 16.
& ſeq. li. 4. Capitaneus Laurentius in ea fundamentum
107 facere non poteſt, † quia renunciatio vltra perſonas
& caſus in ea expreſſos non extenditur, l. actione, C. de
pac. l. Iubemus, C. ad Velle. Sal. in l. Pactum quod dota
li, nu. 5. ver. Aut paciſcitur, C. de pac. Franc. d. c. quam-
uis, nu. 10. ver. ſed certe. Franc. Becc. conſ. 74. num. 23.

Quod dicitur de duplici cauſa, parum nocet, quo-
niam cauſa dotis non fuit principalis, & finalis, ſicut a-
lia conſeruationis Cippi domus, quod ſatis oſtēditur,
dum voluerunt partes renunciationem reddi nullam, ſi
Dominus Hieronymus deceſſiſſet ſine filijs maſculis,
& nihilominus cauſa dotis durabat, quod optima ra-
tione feciſſe creditur, quia ſi renunciatio eſſet nulla, ex-
tincta linea maſculina, Domina Siluagia ad reintegra-
tionem admitteretur, & dotem conferre teneretur, vt
diſponit ſtatutum. Et quia quælibet cauſa de per ſe nō
erat ſufficiens ad inducēdum Dominam Siluagiam ad
renunciandum, ſed illa conſeruationis Cippi domus
fuit potentior & principaliter conſiderata, ceſſat diſpo
108 ſitio † quia ceſſante cauſa, ceſſat effectus diſpoſitio-
nis, licet alia cauſa ſubſiſtat, quando illa quæ ſubſiſtit
ſola non fuiſſet ſufficiens ad inducendum diſponentem
ad ita diſponendum, ca. quoniam frequenter, §. porro,
iuncto, §. ſin autem, vt lit. non conteſt. Abb. & Dec. in
c. cum ceſſante de appell. Rol. à Vall. conſ. 52. num. 50.
ver. nec habet, lib. 2. Tiraq. de cauſ. ceſſ. in allega. limit.
22. num. 12. 17. & 22. allegata in contrarium procede-
rent, ſi quælibet cauſa ſola & de per ſe fuiſſet ſufficiens
ad inducendum diſponentem ad ita diſponendum, e-
tiamſi alia ceſſaret, & non aliter, vt declarant Doct. in
dictis locis.

Aliud obiectum de iure quæſito & effectu conſum-
mato tollitur ex iam dictis, & etiam quia ius quęſitum
fuit de iure ſpeciali vigore renunciationis, non de iure
109 communi & † quando ius eſt quæſitum de iure ſpe-
ciali, & non communi, ceſſante cauſa, ceſſat etiam effe
ctus. Bal. in l. ſi pro ea, in 8. quæſt. C. mandati Tiraquell.
de cauſ. ceſſ. limit. 11. num. 3. Philipp. Franc. in d. c. cum
ceſſante, colum. 1. verſic. ſecunda concluſio. Præterea
quia, vt dixi, non fuit conſiderata ſola ſuperexiſtentia
maſculorū tempore mortis patris, ſed effectus pro con
ſeruatione cippi domus, qui effectus erat ſucceſſiuus,
110 † ceſſante cauſa ceſſat etiam effectus conſummatus
pro tempore futuro, licet non ceſſet pro tempore præ-
terito, l. Tutelas, ff. de capit. dimi. & ita declarat Tiraq.
in d. tract. limit. 12. nu. 24. qui num. 25. & ſeqq. alias af-
fert declarationes.

Fundamentum minus fieri poteſt in authoritatibus
111 in contrarium allegatis, † quoniam Pariſ. conſil. 26.
lib. 3. conſuluit in caſu, in quo non conſtabat renuncia
tionem factam a duabus filiabus fuiſſe receptam fa-
uore maſculorum: ſed apparebat receptà à patre pro
hære-

hæredibus & pro alijs filiabus, quas renunciare nõ fecerat, & qñ conſtaret renũciationem eſſe factam fauore maſculorum, aliud ipſe ſentit in d.conſ.26.nu.22. & ſeqq.35.& ſeq. & ita dictum conſ. Pariſ. declaratur ex diſtinctione quam in propoſito facit Didac. Couar. in d.c.quamuis, p.3.§.3.nu.4.per totũ, cuius diſtinctio deſeruit in propoſito, in quo ex lectura inſtrumenti clare cernitur renunciationẽ fuiſſe factam fauore tantũ maſculorum. Menoc.conſ.6.lib.1.conſuluit fauore patrui in caſu in quo eliciebatur patrem recepiſſe renunciationem non fauore deſcendentium tantum, ſed ẽt fratris ſui, quem diligebat ſicut filium, & cum eo in cõmunione viuebat, & filium renunciare fecerat non ſimpliciter fauore agnationis, ſed ob odium, quo ipſum proſequebatur propter matrem, quam ob adulterium necauerat, vt dicit in d.conſ.nu.11.ver.2.nu.12.16.18.ver. Non obſtat ſecundum, & ver.ſeq.& nu.20.verſi. Non obſtat ſeptimum. Quæ omnia ceſſant in caſu, de quo agitur, vt ſuperius demonſtraui. In caſu, in quo cõſuluit Dec.conſ.309.filia propter maſculos excluſa à ſtatuto perpetuo excludebatur, & non temporaliter, nec deficiẽte linea maſculina ad reintegrationem vocabatur, prout facit ſtatutum Peruſinum. Et licet in caſu Decij filia renuncians hæreditati patris, & matris, declarauerit, quod extincta linea maſculina volebat ſuccedere, prout in ſtatutis diſponebatur; dicit Dec. id intelligi reſpectu hæreditatis maternæ, ad quam mortuis maſculis vocabatur a ſtatuto, ad quod in renunciatione ſe retulit; merito non nocet authoritas Decij, cum caſus ſit valde diuerſus. Alex. in alleg.conſ.29.lib.3.loquitur in caſu, in quo pater, qui plures habebat filias nuptas, & nullos maſculos, ab vna tantum renunciationem receperat pro omnibus quorum intereſſe poſſet, tam ex teſtamento quam ab inteſtato, & in caſu illo non conſtabat modo aliquo renunciationem fuiſſe factam fauore maſculorum vt ipſe dicit col.2.ver. Iſtam quęſtionem, & verſicu. Nec dicatur, colum.3. verſicu. Pro quo, colum.4. verſic. comprobatur. Vnde quia Dominus Hieronymus renunciationem recepit expreſſe fauore maſculorum deſcendentium pro conſeruatione Cippi domus, etſi maſculi non ſupereſſent, contrahentes voluerunt renunciationem haberi pro non facta, vt clare dicitur in inſtrumento renunciationis, ceſſant authoritates in cõtrariũ allegatę, & firma manet cõcluſio, vt D. Siluagia ſit admittenda ad reintegrationem iuxta formam ſtatuti, poſtquam linea maſculina patris defecit.

In cauſa prædicta fuit factum iudiciale compromiſſum, & Arbiter cum voto Excell. D. Ioan. Pauli Lancellotti & Excellentiſſimi Domini Bernardini Alphani Conſultorum renunciatione prędicta non obſtante, conceſſit reintegrationem, rogato Domino Euangeliſta Ser Hieronymi notario Peruſino anno 1582. die 19. Martij.

ARGVMENTVM.

Lex curabit, C. de actionibus empti. nũquid locum habeat, quando pro certo pretio, & eo maiori, vel minori, prout ęſtimabitur, fuit facta venditio, ſi facta æſtimatione ad maiorem quantitatem pretium aſcendere reperitur. Et an ſoluto pretio, ius competens pro vſuris exſtinguatur.

Et in quibus caſibus procedat vſucapio triennij.

SVMMARIVM.

1 *Venditio facta pro certo pretio, & eo maiori vel minori prout æſtimabitur ante ęſtimationem dicitur pura, & perfecta, & nu.26.*

2 *Mora pro incertis illiquidis non committitur.*

3 *Debitor ceſſante mora ad intereſſe non tenetur.*

4 *Emptor non tenetur ad fructus ante æſtimationẽ, quia de pretio videtur fides habita. Sed contra infra pēr totum.*

Vel quando ad ſoluendum fuit data dilatio, num.5.

Declaratur nu.8.

6 *Venditor non conſequitur fructus pro rata pretij non ſoluti niſi quando ſibi dominium reſeruauit, donec pretium ſolueretur. Declaratur nu.29.& 30.*

7 *Emptor non tenetur ad ſolutionem pretij, quando imminet periculum euictionis nec eo caſu tenetur ad vſuras & n.6. Declaratur nu.31. cum ſeqq.*

9 *Fructus non debentur venditori reſoluto eius titulo. Declaratur nu.38.& 39.*

10 *Fructus debentur domino prędij.*

11 *Iudicis officium competit, quando lex dirigit verba in iudicem.*

12 *Vſuræ non debentur ſoluta ſorte principali. Declaratur numer.56.& ſeq.*

13 *Iudicis officium mercenarium competens pro vſuris exſtinguitur ſoluta ſorte principali.*

14 *Fructus per triennium vſucapiuntur à bonæ fidei poſſeſſore. Declaratur nu.71.& ſeqq.*

15 *Emptorem retinere pretium, & fructus rei emptæ percipere iniquiſſimum eſt, ac contra bonam fidem.*

16 *Emptor tenetur ſoluere venditori pretium cũ vſuris, quas perceptorum fructuum ratio generauit, ex ſola æquitate, ne cum iactura venditoris locupletetur, nec aliud attenditur, & nu.17.*

Etiam ſi venditor non fuerit in mora ſoluendi pretium, dũmodo vſum rei emptę habuerit, & nu.18.& 25.

19 *Emptor tenetur ad fructus etiam pro rata pretij incerti ante ęſtimationem vel menſurationem, & quomodo id intelligatur, ibi.*

20 *Fructus fundi ad rationem quinque pro centenario lex taxat & permittit capi poſſe.*

21 *Vſurę iuxta terminos legis Curabit, C. de act. emp. taxātur vſque ad quantitatem fructuum, & nu.ſeq.*

22 *Iudex etiam nulla facta liquidatione poteſt taxare fructus ſeu intereſſe, & ad quam quantitatem.*

23 *Emptor tenetur venditori ad vſuras recompenſatiuas etiam vltra fructus vſque ad quantitatem damni paſſi per venditorem.*

24 *Vſuræ recompenſatiuæ etiam de iure diuino permittuntur vſque ad quantitatem damni paſſi per creditorem, & ſecundum aliquos etiam ceſſante mora.*

26 *Borgnin. Caualc. de tut. & cura. num.271. reprobatur, & num.ſeq.*

27 *Venditor non conſequitur fructus vt fructus pro rata pretij non ſoluti, ſed vſuras recompenſatiuas pro rata fructuum, & num.71.*

28 *Dilatio ad ſoluendum conceditur ad commodum debitoris tantum.*

29 *Pactum inter emptorem & venditorem de certa quantitate ſoluenda venditori pendente dilatione data ad ſoluendum, non ſubſiſtit, quando dominium fuit tranſlatum in emptorem, aliàs ſecus.*

30 *Venditor qui pretium recepit, & rem retinuit, tenetur emptori ad fructus pro rata pretij percepti.*

31 *Emptor in quibus caſibus non poſſit retardare ſolutionem pretij, quamuis immineat periculum euictionis cũ ſeqq.*

33 *Fideiuſsionis loco habetur ſola bonorum hypotheca facta à diuite.*

Emptor

34 *Emptor non tenetur ad vſuras iuxta terminos l. Curabit, quando rei vendita eſt litigioſa & venditor poſſeſſionem liberam nō tradidit, ſeu alia pro eius parte promiſſa non obſeruauit, videlicet donec venditor non impleuerit, ſed ſequuto implemento tenetur etiam pro tempore præterito, dummodo emptor vſum rei habuerit.*

35 *Datio in ſolutum æquiparatur venditioni.*

36 *Fructus poſt venditionem ſpectant ad emptorem etiam ſi emerit cum pacto de retrouendendo donec venditor rem redemerit, & num. 37.*

38 *Fructus ſpectant ad bonę fidei emptorem rei pupilli, quamuis ſine ſollemnitatibus emerit.*

39 *Rom. conſil. 454. num. 26. reprobatur.*

40 *Remedium reintegrandæ poſſeſſionis conceditur minori, Eccleſiæ, ac Reipublicæ poſſeſſione priuatæ ex contractu nullo.*

41 *Reformatio importat veteris formæ mutationem.*

42 *Petitorium continet ſententia condemnatoria ad reſtitutionem bonorum.*

43 *Confirmans diſpoſitionem in vno, in cęteris cenſetur eam reuocare.*

44 *Acceſſorium ſequitur ſuum principale.*

45 *Ius tertij allegari non poteſt ab eo, qui ab illo tertio cauſã non habet.*

46 *Exceptio, dolo facis petere, &c. non habet locum quando alteri quam Reo eſſet facienda reſtitutio.*

47 *Vſuræ quæ debentur venditori iuxta terminos d. leg. Curabit, poſſunt alteri cedi.*

48 *Emptor ſe defendit iuribus venditoris.*

49 *Priuilegium, quod quis ex perſona alicuius conſequitur, contra eum allegari non poteſt.*

50 *Exceptio rei iudicatæ vt obſtet, quæ requirantur.*

51 *Intereſſe debetur principaliter, & iure actionis, quãdo debetur ex promiſſione.*

52 *Intereſſe quod debetur iure actionis poteſt peti etiam ſoluto principali, & ſi tempore receptæ ſortis, nulla fuerit facta proteſtatio.*

53 *Iudicis officium nobile de Iure Canonico conceditur, quando deficiente actione quis ſine iuſta cauſa cum iactura alterius locupletetur.*

Etiam de iure ciuili concurrente æquitate. nu. 54.

55 *Vſuræ in terminis l. Curabit, quando peti poſſint ſoluto pretio.*

58 *Inſtrumenta plura incontinenti facta, cenſentur correſpectiua, & de eis ſicut de vnico actu iudicandum eſt.*

59 *Conſequenti poſito cenſetur conceſſum ſuum antecedens.*

60 *Expreſſum in indiuiduo quid dicitur quando diſpoſitio in alio verificari non poteſt.*

61 *Expreſſa omnia dicuntur, quæ in generalitate continẽtur.*

62 *Compromiſſum omnes differentias, quæ tũc ſupereſſe poterant, comprehendit, quando eius verba ſunt generalia ac geminata.*

63 *Verba generalia geminata quomodocumque, qualitercumque, & ſimilia, includũt caſus qui ſub ſimplici diſpoſitione non venirent.*

Item improprios ac maiores expreſſis. num. 64.

Maxime quando ſunt adiuncta cum verbis, & alias cauſas. nume. 65.

66 *Verba geminata vniuerſalia diſpoſitionem extendunt etiã vltra naturam actus.*

67 *Verbum nullum ſtare debet ſine effectu aliquid operandi.*

68 *Mala fides debitoris reſultat ex ſcientia debiti.*

69 *Vſucapio non procedit ſtante mala fide.*

70 *Mala fides quoad vnum, interrumpit pręſcriptionẽ quoad omnes, quando idem ius reſpicit: ſecus ſi diuerſum.*

72 *Venditor à iure petendi vſuras ſibi debitas pro rata pretij non ſoluti, non excluditur minori tempore triginta annorum.*

73 *Iudicis officium non præſcribitur minori tempore triginta annorum, quando non datur pro fructibus, ſed pro vſuris loco intereſſe.*

74 *Vſucapio triennij pro fructibus procedit, quando conſtat fuiſſe retentos per totum trienniũ, ſed ſi infra triennium conſumpti fuerunt, datur actio ad pretium, quæ durat 30. annis.*

CONSILIVM XXX.

CAPITANEVS Auerardus de nobilibus de Monte Sperello, Peruſinus, vendidit vnum prædium nobili Domino Vgolino Farneto pretio Florenorum octingentorum, & eo maiori vel minori, prout per homines eligendos æſtimari contigerit. Dominus Vgolinus pretium conſtitutum ſoluit, & poſt multos annos æſtimatum fuit in florenis 1604. quos poſtea dictus venditor recepit. Dubitatũ mō nũquid hæredes dicti Capitanei Auerardi defuncti conſequi poſſint vſuras pro rata pretij non ſoluti a dictis florenis octingentis ſupra a die factę venditionis, iuxta terminos l. Curabit. C. de act. emption. quas dictus Capitaneus iudicialiter anno 1570. a dicto Dño Vgolino petijt. Et quia iam pro dictis hæredibus iudicatum eſt, & per appellationem cauſa pendet in Rota Peruſina, videtur dicendum dictis hęredibus ius non competere, ſed ſententiam pro eis latam reuocandam eſſe.

Primo q̃a Capitaneus Auerardus vendidit pro flore
nis octingentis, & licet cõuentum eſſet quod prædium
1 æſtimari deberet, † ante æſtimationem venditio erat
pura & perfecta, & pretium certũ. l. hæc venditio. §. fi.
ff. de contrah. empt. Soc. ſen. conſ. 128. num. 1. & ſeqq.
lib. 3. Bald. in l. fi. C. de contrah. empt. & ibi Salic. num.
8. & ſeq. Beneintend. deciſ. 29. num. 4. & 5. Ioſeph. Ludo.
Deciſ. Peruſ. par. 1. dec. 53. nu. 1. Fabian. de Mont.
de empt. & vendit. quæſtio. 5. princip. num. 29. Et quia
ante æſtimationem incertum erat numquid prædium
eſſet maioris pretij, Dominus Vgolinus non erat in ali
2 qua mora ſoluendi † quia pro incertis & illiquidis ante
declarationem & liquidationem mora non contrahi-
tur. l. In fideicommiſſi. in princip. & ibi Bald. in lectu.
antiq. de vſur. Doct. in l. 1. C. de vſur. & fruct. legat. Bal.
in l. acceptam. in ſexta opposit. nu. 19. C. de vſur. Socin.
ſen. d. conſil. 128. in princip. Afflict. deciſ. 205. & ibi Vrſil.
in addit. Alexand. conſ. 49. nume. 3. verſ. Et præſer-
tim. lib. 2. Anch. conſil. 236. prima facie. colum. 2. Cra-
uet. conſil. 89. num. 5. lib. 1. Burſat. conſil. 139. num. 65.
3 lib. 2. Rip. in l. Quod te. nu. 67. ff. ſi cert. pet. † Et ceſſan
te mora ad intereſſe ſeu vſuras ratione retardatæ ſolu-
tionis non tenebatur. l. lecta. prope fin. ff. ſi cert. pet. gl.
in l. mora. ff. de vſur. Bald. in l. fructus. nu. 7. C. de actio.
empt. & in l. 1. §. 5. C. de bo. mat. l. 2. §. ſi nauis. C. ad leg.
Rhod. de iact. Aret. conſ. 9. colum. fin. Crau. conſil. 87.
col. fin. lib. 1. Dec. conſ. 116. Cephal. conſ. 56. nume. 50.
lib. 1. Rim. iun. qui de commu. teſtatur conſ. 52. nu. 54.
lib. 1. & conſ. 218. num. 105. & ſeq. lib. 2.

Secundo idem videtur dicendum, quoniam facta
fuit venditio pro certo pretio a principio conſtituto,
& licet conuentum ſit, quod æſtimari deberet, de reſi-
duo pretij videtur fides habita, & ante æſtimationem
4 emptor erat in bona fide, † propterea ad aliquos fructus
non tenebatur, vt in terminis tenet Borgn. Caualcan. in
tract. de tut. & curat. nu. 271.

Tertio quando conuentum eſt, quod res vendita
æſtimetur per homines eligendos, & ſi pluris æſtimari
contigerit, ſuppleatur, cenſetur quodammodo data
emptori dilatio ad ſoluendum vſque ad diem æſtima-
5 tionis, † & quando ad ſoluendum eſt data dilatio habi-
taque eſt fides de pretio, emptor non tenetur ad fru-

Digitized by Google

ctus interim perceptos. Paul.de Caſt.in l. Iulianus,§.ex
vendito,ff.de actio.emp.Soc.ſen.conſ.88.nu.7. & cōſ.
230.nu.6.lib.4.Dec.conſ.119.Ant.Gabr.in ſuis concl.
in tit.de empt.& vend.concl.4.in 1.limit.nu.20.Rim.
iun.conſ.218.nu.90.lib.2.Ioan.Bapt.Lupus in tract.de
vſur.commen.1.ſuper d.l.Curabit,§.7.nu.144.

Quarto quoniam Capitaneus Auerardus prędium
vendidit Domino Vgolino,& in eum dominium tran
6 ſtulit, non videtur poſſe petere aliquos fructus † quo-
niam illorum eſſet habenda ratio, ſi ſibi dominium re-
ſeruaſſet donec integrum pretium fuiſſet ſolutum,nec
aliter l.Curabit,locū habere videtur, vt voluiſſe Abb.
Alex.Soc.Cepoll.Dec.& alios teſtatur Didac. Couar.
var.reſol.libr.3.c.4.nu.4.licet ipſe ab eorum opinione
diſſentiat.

Accedit quinto, poſt venditionem factam à dicto
Capitaneo fuiſſe ad inſtantiam Monaſterij Sanctæ Ca
tharinæ ex perſona Dominæ Victoriæ de Monte Me-
lino motum iudicium,tam contra D.Capitaneum ven
ditorem,quam contra Dominum Vgolinum emptorē
7 occaſione dicti prædij,† & quia imminebat periculum
euictionis,emptor non tenebatur pretium ſoluere, l.ſi
poſt perfectam,C.de euiction. & ibi Odoſr. Cin.Bart.
Bal.Ang.Sal.& alij omnes,l.habitationum, §.fin.ff.de
peric.& comm.rei vend.Grat.conſil.135.num.5. li.2.
8 Natt.conſ.267. num.2. & ſeqq.lib. 2. † & conſequen-
ter nec pro vſuris conueniri poterat,Bal.in l.1.nu.5.C.
de bon.mat.Minſin. obſeruat.56.centur.4. Afflict.de-
ciſ.20.nu.5.

Conſideratur ſexto pro defenſione hæredis Domi-
ni Vgolini, quod dictus Capitaneus Auerardus conſe-
quutus fuerat in ſolutum pro reſtitutione dotis Domi-
næ Dianæ dictum prædium a tutore dictæ Dominæ
Victoriæ, quæ poſtea effecta eſt monialis in dicto mo-
naſterio Sanctæ Catharinæ, & in iudicio intentato ad
inſtantiam dicti Monaſterij cōtra dictos Capitaneum
Auerardum & Dominum Vgolinum fuit per ſenten-
tiam declaratum dictam dationem in ſolutum eſſe nul
lam, per quam declarationem titulus dicti Capitanei
9 fuerat reſolutus,† & titulo reſoluto, nullum ius pro fru
ctibus dicto Capitaneo ſupererat, ſecundum Roman.
conſ.454.col.penul.ver.ex quibus apparet, nu.26. Ti-
raquel.in l.ſi vnquam,in verb.reuertatur,num.226.C.
de reuocand.donat. Sed ſi D.Vgolinus ad aliquos fru-
ctus fuiſſet obligatus, ius Monaſterio cuius erat domi-
nium prædij pro fructibus competijſſet, cum fructus
10 † domino prædij debeantur,l.fructus,ff.de rei vend.l.
fructus,C.de actio.empt. l.Ex diuerſo, §.vbi autem,ff.
de rei vendic.

Additur pro confirmatione prædictorum pro ſepti-
ma ratione Moniales dicti Monaſterij non ſolum ven-
dicaſſe prædium,ſed etiam fructus.Et licet quoad præ
dium obtinuerint,nihilominus dictus Dominus Vgoli
nus,& Capitaneus Auerardus a fructibus fuerant abſo
luti,& ſententia in iudicatum tranſitum fecit, quo fit,
quod D.Vgolinus exceptione rei iudicatæ defendi poſ
ſit, dum occaſione eorundem fructuum iterum mole-
ſtatur,tot.tit.de except.rei iud.

Octauo ſi ius aliquod dicto Capitaneo Auerardo pro
dictis vſuris competijſſet,pro illis competebat tantum
iudicis officium mercenarium, cum verba text. dicta l.
Curabit,dirigātur in iudicē,dum dicitur,curabit Præ-
11 ſes, &c. † & quoties lex dirigit verba in iudicem,iudi-
cis officium competit,l.ſi ſoror, iuncta gloſſ.in verbo,
Illud,& ibi Alexand. Iaſon,& alij,præſertim Dec. nu.
1.qui de commu.teſtatur, C.de collat. Card.in Clem.
1 .de re iud.Fel.in cap.exceptionem,colum.3.de exce-
ptio. Matheſ. Singul. 80. incip. Not. quod Bartolus,
Veronenſ. Barbat. & alij quos refert Dec. in dicta l.
ſi ſoror,& in l.2.num.39. C.de edend. & in propoſito
not. Cagnol.in d.l.Curabit,num.20.Sed quia Capita-
neus Auerardus a Domino Vgolino reſiduum integri
pretij recepit, ius ipſius exſtinctum fuit pro principali,
12 † & conſequenter exſtinctum fuit etiam pro intereſſe
13 ſeu vſuris acceſſorijs, l.4. vbi omnes, C. depoſit. † &
quia exſtincta actione pro principali, exſtinguitur etiā
iudicis officium mercenarium, quod pro vſuris com-
petebat, ita vt debitum pro acceſſorijs amplius peti
non poſſit,l.qui per colluſionem,§.fin.ff.de action.em-
ptio.Paul.de Caſtr.in l. Iulianus,§.ex vendito, num.3.
ff.eod. tit.

Poſtremo ſtante quod Dominus Vgulinus pro eis à
dicto Capitaneo Auerardo moleſtatus fuit in iudicio
anno 1570.& ante motam litem a die venditionis de-
fluxerant anni decem, per dictum tempus Dominus
14 Vgolinus illos vſucepit,†cum bonę fidei poſſeſſor per
lapſum triennij fructus vſucapiat, & pro eis moleſtari
non poſſit,nec ad reſtitutionem amplius teneatur, l.ſe
quitur,§.fructus,vbi Bart.nu.4.ff.de vſucap.Bal.in l.1.
col.2.ver.Not.C.de vſur.& fruct.rei leg.Cur.ſen.conſ.
71.col.4.ver.ſexta concluſio, nu.10. Ang.Imol.Caſtr.
Alexan.Abb.Roma.& alij multi,quos refert & ſequi-
tur Tiraquel.de vtroque retractu, in tit. de retract. li-
gnag.§.15.gl.2.num.17.Balb.de præſcrip.4.par.quar-
tæ par.princ.q.35. Menoch.de recuperand. poſſeſ. re-
med.15. num.588.

Nihilominus diligenter & mature re conſiderata,
concludendum arbitror dictum Capitaneum Auerar-
dum iuſte egiſſe,& ſentētiam pro ipſius hæredibus po-
ſtea latam confirmandam eſſe: Quoniam ſtatim facta
venditione Dominus Vgolinus emptor poſſeſſionem
prædij nactus fuit,fructuſque omnes ſemper percepit,
& florenos octingentos tātum primordialis pretij per-
ſoluit. Alios vero florenos 804. per reſiduo pretij, ad
quod facta æſtimatione repertum fuit prædium aſcen-
dere,per multos annos retinuit: Idcirco ad vſuras pro
15 rata reſidui dicti pretij tenebatur,†cum ſit contra bo-
nam fidem, & iniquiſſimum emptorem pretium rei
emptæ retinere,& fructus eiuſdē percipere ac ſuperlu-
crari,l.bona fides,ff.de actio.empt.Bal.in l.fin.in fin.ff.
de iur.dot.Afflict.dec.20.in fi.Crau.conſi.105. nu.11.
16 lib. 1. Ideo ſancitum eſt † emptorem, qui nactus poſ-
ſeſſionem rei emptæ fructus percepit, reſiduum pretij
cum vſuris,quas perceptorum fructuum ratiō genera-
uit,perſoluere debere,l.Curabit,et ibi omnes,C.de act.
empt.l. Iulianus,§.ex vend.& ibi Doct. ff.eod.ti. l.2.C.
de vſu.Bar.in l.de diuiſione,verſi. Et primum oppone,
ff.ſolut.matrim.Sal.in l.Sed etſi Reipublicæ, §.1.ff.de
vſur.quan.leg.cum l.ſciendum.Alex.conſ.69.circa fin.
lib.1.Pariſ.conſ.60.num.15.& ſeqq.lib.1. & poſt alios
Ant.Gabr.de empt. & vend.concl.4.num.1.quæ con-
cluſio non ſolum procedit iure Cæſareo, ſed etiam ca-
nonico,gloſ.in dicta l.Curabit,in ver.ratio glo. & Do-
ctor.in l.2. C.de vſur.gloſ. Io.Andr. Io.de Anan.Abb.
& alij in c.conqueſtus,eod.titul. Hoſtien.in ſumma in
titul.de vſur.§.ex aliquo,col.fi.ver.7. Corn.aſſerens eā
non recipere dubitationem conſ.113.in fin. lib.3. Bal.
in l.1.nume.33.C.de ſumm.trinit.Rot.Genuen.deciſ.
194.num.1.Pariſ.conſil.95.num.17.lib.4.Ruin.qui de
comm.teſtatur conſ.73.col.1.ver.Tertius,li.1. Anton.
Gabr.in d.concl.4.num.5.vbi pariter de comm. teſta-
tur,& ſequitur Cepha.conſ.609.num.4.& 5.lib.4. Et
quamuis nonnulli anni defluxerint ante æſtimationem
& liquidationem pretij,ex hoc non eſſet recedendum
a diſpoſitione dictæ l. Curabit, cum enim Dominus
Vgolinus vſum rei habuerit, fructuſque continue per-
ceperit, quamuis pretium eſſet incertum, tenetur ni-
hilominus ad dictas vſuras recompenſatiuas ex qua-
dam

dam æquitate, ne cum iactura vẽditoris locupletetur,
17 rem, pretium, & fructus retinendo, † quoniam ex ſola
æquitate debentur, & ipſa tantum æquitas operatur,
quod vſuræ recompenſatiuæ debeantur, nec aliud attẽ
ditur, vt dicit Bal. in l. ſi traditio, q. 11. nu. 19. C. de act.
empt. Ruin. conſ. 66. nu. 7. li. 4. Tiraq. de retractu con-
uent. ad fi. ti. nu. 71. vbi alios ſuo more allegat. Et pro-
pterea licet emptor non fuerit in mora ſoluẽdi reſiduũ
pretij ante eius declarationem, non propterea excuſa-
tur à dictis vſuris recompenſatiuis, quia eadem æqui-
tas ſubeſt, ne locupletetur ex vſu rei & retentione pre-
tij cum iactura venditoris, nulla moræ habita conſide-
18 ratione, † cum diſpoſitioni dictæ legis Curabit, locus
ſit, quamuis omnis mora ab emptore abſit, dummodo
vſum rei habuerit, & fructus perceperit, vt dicitur in
d. l. Curabit. & probant gloſ. in l. fructus, C. de actio.
empt. Salic. in dicta l. Curabit, in fine. Cor. conſil. 113.
in fin. cõſ. 59. col. 2. & 3. lib. 3. Socin. ſen. conſ. 170. nu.
13. lib. 2. Gozad. conſ. 55. nu. 11. Pariſ. conſ. 60. nu. 19.
& ſeq. lib. 1. Cagnol. in d. l. Curabit, nu. 31. & ſeqq. aſſe
rens hanc eſſe receptiſſimam Doctor. opinionem. Bur-
ſat. conſ. 184. nu. 20. lib. 2. & de comm. teſtatur, & Hie
19 ronym. Gabr. conſil. 57. lib. 1. † & in terminis proprijs
per dictas rationes quod emptor teneatur ad vſuras re-
compenſatiuas etiam pro pretio, quo facta æſtimatio-
ne fuerit compertum rem valere, quamuis ante decla-
rationem emptor in mora non fuiſſet, tenent Hieron.
Gabriel. d. conſ. 57. per totum, & idem firmat in con-
ſil. 74. num. 20. & ſeqq. eod. lib. vbi tamen ſubdit num.
32. quod ſi pro aliquo tempore eſſet data venditori po
teſtas redimendi, pro eo tempore emptor licite fructus
lucraretur quaſi pretium illius pacti, & teneri ſolum
pro tempore poſt elapſum diem aſſignatum ad redi-
mendum, quia ex eo die emptor habuit rem liberam.
Ioſeph Ludou. in deciſ. Peruſ. par. 1. deciſ. 53. quorum
opinio comprobatur ex adductis per Cephal. conſ. 609.
lib. 4. dum idem concludit, quando res fuit vendita ad
menſuram, cuius certum pretium ante menſurationẽ
ab emptore ignorabatur, & oĩs mora ſoluẽdi ceſſabat.

Cum igitur emptor ad vſuras teneatur, ſententia
pro dictis hæredibus lata, qua hæredes Domini Vgo
lini condemnati fuerunt ad ſolutionem intereſſe recõ-
penſatiui ad rationem quinque pro centenario, ſuſtine-
20 ri debet, † quia ad rationem quinque pro centenario
lex permittit fructus taxari, & capi poſſe. Authen. de
non alien. §. quia vero, in fine. gloſſ. final. in Authent.
Perpetua, C. de ſacroſan. eccleſ. Rot. Genuen. deciſ.
194. num. 3. quæ traditio ſine dubio procedit, cum
probatum ſit ad dictam quantitatem fructus dicti præ-
21 dij aſcendere, † & omnes conueniunt ad minus iuxta
quantitatem fructuum perceptorum, qui a venditore
percipi potuiſſent vſuras iuxta terminos dictæ legis
Curabit, taxari debere. Paul. de Caſtr. in dicta l. Iu-
lianus, §. ex vendit. Crauet. conſ. 105. num. 11. lib. 1. Ce
phal. conſ. 290. num. 10. & ſeqq. lib. 2. Alexan. conſ. 69.
col. 2. lib. 1. Purpur. Dec. Bertran. & alij, quos refert &
ſequitur Ant. Gabriel. d. concluſ. 4. num. 18. in 13. am-
plia. Io. Bapt. Lup. in tract. de vſur. commen. 1. ſuper di
22 cta l. Curabit, §. 7. num. 140. † Quinimo ſi liquidatio fa
cta non eſſe potuit, iudex ex ſuo officio recepta deſuper
informatione, taxare dẽt intereſſe. Bar. in l. 1. C. de co
lon. Illyric. lib. 11. Corn. conſ. 221. nu. 23. verſi. Dictus
Vgolinus, lib. 2. Iaſ. in l. 3. §. vltimo, nu. 6. ff. de eo quod
cer. loc. Rebuff. in repetit. l. vni. nu. 56. C. de ſent. quę
pro eo quod inter. Anchar. qq. famil. lib. 2. q. 33. nume.
15. & in terminis dictæ l. Curabit. ita concludit Lup.
in dicto comment. 1. §. 6. nu. 128. & late in terminis cõ-
probat Rot. Genuenſ. deciſ. 194. nume. 3. quæ ſubdit
iudicem poſſe taxare ad rationem quinque, & etiam
ſex pro centenario, quamuis nulla fructuum liquida-
tio facta ſit.

Et non ſolum dicti hæredes venditoris conſequi de-
bent vſuras recompenſatiuas ad dictam rationem, ſed
quia dictus venditor eorum pater paſſus eſt intereſſe
damni emergentis, cum eodem tempore retinuerit pe
cunias ſub vſuris ab alijs, & etiam a præfato Domino
Vgolino emptore cui ſoluebat decem pro centena-
rio, taxatio fieri debet vſque ad quantitatem intereſ-
ſe paſſi per venditorem, nam etſi quando venditor
prætendit tantum intereſſe lucri ceſſantis, & nullum
aliud eſt paſſus damnum, debeat fieri taxatio corre-
23 ſpectiue ad fructus, † attamen quando eſt etiam paſ-
ſus intereſſe damni emergentis, emptor tenetur vſu-
ras recompenſatiuas venditori perſoluere vſque ad
quantitatem damni paſſi per venditorem, quamuis
fructuum rei emptæ quantitatem excederet, vt decla-
rant in d. l. Curabit. Iaco. Butr. & poſt eum & alios Ca
gnol. nume. 30. Soc. ſen. conſil. 176. nume. 1. ver. quar-
to, lib. 2. Paul. de Caſtr. in dicta l. Iulianus, §. Ex vendi-
24 to. num. 3. ver. Breuiter, † & huiuſmodi vſuræ etiam
iure diuino permittuntur vſque ad damni quantita-
tem. Inn. in cap. 2. de vſur. Bald. in l. 2. nume. 1. & ſeqq.
C. de vſur. & ibi Pau. de Caſtr. num. 3. & ſequitur Go-
zadin. conſil. 55. num. 11. & quia in inſtrumento vendi
tionis, emptor promiſit reficere venditori damna &
intereſſe, probabiliter dici poſſet emptorem obligatũ
fuiſſe ad intereſſe damni emergentis, etiam quod in
aliqua mora ante æſtimationem non eſſet conſtitutus,
prout debitorem ad dictum intereſſe damni emergen-
tis teneri etiam ceſſante mora ſcripſerunt Corra. &
Turrecrem. quos refert & ſequitur Rebuff. in repet.
l. vni. in princip. num. 13. verſic. Immo licet, C. de ſen-
tent. quæ pro eo quod inter. & Virg. de Boccati. in tra
cta. vti poſſidet. cap. 18. num. 70. qui teſtatur hanc eſſe
comm. opinio. Doctorum & Theologorum, illamque
comprobat & defendit, quæ opinio recipi ſaltem de-
bet in caſu, de quo agitur, cum dictus venditor paſſus
ſit damnum ex vſuris ſolutis eodem tempore Domi-
no Vgolino emptori ad rationem decem pro centena-
rio ex alijs cauſis, ex quibus dictus Capitaneus debi-
tor erat Domini Vgolini, nec æquitas patitur, quòd
Dominus Vgolinus pro pecunijs ſibi debitis receperit
decem pro centenario, & eodem tempore retineret re
ſiduum pretij, licet non eſſet declaratum, & velit ex-
cuſari ab vſuris eo prætextu, quòd non eſſet in mora
ſoluendi ob non factam pretij declarationem. Et quòd
emptor etiam ſine mora teneatur venditori ad vſuras
recompenſatiuas vſque ad quantitatem damni paſſi
per venditorem, quamuis fructus excederent, ego re-
ſpondi in fauorem Illuſtris Comitis Octauiani Benti-
uoli contra Dominum Ioann. Baptiſtam Cantalma-
ium de Eugubio, & per Illuſtres Dominos Conſilia-
rios Sereniſſimi Domini mei Ducis Vrbini, ita iudica
tum fuit. Et quia ex iam dictis iuſtitia dictæ ſententiæ
defenditur, tota difficultas præſentis conſultationis re
ſidet in remouendis argumentis, quæ pro contraria
parte afferuntur.

Non obſtat primum, licet enim regulariter non de-
beatur intereſſe citra moram, aliud eſt in materia l.
25 Curabit. † in qua ex ſola æquitate debentur, & ſolum
attenditur perceptio fructuum ex parte emptoris, ne
locupletetur cum iactura venditoris, & mora etiam
ceſſante ad vſuras tenetur, vt Bald. Ruin. Corn. & alij
ſupra pro hac parte allegati, oſtendunt, præſertim Hie
ron. Gabr. d. conſ. 57. nu. 3. & ſeqq. qui nu. 5. poſt Cagn.
de comm. teſtatur.

26 Nec nocet ſecundum, quia ex adductis ſupra † con-
ſtat contrariam opinionem eſſe veriorem, & ſequen-
dam,

Digitized by Google

dam,& ideo parui facienda eſt authoritas Borgni. Ca-
ualcan.cum alij maioris authoritatis & melioribus ra-
tionibus in terminis contrarium teneant,& allegati ab
eo nihil dicunt in terminis l.Curabit,ſed Afli.dec.205.
Soc.ſen.conſ.128.in princip.lib.3.& nonnulli alij in a-
lijs terminis loquuntur,& tantum dicunt, quod pro il-
liquidis nō contrahitur mora:quod verum eſt:ſed non
nocet,quia in materia l.Curabit, mora non conſidera-
tur,vt demonſtraui. Aliqui vero,vt Socin.ſen.d.conſil.
128.per totum. Tiraquel.de retractu conuent. §.2.glo.
vni.numer.73.& 74.aſſerunt venditionem factam pro
certo pretio & eo maiori vel minori prout æſtimabi-
tur,eſſe puram & perfectā,& ob id dicit Tiraq. empto
rem facere fructus ſuos,quod & ego concedo: ſed dico
quod quando emptor aliquam partem pretij retinuit,
licet faciat fructus ſuos tamquam rei dominus,tenetur
tamen ad vſuras recompenſatiuas venditori pro rata
pretij non ſoluti,cum hæc ſimul ſtare poſſint,quod ſci-
licet emptor faciat fructus ſuos,& tamen ad vſuras pro
rata pretij non ſoluti teneatur,vt declarat tex.in l.fru-
27 ctus,C.de actio.empt.nec iſto caſu† ab emptore petun
tur fructus ipſius prædij tamquam fructus, quia illi ad
emptorem ſpectant perfecta venditione: ſed petitur in
tereſſe ſeu vſura recompenſatiua pro rata pretij reten-
ti per emptorem:quæ debetur,licet emptor faciat fru-
ctus ſuos,vt clare dicitur in d.l.fructus,& etiam in l.Cu
rabit,& ibi not.omnes,& ita etiam reſpondet Hieron.
Gab.d.conſ.57.nu.1.& in iſtis terminis non loquuntur
nec aliquid dicunt Soc. Tiraq. nec aliquis alius ex alle-
gatis a Borgn.Caualcan.Quod vero dicit ipſe Caualc.
de bona fide emptoris, remouetur per Hieron. Gabr.
in d.conſ.57.num.1. & etiam ex dicendis infra in ſolu-
tione vltimi dubij, vbi demonſtrabitur, emptorem ex
bona fide & vſucapione triennij defendi non poſſe a
ſolutione dictarum vſurarum. Alia à Caualcano allega
ta tamquam ad rem parum conferentia, alio non indi-
gent reſponſo.

Quod dicitur, data dilatione ad ſoluendum, non
deberi vſuras, non poteſt adaptari ad caſum noſtrum,
quia id procedit in vera dilatione conceſſa emptori,
28 quando de certo pretio a principio eſt conuentum †
quo caſu dilatio ad commodum debitoris tantum con
ceditur,l.eum qui Calendis, ff.de verborum obligatio.
Bartol.in l.qui Romæ,in princip.ff.eodem titu. Socin.
ſen.conſ.130.numero 6.lib.4.Imol.in l.inſulam,§.vſu-
ras,num.8.ff.ſoluto matrim.quod non eſt hic, cum nul
la fuerit conceſſa dilatio ad ſoluendum, ſed declaratio
pretij fuit remiſſa in arbitriū tertij, fauore vtriuſque
partis. Præterea, quando datur dilatio ad ſoluendum
conuento de certo pretio a principio non debentur vſu
ræ,quia propter dilationem poteſt exiſtimari eſſe habi-
tam rationem fructuum medij temporis, & eos fuiſſe
incluſos in pretio,& effectu ipſo vna cum pretio die ſta
tuta ſolui.argum.not.per Bald.in Rub. C.de vſur.in fi.
Quod non eſt, quando pro pretio æſtimando eſt facta
venditio, tunc enim cenſetur à principio conuentum
de iuſto pretio, nec de fructibus medij temporis poteſt
dici habita ratio in pretio. Debentur igitur eo caſu
vſuræ,quia ceſſant dictæ rationes,quæ in fauorem em-
ptoris conſiderantur, quando pro certo pretio a princi
pio facta eſt venditio, & ad ſoluendum dilatio conceſ-
ſa fuit, vt declarant in terminis Hieronim. Gabriel.in
d.conſil.57.numero 5. & Ioſeph.Ludou.d. deciſio.53.
num.5.

Quartum fundamentum contrariæ partis facile re-
mouetur,conſiderando quod Doct.alleg.à Didac.Co-
uar.in d.cap.4.nume.4. loquuntur eo caſu,quo empto-
ri eſt conceſſa dilatio ad ſoluendum,& conuentum eſt,
quod interim aliqua pars fructuum ſoluatur venditori:
29 eo enim caſu † cum non valeat pactum de certa quan-
titate ſoluenda,pendente dilatione ſecundum Soc.ſen.
conſil.88.per totum,libr.4.Crauet.conſil.189.colum.
3.lib.1.& alios alleg.per Anton. Gabriel.in d.concluſ.
4.num.21.& Rim.iun.conſil.218.num.90.& ſequent.
lib.2.qui de cōmuni teſtatur,fit diſtinctio inter caſum,
quo venditor ſibi dominium reſeruauit,& cum in quo
dominium tranſtulit in emptorem: primo caſu valet
pactum de aliqua quantitate ſoluēda pendente dilatio
ne, & contractus interim ſuſtinetur tamquam contra-
ctus locationis,quaſi quod venditor rem venditam em
ptori locauerit,quod non eſt,quando dominium in em
ptorem fuit translatum: & in iſtis terminis loquuntur
Panor.Socin.Alexand. Dec. & alij a Didac.Couar.al-
legati, & declarant Ruin.conſil.73.numero 3.verſic.
ſecundus caſus,lib.1.Cagnol.in d.l.Curabit,nume.63.
Anton.Gabr.d.concluſ.4. numero 24. Sed quando fa-
cta eſt venditio,nulla data dilatione ad ſoluendum, nō
attenditur numquid dominium ſit translatum in em-
ptorem vel ne: ſed etiam dominio translato pro rata
pretij non ſoluti debentur vſurę iuxta terminos d.l.Cu
rabit. Illæ enim debentur ex ſola ęquitate,nulla habita
dominij conſideratione. Bald.in l.ſi traditio,quæſt.11.
num.19.C.de actio.empt.Ruin.conſil.66.nume.7. lib.
4.Tiraquel.de retrac.conuent.ad fin.titul.num.71. Et
quamuis Bald.loquatur de fructibus ſoluendis a vendi-
tore emptori pro rata pretij ſoluti, idem eſt dicendum
30 de venditore † cum in materia d.l.Curabit, emptor &
venditor æquiparentur, & ex eadem ratione æquita-
tis,ne quis rem & pretium retineat et fructus,cum alte
rius iactura locupletetur, idem diſponitur in emptore
quod in venditore; immo in omnibus caſibus ac con-
tractibus in quibus eadem æquitas viget, idem ſtatui-
tur,vt conſiderat Soc.ſen.conſil.170. nume.13. vſque
ad fin.lib.2.& colligitur ex adductis per Anton. Gabr.
in d.titul.de emptio.& vendit. concluſio.3. per totam,
& concluſ.4.num.13.& 14. & in terminis quod vendi
tori debeantur vſurę iuxta d.l.Curabit,quamuis ſibi do
minium non reſeruauerit, ſed illud in emptorem tran-
ſtulerit, quando non eſt data dilatio ad ſoluendum,&
de certa quantitate pro fructibus ſoluendis non eſt fa-
cta conuentio,firmant Didac.Couar.in d.cap.4.nume
ro 4.Lup.in d.tracta.de vſur.comment.1. ſuper l. Cu-
rabit,§.7.num.143.& Ruin.conſil.73.nume.3.verſic.
Tertius eſt, lib.1.

Quintæ obiectioni de periculo euictionis, quod tūc
imminuiſſe dicitur, occurritur pluribus modis.

Primo quia tempore venditionis fuit dubitatum de
periculo euictionis, & ideo ſi prędium euinceretur, d.
Capitaneus, pro æquiualenti quantitate ex tunc dedit
in ſolutum pręfato Domino Vgolino tot bona in diſtri
31 ctu montis Cappanni,† & quando cogitatum ſeu dubi
tatum eſt de euictione tempore venditionis non poteſt
retardari ſolutio pretij,vt declarat Natt.in allega.con-
32 ſil.267.nu.2.lib.2.† Secundo, quia dictus Capitaneus
dedit fideiuſſorem idoneum ob periculum euictionis,
non poterat ſolutio integri pretij differri,vt dicit text.
in l.ſi poſt perfectam,C.de euict. & in l.habitationum,
§.fin.ff.de peric. & comm. rei vend. Neuiz. conſil. 37.
nu.15.& ſeq.Gaſp.Cabal.in tract.de euict.§.3.num.8.
Tertio Capitaneus Auerardus diues erat,& multa bo-
na ſtabilia poſſidebat,& in caſu euictionis non ſolū ob-
ligauit ſe & omnia ſua bona, ſed in dicto caſu tunc alia
bona conſignauit. Vnde ēt ſi fideiuſſorem non præſti-
tiſſet,pretium integrum non obſtante periculo euictio
33 nis perſoluendum erat,† quia ſola hypotheca bonorū
facta a diuite loco fideiuſſionis habetur,vt poſt Ale.cō
ſil.65.in fi.lib.5.declarat Natt.d.conſ.267.nu.4.Quar
to,ſi prædicta ceſſarent, dicitur non excuſari Domi-
num

num Vgolinum & eius hæredem à ſolutione vſura-
rum iuxta dictam l. Curabit. ob periculum euictionis,
34 quoniam † ad effectum de quo agitur, ſufficit empto-
rem rem & pretium retinuiſſe, & fructus percepiſſe, ad
hoc vt ad vſuras recōpenſatiuas conueniri poſſit, quam
uis res vendita ſit litigioſa, & venditor poſſeſſionem
liberam, vt promiſit, non tradiderit, nec alia pro eius
parte promiſſa obſeruauerit, vt probāt Bald. in l. 2. nu.
7. & ibi Paul. de Caſt. nume. 1. poſt med. C. de vſur. Alc.
conſ. 147. nume. 3. lib. 5. Cor. conſil. 59. colum. 3. nu. 5.
li. 3. vbi in pulchro caſu conſuluit Ceph. conſ. 609. n. 6.
& 7. lib. 4. Didac. Coua. in dicto cap. 4. nu. 6. verſ. Duo-
decimo, & Ioan. Bapt. Lup. in dicto §. 7. nume. 142. qui
de comm. teſtatur. Et quamuis donec venditor contra
ctū perfecte non impleuerit, repellatur, vt nec pretium
neque vſuras conſequi poſſit, vt in locis in contrarium
adductis, ſequuto poſtea adimplemento venditor con-
ſequitur etiam vſuras præteriti temporis pro rata pre-
tij ab emptore retenti, ſi emptor ipſe vſum rei habuit,
vt declarat Cephal. d. conſi. 609. num. 8. Sed in caſu no
ſtro venditor poſtea perfecte cōtractum impleuit, quia
reſtituit Domino Vgolino pretium, & quod ſua inte-
rerat, ideo excuſari non poterat à ſolutione vſurarum
etiam pro tempore, quo periculum euictionis immine-
bat pro rata pretij non ſoluti.

Neque repugnat ſextum, quoniam Capitaneus Aue
rardus recepit dictum prædium in ſolutum pro reſti-
tutione dotis à tutore Dominæ Victoriæ ſeruatis ſer-
35 uandis, & cum † datio in ſolutum æquiparetur vendi-
tioni. l. ſi prædium. C. de euict. l. ſi. ff. quib. ex caut. in poſ
ſeſſ. eat. l. libera. C. de ſent. & ibi Doct. præſertim quan
do pro pecunia facta fuit. gloſ. in l. Eleganter. in princ.
ff. de pignorat. actio. Bart. in dicta l. cum alijs, de quibus
per Soc. iun. conſil. 47. numer. 9. libr. 2. poſt dictam da-
36 tionem in ſolutum † fructus dicti prædij ad dictum Ca
pitaneum emptorem ſpectabant, non autem ad dictam
Dominam Victoriam, nec ad Monaſterium ex per-
ſona dictæ Dominę Victorię in dicto Monaſterio pro
feſſæ. l. fructus. C. de actio. empti. Crot. qui de commu.
teſtatur conſil. 18. num. 8. lib. 1. Nec ex eo quod titulus
dicti Capitanei poſtea fuerit reſolutus, aliud dicendum
eſt, quoniam ab hærede Domini Vgolini petuntur v-
ſuræ recompenſatiuæ fructuum per Dominum Vgoli
num perceptorum ante aliquam reſolutionem tituli,
& reſpectu fructuum antea perceptorum, non nocet
reſolutio tituli, quia monaſterium fuit reſtitutum in
integrum aduerſus lapſum temporis competentis ad
redimendum, & beneficio ſtrictę reſtitutionis obtinuit
37 admitti ad redimendum, ſed † ante redemptionem fru
ctus ad dictum Capitaneum emptorem ſpectabant. l.
2. & ibi Bald. Caſtrenſ. Cagnol. & alij omnes. C. de
pact. int. empt. & vendit. latiſſime alios congerens Ti-
raqu. de retract. conuent. §. 5. gloſ. 2. num. 1. & ſeqq. Et
quamuis per primam ſententiam inſtrumentum da-
tionis in ſolutum factæ a dicto tutore, fuerit declara-
tum nullum, non nocebat reſpectu fructuum ante per-
ceptorum: cum enim dictus Capitaneus bona fide pro
ſua dote conceſſionem a tutore iuxta ſtylum huius Ci-
uitatis obtinuerit, & prædium bona fide poſſederit,
reſolutio tituli nihil operabatur reſpectu fructuum
38 ante perceptorum, † cum ad eorum reſtitutionem di-
ctus Capitaneus non teneretur, quamuis datio in ſolu-
tum fuiſſet nulla, vt probat text. in l. 2. & ibi gloſ. in
verb. ſi non bona fide. Salic. nu. 2. & alij. C. ſi quis igno.
rem minor. eſſe ſine decre. compara. Et licet Rom. in
alleg. conſ. 454. num. 26. diſſentiat etiam reſpectu fru-
39 ctuum, quando titulus eſt reſolutus, † eius opinio non
eſt recipienda, quia eſt contra text. in dicta l. 2. & com-
muniter reprobatur, vt dicit Curt. ſen. conſ. 71. incip.
Princeps. per tot. vbi col. pen. ver. Ex his etiam, in ſpe-
cie teſtatur opin. Roma. eſſe communiter damnatam,
& poſt alios hanc opinionem ſequitur Hieron. Gabr.
conſil. 33. num. 6. lib. 1. Tiraquell. autem ex aduerſo al-
legatus parum nocet, nam & ſi nume. 278. referat opi-
nionem Roma. inferius num. 279. & ſeqq. contrariam
approbare videtur. Vlterius non videtur attendenda
dicta ſententia declaratoria nullitatis dationis in ſolu-
tum, quia reuocata fuit per aliam ſententiam, quæ in
iudicatum tranſitum fecit. Primus enim Iudex decla-
40 rauit inſtrumentum nullum † & quia minori, Reipu-
blicæ & Eccleſiæ priuatis poſſeſſione ex contractu nul
lo datur remedium reintegrandæ, & tamquam ſpolia-
tis poſſeſſio reſtituitur. Neuiz. conſil. 85. nume. 13. Me-
noch. de recuper. poſſeſ. remed. 15. num. 191. Roland. à
Vall. conſil. 72. per tot. lib. 4. Iudex declarauit dictum
Monaſterium ex perſona præfatæ Dominæ Victoriæ
ad poſſeſſionem dicti prædij reintegrandum eſſe. Alij
41 vero Iudices dictam ſententiam reformauerunt, † quæ
reformatio importat veteris formæ mutationem. l. pa-
cta conuenta. vbi Iaſ. & alij. ff. de pact. Burſat. conſil.
209. num. 15. lib. 1. & ſimpliciter condemnauerunt di-
ctum Capitaneum & Dominum Vgolinum ad reſti-
42 tutionem prædij, quæ † condemnatio ad reſtitutionem
prædij petitorium ſapit, non poſſeſſorium, prout con-
tinebat prima ſententia. Soc. ſen. conſil. 262. col. 1. lib.
2. Iaſ. conſil. 170. lib. 2. Meno. de recup. poſſ. in prælud.
nume. 11. & quia dicti Iudices appellationis in fine di-
ctæ ſn̄iæ ſcd̄m tenorem eiuſdem declarauerunt bene
vel male iudicatum & appellatum reſpectiue per pri-
mum Iudicem, ſatis conſtat primam ſn̄iam fuiſſe reuo
catam quoad declarationem nullitatis dationis in ſolu
tum, & reintegrationem ad poſſeſſionem, cum hæc in
ſecunda ſententia reformatoria non continerentur, ꝙ
non ſolum elicitur ex claris verbis ſecundæ ſententiæ,
ſed etiam ſi Iudices appellationis in eorū ſententia no-
uam formam appoſuiſſent, & in partibus conformibus
primam ſn̄iam confirmaſſent, & nil aliud dixiſſent, pri
ma ſn̄ia confirmata nō intelligeretur cum qualitatibus.
& capitulis in dicta prima ſn̄ia contentis, ſed in eis po-
43 tius reuocata, cum † hæc ſit confirmationis natura, qn̄
aliqua diſpoſitio in quibuſdam partibus confirmatur,
& de alijs nihil dicitur, ſecundum Soc. ſen. conſil. 258.
nume. 10. lib. 2. etenim clara eſt Iuris concluſio, quòd
confirmatio in vno inducit infirmationem in reliquis,
l. Tribunus. §. vlt. de milit. teſta. Doct. in l. legata inuti-
liter, circa fin. ff. de lega. 1. Menoch. conſil. 86. nu. 26. li.
1. Rolan. a Vall. conſil. 61. nume. 11. lib. 3. Ruin. conſil.
84. nume. 11. ver. & confirmatur. lib. 2. Non poteſt igi-
tur fundamentum fieri in prima ſententia, ad oſten-
dendum inſtrumentum fuiſſe annullatum, quia in hoc
fuit reformata, & prædium ex alijs cauſis quam nulli-
tatis Monaſterio reſtitutum fuit, & conſequenter re-
ſpectu fructuum nullum attulit præiudicium, præſer-
tim quia Iudices appellationis a fructib. perceptis ab-
ſoluerunt, & ſn̄ia in iudicatum tranſitum fecit, quæ
ius inter partes facit. l. Ingenuum. vbi Bald. ff. de ſtatu
hom. cum ſimi. Præterea ſi dictum Monaſterium ius
aliquod habuiſſet, illud competijſſet contra Capita-
neum Auerardum, ex quo defendi non poteſt hæres
Domini Vgolini, quoniam ſicut pretium integrum
ſoluendum erat a Domino Vgolino emptore dicto Ca
pitaneo Auerardo venditori, non ſolum ſecundum di-
ſpoſitionem iuris, ſed etiam ex clara partium conuen-
tione, pari modo eidem ſolui debebant vſuræ tāquam
44 acceſſoriæ, † quia acceſſorium ſuum principale ſequi-
tur, cap. acceſſorium. de reg. iur. in 6. l. Cum principa-
lis. & ibi Dec. & Cagnol. ff. eodem titul. Nec Domi-
nus Vgolinus ex iure Monaſterij defendi poterat, quia
con-

45 concernit ius tertij, † quod hæres Domini Vgolini &
ſic tertius, qui a Monaſterio cauſam non habet, allega-
re non valet. Bart. in l. 2. ff. de except. rei iudic. cum a-
lijs plene deductis per Tiraq. in l. ſi vnquam, in verb. re
uertatur, num. 356. & ſeqq. C. de reuoc. donat. Immo
ſi certum eſſet hæredes Capitanei Auerardi teneri ad
reſtitutionẽ Monaſterio dictorũ fructuũ, nihilominus
hæres Dom. Vgolini tenetur ſoluere vſuras dictis hę-
redibus Capitanei Auerardi, nec ipſi repellerentur ex-
ceptione illa, dolo facis petere qđ ſtatim reſtitututus
46 es, † quæ non habet locum qñ alteri, quam reo eſſet fa
cienda reſtitutio, vt probat tex. in l. ſi ſocer, §. Lucius,
ff. ſol. matr. Aret. in §. ſequitur, num. 42. verſ. ſexta con
cluſ. Inſtit. de action. Tollitur inſuper omnis difficul-
tas ex tranſactione facta inter hæredes dicti Capita-
nei & Monaſterium, in qua non ſolum Moniales dicti
Monaſterij eos generaliter liberauerunt, ſed etiam oc-
caſione quorumcumque fructuum ceſſerunt dictis hæ
redibus iura contra quaſcumque perſonas; cuius ceſſio
nis vigore, ſi tãquam hęredes patris ius non haberent,
ex iuribus Monaſterij, ſi aliquod Monaſterio compe-
tijſſet, vſuras conſequi poſſent, iuxta terminos d. l. Cu-
47 rabit. † cum ius illud ceſſibile ſit, & per ceſſionarium
intentari valeat. Affl. dec. 91. nu. 15. Pariſ. conſ. 75. nu.
18. & 19. lib. 4. Lup. in d. tract. de vſur. comment. 1. §.
7. nu. 159. Ant. Gabr. in alleg. conclu. 4. nu. 13.

Minus nocet ſeptimum, quoniam egit Monaſteriũ
contra dictum Capitaneum, & Dominum Vgolinum
tertium poſſeſſorem pro recuperatione prædij & fru-
ctuum: ſed quia dictus Capitaneus non tenebatur re-
ſtituere fructus, ſtante datione in ſolutum ſibi facta
pro reſtitutione dotis, & eius bona fide omnes fuerũt
a fructibus abſoluti, quæ abſolutoria licet omnibus
prodeſſet contra Monaſterium, non tamen nocebat
dicto Capitaneo, quin pro vſuris contra Dominum
Vgolinum emptorem agere potuiſſet, quoniam Do-
minus Vgolinus ſolum allegauit habere cauſam a di-
48 cto Capitaneo, quem in authorem nominauit, † & iu-
ribus ſibi competentibus ex perſona dicti Capitanei
venditoris tantum ſe defendit, iuxta l. emptori. & ibi
49 Bal. & Salic. not. C. de euict. propterea non † videtur
poſſe allegare contra dictum Capitaneum, & eius hæ-
redes abſolutoriam, quam ex beneficio iurium eiuſdẽ
Capitanei obtinuerat, cum priuilegium quod quis ex
perſona alicuius conſequitur, contra eum allegari nõ
poſſit. Barto. in l. amiciſſimos, §. Lucius, numero ſepti
mo, ff. de excuſ. tut. & in l. iudex circumuento, num. 2.
ff. de minor. & tanto magis hoc eſt dicendum, quia ſen
tentia illa nullam parit exceptionem rei iudicatæ in
fauorem dicti Domini Vgolini contra dictum Capi-
taneum Auerardum: Ad hoc enim vt exceptio rei iu
50 dicatæ ex ſententia exoriatur † plura copulatiue requi
runtur. Primũ ꝙ idem petatur. Secundum quod eadẽ
ſit conditio perſonarum. Tertium, quod ſit eadem cau
ſa petendi, l. cum quæritur, cum duabus ſeqq. ff. de ex-
cept. rei iud. Dec. conſ. 445. nu. 43. Port. Imo. conſ. 102.
nu. 21. Soc. iun. conſ. 28. nu. 3. & ſeq. li. 1. Quartum re-
quiritur, quod idem in vtroque iudicio petatur, & ad
eumdem fi. Bar. in l. ſæpe, in 1. quæſt. nu. 3. ff. de re iud.
Soc. ſen. conſ. 264. col. pen. & fi. lib. 2. Pariſ. conſ. 87. nu
me. 53. & ſeq. lib. 3. Sed hæc non concurrunt. Etenim
in primo iudicio agebant Moniales dicti Monaſterij,
hic agunt hæredes dicti Capitanei, & ſic adeſt diuerſi-
tas perſonarum. Tunc agebatur ad annullationem ſeu
reſciſſionem dationis in ſolutum & recuperationem
prædij & conſecutionem omnium fructuum a die da-
tionis in ſolutum, hic petitur tantum vſura recompen
ſatiua pro rata pretij non ſoluti, & cõſequenter aliud,
& ex alia cauſa petitur. Ideo exceptio rei iudicatæ in
fauorem Domini Vgolini contra dictum Capitaneum
ex dicta abſolutoria nullo modo reſultat.

Octauũ quod magis vrgere videbatur, remouetur.
Primo, quia in inſtrumento venditionis factæ à dicto
Capitaneo Domino Vgolino adeſt promiſſio dicti Do
51 mini Vgolini de reficiendo damna & intereſſe † quæ
operatur quod principaliter intereſſe iure actionis, &
vt ſors debeatur l. 1. & 2. ff. de pec. not. Burſ. conſ. 184.
52 nu. 29. lib. 2. Vt quando † intereſſe debetur iure actio-
nis principaliter & ex conuentione, peti poteſt etiam
ſoluto principali, ita Doctor. in d. l. 4. C. depoſit. Tob.
Noni. conſ. 82. num. 1. & quod ſtante promiſſione re-
ficiendi intereſſe, ius, quod pro illis competit, non ex-
tinguatur per ſolutionem ſortis, quamuis non ſit facta
particularis reſeruatio, tenent Bar. & Iaſ. in l. fin. C. de
eo quod certo loco, & in l. 1. nu. 3. verſ. Hinc, C. de iud.
Bero. conſ. 200. nu. 19. ver. & propterea, li. 1. Rim. iun.
conſi. 67. nu. 28. lib. 1. Secundo quia vſuræ in terminis
dictæ l. Curabit, ſolum debentur ex quadam æquitate,
ne emptor iniuſte cum iactura venditoris locupletetur,
vt dictum fuit ſupra pro illis conſequendis etiam ſor-
te ſoluta, de iure canonico datur iudicis officium nobi
53 le, † prout regulariter conceditur, deficiente actione,
quando alias quis ſine iuſta cauſa cum iactura alterius
locupletaretur. Hoſt. & Io. Andr. in c. bonæ, de appell.
Alex. in l. ſi me & Titium, nu. 9. ff. ſi cert. petat. Natta
conſ. 147. nu. 2. lib. 1. conſ. 384. num. 7. lib. 2. conſ. 532.
nu. 12. lib. 3. Pariſ. conſ. 131. nu. 25. in fin. & ſeq. lib. 4.
54 & † non ſolum de iure canonico ſed etiam ciuili con-
currente æquitate, vbi deficit actio, iudicis officium im
plorari poteſt pro conſequenda re ſua, vel ſibi debita,
d. l. ſi me & Titium, vbi Ang. & alij. Ang. in l. ſi merito,
§. fin. in prin. ff. ſolut. matrim. Rol. à Vall. conſ. 1. nu. 55.
55 lib. 1. Licet igitur † ſoluta ſorte pro vſuris actio non da-
retur, poſſet iudicis officium nobile implorari pro illis
vſuris conſequendis, quæ ex æquitate debentur, vt ad-
56 uertit in propoſito Natt. d. conſ. 384. nu. 8. † Notata ve
ro in dicta l. Quarta, C. depoſiti, & in l. qui per colluſio
nem, §. fi. ff. de actio. emptio. procedunt in alijs vſuris
odioſis ea ratione, quia pro illis datur tantum iudicis
officium mercenarium, & extincto principali, ceſſat
dictum iudicis officium. Bart. in l. fin. num. 4. & ibi Ia-
ſon, nu. 4. in fin. ff. de eo quod cert. loco. Bero. dicto con
ſil. 200. num. 9. lib. 1. Sed id non habet locum in vſuris
recompenſatiuis ex ęquitate debitis, ne quis cum iactu
ra alterius locupletetur, pro quibus actione deficiente
de iure ciuili vel ſaltem canonico iudicis officium nobi
57 le implorari poteſt. † Tertio dicitur ſoluta ſorte ex-
ſtingui acceſſorium, quãdo ſimpliciter recipitur; ſecus
ſi cum reſeruatione ſeu proteſtatione aliqua, tunc ſi
debitor reſeruationi conſentit, datur actio pręſcriptis
verbis. Bartol. in dicta l. fin. in fin. & ibi Iaſon nume. 4.
verſicul. Quid tenendum, qui de communi teſtatur.
Sed ſi debitor non conſentiat, datur condictio ſine cau
ſa, & directe ad acceſſorium agitur. Bartol. in dicta l.
fina. in fin. Bero. conſilio 200. numero 21. libro 1. Et
quod ſola proteſtatio creditoris recipientis ſortem ius
pro acceſſorijs conſeruet, tenet Pariſ. conſil. 34. nume.
36. libro 1. & late Rot. Genuenſ. quę de communi teſta
tur, deciſio. 87. numero 6. 7. & 8. Socin. iunior, conſil.
95. numero 12. lib. 4. At hic reſeruatio facta eſt, vt de-
ducam, ideo ius petendi dictas vſuras extinctum non
fuit, quamuis Capitaneus Auerardus ſortem rece-
perit.

Pendebat differentia inter dictum Capitaneum &
Dominum Vgolinum occaſione ęſtimationis dicti
prędij, quod ęſtimatum fuit, vt conſtat ex actis ma-
nu Domini Ludouici Alexij notarij Peruſini. Fuit fa-
ctum inter eos compromiſſum per aliquot menſes
ante

Digitized by Google

ante ſolutionem reſidui dicti pretij manu eiuſdem no-
tarij occaſione contentorum in actis & proceſſu ma-
nu ſua & dependentium ab eis,& alias quomodocun-
que qualitercumque, & quacunque de cauſa ita vt eſ-
ſet generale compromiſſum, & quando fuit ſolutum
reſiduum pretij in continenti in eodem loco & coram
eiſdem notario & teſtibus, partes ipſæ dictum compro
58 miſſum renouauerunt, † quæ inſtrumenta quietationis
& compromiſſi in continenti, vt præmittitur facta di-
cuntur correſpectiua,& de eis ſicut de vnico actu iudi-
candum eſt. Roman.conſi.445.col.2.verſic. Ceterum.
Angel.conſil.145.col.2.verſic.Item ratione, Iaſ.in l.le-
cta, num.14.ff.ſi cert.petat. Hieronym.Gabriel.conſil.
168.in 2.quæſt. nu.11.lib.1. per quod compromiſſum
inter partes factum tẽpore quo dictus Capitaneus pre-
tium recepit, ius ſibi competens pro dictis vſuris reſer-
uatum dicitur de conſenſu vtriuſque partis, etenim cũ
illud in compromiſſo deduxerint, vt oſtendam, cenſen
tur illud reſeruaſſe, vt decideretur per arbitros electos,
l.2.ff.de iuriſd.om.iud.§.licet, ver.Idemque iuris, iun-
cta glo.Inſt.quib.ex cau.manum.non lic. Ad quid enim
deſeruiret compromiſſum tunc renouatum occaſione
dictæ differentiæ, ſi ius illud non reſeruaſſent, conſen-
tiẽdo igitur renouationi compromiſſi, in neceſſarium
antecedens videntur iura tunc competentia noluiſſe re
59 mittere, ſed reſeruare, † quia poſito cõſequenti, cenſen-
tur conceſſum ſuũ antecedens, l.ad legatum, ff.de pro-
curator. l.illud, ff.de acq.hære.cum ſimil.

Quod differentia occaſione dictarum vſurarum
comprehenderetur in compromiſſo elicitur, quia fa-
ctum fuit occaſione contentorum in actis & proceſ-
ſu manu Domini Ludouici & dependentium ab eiſ-
dem, in dictis autem actis pendebat differentia ſuper
æſtimatione dicti prædij,& augumenti pretij, quæ tẽ-
pore compromiſſi ſopita erat, & à dicta æſtimatione
non poterat dependere alia differentia, quam pro v-
ſuris pro rata pretij, ideo compromiſſum a partibus
renouatum ſuper differentijs dependentibus, &c. de
neceſſitate intelligi debet occaſione dictarum vſura-
60 rum, cum † enim in alio verificari non poſſet, ex quo
ſuper alijs non vertebatur differentia, habetur ac ſi in
indiuiduo cauſa illa fuiſſet expreſſa, l.2.cum ibi not. ff.
de libe. & poſthum. l.fundus qui locatus, ff.de fund.in-
ſtru. Pariſ.conſil.27.num.64.lib.2. Cephal.conſil.622.
num.54.lib.5. Bero.conſ.159.num.29.lib.2. Præterea,
ſi compromiſſum fuiſſet generale, hęc differentia in eo
includeretur, quæ vere tunc aderat,& ſatis expreſſa di
61 citur in generalitate, † cum omnia dicantur expreſſa,
quæ in generalitate continentur, l. fin. in fin. cum ibi
not.C.quod cum eod.not. Ruin.in conſil.159.num.9.
lib.3. Alexan.conſil.201.num.10.lib.6. Bero.conſ.151.
nu.13.lib.3. Quod fortius dicendum eſt, ſtantibus ver-
bis, vel alias quomodocũque, qualitercumque, & qua-
cumque de cauſa, adiecta compromiſſo, quæ operan-
62 tur † vt omnes differentiæ ex cauſis tempore compro-
miſſi exiſtentibus, in eo includerentur. Goza. conſ.98.
num.18.notat Burſat.conſ.114.num.13.& 27.& con-
ſil.115.nu.14.lib.1. Cephal.conſ.772.num.43. lib.5.
63 Verba † enim illa, Quomodocũque, qualitercumque,
& quacumque de cauſa, geminata ſunt & vniuerſalia,
ac includunt caſus, qui ſub ſimplici diſpoſitione non ve
64 nirent. Ruin.conſ.18.num.19.lib.2. † & etiam impro-
prios ac maiores expreſſis, Tiraq.de retract.lignag.§.1.
glo.7.nu.20.& ſeq.late Marſil. in l.ſi vnus, §. cognitu-
rus, ff. de quæſtion. Senat. Pedemon.deciſ.102.num.4.
65 Præſertim, † quia dicta verba geminata & vniuerſalia
iuncta fuerunt cum verbis, & alias quacumque, &c. &
cum verbo, cauſa, dum dicitur, & quacumque de cau-
ſa, quo caſu cauſas omnes etiam diuerſas ac maiores
expreſſis magis includere debent gloſ.in Clemen.1. in
verb. Quamuis. vbi Imo.de re iudic. Soc.ſenior conſil.
150.nu.12.verſic.Pondero, lib.1. Rim.iun. conſil.84.
66 nu.39.lib.1.& conſil.256.nu.47.li.3. † & ex dictis ver
bis adeo vniuerſalibus,& geminatis diſpoſitio extendi
tur etiam vltra naturam actus. Cur.iun.conſil.307.nu-
me.3.& ſeq.lib.3. Natt.conſil.410.num.7.lib.2. Eſt igi
tur dicendum differentiam occaſione dictarum vſura-
rum in compromiſſo includi, & cõſequenter eſſe reſer
uatam,& quia occaſione dependentium a contentis in
dicis actis & proceſſu non adeſt alia differentia, ſi aliter
diceretur, verba illa,& alia verba vniuerſalia ſuperflua
ac ſine effectu aliquid operandi remanerent, quod nõ
67 eſt dicendum, † cum nullum verbum ſtare debeat ſine
effectu aliquid operandi, c.ſi Papa, de priuil. l. ſi quan-
do, ff.de leg.1. Ruin.conſi.213.nu.6.lib.1.& Crau.con
ſil.201.num.13.lib.2.

Vltimum tollitur. Primo, quia Dom. Vgolinus ſcię
bat, ſeu ſcire debebat ſe ad vſuras pro rata pretij tene-
68 ri iuxta dictam l. Curabit, † & ſciens ſeu ſcire debens
ſe alicui ad aliquid dandum vel ſoluendum teneri, ſeu
rem ad aliũ pertinere, dicitur in mala fide. l.ſi quis fun-
dũ. & ibi Doct.ff.de acq.poſ.l.fi.& ibi Bart.C.vnde vi,
Bal.conſil.13.circa fi.lib.1. Crau. conſ.116. nu.24.li.1.
Pariſ.conſ.26.nu.14.lib.1. Ceph.conſil.161.n.31.lib.2.
69 conſ.455.nu.84.lib.4. † & ſtante mala fide, vſucapio
non procedit. Soc.ſen.conſ.82.nu.24.in fi.li.4. Soc.iun.
conſ.150.nu.24. lib. 1. Quod iuris Canonici diſpoſitio-
ne attenta eſt indubitatum, cum eo iure malæ fidei poſ
ſeſſor nullo tempore præſcribat, c.fin. & ibi omnes, de
præſcrip.c.poſſeſſor malæ fidei, de reg.iur.in 6. Ceph.
d.conſ.455.nu.85. Ant. Gabr. in ſuis concluſ.in rit.de
præſcript.concl.3.per tot.& ita in terminis dicit Hie-
ron.Gabr.d.conſ.57.nu.2.lib.1. Erat etiam in mala fi-
de dictus Do. Vgolinus, quia per ſententiam primam
latam ad fauorem dicti Monaſterij Sanctæ Catharinę,
fuit condemnatus ad reſtitutionem fructuum, & licet
ſententia poſt aliquot annos fuerit reuocata reſpectu
fructuum, tamen interim ſtante dicta ſententia crede-
re poterat ius in illis ſibi non competere. & conſequen
ter interim erat in mala fide, quæ mala fides quoad dі
ctum Monaſterium inducta impediebat vſucapionẽ,
quamuis fructus non deberentur Monaſterio, ſed Ca-
70 pitaneo Auerardo, † quia mala fides quoad vnum, inter
rumpit præſcriptionem quoad omnes, ſecundũ Abb.
in cap.illud, col.2. de præſcript. Et quamuis Bart.in l.
naturaliter, col.3.verſ.quæro, de vſucapio. teneat non
interrumpi præſcriptionem niſi aduerſus illum, cu-
ius reſpectu ſuperuenit mala fides, eius opinio proce-
dit, quando mala fides reſpicit diuerſa, ſed ſi idem re-
ſpicit, locum habet opinio Abb. vt mala fides reſpectu
vnius iuris, noceat quoad omnes, vt cõciliando opinio
nes declarant Roma.& Cuma. in d. l. Naturaliter. &
poſt eos Claud. Aquen.ibi, col.3. in fin. Aretin.in l.1.§.
Item acquirimus, col.5. ff. de acquir. poſſeſſ. & Balb.
de præſcrip.in 3.p.6.par.prin.q.2.nu.6. Secundo, quod
dicitur de vſucapione triennij, non poteſt adaptari ad
caſum, de quo quæritur, tunc enim eſſet quærendum
de vſucapione ſi fructus prædij peterẽtur vt fructus,
71 ſed † in caſu dictæ l. Curabit. emptori non competit
ius pro fructibus, ſed pro vſuris recompenſatiuis loco
intereſſe, vt dicitur in dicta l. Curabit. & in l. fructus,
C.de actio.empt.not. Rol.a Val.in conſ.14.in prin. li.2.
in quibus terminis quod de vſucapione triennij dicitur
non procedit, vt aduertit Hieronym.Gabriel. d. con-
72 ſilio 57.numero 2. Sed ad excludendum † venditorẽ
a petitione vſurarum præſcriptio 30. annorum exigi-
tur, cum minori tempore non procedat, quando non
ad fructus, ſed ad intereſſe loco fructuum, vel ad pre-

tium ius competit, vt in fortioribus terminis cõcludit Soc.ſen.conſi.82.nu.36.& ſeqq.lib.4. Quod veriſſimũ eſt rationibus per eos adductis, & etiam quia vt omnes concludunt, vſuræ in terminis d.l.Curabit, petuntur of
73 ficio iudicis, & † iudicis officio non præſcribitur mino ri ſpacio 30.ann.quando, vt hic, pro fructibus non com petit, ſed pro vſuris loco intereſſe. glo.in l.ſicut, in ver. præſcriptione. & ibi Bal.C.de præſcrip.30.ann. Bald. in l.2.col.3.C.de execut.rei iud.Natt.conſil.548.n.28. lib.3. Rolan.a Vall.conſ.65.nume.17.lib.4.alios addu
74 cens. † Tertio, vt quis fructus vſucapere poſſit triennio, neceſſarium eſt probare, quod fructus per triennium continuum poſſederit abſque eo quod illos conſumpſerit, & ita Bar.in alleg.l.ſequitur, §.fructus, num.4.ff.de vſucap.& alij ex aduerſo allegati loquuntur, & probat Pancirol.conſil.46.nu.8. Sed ſi illos per triennium continuum non poſſederit, ſed infra triennium conſumpſerit, ceſſat vſucapio, quæ ſine poſſeſſione non procedit, & fructibus cõſumptis datur actio ad pretium, quæ triginta annis durat, vt declarant notabiliter Ruin.conſil.204.nu.15.lib.1.Soc.ſen.conſil.82.nu.29.lib.4.Bellame.deciſ.412. quod admodum notatu dignum dicit Menoch.de recup.poſſ.remed.15.nu.589. Et quamuis ipſe dubitet, dum dicit, ſi verum eſt, nihil in cõtrarium adducit. Et hæc opinio vera eſt & ſequenda, quam ẽt tenent Soc.ſen.conſil.251.in fi.li.2. Soc.iun. conſ.150. num.28.& ſeqq.lib.1. Didac. Couar.var.reſolut.lib.1. c.3.nu.7.in fi.& poſt alios multos Hieron. Gabr. conſ. 108.n.6.& ſeqq.li.1. Sed in caſu noſtro hæres D. Vgolini nõ probauit eius patrem fructus oẽs poſſediſſe per triennium continuum, vt neceſſarium erat, & onus id probandi ad eum ſpectabat, ſi in vſucapione patris ſe fundare intendit: Ideo ex ea iuuari non poteſt, vt dicunt Doctor.in allegatis locis, præſertim Ruin.& Socin.iun.

Ex quib. concludo heredem D. Vgolini ad ſoluendũ dictas vſuras recõpenſatiuas teneri, & ſniam pro hæredibus Capitanei Auerardi latam confirmari debere.

Et ita iudicatum fuit reſpectu fructuum augmenti primordialis pretij decurſorum à die qua tempus, ad redimendum aſſignatum, defluxerat, vſque ad diem ſolutionis integraliter factæ etiam pro tempore decurſo, ante æſtimationem & pretij liquidationem, ſequẽdo in hoc opinionem Hieronỹ. Gabr. in dicto conſ.57.& conſ.74.nu.30.& ſeqq. li.1. Per Excell. D. Origenem Salethium Locumtenentem Reuerendiſſimi Gubernatoris ciuitatis Peruſiæ anno 1584. die ſecunda menſis Maij. Et demum per Rotam Peruſinam eodem anno die vltima Septembris, vt conſtat ex actis manu Domini Octauiani Aurelij notarij Peruſini.

ARGVMENTVM.

Pactum inter debitorem & creditorem, quod ſi debitor tali die pecunias non reſtitueret, ex tunc intelligantur in ſolutum conſignata creditori aliqua bona, an, & quando valeat.

Pactum legis commiſſoriæ, vel ei ſimile in quibus caſibus ſubſiſtat ſeu reprobetur, & an iuramento confirmetur.

SVMMARIVM.

1 *Pactum legis commiſſoriæ proprie in emptione dicitur, quando per verba directa diſponitur, quod ſi emptor in tempore non ſoluerit pretium, res ſit inempta.*

Simile pacto legis commiſſoriæ eſt, quando per verba obliqua dicitur, quod res empta non ſoluto pretio ad venditorem reuertatur, num.3.

2 *Pactum l. Commiſſoriæ proprie in pignoribus appellatur, quando per verba directa dicitur, quod ſi debitor tali die non ſolueret, pignus ſit creditoris.*

Sed ei ſimile appellatur, quando per verba obliqua diſponitur, quod ſi debitor tali die non ſoluerit, cedant pignora creditori, num.4.

5 *Pactum l. Commiſſoriæ vel ei ſimile in pignoribus reprobatur, & de ratione, nu.10. Declaratur num.34. & ſeq. 41.43.*

Limita quando incontinenti tempore ſolutionis & dati pignoris concipitur, ſecus ſi ex internallo, quia tunc reſpectu exceptionis & retentionis ſubſiſtit, non quoad actionem conſequendam, num.6.

Amplia quod nec iuribus illud infringentibus renunciari poßit, num.7.

Amplia etiam ſi pro credito mutuanti res concederetur in ſolutum in defectum ſolutionis, num.8.

Item licet res non fuerit tradita pignori creditori, nu.9.& 11. Sed contra infra num.36.& 58.

Etiam ſi pignus traditum fuerit creditori non ſolum ex cã mutui, ſed ex qualibet alia, num.35.

12 *Valor rei probatur ex venditionibus bonorum vicinorum. Declaratur num.51.& 61.*

Item per depoſitionem teſtis vicini, num.13.

14 *Pactum l. Commiſſoriæ in pignoribus non confirmatur iuramento. Sed contra num.55.63.& 64.*

15 *Iuramentum obligat ad obſeruantiam.*

16 *Iuramentum obligare iurantem ad obſeruantiam, vel confirmare contractum valde differt.*

17 *Iuramentum quod non confirmat contractum, ſed obligat iurantem ad obſeruantiam, non nocet hæredibus.*

18 *Teſtes deponentes recepiſſe ab aliquo pecunias mutuo, ſed ſub vſuris, videntur ſuſpecti.*

Sed quando principaliter deponunt in fauorem tertij, ſunt idonei, num.19 Declaratur num.67.

20 *Contractus præſumitur vſurarius, probata conſuetudine fœnerandi & deceptione in pretio.*

21 *Mutuum debet eſſe gratuitum.*

22 *Vſura eſt quidquid accedit ſorti.*

23 *Poſſeſſor bonæ fidei facit fructus ſuos.*

24 *Mala fides authoris nocet hæredi Declaratur num.75.*

25 *Hæredes tenentur exonerare conſcientiam defuncti.*

26 *Hæredes tenẽtur reſtituere vſuras extortas per defunctũ.*

27 *Interpretatio illa in dubio recipitur per quam periculum animæ euitatur. Declaratur num.78.*

28 *In ſolutũ datio de iure permittitur non ſolum ſi fiat purè, ſed etiam ſub conditione.*

29 *Venditio non ſolum pure, ſed etiam in diem & ſub conditione fieri poteſt.*

30 *In ſolutum datio æquiparatur venditioni.*

31 *Permiſſum id dicitur quod non reperitur prohibitum.*

32 *Pactum l. Commiſſoriæ in venditione permittitur, & etiã in datione in ſolutum, num.33.& 35.*

36 *Pactum l. Commiſſoriæ vel ei ſimile reprobatur in pignoribus tantum, non in alijs contractibus, cum ſeqq. & num. 58. dummodo magna non interueniat deceptio in pretio, num.79.*

37 *Pactum vt res obligata creditori pro mutuo ſit empta fideiuſſori dato à debitore validum eſt.*

38 *Pactũ inter debitorem & creditorem mutuantẽ vt ſi nõ reſtituitur mutuũ infra menſem res aliqua debitoris ſit creditoris, valet ſi res illa non fuit data in pignus, nu. ſeqq.*

39 *Contrahentibus non licet ſe decipere in pretio etiam infra dimidiam de iure diuino & in foro conſcientiæ, licet ſecus ſit in foro contentioſo.*

40 *Pactum inter virum & vxorem, quod res quam maritus*

hypo-

hypothecauit pro dote intelligatur data vxori pro reſtitutione dotis, non valet, ſecus ſi res illa non fuerit hypothecata.

42 *Venditio facta pro expreſſo pretio intelligitur facta pro iuſto pretio.*
44 *Modus non curatur, quando habemus effectum.*
45 *Aeſtimatoribus publicis credendum eſt de valore.*
46 *Peritis ad æſtimandum magis creditur de valore quam teſtibus aliud deponentibus.*
47 *Teſtium perſonę per productionem cenſentur approbatæ.*
48 *Valor rei attenditur ſecundum tempus contractus.*
49 *Pretia rerum mutari ſolent ex tempore.*
Item ex mala vel bona cultura, nu. 50.
52 *Venditio in dubio præſumitur facta pro iuſto pretio.*
53 *Lęſio in dubio non præſumitur niſi probetur.*
54 *Iuramentum ſeruari debet, quando poteſt ſine interitu ſalutis æternæ.*
56 *Iuramentum quo ad firmitatem contractus tranſit in hęredem.*
57 *Hæredes tenentur ad obſeruantiam iuramenti præſtiti per defunctum.*
59 *Valor rei non probatur per inſtrumentum venditionis.*
60 *Teſtes ſingulares non probant.*
62 *Pretium iuſtum iudicari ſolet qualitatibus rei latētibus, & iuxta conditionem venditoris, & illius inopiam.*
64 *Iuramenti vinculum eſt perſonale, nec tranſit ad hęredes reſpectu periurij, ſed quoad vinculum temporale, & obligatiuum, & efficaciam obligationis inductam per iuramentum ad eos tranſit.*
65 *Iuramentum non confirmat pactum ipſo iure nullum.*
66 *Teſtes ad probandum quem vſurarium, debent eſſe omni exceptione maiores.*
68 *Contractus vſurarius vt pręſumatur, probari debent modicitas pretij, pactum de retrouendendo. & conſuetudo fœnerandi.*
69 *Pretij modicitas ad præſumendum contractum vſurariū conſideratur, quando eſt citra dimidiam iuſti pretij.*
70 *Vſurarum pręſumptio tollitur ex probatione bonæ vitæ, & famæ emptoris.*
71 *Cōtractus factus à ſolito ſœnerari non probatur vſurarius ſi aliæ præſumptiones non concurrunt.*
72 *Error iuris cauſat bonam fidem ſufficientem ad acquiſitionem fructuum.*
73 *Pactum legis commiſſoriæ in pignoribus non ſuſtinetur etiam per conſuetudinem.*
74 *Bona fides ex quauis cauſa etiam iniuſta reſultat.*
76 *Contractus in foro contentioſo in dubio iuſtus non vſurarius & illicitus præſumitur cum ſeqq.*
Item pręſumitur contractus emptionis non pignoris, numero 77.
78 *Peccatori quantumcumque occulto conſulitur, vt in dubio ſe peccatorem exiſtimet, quoties agitur de ſalute animæ.*

CONSILIVM XXXI.

DOMINVS Frāciſcus de Biſcardis anno 1563. faſſus fuit recepiſſe mutuo a D. Paulo de Iunctis de Caſtillione Florentino florenos 340. quos reſtituere promiſit infra annum, & ſi eos non reſtitueret, ex tunc in ſolutū & pagamentū eidem Paulo dedit & conſignauit nonnulla bona, quædā ad rationem florenor. 17. & alia ad rationem florenorum octo pro quolibet ſtario, & domū in eis exiſtentem pretio florenorum quinquaginta. Et quia Do. Franciſcus pecunias non reſtituit, & Do. Paulus bona ſibi in ſolutum conſignata poſſedit, & modo poſſident eius hæredes, dubitabatur numquid datio illa in ſolutū fuerit valida, & quia pro eius inualiditate ſemel iudicatum fuit per D. Collateralem D. Poteſtatis dicti loci, qui hæredes D. Pauli reos conuentos ad reſtitutionē dictorum bonorum vna cum fructibus condemnauit, quæritur numquid ſententia illa ſit confirmanda vel reuocanda.

Et quod pactum illud fuerit inualidum, & conſequenter ſententia ſit confirmanda, deducitur ex eo quod pactum huiuſmodi videtur legis Commiſſoriæ
1 propriè vel ei ſimile † ſicut enim in emptione pactum legis Commiſſoriæ proprie dicitur, quando per verba directa diſponitur, quod ſi emptor infra terminum non ſoluerit pretium, res ſit inempta, l. 1. & per totum,
2 ff. de leg. commiſſ. ita in pignore † proprie pactum legis Commiſſoriæ appellatur, quod concipitur per verba directa paciſcendo, quod ſi debitor tali die non ſolueret debitum, pignus ſit creditoris, l. fin. C. pact. pi-
3 gnor. Et ſicut in emptione † non eſt proprie pactum legis Commiſſoriæ, ſed ei ſimile, quando per verba obliqua diſponitur, quod res empta non ſoluto pretio ad venditorem reuertatur, l. ſi a te, & l. Commiſſoriæ,
4 C. de pact. inter empt. & vendit. pari ratione † quando per verba obliqua diſponitur, quod ſi tali die debitor non ſoluerit debitum, cedat vel in ſolutum tradat pignora creditori, licet non ſit proprie pactum legis commiſſorię, eſt tamen ei ſimile, iuxta l. 1. C. de pact. pignor. & ita declarant Salic. in d. l. 1. & Neguſant. in tract. de
5 pignor. in 4. par. prin. num. 1. & 2. † pactum autem legis commiſſoriæ vel ei ſimile in pignoribus eſt reprobatum, quando ſcilicet debitor dato pignore creditori cum eo paciſcitur, quod non reſtituto mutuo, vel non ſoluto debito tali die res pignori data efficiatur creditoris vel creditori concedatur pro quantitate debiti, l. 1. & l. fin. vbi Bart. C. de pact. pignor. Doct. in c. ſignificante, de pignor. Bart. in l. quamuis, ff. de ſolut. Alexan. conſ. 178. lib. 7. Fab. de Mont. in tract. de empt. & vēd. q. 7. in prin. nu. 10. Neguſant. in tract. de pignor. par. 4. princ. num. 1. & 2. Tiraquel. de retractu conuent. in fin. tit. num. 126. Guid. Pap. deciſ. 6. Ioan. Baptiſt. Lup. in tract. de vſur. in 2. comment. l. ſecunda, C. de pact. inter
6 empt. & venditorem, num. 13. † dummodo pactum illud in continenti tempore ſolutionis ac dati pignoris apponatur: nam ſi ex interuallo fieret, & creditor poſſideret, pactum ſubſiſteret quoad retentionem & exceptionem, licet non quoad actionem conſequendam. Butr. in d. c. ſignificante, num. 17. & ibi Abb. num. 6. verſic. Si vero, de communi teſtatur Imol. num. 8. verſ. In ea glo. Baldus in l. 1. num. 2. Salicet. in l. 2. C. eodem tit. Bero. in cap. dilecti filij, num. 89. de arbitr. Bart. in l. 1. & l. fin. C. de pact. pignor. & in repetit. l. 3. num. 13. C. de pignor. Anan. in cap. fin. col. penul. de vſur. Bart. in l. quamuis in princ. & num. 1. ff. de ſolut. & ibi Angel. Franc. March. deciſ. 54. num. 3. par. 1. Corn. conſ. 133. num. 1. libro 1. Fabian. de Mont. de empt. & vendit. quæſt. 7. princ. num. 11. Neuizan. conſ. 86. nu. 12. Alex. de communi conſ. 178. num. 2. lib. 7. Neguſant. in d. 4. par. num. 6. Guid. Pap. deciſ. 6. & eam comm. eſſe fatentur, licet ab ea diſſentiant Menoch. de adipiſc. poſſ. re-
7 med. 5. nu. 42. & Lup. in dicto loco, nu. 17. & † intantum huiuſmodi pactum eſt reprobatum, quòd nec renūciari poteſt iurib. illud infringentibus. Odofred. in d. l. fin. C. de pact. pignor. Io. Andr. Ant. de But. & Imol. in d. cap. ſignificante. Hoſt. in ſumma, in tit. de pignor. §. quibus pact. verſiculo. Quid ſi renunciauit. Tiraquel. in alleg. loco, num. 123.

Et quamuis bona non fuerint ſimpliciter conceſſa pro credito, ſed fuerint data in ſolutum D. Paulo mu-
8 tuanti, non propterea conceſſio ſuſtinetur † cum pactū illud ſit improbatum etiam quando pro debito res

in ſolutum conceditur in defectum ſolutionis, dum-
modo tempore contracti debiti in ſolutum detur, glo.
in l. 1. C. de pact. pignor. Bar. in repet. l. 3. num. 13. C. de
pignor. & in l. quamuis, ff. de ſolut. Ang. in l. cum domi-
nam, C. de pignor.

Nec conuentio valida redditur ex eo, quod bona
data in ſolutum non fuerint mutuanti pignori tradita;
9 nam † etſi pactum l. commiſſoriæ ſit, quando res pigno-
rata conceditur creditori, nihilominus infringitur pa-
ctum tamquam ſimile legis commiſſoriæ, quando res
pro debito traditur, etiam ceſſante pignore cum in v-
10 troque caſu militet eadem ratio † duplici enim ratione
pactum legis commiſſoriæ in pignoribus improbatur,
Prima quidem quia obligatio pignoris fit pro longe mi
nori quantitate quam res valeat, & ſi hoc pactum ſub-
ſiſteret, valde deciperetur debitor, qui propter cupidi-
tatem habendi pecunias de facili iniret omne pactum,
vt dicunt Abb. in d. c. ſignificante, num. 7. & ibi Ant. de
Butr. num. 18. Bald. nouel. in tract. de dot. par. 6. priuil.
54. ver. Nam quale. Alb. in l. 1. C. de pact. pignor. Negu
ſant. in d. 4. par. princ. nu. 2. Tiraq. de retractu conuent.
ad fi. tit. nu. 124. ver. Quin & rationes, Guid. Pap. conſ.
81. nu. 1. Altera ratione id diſponitur, nam ſi huiuſmo-
di pactum valeret, creditores vix aut numquam mu-
tuarent ſine iſto pacto, quod contineret in ſe crimen v-
ſurarum, quia mutuans non debet ponere ſpem in lu-
cro conſequendo, c. conſuluit, de vſur. & ex tali pacto
mutuans poneretur in ſpe conſequendi lucrum, videli-
cet elapſo termino habendi rem pro minori pretio, vt
dixerunt Abb. Neguſan. & Alber. in alleg. loc. Alexan.
conſ. 178. nu. 3. lib. 7. & alibi paſſim Doct. quę rationes
cum videantur militare etiam in caſu, in quo mutuanti
res in ſolutum conceditur pro credito nullo conſtituto
11 pignore † ideo etiam illo caſu pactum videtur reproba
tum, vt dixerunt Cur. iun. in l. fi. col. 1. ff. de contrahen.
emp. Couar. variar. reſol. lib. 3. c. 2. n. 7. & poſt eos Lup.
in d. 2. comment. de vſur. in l. 2. C. de pact. inter empt.
& vend. in præfat. num. 20.

Et tanto magis prædicta admittenda videtur, cum
præſupponatur probari deceptionem debitoris in pre-
tio, bonaque illa eſſe maioris valoris eo, pro quo con-
ſignata fuerunt, tum quia ex inſtrumento in actis ex-
hibito apparet eadem bona fuiſſe conſignata pro do-
te florenorum 400. anno 1553. & præſupponitur pro-
bari ab anno 1553. vſque ad annum 1563. valorem bo-
norum eſſe auctum in tertia parte vel in duplum, &
Dominus Paulus illa accepit in ſolutum anno 1563.
pro florenis 340. Tum etiam quia Meus Collectæ te-
ſtis actoris deponit anno 1563. fuiſſe factas multas
venditiones bonorum exiſtentium iuxta ea, de quibus
agitur pro florenis 16. aut 18. pro quolibet ſtario, &
in ſecunda inſtantia fuerunt producta nonnulla inſtru-
menta, ex quibus probatur ab octo annis citra fuiſſe
factas multas venditiones bonorum contiguorum il-
lis de quibus agitur pro pretio florenorum 30. pro quo-
12 libet ſtario † & valor rei probatur ex venditionibus
locorum, vt not. gloſſa prope fin. in l. 2. C. de reſcinden.
vendit. & ibi Bartol. Accedit Franciſcus de Fucinis al-
ter teſtis actoris, qui deponit fundos meliores eiuſdem
villæ, in qua ſunt ſita bona, de quibus agitur, anno
1563. fuiſſe valoris florenorum 20. & mediocres flore-
13 norum 12. aut 15. pro quolibet ſtario, qui teſtis † tam-
quam vicinus valorem probat, vt habetur in l. 1. §. 1.
ff. de flumin. per Bald. in dicta l. 2. colum. vlt. C. de re-
ſcind. vendit. & Doctor. in l. 1. ff. ſi cert. petat. ex quib.
deceptio in pretio iuſtificari videtur, cum bona de qui-
bus agitur pro florenis 17. & pro florenis octo pro quo-
libet ſtario conſignata fuerint in ſolutum Domino Pau
lo, & conſequenter huiuſmodi pactum corruit.

Et ſtante inualiditate dicti pacti, nō eſt ad effectum,
de qua agitur, habenda ratio iuramenti per dictum Do
minum Franciſcum præſtiti pro confirmatione con-
14 tractus, † quoniā pactum legis Commiſſoriæ in pigno
ribus iuramento non firmatur, ſecundum Ioan. And. in
addit. ad Specul. in tit. de renunc. §. 1. verſ. Et quia hoc,
in addit. incipien. ex quo. Ioan. de Imol. in d. cap. ſigni-
ficante, num. 23. Ioan. Faber in l. vlt. C. de pact. pignor.
Alber. in l. 1. C. eodem titul. Bartol. in l. ſi quis pro eo, in
princ. verſic. Quarto dixi, num. 10. & ibi Ang. ff. de fi-
deiuſt. Neguſant. in dicta 4. par. princip. num. 3. Guid.
Pap. deciſ. 6. & conſil. 79. col. 1. Bertran. conſil. 356.
col. 1. lib. 1. Tiraquel. de retractu conuent. ad fin. titul.
num. 121. Lup. in dicto comment. 2. de vſur. in præfat.
15 num. 14. † Et licet iuramentum liget quoad obſeruan-
tiam, iuranſque illud obſeruare teneatur, vt dicunt
Bar. in dicta l. ſi quis pro eo, num. 10. Iaſ. in Auth. Sacra-
menta puberum, num. 39. C. ſi aduer. vend. Abb. in d. c.
ſignificante, num. 4. vbi Io. de Imol. num. 14. Neguſan.
in dicto loco, num. 3. Guid. Pap. conſ. 80. & 81. Franc.
March. deciſ. 166. nu. 3. & 4. par. 2. vbi de communi te-
ſtatur, attamen pactum inualidum non confirmatur
dicto iuramento, magnaque eſt differentia, quod iura-
mentum obliget ad eius obſeruantiam vel actum con-
16 firmet, † cum priori caſu adimpleto iuramento detur
repetitio, & iuranti abſolutio concedatur, ac in alijs
differat, vt per Doct. in c. debitores, de iureiur. & Bar.
in d. l. ſi quis pro eo, nu. 10. Io. de Imol. in d. c. ſignifican
te, nu. 14. verſic. Item in quantum. Neguſan. vbi ſupra,
17 nu. 4. Fran. Marc. deci. 166. nu. 4. par. 2. † & quando ſo-
lum obligat iurantem ad obſeruantiam, nec confirmat
pactum, mortuo iurante, hæredes illud obſeruare non
tenentur, cum vinculum iuramenti ſit perſonale, vt in
propoſito poſt Bal. in l. emptione, C. plus valer. quod a-
gitur, dixit Fran. Marc. d. deciſ. 166. nu. 5. par. 2. eique
hæredes contrauenire poſſunt etiam nulla petita abſo-
lutione a iuramento ſecundum Fran. Marc. deciſ. 468.
nu. 2. par. 2. & deciſ. 8. num. 2. par. 1.

Ex alio etiam dictum pactum infringitur, quia per
quattuor teſtes probatum præſupponitur, Dominum
18 Paulum ſolitum fuiſſe fœnerari, † & licet dicti teſtes vi
deantur ſuſpecti ac minus idonei, cum in conſequen-
tiam ſperare poſſint aliquod commodum ex eorum
depoſitionibus, dum dicunt recepiſſe à dicto Paulo
pecunias mutuo, ſed ſub vſuris. Roman. ſingu. 360. Fe-
lin. in c. perſonas, de teſti. Bald. in l. dictantibus, C. de
teſtam. Alexan. conſil. 72. col. 4. & conſil. 107. colum. 2.
19 lib. 1. Couar. variar. reſolut. cap. 3. num. 4. lib. 3. † nihilo-
minus quia deponunt principaliter in fauorem tertij,
non autem in cauſa propria, fidem faciunt Calde. conſ.
6. in tit. de teſti. Bald. conſil. 361. circa fin. lib. 5. Alexan.
conſil. 172. num. 6. lib. 2. Abb. conſil. 113. col. 4. libro 2.
conſil. 81. eodem lib. Crauet. conſil. 73. num. 31. libro 1.
Menoch. de arbitr. iudic. quæſt. lib. 2. cent. 3. caſu 235.
num. 23. in fin. & ſeqq. maxime in cauſa ciuili, prout eſt
20 iſta, de qua agitur. Crau. conſ. 6. nu. 102. lib. 1. Et † pro-
bata conſuetudine fœnerandi ac deceptione in pretio,
contractus in fraudem vſurarum factus præſumitur,
glo. & Doct. in c. illo vos, de pign. glo. magna, in c. con-
queſtus, de vſur. Corn. conſ. 241. in 1. col. lib. 1. Soc. ſen.
conſ. 248. col. fin. lib. 2.

Et non ſolum videtur iuſta ſententia reſpectu reſti-
tutionis bonorum, ſed etiam quoad condemnationem
pro reſtitutione fructuum; Etenim cum D. Paulus nu-
21 merauerit pecunias ex cauſa mutui † & mutuū debeat
eſſe gratuitum, c. conſuluit, de vſur. l. rogaſti, §. ſi tibi, ff.
22 ſi cer. pet. Dec. conſ. 116. num. 3. Rom. conſ. 238. † quia
quidquid accedit ſorti, vſura eſt, 14. q. 3. c. plerique, gl.
magna in cap. conqueſtus, de vſur. & quamuis hæredes

Domini Pauli ratione præſumptæ ignorantiæ, iuxta l.
23 qui in alterius, ff. de reg. iur. haberent bonam fidem † &
bonæ fidei poſſeſſor faciat fructus ſuos, vt habetur in
l. bonæ fidei, ff. de acquir. rer. dom. Ant. de Butr. in cap.
grauis, de reſt. ſpoliat. Bart. in l. ex diuerſo, ff. de rei ven
dic. Imol. in l. Neſennius, §. 1. ff. re iudic. attamen quia
24 pater erat in mala fide conſtitutus, † eius mala fides no-
cet hæredibus quoad reſtitutionem fructuum. Bart. in
dicta l. ex diuerſo. Bald. in l. 2. C. de petit. hæred. Crau.
25 poſt alios conſ. 146. in fin. lib. 1. quia † hæredes tenentur
exonerare conſcientiam defuncti, Capic. dec. 4. nu. 13.
Alex. in l. Pomponius, §. cum quis, ff. de acq. rer. domin.
26 Dec. conſ. 272. num. 6. qui de com. teſtatur, † & vſuras
reſtituere, c. tua nos, & ibi Abb. de vſur. Cald. in conſ. 2.
in tit. de vſur. Cou. var. reſol. lib. 3. c. 3. nu. 7. vbi de com.
teſtatur, & late Io. Bapt. Lup. in tract. de vſur. in 4. com
men. ſuper c. quamquam, de vſur. in 6. nu. 58.

Et licet prædicta clara videantur, adhuc ſi eſſent du
bia, in dubio iudicari debet pactum inualidum, cum
27 hæc interpretatio magis animæ faueat † & in dubio ea
interpretatio ſumitur, per quam periculum animę eui-
tatur, vt per gl. in c. vni. de ſcrutin. not. Neguſant. in d.
4. par. prin. nu. 7. prope fin. Et hæc ſunt, quæ pro actore
contra hæredes D. Pauli dubitationem non modicam
facere videbantur, in quibus etiam dictus Dominus iu-
dex ad ferendum ſententiam ſe fundauit, vt ex motiuis
ab eo traditis elicitur.

Quibus non obſtantibus, ſecundum ea, quæ propo-
nuntur, cenſeo dationem in ſolutum validam fuiſſe, ſen
tentiamque prædictam reuocari debere.

Et moueor primo conſiderando Dominum Fran-
ciſcum dediſſe in ſolutum bona, de quibus agitur Do.
28 Paulo pretio inter eos conuento, † dationemque in ſo-
lutum non ſolum non prohiberi, ſed expreſſe permitti,
l. eleganter, ff. de pignor. actio. l. libera, C. de ſentent. &
inter. omn. iudic. & non ſolum pure fieri poſſe, ſed e-
29 tiam ſub conditione, † ſicut enim venditio non ſolum
pure ſed ſub modo, in diem, & ſub conditione concipi
poteſt, l. neceſſario, ff. de peric. & commod. rei vend. &
tot. tit. ff. de leg. commiſſ. l. fin. in prin. ff. de contrahen.
30 empt. ita etiam poteſt fieri in ſolutum datio, † eum da-
tio in ſolutum æquiparetur venditioni & dicatur ven-
ditio, dicta l. eleganter, in princ. Bart. in dicta l. Libera,
& in l. ſi quis aliam, C. de ſolut. l. ſi prædium, C. de euic.
vbi dicitur dationem in ſolutum vicem venditionis
obtinere. Bald. conſil. 289. lib. 2. Socin. iun. conſil. 47.
num. 9. lib. 2. Dec. conſil. 18. num. 3. & conſi. 586. num.
7. Hieronym. Cagnol. in l. 2. num. 163. C. de reſcinden.
vendit. Afflict. deciſ. 368. num. 2. Cum igitur datio in
ſolutum etiam ſub conditione permiſſa reperiatur,
conuentio de qua agitur, reputatur valida, niſi aduer-
ſarius, qui de nullitate dicit, clare probet in caſu, de
quo agitur, expreſſe a iure prohiberi, quia pro nobis ha
31 bemus regulam, † quod id permiſſum creditur, quod
expreſſe prohibitum non reperitur, c. inter corporalia,
de tranſlat. pręla. l. nec non, §. quod eis, ff. quib. cau. ma-
ior. Ang. in l. nullam, C. de iur. dot. Petr. de Anch. conſ.
243. incip. Chriſtianiſſime & Illuſtriſſ. Princeps, col. 1.
ver. Tolerandi, & in terminis latius hæc probat Crau.
in conſ. 327. num. 4. lib. 3.

Secundo dationem in ſolutum validam eſſe oſtendi-
32 tur, quia videmus † pactum legis commiſſoriæ in ven-
ditione permitti, tot. tit. ff. de leg. commiſſ. & not. glo.
in rubr. eod. tit. l. commiſſorię, C. de pact. inter empt. &
vendit. Doct. communiter in l. fin. C. de pact. pignor. &
in c. ſignificante, de pign. Alex. conſ. 178. lib. 7. Didac.
Couar. variar. reſol. lib. 3. c. 2. num. 8. Io. Bapt. Lup. in d.
2. comment. de vſur. in pręfat. nu. 16. Burſat. conſ. 320.
num. 114. lib. 3. Si igitur in venditione pactum hoc per-
33 mittitur † idem dicendum eſt in datione in ſolutum,
quæ venditioni comparatur, vt explicat Crauet. conſ.
245. nu. 18. lib. 1. vnde etiam ſi admitteremus, conuen-
tionem, de qua agitur, ſimilem eſſe pacto legis com-
miſſoriæ, nihilominus valida eſt, ſicut quando huiuſ-
modi pactum venditioni adijcitur.

Tertio cōſiderandum eſt pro defenſione reorū, in iu
34 re noſtro † pactū legis cōmiſſoriæ vel ei ſimile prohibe
ri in pignoribus, quando ſcilicet debitor dato pignore
creditori, paciſcitur quod non ſoluta pecunia ad tem-
pus, pignus ſit creditoris pro debito, & ita procedunt
l. 1. & l. fi. C. de pact. pign. c. ſignificāte, de pign. & alia
35 in contrarium allegata, † quę militant non ſolum qñ pi
gnus conceditur creditori ex cauſa mutui, ſed genera-
liter quotieſcumque pignus pro quocumque alio debi-
to in creditorem transfertur, vt diſponitur in allegatis
iuribus, & probant Alex. in conſil. 178. nu. 1. lib. 7. Ne-
guſant. de pignor. in 4. par. prin. nu. 2. in 1. ampliat. Ti-
raq. de retract. conuen. ad finem tit. num. 120. in fi. Cu
ius concluſionis ea principalis affertur ratio, quia obli-
gatio pignoris fieri ſolet pro longe minori quantitate,
quam res valeat, & ſi in pignoribus hoc pactum vale-
ret, valde deciperetur debitor, qui cupiditate haben-
di pecunias de facili iniret omne pactum, vt dicunt
Abb. nu. 7. & Ant. de Butr. nu. 18. in d. c. ſignificante,
Alber. in dicta l. 1. Guid. Pap. conſil. 81. num. 1. & cete-
36 ri communiter. † Quæ ratio ſolum viget, quando res
traditur in pignus cum pacto quod non reſtituta pecu-
nia, pignus ſit creditoris pro ſuo credito, ſed ceſſat, qñ
non conſtituto pignore, debitor pro ſuo debito rem ali
quam in ſolutum concedit, ſeu vendit creditori, quia
communiter res venditur iuſto pretio, & licet quan-
doque aliud contingat, cum raro id eueniat, non atten
ditur, quoniam iura adaptantur ad communiter acci-
dentia, l. nam ad ea, ff. de legi. quam diuerſitatis ratio-
nem conſiderant in propoſito Anto. de Butr. in d. cap.
ſignificante, num. 18. Alexan. in dicto conſil. 178. nu. 3.
Neguſant. in dicta quarta parte princ. nume. 2. Tiraq.
in allegato loco, num. 124. verſic. quin & rationes, &
Io. Bapt. Lup. in d. 2. comment. de vſur. numero 16. me
rito iura, quæ de pacto legis commiſſoriæ in pignore
loquuntur, illudque annullant non habent locum in pa
cto legis commiſſoriæ adiecto venditioni ſeu dationi
in ſolutum, vt dixi, nec in alio in quo res communiter
diſtrahi ſolet iuſto pretio, vt dixit Burſat. conſil. 320.
numero 114. lib. 3. ſed ſolum in contractibus pignoris,
ſecundum Cuma. conſil. 179. colum. 1. quem ſequitur
Iaſ. in l. quamuis, numero quarto, C. de tranſact. Burſ.
d. conſil. 320. num. 14. In caſu vero de quo agitur, Do-
minus Franciſcus mutuum recepit, nulloque conſtitu
to pignore, pecunias infra annum reſtituere promiſit,
quas ſi non reſtitueret, ex tunc dedit in ſolutum quæ-
dam bona non pignorata. Ideo datio illa in ſolutum va
lida eſt, nec in ea iura, quæ de pactis pignorum loquun
tur, procedunt.

37 Qoarto † moueor per tex. in l. fin. in princ. ff. de con-
trahen. empt. diſponitur enim in d. l. fin. valere pactum
quod res obligata creditori pro mutuo ſit empta fide-
deiuſſori a debitore dato ea ratione, quia pignus non
erat obligatum fideiuſſori, ſed ſi res illa fuiſſet data fi-
deiuſſori in pignus, pactum non valuiſſet, vt colligi-
tur ibi, ſi non vt in cauſa obligationis, ſed vt emptam
habeat, & admittunt Couar. variar. reſol. libr. 3. cap. 2.
num. 7. verſic. Hactenus. Lup. in d. comment. 2. in præ-
fat. num. 17. verſ. Sed aduertendum, & Cur. iun. in d. l.
fi. numer. 1. verſic. ſed hic, ex qua l. fina. bene probatur
valere conceſſionem rei non pignoratæ, quæ alias non
valuiſſet, ſi res pignori tradita concederetur. Et per
38 illum tex. † concluditur, quòd ſi tu mutuaſti mihi de-

çem, nullo pignore conſtituto, adiecto pacto quod ſi
non ſoluero infra menſem, talis res mea ſit tua pro illis
decem, pactum ſub ſiſtit, quia non eſt pactum pignoris.
Ita quidem firmauit Bald. in c. 1. nu. 6. de feud. dato in
vicem legis commiſſoriæ. quem ibi ſequitur Aluarot.
idem clare tenet Guid. Pap. in ſingul. 477. num. 2. quod
etiam firmare videtur in deciſ. 6. nu. 3. & licet dicta de-
ciſ. ſe referat ad ea, quæ ipſe dixerat in tract. de vſur. nu
me. 25. vbi concludit pactum eſſe validum, ſi valor rei
conſignatæ pro credito non excedit quantitatem cre-
diti, ſed ſi valor excederet creditum, illud plus conti-
nere vſuram, non videtur obeſſe, quoniam Guid. Pap.
in d. tract. loquitur reſpectu fori conſcientiæ non de fo-
ro contentioſo in multis caſibus, de quibus per Fel. &
alios in cap. fin. de præſcript. in c. vigilanti, col. fin. eod.
tit. & alios relatos per Hieron. Cagnol. in l. 2. num. 22.
39 C. de reſcin. vend. † ideo dicitur de iure diuino in foro
conſcientiæ contrahentibus non licere ſe decipere in
pretio etiam infra dimidiam, vt dixit Barthol. Cępol.
in tract. de ſimul. contract. nu. 22. & de iure etiam Ca-
nonico in foro contentioſo permittitur contrahentib.
ſe decipere infra dimidiam, prout ipſe Cępoll. decla-
rat in dicto loco, num. 23. & latius hanc differentiam
probat Hieronym. Cagnol. in dicta l. 2. nu. 15. & ſeqq.
multis. Eamdem opin. quod valeat huiuſmodi pactum
quando nullo conſtituto pignore res aliqua conſigna-
tur creditori, ſi infra aliquod tempus pecuniam non
ſolueret, ſequuntur Crauet. conſil. 145. nu. 18. lib. 1. &
latius in conſil. 327. per tot. lib. 3. Tiraquel. de retractu
conuent. ad fin. tit. num. 139. & ſeq. Rub. Alexandr.
conſil. 134. nu. 3. & ſeq. & eiuſdem ſententiæ fuit Bart.
in l. Quamuis, nume. 2. ff. de ſolu. erat enim in dicta l.
40 Quamuis, diſpoſitum † quòd ſi maritus hypothecauit
vxori pro reſtitutione dotis aliqua bona, & pactum fe
cit cum muliere de dando eadem bona pro reſtitutio-
ne dotis, pactum illud non valet, prout legem illam in-
tellexerunt etiam Alex. d. conſil. 178. nume. 2. lib. 7. &
Neguſan. in dicta quarta parte, nume. 2. in 2. ampliat.
& tamen Bart. ibi dicit, quòd ſi maritus fecit pactum
de dando vxori in ſolutum aliquid non obligatum pro
dote, & eſt pretij maioris quam dos, non habere ſimi-
litudinem cum pacto legis Commiſſoriæ, pactumque
valere, & ſic Bar. clare ſentit differentiam eſſe nunquid
res pignorata in ſolutum concedatur, aut alia pignori
non tradita, & quando res non pignorata conceditur
conceſſionem valere. Pro qua opinione adduci poteſt
etiam Alber. in l. fin. in princ. ff. de contrah. empt. dicit
ideo in caſu illius legis ſancitum eſſe valere pactum,
quòd res ſit fideiuſſoris dati tempore recepti mutui,
quia pignus non erat obligatum fideiuſſori, ſed ſi fuiſ-
ſet initum pactum cum creditore, cui res illa obliga-
ta erat, illud non valere, clare ſentiens valde differre pa
ctum pignõris ab eo quod concipitur de re non pigno-
rata, & primo caſu eſſe inualidum, alio vero viribus
ſubſiſtere.

Quinto pro hæredibus Domini Pauli moueor prin-
cipaliter conſiderando pactum legis commiſſoriæ in
41 pignoribus † indiſtincte non improbari, ſed ſolum quã-
do adeſt deceptio in pretio, at ſi pignus pro iuſto pre-
tio datur in ſolutum mutuanti, vtique pactum validiſ-
ſimum eſſet, & ideo concluditur, quod ſi quis recepit
pecunias, pignuſque dedit, ac pactum cum creditore
fecit, quod ſi pecunias infra aliquod certum tempus
non reſtitueret, res pignori tradita intelligatur eidem
vendita pro iuſto pretio, pactum validum eſt, cum pre
tium arbitrio boni viri declarandum ſit, & conſequen
ter ex eo debitor non decipiatur, vt firmant in dicto
cap. ſignificante. Abb. numero 6. Anton. de Butr. num.
16. Imol. nume. 8. verſic. In ea gloſſ. in fi. Barto. in dicta
l. fin. C. de pact. pigno. & ibi Alber. idem firmant gloſſ.
in l. 1. & ibi Bald. num. 2. in fi. & Angel. in princ. C. eo
dem tit. Ang. in l. cum dominam, C. de pigno. Bart. in l.
Quamuis, num. 1. ff. de ſolut. aſſerens hoc caſu indiſtin-
cte valere, & idem Barto. in repet. l. 3. numero 13. C. de
pignor. Fabian. de Monte in tract. de empt. & vendit.
in 7. quæſt. princ. num. 10. Neguſant. de pignor. in dicta
4. par. princ. nume. 6. in 2. fallent. Tiraquel. de retractu
conuent. ad fin. titu. numero 138. Afflict. deciſ. 368.
num. 1. Guid. Pap. deciſ. 6. num. 1. & conſil. 81. in prin
cip. Lup. in d. comment. 2. de vſur. in præfat. nume. 21.
Menoch. de adipiſcen. poſſeſ. remed. 5. num. 44. & non
ſolum valet huiuſmodi pactum, quando pignus con-
ceditur pro iuſto pretio, ſed etiam ſi ſimpliciter nulla
pretij facta mentione, vt quia dictum ſit, quod non ſo-
luto pretio, res pignori tradita intelligatur vendita,
42 quia † pro iuſto pretio vendita intelligitur. Hoſtien.
& Ioan. Andr. in d. cap. ſignificante. vbi Abb. nume. 6.
verſic. aut fuit. Alexand. d. conſil. 178. numero 9. lib.
ſeptimo. Neguſant. in dicta 4. parte, num. 6. in 3. fallen.
Tiraquel. vbi ſupra, numer. 139. Lup. & Menoch. in al
43 legat. locis † & eadem ratione puto valere pactum ſi
pro certo conuento pretio pignus conceditur, dum-
modo pretium conuentum ſit iuſtum, quod conſtat cla
re ſenſiſſe Guid. Pap. in dicto tracta. de vſur. nume. 25.
& eſt de intentione Socin. iun. in conſil. 147. nume. 16.
libro primo, aſſerentis valere huiuſmodi pactum, quo-
ties habita eſt rõ iuſti pretij; alias non, ſiue igitur ſit fa-
cta cõceſſio ꝓ iuſto pretio nõ declarato, vel ſimpliciter
nullo expreſſo pretio, quo caſu intelligitur de iuſto, ſi-
ue pro certo determinato pretio, quod tamen iuſtum
ſit, conceſſionem validam puto, cum omni caſu mili-
tet eadẽ rõ, & ſequatur effectus conſideratus, vt ſ. debi
44 tor non decipiatur, † & non curatur de modo vbi ha-
bemus effectum, l. Gallus, §. ſi eius, & ibi Barto. ff. de
liber. & poſthum. Dec. conſil. 385. colum. 2. verſic. His
tamen non obſtantibus. Afflict. ſuper Conſtit. Regni,
lib. ſecundo, rubr. 10. nu. 15. in fin. Ceph. conſ. 209. nu-
mero 4. & conſil. 222. nume. 25. lib. 2. Menoch. conſil.
35. numero 22. libro primo, nec refert, quid ex æqui-
pollentibus fiat, l. mater, ff. de inſtit. & ſubſtit. ſub con-
dit. fact. l. fideicommiſſa, §. ſi cui, ff. de leg. 3. l. fi. ff. man-
dat. cum alijs adductis per Marſil. conſ. crimin. 8. nu-
mero 19. ſed datio in ſolutum facta non fuit pro mino
ri pretio, & ex ea Dominus Franciſcus non fuit dece-
ptus, vt deducam, ideo de eius validitate non eſt du-
bitandum.

Quod ex datione in ſolutum Dominus Franciſcus
non fuerit deceptus, probatur, quia anno 1563. de-
dit bona meliora pro florenis 17. & deteriora pro flo-
renis octo pro quolibet ſtario, probatumque præſup-
ponitur ab illo anno valorem bonorum in genere,
& ſpecialiter iſtorum, de quibus agitur, auctum eſ-
ſe in tertia parte ſeu in duplo, & æſtimatores publici
electi ad inſtantiam actoris declarauerunt bona de qui
bus agitur, hodie eſſe valoris meliora florenorum vi-
ginti, & deteriora florenorum 12. aut 15. pro ſtario,
& detracto dicto augumẽto valoris cõſtat anno 1563.
non fuiſſe maioris pretij pro quo fuerunt conſignata
45 quibus † de valore credendum eſt, cum ſint æſtimato-
res publici, Bar. Ang. & alij in l. 1. C. de ponder. & aur.
illat. lib. 10. Hieron. Cagn. in d. l. 2. num. 241. in fi. C. de
46 reſcin. vendit. & cum ſint † periti ad æſtimandum, eis
magis credendum eſt, licet alij teſtes contradicerent.
Deci. conſil. 489. num. 12. Pant. Crem. in d. l. 2. nu. 316.
quos ſequitur Menoch. conſ. 358. nu. 31. lib. 4. Et quia
præſupponitur dictos æſtimatores fuiſſe inductos ab
47 actore, non p̃nt ab eo reprobari † cum quis per produ-
ctionem ſaltem perſonas teſtium approbet, l. ſi quis te-
ſtibus,

ſtibus,& ibi Bald. C.de teſti. Rom.conſ.104.in fin. Iaſ.
in l.1. §.editiones, col.3. in fin.ver. Adde fortius, ff.de
eden. Abb. Felin. Io. Andr. & alij, quos refert & ſequi-
tur Robert. Marant.in ſuo Specul. par.6.act.13. de re-
pulſa teſtium,num.10.vbi de comm.teſtatur, & Pariſ.
conſ.53.num.40.li.4. Et eo magis bona fuiſſent data in
ſolutum pro iuſto pretio, probatur ex depoſitionibus
multorum teſtium inductorum in 2. inſtantia, qui cla-
re id probant & de valore temporis dationis in ſolu-
tum deponunt, ex qua probatione tollitur quod dice-
48 bat dictus Dominus Iudex in ſuis motiuis † in proba-
tione valoris attendi debere tempus contractus ſecun-
dum Bartol.in d.l.2. in fin. quem ibi ceteri ſequuntur,
l.pretia rerum, vbi Doct.ff.ad leg. Falcid. Fab.de Mon
te, de empt.& vendit.q.8.prin.nu.25. Felin. In cap.cum
cauſam, num. 1.de teſti. Socin.ſen. conſ.48.num.3. lib.
4. Cagnol.qui de comm. teſtatur in d. l.2. num.213. &
ſeqq. & ibi Ari. Pinell.par.3. cap.4. numero 8. Anton.
Gabriel. in ſuis concluſ. in titulo de empt. & vendit.
49 concluſ. 1. numero 47. † quia pretia rerum mutari ſo-
lent, vel ex tempore, l.pretia rerũ, §.nonnulla, ff.ad leg.
Falcid. Angel. Aretin.in §.ſi quis agens, Inſtit.de actio.
Hieronym. Cagnol. in d. l.2. num. 222. circa medium
50 vel † ex mala vel bona cultura, l.3. §.diui, ff.de iur.fiſc.
Cremenſ.in repet.dictæ l.2. num.222.& 230. Tollitur
inquam hæc difficultas, quoniam teſtes de valore illius
temporis deponunt, & licet dicti æſtimatores teſtifi-
centur de valore præſentis temporis, tamen faciunt
concludentem probationem, cum iuſtificatum fuerit
in qua quantitate ab anno 1563. valor bonorum, de
quibus agitur, ſit auctus; additur prædictis in cauſa ap-
pellationis fuiſſe probatum multa bona contigua eiuſ-
dem qualitatis eodem tempore non fuiſſe venditã ma-
iori pretio, ſed pro eodem vel viliori, quæ ſane proba-
51 tio multum prodeſt † licet enim ex venditionibus alia-
rum rerum regulariter nõ probetur valor alterius rei,
vt in dicta l.2. tenet Bald.col.fin. vbi etiam Salic. Alex.
in l. in lege Falcidia, §.corpora, num.2. ff.ad leg. Falcid.
& de communi teſtatur Cagnol.in dicta l.2. num.233.
verſ. Videtur etiã, nihilominus quia in caſu noſtro pro-
batur eodem tempore fuiſſe factas multas venditiones
rerum vicinarum eiuſdem qualitatis, ex hac probatio-
ne valor iuſtificatur, vt declarat Alex. in dicto §. Cor-
pora.& poſt eum Cagnol.in dicta l.2. num.233. verſ. Si
verum parum ante. Conſtat igitur clare ex dictis proba
tionibus bona non fuiſſe data in ſolutum pro minori
pretio, dictumque Franciſcum non fuiſſe in pretio de-
ceptum, quod etiam ſi eſſemus in dubio fateri oportet
52 cum † in dubio præſumatur res vendita iuſto pretio,
& quod nulla interuenerit læſio, vt poſt Bald. & Cu-
man. dixit Ari. Pinell. in d.l.2. par.3. cap.4. num.43. &
Cremenſ. in repet. eiuſdem legis num.18.143. & 213.
vbi alios allegat, & poſt Iacob. Fabian. de Mont. & a-
lios ſequitur Menoch.conſ.358.num.23. lib.4. & facit
53 regula generalis, quæ habet † læſionem in dubio non
præſumi, niſi probetur, Doct.in l.nam & poſtea, §.mi-
nor, ff.de iureiur. Gozad.conſ.44.n.8. Ceph. conſ.496.
num.40.& ſeqq. lib.4.

Vltimo dicitur eo magis prædicta procedere, quia
Dominus Franciſcus promiſit contenta in inſtrumen-
tis obſeruare, illiſque nullo modo contrauenire, & iu-
reiurando ſuam promiſſionem confirmauit, cuius iu-
ramenti virtus operatur confirmationem eorum, quæ
in dictis inſtrumentis continentur, iuxta not. in Auth.
54 Sacramenta puberum, C.ſi aduerſ. venditio. † & cum
iuramentum ſeruari poſſit ſine interitu ſalutis æter-
næ, omnino ſeruari debet, capitulo, Cum contingat, vbi
Docto. de iureiur. cap.2. & ibi omnes, de pact. in ſexto,
55 cum ſimil. Quod etiam in caſu noſtro dicendum † eſt
cum pactum legis Commiſſoriæ etiam in pignoribus,
quod lege ciuili improbatur iuramento confirmetur
iuris canonici diſpoſitione attenta, vt probari vide-
tur in c. ſignificante, de pignor. a contrario ſenſu, &
firmauit glo.2. in fin. in dicto c. cum contingat. Bart. in
l. Seius, num.4. ff.ad leg. Falcid. Fabian.de Mont.in tra
ctat.de empt.& vendit.q.7.princ.num.11. in 2. fallen.
Feder.de Senis conſ.140. Henric. Boic. Ioan. Andr. &
alij quos refert & ſequitur Neuizan. conſ.86. num.15.
vbi dicit, quòd licet multi poſteriores firmauerint con
trarium, nihilominus iſta videtur magis communis
opinio antiquorum. Eamdem opinio. tenet Bald. in l.1.
num.2. C.de pact.pignor. & Alexan. in addit. ad Bald.
in l.fin.eod.tit. Rip.reſponſ.4. num.6. in titul. ff.de do-
nat.int.vir.& vxor. Bar. Brix. Petr.de Anchar. Barbat.
Bertran.& alios, quos refert Tiraquel. de retractu con-
uent.ad fin. tit.num.122. Rube. Alexandr. conſil.134.
num.4. & nouiſſime Seraphin. de Seraphin. de priuil.
iuram.priuil.131.num.3. vbi teſtatur hanc opinionem
eſſe magis comm.& pro ea alios allegat, dicitque quod
licet ex æquitate iuris ciuilis inductum ſit pactum il-
lud non valere, nihilominus quia illa æquitas varia-
bilis eſt, nec habet cauſam permanentem, cum valeat
dictum pactum quando ex interuallo poſt ſolutionem
apponitur, & quando pro iuſto pretio res conceditur,
& in alijs caſibus iuramentum pactum illud cõfirmat.
quam opin. ſequitur etiam Ant.de But.in dicto cap. ſi-
gnificante, num.9.& 17. ſi non eſt actum quod interim
donec res retinetur in pignus creditor lucretur fru-
ctus, & ſecundum iſtam opin. Guid. Pap.in deciſ.6. nu.
2. teſtatur fuiſſe deciſum in parlamento, licet ipſe aliter
diſtinguat, & vere idem puto ſenſiſſe Innoc.in dicto c.
ſignificante, in fin. dum dicit, quòd paciſcens taliter ex
iuramento obligatur, vt vlterius petere nõ poſſit, quod
oſtendit Innocen. non ſenſiſſe iuramentum obligare iu
rantem ſolum ad obſeruantiam iuramenti, ita vt eo ad-
impleto, repetitio concedatur, vt eum intelligebant
Bar.in l.ſi quis pro eo, nu.10. ff.de fideiuſſ. & nonnulli
alij in contrarium allegati, quia Innoc. dixit non poſſe
vlterius repetere, & conſequenter intellexit iuramen-
tum efficaciter ad obſeruantiã pacti obligare, illudque
confirmare, prout Innocentium intellexit Bar. ſibi con
trarius in d.l. Seius, nu.4. ff.ad leg. Falc. Et quamuis de-
ceſſerit Dominus Franciſcus, qui iurauit, & nunc agat
56 eius hæres, non eſt aliter dicendum † quia iuramentum
quoad firmitatem contractus tranſit in hæredes. Ant.
de Butr. Abb.& Fel.in c.cũ ſit generale, de foro comp.
Doct.in c.quamuis, de pact.in 6.cum alijs allegatis per
Seraph.de Seraph.de priuil. iuram.priuil.52. nu.9. late
Ant.Gabr.in ſuis concluſ.in tit.de iureiur.concl.6. Bur
ſat.conſ.339.nu.7.lib.3. & etiam ipſi ad iuramenti ob-
57 ſeruantiam † tenentur. Ant.de Butr.in d.c.cum contin
gat, col.5. in prin.& ibi Abb.nu.8. Afflic.deciſ.381.col.
fi. Hier.Gabr.conſ.127.nu.22.lib.1.

Nec prædictis obſtant ea, quæ in contrarium addu-
cuntur, & per dictum Dominum iudicem in ſuis mo-
tiuis deducebantur, quantũ enim attinet ad pactum le
gis commiſſoriæ ex ſupra deductis apparet ſatisfactũ,
58 cũ demonſtratũ fuerit † pactũ legis commiſſoriæ in pi-
gnore tantũ improbari, & in caſu noſtro, in quo pignus
conſtitutũ non fuit, validum eſſe. Nec obſtãt. Curt.iun.
Couar.& Lup.in locis in contrariũ adductis, qui ex i-
dentitate rationis dixerunt pactum huiuſmodi eſſe nul
lum etiam ſi non eſſet factum ſuper pignore, quandu-
quidem Cur.iun.in d.l.fi.nu.2. ff.de contrah.empt. non
firmat contrariam opinionem, ſed ſolum dicit valde
dubitare de opinione Bald.in alleg.c.1. de feud.dato in
vicem legis commiſſoriæ. Et quamuis Couar. & Lup.
contraria opinionem ſequantur, nõ eſt eorum authori-

tas attendenda, cum opinio Baldi ſit magis communi-
ter recepta, vt ex numero & authoritate eorum, qui il
lam ſequuntur, apparet, nec militat eadem ratio, vt
Couar. & Lup. dicunt, ſed diuerſa, vt oſtendit Crau. cõ
ſil. 327. nu. 11. verſic. 4. lib. 3. & dixi ſupra in tertio fun
damento huius conſultationis, nec iura, quæ de pacto
legis commiſſoriç loquuntur, ad caſum, in quo pignus
non fuit conſtitutum, ſunt extendenda, late oſtendit
Crauet. d. conſil. 327. num. 8. & ſeq. multis.

Quod vero dicitur probari Dominum Franciſcum
fuiſſe deceptum in pretio ex prædictis detegitur fal-
ſum, nec inſtrumentum conſignationis factæ pro dote
anno 1553. læſionem probat. Primo, quia ex dicto in-
ſtrumento apparet fuiſſe cõſignatam domum cum ſex
petijs terrarum pro florenis 400. & Dominus Franci-
ſcus dedit dicta bona in ſolutum pro flore. 17. & octo,
reſpectiue pro quolibet ſtario, & domum pro flore-
nis 50. nec conſtat omnia dicta bona fuiſſe conſignata
pro florenis 340. mutuatis. Secundo, quia pro do-
te non fuerunt conſignata dicta bona pro floren. 400.
ſed ſecundum æſtimationem faciendam, non proba-
tur illa fuiſſe valoris dictorum florenorum 400. poſt
quam contrahentes æſtimari voluerunt, & ſic ad iu-
ſtum eius pretium declarandũ relationem habuerunt.
Tertio, conſtat in dicta terra Caſtellionis conſignari
conſueuiſſe bona pro dote cariori pretio, quam æſti-
mentur in venditionibus, ideo ex conſignatione facta
pro dote, non poteſt inferri ad probationem valoris rç
ſpectu venditionis. Quarto, reſpondetur non ſequi, bo
na fuerunt conſignata pro florenis 400. ergo tanti vale
59 bant, † nec inſtumentum venditionis valorem pro-
bat, ſecundum Alexand. in l. in lege Falcidia. §. corpo-
ra, nume. 2. ff. ad leg. Falcid. quam opinio. late compro-
bant Vincentius Hercul. in dicto §. corpora, columna
ſexta, in fine, verſic. ſed in contrarium. & colum. 7. ver
ſic. tu dicas. Bald. & Salic. in l. 2. C. de reſcinden. vend.
& ibi Hieronym. Cagnol. num. 233. verſic. Videtur e-
tiam, rationibus per eos adductis. Minus etiam ex ven
ditionibus bonorum vicinorum probatur valor bono-
60 rum, de quibus agitur, tum quia † illi duo teſtes ſunt
ſingulares, & de diuerſis venditionibus deponunt, &
ſic fidem non faciunt. cap. tam litteris, de teſtibus. vbi
gloſ. & Doctor. & cap. licet cauſam. & ibi Abb. & cete
ri, de probat. cum alijs adductis per Anton. Gabriel.
in ſuis concluſ. in titu. de teſtib. concluſ. 2. Tum etiam
quia inſtrumenta exhibita continent venditiones fa-
ctas per annos 15. aut 20. poſt dationes in ſolutum, de
quibus agitur, nec probatur bona illa eſſe eiuſdem qua
61 litatis, vt requiritur, † ad hoc enim vt ex venditioni-
bus bonorum vicinorum reſultet probatio valoris altç
rius fundi, opus eſt conſtare venditiones fuiſſe factas
eodem tempore, vel parum ante, ſeu poſtea, & de bo-
nis eiuſdem qualitatis, nec aliter releuant. Vincentius
Herculanus in dicta l. pretia rerum. quam repetit cum
dicto §. corpora, columna 7. verſic. Aut producuntur,
poſt eum & alios ita concludit Cagnol. in dicta l. ſecun
da, numero 233. verſic. ſi vero, vſque ad fin. Ex quibus
conſtat actorem non probare læſionem in pretio, ſed
contrarium per eos iuſtificatum fuiſſe. Quibus addo,
quòd ſi Dominus Franciſcus fuiſſet inops, valor bono-
rum valde diminueretur ob periculum euictionis, cum
62 illa ſine cautione fuerint conſignata, † & iuſtum pre-
tium iudicari ſoleat ex qualitatibus rei latentibus, &
iuxta conditionem venditoris & illius inopiam. Doct.
in l. 1. §. ſi hæres. vbi Rip. nume. 28. ff. ad Senat. conſul.
Trebell. Cagnol. in l. 2. nu. 233. verſ. emptionis enim,
C. de reſcind. vendit. Corn. Bertrand. Bero. & ceteri,
quos adducit & ſequitur Burſat. conſil. 9. numer. 35.
libro primo.

63 Nec obſtat, dum dicitur † iuramentum non confir-
mare hoc pactum. Primo, quia vt ſupra dixi in vltimo
fundamento, multi tenent iuramentum confirmare
pactum legis commiſſoriæ etiam in pignoribus, illud-
que ab hæredibus eſſe obſeruandum, & quando non
eſt actum, quod creditor lucretur fructus pignoris, de-
bitorem a iuramento non eſſe abſoluendum dixit Ant.
64 de Butr. in d. cap. ſignificante, num. 9. & 17. † nec reſi-
ſtit Franc. Marc. in alleg. deciſionibus, qui dixit hære-
des non obligari ex iuramento auctoris, vinculumque
iuramenti eſſe perſonale, verum quidem eſt vinculum
ſpirituale iuramenti non tranſire ad hæredes, ſed mor-
te iurantis eſſe ſopitum, illudque eſſe perſonale reſpe-
ctu periurij. Bald. in l. etiam, in fi. ff. de iureiur. Caſtad.
deciſ. 2. num. 10. de iureiur. ſed vinculum temporale ac
obligatiuum reſpectu rerum temporalium ad hæredes
tranſit, vt declarat Bald. in l. empt. nu. 1. & ſeq. C. plus
vale. quod agitur. Cuius authoritate Franc. Marc. mo-
uetur, efficaciaque obligationis inducta à iuramento li
gat etiam hæredem, & in hoc iuramentum non eſt per
ſonale, ſed in hæredes tranſit. Pau. de Caſt. in l. ſi grege,
ff. de leg. 1. Feder. de Sen. conſil. 281. Soc. ſen. conſ. 77.
col. fi. lib. 1. & poſt multos alios ita declarat Ant. Gab.
in ſuis concl. in tit. de iureiur. concl. 6. nu. 2. & 3. Secun
do reſpondetur, Doctores, qui tenent pactum non con
firmari iuramento, loqui in pacto legis commiſſoriæ
in pignoribus, quod a lege ciuili expreſſe annullatur:
Sed nos loquimur de datione in ſolutum facta de re nõ
pignorata, quæ nullo iure reperitur expreſſe prohibita:
Sed Couar. & Lup. qui dicunt illam eſſe inualidam per
extenſionem ex rationis identitate id procedere cre-
dunt. Licet igitur admitteremus opinionem illam quç
habet iuramentum non confirmare pactum legis com
miſſoriæ in pignoribus non noceret, quia tale pactum
ſecundum legem ciuilem nullum eſt, expreſſeq; repro-
65 batur, † & quando pactum ipſo iure nullum redditur,
iuramentum illud non confirmat, l. non dubium, in fi.
& ibi Bald. col. pen. in princ. C. de legi, glo. Bald. Caſtr.
& Salic. in l. fin. §. filijs, C. de bon. quæ liber. Ang. con-
ſil. 160. in 3. dub. Rim. iun. conſil. 239. num. 70. & ſeq.
lib. 3. Sed aliud dicendum eſt in pacto, de quo agitur,
quod nullo iure expreſſe prohibitum reperitur, merito
iuramentum illud confirmat, & ſtante iuramento ob-
ſeruari debet ex iam dictis.

Aliud obiectum, ꝙ contractus præſumatur vſura-
rius, cum probata fuerit conſuetudo Pauli fœnerandi
& modicitas pretij, ſubuertitur, quoniam in facto
non probatur modicitas pretij, ſed contrarium, vt di
xi ſupra, minusque iuſtificata fuit allegata conſuetudo
fęnerandi; & quod aliqui teſtes dicunt non probat
hanc conſuetudinem, nec eis videtur adhibenda fides:
66 debent † enim teſtes inducti ad probandum conſuetu-
dinem fęnerandi eſſe omni exceptione maiores, vt di-
xit Lup. in commen. 4. de vſur. ſuper cap. quamquam,
nu. 25. in fi. de vſur. quales non ſunt teſtes prædicti, qui
67 de eorum intereſſe, & commodo deponũt, † & licet
Docto. variauerint in illa quæſtione, nunquid teſtes
ſint idonei, qui aſſerunt ab aliquo ſub vſuris mutuo
pecuniam recepiſſe, vt dictum eſt ſupra in fundamen-
tis pro contraria parte, ea tamen diſtinctio recipi ſolet,
quod qñ teſtes nullum commodum poſſunt ſentire vel
ſperare, vt quia hoc profuiſſent proteſtati, eique renun
ciaſſent, ſunt legitimi teſtes, alias ſecus, vt poſt Bald. in
l. dictantibus, C. de teſt. quem ibi ſequitur Alex. Crau.
conſil. 73. nu. 29. lib. 1. Ferra. cautela 40. & alios decla-
rat. Io. Bapt. Lup. in d. 4. comment. de vſur. nume. 26.
verſ. ſed ad hoc. Sed teſtes illi nullam proteſtationem
ſeu renunciationem fecerunt, ideo fidem non faciunt,
niſi aliter ſtatuto loci cautum eſſet, prout cauetur in
hac

hac ciuitate Peruſiæ lib.3. rubr.215. col.2. §. volumus
& ſtatuimus, vbi ſtatutum diſponit pleniſſime proba-
ri quem exercuiſſe vſuras per duos teſtes etiam ſingu-
lares, quamuis deponerent illum, qui de vſura impu-
tatur, ſecum vſuras feciſſe per viam mutui, vel aliter
contrahendo vel traficando. Et quamuis præſuppo-
natur Paulum aliquando emiſſe alia bona cum pacto
de retrouendendo, ex hoc non probatur contractus il-
68 los fuiſſe vſurarios, † tria enim copulatiue requirun-
tur, vt huiuſmodi contractus fœneratitij præſumantur,
videlicet modicitas pretij, pactum de retrouendendo,
& quod emptor ſit ſolitus fœnerari, ſecundum opinio-
nem magis communiter approbatam, de qua teſtantur
Ruin. conſil. 16. num. 11. & conſil. 66. lib. 4. Cepol. de
ſimulat. contract. præſumpt. 2. num. 18. Alexan. conſil.
309. colum. fin. lib. 4. Senat. Pedemon. deciſ. 41. Socin.
iun. conſil. 50. num. 2. lib. 1. Natta conſil. 586. num. 2.
lib. 3. Dec. conſil. 167. num. 3. Burſat. conſil. 117. num.
12. libro 1. Cephal. conſil. 289. num. 36. & ſeq. lib. 2. &
conſ. 496. num. 48. lib. 4. Bero. conſil. 169. num. 18. lib.
3. latiſſime Rolan. à Val. conſ. 58. per totum, lib. 4. Me-
69 noch. conſil. 358. num. 1. & ſeqq. lib. 4. & pretij † mo-
dicitas ad illum effectum conſideratur, quando eſt ci-
tra dimidiam iuſti pretij, prout loquitur text. in capit.
ad noſtram, de empt. & vendit. & declarant Roman.
conſil. 304. in principio. Pantal. Cremen. in repet. l. 2.
num. 172. C. de reſcind. vendit. Rolan. à Val. conſil. 96.
num. 33. & ſeqq. lib. 2. conſil. 58. num. 11. & ſeqq. lib. 4.
Senat. Pedemont. in dicta deciſ. 41. num. 9. Ruin. Ce-
poll. Cephal. & alij in allegatis locis. Quæ omnia in-
teruenisse tempore dictarum emptionum cum pacto
de retrouendendo non probatur, ideo non poteſt dici
contractus illos fuiſſe illicitos & vſurarios, & ex eis
conſuetudinem fœnerandi iuſtificari. Præterea quia
70 probatum † præſupponitur Dominum Paulum fuiſſe
virum probum, bonæque opinionis & famæ, ex hac
probatione omnis contraria præſumptio vſurarum,
quæ contra eum vigeret, tollitur, & tunc pactum de re-
trouendendo & modicitas pretij ſine dubio non ſuffi-
cerent ad inducendum præſumptionem vſurarum, vt
declarant Crauet. conſ. 145. num. 24. lib. 1. Socin. ſenior
conſil. 248. col. fin. verſic. Non omitto, lib. 2. Rolan. à
Vall. d. conſ. 58. nu. 21. & latius conſ. 96. nu. 20. & ſeqq.
lib. 2. Inſuper ſi Paulus fuiſſet ſolitus fœnerari, (quod
probatum non fuit) ex hoc non iuſtificaretur cõtractus
de quibus agitur fuiſſe fœneratitios, poſtquam apparet
fuiſſe factas dationes in ſolutum pro iuſto aut cariori
pretio, & Franciſcum non fuiſſe deceptum, aliaque v-
71 ſurarum præſumptio non viget, † nec ſequitur, quis eſt
ſolitus fœnerari, ergo contractus illi, de quibus agitur,
ſunt fœneratitij, ſi aliæ præſumptiones non concur-
runt, cum vſurarij quoque poſſint facere contractus ve
ros & licitos, vnde alia requiſita exigũtur, vt poſt Paul.
de Caſtr. conſ. 66. nu. 2. lib. 2. Abb. conſ. 113. col. 2. ver.
Et per hoc poteſt tolli, lib. 2. Bald. & alios dixit Lupus
in d. comment. 4. num. 29.

Circa fructuum reſtitutionem, non oportet ali-
quid dicere: nam quando contractus fuerunt liciti,
& bona reſtitui non debent, fruſtra de reſtitutione
fructuum eſt quærendum. Ex abundanti tamen di-
co, quòd ſi contractus illi non fuiſſent de iure vali-
di, negari ſaltem non poteſt, quin Paulus probabi-
liter potuerit credere illos validos eſſe, tum quia ra-
tiones multæ, & graues doctorum authoritates vali-
dos fuiſſe nos ſuadere videmus, ita vt Paulus id proba-
72 biliter credere potuerit † & etiam iuris error cauſat bo
nam fidem, vt in propoſito dixit Crau. dicto conſ. 145.
num. 19. verſicul. Saltem negari, ſufficitque ad acquiſi-
tionem fructuum, ſecundum Barto. in l. ſed & ſi lege, §.
ſcire, ff. de pet. hæred. Paul. de Caſtr. in l. Numquam, ff.
de vſucap. Franciſ. Balb. in repet. l. Celſus, in 1. part. nu.
17. & 18. ff. eod. tit. Tum etiam quia probatum præſup
ponitur in terra Caſtilionis cõſueuiſſe communiter fie-
ri huiuſmodi contractus dationis in ſolutum rei non pi-
gnoratæ pro pecunia, ſi illa ad certum tempus non reſti
tueretur, illoſque licitos reputari: quæ ſane cõſuetudo
multum operatur, vt dicit in terminis Crau. conſ. 327.
73 nu. 10. lib. 3. † & licet pactum legis commiſſoriæ in pi-
gnoribus non ſuſtineatur etiam per conſuetudinem ſe-
cundum Bal. in l. 1. C. quæ ſit longa conſuetudo. Negu-
ſant. in tract. de pignor. par. 4. princ. nu. 5. Tiraq. de re-
tractu conuent. ad fin. tit. num. 123. Seraph. de Seraph.
de priuil. iuramenti, priuil. 131. num. 2. Lup. in 2. com-
men. de vſur. nu. 15. non nocet, quia nos non verſamur
in pacto legis commiſſoriæ in pignoribus, quod eſt re-
probatum expreſſè à lege, ſed in datione in ſolutum rei
non pignoratæ, quæ nulla lege infringitur. Præterea di
citur ex dicta conſuetudine ſaltem remoueri malam fi-
74 dem, & bonam induci † cum bona fides etiam ex qua-
uis iniuſta cauſa reſultet. Bal. in l. 1. nu. 3. C. vbi cauſ. ſtat.
l. igitur, §. poteſt, ff. de liber. cauſ. Iaſ. conſ. 153. num. 12.
lib. 2. Curt. iun. conſ. 168. nu. 30. lib. 2. Balb. in d. repet. l.
Celſus. in 1. par. nu. 13. & ſeq. vbi de communi teſtatur
Tob. Noni. conſ. 26. nu. 20. Et ſtante præſumpta bona
fide Domini Pauli, remouetur quod dicebatur malam
75 fidem authoris nocere ſucceſſoribus, † quia id verum
eſt, quando autor fuiſſet in vera mala fide conſtitutus,
ſecus ſi mala fides fuiſſet tantum præſumpta ſeu ficta,
quia illa non nocet ſucceſſoribus, quãdo ex propria per
ſona præſcribere intendunt. Soc. iun. conſil. 76. nu. 99.
lib. 1. Capic. dec. 86. nu. 7. Anton. Gabr. alios adducens
in ſuis concl. in tit. de præſcript. concl. 5. nu. 6. in 2. fall.
Didac. Couar. in regula poſſeſſor malæ fidei, in relect.
2. §. 9. nu. 6. qui idem dicunt, quando defunctus fuiſſet à
iuris errore deceptus. Sed D. Paulus ſtãtibus prædictis,
aut habuit bonam fidem, ſeu ſaltem non erat in vera
mala fide, ideo hæredibus nocere non potuit, qui ſine
dubio propter ignorantiam bonam fidem habebant, vt
dicitur in fundamentis contrariæ partis.

76 Vltimum obiectum facile ſubuertitur, quoniam † in
dubio in foro contentioſo quilibet contractus præſu-
mitur iuſtus, & licitus, non vſurarius ſeu illicitus, ſecun
dum Bal. in l. rogaſti, §. ſi tibi, circa fin. in nou. lectura, ff.
ſi cert. pet. Fed. de Sen. conſil. 303. per tot. Soc. iun. con
ſil. 83. nu. 6. lib. 1. late Tib. Decia. conſ. 2. nu. 63. & ſeqq.
lib. 1. Io. Bapt. Lup. in 2. comment. de vſur. §. 1. in prin.
& latius Roland. à Vall. conſi. 58. nu. 3. & ſeqq. libr. 4.
Crau. conſ. 48. nu. 8. conſ. 145. nu. 2. lib. 1. Natt. conſil.
635. nu. 9. lib. 4. Neuiz. conſil. 87. num. 40. Roma. Alex.
& alij, quos refert & ſequitur Burſat. conſ. 175. num. 9.
77 & 34. lib. 2. † præſumiturque contractus emptionis &
venditionis non pignoris, & hypothecæ, ne dicatur fœ-
neratitius, vt poſt Aret. conſ. 159. nu. 16. Iaſ. conſil. 92.
num. 6. lib. 1. Beretta, conſ. 114. in fin. dixit Menoc. con
78 ſil. 358. nu. 12. lib. 4. Ea vero † quæ in contrarium alle-
gantur, procedunt in foro conſcientiæ, & quo ad ſe,
nam quando agitur de ſalute animæ, ſemper in dubio
conſulitur peccatori quantumcumque occulto, vt ſe
peccatorem exiſtimet, vt declarant Doctor. in allega.
cap. Vni. de ſcrutin. præſertim Hoſtienſ. num. 12. Abb.
num. 7. Ant. de Butr. num. 12. & Burſat. in dicto conſil.
175. nume. 8. & 34. ſed ab alijs in iudicio in dubio præ-
ſumendum eſt contractum eſſe licitum & iuſtum, non
econtra, vt declarat d. glo. in d. cap. vni. & eſt de inten-
tione Hoſtienſ. Abb. & Butr. ibi, & probatur ex alijs
ſupra adductis. Et quia modo quæritur numquid à iudi
ce contractus illi iudicari debeant illiciti & vſurarij,
vel liciti, fateri oportet etiamſi res eſſet dubia, in du-
bio

bio declarari debere illos non eſſe vſurarios nec illicitos, ſed iuſtos & licitos.

Concludendo igitur cenſeo ſtantibus prædictis (ſaluo tamen ſemper iudicio melius, & rectius ſentientis) ſententiam eſſe reuocandam, & dictos contractus iu-
79 ſtos licitoſque declarari debere,† licet ſi in precio magna interueniſſet deceptio, res non tranſiret ſine difficultate, & ob præſumptionem fraudis contraria opinio ſuſtineri poſſet, prout etiam dixit Crau. in d. conſil. 327. nume. 20. in fin. lib. 3. quod eſt etiam de intentione Rubei Alexandrini in conſil. 134. dum in fi. dicit, dummodo iuſtum pretium ſuppleatur, pronunciandum eſſe contractum de iure ſubſiſtere.

Subſcriptiones præcedentis conſilij.

QVoniam in hac cauſa fuit ad me tranſmiſſum conſilium Excellentiſſimi Domini Ludouici Quinſtelli Clerici Cameræ Apoſtolicæ, qui pro eadem ſententia ſcripſit, & illi conſilio cum quibuſdam paucis tamē additionibus me ſubſcripſi, & nunc denuo requiſitus de ſubſcriptione ad hoc copioſius conſilium Excellentiſſimi Domini Ioannis Vincentij Hondedei mihi vt fratris honorandi, nō inſtabo, repetendo illa pauca per me tunc addita: ſed ad illa tantum relationem habendo affirmabo, prout affirmo me eiuſdem eſſe ſententiæ, & pro ea me, ſi iudex eſſem, iudicaturum pro validitate dicti pacti, & dationis in ſolutum Marcus Antonius Eugenius I.C. Peruſinus.

Viſis ac pro temporis breuitate diligenter conſideratis quæ ſupra non minus ſubtiliter deducta quam copioſe adducta fuerunt: in eamdem ſententiam tranſeo, & ego Ioannes Paulus Lancellottus Iureconſultus Peruſinus, & requiſitus de ſubſcriptione ſimplici, ſubſcripſi & ſubſignaui, ſalua ſemper ſaniori ſententia.

Et ita iudicatum fuit pro hæredibus dicti D. Pauli die 15. Iunij 1587. per Dominos Syndicos appellationis Caſtilionis Florentinis de Conſilio Excell. D. Bernardini Monteluui de Arctio aduocati Florentini ſapientis ad id electi, quorum ſententia confirmata fuit per Excell. D. Franciſchinum fiſcalem Piſtoiæ die 4. Aprilis 1588.

ARGVMENTVM.

Emancipatio filiæ infirmæ cum periculo mortis, & teſtamentum ſtatim factum à filia ad commodum patris emancipantis numquid valeant.

Filiafamilias an & quando teſtari poſſit ſaltem cum patris conſenſu, & an ſaltem diſpoſitio ſuſtineatur in vim donationis cauſa mortis, & quando id procedat.

Statutum Eugubinum exigens conſenſum viri ſeu conſanguineorum in teſtamento vxoris, an valeat, & in quibus caſibus locum habeat.

SVMMARIVM.

1 *Pater poteſt emancipare filios, dummodo forma à iure tradita ſeruetur.*

2 *Iure ſuo quilibet vti poteſt in eius commodum, licet alteri noceat.*

3 *Dolus & fraus excluduntur ob præſentiam iudicis.*
Item ob præſentiam conſanguineorum, num. 4.
Declaratur nu. 54.

5 *Dolus bonus inducens aliquem ad laudabilem diſpoſitionem non nocet. Declaratur nu. 55.*

6 *Teſtator etiam blandis verbis induci poteſt ad teſtādum. Declaratur nu. 55. & ſeqq.*

7 *Dolus verus vnius in contractibus non nocet alteri. Declaratur, nu. 40. 60. & ſeq.*

8 *Emancipatio filiæ infirmæ, quæ ſtatim poſt emācipationē condidit teſtamētum, & filium hæredem inſtituit, & ipſi decedenti ſine filijs ſubſtituit proprium patrem & alios excluſo viro, valet. Sed contra per totum, & nu. 48. auctoritates adducuntur, & nu. 115. 130. & 135.*

9 *Emancipatio filij poteſt fieri generaliter quo ad omnia, nō ad vnum actum tantum, puta vt quis teſtari poſſit, & nu. 120. & 129.*

10 *Emancipatio filij, qui ſtatim fecit teſtamentum, cenſetur facta ad illum actum teſtandi tantum, cum ſeqq. Maxime ſi filius erat grauiter infirmus, & alia cauſa non ſubſiſtebat, nu. 67. 113. & 127.*

11 *Actus geſtus præſumitur in executionem præcedentis tractatus.*

12 *Actus incontinenti geſti dicuntur correſpectiui, & vnus factus contemplatione alterius.*
Et habetur pro vnico actu, nu. 14.

13 *Animus in p̄cedentib. declaratur ex his, quæ poſtea fiunt.*

15 *Emancipatio poteſt fieri ſine fraude, ſed ſi fit in fraudem alterius ei nocet.*

16 *Emācipatio ſimulata infringitur, quāuis fuerit facta in iudicio.*

17 *Emancipatio fraudulenta ſeu ſimulata non liberat filium à patria poteſtate.*

18 *Emancipationem eſſe fraudulentam & ſimulatam coniecturis & præſumptionibus probatur.*

19 *Dolus ac fraus præſumptionibus & coniecturis probatur.*
Etiam ſi ſint leues, nu. 21.

20 *Simulatio coniecturis & præſumptionibus probatur.*

22 *Emancipatio præſumitur ſimulata, quando pater emancipauit filiam grauiter infirmam, quæ teſtamentum condidit. Et etiam fraudulenta quando filium inſtituit hæredem, & ipſi decedenti alium ſubſtituit, vt patrem dicti filij priuaret, nu. 23. & ſeqq. multis.*

23 *Simulatio vera dicitur, quando fit de contractu ficto ad contractum qui vere agitur.*

24 *Dos filiæfamilias vigore conſuetudinis Martini debetur eius filijs vt filijs, non vt hæredibus, & nu. 27.*
Nec mater in præiudicium filiorum de ea poteſt diſponere etiam cum conſenſu ſui patris, nu. 25.

26 *Pater ſuccedit filio excluſo auo materno.*

29 *Filiusfamilias poteſt donare cauſa mortis cum conſenſu patris, & num. 75. & 88.*
Sed expreſſus cōſenſus exigitur, nec ſufficit tacitus, neque patris præſentia, nu. 89. & 90.

30 *Notarius poteſt donationem recipere pro infante abſente.*

31 *Subſtitutio in donatione fieri poteſt ſine vllo pacto inter primum donatarium & ſubſtitutum, dummodo donator pro ſubſtitutis paciſcatur cum donatario, ſeu alio, qui pro donatario interueniat, & nu. 93. & ſeq.*

32 *Actus geſtus tempore grauiſſimæ infirmitatis fraudulentus p̄ſumitur, ſi ex eo alter lædi poſſet, & nu. 34. & ſeq.*
Etiam ſi aliàs fuiſſet permiſſus, nu. 37.

33 *Fraus præſumitur ex actu in continenti geſto in prohibitis, & nu. 128.*

34 *L. filiæ meæ, ff. ſol. matr. intellectus, cum ſeqq.*

35 *Fraus ex eo tantum detegitur quod maritus miſit repudium vxori ægræ, & ſola infirmitas fraudem oſtendit, & num. 39.*

36 *Matrimonium contractum in articulo mortis non præſumitur fraudulentū niſi aliter fraus probetur, & filios legitimos*

gitimos reddit, & de ratione ibi. Sed contra num. 45.

38 *Pater, qui dedit dotem filiæ, ſi ſtipulatus ſuit dotem ſibi reſtitui in vanum caſum, ceuſetur donaſſe dotem filiæ in alio caſu.*

41 *Emancipatio fieri non poteſt ſine conſenſu filij.*

Nec in vltimo vitæ ſpiritu ipſius filij. num. 49.

42 *Grauatus reſtituere hæreditatem ſi deceſſerit ſine filijs, ſi ingreditur Monaſterium ſubſtitutus excluditur.*

Limitatur ſi ingreſſus fuerit tempore habili, ſecus ſi in articulo mortis num. 43.

44 *Legitimatus per ſubſequens matrimonium excludit ſubſtitutum.*

Niſi ingreſſus fuerit in articulo mortis nu. 45.

46 *Legitimatio naturalis non præiudicat filijs legitimis, ſi fuit facta eo tempore, quo pater erat grauiter infirmus ob præſumptam fraudem.*

Etiam ſi eo tempore matrimonium contraheretur cum concubina. num. 47.

50 *Permiſſa multa ſunt in ſanitate, quæ in infirmitate fieri prohibentur.*

51 *Decretum Iudicis pro ſe præſumptionem habet, quando cũ cauſæ cognitione rite interponitur, aliàs ſecus.*

Et quando non probatur dolus & fraus, quæ ſi probantur, ceſſat præſumptio pro decreto. num. 52.

Et inter contrahentes non contra tertium. nu. 53.

55 *Teſtator poteſt induci blandis verbis ne relinquat turpi perſonæ.*

Secus ſi perſonæ non turpi vellet relinquere. nu. 57.

56 *Frater præteritus habet querelam contra teſtamentum fratris, qui turpem perſonam inſtituit.*

Secus ſi perſona non ſit turpis.

59 *Moriturus cito habetur pro mortuo.*

60 *Doloſus ex dolo commodum reportare non poteſt.*

61 *Dolus tertij impedit acquiſitionem, & tertium à lucro repellit, & nu. 63. & 66.*

62 *Emancipatio ſimulata ſeu fraudulenta valet contra patrẽ emancipantem non contra alios.*

64 *L. eleganter in princ. ff. de dolo intellectus, & nu. ſeq.*

65 *Dolus tertij non nocet reſpectu amiſſionis rei propriæ, licet acquiſitionem impediat.*

68 *Conſenſus generalis præſumitur præſtitus occaſione donationis incontinenti factæ.*

69 *Contractus, qui non poteſt fieri ſine conſenſu alicuius, nullus redditur, quando ſit in fauorem conſentientis ſtatim poſt præſtitum conſenſum, licet valeret, ſi ex interuallo fieret.*

70 *Dolus & fraus ſcienti & volenti non infertur.*

71 *Opinioni à pluribus approbatæ ſtandum eſt, non autem dicto ſingularis doctoris etiam magnæ autoritatis.*

72 *Emancipatio liberat filium à patria poteſtate.*

Intellige ſi eſt valida, aliàs ſecus, num. 87.

73 *Filius emancipatus poteſt facere teſtamentum.*

74 *Filius à patria poteſtate liberatus teſtari poteſt.*

75 *Subſtitutio facta in teſtamento filijſamilias ſuſtinetur in vim donationis cauſa mortis, quando id expreſſit.*

76 *Statutum Eugubinum Rubr. 34. diſponens contractum, diſtractum, teſtamentum, ſeu aliam vltimam voluntatem mulieris non valere ſine conſenſu viri, eſt inualidũ. Sed contra. num. 95. & 123.*

77 *Statutum ſi exigit conſenſum conſanguineorum in contractu mulieris, & conſanguinei requiſiti recuſant conſentire, ſuſtinetur contractus factus cum decreto iudicis.*

Intellige ſi recuſant conſentire ſine iuſta cauſa, aliàs ſecus. num. 96. 100. & 124.

78 *Filius præſumitur eſſe in poteſtate patris, niſi contrarium probetur.*

79 *Filiusfamilias non poteſt facere teſtamentum etiam cum conſenſu patris, & ſupra num. 28.*

Etiãſi exiſteret in quaſi poſſeſſione exiſtẽtis ſui iuris. n. 80.

Et quamuis filiaſamilias eſſet tradita nuptui & de dote teſtari vellet. num. 81.

Nec legata fideicommiſſa in teſtamento nec codicillos facere poteſt. num. 82.

83 *Teſtamentum factum à muliere ſine conſenſu viri requiſito à ſtatuto nullum redditur.*

84 *Legis diſpoſitio quando eſt clara non eſt vlterius dubitandum.*

85 *Nullum quod eſt, nullum parit effectum.*

86 *Inualidum & nihil æquiparatur.*

91 *Donatio cauſa mortis non poteſt fieri abſenti, ſi nemo pro eo recipiat.*

Nec valida redditur ex ſcientia & ſubſequenti acceptione donatarij. num. 92.

97 *Conſentire actui nemo cogitur, qui ſi fieret non valeret.*

Neque in eius præiudicium. num. 98.

99 *Metus ſaltem reuerentialis inducitur ſolis precib. & ſuaſionibus eius cui reuerentia debetur.*

101 *Conſenſus viri quando exigitur in contractu ſeu teſtamento vxoris, ſi vir eſt abſens, valet contractus ſeu teſtamentum etiam ſine eius conſenſu.*

102 *Statutum exigens conſenſum viri in contractu vxoris & propter abſentiam viri conſenſum conſanguineorum, procedit etiam ſi vir non eſt abſens, ſed ſine iuſta cauſa recuſat conſentire.*

103 *Pro mixioribus conſanguineis, quorum conſenſus requiritur à ſtatuto, recuſantibus conſentire ſine iuſta cauſa, alij eorum loco adhibentur vt valeat contractus.*

104 *Citatio ſi fuerit facta pro vna hora, actus alia hora factus redditur nullus.*

105 *Conſenſus quando requiruntur ad integrandã perſonam, Iudex ſupplere poteſt, ſecus ſi ratione præiudicij.*

106 *Statutum infringens contractum ſeu teſtamentum ſine conſenſu conſanguineorum aut viri, non comprehendit diſpoſitionem ad pias cauſas.*

Intellige, quando conſenſus requiritur ad integrãdam perſonam, ſecus ſi ratione præiudicij.

108 *Statutum Eugubinum exigit conſenſum viri in contractu ſeu teſtamento mulieris pro intereſſe viri, non ad integrandam perſonam.*

109 *Decretum præſumitur interpoſitum ſine cauſæ cognitione ob breuitatem temporis, & nullum redditur.*

110 *Decretum vt valeat, debet apparere fuiſſe interpoſitum cum cauſæ cognitione, & ſuper huiuſmodi cauſæ cognitione fieri debet ſeparatum inſtrumentum.*

111 *Decretum ex falſa cauſa interpoſitum nullum redditur in totum, ſiue cauſa fuerit falſa pro parte, ſiue in totum.*

112 *Diſpoſitio quando in effectu eſt ſpecialis ſeu particularis licet verba ſint generalia, tollitur exceptio doli.*

113 *Verba non poſſunt dici generalia, quando non poſſunt veriſimiliter verificari niſi in vno indiuiduo.*

114 *Statutum factum ad damnum particularis tollitur exceptione doli.*

116 *Beneficij permutatio præſumitur in fraudem facta per ſenio confectum vel infirmitate detẽtum, ex quo infra octo dies deceſſit.*

118 *Facta in continuati ipſi actui ineſſe cenſentur.*

119 *Verba poſita in vno capitulo, ad illud tantum reſtringũtur, quamuis in ſui cortice generaliter prolata videantur.*

121 *Teſtamentum filijſamilias non poteſt ſuſtineri in vim alicuius vltimæ voluntatis.*

Nec in vim donationis etiam inter viuos in commodum abſentis abſque nuncio, Epiſtola, aut ſtipulatione Notarij. num. 122.

125 *Emancipatio eſt voluntariæ iuriſdictionis.*

Et poteſt fieri omni tempore etiam feriato. numero 126.

127 *Fraus & dolus ab omni diſpoſitione exceptus intelligitur.*

Delin-

131 *Delinquit magis fraudans legem quam faciens expreſſe contra legem.*

132 *Actus factus in morte, alteri non prgiudicat, de cuius prg iudicio agitur.*

133 *Donatio facta ab infirmo, de cuius ſalute deſperatur, non prgiudicat filijs.*

134 *Grauatus reſtituere quidquid ſupererit, non poteſt in articulo mortis donare aliquid in prgiudicium fideicommiſſarij.*

CONSILIVM XXXII.

PRAESENS conſultatio duas principales continet difficultates. Primam
an emancipatio facta à Domino Ventura de Eugubio de Domina Magdalena filia, vxore Domini Vincentij de Picotis exiſtente in lecto grauiter infirma cum periculo mortis, valeat, pro ſuſtinendo teſtamento dictæ Magdalenæ in præiudicium Vincenrij viri, patris Francilci mariæ, tunc infantis. Secundum an teſtamentum à dicta Magdalena in continenti factum cum præſentia iudicis, ac ſine conſenſu viri, ſubſiſtat.

Circa primam dicendum videtur, emãcipationem
1 validam eſſe † cum de iure permiſſum ſit patri filios e-
mancipare, dummodo forma a iure tradita ſeruetur, l.
fina. C. de emancip. liber. §. præterea, Inſtit. quib. mod.
ius patr. poteſt. ſolu. & vtrobique Doctor. Et quamuis
ex emancipatione prgiudicetur Vincentio, cum Mag-
dalena reddita fuerit habilis ad teſtandum, & conſe-
quenter vt emancipata potuerit Franciſcum mariam
filium inſtituere, et ei ſubſtituere in prgiudicium patris
ab inteſtato filio ſuccedere debentis, hoc non infringit
2 emancipationem † cum poſſit quilibet iure ſuo vti ad
eius commodum, licet alteri noceat, l. 1. §. Denique, ff.
de aqu. plu. arc.

Nec ex eo quod tempore emancipationis Magda-
lena eſſet infirma cum periculo mortis, & teſtamen-
tum fuerit ſtatim factum etiam in commodum patris
emancipantis, poteſt conſiderari dolus qui actum in-
3 fringat, † cum enim omnia geſta fuerint in præſentia
iudicis ordinarij, omnis præſumptio doli excluditur, l.
fin. in princip. ff. de eo quod met. cauſ. Bartol. in l. Fra-
ter à fratre, numero 51. ff. de cond. indeb. Prout etiam
fraus & dolus excluduntur, ſtante quod emancipatio
& teſtamentum facta fuerunt publice coram honeſtis
4 viris & conſanguineis, † quorum præſentiam doli &
fraudis præſumptionem excludere dixit poſt alios Bur
5 ſat. conſilio 40. numero 66. libro primo, † qui dolus e-
tiam ſi conſiderari poſſet quia bonus fuit, & induxit
Magdalenam ad laudabilem diſpoſitionem, non no-
cet. Bald. in l. prima, numero 17. C. ſi quis aliquem. teſt.
6 prohib. † cum etiam liceat blandis verbis induecre te-
ſtatorem ad teſtandum, l. fin. C. ſi quis ali. teſt. proh. l. fi.
C. eodem titu. & hac via hæreditatem auferre venienti
bus ab inteſtato. Et præſertim hoc eſt dicendum, quo-
niam teſtamentum non concernit commodum patris
emancipanris tantum, ſed etiam matris, ſororum, &
7 aliorum ſubſtitutorum † quibus etiam dolus verus ter-
tij in contractibus non nocet, l. Eleganter, in principio,
ff. de dol. Bartol. in l. filiæ meæ, ff. ſoluto matrimon. &
8 † ita in terminis per dictas & alias multas rationes fir-
mare videtur Hieronymus Gabriel. in conſilio 16. nu-
mero 35. & ſeqq. vſque ad fin. libro primo affirmans e-
mancipationem generalem factam à patre ſubſiſtere,
licet incontinenri filia teſtamentum fecerit, in quo fi-
lio infanti patrem emancipantem ſubſtituerit, & idem
tenet Alciat. in l. Poſt contractum, numero 61. ff. de
donat. dum à Caſtrenſ. & Anchar. infra allegandis diſ-
ſentit.

Iſtis tamen non obſtantibus, contrarium ſecundum ea quæ proponuntur in præſenti facti ſpecie, reſpondendum arbitror.

Primo quia licet pater poſſit filium in ſua poteſtate
exiſtentem, emancipare, dicta l. fi. C. de emancip. liber.
9 † tamen id procedit ſi generaliter quo ad omnia eman
cipetur, ſecus ſi ad vnum tantum actum, videlicet vt te
ſtari poſſit. Bald. in l. Senium, nume. 7. C. qui teſta. face.
poſt quem ibi ſequuntur Caſtren. & Rom. idem tenent
Cuman. & alij in l. 1. §. hoc autem, ff. ad Trebell. Imol.
in l. Tam is, §. 1. ff. de donat. cauſ. mor. Ange. Aret. in §.
Præterea, nũm. 8. Inſtit. quib. mod. patr. pot. ſolu. Ale-
xand. conſ. 189. num. 6. libr. 5. Et licet ab hac opinione
diſſentiant aliqui alleg. a Tiraq. in l. ſi vnquam, in verb.
Donatione largitus, nu. 299. tamen præcedens opinio
eſt verior, & magis communiter recepta, vt habetur in
dictis locis, & eam ſequũtur Card. Philip. Franc. Guil.
de Benedict. Barbat. & alij allegati a Tiraquel. in d. lo-
co, nu. 284. quam etiam com. appellant in dicto §. Hoc
autem, Alex. num. 8. & Iaſ. num. 6. & ſeqq. & num. 21.
10 † ſed in caſu, de quo agitur, pater emancipauit filiam
ad vnum tantum actum, videlicet ad effectum teſtandi:
quod ſatis demonſtratur ex eo quod ante emancipatio
tionem pater Dominæ Magdalenæ tractauit cum fi-
lia, vt teſtamentum faceret, & ad dictum effectum cita
re fecit Dominum Vincentium virum ad conſentien-
dum teſtamento, ſecundum formam ſtaturi Eugubini,
11 † ex quo tractatu præcedente, emancipatio poſtea fa-
cta cẽſetur in executionem dicti tractatus, ad effectum
vt Magdalena redderetur habilis ad teſtandum, l. Ti-
tia, §. idem reſpondet plerumque, ff. de verborum obli-
gat. & in ſimili conſiderat Rui. iun. conſil. 234. nu. 39.
lib. 3. quod etiam oſtenditur ex teſtamento incontinen
12 ti facto poſt emancipationem, † cum actus incontinen-
ti facti dicantur correſpectiui, & vnus factus contem-
platione alterius. Bald. & Imol. in cap. officij, de elect.
late Anton. Gabriel. in ſuis concluſ. in tit. de prgſumpt.
13 concluſ. 13. num. 1. & 4. & per totam, † & ex his, quæ
poſtea fiunt declaratur, qualis fuerit animus in præce-
14 dentibus, Crau. conſ. 100. nume. 8. lib. 1. † quandoqui-
dam duo actus celebrantur incontinenti, licet ſint ſepa
rati habentur pro vnico tantum actu, & de illis ſicut de
vnico tantum actu iudicatur. Angel. conſilio 145. co-
lum. ſecunda, verſic. Item ratione, Iaſon in l. lecta, num.
4. ff. ſi cert. petat. Hieron. Gabr. conſil. 168. in 2. quæſt.
num. 11. lib. 1. Cum igitur emancipatio præceſſerit te-
ſtamentum, & facta ſit poſt dictum tractatum de teſtã-
do, cenſetur facta ad dictum effectum tantum vt Mag-
dalena teſtari poſſet, & habetur ac ſi ex dicta cauſa tan
tum, & in ipſo actu teſtandi facta fuiſſet, & conſequen-
ter non valuit.

Secundo quia pater poteſt filium emancipare abſ-
15 que fraude; † ſed ſi fraus adſit, emancipatio ei in cu-
ius fraudem fit, non præiudicat, l. 1. §. ſi is quoque, iun-
cta glo. ff. de collat. bon. Bal. in l. ſi pater tuus, num. 1. &
16 ibi Salicet. num. 2. C. qui bon. ced. poſſ. † ſicut dicitur
de ſimulatione, qua interueniente infringitur emanci-
patio, licet in iudicio fiat. Bald. in l. 2. C. plus val. quod
17 agit. † & filium a patria poteſtate emancipatio fraudo
lenta & ſimulata tamquam nulla non liberat. Pariſ. con
ſil. 53. num. 39. lib. 1. Clemen. de patr. poteſta. cap. vlti.
num. 82. Sed in caſu noſtro coniecturæ adſunt, quibus
probatur emancipationem generalem fraudolenter,
18 doloſe, ac ſimulate factam, † quod coniecturis detegi
ſatis eſt, ſecundum Bald. in l. fraus, numer. 3. ff. de legi.
& not. in dicto §. ſi is quoque, prout dicitur de proba-
19 tione doli & fraudis † quę cum directe probari nõ poſ-
ſit,

Digitized by Google

ſit,coniecturæ, & præſumptiones probationem indu-
cunt,glo.in l.apud Celſum,in princ.ff.de excep. l.quo-
ties,§.qui dolo, ff.de proba.l.dolum, C.de dolo,cap.2.
de renuncia.in ſexto.Crau.conſil.100.nu.3.li.1, Ruin.
20 conſil.46.nu.8.lib.2. † & ſicut dicitur de ſimulatione
contractus,quæ cum difficillime probetur,coniecturis
& præſumptionibus detegitur, vt not. omnes in l.poſt
contractum,ff.de donat.Grau.conſil.11.num.14.lib.2.
Pariſ.conſil.54. num.6. lib.1. cum alijs, de quibus per
Menoc.conſil.226.num.66.& ſeqq.lib.3.qui nu.121.
& ſeq.poſt Iaſ.Tiraq.& alios,ſubdit præſumptiones li
21 quidas probationes eſſe, † & etiam leues coniecturæ
dolum & fraudem probant præſertim circa ea,quæ ſe
cretæ fiunt, & conſiſtunt in animo, vt poſt Paul. de
Caſtr. conſil.109.col.2.& conſi.337.col.2.lib.2, dixit
Tiber.Decia.conſil.31.nu.4.lib.3. Idem ſtante dolo,
& fraude emancipatio nulla eſt,quantum ad præiudi-
cium eius, in cuius fraudem fuit facta.
22 Quod ſimulata fuerit apparet, † quia pater finxit e-
mancipare filiam generaliter in totum, ac ſimpliciter,
& in effectu emancipauit illam cito moriturã,ad effe-
ctum tantum vt teſtari poſſet, vt fuit dictum, & ſic ve-
23 re ſimulatio interuenit † cum illa ſit propria, & vera
ſpecies prohibitę ſimulationis de contractu ad contra-
ctum,quando fit de contractu ficto ad contractum, qui
vere agitur,de qua in l.1.& per tot.tit. C.plus val.qđ
agi. & ibi Paul. de Caſtr. alij Bero. conſil.170. num.2.
lib.1.conſil.210.nu.10.lib.3. Iaſ.conſil.170.nume.22.
lib.2,Franc.Becc.conſil.52.nu.29. fuit etiam fraudo-
lenta,quod ſatis conſtat,quia Magdalena fuit emanci-
pata a patre,dum iacebat in lecto infirma, & cito erat
moritura,prout deceſſit, & incontinenti poſt emanci
pationem teſtamentum fecit in quo Franciſcum Ma-
riam filium infantem hæredem inſtituit, & ei ſubſti-
tuit ipſius teſtatricis patrem,matrem, ſororem, & ip-
ſis non exiſtentibus, alios ipſius attinentes, ex quibus
ſatis colligitur in fraudem Franciſci Mariæ, & Vin-
centij patris hæc omnia fuiſſe geſta, vt Magdalena poſ
ſet teſtamentum facere,& ex eo onus imponere filio re
ſtituendi bona materna poſt mortẽ, & ſic vt onus im-
poneretur in dote materna,quam tantum Magdalena
24 habebat,†& quæ pure debita erat filio poſt mortẽ ma
tris vigore conſuetudinis Martini vti filio, & non vt
hæredi matris,ſecundum Bar.in l.in quartam, nu.12.
ver.Præterea,ff.ad leg.Falcid.cuius opinionem magis
communiter approbari teſtantur Rip.in d.l.in quartã,
num.191. & Fiumagiol. in repet. num.422. & ſeqq.
qui numero 424. in fi.dicit ab opinione Bartol.in iudi-
cando, & conſulendo non eſſe recedendum, & ſequi-
25 tur Capic.dec.176.num.24.† & quia de ea mater,nec
cum conſenſu patris diſponere poterat in præiudiciũ
filij,vt poſt Bertrand.conſ.86.lib.2.dixit Rip.in d.l.in
quartam,num.191. pater in fraudem illam emancipa-
uit, vt dos pleno iure acquireretur filiæ emancipatæ,
l.1.§. Videamus, C.de rei vxor.actio.Rip.in dicta l.in
quartam,num.195.Capic.conſil.176.nume.4.& de ea
diſponere poſſet in præiudicium filij, cui debita erat,
& etiam ad effectum vt Vincentius pater, mortuo fi-
26 lio,excluderetur ab eius ſucceſſione † ad quam de iure
ſolus vocabatur,excluſis auo materno, & alijs, Auth.
Defuncto,iuncta glo.in verb.gradus, & ibi Doct.com-
muniter, C.ad Tertul. Nec alia ratione poteſt cenſeri
id factum: cum enim filius de iure Communi ſuccede-
ret matri. Authen.in ſucceſſione, C.de ſuis & legitim.
27 & †dos etiam a patre profecta non obſtante, l. dos à
patre profecta, C. ſolut. matrimo. vigore conſuetudi-
nis Martini deberetur filijs, vt per glo. in dicta l.dos à
patre profecta, & not. communiter Doctor. in l.poſt
dotem,ff.ſolut.matr.Capic.dicta decif.176. num.18.
& ſeq.non fuit opus filiam emancipare, vt teſtamentũ
faceret,filium inſtitueret,quia de iure ſibi prouiſum e-
rat, ſed ſolum hoc factum fuit in præiudicium filij, &
Domini Vincentij viri, vt filius grauaretur,& per ſub-
ſtitutionem pater priuaretur illis bonis, in quibus filio
decedẽti ſucceſſiſſet, quos alio modo fraudare, aut ex-
28 cludere non poterat† nam cum eſſet filiafamilias, non
poterat facere teſtamentum etiam cum patris conſen-
ſu, l.qui in poteſtate,ff.de teſtamen. Iul.Clar.in §.teſta-
mentum,q.18.verſ.vera igitur, vbi de comm.teſtatur,
niſi à patre emanciparetur.Specu.de teſtam. §.penult.
incip.ſequitur,numer.7. Corn.conſil.259. in fin.lib.3.
Ioan.Dilect.de art.teſt.titul.1.cap.1.num.2.Neque e-
tiam poterat ſubſtitutionem facere in donatione cauſa
29 mortis, † nam etſi filiusfamilias poſſit cum conſenſu
patris donare cauſa mortis, l. Tam is, §.1.ff.de donat.
cauſ.mor.& in ea ſubſtituere,l.Vni. §.ſi autem, verſic.
Quod ſi in medio, de caduc.tollen. & late Hier.Gabr.
in dicto conſil. 16. num. 14.& ſeq. attamen quia filius
30 Magdalenæ erat infans † pro quo licet potuiſſet nota-
rius donationem recipere, l. Abſenti, ff.de donat.l. In
mortis,ff.de don.cauſ.mor.nihilominus quia non pote
rat adeſſe, aut conſentire donationi & ſubſtitutioni,
ſubſtitutio non valuiſſet,quę ſaltem pactum nudum,&
pręſentiam primi donatarij exigit,l.Vt hæredibus, vbi
Bartol.& Imol.ff.de donat.cauſ.mor.Dec.qui comm.
31 dicit in conſil.245.in fin.† Et licet ſtipulatio ſeu pactũ
quod requiritur inter primum donatarium, & ſubſti-
tutum iuxta terminos dictæ l.Vt hæredibus,hodie ſtan
te diſpoſitione l.Quoties,C.de donatio.quæ ſub mod.
non ſit neceſſaria, vt dicunt Salicet. in l.1.in fin. C. de
donat.cauſ.mort.Imol.in l.ſi cui,ff.de dona.cauſ.mor.
Soc.ſen.conſil.125.num.1.lib.3.Hieron.Gabriel.dicto
conſil.16.nume.16.& ſequen.qui diſpoſitionem dictæ
l. Quoties, etiam ad donationem cauſa mortis exten-
dunt,tamen Doctor.in dictis locis & alibi conueniunt,
quod ſit opus interuenire ſtipulationem ſiue pactum fa
uore ſubſtituti,& ſic quod donator pro ſubſtitutis paci
ſcatur ſeu ſtipuletur cum donatario ſeu alio,qui pro do
natario interueniat. Sed quia cum filio infanti non po
tuit paciſci,ſeu ſtipulari,ei ſubſtitutio in donatione cau
ſa mortis fieri non potuiſſet. Idque concedit Gabriel.
in dicto conſilio 16. numero 14. & 15. licet in caſu ſuo
ſubſtitutionem ſuſtinere conetur ex præſentia patris in
fantis,qui pro filio paciſci poteſt,quæ hic non conſide-
ratur, cum Vincentius pater contradixerit,nec adeſſe
voluerit, prout etiam nec potuiſſet per donationem
cauſa mortis diſponere, nam cum nihil aliud haberet
in bonis,quam dotem à patre profectam,in ea donec e-
rat in patris poteſtate filio præiudicare non poterat,
nec de ea modo aliquo diſponere. Vnde quia alia non
poteſt excogitari cauſa, ex qua filia emancipari debue
rit,niſi vt teſtatricis pater & alij ſubſtituerentur,& fi-
lius grauaretur, ac Vincentius maritus excluderetur,
ſine dubio præſumendum eſt, in fraudem filij & Vin-
centij id eſſe factum, vt in terminis emancipationis
conſiderant Bartol.in dicta l.1.§.ſi is quoque, numero
3.ff.de colla.bon. Ruin. conſil.211.numero 7. libro 1.
& conſil.46.numero 8.libro 2. Franc.Becci.conſil.52.
num.66. Crau.conſil.507.num.30. lib.3.Dec.conſilio
245.nume.6.& conſil.279.numero 7. præſertim quia
filia fuit emãcipata,dum erat grauiter infirma, & mor
ti proxima,ex quibus fraus & dolus patris emancipan-
tis probatur,vt dicit textus in c.2.ibi, & quia dictæ re-
nunciationis tempore & c. de renunciation. in ſexto,
& ibi Gemin.Ioan.Andr.& Franc.not. Bald. in l.filiæ
meæ,ff.ſolut.matrim.& ibi Bartol.in fin.Paul.de Caſt.
num.3.Ioan.de Imol.nume.2.& Alex.in fi. Ruin.con-
ſil.46.num.7.& 8.lib.2.& conſil.163.nume.4.& ſeqq.
lib.

lib.3.late Menoch.qui pluribus exemplis exornat con-
32 ſil.226.nu.70.& ſeqq. libr.3. † qui omnes ex grauitate
infirmitatis præſumptionem fraudis eliciunt, quando
ex illo actu tertio infertur præiudicium. Et hoc etiam
confirmatur per Bal.in conſil.332. Præmittendum,in
fin.lib.1.Oldrad.conſil.324.colum.2. verſ.Quinto re-
nunciatio.Crau.conſ.82.num.3.lib.1. Barbat.conſilio
60.num.1.lib.4.Gomeſ.ad regul. Cancellari. in reg.de
infirmi.reſignan.q.19.ver.& reaſſumunt. Prout etiam
fraus probatur ex eo quod incontinenti facta emancipa
33 tione filia teſtamentum fecit,† & fraus ex actu inconti
nenti geſto præſumitur,cap.officij, vbi gloſ.in verb.in
continenti,de electio.l.ſi ventri, §. perueniſſe,in fin.ff.
de priuil.credit.l.poſt contractum, vbi Bald. & alij de
donatio. Alexand.conſil.25.colum.fin.lib.2.Tiraquel.
de retractu lignag.§.1.glo.7.num.76. & ſequen.Ceph.
conſil.718.num.17.lib.5.Rim.iun.conſil.234. numer.
41.& num.238.lib.3.conſi.426.num.23.lib.4.Anton.
Gabr.de præſumpt.concluſ.13.nume.7.& ſeqq.maxi-
me in fauorem tertij.Cepha.conſil.718.num.18.lib.5.
Et quamuis Alciat.in l.poſt contractum, numer.59.&
ſeqq.ff.de donat.dicat fraudem præſumi in prohibitis,
ſecus in his, quæ ſunt meræ facultatis,non nocet, quia
actus emancipandi in caſu iſto erat prohibitus,vt infra
dicetur,& filia familias ſimiliter nec eum conſenſu pa-
tris teſtari poterat,vt oſtendam in 2. principali dubio.
34 † Et licet Burſat.conſil.40.num.73.libr.1.conſil.165.
num.23.& ſequen.lib.2.Menoch.conſ.350.nume.32.
& ſequent.lib.4.Pariſ.conſi.13.num.68.& ſeqq. lib.1.
dixerint in caſu l.filiæ meæ, præſumptionem fraudis
non reſultare ex ſola infirmitate,ſed aliunde elici,corũ
opinio recipienda non eſt,quoniam in dicta l.filiæ meę
35 † fraus ex eo ſolo detegitur, quod maritus miſit repu-
dium vxori ęgræ, & ſola vxoris infirmitas fraudem o-
ſtendit,vt ibi dicunt Bar.in fin. Pau.de Caſtr.nume.3.
Imol.num.1.verſ.Sed attende.Alex.in fin.& ceteri ſe-
quuntur.Ruin.conſi.46.nume.7. verſic. & propterea,
lib.2.conſi.163.num.4.verſ.Et probabitur,li.3.Franc.
Bece.conſ.52.num.66.& id probat clare text.in ca.fin.
de renunc.in 6.ibi, Vt quia dictæ renunciationis tempo
36 re.† Et quamuis ipſi exemplificẽt in matrimonio con-
tracto in articulo mortis, quod non præſumatur frau-
dulentum,niſi fraus aliter probetur,ſed filios legitimos
reddere prout etiam dixit Anton.Gabriel.in tit. de le-
gitim.concluſ.1.in 4.limit.verſic. Declara, hoc exem-
plum non eſt tutum,vt dicetur infra. Præterea diuerſa
ratio in caſu illo poteſt conſiderari,quoniam a lijs ratio
nibus potuit moueri ad contrahendum matrimonium,
& non directo ob fraudem, vel quia id ſibi expediebat
pro ſalute animæ,vt dicit Sfort.Odd.de compend.ſub-
ſtitut.par.6.artic.vltim.prope fin. verſic.limita ſecun-
do,fol.211.quod non eſt in caſu dictæ l.filiæ meæ,cum
actus repudij geſtus fuerit a viro,qui non erat infirmus,
vt ſentit Pariſ.dicto conſilio 13. numero 69. Item po-
tuit moueri ſperans ſanitatem recuperare,& ex ea cum
qua contraxit,filios ſuſcipere, vel quia multa bona ha-
beret fideicommiſſo non ſubiecta, vt aduertit Hiero-
nym. Gabriel. conſilio 24. numero 3. libro 1. quæ om-
nia ceſſant in caſu dictæ l. filiæ meæ, in quo repudium
fuit miſſum vxori a Viro occaſione dotis acquirendæ,
vel relinquendæ filijs,cuius dotis cauſa fraus in præiu-
dicium patris excogitata præſumitur,vt ſentit ipſe Ga
briel. dicto conſilio 24. numero 4. Non eſt igitur mi-
rum ſi in illo articulo,numquid matrimonium contra-
ctum in articulo mortis præſumatur fraudulentum,
Doctor.dubitant, cum eo caſu alia cauſa, & non illa
ſola fraudis excogitari potuerit. Sed in caſu l.filiæ meę,
cum alia cauſa conſiderari non poſſit, niſi illa acquiſi-
tionis dotis, ex eo ſolo quod miſſum fuit repudium fi-
liæ ægræ,fraus probatur abſque alia probatione,vt ibi
37 Doct.communiter admittunt.† Nec verum eſt, quod
dixit Burſat.in dicto conſil.40.numero 73.grauem in-
firmitatem non inducere fraudis præſumptionem, ni-
ſi quando actus,qui fieret,nec in vita,nec in morte fuiſ-
ſet permiſſus,quia hoc eſt contra textum in capit.2.de
renunciat.in 6.vbi licet actus eſſet permiſſus, præſume
batur tamen fraudulentus ob grauem infirmitatem, &
videmus in multis caſibus,quod actus,qui alias permit
titur, prohibetur in graui infirmitate ob fraudis præ-
ſumptionem, de quibus late per Menoch. conſilio
226.numero 16. 18. 21. 24. 26. & ſequentib. 35. ver-
ſicul.admittit erg[illegible], & latius numero 70.& ſeqq. libro
3. Præterea ſi hæc declaratio Burſat. vera eſſet, non
noceret, quia cum mater non potuiſſet nec in vita,nec
in morte diſponere de ſua dote à patre profecta, & fi-
lijs reſeruata per conſuetudinem Martini etiam ſi pa-
ter conſenſiſſet vt dixi, emancipatio filiæ facta dum e-
rat grauiter infirma, ad hoc vt de dote diſponere poſ-
ſet fraudulenta præſumitur, cum dotis diſpoſitio, vt
dixi, & in vita, & in morte, ſi non fuiſſet emancipata,
prohiberetur.

Tertio hęc pars probari videtur per textum,in dicta
l.filiæ meæ,ff.ſoluto matrimon.iunctis ibi not.per gloſ.
Bartol.Bald.Angel.Paul.de Caſtr.& Imol.vbi dicitur
38 † quod quando pater, qui dedit dotem filiæ emancipa
tæ,ſtipulatus eſt illã ſibi reddi ſoluto matrimonio mor
te filiæ,quo caſu videbatur ſtipulando in vnum caſum
donaſſe dotem filiæ, ſi matrimonium ſolueretur diuor
tio, iuxta l. Si cum dotem, in princip. ſoluto matrim.
39 † Si dum filia grauiter ægrotabat, maritus ei repudiũ
mitteret, cenſeatur id factum in fraudem, vt potius
dos remaneret apud hæredes mulieris, quam ad pa-
trem rediret, & propterea patri non nocere repudiũ,
nec mulieris hæredibus prodeſſe, quod etiam proba-
tur per l.ſi filia, ff.de diuort.quando filia in fraudem pa
tris diuertit, vt maritus lucraretur dotem, quia hac
fraude non obſtante, patri datur actio pro dote,ac ſi fi-
lia in matrimonio deceſſiſſet,ad quod facit etiam l. Du
bium, C.de repud. Qui textus à fortiori noſtram pro-
bat opinionem,nam ſi per tertiũ fieri non poteſt, quod
acquiſitio, quæ ex euentu proximo debetur & ſpera-
tur deueniri in patrem,in alium & ſic in hæredẽ filiæ,
vel in virum deriuetur,vt habetur in dictis iuribus,mul
to minus id erit permiſſum, ſi lucrum acquireretur per
ſonæ,quę id in fraudem procuraret,prout contingeret
in caſu noſtro, cum ratione proprij commodi fortius
fraus & dolus conſiderentur. Et quoniam in caſu no-
ſtro de fraude, quæ in parte emancipate filiam ægrotã
præſumitur,participauit ipſa filia,quæ ad hunc effectũ
petijt & conſenſit ſe emancipari,ſecundum Bartol. in
dicta l.1.§.ſi is quoque,numero 2. in fin. & nota. Ruin.
40 conſilio 46.numero 8.in fin.libro 2. † ceſſat quod poſt
Bartol. in dicta l. filiæ meæ, dixit Hieronym. Gabr. in
dicto conſil.16.num.41.non probari nullitatem eman
cipationis in dictis iuribus, ſed dari actionem ad inter-
eſſe contra committentem fraudem, nam etſi hæc
conſideratio admitteretur in repudio, quod etiam ab-
ſenti tranſmittitur l. 2. ff. de repu. etiam ſine cauſa &
altero non conſentiente per l.conſenſu, per tot.præſer
tim in §.hæc niſi, C.de repud.tamen recte adaptari nõ
poteſt ad terminos emancipationis fraudulenter factæ
41 à patre † quia emãcipatio non fit niſi filius conſentiat,
l.penultim.& ibi Salicet.C.de emancipa.liber.Aretin.
in §.Præterea,numero 5. Inſtitut.quibus mod.ius patr.
pot.ſolut. & filia conſentiens, particeps fraudis efficia-
tur, quo caſu omnes concedunt etiam repudium &
conſequenter emancipationem annullari,nec ex ea ius
tertio quæri, ita Bart. in dicta l.filię meę,& ibi Angel.
in princ.

in princ. & Paul.de Caſt. nume.3. prope fin. Bartol. in
dicto §.ſi is quoque.numer.2. in fin. Ruin. dicto conſil.
46.num.8. in fin. & concedit ipſe Gabriel.in dicto con
ſil.16.num.41.
42 Quarto hæc opinio comprobatur, † quia videmus
in ſimili, quod ſi grauatus fideicommiſſo ingreditur
Monaſterium, facit deficere conditionem illam, ſi de-
ceſſerit ſine filijs,& ſubſtitutum excludit. §. ſed & hoc
præſenti, Auth.de Sanctiſs. Epiſc. Docto.communiter
in Auth.niſi rogatus.C.ad Treb.cum alijs diffuſe con-
geſtis per Sfort.Odd.in tracta.compend.ſubſtitut. par.
6.art.6.& vlt. de legiti. verſicu. Tertio denique an Mo
43 naſterium, † & tamen intelligitur, ſi ingreditur tem-
pore habili, ſecus ſi fuerit ingreſſus, dum erat grauiter
infirmus in articulo mortis, tunc enim præſumitur in-
greſſum eſſe in fraudem ſubſtituti, & illum non exclu-
dit. Ioann. Andr. in cap. In præſentia. de probat. & ibi
Bald.nume.31.& Dec.nume.208. Ruin. conſil.46.nu-
me.7.lib.2.conſil.163.nume.5.in fin.& 6. lib.3.conſil.
211.nume.8.lib.1.Alciat.conſil.616.num.4.Menoch.
44 conſil.108.numer.22.lib.2. † & eadem ratione vide-
mus, quod etſi legitimati per ſubſequens matrimo-
nium excludant ſubſtitutum, Bald. Alexand. & cete-
ri in l. ſi quis poſthumos. in princip.ff. de liber.& poſt-
45 hum. † non tamen illum excludunt, quando contra-
ctum eſſet matrimonium in articulo mortis ob præſum
ptam fraudem, quæ reſultat ex matrimonio contra-
cto eo tempore, quo de vita deſperabatur. Bald. in di-
cta l.ſi quis poſthumos. Ruin.conſil.163. numer. 7.lib.
3. Alciat.dicto conſi.616.num.4. Tiraq.in l.ſi vnquam,
in verb.ſuſceperit.nume.74.C.de reuoc.dona. Cephal.
conſil.239.numer.9.& ſeq.lib.2. Menoch. conſil.108.
numer.21. lib.2. Et licet Burſat. conſil.40.numer.70.
lib.1. afferat opinionem contrariam eſſe communem,
nihilominus opinio illa quod legitimatio non præiudi-
cet ſubſtituto, videtur magis cõmunis, vt teſtatur Me-
noch.dicto conſi.226.num.85.& ſeqq. vbi etiam num.
88.poſt Ruin.conſil.211.nu.7.libr.1. dicit contrariam
opinionẽ procedere poſſe in legitimatione facta a Prin
cipe per reſcriptum, ſecus ſi per matrimonium, rationi-
bus per Rui.adductis, & ſi hæc opinio, quod legitima-
tio per matrimonium contractum in articulo mortis
præſumatur fraudulenta, & ſubſtituto non noceat, reci
pitur, à fortiori probat intentionem noſtram, cum in
caſu illo poſſit conſiderari alia ratio quam fraudis, vt di
46 xi. † Hinc etiam ſecundum aliquos dicimus non valere
legitimationem naturalis in præiudicium filiorum legi
timorum, quando fit a patre exiſtente in lecto grauiter
ægroto, cum etiam illa præſumatur facta in fraudem
legitimorum ob grauem infirmitatem, & quia de vita
deſperabatur, vt late oſtendit Celſ. Vgo, in conſ.73.nu.
32. quem ſequitur Menoch. d.conſil.108. nu.15. lib.2.
& poſt Ang.in l.Nuper.C.de nat.liber. Crot. in conſi-
47 lio 92.nume.13.lib.1. † qui amplìat id locum habere,
licet matrimonium cum concubina contraheretur. E-
rit igitur idem dicendũ in occurrenti caſu, quod quam
uis pater poſſit filiam emancipare tempore habili, ſe-
cus ſit, ſi emancipetur illa, quæ cito moritura erat, ob
præſumptam fraudem ex iam dictis.
Poſtremo vt huius ſim ſententiæ, multum mouent
48 me † auctoritates eorum, qui hanc opinionem tenent;
Illam enim firmant Petr. de Anchar. in conſil. 431. a-
lias 430. incip. fuiſſet expediens, qui in proprijs termi-
nis concludit non valere emancipationem factam de
filia grauiter infirma, quæ filium infantem in teſta-
mento inſtituit, & patrem emancipantem ſubſtituit,
Eamdem opinionem, ſequendo Anchar, firmant Ana-
ni.conſil.23.Crot.conſil.92.numer.14.lib.1. Celſ. V-
go, conſil.73.nume.32. Corne.conſil.29.num.20.lib.3.
qui dicit conſilio Anchar. ſubſcripſiſſe Franc. de Ram-
po, & Flori. de Bonon. Paul. de Caſt. conſil.339.lib.2.
& poſt eum Menoch.conſil.226.num. 19.lib.3. conſil.
108.nume.19.lib.2.& conſil.334.nume.49.lib.4. Cra-
uett.conſil.336.nume.3.lib.3.& conſi.597.nu.31. lib.
3. in ſimili caſu Gome. in d. regul. de infirm. reſignan.
q.19. Et eius opin. comprobat Dec. in conſil.245.num.
5.& 6. & in conſil.279. nume.7. quam ſequitur etiam
Maſcard. de probatio. volum.2. concluſ.599. nu.3.
Et prædictis non obſtant contraria, quamuis enim
pater poſſit filium emancipare, verum eſt ceſſante
fraude, quæ ſi non abſit infringitur emancipatio, ſal-
tem quatenus tertij præiudicium concernit. Præterea
49 † non licet patri filium in vltimo vitæ ſpiritu emanci-
pare. Iaſ. in l. filijs matrem. num.3. verſ. Iſtam difficul-
tatem. C.de inoffic.teſta. & comprobatur per Menoc
conſil.226.nume.15.& ſeqq. multis lib.3. qui plurimis
50 exemplis oſtendit, † multa, quæ fieri libere poſſunt ab
exiſtente in ſanitate, prohiberi infirmo graui infirmi-
tate ob fraudis præſumptionem. Non poteſt igitur di-
ci ceſſare fraudem ex eo quod pater emancipando fue-
rit vſus iure ſuo, quia in caſu, de quo agitur, id erat ſibi
prohibitum attentis tempore, ſtatu filiæ, ac cauſa emã-
cipationis.
Nec fieri poteſt vis in decreto & auctoritate Iudi-
51 cis ad excluſionem doli & fraudis, † tunc enim decre-
tum operatur effectum, quando cum cauſæ cognitio-
ne rite & ſollemniter interponitur, & non aliter, vt la
te probat Rimi.iun.in conſil.5.nume.180.& ſeq.lib.1.
& poſt eum Simoncel. de decret.lib.3. titul.7. inſpect.
3.nume.46. quæ hic ceſſant, cum eodem inſtanti Mag-
dalena petierit ſe emancipari, pater illam emancipa-
uerit, & iudex decretum interpoſuerit abſque alia cau
ſæ cognitione, quo caſu pro decreto nulla reſultat præ-
ſumptio, & illud nihil operatur. Pariſ.conſil.98. nume.
18.lib.1. Alex.conſil.218.nume.10.lib.2. Alciat.de præ
ſumpt.reg.3. præſumpt. 10.numer.8. Celſ. Vgo, conſil.
22.numer.21. ample poſt Anchar. Socin. Dec. & alios
Hierony. Gabriel.conſi.22.nume.31.lib. 1. qui de com
mun. teſtatur, & late poſt alios multos idem oſtendit
Franc. Becci. conſil.52.nu.113.& ſeqq. Præterea quia
ſatis ex facto conſtat de fraude & dolo patris, ceſſat
omnis præſumptio, quæ pro decreto legitime inter-
52 poſito alias reſultaret, † cum hæc præſumptio contra-
ria præſumptione tollatur. Corn. conſil.56. libr.3. Ce-
phal.conſil.344.nume.31.lib.3. late Rimin. iun. dicto
conſil.5.num.182.& ſeqq. qui num.179. & ſeqq. mul-
ta alia deducit, ex quibus ſatis probatur nullam in pro-
poſito dicti decreti eſſe habendam rationem, prout
nec in decreto poteſt fieri fundamentum contra Vin-
53 centium, † quia præſumptio ex eo reſultans habet lo-
cum inter contrahentes non contra tertium. Ruin.con
ſil.69.numer.7.libr.1. Franci. Becci.conſil.52. numero
115. Bouer.ſing.16.in ver. Decretum. nume.41. qui e-
tiam alijs modis oſtendit de decreto non eſſe haben-
dam rationem.
Neque habenda eſt ratio ad excluſionem doli, &
54 fraudis præſentiæ conſanguineorum † quando quidem
dubitatur numquid aliquis ex contrahentibus ſit do-
lo, vel fraude ad contrahendum inductus præſentia
conſanguineorum, licet non inducat probationem
excluſiuam doli, & fraudis, vt per Natt.conſil.162.nu-
me.22.& conſil.166.num.15.lib.1. inducit ſaltem ali-
quam præſumptionem excluſiuam fraudis & doli re-
ſpectu contrahentium, cum præſentia conſanguineo-
rum præſumere faciat quod contrahens non ſit dece-
ptus nec dolo inductus. Et ita loquuntur Bald. in l.
Tranſactionem. C. de tranſaction. Pariſ. conſil.26. nu-
me.68.lib.3. Neuizan. conſil.84.num.6. & alij à Burſ.
alleg.

alleg. Nemo tamen dicit, quod præſentia cõſanguineo
rum contrahentium inducat præſumptionem excluſi-
uam fraudis contra tertium abſentem, cuius conſangui
nei non interuenerunt, prout Burſ. inferre videtur, cu-
ius opinio nullo modo in hoc recipienda videtur. Vnde
quia Dominus Vincentius non fuit præſens, nec eius
conſanguinei interuenerunt, non puto præſentiam con
ſanguineorum Venturæ, ac Dominæ Magdalenæ præ
ſumptionem aliquam inducere, quod fraus contra Vin
centium abſentem non interuenerit. Præterea, quia ſa
tis de fraude conſtat, tollitur omnis dubitatio, vt ſupra
dixi de decreto iudicis.

Minus reſiſtit quod de dolo in bonam partem dice-
batur, quoniam negatur iſtum fuiſſe dolum bonum, im
mo fuit dolus malus, tendens in fraudem ac præiudiciũ
filij Magdalenæ, cui, vt dixi, dos matris pure & abſque
aliquo onere erat debita, & ex teſtamẽto grauatus fuit
onere fideicommiſſi. Item in præiudicium ſuccedere
debentium ab inteſtato ſilij Magdalenæ, à quibus ini-
quum fuit hoc ius auferre ex fraudulenta emancipatio-
ne, vt conſiderat Anchar. in dicto conſil. 431. ver. Cum
55 ergo. † Illud vero quod de dolo bono dicit Bald. in
alleg. l. 1. numero 17. C. ſi quis ali. teſt. prohib. procedit,
quando quis procurat, quod frater hæreditatem non re
linquat turpi perſonæ, ille quidem dolus ſecũdum Bal.
non eſt reprehenſibilis, ſed laudabilis, nec repugnat iu-
ris diſpoſitioni, cum infamibus, & turpibus perſonis iu
56 ra non ita faueant ſicut alijs. Videmus enim † quod cõ
tra teſtamentum fratris inſtituentis turpem perſonam
fratri præterito per querelam ſubuenitur, ſed ſi alia per
ſona non turpis ſit inſtituta, fratri & alijs tranſuerſali-
bus non ſuccuritur, l. fratres, & l. fratris, C. de inoffic. te
ſtam. & ibi omnes. Pariſ. conſil. 64. num. 10. & ſequen.
lib. 3. Differunt igitur adducta per Bald. à terminis quę
ſtionis propoſitæ, quia Ventura pater mediante ſua e-
mancipatione quæſiuit imponi onus doti debitæ filio
Magdalenæ, & Vincentium patrem ad quem luctuoſa
filij hæreditas de iure ſpectabat, priuari, ipſumque Ven
turam ſubſtitui, quod fieri non permittitur etiam ad
proprium commodum cum præiudicio tertij, vt volũt
Ancha. Dec. & alij, quos ſupra pro noſtra opinione al-
57 legaui, † & ita Bald. in alijs perſonis non turpibus ſen-
tit in alleg. l. 1. numer. 17. & not. Angel. in l. Non enim,
numero 3. ff. de inoffic. teſtam. Ioan. de Imo. in capit. 2.
numero 4. & ſeqq. de pecul. cleri. Andr. Barbat. in ad-
dit. ad Bald. in l. Quidquid in lit. B. C. arbit. tutel. Nec
58 repugnat l. fin. ff. ſi quis ali. teſta. prohi. † Nam ibi diſpo
nitur blandis verbis licere teſtatori perſuadere ne te-
ſtamentum in eius fauorem factum reuocet, quod tẽdit
tantum ad fauorem ſuadentis, ne quod ſibi relictum e-
rat, auſeratur, nec principaliter de tertij præiudicio
agebatur. Et eodem modo reſpondetur, l. fin. C. eo. quę
locum tantum habet, quando non inducitur teſtator
ad teſtandum cum præiudicio tertij, quod eſſet quan-
do quis ſciret teſtatorem velle facere teſtamentũ, igno
raret tamen quibus relinquere vellet, quia tunc liceret
ſolis blanditijs teſtatorem inducere in eius fauorem,
ſed quando agitur de alterius præiudicio, & de priuan
do etiam venientes ab inteſtato, quibus teſtator reli-
cturus erat (prout acciderat in caſu noſtro, in quo pa-
ter ſciebat filiam cito morituram, non poſſe abſque e-
mancipatione facere teſtamentum, ſeu alias filium do-
te a patre profecta priuare, & ei iuxta diſpoſitionem
iuris dotem & hæreditatem fuiſſe relicturam) ceſſant
dicta iura, & ratione doli procurans ſibi relinqui ex-
cluditur, vt habetur in locis proxime citatis, & not. An
gel. in dicta l. fin. C. eod. tit. & ſentit Bart. in dicta l. fin.
col. 1. ff. eod. & Iaſ. in l. 1. numero 5. C. eod. tit. quæ re-
ſponſio magis recipienda eſt in caſu noſtro, cum poſſet
dici fuiſſe quodammodo quæſitum ius filio Magda-
lenæ & patri tempore factæ emancipationis & teſta-
59 mẽti, † cum cito ipſa moritura eſſet, & haberetur pro
mortua, ſecundum Ancharan. in d. conſil. 431. verſic.
Item de bonis, & verſic. Item habetur, qui in iſtis ter-
minis loquitur, & not. Cel. Hugo, in dicto conſilio 73.
numero 32.

Nec nocet quod dicitur dolum patris non nocere a-
lijs ſubſtitutis, ſed læſo dari contra doloſum actionem
ad intereſſe, quoniam quatenus emancipatio cõcernit
commodum patris ob teſtamentum in eius fauorem
60 ſubſequutum, ceſſat hæc dubitatio, † & clarum eſt ex
ſuo dolo commodum reportare non poſſe, in cap. Intel
leximus, de iud. l. Non fraudetur, §. Nemo, de reg. iur.
in propoſito Anan. conſil. 23. num. 2. prout etiam ceſſa
re debet, quatenus concernit vtilitatem vxoris & filiæ
patris emancipantis, ſtante quod filia, quæ conſentit e-
mãcipationi ad effectum teſtandi, participauit de frau
de, ob quam vt dixi ſupra in ſecundo fundamento om-
nes excluduntur. Vlterius pro reſponſione conſidero e-
mancipationem doloſam non ſubſiſtere etiam in fauo-
61 rem tertij, † quia dolus tertij impedit acquiſitionem,
cum non debeat quis ex dolo alterius lucrari, l. fina. in
fin. princ. ff. de eo, per quem fact. erit. & not. in propoſi
to Paul. de Caſtr. in dicta l. filiæ meæ, nume. 4. per text.
cum ibi traditis per Doct. in l. 1. ff. ſi quis ali. teſta. pro-
hi. Quod vero dicit Barto. in dicta l. filiæ meæ, hæredi-
bus mulieris dari actionem contra virum, non contra
hæredes mulieris, locum habet ex eo, quia non poteſt
vir, qui in dolo fuit illos repellere, turpitudinem ſuam
allegando, & ſic in propoſito ſi vigore emancipationis
ageretur contra patrem emancipantem, ille ſibi noce-
ret, nec ipſe poſſet nullitatẽ & ſic turpitudinem ſuam
62 allegare, † valet enim contra ipſum, licet non valeat in
præiudicium alterius, l. poſt mortem, vbi Angel. nume
ro 2. ff. de adopt. Alexand. in dicta l. filię meæ, & ibi Ca
ſtrenſ. num. 3. addit. ad Bartol. in dicta l. filię meæ, in lit
63 tera A. † Sed quando ex dolo vnius contra alium agi-
tur, hæc non procedunt, & etiam tertius a lucro ex do-
lo tertij repellitur, vt bene declarat Paul. de Caſtr. in d.
l. filiæ meæ, & quod tertius, qui non commiſit dolum
poſſit repellere eum, qui ex dolo tertij vult acquirere
exceptione, vel contra eum agere, nec ſit opus petere
intereſſe a doloſo, probatur ad declarationem dictæ l.
filiæ meæ, per textum in l. ſi filia, ff. de diuor. vbi dici-
tur patri ad exactionem dotis dandam actionem con-
tra virum, cui filia ex doloſo diuortio tranſmiſſo ac-
quirere quæſiuit, & idem probatur in l. dubium, C. de
repud. Ex quibus ſatis probatur dolum tertij ad acqui
ſitionem non prodeſſe, ſi dos repeti poteſt, & hoc ſen
tit etiam text. in dicta l. filiæ meæ, vbi dicitur vtile iu-
dicium patri ad dotem recuperandam dari, quod non
poteſt intelligi niſi contra virum, qui dotem habuit,
& reſtituere tenetur, vel contra eos, ad quos peruene-
rit, & ita textum in dicta l. filiæ meæ, intelligunt Ruin.
conſilio 46. numero 7. libro 2. Menoc. conſilio 108. nu-
mero 16. libro 2. & Anchar. ac alij ſupra pro noſtra opi
nione adducti, qui dicunt ex eo probari dolum viri non
64 nocere patri, nec hæredibus filiæ prodeſſe. † Nec repu
gnat l. eleganter, in princ. ff. de dolo, per quam diceba-
tur in contractibus dolum tertij non nocere, quia ſu-
pra fuit reſponſum, & additur illam procedere circa
65 amiſſionem rei ſuæ † cuius amiſſionis reſpectu dolus
tertij non nocet, licet acquiſitionem impediat, vt de-
clarat Paul. de Caſtr. in dicta l. filiæ meæ, numer. 4. Vel
(& melius) reſpondetur, quod in caſu l. Eleganter, do-
lus tertij non fuit cauſa proxima acquiſitionis, ſed con
tractus meus, vt colligitur ex textu, & declarat Bartol.
poſt Cin. in rubric. ff. ſi quis ali. teſt. prohib. & in l. fina.
num. 7.

num.7.ff.eodem titulo. Sed dolus patris, de quo parti-
cipauit filia, per quem emancipatio, & teſtamentum
eſt factum, fuit cauſa acquiſitionis in perſonas ſubſtitu
torum abſque aliquo eorum facto, ideo illis nocere de-
66 bet etiam in contractibus, † quia quoties dolo tertij
aliquid mihi quæritur immediate abſque facto meo,
hoc mihi prodeſſe non debet. Bald. in l.1.§.ſi dominus,
ff.ſi quis ali.teſta.prohi. Bar. in d.l.fin.nu.7.& in d.rub.
ff.eodem tit. & declarat etiam Aloyſ.de Albertin. ſin
gul.diuerſ.tom.2.in ſingul.36.

Et non obſtat, quod dicebat Gabriel. in dicto con-
ſil.16. emancipationem eſſe generalem, & valere, cum
non ſit facta ad effectum tantum teſtandi; quoniam
in hoc ſimulata fuit: finxit enim pater facere emanci-
pationem generalem: ſed in rei veritate filiam eman-
67 cipauit ad effectum teſtandi, † quod oſtenditur ex eo,
quod cum nulla alia cauſa poſſit conſiderari ex qua e-
mancipari debuerit, dum erat ita grauiter infirma,
niſi vt redderetur habilis ad teſtandum; ex illa tan-
tum cauſa emancipata præſumitur. Bartol. in l.prima,
§.is quoque, in fine, ff.de collat. bon. Ruin. conſil.46.
nume.8.lib.2. Crauet.conſil.507.num.30.lib.3.& alij
quos ſupra in ſecundo fundamenro adduxi: Ac etiam
quia emancipatio, & teſtamentum fuerunt facta eo-
dem inſtanti, cenſentur correſpectiua, & emancipa-
tio facta præſumitur ad effectum teſtandi, & ex dicto
teſtamento incontinenti condito, declaratur quæ fue
rit patris emancipantis voluntas, Socin.ſen. conſilio
273.num.4.lib.2. & poſt Bartol. & alios Dec. in con-
ſil.245.num.5. & 6. & conſil.279.num.7.qui etiam in
68 caſu ſuo oſtendit † conſenſum generalem cenſeri præ-
ſtitum ratione donationis incontinenti factæ, & ha-
beri ac ſi ſpecialiter occaſione dictæ donationis facien
dæ conſenſiſſet, & propterea non ſubſiſtere, quod
etiam comprobatur ex alio, quoniam die præceden-
ti Ventura petijt, & obtinuit citari Vincentium gene-
rum ad præſtandum conſenſum teſtamento faciendo
per filiam, quod manifeſte oſtendit emancipationem
poſtea, ſed ante teſtamentum factam ad illum tantum
69 finem feciſſe, † & quod generalis conſenſus in actu re-
quiſitus ſit nullus, quando incontinenti aliquid fit in
fauorem conſentientis, licet ſi ex interuallo fieret aliud
dici poſſet, tenet Hieron. Gabr. in conſil.2. nu.23.24.
& 25.lib.1.qui ſequitur opinionem Decij in dictis con
ſil.245. & 279. & pro eo allegat etiam Tiraq.de leg.
connub. gloſ.8.num.123.in fine, & hoc non negat Ga-
briel.in d.conſil.16.num.39.immo admittit, ſed dicit
ex hoc non annullari actum, niſi ſi factus foret expreſ-
ſe ex cauſa ſubſequuta annullaretur, quod pro nobis
facit, quia ſi ex dicta cauſa tantum emancipatio expreſ
ſe facta fuiſſet, ſubſiſtere non potuiſſet, vt ſupra in pri-
mo fundamento dixi. Merito nulla redditur emancipa
tio, quæ ex vicinitate actus & ex alijs prædictis ad ef-
fectum tantum teſtandi fuit facta.

Minus obſtare poteſt authoritas Gabriel. in allegat.
conſil.16.lib.1. Quoniam caſus in quo ipſe conſuluit
eſt valde diuerſus, in caſu enim ſuo maritus, cui eman
cipatio & teſtamentum præiudicabant, interfuerat e-
mancipationi, & teſtamento, & illis conſenſerat, & do
lus & fraus in eius præiudicium non poterant conſide-
70 rari, † cum volenti, ſcienti, & conſentienti dolus, &
fraus non inferantur, capit.ſcienti, de regulis iuris, in
ſexto, l.nemo videtur fraudare, ff.de reg.iu.Corn.con
ſil.256.in fi.lib.3.prout ipſe Gabriel. conſiderat in di-
cto conſil.nu.36.cuius contrarium hic euenit, cum ma
ritus expreſſe contradixerit. Præterea in caſu illo filia
ante emancipationem aliud condiderat teſtamentum,
ex qua reiteratione ipſe nu.37.elicit præſumptionem
ſpontaneæ, & firmæ voluntatis filiæ ad excluſionem
fraudis & doli, & ad excluſionem doli conſiderat d.
num.37. potuiſſe filiam per donationem cauſa mortis
relinquere bona filio, & patrem ſubſtituere abſque e-
mancipatione, & propterea non poſſe ſecundum eum
dici emãcipationem eſſe factam in fraudem, cum eodẽ
modo per donationẽ prouidere potuiſſet, quæ ceſſant
in propoſiro, cum enim filius eſſet infans, nõ potuiſſet
ei fieri ſubſtitutio in donatione, quæ ad validitatem
exigit ſtipulationem, ſeu ſaltem pactum nudum cum
ipſo donatario, & etiam quia non potuiſſet Magdale-
na donec erat in patris poteſtate diſponere, nec per
donationem cauſa mortis, nec aliter de dote, quæ vi-
gore conſuetudinis Martini debita erat filio, licet non
eſſet hæres matris, vt ſupra fuit dictum. Et quamuis
Gabriel. loquatur etiam de filio infante, mouetur ex
eo, quia pater infantis fuerat præſens, & potuerat pro
filio infante paciſci, vt dicit num. 14. & 15. quod ceſ-
ſabat in propoſiro, quia pater noluit adeſſe, & ex alijs
etiam conatur Hieron. Gabriel. oſtendere in caſu ſuo
dolum excludi, vt per eum num.43. verſic. Concludo
igitur. Et quando de dolo conſtat, aliud ipſe ſentit me-
rito in contrarium adduci non poteſt in caſu, de quo
agitur, in quo dolus & fraus manifeſtè detegitur, & ſi
aliud in iſtis terminis ipſe ſentiret, cum hanc opinio-
nem longe plures ſequantur, & legibus ac optimis ra-
tionibus comprobetur, anthoritas Gabrielij non noce-
ret, nam etſi illa magna ſit ob eius ſingularem doctri-
71 nam & optimum ingenium, † ſtandum eſt nihilominus
opinioni à pluribus approbatę, & non dicto ſingularis
Doctor. quantumuis magnæ authoritatis. Doct.in c.1.
de conſtit. & in l.fin.C.de pęn. iud.qui male iud. Ceph.
conſ.393.nu.164.lib.3. Robert. Marant.in ſuis diſpu-
tat.diſput.10. nu.38. cum ſimil. Et per prædicta appa
ret non eſſe curandum de Alcia. qui contrarium tenet
in d.l.poſt contractum, quia ipſe nihil quod vrgeat in
contrarium allegat, ſed ſolum dicit deciſionem Caſtr.
& Anch. haudquaquam veram videri.

Accipiendo ſecundã difficultatem dicendũ videtur
72 teſtm̃ D.Magdalenæ de iure validũ eſſe.† Primo, quia
ſi teneret emancipatio, Magdalena per illã fuiſſet à pa
tria poteſtate liberata, §.Præterea, & ibi omnes, Inſtit.
quib.mod.ius patr.pot.ſol. l.fin.vbi Doct.C.de eman-
cip.liber.l.cum in adoptiuis, verſic. Si vero, in fin.C.de
adopt.Pariſ.conſil.53.num.1.lib.1.Aſca.Clem.de pat.
73 pot.c.vlt.num.79. † & teſtari potuiſſet. Spec.in tit.de
teſt.§.pe.incip.ſequitur, nu.7.Corn.conſ.259.in fi.li.3.
Iu.Dilect.(vbi pro cautela ponit, quod vt filius teſtari
poſſit, obtineat ſe emãcipari) de ar.teſtan. tit.1.cau.1.
74 num.2.† prout regulariter quilibet filiusfamilias a pa-
tria poteſtate liberatus teſtamẽti factionem habet. Bar.
in l.patri, in fin.ff.de adult. Doct.in l.Patre furioſo, vbi
Iaſ.de communi teſtatur num.45. ff. de his qui ſunt ſui
vel alie. iur. & poſt alios de com. teſtatur etiam Clem.
in d.tract.c.6.effect.9.nu.3.

Secundo data inualiditate emãcipationis, diſpoſitio
Magdalenæ videtur ſuſtinenda in fauorem ſubſtituto-
rum in vim donationis cauſa mortis, quia ipſa dixit, ꝙ
ſi eius diſpoſitio non valeret vt teſtamentum, volebat
valere in vim donationis cauſa mortis, & alterius cuiuſ
75 cumque vltimæ voluntatis, † & cum donatio cã mor-
tis fieri poſſit etiam à filiofamilias in poteſtate patris e-
xiſtente, l.filius familias, ff.de donat.l.Tam is, §.fi.ff.de
don.cau.mort. Feder.de Sen.conſ.294. Io.Dilect.in d.
tit.1.caut.1.nu.3. & Doct. communiter admittunt, vt
poſt Iaſ.in l.Senium, C.qui teſt.fac.poſ.num.8. teſtatur
Iul.Cla.in §.Donatio.q.6.ver.ſi autem quæritur, ſequi
tur vt diſpoſitio facta à dicta filiafamilias in vim dona-
tionis cauſa mortis ſuſtineri poſſit. Iul.Clar.qui comm.
dicit in dicta quæſt.6. verſ.ſed quæro, late Hieronym.

Digitized by Google

Gabr.in conſ.16.num.9.& ſeqq.lib.1. vbi num.14. &
ſeq.dicit per dictã in clauſulam filio infanti ſubſtitutio-
nem fieri potuiſſe.
76 Nec prædictis obſtare videtur † ſtatutum Eugubi-
num tubr.34. quo cauetur contractum, diſtractum, te
ſtamentum, ſeu aliam vltimam voluntatem mulieris
non valere ſine conſenſu viri, qui hic adhibitus nõ fuit,
Quoniam ſtatutum illud videtur inualidum & iniquũ
tamquam liberam teſtandi facultatem auferens, vt di-
xit in terminis Paul.de Caſtr.in l.ex facto. in princ.nu.
6.ff.de vulg.& pupil.Alex.conſ.155.nu.6.lib.1. Iaſ. in
l.ſtipulatio hoc modo concepta, col.1. ff.de verb. obli
gat.idem Iaſ.vbi de comm.teſtatur in l.ex facto, nu.8.
& 9.ff.de vulg.& pupil.Crot. conſ.52. nu.14. lib.1. &
alij allegati à Tiraquel.de leg.connub.glo.5. nu.93. &
ſeqq.& in terminis huius ſtatuti Eugubini Tobi.Non.
conſ.18.nu.2.& ſi ſtatutum valeret, non noceret; quia
Vincentius maritus citatus fuit ad intereſſendum, &
conſenſum præſtandum mulieri teſtanti, & adeſſe no-
luit, ſed recuſauit conſentire, & propterea potuit Mag
dalena abſque viri conſenſu teſtari ſaltem cum decre-
to iudicis loci, prout factum fuit. ita Bart.in l.ſi cum do
tem, §.eo autem tempore. nu.2.ff.ſolu. matr. quem ibi
omnes ſequuntur, vt teſtatur Alexan. nu.14. Roman.
conſ.36.verſic.Præterea, Roland.à Vall. conſil.1. nu-
me.181.& ſeqq. lib.2.late Tiraq.de leg. connub. gl.8.
77 num.127. & ſeqq.vbi alios allegat, firmantes † quòd
ſi ſtatutum diſponit non poſſe mulierem contrahere,
aut teſtari ſine conſenſu conſanguineorum, ſi conſan-
guinei requiſiti ſine iuſta cauſa recuſant cõſentire, lice-
re mulieri contractum aut teſtm̃ facere, licet conſenſus
à ſtatuto requiſitus, non interueniat, quod bene proce-
dit, qñ iudex decretum interpoſuit. Corn. conſil.242.
nu.3.lib.4.Ioan. Dilect.de arte teſtan.tit.1. caut.2. nu.
3.Tiraq.in d.gloſ.8.nu.129. & ſeq.

Re tamen maturius conſiderata, puto teſtamen-
tum inualidum eſſe. Primo, quia Magdalena erat in
78 patria poteſtate conſtituta, † quod ſatis præſumitur,
ex quo eiuſdem pater viuebat, & hodie viuit, nec alia
probatione opus eſt, l.ſi filius, de probat. l.ſi emanci-
pati. vbi Dec.nu.3.Iaſ.in 2.not.C.de collat.Corn.con-
ſil.204.nu.7.li.3. Franc.Becc.conſil.76.nu.5.& Clem.
de patr.pot.cap.vlt.num.100.& 109. aſſerens ita Do-
79 ctor.cõiter tenere, † merito teſtm̃ facere non poterat,
ẽt ſi conſenſus patris acceſſiſſet, l. qui in poteſtate, &
l.filiusfamilias, ff.de teſt. Inſtitut. quib. eſt permiſ. fac.
teſta. in princ.Aret.in d.l.qui in poteſtate, nu.3. Iaſ.in
l.ſenium, num.9.ff.qui teſtam.fac. poſſ. Alex. conſ.17.
in princip.lib.2. & in dicta l.ſenium, nume.6. Philipp.
Franc.in rubr.de teſtam.in 6.quæſt.18.nu.39.& ſeqq.
& de communi poſt alios multos teſtantur Aretin. &
Alexan.in d.locis.Imol.in l.ſi cum filius, §.Titio decẽ,
col.fin.ff.de donat. Iaſ.in l.Nemo, num.2. C.qui teſta.
fac.poſſ.Aſcan. Clement.de patr. poteſt. cap.6. effect.
9.num.1.Iul. Clar'.in §.Teſtamentum, q.18. verſic.ve-
ra igitur. Cephal. conſil.256.nume.10. & ſeqq. lib.2.
80 Quæ concluſio inſſ. tim̃ vera eſt, † quod licet filiusfami-
lias in quaſi poſſeſſione exiſtentiæ ſui iuris exiſteret, &
pro homine ſui iuris reputaretur, corruit nihilominus
teſtamentũ, ſi vere non eſt à patria poteſtate liberatus.
Bald.in l.2.nu.9.verſ.Quæro publica opinio. C.de ſen
tent.& interlocut.omn.iudic. Dec. in l.ſi emancipati,
num.4. verſic. & ad prædicta, C.de collat. & ibi no-
tant Hieronym.Cagno.nu.85.Alex. in l.1. C. de teſta.
Cephal.cõſ.256.nu.16. lib.2. Rol.à Vall.conſ 68.nu-
81 mero 4.lib.4.† Et hæc locum habent etiam in filia ma-
ritata, quæ nec de dote etiam aduentitia per vltimam
voluntatem diſponere poteſt, cum matrimonium fi-
liam à patria poteſtate non liberet, nec ei priuilegium
concedat teſtandi de dote etiam patris conſenſu acce-
dente, ſecundum Bal.in l.2.num.22.C.de hæred.actio.
Alex.conſ.17.in prin.li.2.& in l.Senium. num.3. C.qui
teſt.fac.poſſ.vbi etiam dicit communiter Doct.tenere
filiamfamilias non poſſe de dote teſtari, quamuis de iu
re Digeſtorum haberet hæredem ab inteſtato, ſi cum li
beris deceſſiſſet, ſequitur Io.Crot.in l.2.§.quod ſi in pa
tris, nu.2.ff.ſol.matr. Ceph.d.conſil.256. num.10. Ro-
land.à Val. in d.conſil.68.num.3. & 6. Franc. Becc. in
conſil.76.nume.2. Iul.Clar.in d.quæſt.18.verſic. ſecun
do adde, vbi de communi teſtatur, & Ioan. Botta con
ſil.27.num.3.& 4. Et quod dicitur Magdalenam filiã-
82 familias teſtari non potuiſſe † admittitur etiam reſpe-
ctu legatorum, fideicommiſſi & codicillorum, cum
ei, cui interdicitur teſtandi facultas, & fideicommittẽ
di, legandi, ac codicillandi dicatur ablata, iuxta regu-
lam l.2.ff.de leg.1.per quam in propoſito Iaſ.in d.l.Se-
nium, num.8. dixit filiumfamilias, nec legare, aut fi-
deicommittere poſſe etiam patre conſentiente: quam
opin.cõmunem appellant Emmanuel Soarez theſaur.
recep.ſen.in verb.filiusfamilias, num.201. & poſt Ale
xan.idem dixit Rolan.in d.conſil.68.nume.9.qui idem
de codicillis aſſerit, Ioan. Dilect. de arte teſta. titu.1.
caut.1. num.3.Clem.in d.cap.6. effect.9. nume.2. in fi.
Dec.conſil.245.num.7.& Io.Botta in dicto conſil.27.
num.6.& ſeq.

Præterea ſi Magdalena ſui iuris fuiſſet, & ex iſto
capite teſtamentũ non corrueret: nihilominus, quia
ſtatuto ciuitatis Eugubij rubr.34. diſponitur, nullam
mulierem habentem virum poſſe contrahere, vel ali-
quam obligationem cum aliquo facere, ſiue teſtamen-
tum, ſiue vltimam voluntatem condere, vel de bonis
ſuis in alium transferre ſine conſenſu ſui viri, niſi eſſet
in articulo mortis cõſtituta, & vir adeo abiens, vt eius
conſenſus de facili haberi non poſſet, quo caſu adhibe-
ri debet conſenſus duorum ex proximioribus conſan-
guineis ſui viri, & ſecus factum teſtamentum nullo mo
do valeat, etiam ſi interuenerit ſacramentum, teſtamẽ
83 tum † hoc nullum redditur, cũ fuerit à Magdalena cõ
ditũ, viro aut eiuſdem viri conſanguineis non conſen-
tientibus, prout à ſtatuto requiritur, ſecundum Bal.in
l.Ex duobus, §.fina.num.3.in fin. ff.de vulgar.& pupil.
Ang.conſil.88.& conſ.126.late Dec.conſil.455.nu.1.
& ſeqq.Menoch.conſ.69.num.18.lib.1. à fortiori pro
84 bat Rim.iun.in conſil.79.nu.16.lib.1. † Et quia habe-
mus claram legis municipalis diſpoſitionem, qua caue
tur teſtamentum abſque dicto conſenſu non valere, nõ
eſt vlterius de hoc dubitandum, vbi caſus legis eſt cla-
rus, l.Ancillæ, iuncta gloſ.C.de furt.l.Illam, vbi Doct.
præſertim Dec. num.1. C. de collat. qui poſt Gorc.in
conſil.109. in fin. lib.1. idem in caſu legis municipalis
procedere dicit.

Et quoniam ex prædictis res clariſſima redditur pro
nullitate teſtamenti, ſolum ſupereſt in contrarium ad-
ducta remouere.

Non obſtat primum fundamentum, illud enim pro
cederet data validitate emancipationis: verum quia
ſatis ex deductis in primo dubio conſtat emancipa-
tionem eſſe nullam, nullum in ea poteſt fieri funda-
85 mentum: † nam quod nullum eſt nullum poteſt pa-
rere effectum, cap.non præſtat.de regu.iur.in 6.l. Non
putauit, §.non quæuis, de bon.poſſ.contra tab.l.4.§.cõ-
demnatum. cum ibi not. ff. de re iud. cum late conge-
ſtis per Fel.in c.ex tenore.per totum, de reſcript. Bel-
lon.conſ.74.num.3. & ſeq. ſed habetur ac ſi nunquam
86 facta fuiſſet, † cum inualidum & nihil, æquiparentur.
l.ſi aut nullum, C. de legit. hæred. Crauet. conſil.29.
num.8. lib.1. verſicu.itaque tamquam nulla. Cephal.
87 conſil.370. numero 67. & ſeq. lib.3. † & in ſpecie de

emanci-

emancipatione inualida, quòd emancipatum filium à
patria poteſtate non liberet, nec effectum operetur ac
ſi facta non eſſet, probant Pariſ. conſil. 53. per totum,
præſertim num. 26. 27. & 29. libro 1. Corn. conſil. 259.
num. 2. lib. 3. late Clem. de patr. poteſtat. c. vlt. num. 80.
& ſequen. & Ancharan. & alij ſupra in primo articulo
allegati.
88 Minus nocet ſecundum.† Primo, quia licet filiusfa-
milias poſſit donare cauſa mortis, intelligitur ſi pater
conſentiat, dicta l. Tam is, §. 1. de dona. cau. mor. & om
nes in contrarium adducti pro conſtanti affirmant, qui
conſenſus in dicto teſtamento nō interuenit, quoniam
pater emancipauit filiam generaliter, nec poſtea teſta-
mento expreſſe conſenſit, nec apparet ei fuiſſe præſen-
tem, ideo nec poteſt in vim donationis ſuſtineri, vt pro
batur in dicto §. 1. & tenent Alex. conſ. 17. in prin. ver.
Addo etiam. lib. 2. Rol. a Val. d. conſ. 68. num. 11. lib. 4.
89 & hoc omnes concludunt.† Imò nec ſatis eſſet conſta-
re de tacito patris conſenſu, quia expreſſus exigitur, &
ſine eo donatio infringitur, glo. in l. Qui in poteſtate, in
prin. in ver. Nihilo magis, ff. de teſtam. l. filiusfamilias,
§. pari autem ratione, ff. de donat. Barto. in dicta l. Tam
is, §. 1. num. 6. quem ibi ſequitur Rom. & in hoc nullus
contradicit, vt teſtatur Socin. ſen. in conſ. 112. num. 7.
in fin. ver. Sed quid plura, lib. 1. & Iul. Clar. in §. dona-
90 tio, q. 6. ver. Succeſſiue quæro, † in tantum quod nec ſu-
ſtineretur ex præſentia & taciturnitate patris, etiamſi
donatio patris fauorem concerneret, vt habetur in cita
tis locis, & explicat clare Socin. ſen. in dicto conſ. 112.
num. 7. & ſeq. Secundo non ſuſtinetur diſpoſitio Mag-
dalenæ & donatio cauſa mortis, quia filius inſtitutus e-
91 rat abſens, nec aliquis pro eo recepit, † & abſentibus
clarum eſt donationem huiuſmodi fieri non poſſe, cum
donatarij præſentia aut alterius qui pro eo authorita-
tem recipiendi habeat, ſit neceſſaria, l. abſenti, C. de do
nat. glo. & Doct. in l. 1. C. de donat. cauſ. mort. Bart. in
d. §. 1. nu. 2. & eum ibi Ang. & alij ſequuntur. Imol. in l.
vt hæredibus, ff. de lega. 2. qui in terminis proprijs lo-
quuntur, & in hoc omnes Doctor. conuenire teſtantur
Soc. ſen. in d. conſ. 112. nu. 5. ver. Vnde pro diſcuſſione.
92 & Iul. Clar. in d. quæſt. 6. verſ. Sed quæro, † in tantum
quod nec valida ex ſcientia & acceptione ſubſequenti
redderetur, ſi aliquis nomine abſentis illam nō recepit.
Rui. conſ. 131. num. 5. lib. 1. & hanc opinionem veram
& comm. teſtatur Hier. Gabr. in d. conſ. 16. nu. 21. Ter
tio quia non ſolum erat abſens filius Magdalenæ, ſed e-
tiam ſubſtituti, nec aliqua pro eis ſtipulatio, ſeu pactum
fuit adiectum, ſubſtituti nō poſſunt petere bona in vim
93 donationis cauſa mortis, † cum non ſolum donatio, ſed
nec etiam ſubſtitutio ſubſiſtat tamquam donatio cau-
ſa mortis abſque ſtipulatione ſeu ſaltem pacto pro ſub-
ſtitutis, l. vt hæredibus, vbi Bar. Io. de Imol. & Caſtr. ff.
de leg. 2. Bar. in l. ſi cui mortis, ff. de don. cau. mor. Dec.
qui com. dicit in conſ. 245. nu. 7. & num. 10. in fi. Et ceſ-
ſet quod Hier. Gabriel. in d. conſ. 16. num. 14. & ſeqq.
in caſu ſuo dicit ſuſtineri diſpoſitionem filiæfamilias
cum conſenſu patris in vim donationis cauſa mortis in
fauorem infantis, cum pater infantis, qui pro filio pa-
ciſci poterat, interuenerit, quoniam in caſu noſtro Do-
minus Vincentius pater infantis hæredis non interue-
nit teſtamento, & ſtantibus prædictis non erit opus in-
gredi illam quæſtionem, an iuxta diſpoſitionem l. quo-
ties, C. de donat. quæ ſub modo valeat ſubſtitutio in
vim donationis cauſa mortis, & ſubſtitutis abſentibus
ſit ius quæſitum, de qua per Gabriel. in dicto conſil. 16.
num. 16. & ſeqq. & latius per Didac. Couar. var. reſol.
lib. 1. cap. 14. per totum, cum enim non fuerit præſens
filius Magdalenæ primus donatarius, nec aliquis, qui
94 pro eo paciſci poſſet, ceſſat omnis dubitatio, † cum Ga-
briel. & omnes ab eo allegati admittant ad hunc effe-
ctum, vt ius ſubſtitutis per donationem cauſa mortis
quæratur, opus eſſe, quod inter donantem & primum
donatarium ſtipulatione ſeu pacto conueniatur, quòd
res poſt mortem ſeu alio caſu eueniente ad ſubſtitutos
deueniat. Et prædictis non interuenientibus nemo eſt,
qui dicat ſubſtitutis ius quæri, ſi donatio cauſa mortis
a filiofamilias fiat, licet ſi ab homine ſui iuris celebrare
tur, alio iure valeret in vim fideicommiſſi, vt not. Bart.
in dicta l. Tam is, §. 1. num. 2. & 3. ff. de donat. cau. mor.
& Bart. & Imol. in dicta l. vt hæredibus. Quarto ſtan-
te quod conſenſus mariti a ſtatuto requiſitus non fuit
adhibitus, etiam prædictis ceſſantibus donatio nulla
redderetur, vt dictum fuit, cum non ſolum vltima vo-
luntas, ſed omnis contractus à ſtatuto irritetur, dicto
conſenſu non accedente.

Nec videntur ſubſiſtere ea, quæ contra ſtatutum
afferuntur, & quoad primum de inualiditate ſtatuti di-
95 citur † illud validum eſſe, nam cum ſollemnitas teſtan-
di ſit iuris poſitiui, a ſtatuto mutari potuit, & decer-
ni non valere teſtamentum mulieris ſine conſenſu con-
ſanguineorum ſeu viri. Et hæc opinio verior & magis
communiter recepta eſt, attento numero & auctorita-
te Docto. illam tenentium, quam amplexi fuerunt. An-
gel. conſil. 88. late comprobat Dec. conſil. 455. num. 1.
& ſeq. & in conſil. 612. num. 1. & ſeqq. Claud. de Seiſel.
l. ex facto, ff. de vulgar. & pupil. & ibi late Iaſon, num. 9.
addit. ad Alexand. in conſil. 155. in littera B. lib. 2. Af-
flict. deciſ. 260. Bald. in conſil. 139. Statuto Ciuitatis
Aſſiſij, libro 5. Socin. ſenior in l. Pactum quod dotali,
in fin. C. de pact. vbi dicit per legem fieri poſſe volun-
tatem teſtatoris ab alio dependere, cuius dicta com-
probantur ibi per Dec. num. 10. & ſeq. late Tiraquel.
qui multos allegat de leg. connub. gloſſa 5. num. 97. &
ſeqq. qui non ſolum authoritatibus multis, ſed etiam
optimis rationibus illam confirmat, & eamdem opi-
nionem multis fundamentis defendit Soc. iun. in l. ſti-
pulatio hoc modo concepta, num. 3. & ſequen. vſque
ad num. 13. ff. de verbor. obligat. Idem tenet in conſil.
41. num. 2. & ſequen. lib. 1. & in conſil. 139. num. 9. &
ſequen. lib. 2. Et comprobatur hæc opinio ex adductis
in ſimili per Pariſ. in conſil. 16. num. 6. & ſequen. lib. 3.
Et quod valeat dictum ſtatutum late oſtendit Vrſil. in
addit. ad Afflict. in deciſ. 260. vbi alios multos allegat,
teſtaturque Sacrum Conſilium Neapolitanum hanc
partem ſequutum fuiſſe. & M. Antonius Eugenius qui
dicit magis communem, in conſilio 85. numero 10.
libro 1.

Quod vero dicitur de requiſitione & contradictio-
ne Vincentij viri, non ſupplet defectum ſtatuti ex pluri
bus. Primo quia Vincentius non recuſauit conſentire,
ſed dixit, quod ſi de iure mulieri daretur facultas teſtan
di, ipſa leuaretur de domo patris, vt poſſet libere ſuam
voluntatem explicare & teſtari, alias de nullitate oppo
ſuit, & ſic non ſumus in caſu, in quo Doct. ex aduerſo
allegati loquuntur, cum nō recuſauerit conſentire ſim
pliciter, ſed in eo loco, in quo erat ob timorem fraudis.
96 Secundo † Doct. in contrarium allegati tantum dicunt
mulierem contrahere poſſe, quando conſanguinei re-
quiſiti recuſant conſentire ſine iuſta cauſa, quando ve-
ro ex iuſta cauſa recuſant, diſpoſitio mulieris non adhi-
bito conſenſu, nulla redditur, vt ſentiunt omnes ex ad-
uerſo allegati, & clare explicant Paul. de Caſtr. in d. l. ſi
cum dotem, §. eo autem tempore, nu. 11. ff. ſol. matrim.
Rol. a Vall. conſ. 56. nu. 21. verſic. Non obſtat, lib. 4. &
optime facit Bald. in c. 1. num. 7. in tit. de conſuetud.
recti feudi, vbi dicit non valere contractum ſine con-
ſenſu requiſito, etiam ſi conſanguinei nollent con-
ſentire, dummodo recuſando non ſint in dolo. & ibi

eum ſequitur Cardin. Alexandr. In caſu vero de quo
agitur, ſi Vincentius non comparuit ad præſtandum
conſenſum teſtamento faciendo per vxorem, iuſtã ha
buit cauſam, nec in dolo fuit; ſciebat enim illam eſſe fi
liamfamilias, & teſtari non poſſe etiam cum patris cõ-
ſenſu, & de emancipatione facienda nullam habuit no
titiam, propterea ſi non comparuit ad præſtandum cõ
ſenſum habuit iuſtam cauſam, cum ſciret de iure id fie-
97 ri non poſſe, † nec quis tenetur conſentire actui, qui ſi
fieret, non releuaret, iux. not. per Pariſ. conſ. 5. nu. 42. et
44. circa fi. & 55. lib. 4. Prout etiam habuit iuſtam cau-
ſam non conſentiendi, nam cũ ſubſtitutio fieret in prę
98 iudicium ipſius viri, † in ſui prę iudicium conſentire nõ
tenebatur, l. ſi quis ex ſignatoribus, ff. quemadmo. teſt.
aper. Menoch. conſil. 58. num. 19. verſic. Altera etiam,
lib. 1. & multo magis iuſtitia cauſæ detegitur, ſtante
quòd votum parẽtum debet eſſe, vt hæreditas ad filios
deueniat, & quia illis ab inteſtato debita erat, non fuit
opus condere teſtamentum, & cum Magdalena eſſet
infirma in domo paterna, iuſte maritus credere potuit
ad teſtandum ſuaſionibus, & metu ſaltem reuerentia-
99 li patris induci ad ipſius patris fauorem, † quia ſolis
precibus ac ſuaſionibus patris ſeu alterius, cui reueren-
tia debetur, metus, & coactio inducitur. Soc. ſenior
conſ. 263. num. 2. & 8. lib. 2. Senat. Pedemont. in de-
ciſ. 179. nu. 4. Curt. iun. conſ. 161. num. 17. & ſeq. lib. 2.
Mandel. de Alb. conſil. 77. num. 10. Iaſ. in §. quadrupli.
nu. 66. Inſtit. de actio. merito iuſtam cauſam habebat
Vincentius ſi ſtatim non conſenſit, ſed petijt vxorem
de domo paterna leuari, & ad domum ipſius viri duci,
vt libere in ea & abſque metu ſuam volũtatem profer-
re & teſtari poſſet, quatenus de iure id ſibi concedere-
100 tur. † Tertio ſi cauſæ allegatæ a Vincentio non fuiſ-
ſent iuſtæ, adhuc nulliter fuit teſtamentum celebratũ:
volunt enim Doct. quod quando perſona cuius conſen
ſus requiritur, recuſat conſentire, iudex debeat cõſide-
rare cauſas allegatas, & ſi illas iuſtas reperierit, con-
tractus, ſeu teſtamentũ non celebretur: ſi verò ſint in-
iuſtæ, iudex licentiam contrahendi præſtet, ita Bart.
in d. §. eo autem tempore, nu. 2. & ibi Pau. de Caſtr. nu.
11. Alexan. nu. 14. aſſerens cum Bartolo omnes tenere.
Rolan. à Vall. in conſ. 1. nu. 181. lib. 2. vbi de commun.
teſtatur, & in conſi. 56. nu. 17. & ſeqq. lib. 4. Sed hic nõ
reperitur habitam eſſe diſcuſſionem, & cauſę cognitio
nem ſuper cauſis allegatis à Vincentio, merito teſta-
mentum nullum redditur, vt volunt Doct. in citatis lo
cis. Corn. conſ. 167. num. 2. lib. 2. Tiraquel. de leg. con-
nub. glo. 8. num. 129. Quarto, quia ſtatutum exigit pro
forma conſenſum viri, ſeu ſaltem duorum ipſius viri
conſanguineorum, ſi conſenſus viri haberi non potue-
rit, nulliter fuit cõditum teſtamentum non vocatis cõ
ſanguineis ad conſentiendum, qui conſanguinei non
ſolum ſtante abſentia viri, ſed etiam ipſo recuſante
conſentire, adhibendi erant, quoniam ſtatutum exi-
101 git conſenſum viri, † quo caſu ſi ſimpliciter loquere-
tur, & vir eſſet abſens, de iure contractus valeret, con
ſenſu à ſtatuto requiſito non adhibito, vt not. Bald. in
conſ. 488. num. 1. lib. 1. & conſil. 394. lib. 5. Crauet. con
ſil. 12. nu. 4. lib. 1. Aſin. in ſua Praxi iud. §. 3. cap. 37. nu-
me. 5. Clement. de patr. poteſt. cap. 5. effect. 4. num. 25.
dicentes interpretari ſtatutum, ſi vir ſit præſens, &
conſenſus haberi poſſit. At ſtatutum noſtrum de hoc
non contentatur, ſed vult eo caſu adhiberi conſenſum
102 duorum conſanguineorum viri, † & quia id exigit ſta
tutum quando vir abeſt, & eius non poteſt haberi con-
ſenſus, pariter ſeruari debet, quando ſine iuſta cauſa
recuſat conſentire, cum hæc ſimul parificentur ſecun-
dum Paul. de Caſtr. in dicto §. eo autem tempore, nu-
103 me. 11. Quæ intelligẽtia cõprobatur, † videmus enim
quod quando proximiores conſanguinei debent con-
ſentire, ſi ipſi ſine iuſta cauſa recuſant, alij adhibentur,
nec aliter mulier contrahere aut teſtari poteſt. Bald. in
l. viduæ, num. 4. C. de nupt. Paul. de Caſtr. in d. §. eo au-
tem tempore, in fin. & ibi Alex. num. 14. idem Caſtr. in
l. 1. num. 3. in fi. C. vnde vir & vxor. Ioan. Dilect. de art.
teſtan. titul. 1. cautel. 2. num. 3. & poſt alios Tiraq. in di-
cta glo. 8. numero 132. Vnde fortius id fieri oportebat,
cum ſtatutum exigat conſenſum viri, ſi haberi poſſit,
ſin autem duorum conſanguineorum, quorum con-
ſenſus cum non ſolum non interuenerit, ſed nec con-
ſanguinei fuerint requiſiti, teſtamentum ob omiſſam
ſtatuti formam redditur nullum, vt in eo dicitur. Quin
to addi poſſet ex alio requiſitionem factam de iure non
releuare, quoniam vir fuit requiſitus ad intereſſendum
teſtamento faciendo hora decimaquarta, quod non
104 fuit tunc conditum, ſed hora decimaoctaua, † quo fit,
quod actus alia hora factus, quam in citatione contine-
retur, corruat, vt not. Bart. in l. fin. §. ſi is qui, ff. quod vi,
aut clam. Alex. in conſil. 213. num. 8. lib. 2. Rol. à Vall.
105 alios adducens in conſil. 37. num. 9. lib. 1. † Sexto ex a-
bundanti etiam poſſe attentari allegata in contrarium
locum habere, quando conſenſus exigitur ad integran-
dam perſonam mulieris ob eius fragilitatem, tunc ſtan
te recuſatione iudex ſupplere debet, ſed quando con-
ſenſus viri requiritur a ſtatuto ratione præiudicij eiuſ-
dem, ceſſant omnia contraria, & maritus cogi non po-
teſt ad conſentiendum: Et licet requiſitus neget con-
ſentire, actus ſine eius conſenſu factus non ſubſiſtit, vt
declarat Tiraquel. in dicta glo. 8. num. 134. Eſt enim
ſtrictius procedendum, quando conſenſus exigitur ra-
tione præiudicij, quam ſi requireretur ad integrãdam
106 perſonam. Hinc videmus, † quòd ſtatutum annullans
contractum ſeu teſtamentum ſine conſenſu conſangui-
neorum aut viri, non comprehendit diſpoſitionem fa-
ctam ad pias cauſas. Bald. in l. general. num. 6. C. de ſa-
croſan. eccleſ. Alex. conſ. 105. num. 11. libro 4. Dec. con
ſil. 504. numero 3. & conſil. 455. numero 9. & 10. Tira-
107 quell. in dicta gloſſa 8. nume. 162. † & tamen intelli-
gitur, quando conſenſus exigitur ad integrandam per-
ſonam ob mulieris fragilitatem, ſecus ſi pro viri intér-
eſſe. Bartol. in l. prima, C. de ſacroſan. eccleſ. Abbas in
conſil. 63. numero ſexto. verſiculo Quarto adduco, lib.
primo, & in propoſito Tiraquell. in dicta gloſſa 8. nu-
mero 174. & ſi aliter ſtatutum intelligeretur, facile eſ-
ſet eius diſpoſitionem euertere cum præiudicio illius,
cui ſtatutum prouidere voluit, ſi ſatis eſſet illum re-
108 quirere ſeu cogi poſſe ad conſentiendum. † At in ca-
ſu noſtro conſenſus à ſtatuto exigitur pro intereſſe vi-
ri, quod oſtenditur; nam etſi quando ſtatutum ſimpli-
citer requirit conſenſum, dubitetur a Doctoribus an
ratione præiudicij vel fauore mulieris ac ad integran-
dam perſonam requiratur, vt per Tiraquel. de leg. con-
nub. gloſſa 6. numero 37. & Panciroll. conſil. 187. libro
primo, qui ſuper hoc ſtatuto conſuluit, in caſu noſtro
clarum eſt concernere intereſſe viri principaliter, quia
ſtatutum non exigit conſenſum viri ſeu conſangui-
neorum generaliter in diſpoſitionibus omnium mu-
lierum, ſed earum tantum, quæ ſunt nuptæ, & in defe-
ctum conſenſus viri debent adhiberi duo ex conſan-
guineis viri, non ipſius mulieris, & conſenſus tantum,
non conſenſus & authoritas ſimul a ſtatuto requiritur,
quæ ſatis oſtendunt ſtatuentes conſideraſſe intereſſe &
præiudicium viri, non imbecillitatem & fauorem mu-
lierum & ſi aliter ſenſiſſent, omnibus mulierib. etiam
innuptis prouidiſſent, & conſenſum etiam conſangui-
neorum ex parte mulieris exegiſſent, vt per dictas ra-
tiones tenent Tiraquel. in dicta glo. 6. num. 40. Corne.
conſ. 242. col. 2. verſi. Magis in indiuiduo, libro 4. To-
bi-

bi.Non.conſil.18.nu.3.& late Hieron.Gab. in conſ.2.
fere per totum, lib. 1. qui conſuluerunt in terminis hu-
ius ſtatuti Eugubini, & id oſtendit Gabriel.optimis ra
tionibus reſpectu conſenſus requiſiti in teſtamento v-
xoris etiam ob præiudicium filiorum, & ego addo e-
tiam rationem præiudicij viri in teſtamento ob ſubſti
tutiones, quæ fieri poſſent filijs decedentibus per quas
pater, qui in totum filijs ſuccederet, priuaretur. Ex
quibus conuincitur Pancirolum in caſu antedicti ſtatu
ti male reſpondiſſe, conſenſum ad integrandam mulie
ris perſonam exigi.

Nec eſt habenda aliqua ratio decreti iudicis, quia vt
ex prædictis elicitur, non decretum, ſed conſenſus vi-
ri aut conſanguineorum erat neceſſarius. Præterea de-
cretum nulliter fuit interpoſitum, & abſque cognitio-
109 ne cauſæ reſpectu maxime allegatorum a viro, † & ſa
tis præſumendum eſt non fuiſſe adhibitam cauſæ co-
gnitionem ob breuitatem temporis, cum eadē die om-
nia facta fuerint, ex quibus decretum nullum redditur,
vt not. Bar. in l. Prolatam, in fi. C. de ſent. & interlocut.
omn. iud. Paul. de Caſtr. in conſil. 248. nume. 3. & late
poſt multos alios id oſtendit Octau. Simoncel. in tract.
de decret. lib. 1. tit. 1. num. 33. & ſeqq. vbi etiam duob.
modis ampliat, vt per eum, quæ eo magis procedunt,
quia eodem inſtanti mulier petijt ſe emancipari, fuit
emancipata, & teſtamentum cum iudicis decreto con
didit, quo caſu pro decreto non reſultat aliqua præ-
ſumptio, ſed illud nullum redditur. Celſ. Vgo, conſil.
22. nume. 21. Pariſ. conſil. 98. nume. 18. lib. 1. & pro
comm. Hieronym. Gabr. in conſ. 22. num. 31. libr. 1. &
dixi ſupra in primo dubio in ſolutione primi argumen
110 ti; etenim ſecundum eos † ad validitatem decreti ne-
ceſſarium eſt conſtare, quod cauſa cognita ſit interpo-
ſitum, & propterea volunt Doctores debere fieri ſe-
paratum inſtrumentum ſuper cognitione cauſæ, vt di
cit Crot. conſ. 26. num. 10. lib. 1. & communiter recipi
tur, vt teſtatur Pariſ. conſ. 85. num. 28. lib. 3. & Rolan.
a Vall. conſi. 33. num. 11. lib. 1. Vlterius magis oſtendi-
tur decretum non releuare, quia ex falſa cauſa interpo-
ſitum apparet, cum fuerit dictum maritū fuiſſe requiſi-
tum, & recuſaſſe, quæ cauſa falſa eſt: quoniam maritus
non recuſauit conſentire, ſed petijt mulierem leuari de
domo patris, & poni in alium locum, in quo ceſſaret
timor fraudis, & libere ſuam voluntatem proferret,
111 merito decretum redditur nullum ipſo iure, † & quia
ex falſa cauſa interpoſitum apparet, & decretum repu
tatur indiuiduum, penitus redditur nullum, non ſolū
ſi in totum, ſed etiā ſi in partem cauſa redderetur fal-
ſa, & ex alia vera cauſa interponi potuiſſet, l. cum ve-
rum, §. ſubuentum, ver. Proinde, ff. de fideicomm. li.
ber. l. magis puto, §. ſi æs alienum, ff. de rebus eor. Bal.
in l. ſi non ſortem, §. ſi centum, ff. de condict. indeb. Pur
pur. conſil. 456. nu. 10. & ſeq. lib. 2. Natt. conſ. 646. n. 6.
lib. 4. Rolan. a Val. conſil. 7. num. 85. & ſeqq. lib. 3. qui
alios adducunt.

Concludo igitur emancipationem non ſubſiſtere in
præiudicium Vincentij viri, & teſtamentum Magda-
lenæ nullum eſſe, ſucceſſionique ab inteſtato locum
eſſe.

Subſcriptiones præcedentis conſilij.

VIſis ac pro temporis breuitate diligenter, & ma-
ture conſideratis quæ ſupra per Excellentiſſimū
Dominum Conſulentem non minus copioſe addu-
cta, quam ſubtiliter deducta fuere circa vtramque con
cluſionem, in eamdem ſententiam, & ego tranſeo.
Et quamuis copia & acumen Domini Conſulentis
nullum fere locum addendi reliquerit, nihilominus
ne oſcitanter conſilium percurriſſe videar, addo, quòd
ad tollendum obiectum generalitatis ipſius emanci-
pationis, de qua agitur, facit quod dicit Bald. in l.
112 quiſquis, C. quor. appell. non recipiunt. vbi † inquit,
quod ſi verba diſpoſitionis ſunt generalia, ſed in effe-
ctu eſt ſpecialis vel particularis, & id coniecturis appa-
reat, quod poteſt tolli exceptione doli, & allegat Ioan.
113 Monac. dicentem, † ꝙ verba non poſſunt dici genera
lia, quando non poſſunt veriſimiliter verificari niſi in
vno indiuiduo, & quòd diſpoſitio debet eſſe generalis
non ſolum verbis, ſed facto & opere, quod ſequitur, &
aliorum authoritatibus corroborat Fel. in c. Cum om-
nes, col. 3. num. 4. de conſtit. Ita accidit in caſu noſtro,
in quo licet emancipatio quoad verba ſit generalis, ex
vrgentiſſimis tamen coniecturis apparet, quòd eſt ſpe-
cialiſſima, & facta ſolum ad effectum condendi teſta-
mentum, & fraudandi patrem ſuperſtitis filij, eum-
114 demque maritum teſtatricis. Vnde † ſi exceptione do
li tolluntur ſtatuta facta ab vniuerſitatibus ad damna
particularis, l. 1. in fi. ff. de dol. excep. l. fi. de appel. recip.
multo magis id erit dicendum de diſpoſitione particu
larium perſonarum, arguendo de ſtatutis ad contra-
ctus, iuxta vulgares theoricas, ex quo & multo magis
ex adductis per Dominum Conſulentem maxime per
authoritatem Anch. in conſil. 430. tranſeo in eamdem
ſententiam, & in fidem ſubſcripſi, & ſubſignaui.

Ioannes Paulus Lancellottus Iureconſult.
Peruſ. S. S. S. S.

SVpraſcripta conſultatio diffuſe firmata per Excel-
lentiſſimum D. Conſulentem, & pulchra ratione
confirmata per conſummatiſſimum Do. Subſcriben-
tem, mihi quoque videtur iuri, & æquitati valde con-
ſentanea in vtroque conſultationis capite. Et omiſſo ſe
115 cundo, in quo vere nihil addendū eſt † ad comproba-
tionem concluſionis factæ in primo capite pro nullita-
te ſupraſcriptæ emancipationis, factæ de filia, magna
infirmitate grauata, quæ eadem die teſtamentum fa-
ciens proprium filium inſtituit, eique patrem propriū
ſubſtituit ad excluſionem mariti ab hæreditate filij, &
paulo poſt obijt, quòd in fraudem facta dicatur, & pro
pterea in præiudicium mariti non teneat, vltra Petr.
Ancha. mihi conſil. 430. expediens fuiſſet. Ana. Crot.
Celſ. Vgo. & Menoch. locis per D. Conſulentem alle-
gatis. Vlterius pro vera opinione tenuit Corn. conſ. 29.
in præſenti conſultatione, ſub num. 20. lib. 3. qui memi
nit de conſil. Anc. aſſerens idem etiam conſuluiſſe Frā
ciſc. de Rampo. & eidem ſubſcripſiſſe Flor. de Bono.
Eamdem vlterius opinionem ſequutus eſt Aym. Crau.
conſ. 82. num. 3. lib. 1. & aliquanto latius conſil. 507.
De anno 1531. nu. 30. & ſeq. lib. 3. facit optime Rot.
116 Rom. deciſ. 260. Nota præſumitur, in antiquis, † po
nens pro conſtanti ꝙ permutatio beneficij prȩſumitur
in fraudem facta per ſenio confectū vel infirmitate de-
tentum, ex qua intra octo dies mortuus ſit. Id quod cla
re etiam probat regula Cācellariȩ de infir. reſig. in qua
ſtatuitur reſignationem beneficij in fraudem dici fa-
ctam per infirmum, ſi intra viginti dies reſignans obie
rit. Ex his & alijs per D. Conſulentem & ſubſcriben-
tem latius adductis requiſitus de ſubſcriptione libenti
animo ſubſcripſi, & ſubſignari iuſſi.

Marcus Antonius Eugenius Iureconſ.
Peruſinus.

PLacent in vtroque capite ſupra doctiſſimè, ac ex-
actiſſimè deducta, & firmata per Excellentiſſi-
mum Dominum Cōſulentem mihi etiam atque etiam

amantiſſimum, & tantorum Patrum authoritatibus
& rationibus ſapientiſſime confirmata, Ita quidem
quod nullus addendi locus videatur relictus. Atta-
men ne ex improuiſo & minus diligenter rimatis hu-
iuſmodi difficultatibus videri poſſim in eamdem ſen-
tentiam veniſſe, licebit extra vitium ſuperfluitatis hæc
pauca in confirmationem vtriuſque capitis in conſide-
rationem imponere.

Quantum attinet ad primum caput quod verſari pa
tet circa firmatam nullitatem emancipationis prædi-
ctæ, vltra ſolidiſſimum fundamentum Domini conſul-
toris de præſumpta fraude huiuſmodi actus, placet mi-
hi ſummopere ſupra facta conſideratio per Excellentiſ
ſimum Dominum Lancellotum, præceptorem meum,
117 quòd † ſiquidem dicta emancipatio ſit cenſenda facta
in effectu ad dictum vnum tantum actum factionis te-
ſtamenti, licet verba in ipſius cortice primo aſpectu vi-
deri poſſent generalia, ſtante quòd actus iſte eſt eman-
cipationis (vt in facto ſupponitur) ſit factus incontinen
118 ti cum ipſo teſtamento: † quæ vero incontinenti
fiunt, ipſi actui ineſſe cenſeantur, iuxta tradita per Do-
ctor. vno ore in l. lecta, verſic. Dicebam, ff. ſi cert. pet. &
119 alibi paſſim: receptique iuris ſit verba † inſerta in vno
capitulo, ad illud tantum reſtringi debere, quantum-
cumque in ſui cortice generaliter prolata videantur, vt
late alios allegans firmat Crauet. conſil. 808. numero 9.
120 lib. 5. † receptiſſimique iuris ſit emancipationem fa-
ctam ad vnum actum, nullam & inualidam cenſeri, vt
de communi teſtantur Alex. Socin. Iaſ. Rip. & alij in l.
1. §. in filij, ff. ad Trebel. Iaſ. in repet. num. 198. & Crot.
nu. 83. in l. ſi is qui pro emptore, ff. de vſucap. & Aldo-
brand. in §. Præterea, num. 57. & num. 65. in fin. Inſtit.
quib. mod. ius patr. poteſt. ſolut. & tenent etiam Crau.
conſ. 273. nu. 13. lib. 2. & Moderni Amerinen. in tract.
de patr. poteſt. c. vlt. num. 99.

Quantum vero ad alterum caput, quod verſatur cir
ca nullitatem dictę vltimæ diſpoſitionis filiæ prædictę,
certè illud non habet principium difficultatis tam ex
121 parte nullitatis dictę emancipationis, † (quoniam ſtan
te vinculo patriæ poteſtatis dicta diſpoſitio non modo
non poteſt ſubſiſtere in vim alicuius vltimę voluntatis,
iuxta ea, quæ late alias firmaui in l. 2. nu. 23. & ſeq. ff. de
122 leg. 1. † quinimmo nec in vim donationis, nec quod
magis eſt in vim donationis inter viuos, ſtante in facto
pro claro, quod huiuſmodi diſpoſitio ſit facta in com-
modum abſentis abſque nuncio, epiſtola vel ſtipulatio-
ne notarij pro abſente recipientis. Dec. conſ. 196. num.
3. Rolan. conſil. 82 num. 27. lib. 1. & alij, quos ita alias
firmando allegaui in dicta l. 2. num. 95. de leg. 1.) quam
etiam ex capite non ſeruatæ ſollemnitatis ſtatutariæ
interuentus conſenſus viri vel duorum proximiorum
123 celebrationi dicti inſtrumenti, † cum ambigendum
non ſit ſuper validitate huiuſmodi ſtatuti concurrere
Doct. magis communiter. Ita enim vltra allegatos per
Dominum Conſulentem in terminis firmant Angel. in
§. 1. in Auth. vt nou. conſtitut. & conſil. 206. Iaſ. in l. ex
facto, num. 9. ff. de vulgar. & pupil. Ancharan. conſ. 25.
num. 2. & 6. & in l. omnes populi, num. 81. ff. de iuſti. &
iure, & in effectu Bartol. in l. ſi cum dotem, §. eo autem
tempore, ver. Et per hæc dicebam, & ibi Alex. col. fin.
ff. ſolut. matrim. & in fortioribus Paul. de Caſtr. in d. l.
ſi cum dotem, in fin. princ. & nouiſſime hanc traditio-
nem late tuetur & magis comm. teſtatur Hiero. Verius
in dicta l. ex facto, num. 50. & quidem, meo iudicio, fe-
124 liciter, † quoniam ob dictum requiſitum interuentus
conſenſus huiuſmodi mariti vel attinentium non po-
teſt intelligi per indirectum auferri liberam teſtamen-
ti factionem, cum dicto marito vel attinentibus recu-
ſantibus abſque iuſta cauſa conſenſum præſtare adhi-
bito conſenſu iudicis in locum eorum poſſit mulier re-
ctè teſtari, vel aliter contrahendo diſponere, vt in ter-
minis firmant Bart. & Alex. in d. §. eo autem tempore,
vbi Alex. col. fin. de communi teſtatur, & Hieron. Ve-
rius in d. l. ex facto, num. 50. ac Rol. conſ. 1. num. 181. &
ſeqq. lib. 2. & conſ. 56. nu. 17. lib. 4. Quocirca cum in ca
ſu prædicto interceſſerit in dicto teſtamento decretum
iudicis, non conſtito prius de iniuſta recuſatione viri &
duorum attinentium, fit conſequens huiuſmodi actum
fuiſſe & eſſe nullum.

Vt ſupra concluſum fuit de ſubſcriptione requiſitus
libenter in eamdem ſententiam pertranſiēs, ſubſcripſi,
& ſubſignaui.

Cæſar Fiumagiolius Iureconſ. Peruſinus.

QVæ ſupra doctè & copioſè ſcripta ſunt per Ex-
cellentiſſimum Dominum Conſulentem, ad de-
monſtrandum emancipationem Dominæ Magdalenę
& teſtamentum ab ea factum non valere in præiudiciū
Domini Vincentij de Piccotis, iuri conſona eſſe arbi-
125 tror, † quoniam emancipatio licet ſit voluntariæ iu-
riſdictionis, l. 2. ff. de offic. proconſul. & conſequenter
126 omni † tempore fieri poſſit etiam feriato ad not. in l.
actus, C. de fer. hoc tamen procedit, ſi dolus & fraus
127 abſit, quia ab omni legitima diſpoſitione † ſemper
fraus & dolus exceptus intelligitur, l. creditor, §. huius,
ff. commod. l. in fraudem, ff. de iur. fiſc. l. ſi pater, vbi
Ang. ff. de his, quæ in fraud. credit. Pariſ. conſ. 107. nu.
35. lib. 3. Rol. conſ. 60. nu. 42. lib. 4. Et hoc habet locum
non tantum in dolo vero, ſed etiam in præſumpto. Ce-
phal. in conſ. 562. nu. 4. lib. 4. Porrò emancipatio facta
à Ventura de Magdalena eius filia, non videtur dolo &
fraude carere: etenim cum incontinenti atque *illico*
poſt emancipationem Magdalena teſtamentum fece-
128 rit, † & ex ijs, quæ incontinenti fiunt, colligi poſſit do
lus & fraus, Crot. conſ. 13. num. 26. lib. 1. Natta conſil.
162. num. 23. lib. 1. Cephal. conſ. 198. num. 21. lib. 2. ve-
riſimile eſt emancipationem ſimulatam fuiſſe generali
ter conceptam, & in rei veritate fuiſſe factam ad iſtum
dumtaxat effectum, vt Magdalena poſſet facere teſta-
mentum, & ſic excludere dictum Dominum Vincen-
tium à luctuoſa filij hæreditate: quo fit, vt quemadmo-
dum ſi dicta emancipatio fuiſſet expreſsè inita ad hunc
actum tātum, vt Magdalena poſſet teſtari, eſſet nullius
129 momenti, † cum iura non permittant filium emācipa
ri quoad vnum actum tantum. Paul. Caſtr. Cum. Alex.
Iaſ. & alij communiter, in l. 1. §. cum filij, ff. ad Trebel.
Pau. de Caſt. Rom. Iaſ. in l. Senium, C. qui teſt. fac. poſſ.
Doct. communiter, in l. Tam is, §. 1. ff. de don. cau. mor.
130 Ita † etiam & multo magis nullius momenti debet eſ-
ſe dicta emancipatio quando ſimulate fuit generaliter
concepta: & in rei veritate fuit facta dumtaxat ad effe-
131 ctum, vt emancipata poſſet teſtari, † cum magis delin
quat fraudans legem, quam faciens expreſsè contra le-
gem, l. ſi libertus minorem, ff. de iur. patr. Bal. cōſ. 338.
factum, col. fi. lib. 1. Neuiz. conſ. 34. nu. 5. His accedit,
quòd Magdalena tempore emancipationis & teſta-
menti graui infirmitate laborabat abſque vlla ſpe ſa-
lutis, atque ideò non poteſt dicta emancipatio valere,
quatenus daretur per eam facultas teſtandi in præiu-
dicium dicti Vincentij, qui erat omnino ab inteſtato
132 ſucceſſurus filio in pupillari ſtatu decedenti: † actus
enim factus in morte alteri non præiudicat, de cuius
præiudicio agitur, capit. de his, extra de ſepult. Cephal.
conſ. 276. nu. 35. lib. 2. Menoch. conſ. 39. num. 46. lib. 1.
Hinc eſt quòd donatio licet ſuapte natura ſit permiſſa,
argum. l. in re mandata, C. mandat. & toto tit. ff. & C.
133 de don. † tamen ſi facta ſit ab infirmo, de cuius ſalute
deſpe-

deſperatur, non valet in præiudicium filiorum. Becc.
134 conſil. 72. num. 25. † Hinc etiam eſt, quod grauatus reſtituere quidquid ſuperesit, non poterit in articulo mortis donare aliquid in præiudicium ac iacturam fideicommiſſarij. Ruin. conſ. 163. nu. 4. cum ſeq. lib. 3. &
135 in terminis † quod emancipatio filiæ graui infirmitate laborantis, & quæ incontinenti poſt emancipationē fecit teſtamentum, non valeat in præiudicium eorum, qui ab inteſtato veniebant, vltra allegatos per Excell. Dominum Conſulentem, & ſubſcribentes conſuluit Paul. de Caſtr. conſ. 339. Ad primum quæſitum, lib. 2. ſecundum nouiſſimā impreſſionem, quem refert & ſequitur Menoch. conſ. 226. num. 19. lib. 3. Stante itaque inualiditate emancipationis, conſequitur etiam inualiditas teſtamenti, quod etiam nullum eſſe videtur ex eo, quod non fuit in illo ſtatuti forma & ſollemnitas ſeruata, prout cumulatè fuit deductum per Excellen. Dominum Conſulentem, ad cuius dicta me remitto, cum plenitudo nullum recipiat augmentum.

Ita iuris eſſe opinor ego Marcus Antonius Seuerius V.I.D. Peruſinus, & ideo de ſubſcriptione requiſitus libentiſſimè ſubſcripſi, & proprio ſigno muniri curaui.

Quia in cauſa prædicta in Ciuitate Eugubij fuerant latæ duæ ſententiæ, vna pro Reo, & alia pro Actore, tandem cauſa fuit concordata.

ARGVMENTVM.

An, & quando per diuiſionem cenſeatur renunciatum fideicommiſſo.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum purum ſeu purificatum per ſimplicem diuiſionem cenſetur remiſſum.*

2 *Fideicommiſſum conditionale per ſimplicem diuiſionem dicitur remiſſum. Declaratur num. 27.*

Maxime ſi verba diuiſionis non referuntur ad ius futurū, num. 3. & num. 15.

Et quando diuidentes non habebant ſcientiam fideicommiſſi, num. 4. & ſeq.

5 *Fideicommiſſum vt per diuiſionem intelligatur remiſſum tria copulatiue requiruntur.*

6 *Ignorans non cenſetur remittere ius ſuum.*

7 *Ignorantia teſtamenti præſumitur in ſuis hæredibus, qui ab inteſtato erant ſucceſſuri. Declaratur num. 29.*

Sed aliud dicitur de hærede extraneo, qui ab inteſtato ſuccedere non poterat, num. 8.

9 *Scientia teſtamenti in genere non ſufficit vt fideicommiſſum cenſeatur remiſſum per diuidentes, niſi de ſcientia fideicommiſſi appareat. Sed contra num. 34. & ſeq.*

10 *Scientia fideicommiſſi in minore non præſumitur, quæ ad remiſſionem fideicommiſſi exigitur. Declaratur nu. 38.*

11 *Clauſula, Ad habendum, & ſimilis cenſetur appoſita de conſuetudine Notariorum, nec principalem diſpoſitionem alterare poteſt. Declaratur numero 40. & ſequentibus.*

12 *Alienandi licentia non operatur remiſſionem fideicommiſſi, ſi non eſt ſequuta alienatio.*

13 *Alienatio facta titulo vniuerſali per inſtitutionem hæredis non ſufficit, vt quis dicatur vſus poteſtate alienandi. Sed contra num. 48. & ſeqq.*

14 *Subſtitutus purificata conditione agit ad pretium contra hæredem eius, qui alienauit bona ſubiecta fideicommiſſo vigore poteſtatis alienandi ſibi conceſſæ in inſtrumento diuiſionis. Sed declaratur num. 57.*

16 *Diuiſio facta à minore ſine cauſa redditur nulla.*

17 *Diuiſio facta à minore non operatur remiſſionem fideicommiſſi.*

18 *Bona ſubiecta fideicommiſſo alienari non poſſunt.*

19 *Bona alienari poſſe & fideicommiſſum ſubſiſtere ſunt incompatibilia.*

20 *Conſentiens alienationi rei ſuæ, ius ſuum amittit, & ſibi præiudicat, vt eam à poſſeſſoribus vendicare non poſſit.*

21 *Conſequenti poſito, videtur conceſſum ſuum neceſſarium antecedens.*

22 *Fideicommiſſum remiſſum intelligitur per diuiſionem, in qua diuidentes ſibi ad inuicem poteſtatem alienandi conceſſerunt per clauſulam, Ad habendum, & num. 24.*

23 *Diuiſio inducit remiſſionem iuris emphyteutici, quando in diuiſione facta de re emphyteutica fuit conceſſa facultas alienandi per clauſulam, Ad habendum, &c.*

25 *Fideicommiſſum intelligitur remiſſum per clauſulā in inſtrumento diuiſionis appoſitam, Et promiſerunt ſibi ad inuicem perpetuo vllo vmquam tempore litem vel quæſtionem aliquam non mouere.*

Item per clauſulam, Ponentes ſe in eorum locum, & conſtituentes ſe procuratores in rem propriam, num. 26.

28 *Scientia fideicommiſſi nō exigit plenam probationem, ſed præſumptionibus & coniecturis probatur.*

29 *Scientia teſtamenti præſumitur etiam in ſuis hæredibus, poſtquam ſe in hæreditate ſe immiſcuerant.*

Item quando teſtamentum eſt nuncupatiuum & ſine ſcriptis conditum, num. 30.

Et quando hæredes adimpleuerunt aliquid de contentis in teſtamento. num. 32.

31 *Notarius præſumitur diligens & recte exercere officium ſuum.*

33 *Alienandi licentia operatur, vt ſequuta alienatione poſſeſſores moleſtari nō poſſint, ſiue diuidentes habuerint ſcientiam fideicommiſſi, ſiue ignorantiam.*

35 *Scientia fideicommiſſi præſumitur probata ſcientia teſtamenti in genere.*

36 *Franc. Becc. conſil. 111. reprehenditur in multis & num. ſeq.*

37 *L. de his, ff. de tranſact. numquid procedat in diuiſione, & qualiter intelligatur.*

39 *Iuramentum habet vim certiorationis & ſcientiæ eorum, quæ ius diſponit.*

40 *Clauſula, Ad habendum, & ſimilis, etiam appoſita in executiuis, operatur remiſſionem fideicommiſſi, quando ad aliud referri non poteſt.*

Cenſeturque appoſita de voluntate contrahentium, numero 41.

42 *Notarius præſumitur rogatus apponere in inſtrumēto omnes clauſulas ſolitas apponi.*

43 *Verba omnia in inſtrumento appoſita de voluntate contrahentium præſumuntur, & quod quidquid ſcripſit Notarius fuerit prius à contrahentibus dictum.*

44 *Clauſula codicillaris præſumitur appoſita in teſtamento de voluntate teſtatoris.*

45 *Verbum, Actum, &c. oſtendit inſtrumentum fuiſſe lectū partibus & teſtibus à Notario.*

46 *Clauſula codicillaris ſuum operatur effectum, quando teſtamentum fuit lectum coram teſtatore, qui non contradixit.*

47 *Notarius præſumitur peritus ac doctus.*

48 *Alienatione permiſſa cenſetur conceſſa etiam inſtitutio hæredis.*

49 *Inſtitutio hæredis dicitur alienatio.*

Et numquid id ſit verum, quando fuit inſtitutus aliquis, qui ab inteſtato erat ſucceſſurus, num. 51.

52 *Bona reſtitutioni ſubiecta non veniunt in inſtitutione hæredis, quando de eis non fuit facta ſpecifica mentio. Sed contra num. 55. & ſeqq.*

53 *Bona alienari probibita ſub pęna, non veniunt in generali diſpoſitione bonorum.*

54 *Probibitio tacita alienandi bona ſubiecta fideicommiſſo tollitur per licentiam alienandi conceſſam in inſtrumento diuiſionis.*

57 *Conſentiens alienationi rei ſuæ licet illam vendicare non poſſit, habet actionem ad pretium contra alienantē, quod qualiter intelligatur, ibi declaratur.*

58 *Contrarietas per ſubdiuiſionem & diſtinctionem euitari debet in eadem diſpoſitione.*

59 *Verba cuiuſlibet diſpoſitionis ita ſemper interpretari debent, vt repugnantia & contrarietas euitetur.*

60 *Pacta potius diuerſa quam contraria iudicantur.*

61 *Fideicommiſſi reſeruatio nihil operatur, quotieſcumque in inſtrumento diuiſionis fuit conceſſa facultas alienandi.*

62 *Iuramentum minores repræſentat maiores.*
Facitque quod contractus, qui aliàs eſſet nullus, ſubſiſtat. num. 63.

64 *Diuiſio facta à minore cum iuramento etiam contra expreſſam teſtatoris probibitionem, valet, nec ei poteſt contraueniri.*

65 *Si minor poſt completam minorem ætatem per longum tēpus tacuit, bona diuiſa iuxta diuiſionis formam poſſidendo, dicitur diuiſionem ratificaſſe, & de nouo ſimilem diuiſionem in maiori ætate feciſſe.*

CONSILIVM XXXIII.

DVBIVM, de quo quæritur, an per
diuiſionem factam inter Dominos de
Herculanis fuerit remiſſum fideicom
miſſum, videtur pro ſubſtitutis negatiue
reſoluendum.
Primo quia diuiſio facta fuit ſimpli
citer per arbitros electos ad diuidendum bona com-
1 munia, & licet † per ſimplicem diuiſionem cenſeatur
remiſſum fideicommiſſum purum vel purificatum, vt
per Caſtren. & Cuman. in l. qui Romæ, §. duo fratres,
ff. de verbor. obligat. & pro commun. Menoch. de præ-
ſumpt. par. 1. lib. 3. præſumpt. 115. nu. 3. & ſeqq. tamen
2 per ſimplicem diuiſionem cõditionalis † fideicommiſſi
remiſſio non inducitur, Doctor. communiter in l. qui
Romæ, §. duo fratres, in 1. quæſt. princ. ff. de verbo. ob-
ligat. & in l. tres fratres, ff. de pact. l. cum pater, §. hære-
ditatem, vbi Bar. Bal. Imol. Caſt. & alij, ff. de leg. 2. Cu-
man. conſ. 133. col. fi. Rom. conſ. 403. colum. 1. Gozad.
conſ. 36. nu. 58. in fi. Pariſ. conſ. 55. num. 12. lib. 2. Alex.
conſ. 28. in prin. lib. 5. Socin. conſ. 31. col. 1. lib. 4. Corn.
conſ. 150. col. fi. lib. 3. late Anton. Gabr. in ſuis concluſ.
in titu. de fideicomm. concluſ. 1. lib. 1. vbi de communi
teſtatur, quam ſententiam communem eſſe teſtatur e-
tiam Grat. conſil. 60. num. 5. lib. 1. & poſt eum & alios
Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 115. nu. 9. par.
1. ſed ſemper pacta diuidentium interpretanda ſunt,
vt in dubio per ea fideicommiſſum remiſſum non cen-
ſeatur, ſed ſuſtineatur. Bartol. in dicto §. duo fratres, in
q. 6. princ. & poſt alios Grat. conſil. 17. num. 47. & con-
3 ſil. 22. num. 17. libro 1. Maximè † quando verba diuiſio
nis non referuntur ad ius futurum, quod dependet à fu-
tura morte grauati, de qua non præſumitur cogitatum
cum nec cogitari potuerit. Bald. in l. Qui cum tutori-
bus, numero 1. ff. de tranſact. Franc. Becc. conſil. 111.
numero 7.

4 Secundo hæc pars confirmatur † ex eo, quod fidei-
commiſſo conditionali renunciatum non dicitur, quan
do diuidentes ſcientiam teſtamenti & fideicommiſſi
non habuerunt, ſecundum Doctor. communiter in di-
5 cto §. duo fratres, maxime in 3. q. princ. † tria enim co-
pulatiuè requiruntur ad huiuſmodi remiſſionem indu-
cendam, nempe ſcientia teſtamenti, quòd fideicommiſ
ſum ſit reciprocum, & clauſulæ prægnantes in diuiſio-
ne ſint appoſitæ, per quas iura futura remittantur. So-
cin. iun. conſil. 116. num. 50. lib. 1. Gabriel. dicta con-
cluſ. 1. num. 43. Bolognet. conſil. 32. ad fin. etenim de-
ficiente ſcientia fideicommiſſi eius remiſſio non reſul-
6 tat † ea ratione quia nemo ius ſibi competens, quod ta-
men ignorat, remittere cenſetur, l. mater decedens, de
inòffic. teſtamen. & ibi Barthol. Afflict. deciſ. 53. num.
3. Franc. Becc. dicto conſil. 111. num. 10. qui alios alle-
gat, & confirmatur ex adductis per Bald. in cap. 1. nu.
5. quo tempor. mil. inueſt. Alexan. conſil. 14. num. 10.
verſic. Confirmatur, lib. 2. Dec. conſil. 452. num. 26. &
in conſi. 185. num. 10. & ſeqq. Anton. de Butr. conſ. 22.
colum. fi. Salicet. in l. authoritatem, verſic. Quæro, de
quæſt. facti, C. vnde vi. In caſu autem præſenti de hac
ſcientia tempore lati laudi & inſtrumenti diuiſionis
7 non conſtat, † & in filijs ſuis hæredibus, qui erant ab in-
teſtato ſucceſſuri ignorantia præſumitur, vt dicunt Do
ctor. in dicto §. duo fratres, vbi Bartol. in 3. quæſt. prin.
Iaſ. num. 57. Ripa num. 45. Crot. num. 84. Soc. iun. nu.
106. qui de communi teſtatur. Iaſ. Alex. Ang. & alij in
l. eius qui. ff. ſi cer. pet. Gozad. conſ. 45. nu. 17. Senat. Pe-
dem. deciſ. 73. num. 6. Corn. conſ. 176. col. 2. & 3. lib. 4.
Ant. Gabr. in ſuis concluſ. in tit. de præſumpt. concluſ.
6. nu. 15. & 17. cum enim illi eſſent ab inteſtato ſucceſ-
ſuri, præſumitur quòd non ex teſtamento, ſed ab inte-
ſtato hæreditatem agnouerint, abſque eo quod de teſta
8 mento fuerint certificati, † cuius contrarium dicitur in
hærede extraneo, qui ſine teſtamento ſuccedere non
poteſt, vt in dictis locis conſiderant Doct. & Socin. qui
pariter communem eſſe dicit in conſ. 128. num. 116. &
ſeq. & nu. 123. lib. 1. merito ceſſante ſcientia fideicom-
miſſum non intelligitur remiſſum.

9 Tertio ſi conſtaret de ſcientia teſtamenti † non ſuf-
ficeret, niſi filij in ſpecie fieicommiſſi ſcientiam ha-
buiſſent. Crau. conſ. 193. num. 8. lib. 1. Soc. iun. in conſ.
98. num. 5. & ſeq. lib. 2. Senat. Pedemon. deciſ. 176. nu.
4. & alios refert Franc. Becc. in conſ. 111. num. 19. ver.
Rurſus. nam ſecundum eos quando in aliquo caſu ſciē-
tia requiritur, non ſat eſt illam iuſtificari in genere. Ac-
cidere enim poteſt, quod filij ſciant patrem feciſſe te-
ſtamentum, abſque eo quod notitiam habeant conten-
torum in eo, quod veriſimiliter eueniſſe videtur in ca-
ſu, de quo agitur, ſtante, quod tempore diuiſionis Do-
mini Nicolaus & Guerrinus erant minores annorum
10 vigintiquinque, † & in minoribus non præſumitur ea
ſcientia fideicommiſſi, quę requiritur ad fideicommiſ-
ſi remiſſionem. Bald. conſ. 440. prope fi. lib. 3. & in ter-
minis Fran. Becc. d. conſ. 111. nu. 14. & ſeq. vbi pro ſua
opinione allegat etiam Paul. de Caſtr. in conſil. 188. in
1. dubio, lib. 1.

Quarto non videtur poſſe fieri fundamentum in
clauſulis, Ad habendum, & ſimilibus in inſtrumento
11 ratificationis laudi & diuiſionis appoſitis, † quæ cum
ſint appoſitæ in clauſulis acceſſorijs & executiuis in-
ſtrumenti, non in principali diſpoſitione, & de com-
muni ſtylo Notariorum ſoleant ſemper apponi, non
videntur attendendæ, nec principalem diſpoſitionem
alterant, ſed diuiſio remanet in ſuis puris terminis.
Ripa in d. §. duo fratres, num. 45. Socin. iun. conſil. 93.
num. 24. lib. 3. in terminis diuiſionis ita dicit Menoch.
in conſ. 84. num. 46. & conſ. 87. num. 4. & ſequen. lib. 1.
latè proſequitur Franc. Becc. dicto conſ. 111. num. 24.
& ſeq. qui alios multos allegat, & Grat. conſil. 17. col.
penult. lib. 1.

Quinto non poteſt induci remiſſio fideicommiſſi
12 ex † licentia alienandi bona diuiſa, poſtquam Dominus
Ioannes

Ioannes Andreas, per cuius mortem prætenditur pu-
rificatum fideicommiſſum, bona non alienauit, quoni
licentia alienandi nihil operatur, quando non eſt ſequu
ta alienatio. Bart. in d. §. duo fratres, quæſt. 8. quem a-
lij omnes communiter ſequuntur. Paul. de Caſtr. dicto
conſil. 188. nume. 1. in fine, Ruin. conſil. 13. nume. 7.
lib. 2. Curt. ſenior conſil. 63. col. fin. Rom. Alex. & alij
relati ab Anton. Gabriel. in dicta concluſ. 1. in titulo, de
fideicommiſ. num. 33. Cephal. conſil. 371. nu. 23. lib. 3.
13 Hieronym. Gabriel. conſ. 125. num. 15. lib. 1. Nec † a-
lienatio titulo vniuerſali per inſtitutionem hæredis, p-
deſſe poteſt cum ad inducendam remiſſionem fideicō-
miſſi alienatio titulo ſingulari inter viuos ſequi debue-
rit, ſecundum Tiberium Decian. conſil. 3. nume. 147.
lib. 1. latè Cephal. d. conſil. 371. num. 25. & ſeq. vbi poſt
Dec. Rolan. a Vall. & alios affirmat, quod etſi aliena-
tio titulo vniuerſali ſufficeret, id procederet quando
expreſſe in teſtamento de bonis fideicōmiſſo ſubiectis,
diſponeret, nec ea in generali inſtitutione veniret, qđ
etiam dixit Rim. iun. conſ. 204. num. 111. & ſeq. lib. 2.

Sexto ſi facultas alienandi conceſſa eſſet, & debi-
14 to modo fuiſſet ſequuta alienatio, † poſſent actores a-
gere ad pretium contra hæredem Domini Ioannis An
dreæ, cum licentia alienandi à diuidentibus conceſſa id
tantum operetur, vt ſequuta alienatione, illi in quos
fuit facta alienatio, inquietari nequeant, ſed fideicom-
miſſario datur regreſſus contra hæredes alienantis ad
pretium, ita Bart. & alij in d. §. duo fratres. in q. 8. prin.
vbi Rip. nu. 84. de communi teſtatur Claud. de Seiſel.
num. 38. & Alciat. num. 31. in terminis Cephal. dicto
conſ. 371. num. 25. lib. 3. Alba. conſil. 74. Si igitur hære
des Dom. Ioannis Andreæ bona ſubiecta fideicommiſ-
ſo reſtituere non tenentur, videntur ſaltem obligati ad
reſtitutionem pretij ex iam dictis, & prout notanter di
cit Curt. iun. in conſ. 4. num. 21. & ſeq. vbi de commu-
ni teſtatur, lib. 1.

Septimo hęc tanto magis recipienda ſunt, quoniam
ex clauſulis inſtrumenti celebrati anno 1545. videtur
tantum remiſſum ius competens vſque ad illam diem,
vt denotant verba inſtrumenti, vſque in præſentem
15 diem, &c. † & ad hoc vt fideicommiſſum conditionale
remittatur, neceſſarium eſt renunciari iuribus competi
turis de futuro. Doct. in d. §. duo fratres. Soc. iun. conſi.
116. num. 50. lib. 1. Gabr. in dicta concluſ. 1. nume. 43.
Bolog. conſil. 32. in fi.

16 Octauo, † cum diuiſio facta à minore 25. annis ſine
cauſa nulla reddatur, Bar. in l. inter pupillos, ff. de auth.
tut. Roman. conſil. 106. verſic. quoad quartum. Bald.
in l. 1. in fine, ff. de reb. eorum, cum congeſtis per Aret.
conſil. 22. colum. 1. Dec. conſ. 349. nu. 2. & in dictis fra
tribus iuſta cauſa diuidendi, & fideicommiſſum remit
17 tendi non iuſtificetur, † ideo illa minoribus non nocet
ſaltem ad inducendam remiſſionem fideicommiſſi cō
ditionalis, vt in terminis tenet Pau. de Caſt. d. conſ. 188.
in princ. num. 1. in fi. lib. 2.

Prædictis non obſtantibus reſpondendum cenſeo p
dictam diuiſionem fideicommiſſo renunciatum fuiſſe:
ad quod dicendum moueor.

Primo, quia quotieſcunque à diuidentibus eſt data
ad inuicem facultas alienandi bona fideicōmiſſo ſubie
18 cta, illi renunciatum cenſetur, † cū enim de iure aliena-
ri non poſſint Doct. in Auth. res quæ, C. commu. de leg.
Dec. conſ. 386. Ruin. conſ. 109. num. 26. lib. 2. l. fin. §.
ſed quia. & ibi Doct. omnes, C. comm. de leg. Menoch.
conſil. 105. num. 88. & ſeq. lib. 1. & Cephal. conſ. 177.
num. 3. lib. 2. data ad inuicem falcultate vendendi, &
19 alienandi, intelligitur remiſſum fideicommiſſum, † cū
hæc ſimul ſtare non poſſint bona alienari poſſe, & fidei
commiſſum ſubſiſtere tāquam inter ſe contraria, & in-
compatibilia. Soc. ſen. conſ. 43. colum. 1. & 2. lib. 4. An-
gel. in dicto §. Duo fratres, quæſt. 5. & ibi Cro. in repet.
q. 8. Curt. ſen. conſ. 64. col. vltim. Dec. conſ. 11. num. 7.
cum alijs allegatis per Menoch. conſ. 87. num. 29. li. 1.
20 & Ceph. conſ. 253. nume. 8. lib. 2. † & quia contentiēs
alienationi rei ſuæ vel ſibi debitæ, ſeu licentiam illam
alienandi concedens ſibi præiudicat, vt eam à poſſeſſo
ribus vendicare non poſſit, l. Nihil, §. omnibus, ff. de le-
gat. 1. Bal. in l. Quoties, numero 12. C. de fideicommiſ.
Cor. conſil. 144. num. 8. & 12. lib. 2. Paul. de Caſtr. in l. ſi
fundum per fideicommiſſum, num. 4. ff. de leg. 1. & ibi
Iaſ. n. 37. iuraque ſua amittit, vt in dictis locis habetur,
& clarius tradit Crau. conſ. 24. nu. 9. lib. 1. cuius contra
rium eſſet, ſi fideicommiſſum adhuc ſubſiſteret, cum
purificato fideicommiſſo ſubſtitutus vendicare poſſit
bona reſtitutioni ſubiecta ab eis, in quos fuit facta alie-
natio; iuxta dictam l. fi. §. ſed quia, cum ibi not. C. cōm.
de leg. Icc irco diuidentes, qui ſubſequens voluerunt,
ſcilicet quod bona ſalienari poſſint irreuocabiliter, vi-
21 dentur voluiſſe omne ſuum neceſſarium † antecedens
quia ſubſequenti poſiti videtur conceſſum ſuum neceſ
ſarium antecedens, c. cum quid, de regul. iur. in 6. l. ad
rem mobilem, ff. de procur. late Vinc. Carocc. Tudert.
in repet. c. cum quid, par. 2. in princ. Franc. Becc. in con
ſil. 38. num. 3. Pari. conſ. 71. nu. 31. li. 3. & conſequēter
22 fideicommiſſum remittere, vt in terminis † quod fidei
commiſſum intelligatur remiſſum per diuiſionem, in
qua diuidentes ſibi ad inuicem facultatem alienandi cō
ceſſerunt, tenuerūt Bar. in l. qui Romæ, §. Duo fratres,
numero 21. ff. de verb. oblig. quem ibi ſequuntur com-
muniter Doct. præcipue Alex. Iaſ. num. 72. & ſeq. Rip.
num. 83. Soc. iu. num. 127. qui de comm. teſtatur, Dec.
conſ. 11. num. 7. Crau. conſil. 24. nume. 7. & ſeqq. lib. 1.
qui pariter de comm. teſtatur. Dicens, quod ſolus Aret.
in dicto §. Duo fratres, ab hac opinione diſſentit: de
quo non eſt curandum, maxime quia ipſe Aret. conſu-
lendo hanc opinionem fuit ſequutus. Idem tenet Alex.
conſ. 8. num. 7. lib. 5. Ruin. conſil. 153. nume. 9. lib. 2. &
conſ. 137. num. 7. & 9. eod. lib. qui id affirmat, quotieſ-
cumque explicite vel implicite conſtat poteſtatem alie
nandi fuiſſe conceſſam, eamdem opin. tenuerunt Soc.
iun. conſ. 116. nu. 660. libr. 1. Menoch. conſ. 87. nu. 29.
lib. 1. Franc. Becci. conſil. 38. per tot. Soc. ſen. conſ. 43.
col. 1. & 2. lib. 4. Ceph. d. conſ. 253. num. 8. & ſeq. lib. 1.
Anto. Gabr. in dicto titul. de fideicomm. concl. 1. nu. 3.
Marzar. de fideicomm. par. 3. q. 59. vbi adducit multas
alias authoritates, aſſeritque ita fuiſſe iudicatum in
Rot. Cur. Rom. vt per Mohedan. in dec. manuſcriptis
156. Ac etiam pluries ſecundum hanc concluſionem
fuiſſe deciſum in Rot. Florentina Rimin. iun. conſi. 80.
num. 38. & ſeqq. qui multos alios allegat lib. 1. Burſat.
conſil. 173. num. 45. & conſ. 195. numer. 12. vbi comm.
dicit lib. 2. & late hanc ſententiam defendit Meno. de
præſumpt. par. 1. lib. 3. præſumpt. 115. nu. 42. & ſeqq.
multis, & Borgni. Caualc. dec. 36. numero 11. verſic. ſe
cūdo colligitur, cum ſeqq. Ex quibus apparet hanc opi
nionem ſine dubio eſſe communem, & in iudicando &
23 conſulendo ſequēdam, & † comprobatur per Crot. in
conſil. 146. numero 17. lib. 1. qui poſt Alex. in conſilio
189. colum. 4. li. 2. dixit, quod ſi in diuiſione eſt data fa-
cultas alienandi per clauſulam ad habendum, & cet. cē
ſetur facta remiſſio etiam iuris emphyteutici, ita vt illi,
in quos fuit facta alienatio cōueniri nō poſſint, & eum
ſequitur Riminald. iu. conſil. 461. numero 34. & ſeqq.
li. 4. quam opinionem approbat etiam Bero. conſil. 93.
nu. 34. li. 1. In caſu autem, de quo agitur talem faculta-
tem conceſſam fuiſſe elicitur in pluribus locis laudi &
inſtrumēti diuiſionis, præſertim ex clauſula illa, ad ha-
bendum &c. per quam ad inuicem ſibiipſis & eorum
hære-

hæredibus facultatem alienandi & diſponēdi de bonis
24 diuiſis dicti fratres cōceſſerunt.† Ideo per dictam clau
ſulam adeo amplam omnino dicitur fideicommiſſum
remiſſum, vt in terminis diuiſionis factæ cum illa clau
ſula dicunt Doct.ſupra allegati, præſertim Ceph.Fran.
Becci. Menoch. Ant.Gabr.Marzar. & Rim.iun.
25 Secundo fideicommiſſum remiſſum oſtenditur †ex
clauſula illa, Et promiſerunt ſibi ad inuicem perpetuo
nullo vnquam tempore litem vel quæſtionem aliquā
mouere &cet. quæ hūc effectum operatur, præſertim
quādo (vt in propoſito) verba eiuſdem ſunt valde præ-
gnantia. Ruin.conſil.119.nu.21. & melius conſil.133.
num.14.lib.2.alios refert Menoch.conſ.87. nume.33.
Pariſ.qui de comm. teſtatur in conſ.71.nu.3. & ſeqq.
lib.3.Curt.iun.conſ.49.col.5.& ſeq.libr.1.Dec.conſil.
11.num.7.Soc.iun.conſil.116.num.60. libro 2. & alij
multi, quos refert Ant.Gabr.in d.concl.1.num.20.vbi
nume.23.de magis comm.teſtatur, & Cephal.conſilio
253.num.11.lib.2. Rim.iun.in conſil.204.num.35. &
ſeqq.lib.2.
26 Tertio hæc opinio comprobatur ex clauſula† Ponē
tes ſe, &c. conſtituentes procuratores & dominos &c.
cuius ſane vis tanta eſt, vt fideicommiſſi remiſſio ex ea
inducatur. Soc.iun.conſ.116.nume.60. lib.1.Gabr.di-
cta concl.1.num.44.Ruin.conſil.137.num.7.lib.2.Me
noch. in dicta præſumpt.115.numero 67. Et quia ex his
ſatis fundata eſt intentio hæredum Ioannis mariæ con
tra ſubſtitutos, ſolum ſupereſt adductis in contrarium
reſpondere.
27 Non obſtat igitur primū argumentum † illud enim
procederet in ſimplici diuiſinne de qua loquitur Bar.in
contrarium adductus, non autem in caſu noſtro, in quo
fuit conceſſa facultas alienandi non ſolum ipſis diuidē
tibus, ſed & eorum hæredibus, & ſtantibus alijs clauſu
lis de quibus ſupra, vt declarant Soc.iun.conſ.128.nu-
me.122.lib.1.Pariſ.conſ.46.per tot.lib.2. & eſt de mē
te Bart. & aliorum in dicto §. Duo fratres, qui ponunt
regulam, quod per ſimplicem diuiſionem non fit remiſ
ſum fideicommiſſum, quam poſtea limitant pluribus
modis, & præſertim in caſibus ſupradictis, prout etiam
facit Menoch.d.conſ.87. num.40. & Gabr.d.concl.1.
nu.20.30. & 44.
28 Nec obſtat ſecundum, quoniam reſpondetur† quod
ad probandum ſcientiam non requiritur plena proba-
tio ſed leues præſumptiones ſufficiunt. Doct. cōiter in
d.§.Duo fratres, vbi Bartol.in 3.q.princ. Soc.iun.poſt
Claud.de Seiſel. & alios quos allegat nu.109.Abb.con
ſil.19.lib.2.Dec.conſ.287.& conſ.303. Menoch.con-
ſil.87.nu.56.Soc.iu.d.conſ.116.num.42.lib.1.ſicut re-
gulariter ſcientia coniecturis probari ſolet. Alba.conſ.
18.col.1.Natt.conſ.231.col.1.Crau.conſ.193.num.7.
lib.1.Et iſtos diuidentes teſtamenti ſcientiam habuiſſe
pluribus probatur coniecturis. Primo quia tempore la-
ti laudi, & celebrati inſtrumenti iam in hæreditate pa-
29 tris ſe immiſcuerant, & † poſt aditam hæreditatē non
ſolum animo ſed etiam facto teſtamenti ſcientia præſu
mitur etiam in filijs ſuis hæredibus. Din.& Bal.in l.Ce
tera, §.fi.ff.de leg.1.Bal.in l.Eius qui in prouinciam, nu.
17.ff.ſi cert.pet.quos ſequitur Alex.in conſ.4.nu.19.&
ſeq.libr.2. Aret.in l.Is poteſt, in fi.ff.de acquir.hæred.
Dec.conſ.287.nu.15.& ſeqq. & conſ.303.nume.2. &
clarius Soc.ſen.conſ.75.num.16.lib.1.Rol.a Val.conſ.
85.nu.20.lib.1. Allegata autem in contrarium poſent
procedere poſt aditionē factā animo tantū, ſecus poſt-
quam filij ſui hæredes etiam facto hæreditati ſe immi-
ſcuerunt, quo tempore etiam filij ſolent omnia perqui
rere & inuenire. Secunda exoritur ſcientiæ præſum-
30 ptio † ex eo quod teſtamentum de quo agitur, fuit ſine
ſcriptis celebratū, & ſtatim mortuo teſtatore ex com-
muni ſtylo notariorum ſolent legi, & publicari, vt con
ſiderant Paul.de Caſt.conſ.94.lib.2. Pariſ.conſi.16.nu.
48.conſ.46.nu.14.& conſ.72.nu.27.lib.2.Alex. in d.§.
duo fratres, nu.53.Gozad.conſ.98.num.21. Menoch.
conſ.87.nu.59.lib.1.Soc.ſen.d.conſil.75.num.16.lib.1.
Boer.deciſ.39.nu.13.in 1.par. & Rol.a Val.conſi.66.
num.23.& ſeqq.lib.4. Quæ præſumptio fortius proce
dit in hac ciuitate Peruſina, ſtante ſtatuto rubr.38.li.2.
quo cauetur notarios teneri infra octo dies a die mortis
teſtatoris notificare hęredibus teſtū, quod cum fuiſſet,
31 faciendum, factum præſumitur† ob prȩſumptā Nota-
rij diligentiā.c.ad audientiā. de præſumpt.c.deputari.
de appel. Abb.conſ.41.lib.1. Alciat.de prȩſump.reg.3.
præſum.13.in prin. Tertia nedū præſumptio, ſed clara
ſcientiæ probatio elicitur ex multis capitulis laudi diui
ſorij, in quibus de dicto teſtō fit mentio, & multa in eo
32 dē teſtō diſpoſita adimplentur, & quando † hæres ali-
quid facit de cōtentis in teſtamento, clara ſcientia om-
nium contentorum in eo probatur. Bar.in d.§.duo fra-
tres, nu.14.Dec.conſ.287.nu.17. & conſ.303.num.3.
Cur.iun.conſ.49.nu.11.li.1.Pariſ.conſ.46.nu.15.li.2.
Crauet.conſil.193.nu.7.lib.1.Roland.a Vall.conſ.85.
nu.21.lib.1.& ſupradictis addo Rolan. a Val.conſ.36.
lib.2. & Burſ.conſ.174. lib.2. in quibus locis non ſolū
prædicta comprobant, immo alijs modis, iuxta com-
munes concluſiones præſumptam ſcientiam iuſtificari
33 oſtendunr. Vlterius† ſi de ſcientia teſtamenti non con-
ſtaret (quod tamen ſtantibus iam dictis non poteſt ad-
mitti) attamen poſtquam fuit data licentia alienandi,
& ſequuta eſt alienatio, non poſſunt modo hæredes
Ioannis Andreæ moleſtari, ſiue diuidentes, tempore di
uiſionis fideicommiſſi ſcientiam habuerint, ſiue illud
ignorauerint. Bar.in d.§.duo fratres, in 8.q.prin.quem
communiter ſequuntur Doct.ibi, maxime Alex. Iaſ.&
alij, vbi Ripa num.84.de communi teſtatur. Corn.cō-
ſil.144.nu.12.lib.3. Alex.conſil.8.num.7.lib.5. Pariſ.
conſi.46.num.26.lib.2.Rol.à Vall.conſil.55.num.14.
lib.3.Ruin.conſil.92.num.19.lib.3.& conſ.144. num.
19.lib.2. & de communi teſtatur Rim.iun. conſil.80.
nu.38.& ſeq.lib.1. & in facti contingentia quòd quan-
do in diuiſione fuit a diuidentibus ad inuicem conceſ-
ſa facultas alienandi, licet hæredes teſtamentum igno
rauerint, & fideicommiſſum non eſſet reciprocum, ſe
quuta alienatione, illi, in quos fuit facta alienatio non
poſſint moleſtari, ſuperioribus annis ad fauorem ma-
gnificæ Dominæ Sueuæ de Comitibus de Marſciano
conſului, & ita obtinui anno 1576. coram Reuerendiſ
ſimo de Sancta Cruce tunc Peruſiæ Gubernatore: qđ
volui ex abundanti dicere, licet caſus prȩſens ſit magis
clarus, cum fideicommiſſum ſit reciprocum, & de ſcīē
tia teſtamenti ex iam dictis conſtet.
34 Tertium argumentum tollitur, † quia Doct. omnes
in d.§.duo fratres. admittunt ſatis eſſe conſtare ex cō-
iecturis de ſcientia fideicommiſſi, & exemplificant,
qñ diuidentes dicunt ſe eſſe hæredes ex teſtamēto, vel
legata ſoluerunt, ſeu quid aliud faciunt de cōtentis in
teſtamento, & multa alia ponunt exempla, quæ ſcien-
tiam tm̄ teſtamenti arguunt, & tamen volunt ex dictis
præſumptionibus fideicommiſſi ſcientiam prȩſumi ea
35 ratione, † quia quotieſcumque conſtat de ſcientia teſta
menti in genere, præſumitur quòd hæredes certificati
fuerint etiam de contentis in eo, & cōſequenter etiam
de fideicommiſſo. Bartol. in d. §.duo fratres, in 34. &
ibi Io.Crot.in repet. num.103. in fi. & Rip. nume.52.
in fi.Bald.in cap.1. nume.8. Imperat. Lothar. in vſib.
feud. Alexand.in conſil.118.numero 4. verſic. nam nō
obſtat lib.ſeptimo, & conſil.113.numero 17.lib.ſexto.
Dec.conſil.287.nu.17.Pariſ.conſil.46. numero 15. &
ſeqq.lib.2. Curt.iun. conſil.49. num.11.libro 1. Ceph.
conſil.

conſil.253.nu.13.lib.2.Tob.Noni.conſ.41.nu.15.Bur
ſat.qui de communi teſtatur in d.conſ.174.num.14.li-
bro 2. & pro hac opinione poſſunt adduci omnes illi,
qui ad inducendam præſumptionem ſcientię fideicom
miſſi mouentur tantum ex indicijs & coniecturis, quæ
ſolam ſcientiam teſtamenti inducunt, & nihilominus
concludunt fideicommiſſum cenſeri remiſſum, vt colli
gitur ex not.per Doct. omnes in d. §.Duo fratres, in 3.
q.princ.Soc.iun.conſil.116.numero 42.& ſeqq.libr.2.
& in dicto §.Duo fratres, numero 103.& ſeqq.multis.
Abb.conſ.19.lib.2.Pariſ.conſ.91.num.48.& ſeqq.lib.
2.Menoch.conſil.87.numer.56.& ſeqq.lib.1.latè Ro-
land.à Vall.conſ.66.nume.23.& ſeqq.multis lib.4.la-
36 tiſſimè Burſat.conſ.174.lib.2.† Ex quibus patet parui
faciendum eſſe, quod in contrarium dixit Franc.Becc.
in contrarium adductus per text. in l.de his, ff.de tran-
37 ſact.cum Doctores ſupra adducti † reſpondeant dictæ
l.de his, præſertim Alexand.in dicto conſil.118.nume.
4.Pariſ.in dicto conſil.46.num.15.& ſeqq.Tob.Noni.
in conſil.41.numero 17.& ſeqq. & Borgnin.Caualca.
in deciſ. 36. numero 24. Crauetta vero & Socinus iu-
nior in contrarium allegati, loquuntur in tranſactione,
in qua procedit textus in dicta l.De his, cuius diſpoſitio
nem in diuiſione locum non habere latè oſtendunt So-
cin.iun. conſ.116.num.65.& ſeqq.lib.2.& Tobi.No-
38 ni.in conſil.41.numero 17.& ſeqq. Nec obſtat † dum
Franc.Becci.in dicto conſil.111.numer.15.dicebat ta-
les præſumptiones ſcientiæ non nocere minoribus 25.
annis, quoniam Paul.de Caſtr.quem allegat, id non di-
cit, ſed tantum diuiſionem factam a minore non vale-
re, de qua dicetur infra. Baldus autem concedit mino-
rem habere ſcientiam facti ſed non iuris, & importan-
tiæ fideicommiſſi; & verè nō poteſt negari quin etiam
minor adultus concurrentibus præſumptionibus, ſcien
tiam fideicommiſſi & ſic facti habere dicatur, prout
not.Bart.& alij in dicto §. Duo fratres, præcipuè Soc.
iun. numero 111. Pariſ.conſ.72.numero 20. libro 2.li-
cet ſi infans aut pupillus eſſet, contrarium dici poſſet
iuxta l.1.C.de falſ.monet.vt not. Ruin.conſi.54.nume
ro 4.libro 5. & in iſtis infantibus ſeu pupillis procedere
tantum poſſet quod dicebat Becc.ſed non in adulto. Et
quamuis adultus non haberet ſcientiam de vi & poten
tia fideicommiſſi abſque certioratione, prout vult Bal.
à Franc.Becc. allegat. hæc tamen non erat neceſſaria,
ſtante quod dicti Domini Nicolaus & Guerrinus cum
iuramento in ampla forma præſtito cōtraxerunt, quòd
39 † iuramentum habet vim certiorationis, inducitque
præſumptionem ſcientiæ eorum, quæ ius diſponit, &
ſatis eſt minorem habere ſcientiam facti. Bartol.in Au-
thent.ſacramenta puberum, colum.2.in fi. C.ſi aduerſ.
vendit.& ibi Doctores Angel.Caſtrenſ.& Salicet. in l.
2.C.de reſcindend.vendit.Archidiacon.in capit.2.co-
lum.1. in fine, verſic. Intelligenda ſunt, & ibi Ioannes
Andr.in princip.de pact.in 6. quæ opinio communiter
approbatur, vt poſt Iaſ.Alexand.Bertrand.Brun.Alua
rot.& alios teſtantur Anton.Gabriel.in titul.de iureiu-
rand.concluſio.3.verſic.Contrarium.Ari.Pinell.in l.2.
parte 3.capit. 1.numero 10. C.de reſcindend.vendit.
& not. Hieronim. Gabriel. in conſil. 127. numero 12.
libro 1.

Minus nocet quartum argumentum, & primo dici-
40 tur, † quòd ſi clauſulæ prædictæ non operarentur re-
miſſionem fideicommiſſi ſeu ſaltem licentiam alienan
di, ſtarent ſine effectu aliquid operandi, cum ad aliud
referri non poſſint: meritò contraria non procedunt:
ſed clauſulæ illæ licet eſſēt appoſitæ in executiuis & ac
ceſſorijs operantur remiſſionem fideicommiſſi, vt de-
clarant ipſi Rip.in d.§.duo fratres, nume.84. Soc.iun.
conſil.93.num.25.& ſeqq.lib.3. Menoch.d.conſil.87.
num.41.& ſeqq.qui etiam alias reſponſiones accommo
dat. Illud vero quod dicit clauſulas illas eſſe de ſolitis
41 apponi ſecundum conſuetudinem Notariorum, † tolli
tur per Menoch.d.conſil.87.num.45.& ſeqq.Rim.iu.
conſ.80.num.42.& ſeqq.vſque ad fin.conſilij li.1. qui
in terminis oſtendit intelligi appoſitas de voluntate
contrahentium, & effectum operari ſecundum impor
tantiam verborum, & ego addo, quod ſi clauſulæ illæ
de conſuetudine Notariorum ſolerent apponi in quoli
bet inſtrumento diuiſionis, cenſentur adiectæ in dictis
42 inſtrumentis de voluntate contrahentium, † cum nota
rius præſumatur rogatus apponere in inſtrumentis om
nes clauſulas ſolitas apponi, l.fi.in fi. C.de fid.inſtrum.
vbi Bald.idem Bar.in l.ſi prius, §.placet, ff.de aqua plu.
arcend. Alex.conſ.89.num.12.lib.3.conſ.105.num.7.
lib.2.Fel.Barba.Anchar.& alij in c.Cum M.Ferrarien
ſis, de conſt.Iaſ.in repet.l.Admonendi, nu.165.ff.de iu-
43 reiur.Crauet.conſ.75.nume.4.lib.1.† & præſumitur,
quod Notarius appoſuerit in inſtrumēto verba impor
tantia voluntatem contrahentium, & quòd quidquid
ſcripſit tabellio, à contrahentibus prius dictum fuerit.
Bar.in l.ſi quis filiabus, ff.de teſtam.tut.quem refert &
ſequitur Rom.conſ.179.colum.2.verſic.Nec refraga-
tur.Soc.ſen.conſ.20.num.6.prope fin.lib.3.& in ſimili
44 † de clauſula codicillari, de qua etiam loquuntur Do-
ctor.ſupra pro contraria parte adducti, quod de volun-
tate teſtatoris præſumatur appoſita, firmant Dec.con-
ſil.490.nume.10.Imol.in l. filio præterito, ff.de iniuſt.
rupt.& irrit.fact.teſtam.Grat.late in conſ.112.nu.25.
& ſeqq.lib.2.Hieronim.Gabr.conſ.58.num.52.libr.1.
Bero.conſ.16.numer.20.& ſeqq.lib.2.Roland.a Vall.
conſ.7.nume.27.& ſeqq.lib.4. qui omnes hanc opinio.
communem eſſe teſtantur, & alios allegant. Quæ con-
cluſio fortius hic admitti debet, cum conſtet ex verbis
inſtrumenti diuiſionis illud lectum fuiſſe per Nota-
45 rium coram partibus & teſtibus, vt demonſtrat † ver-
bum illud, Actum &c. Paul.Caſtrenſ.in l.ſi is qui, num.
4.ff.de teſtam.& conſ.111.in princ.libr.1.Alex.conſil.
14.num.17.lib.6.late Bero.d.conſi.16.num.23.& ſeq.
46 lib.2.† & quando inſtrumentum fuit lectum, & partes
non contradixerunt, clauſulæ prædictæ effectum ope-
rantur, vt de clauſula codicillari poſt Aret.conſ.fi.Cor.
conſil.150.colum.2.lib.3.& Alex.conſ.142.colum.3.
lib.2.dixit Anto. Gabr. in ſuis concl.in tit. de conſuet.
concl.4.num.6.qui alios allegat, & eamdem diſtinctio
nem ſequi videtur Burſat.in conſ.15.num.11.lib.1.vbi
pro ea refert Rot.Rom. Curt.ita iudicaſſe. Præterea
ceſſat omnis difficultas, quia tempore celebrati inſtru-
menti Dominus Lucas Iureconſultus erat & Domini
Nicolaus ac Ioannes Andreas diuidentes Notarij, qui
vim illarum clauſularum rectè intelligere debebant,
quod de Domino Luca Iureconſulto non eſt dubium,
& de Dominis Nicolao & Ioanne Andrea Notarijs
47 idem dicendum eſt, cum periti & docti eſſent, † prout
etiam ex quo Notarij erant, præſumitur abſque alia
probatione. Imo.in l.1.§.ſi ex fundo, ff.de hæred.inſtit.
gl.in §.ſi ſcriptum, in ver.ſi ſcriptum, Inſt.de inut.ſtipu
lat.Corn.conſ.195.in fi.verſic.Et Notarius, lib.1.Soc.
iun.conſil.101.num.11.verſic. Præterea, lib.1. Neuiz.
conſil.28.num.19.

Quintum pariter remouetur, quoniam Dominus Io
annes Andreas in teſtamento vniuerſalem hæredem fe
cit Monaſterium S. Petri, per quam inſtitutionem fuit
48 vſus poteſtate alienandi ſibi conceſſa, † quia alienatio-
ne permiſſa hæredis inſtitutio permiſſa cenſetur, l. ſi
quis prioris, §.certum, vbi Bartol. & alij, C.de ſecund.
nupt. Barto.in l.ſi ita quis, §.ea lege, numero 7.ff.de ver
borum oblig.Bartol.& Salicet.in l.Ea lege, C.de cond.
ob cauſ.Alex.conſ.189.nu.11.libr.2. Soc.ſen.conſ.43.

num.

num.2.lib.4.Ruin.conſil.112.num.10.lib.2.deciſ. Pe-
demon.85.num.3.late Tiber. Decian.conſil.78. num.
19.& ſeqq.lib.3.qui num.21.dicit nullum contradice-
re,quin conceſſa ſimpliciter alienatione cenſeatur con-
ceſſa hęredis inſtitutio.& idem tenet conſ.58.num.65.
49 lib.2. † & hæredis inſtitutio alienatio proprie appella-
tur,l.Peto,§.fratre,& ibi Bart.ff.de leg.2.Ruin.conſil.
151.nu.24.lib.1.Pariſ.conſ.74.nu.23.lib.2.& conſ.71.
50 num.27.lib.3.Menoch.conſil.87.num.61.lib.1.†& in
ſpecie quod ex inſtitutione hæredis dicatur facta alie-
natio iuxta facultatem in diuiſione conceſſam,hæres-
que inſtitutus moleſtari non poſſit,tenent Soc.ſen. con
ſil.43.col.1.lib.4. Pariſ.conſ.46. num.27. & ſeq. lib.2.
Ruin.conſ.144.num.20.& conſ.152.nu.10.lib.2.Crot.
conſ.146.num.17.lib.1.Alex.conſ.189.nu.11.libro 2.
Menoch. dicto conſ.87.num.60. qui hanc magis rece-
ptam & veriorem opinionem eſſe affirmat, & alios al-
legat Rimin.iun.conſ.80. num.40.lib.1. Hieron.Gab.
conſ.125.num.16.lib.1. Zuccard.in l.1.num.61. C.de
pact.Pancirol.conſil.59.numero 80.& poſt alios idem
concludit Borgnin.Caualcan.deciſ.36.num.15.& Me
noch. conſil.323. num.33.lib.4. vbi teſtatur hanc opi-
nionem eſſe magis receptam contra Decian. in alleg.
conſil.3.num.147.lib.1.& Ruin.& alios a Menoch.al-
legatos. Ex quibus conſtat non recte ſenſiſſe Cephal.in
conſil.371. num.26.in contrarium adductum,dum di-
cit,qui hanc partem tuentur contra crebriorem ſenten
tiam loqui, quia ipſe opinionem communi contrariam
tueri conatur,quæ nec communis nec vera eſt,vt patet
ex iam dictis. Et quia Dominus Ioannes Andreas inſti-
tuit dictum Monaſterium, quod ab inteſtato ſuccede-
51 re non poterat, † ceſſat dubitatio illa, de qua per Rui.
conſil.92.num.37.& ſeq. libro 3. qui cenſuit prædicta
non procedere, quando erat inſtitutus aliquis ſucceſ-
ſurus ab inteſtato, licet poſſit ſuſtineri dictam conclu-
ſionem procedere etiam, quando talis ab inteſtato
ſucceſſurus fuiſſet inſtitutus, vt late oſtendit Pariſ. con-
ſil.71.num.22.& ſeqq.lib.3.& Menoch.conſil.87.nu-
mero 61.libro 1. Nec huic concluſioni aduerſatur alia
difficultas excitata à Cephal. dicto conſ.371. num.27.
52 & ſequen. † quòd ſi in vltima voluntate fieret aliena-
tio,non releuaret, niſi in ſpecie de bonis fideicommiſ-
ſo ſubiectis diſponatur, mouetur enim ipſe ex tradi-
tis per Roland. à Vall. in conſil.71.num.26.libro 2. &
Dec.conſil.378.col.1.qui poſt Barto.in l.Codicillis,§.
inſtituto.ff.de leg.2. Alexand.conſil.168.num.6.lib.2.
Pariſ. conſil.93. nume.28. libr. 2. & Bald.in l.1.C.qu.
53 res pignor. affirmant † bona alienari prohibita ſub
pœna, non venire in generali bonorum diſpoſitione,
per text.in l.obligatione generali,ff.de pign. Quæ om-
nia ceſſant in propoſito, quoniam teſtator fideicom-
miſſum fecit, & in eodem teſtamento declarauit om-
nia in eo contenta effectum ſortiri, niſi filij de eorum
conſenſu a prædictis recederent. Vnde etſi ex fidei-
commiſſo orta fuerit tacita prohibitio alienationis, de
54 qua per Doct.in Auth.Res quæ,C.comm.de leg. † illa
fuit ſublata per licentiam alienandi conceſſam in di-
uiſione, & propterea tempore conditi teſtamenti à
Domino Ioanne Andrea bona illa non erant de pro-
hibitis alienari, ſed poterant diſtrahi ad libitum, &
conſequenter veniunt in vniuerſali inſtitutione, iux-
ta,l.cohæredi,§.cum filiæ,ff.de vulgar.& pupil.& hoc
55 tollit omnem difficultatem, † præterquam quod po-
teſt etiam dici regulariter bona ſubiecta fideicommiſ-
ſo venire in inſtitutione facta per verba vniuerſalia,
iuxta textum in dicto §.cum filiæ, prout in terminis o-
ſtendit Mandel.de Alba,conſ.17.col.1.& 2.quem ſe-
56 quitur Rimin.iun.dicto conſil.80.num.40.lib.1.† Nec
opin.Cephal.probatur ex Authen. Nunc autem, C.de
ſecund.nupt.ab eo allegata,iúcta l.ſi quis prioris, §.cer
tum,C.eodem tit.quia in §.Certum,clare diſponitur a-
lienationem lucrorum nuptialium permiſſam parenti
ex eadem l.ſi quis prioris,§. Illud,intelligi factam in te-
ſtamento, vel ſpecialiter relinquendo vel generaliter
hæredem inſtituendo. Et licet ex Auth. Nunc autem,
diſpoſitum fuerit huiuſmodi lucra præſumi reſeruata
filijs,niſi expreſſe in alios ſint translata, non probatur
ex d.Auth.ex vniuerſali hæredis inſtitutione non fieri
alienationem, nec id diſponitur in d.Auth.ea ratione,
quod hæredis inſtitutio non ſit alienatio,ſed alia ſpecia
li ratione,quia præſumitur parentē,qui lucra illa viuēs
non alienauit, aut expreſſe obligauit, aut moriens ex-
preſſe in alios non trāſpoſuit, voluiſſe magis reſeruare
filijs tamquam ex cauſa illorum parenti acquiſitas,quā
in extraneos transferre dicitur,in §.ſoluto. ver. ſi vero
filios,Auth.de nupt.ex qua ſumitur d.Auth.Nunc au-
tem;& ex prędictis etiam detegitur nō obſtare autho-
ritatem Rim.iun.in alleg.conſ.204.nu.111.qui cēſuit
opus eſſe de bonis fideicommiſſo ſubiectis in hæredis
inſtitutione fieri ſpecificam mētionem,quia repugnat
tex.in d.§.Certum,& Doct.à Rim.alleg.ſuam declara
tionem non probant,vt reſpondet Menoc. in d.conſil.
323.num.34.lib.4.& ipſe Rim.contrarium ſentit in d.
conſil.80.nu.40. lib.1.
57 Nec reſiſtit ſextum, † illud enim procedit quando
aliquis ſimpliciter alienationi cōſentit, quo caſu datur
regreſſus ad pretium, & emptores moleſtari non poſ-
ſunt,& ita loquitur Bart. in d.§. Duo fratres,ſed aliud
dicendum eſt,quando,vt hic,data fuit facultas alienan
di ad libitum cum clauſulis amplis, Crau. conſil. 237.
num.3.lib.2.Cur.iun.conſil.4.num.22.lib.1.Menoch.
qui alios allegat d.conſ.87. numer.52. per quas ſaltem
tacite conſtare poſſit diuidētes voluiſſe omnino remit
tere fideicommiſſum, vt declarat etiam ipſe Menoch.
in d. præſump.115.nu.35.& ſeqq.lib.3. Vel allegata in
contrarium locum habere poſſent,quādo vnus tantum
conſenſit alienationi,& fideicommiſſum non eſt reci-
procum, cui ad effectum ne putetur donaſſe & iactaſſe
ſuum,datur regreſſus ad pretium, vt not. Doctor.in l.
ſi fundum per fideicommiſſum,de legat.2. At quando
pactum & fideicommiſſum eſt reciprocum,ceſſant ra-
tiones dictorum Doctorum propter ſpem mutui com-
modi & vtilitatis,& propter verba generalia,qualita-
tem perſonarum, & conſenſum præſtitum non aliena-
tioni, quæ tunc ex neceſſitate fieret, ſed quandocum-
que & ex quacumque cauſa faciendæ,omnino præſu-
mi debet actum fuiſſe,ne cuiquam eorum detur regreſ
ſus ad pretium,vt in terminis poſt Paul.de Caſtr.in di-
cta l.ſi fundum per fideicommiſſum, Imol.& alios de-
clarat Hieronym. Gabriel.in conſil. 125. numero 18.
libro 1. Poſſet etiam reſponderi allegata in contrarium
locum habere in alienatione titulo oneroſo facta, ex
qua pretium ad alienantem perueniſſet, ſecus ſi fieret
alienatio titulo lucratiuo (vt fuit facta à Domino Ioan
ne Andrea) eo quidem caſu nec ad pretium daretur re
greſſus. Doctor. in dicta l. ſi fundum per fideicommiſ-
ſum,præſertim Bartol.numero 3. Iaſ.numero 34. Rui.
conſil.144.nume.20. libro 2. Menoch.dicto conſil.87.
numero 53. & Hieronym. Gabriel. dicto conſil. 125.
num.18. ſed præcedentes reſponſiones omnem tollunt
difficultatem.

Septimæ obiectioni reſpondetur, verba illa, Vſque
in præſentem diem, appoſita in inſtrumento diuiſio-
nis, non referri ad bona diuiſa, quoniam inſtrumen-
tum illud plura continet, videlicet diuiſionem & ac-
ceptationem laudi, licentiam alienandi & diſponen-
di perpetuo de bonis diuiſis, item quietationem gene-
ralem de omni eo, quod alter ab altero petere po-

terat,

terat,& ad hoc vltimum capitulum tantum inſtrumē-
ti verba, Vſque in præſentem diem,referuntur, quod
non ſolum elicitur ex lectura inſtrumenti, ſed etiam
quia ſi ad diuiſionis capitulum referri poſſent,contine
rent repugnātiam,conceſſio licentiæ diſponendi ad li-
bitum perpetuo diuidentibus,& hæredibus,& fideicō
miſſi conſeruatio,vt ſuperius demonſtraui. Vnde vt re
pugnantia ceſſet iuxta tex.in l.Nam ad ea,ff.de cond.
& demonſt.Verba illa debent referri tantum ad quie-
tationem generalem, quod etiam in dubio fieri opor-
58 tet,† vt diſpoſitio per ſubdiuiſionem,& diſtinctionem
ſaluetur à contrarietate, & repugnantia,l.vbi repugnā
tia,ff.de reg.iur.Alex.conſ.121.nu.3.lib.5.Rui.conſil.
109.nu.9.lib.1.& conſil.76.nu.4.lib.5.Dec.conſ.517.
59 num.4.Rol.a Vall.conſ.61.nu.31.lib. 2.† Sane verba
cuiuslibet diſpoſitionis ſemper interpretari debent,ne
in eis repugnantia,& cōtrarietas reperiatur. Dec.in d.
l.Vbi repugnantia.Pariſ.conſ.102.num.22.lib.1. Me-
noch.conſ.2.num.61.& Roland.a Vall.conſil.85.nu-
60 me.16.lib.4.† & iudicari debent pacta potius diuerſa
quam contraria.Boer.dec.252.num.1.vbi multa dicit.
Dicendum eſt igitur dicta verba, vſque in præſentem
61 diē,non referri ad capitula diuiſionis,ſed ad alia,† pro
ut in fortioribus terminis,etiam ſi reſeruatio fideicom
miſſi fieret, quod non operetur, quotieſcumque data
eſt facultas alienandi,late oſtendunt Soc.ſen.conſi.43.
num.4.& ſeq.libro 4.Cephal.conſil.253.numer.17.&
ſeq.lib.2.

Octauæ & vltimæ obiectioni de nullitate diuiſionis
ob minorem ætatem ita reſpondetur, quod in dicto in-
62 ſtrumento fuit appoſitum iuramentum, † quod ipſos
minores maiores repræſentat,d.Auth.ſacramenta pu-
63 berum,& ibi Doct.communiter,† & facit, vt contra-
ctus,qui alias eſſet ipſo iure nullus,ſubſiſtat,c.quamuis,
de pact.in 6.vbi omnes præſertim Didac.Couas.in re-
lect.2.par.§.1.num.7.Iaſ.in d.Auth.ſacramenta pube-
rum,nu.33.vbi de comm.teſtatur,Curt.iun.conſil.47.
col.2.libro 1.latiſſime Ant.Gabs.in ſuis concl.in tit.de
minor.concl.5.per totam, & poſt multos diffuſe Hie-
rony.Gabs.in dicto conſ.127.num.5.& ſeqq.libro 1.
vbi in fortioribus terminis conſuluit. Icc irco ſtante iu-
ramento non poteſt de validitate diuiſionis dubitari,
64 prout in fortioribus terminis,†quod diuiſio facta à mi
nore cum iuramento etiam contra expreſſam teſtato-
ris prohibitionem valeat,& ei non poſſit contraueniri,
maxime quando minor iurauit non venire contra ra-
tione minoris ætatis,aut alia ratione vel cauſa,nec pete
re reſtitutionem in integrum (vt in caſu noſtro) tenent
Aret.conſil.22.per tot. Barbat.conſil.53.numero 4.&
ſeqq.libro 4. & quia nulla fuit facta prohibitio diuiſio-
nis a teſtatore,ſed ſola obſtabat iuris diſpoſitio, fortius
iuramento diuiſio validatur, vt in terminis concedunt
etiam Dec.conſilio 349. numero 5. & 6. & Soc.iun.in
conſil.48.numero 3.19.& ſeqq.libro 1. Ceſſat inſuper
omnis difficultas,quia Domini Nicolaus & Guerrinus
completa eorum minori ætate,per longum tempus ta
cuerunt,bona diuiſa iuxta diuiſionis formam poſſiden
65 do, † per quam taciturnitatem & poſſeſſionem etiam
ſi diuiſio fuiſſet inualida, dicitur ratificata & de nouo
in maiori ætate ſecundum eius tenorem facta,vt in ter-
minis conſuluit Bal.in conſilio 45. & conſilio 282. lib.
2.quem refert & ſequitur Crauet.conſil.19.numero 4.
libro 1.

Cauſa prædicta fuit concordata, & per laudum de conſenſu partium prolatum ab Arbitris, à partibus electis vigore dicti fideicommiſſi, quædam tantum modica pars bonorum omnium teſtatoris fuit aſſignata Actoribus, & ab alijs petitis Rei fuerunt abſoluti anno 1578. die 29. Decembris, rogato D. Giliotti Bonarino notario Peruſino.

ARGVMENTVM.

Hæres ſi in inuentario omnia bona non deſcripſit, quando commodo inuentarij priuetur, Vel pœna dupli tantum puniatur, ſeu in totum excuſetur, latiſſime diſcutitur.

SVMMARIVM.

1 *Hæres qui in inuentario omnes res non appoſuit, licet doloſe celauerit tenetur pœna dupli.*
2 *Hęres qui dolo omiſit omnia bona apponere in inuentario, non priuatur eius beneficio, ſed pœna dupli tantum tenetur. Sed contra nu. 4. cum ſeqq. per totum.*
Sed ſi aliquid culpa tantum ſine dolo omiſit, non punitur in aliquo, num. 3.
4 *Hæres per aditionem hæreditatis creditoribus inſolidum obligatur.*
5 *Dictio, ſi, conditionem importat.*
6 *Conditionem purificatam fuiſſe probare debet, qui beneficio diſpoſitionis conditionalis vti intendit.*
7 *Diſpoſitio conditionalis ceſſat, quando non conſtat de adimplemento conditionis.*
8 *Conditio quia eſt indiuidua, in totum adimpleri debet, vt diſpoſitio conditionalis ſortiatur effectum.*
9 *Hæres tenetur apponere in inuentario omnes res hæreditarias, cum plurib. ſeq.*
10 *Indefinita æquipollet vniuerſali.*
Etiam ſi ſit indefinita legis, nu. 11.
Maxime concurrente identitate rationis, num. 12.
13 *Inuentarium non eſſe factum vel in eo omnes res non fuiſſe deſcriptas parificantur.*
14 *Hæres, qui doloſe omiſit apponere omnes res in inuentario, priuatur eius beneficio, cum ſeqq. & numero 35. & ſeqq.*
15 *Hæres de iure codicis ſi adiuit hęreditatem cum beneficio inuentarij, detrahit falcidiam, aliàs ſecus.*
16 *Text. in §. Sancimus, & in §. ſi vero non fecerit. Auth. de hæred. & falcid. quomodo intelligatur, & nu. 19.*
17 *Hæres ſine inuentario etiam ante ius authenticorum non tenebatur legatarijs vltra vires hæreditatis.*
18 *Oneroſa cauſa fauorabilior eſt lucratiua.*
19 *Hęres ſiue inuentarium nullo modo fecerit, ſiue minus ſollemne falcidiam amittit, & omnia de ſuo ſoluere tenetur.*
Non ſolum ſi defecit reſpectu formę ſed etiam reſpectu ſubreptionis bonorum non committendę, nu. 20.
21 *Ratio naturalis pro lege habetur.*
22 *Inuentarij ſollemnitates quare fuerint introductę.*
23 *Inuentarium ſi redditur nullum ob omiſſas ſollemnitates fortius annullatur, ſi in eo omnes res non apponuntur.*
24 *Hęres qui non appoſuit in inuentario omnes res, magis deliquit, quam ſi eius ſollemnitates neglexerit.*
25 *Hęres priuatur beneficio inuentarij, ſi illud legitimè non confecit, quia legis beneficio gaudere non debet, qui legem contemnendam eſſe cenſuit.*
26 *Ratio generalis in lege expreſſa determinat omnes caſus in ratione comprehenſos etiam maiores, & quamuis ſequeretur correctio aliorum iurium.*
Etiamſi repugnaret vis, & proprietas verborum, nu. 27.
28 *Ratio generalis expreſſa operatur, vt lex ſpecialis generaliter intelligatur.*
29 *Ratio expreſſa legem regulat, & illa attenditur, legemq; ampliare ſolet ad limites rationis, nu. 30.*
Etiam in materia odioſa, nu. 31.

Inuen-

32 *Inuentarium vt ſit legitimum in eo deſcribi debent omnes res cum earum qualitatibus, quãtitatibus, poudere, menſura, & pretio, aliàs non valet.*

33 *Delictum in committendo grauius eſt delicto in omittendo.*

34 *Pœna dupli non conſideratur vbi non conſtat de ſimplo.*

36 *L.fi.§.licentia, ver. illo videlicet, C.de iur.delib. quomodo intelligatur, cum ſeqq.*

37 *Hæres qui doloſe omiſit apponere in inuẽtario omnes res, eius beneficio priuatur. Sed ſi aliquas ſurripuit vel occultauit, punitur etiam pœna dupli.*

38 *Pœna dupli, qua punitur hęres, qui occultauit, vel ſurripuit res hæreditarias, cui applicetur.*

39 *Hæres etiam ſine beneficio inuentarij in multis caſibus non tenetur vltra vires hæreditatis.*

40 *Opinio illa in dubio eſt ſequenda, pro qua adeſt gloſſa.*

41 *Proteſtatio hæredis conficientis inuentarium addendi, & diminuendi, operatur, quando ſine dolo aliquid omiſit, ſecus ſi ſcienter, quia tunc præſumitur dolus, & nihil operatur.*

CONSILIVM XXXIV.

CONSIDERATIS allegationibus partis aduerſæ dicendum videtur hæredem non priuari beneficio inuentarij, licet in eo non appoſuerit omnia bona relicta in hæreditate patris, & conſequenter creditoribus patris vltra vires hæreditatis non teneri.

Primo per tex. in l. fi. §. licentia, ver. Illo videlicet,
1 C. de iur. delibe. † diſponentem hæredem etiam doloſe
aliquid celantem ſeu ſurripientem ex bonis hæreditatis ad pęnam dupli teneri, quod ſatis oſtendit non priuari beneficio inuentarij, quia fruſtra de pœna dupli ageretur, ſi inuentarium corrueret, & hęres de ſuo creditoribus teneretur, vt ibi Doct. aduertunt.

Secundo idem dicendum videtur authoritatibus eo
2 rum † qui tenuerunt etiam ſtante dolo inuentarium eo
caſu ſubſiſtere, ſed hæredem in duplum puniri, quam firmarunt Odofred. quem refert, & ſequitur Cin. in d. §. licentia, & Fulg. nu. 4. Sal. circa fi. Alex. num. 4. verſi. Non tamen videtur. Iaſ. num. 4. qui de communi teſtatur. Idem ibi tenuerunt Pau. de Caſtr. Corn. & Monticul. numer. 154. cum ſeq. & omnes alij excepto Baldo. Eamdem opinionem amplectuntur Imol. Angel. Paul. de Caſtr. & Alexand. in l. Pau. ff. ad leg. Falc. vbi Paul. de Caſtr. tenere dicit ita Cin. & omnes. Porc. in tractat. de inuent. c. 3. nu. 6. Specu. de inſtrum. edit. §. fi. nu. 5. circa fi. Roma. conſil. 276. Viſis dubijs, num. 8. Alex. de Neuo, conſil. 38. In cauſa, nume. 17. Angel. de Gambellio. in tractat. de teſtam. gl. 112. colum. fi. Guiliel. de Benedict. in c. Rainutius, ver. Mortuo itaque teſtatore, numero 402. Port. Imol. conſ. 50. numero 7. Cui conſilio ſubſcripſerunt Mant. Torniel. Federic. Roger. & Ant. Catar. Villalob. comm. opin. in verſic. hæres, numero 8. Roland. a Vall. in tractat. de inuent. hęred. par. 4. vtilit. 3. §. quid ſi hæres, numero 2. verſic. Quid dicẽdum. Caualcan. de tutor. & curat. num. 107. Benincaſ. de paupert. q. 9. ſpeciali 10. num. 31. Vital. in tract. clauſul. clauſ. 41. nume. 38. & 44. Gerard. Mazzol. conſilio 27. numero 9. Rota Genuenſ. dec. 35. Bellon. conſi. 30. num. 6. Bartol. conſ. 154. Maritus, nu. 8. qui dicit hanc opin. comm. quam commun. teſtantur etiam Iaſ. Port. Imol. Villalob. Benincaſ. Rot. Genuenſ. & Roland. in citatis locis.

Tertio ſi ſtante dolo dicta opinio eſſet dubitabilis,
3 de plano procederet, ſi dolus non iuſtificaretur: † nam
ſi culpa tantum quid eſſet omiſſum, hæres in nihilo puniretur, vt admittunt omnes in d. §. licentia, Roland. in d. §. quid ſi hæres, numero 3. & ſeq. ſed hic de dolo non conſtat, immo ex proteſtatione in fine inuentarij per hæredem adiecta de apponendo ea, quæ fuiſſent omiſſa, dolus excluditur, & bona fides reſultat, quæ multum prodeſt, vt not. Bald. in Authent. ſed cum teſtator, numero 18. C. ad leg. Falcid. Hercul. in l. Paulus, colum. 3. in princip. verſic. Tertio caſu, ff. eod. tit. Roland. de inuent. part. 3. §. cautus eſſe debet. Ideo nulla pœna videtur puniendus.

Sed iſtis non obſtantibus contraria opinio, quod hæres, qui bona aliqua doloſe non appoſuit in inuentario, ſed illa celauit, & ſurripuit, inuentarij beneficio careat, illoque vti non poſſit, & creditoribus vltra vires hæreditatis teneatur, ſequenda eſt.

4 Primo quia de iure † hæres per additionem hæreditatis in ſolidum vltra vires hæreditatis creditorib. obligatur, l. quæ dotis, ff. ſoluto matrim. l. ſi te, & l. fi. in princip. verſic. in princip. C. de iure delib. & quamuis Iuſtinianus Imperator priuilegium inuentarij hæredibus conceſſerit, ad effectum ne vltra vires hæreditatis teneantur, vt in dicta l. fi. §. etſi præfatam, illud ſub conditione conceſſit, ſi hæres obſeruationem inuentarij faciendi iuxta formam ſupra ab eo traditam ſolidauerit,
5 † vt oſtendit dictio illa, ſi, quæ conditionem importat
regulariter, vt per glo. Bart. & alios in l. 1. ff. de condit.
6 & demonſt. Ideo qui dictæ l. beneficium allegat † probare debet conditioni ibi appoſitæ paruiſſe, conditionemque extitiſſe, l. ſed ſi, ff. de verb. obligat. Bald. in l. ſi quidem, numero 5. C. de except. Deci. conſ. 585. nu. 1.
7 † etſi non conſtat conditionem eſſe adimpletam, diſpoſitio conditionalis effectum non ſortitur, l. qui hæredi, §. Plautius, vbi Bartol. & Soc. iun. conſ. 66. num. 16. lib. 2. cum alijs, de quibus per Ceph. conſil. 394. nume. 28.
8 & ſeqq. lib. 3. & conſ. 497. nume. 37. & ſeq. lib. 4. † Nec
ſatis eſſet, vt diſpoſitio cõditionalis locum habeat, conditioni pro parte eſſe ſatisfactum, niſi in totum fuerit adimpleta, & quoad omnes eius partes, cum conditio ſui natura ſit indiuidua, l. Cui fundus, ff. de cond. & demonſt. l. qui duobus, eod. tit. Alciat. conſ. 8. num. 8. lib. 8. Alex. conſ. 75. in fi. lib. 7. Rim. ſen. conſ. 52. num. 9. li. 1. Riminal. iun. alios adducens conſil. 112. num. 107. & ſeq. lib. 2.

Diſpoſuit Imperator in d. l. fin. multa per hæredem obſeruari debere in confectione inuentarij, & inter a-
9 lia, † quòd inuentarium cõficiatur ſuper his rebus, quas
defunctus habebat tempore mortis, vt dicit text. in d. l. fin. §. ſin autem dubius, qui intelligendus eſt, vt omnes
10 res in inuentario apponantur, † cum indefinita æquipolleat vniuerſali, l. ſi pluribus, vbi Bart. & omnes, ff. de leg. 2. Dec. conſ. 685. num. 8. Alex. conſ. 63. nu. 4. libr. 6.
11 Pariſ. conſi. 53. nu. 22. lib. 2. † quæ regula locum habet
etiam in indefinita legis. Bar. in d. l. ſi plurib. col. 2. Dec. in l. 1. num. 12. ff. de reg. iur. Ceph. conſil. 306. num. 23. lib. 3. & in conſil. 490. nu. 12. & ſeq. lib. 4. extendens id procedere etiam in materia ſtricta & odioſa, quòd in-
12 dubitanter hic eſt dicendum † ob identitatem rationis, ob quam indefinita per verba pluralia prolata circa res vniuerſali æquipollet ſecũdum declarationem Bartol. in dicta l. ſi pluribus, numero 6. verſic. In dubio qualiter. Angel. conſil. 260. Punctus in anno, colum. 1. verſic. Coadiuuatur. Paul. de Caſtr. conſil. 78. numero 7. verſic. Non obſtat primum, libro 1. Sed ratio quare Imperator decreuit inuentarium de rebus defuncti fieri ea fuit, vt habeatur veritas eorum, quæ defunctus habebat in patrimonio tempore mortis, & vt hęres malignari non poſſet ſubtrahendo res hæreditarias, text. eſt in dicto §. ſin autem, verſic. ſubſcriptionem. Senat. Pedemont. deciſio. 147. numero 12. & poſt alios Roland.

a Vall.

à Vall.de inuent.par. 1.§.quinto quæro,num. 1.quæ ra
tio militat reſpectu omnium rerum,& vt omnes,in in-
uentario apponantur,ideò verba text.in d.§.ſin autem,
indefinite prolata vniuerſaliter de omnibus rebus ſunt
intelligenda, prout etiam text. illum intellexit Ang.in
tract.de inuent. num.19. & ſeq. Et quod in inuentario
ſint apponenda omnia bona defuncti per illum textum
ita dixerunt Dec.conſil.633.num.110.Franc. March.
deciſ.866.num.1.par.1.& idem fatetur Benincaſ.in d.
ſpeciali 10.num.30.pro contraria parte adductus, non
enim poſſet appellari inuentarium legitimum , ſi in eo
omnia bona non eſſent appoſita,propterea vt legitimũ
appelletur,& de iure ſubſiſtat,omnia bona ſunt deſcri-
benda. Ang.à Gambel.in tract. de teſtam.glo.112.nu.
16.Petr.de Rauen.ſing.808.Rimin.ſen.conſ.82.num.
2.lib.2.& comprobat Rolan.à Val.de inuent. par.3. §.
13 omittendum,nu.4. † affirmans parificari inuentarium
non fieri, vel fieri , & omnes res in eo non deſcribi , vel
obſcure deſcribi . Sed hæres in caſu iſto non oſtendit
conditioni in omnibus paruiſſe , & omnia de quibus in
dicta l. fi.obſeruaſſe præſertim in deſcribendo in inuen
tario omnia bona hæreditatis paternæ, immo præſup-
ponitur multa bona mobilia fuiſſe ab eo occultata,ideo
beneficio inuentarij non poteſt vti , & res ad ius anti-
quum reducitur,quo hæres inſolidum vltra vires hęre-
ditatis creditoribus tenebatur , vt in dicta l. quæ dotis ,
& l.ſi te,& ex hoc conuincitur non eſſe verum quòd a-
liqui dicebant non reperiri aliqua lege diſpoſitũ,hære-
dem bona occultantem priuari beneficio inuentarij ,
quia non egemus in hoc aliqua diſpoſitione,cum habea
mus ius antiquum,quod hęredem de ſuo obligat,& ius
Codicis priuilegium inuentarij concedit ſub illa condi
tione,ſi omnia obſeruentur,& conditione non adimple
ta beneficium non tribuitur,vt eſt dictum .

14 Secundo hæc opinio† quòd hæres doloſe non appo-
nens omnia bona in inuentario,eius commodo non vta
tur,probatur per textum in d.l.fin.vbi Imperator enu-
meratis requiſitis ad confectionem inuentarij , ſubdit
in §.etſi præfatam , &c. quod ſi præfatam obſeruatio-
nem ſolidauerint , videlicet ſi omnia in ſolidum obſer-
uauerint,vt ibi in verb.ſolidauerit exponit glo. & eo lo
ci declarant Caſtr.num.1.& Corn.num.1.hæres inuen
tarij beneficio gaudeat,a contrario igitur ſenſu , quod
argumentum procedit , l.1. ff.de offic.eius, ſi omnia in
ſolidum non obſeruauerit,beneficium non conceditur,
quod etiam probatur in ea l.ſin.§.ſi vero poſtquam,ibi,
ne legis noſtræ beneficium illi perfruantur , quam con-
temnendam eſſe cenſuerunt,quæ bene probat,quod ſi
hæres omnia bona in inuentario non appoſuit,prout fa
ciendum eſſe ſupra diſpoſitum fuerat,ſed doloſe occul
tauit ita diſpoſitionem Imperatoris contemnendo, di-
ctę legis beneficio non perfruatur,& ita per dictam l.fi.
in dictis locis dixerunt in terminis Hieron.Alb.in con-
ſil.2. num.16. verſic. Ego vero,& verſic.Secundo Ri-
min.iun.in conſil.417.num.32.& 33.lib.5.Phanuc. de
inuent.hæred.par.3.nu.53.ver.Ad primum, qui etiam
alijs modis text.in dictis §§.pro hac opinione ponderãt
& inducunt.

Corroboratur tertio loco per textum in §. Sanci-
mus,iuncto §.ſi vero non fecerit,Auth.de hære.& Fal-
15 cid. ita illum inducendo † erat enim iure Codicis ſan-
citum hæredem conficientem inuentarium retinere
poſſe Falcidiam,vt in d.l.fi.§.& ſi præfatam.Sed ſi ſine
inuentario adiuerit , Falcidiæ detractioni locum non
eſſe quod probatur non ſolum in d.§. & ſi præfatam ,
à contrario ſenſu, ſed etiam in eadem lege fin. §.ſin au-
tem hoc aliquis,verſic.Si quis autem. Verum quia hæ-
res poterat malignari in ſurripiendo bona , ſtatuit Im-
perator in d. §. ſancimus , hæredem qui vult vti vtili-
tate falcidiæ , quod intelligitur ob beneficium inuenta
rij,licet id non exprimat,quia aliter illa vtilitate vti nõ
poterat,vt diſpoſuerat in d.l. fi. ſeruare debere puram
legis voluntatem in conficiendo inuentarium,non ma-
lignando,nihilque ſubtrahendo. Et propterea ſubdit ,
fiat igitur inuentarium ſecundum modum & tempo-
ra, quæ dudum ſancimus, quod intelligitur ſecundum
diſpoſitionem d.l.fi.vt ibi declarat gl. in verb. tempo-
ra,& inferius in §.ſi vero non fecerit,dicit,quòd ſi non
fecerit inuentarium ſecundum illam figuram ſicut prę
dixerat,non vtatur falcidia,ſed teneatur vltra vires hę
reditatis in pœnam ſuæ malignitatis , cur tranſcende-
rit leges,ex quibus caute omnia agens nihil poterat dã-
nificari. Qui textus recte intellectus clare probat ad de
clarationem dictæ legis fi. inuentarium eſſe conficien-
dum ab hærede,vt ei proſit, ſeruando puram legis vo-
luntatem,non malignando, nihilque ſubtrahendo iux-
ta modum alias traditum , & ſic de omnibus rebus , vt
dicebatur in d.l.fi. §.ſin autem dubius, & citatis legata
rijs adhibitiſque teſtibus,ne fraus committeretur , etſi
ita factum non ſit,nõ ſolum hæredem non vti falcidia ,
ſed vltra vires hæreditatis teneri in pœnam ſuæ mali-
gnitatis,& conſequenter per dicta iura probatur,quòd
ſi hæres non ſeruauerit in inuentario puram legis vo-
luntatem,ſed malignauerit , & aliquid ſurripuerit, in-
uentarij beneficio in totum careat,ac ſi factum non eſ-
ſet. Et iſte eſt verus ſenſus illius cõſtitutionis,recte non
ſolum verba , ſed mentem Imperatoris perpendendo ,
& bene hanc probat opinionem prout etiam illum al-
legat, licet alijs modis inducat Hier. Alb. conſ.2. nu.
17.verſ.Tertio.

16 Nec † reſtringi poteſt dicta Conſtitutio reſpectu a-
miſſionis falcidiæ tantum,quia ex eo conſtat nõ ſolum
hæredem priuari falcidia , ſed etiam teneri vltra vires
hæreditatis,cõiungendo §.ſancimus, cum §.ſi vero nõ
fecerit , & in hoc addita fuit d.l.fi. reſpectu pœnæ , vt
declarat glo.in d.§.ſancimus,in verb. non forte.in fi.in
§.ſi vero nõ fecerit,in verb.minuentes,& in verb.lucra
ri,in fi.Quod etiam fatẽtur Sal.in d.l.fi.§.illo,ver.Nec
illi. Imol.in d.l.Paulus, prope fi.& ibi Alex.circa med.
admittentes ſolum addidiſſe circa confectionem inuẽ-
tarij , quod legatarij citarentur , ſed pœnam fuiſſe au-
ctam. Minuſque reſtringi poteſt diſpoſitio dictæ Con-
ſtitutionis in fauorem legatariorum tantum,ſed proce
dere debet ẽt in fauorem creditorũ , Tũ quia in §. Fiat
igitur,etiam de creditoribus fit mentio , & conſidera-
tis verbis in d.§.ibi, Non damnificari, & in d.§.ſi verò
non fecerit,ibi, Nihil poterat damnificari,conſtat etiã
intellexiſſe de creditoribus,cum pro legatis damnifica
17 ri hęres non potuiſſet,† quoniam legatarijs ante ius au
thenticorum non tenebatur vltra vires hæreditatis , e-
tiam ſi inuentarium non confeciſſet, licet falcidiam a-
mitteret,l.1.§.ſi is qui quadraginta,ff.ad Treb.l.ſi vni-
uerſæ,C.de lega.Pariſ.cõſ.126.nu.38.lib.1.Phan.in d.
tract.in præf.nu.1.& 11, Rol.in d.tract.p.4.§.Inuẽta-
rij cõfectio.nu.4. Tum etiam quia ſuadetur ratione,ꝙ
Imperator intellexerit priuare hæredem beneficio in-
uentarij in pęnam ſuæ malignitatis,nõ ſolum reſpectu
legatariorum,ſed etiam creditorum,cum lex magis fa-
ueret creditoribus quam legatarijs,quod oſtenditur ex
eo, quia de iure ff.& C. hęres nõ conficiens inuẽtariũ,
creditoribus in ſolidum tenebatur,legatarijs vero pro
viribus hæreditatis tantum,vt dixi, & creditores cau-
ſam habent oneroſam , legatarij vero lucratiuam tan-
18 tum, † quæ minus fauorabilis eſt, arg.text. in l. Scien-
dum , cum ibi not. ff. ex quib. cauſ. maior.

19 Nec admitti poteſt alia reſponſio † quod §. ſi vero ,
procedat,quando nullum eſt confectum inuentarium,
vt dicitur ſentire Alex.in dicto §.licentia,numer.4.vbi

Salicet.

Salicet.verſi.Nec etiam.Alex.in l.Paulus,nu.1.verſic.
Nec obſt.§.ſi verò,præſertim ne inducatur legū corre
ctio,arg.l.ſancimus, C. de teſtam. l.Præcipimus,C.de
appell. Quoniam non dixit ibi Imperator, ſi inuenta-
rium non confecerit, ſed addidit,ſi non fecerit ſecun-
dum hanc figuram ſicut prædiximus,& intelligitur nō
ſolum quando nullo modo eſt factum,ſed etiam ſi ſit fa
ctum, ſed non ſecundum illam figuram, vt prędixerat
Imperator,prout tex.clare demonſtrat, & oſtēdit Her
cul.in d.l.Paulus,colum.2.ver.ego autem,ff.ad leg.Fal
cid.quod etiam admittit Sal. in d.l. fi. §.Illo videlicet,
ver.& per hoc,intelligens textum in d.§. ſi vero,loqui,
quando hæres non fecit inuentarium,ſeu minus ſollem
niter fecit,& deliquit reſpectu formæ,aſſerens tunc fal
cidia priuari, & omnia integre de ſuo ſoluere debere,
quod etiam fuit de intentione Imol.in d.l.Paulus,verſ.
Nec obſt.& Alex.qui opinionem Imol.ſequitur.Con-
ueniunt igitur Salicet. Imol. & Alex. in hoc,quòd §.ſi
vero, non loquatur eo tantum caſu, quo inuentarium
nullo modo eſt confectum,ſed etiam vbi eſt confectum
ſed minus ſollemniter, & forma legis nō ſeruata, licet
ſubdant ex hoc non dici prætermiſſas ſollemnitates &
formam legis,quando aliquid eſt omiſſum, quod in in-
20 uentario non ſit deſcriptum,† quod verum nō eſt,quo
niam ſatis dicitur inuentarium non eſſe confectum ſe-
cundum formam legis, quando omnia bona in eo non
fuerunt appoſita, vt requirebatur per dictam l.fi.§.ſin
autem dubius, & per dictam Authent.cum in §.ſanci-
mus,maxime verſiculo fiat igitur, dixerit Imperator,
quod hæres ſeruet puram legis voluntatem non mali-
gnando nihilque ſurripiendo,& fiat inuentarium ſecū-
dum modum & tempora, per quæ dudum ſancimus,
quod intelligitur ſecundum modum traditum in dicta
l.fi.§.ſin autem dubius,vſque ad §.etſi præfatam,vt ibi
dicit gloſ.in verb.tempora,& demum ſubdit illo adie-
cto ſolo &c. & dum in §.ſi vero, dixit, ſi inuentarium
ſecundum hanc figuram ſicut prædiximus,&c.non ſo
lum intellexit de figura deſuper tradita reſpectu addi
tionis quoad citationem legatariorum,ſed etiam reſpe
ctu ſubreptionis bonorum non committendæ & obſer
uationis modi alias traditi in dicta l.fi.ad quē ſeſe retu-
lit Imperator in dicto ver.fiat igitur. Vnde cum iuxta
modum alias traditum, in dicta l.fi.omnia bona eſſent
in inuentario deſcribenda,illudque ſine fraude eſſet cō
ficiendum, iuxta dictum §. ſancimus, inuentarium
factum illa figura non ſeruata, ſed bonis doloſe occul-
tatis,non prodeſt hæredi, ſed in pœnam ſuæ maligni-
tatis vltra vires hæreditatis tenebitur, iuxta diſpoſitio
nem dictæ Authenticæ,quæ ſolum facta fuit,vt fraudi-
bus occurreretur,& pœna hæredi malignanti, & om-
nia caute non agenti imponeretur, vt dicitur in dicto
§.ſancimus, & in §. ſi vero abſunt, & in dicto §. ſi vero
non fecerit.

Quarto vt huius ſim opinionis multum mouet me
21 † ratio naturalis, quæ pro lege habetur, l. cum ratio,
ff.de bon.dam.l.ſcire oportet, §.ſufficit, ff.de excuſat.
tutor.nam quærere legem, vbi habemus rationem na-
turalem, nihil aliud eſt, quam infirmitas intellectus,
Curt.iunior conſil.58.numero 6.libro 1. & in propoſi-
to de inuentario loquens Roland. a Vall. in dicto tract.
22 parte 3. §. omittendum, nume.5.& ſequent.†ſed con-
ſiderando rationem,ex qua Imperator inuentarium cō
fici voluit & ſollēnitates citationis creditorū, & lega
tariorum, & alias ſollemnitates introduxit, ea fuit, ne
creditores & legatarij deciperentur,& ne hæredes res
hæreditarias occultarent, & ſurriperent, vt habetur
in dicta l.fina.probat textus in dicto §. ſancimus, & §.
23 ſi vero abſunt. Auth.de hæred.& falcid.& dixi ſupra †
vnde ſi omiſſio dictarum ſollemnitatum inuentarium
vitiat,multo magis defectus rerum ſcienter omiſſarum
id operari debet, eum ad hunc finem omnes aliæ ſollē-
nitates fuerint inſtitutæ. Nec præſumendum eſt Im-
peratorem voluiſſe eum, qui leuiorem ſollemnitatem
omittit, dicto beneficio carere, ſed eum,qui res occul-
tando grauius deliquit, tantummodo ad duplum tene-
ri,alias enim magna daretur fraudis occaſio contra le-
gis mentem, quod admittendum non eſt, vt aduertit
Hieronym. Alban.dicto conſil.2.nu.16.verſiculo, Ter-
tia ratio,& num.18.verſiculo, Tum etiam.Phanuc.in
24 dicta par.3.num.35.verſic.Quę quidem,†aſſerens ma-
gis delinquere hęredem celantem res hęreditarias,quā
negligendo ſollemnitates inuentarij, cum priori caſu
iuſtitia naturalis,ſecūdo vero ciuilis iuſtitia offendatur,
& propterea priori caſu grauius hæredem puniri, & i-
dem in ſimili caſu not. Rol.à Val.in d.tract. §.omitten-
dum,nu.7.& Natta conſ.575.nu.5.lib.3.ver.Maligni-
tas,qui etiam oſtendit maiorem pœnam imponi ei,qui
circa omiſſionem rerum doloſè legem circumuenit,
quam imponatur ei, qui expreſſe facit contra legē, eius
ſollemnitates omittendo,iuxta l.contra legem,ff.de le-
gi.& not.per Bald.in l.fraus,eod.tit.

Conſiderandæ ſunt etiam quinto loco pro confir-
matione prædictorum rationes, quibus Imperator
motus fuit ad denegandum beneficium inuentarij hæ-
25 redi legitime inuentarium non conficienti, †ea enim
affertur ratio in dicta l. fin. §. ſi vero poſtquam, in fi-
ne, dum diſponit hæredes in ſolidum teneri creditori-
bus hæreditarijs,quia inuentarium ſecundum formam
illius legis non confecerunt,& legis beneficio non per-
fruuntur hæredes, quam contemnendam eſſe cenſue-
runt. Item in §.ſi vero non fecerit. Authen.de hæred.
& Falcid. dum ſimiliter decernit hæredem teneri vl-
tra vires hæreditatis, ſi ſecundum illam figuram in-
uentarium non confecerit, addidit, dabit ei pœnam
exactio ſuæ malignitatis,cur tranſcēderit leges,ex qui-
bus caute omnia agens, nihil poterat damnificari. Ex
quibus patet non eſſe motum Imperatorem in dene-
gando beneficium inuentarij hæredibus particulariter
ex omiſſione alicuius ſollemnitatis, vel ob aliquam par
ticularem cauſam, ſed ob generalem rationem, quia le
gis beneficio ille gaudere non debet, qui legem conte-
mnendam eſſe cenſuit,& qui malignatus eſt,tranſcen-
26 dēdo leges,& omnia caute non agendo, † quę rationes
generales in dictis iuribus expreſſe huius ſunt poten-
tiæ,quod quamuis leges illæ alios caſus deciderent, &
non illum,de quo agitur,nihilominus ex vi rationis ex-
preſſe omnem alium caſum ſub ratione comprehen-
ſum determinent, etiam ſi ex tali determinatione ſe-
queretur correctio aliorum iurium,gloſſa in capit. 1. in
verb.Italiæ,de tempo.ordin.lib.6. Bald.in Auth.Quas
actiones, & ibi eum ſeq. Iaſon num.22. C.de ſacroſan.
eccleſ. & poſt alios Pariſ.conſil.69.numero 6. libro 4.
27 & † hoc etiam ſi repugnaret vis & proprietas verbo-
rum.Cror.conſil.171.numero 24. lib.2. Angel. conſil.
221.col.2.verſiculo. Non obſtat.Socin.iun. conſil.21.
28 num.4. libro 1. & conſil. 10.num.12.lib.4. † quoniam
ratio generalis expreſſa operatur, quod lex ſpecialis
generaliter ſit intelligenda, ſecundum Bar.in l.regula,
§.1.ff.de iur. & fact.ignor. quandoquidem ſi in aliqua
lege ratio exprimitur,magis ratio attenditur, quam le-
29 gis diſpoſitio,†quia ratio legem regulat.Cum.conſi.2.
Bartol.in l.contra legem,poſt med.ff.de legi. Iacob.de
Aret.& Cin. in l. quicumque, C.de ſerui fugit. Man-
del.de Alba,conſ.81.num.8. Tiraquel. de cauſ. ceſſan.
par.1.num.138.& poſt eos Rimin.iun. conſil.340. nu-
30 mero 13.& ſequen.lib.3.†& ratio legem ampliare ſo-
let ad limites ipſius rationis. Fulgoſ.conſil.99.col. vlt.
Grat.conſ.29.num.9. & ſeq. lib.1. Burſat. conſil. 164.
num.

31 num.19.lib.2.Intantum, † quòd etiamſi materia eſſet
odioſa,& ſtrictè intelligenda, nihilnminus quādo ratio
reperitur expreſſa,omnes caſus includuntur, in quibus
eadem ratio viget, & tunc non ſumus in caſu extenſio-
nis, ſed comprehenſionis, quia ſicut genus comprehen
dit omnes ſpecies, ita ratio generalis includit omnes
caſus ſub ratione comprehenſos, ſecundum commu-
nem Doctor. opinionem, de qua poſt multos teſtatur
Pariſ. conſil.16. nume.23. & ſeq.lib.3. Crauet. conſil.
183.num.3.lib.1. & latius Rim.iun. conſil.4. nume.8.
12.& ſeq. lib.1. In caſu igitur noſtro, quia inuentariū
de omnibus rebus confici debet, vt dixi, ſi hæres ali-
qua ſurripuit, eius beneficio non debet vti, cum ratio-
nes in dictis iuribus expreſſæ etiam in caſu iſto militēt,
ex quo hæres bona occultans & ſurripiens, legem con-
tempſit, & in conficiendo inuentariū malignatus fuit,
omnia caute non agendo.

Sexto pro hac opinione multum facit textus in l. ſi
32 quis intra,C.de bon.præſcript. † quo cauetur, ad hoc
vt inuentarium ſit legitime factum,in eo eſſe deſcribē-
da omnia bona cum eorum qualitatibus, quantitati-
bus,pondere,menſura,& pretio. Et licet ille te. loqua-
tur in fiſco, procedit in omnibus inuentarijs, attenta
ratione eiuſdem, vt ibi ſentiunt Bart. & Bal. & quod
diſpoſitio dictæ l.ſi quis intra. deſeruiat ad declaratio-
nem dictæ l.fi.& de iure, ſi aliud conſuetudine non ſit
inductum, formam illam hęres ſeruare teneatur, & cō
ſequenter omnia bona cum dictis demonſtrationibus
in inuentario deſcribere debeat, & ſi in hoc defecerit,
inuentarium eſt illegitimum,& nihil valet,quāuis om-
nia bona eſſent in eo deſcripta, ſed ſine dictis demon-
ſtrationibus,vt firmant, & varijs rationibus cōprobāt
Natt.conſ.574.& conſil.575.li.3. Rol.à Val.conſ.73.
num.43.& ſeqq.lib.2.& in d.tract. de inuent. par.3. §.
Item requiritur,& §.omittendum. Phanu.in d.tract.de
inuent.p.3.nu,31.Rim.iun. conſil.417.nu.45.& ſeqq.
lib.4.Si igitur quando omnia in inuentario ſunt deſcri-
pta, ſed ſine dictis demonſtrationibus, de iure inuen-
tarium non ſubſiſtit, quo caſu delictum eſt in omitten-
do tantum, & non poteſt committi tanta fraus, cum
omnia ſint aliquo modo in inuentario appoſita, & de
rebus habeatur eo caſu aliqua notitia quāto magis erit
inualidum,ſi bona nō ſunt modo aliquo deſcripta, ſed
occultata ſeu ablata, & conſequenter maior fraus eſt
commiſſa, & delictum non eſt in omittendo tantum,
33 ſed ob ſubtractionem eſt etiam in cōmittendo, † quod
delictum in committendo grauius reputatur quam in
omittendo,vt per gloſ.communiter approbatam in l.ſi
mora, ff.ſolu.matr.aduertit in caſu ſuo Hiero. Alba.di
conſil.2.num.16.verſ.Nam ſi ibi,& fatetur qui pro hę
rede conſuluit, & quia mihi præſupponitur hæredem
eo ſero quo pater deceſſit, multa bona mobilia extra
domum paternam ad alia loca afferre feciſſe,& ignora
tur, quæ & qualia fuerint, ceſſat quod dicebat Natt.
in d.conſil.574. num.13. & recte procedit argumentū
34 prædictum de vno caſu ad alium,† cū iſto caſu de pęna
dupli non poſſit haberi ratio,ex quo culpa hæredis, nō
conſtat de quantitate bonorum occultatorum, & ſic
de ſimplo, ad quod commenſurari poſſit duplum, &
propterea alia pęna omiſſionis inuentarij locum habe-
re debet,maxime ne hęres impunitus remaneat,vt per
Natt. in alleg.locis.

Vltimo omiſſis alijs rationibus, quæ pro hac parte
adduci poſſent,& deducuntur per Hieron. Alba. Pha-
nuc.& Rim.iun. in locis inſerius allegandis, dico hanc
opinionem, quòd hæres doloſe omittens deſcribere
omnia bona in inuentario, illaque occultans, & ſurri-
piens, inuentarij beneficio careat, ac ſi illud non con-
feciſſet, & creditoribus in ſolidum teneatur, non ſolū
veriorem eſſe, vt elicitur ex iam dictis, ſed etiam com
35 munem † quam tenuerunt gloſ.in dicto §.ſancimus.in
verbo.non forte.ibi,nam priuilegium meretur amitte
re,&c. & magis clare in §.ſi vero,in ver.lucrari. in fine.
ibi, Item hæredes ſurripientes carent toto,ibi,puniceba
tur in duplum. Et ita gloſ. illam intelligunt omnes in-
fra allegandi pro hac opinione. Nec reſtringi poteſt re-
ſpectu Falcidiæ tantum,vt dicebant aliqui pro contra-
ria parte allegati, quia non dicit, caret tota,ita vt poſ-
ſit intelligi de Falcidia, ſed dicit, caret toto, quod in-
telligitur de toto beneficio inuentarij non ſolum reſpe
ctu Falcidiæ,ſed etiam vt teneatur vltra vires hæredi-
tatis, prout vere diſponitur in dicta Authentica, in §.
ſancimus, iuncto §.ſi vero non fecerit, vt demonſtraui.
Et eandem opinionem tenet Bart. in l.reſcriptum, ff.
de his quib. vt indig.aſſerēs hoc caſu hæredem priuari
beneficio legis falcidiæ in totum, & perdere etiam be-
neficium inuentarij, & quod pęna malignantis eſt au-
cta,vt teneatur legatarijs in ſolidum, quod de iure anti
quo non erat, & quod omiſſio vnius rei priuat hæredē
in totum. Et in l. Paulus,in fi.ff.ad leg.Falcid. ſimiliter
dixit,quòd hæres celans aliquid videtur ſubtrahere,&
perdit beneficium inuentarij in omnibus. Nec poteſt
intelligi, quòd loquatur Barto. reſpectu Falcidiæ tan-
tum, vt dicebat Corn.in d.§.licentia,num.9.quia vere
loquitur, ꝙ perdat hæres beneficium inuentarij quo-
ad omnes effectus, vt oſtendit, verba Bartoli declaran
do,& Corneo reſpondendo, Rim.iun.in conſil.417.nu
me.26.lib.4.& quòd Bar.huius fuerit ſententiæ,ita in-
tellexerunt pro noſtra opinione eum allegando Alex.
in d.§.licentia, in fi.& in d.l.Paulus.in pri.Bald.in d.§.
Cum igitur,nu.8.Porcel.in tract.de inuent.c.3.num.6.
Rim.ſen.conſil.466.nu.5.lib.3.& fere omnes alij, qui
pro vtraque parte adducuntur.

Idem ſentit Bartol.in dicta l.fin. §. Cum igitur, nu-
mero 3. vbi deſcribens formam inuentarij dicit,res in
præſentia poni debere, & poſtea ſubdit, & hæc eſt for
ma inuentarij,in qua ſi quid deficeret,inuentarium nō
valeret,& ita omnes tenere teſtatur, & ita Bartolum
pro hac parte adducit Rim.iun.in dicto conſil.417.nu
me.24.lib.4.

Eamdem opinionem ſequitur Baldus in dicto §.
Cum igitur. numero octauo. affirmans inuentarium
in totum ruere, ſi doloſe aliquid omittitur, nihil-
que valere, quia propter maleficium perditur benefi-
cium.

Idem in Auth.Sed cum teſtator,num.17.C.ad leg.
Falcid.

In conſil.219. Statuto ciuitatis.lib.1.

In conſil.143.In cauſa, quæ vertitur,nu.6.lib.5.vbi
dicit nullum eſſe ipſo iure in omnibus, & per omnia,
ita quod in nullo prodeſt. Sequitur hanc partem
Abb. conſilio 73. numero octauo, parte ſecunda, fir-
mans carere hæredem in totum beneficio inuentarij,
& teneri omnibus de ſuo vltra vires hæreditatis. Ac-
cedit.

Vincentius Hercul.in dicta l.Paulus,ad leg.Falcid.
columna ſecunda, vbi clare tenet,hæredem beneficio
inuentarij priuari, quando conſtat, quod vere doloſe
aliquid occultauit, & omnia in inuentario non appo-
ſuit, &

Franciſcus Hercul.in tract.de negatiua,num.96.in
fi. licet quando non conſtaret de dolo, vel eſſemus in
dubio, aliud ſentiant.

Eiuſdem opinionis fuit.

Guid. in tract.de inuen.num.5.affirmans hæredēm
omittentem vnam rem teneri in ſolidum creditoribus
& numero 6.oſtendit, quomodo dolus hæredis pro-
betur.

Et in conſil.42, nu.4. & ſeq. dicit teneri in ſolidum creditoribus, & nu.6.addit, in filio, & quolibet alio cõſanguineo præſumi ſcientiam & dolum, & de omiſſione rei parui momenti loquitur.

Maſuer.in ſua praxi in tit.de ſucceſſ. & vlt.volunt. nu.49.conſtanter tenet, hæredem iſto caſu beneficium inuentarij perdere.

Crauet.conſil.348.nu.26. & ſequen. lib.3. eandem ſequitur opinionem, oſtendens hæredem offendere legem, ſi doloſe aliquid omiſit, & ob id totum inuentarium corruere.

Bertach.in tract.de epiſc.par.4. num.3. qui ſequendo opinionem Baldi & aliorum, tenet hæredem doloſum dicto cum beneficio inuentarij in totum priuari, illudque amittere.

Crot.conſ.201.num.23. lib.2. vbi concludit inuentarium nihil prodeſſe hæredi, ſed creditoribus in ſolidum teneri; hancque opinionem eſſe communem, & in iudicando & conſulendo amplectendam.

Natt.conſil.574.nu.13.verſ.3.lib.3. teſtatur, hanc opinionem, quòd hæres beneficium inuentarij amittat, & omnia etiam de ſuo ſoluere teneatur, veriorem eſſe. Sequitur

Cephal.conſ.506.num.12. lib.4. qui affirmat hæredem doloſe rem omittentem beneficio inuentarij carere, iuxta diſtinctionem Baldi in dicto §.cum igitur, & in conſil. 314. num.24. lib.3. idem tenet, ſubdens filium vel alium coniunctum omittentem ponere rem vnam in inuentario, quia eius præſumitur habere notitiam, amittere beneficium inuentarij.

Et idem concludit conſilium 702. nume.16. lib.5.

Hanc ſententiam tenent

Menoch. conſil.89. nume.146. lib.1. & Socin. iun. conſil.108. num.43. Idem ſentit

Rimin.ſen.conſil.466.nu.5.lib.3.

Alciat.conſ.25.num.4. lib.6. pariter admittit exceptionem inuentarij nõ prodeſſe, qñ inuentariũ non eſt rite factum, & in eo omnia bona non ſunt appoſita.

Rim.iun.conſil.417.num.24.& ſeqq. multis, lib.4. multas rationes, & autoritates adducens in terminis iſtam opinionem veriorem, & communem eſſe teſtatur vſque ad num.36.

Hieron.Alba.conſ.2. num.16. & ſeqq. latiſſime illã comprobat, & legibus & autoritatibus exornat, & nume.19.verſic. verum, illam frequentioribus votis confirmari teſtatur.

Phanuc.de inuen.par.3.nu.53. & ſeqq. hanc eamdẽ concluſionem defendit, teſtaturq; eſſe cõem, & in iudicando & conſulendo ab ea nullatenus recedendum.

Ioan. Petrutij de Monte Sperello in Auth. ſed cũ teſtator, C.ad leg. Falc. iſta opinionẽ cõiter approbari teſtatur, prout eum refert Corn.in d. §.licentia, n.9. in fi.

Iacob.de Belu.& Din. eiuſdem fuerunt ſententiæ, prout eos referunt Bart.in d.l.reſcriptum, Guid. Pap. de inuent.num.5.& conſil.42.num.4. Port. Imol.conſil.50.nu.14.Ang.de Gambel. in tract. de teſtam. gloſ. 312.nu.17. Idem etiam voluiſſe

Rainer.de Forol.teſtantur Guido Pap.& Port. Imo. in d.locis, & Monticu.de inuent.c.1.nu.2.& ſeq.

Rom.in l.ſi prius, ff.de nou.oper.nunciat. etiam pro hac parte adducitur per Crot. conſil.201. num.23. & Corn.in d.§.licentia, nu.9. in fine.

Angel.qui ex aduerſo pro contraria parte allegatur hanc confirmat opinionem reſpectu creditorum, nam in l. Paulus. tenet, quod hæres occultans doloſe rem aliquam, perdit Falcidiam, quia non debet vti beneficio, qui eo abuſus eſt: dicit tamen non teneri vltra vires hæreditatis, quia per dictum inuentarium non tribuitur beneficium, ſed reditur ad ius antiquum, id intelligens reſpectu legatariorum, quibus hæres de iure antiquo non tenebatur vltra vires hæreditatis, etiãſi inuentarium non confeciſſet, l. 1. §.ſi is qui, ff. ad Trebel.l.ſi vniuerſæ, C.de legat. Sed reſpectu creditorum pro hac parte concludit, quia ſi ſecundum eum hæres non vtitur beneficio, ſed reditur ad ius antiquum, & de iure antiquo hæres creditoribus in ſolidum tenebatur, l.quæ dotis, ff.ſolu.matr.d.l.fin.in princ.verſic.Cũ igitur. & ſupra dixi; ideò recte Ang. in d. l.Paulus, in fauorem creditorum pro hac parte allegari poteſt, prout ita Ang.intelligunt, & allegant Imol.in d.l. Paulus, verſic.& videtur. & ibi Alex.circa med.Porcel.de inuent.c.3.num.6. Montic.de inuent.c.1. num.2. & ſeq. Natt.conſ.574.nu.13.verſic.Tertio. Corn.in d. §. Licentia, num.9.

Eandem opinionem ſequitur

Ang. in conſ.329. verſic. Contrarium. vbi loquens de creditoribus tenet, quòd beneficium inuentarij hæredi malignanti nullatenus ſuffragatur, ſecundum textum recte intellectum in d.§.ſancimus.

Idem ſentit in §.Hinc nobis.Authen.de hære.& Falcid.in princ.dum dicit, quòd ſi hæres neglexerit inuentarium ſine malignitate conficere, tenetur in ſolidum creditoribus & legatarijs, & rurſus idem ſentit in §.ſi verò non fecerit, num.30.in eodem tit.dum ſe remittit ad gloſſ.ibi quantum ad ea, quæ ille text.*addidit dictæ l.*inali,

Mantua
Gratus
Caſſan.
Viral.
} & nonnulli alij allegantur pro hac parte à Phanuc.in d.3. par.nu.55.ex quibus patet verum non eſſe, quod dicebatur Phanuc.æquiuocaſſe, dum firmauit hãc opinionem eſſe communem, & paucos illam tenere: quia vere illam tenuerunt ſuperius allegati: & vere eſt communis & in iudicando ac conſulendo ſequenda, prout etiam teſtantur Crot. Rimin.iun. Hieron. Alba. Phanuc. & Io.de Monte Sperello. & eandem opinionem vti communiorem ſequitur Bertaz. conſil. ciuil. 107.nu.41.cum ſeqq.lib.1.

Nec obſtant modo ea, quæ pro contraria parte *alle-*
36 *gantur*, † & primo non obſt.text. in d. l.fin. §. licentia, verſic. Illo, in quo cõtraria opinio fundatur; Quoniam nos habemus intentionem fundatam, quod inuentariũ non valeat ex claris legum diſpoſitionibus, & pluribus rationibus, de quibus ſupra, & per textum in d.§.Illo. non diſponitur, quòd hæres omittens doloſe bona in inuentario apponere, beneficio inuẽtarij gaudeat, quia
37 contrarium ex ſuperiori parte legis colligitur. † Sed quod ibi dicitur de pęna dupli, venit additiue *ad ſuperiora*, nec diminuit præcedentem diſpoſitionem, qua cautum fuit, hæredem non ſeruantem formam ſibi traditam, non gaudere beneficio inuentarij, vt conſiderat Hercul.in d.l.Paulus, col.2. in fin. Eſt igitur intelligenda lex illa, quod hæres non ſeruans formam legis in deſcribendo omnia bona in inuentario, eius beneficio non fruatur, vt in pluribus locis d.l.fin.diſponitur, ſed ſi aliqua bona ſurripuerit, celauerit, vel amouerit ad duplum teneatur. Et ſic quod ob formam non ſeruatam in deſcribendo omnia bona, beneficio inuentarij careat, & ex amotione & occultatione rerum teneatur etiam ad duplum ratione doli & fraudis quibus vſus fuit. Et ita optimis rationibus declarant Hercul. in d. l.Paulus.col.2.in fin.Hiero.Alba. in d. conſil.2.nu.18. Rim.iun.conſil.417.num.35.lib.4. & Phanuc.in d.3. par.num.53.ver.ad ſecundum. Eſt enim conueniens, quod qui vtitur malignitate, nec rite inuentarium cõfecit, ſicut Imperator voluit, de omnibus bonis eius commodo careat, poſtquam lege abuſus eſt, dicta l. fin. §. ſi vero poſtquam, in fine, & §.ſi vero. Auth. de hæred. & Falcid. Sed qui ſurripuit & occultauit, vltra amiſſionem

nem

nem dicti beneficij debet pœna dupli teneri, prout qui
bona occultat & ſurripuit tenetur, vt etiam habetur
in l.ſi quis intra, in fin. C.de bon. præſcriptio. cuius di-
ſpoſitionem ad inuentarium etiam hæredis extendi ſu
pra demonſtraui. Nec illo caſu erit ſuperflua diſpoſi-
tio, d.§.illo, reſpectu pęnæ dupli, etiam quod inuenta-
38 rium non ſubſiſteret † quia ſecundum Hercul. in dicta
l.Paulus, col.2.in fi.ſi res legata occultata fuerit, pœna
dupli vltra rem legatam conceditur legatarijs, & ſi res
obligata creditoribus fuiſſet ſubtracta, illa cum duplo
creditoribus reſtituitur, & iſto caſu nulla ſuperfluitas
conſiderari poteſt, ſed ſi res nec legata nec creditori-
bus obligata fuiſſet ſubtracta, ſed alia res hæreditaria,
pœna dupli hæreditati computabitur, quod videntur
innuere verba textus, dum alternatiue dicitur, vel in
duplum reſtituere, vel hæreditatis quantitati compu-
tare compellatur, & etiam quando hæreditati compu-
tatur multum prodeſſe poteſt dicta pœna ad augen-
dam hæreditatem. Vel ſecundum Phanuc. dicto loco,
reſpectu legatariorum quibus iure Codicis non teneba
tur hæres ſine inuentario vltra vires hæreditatis iuxta
l. t.§.ſi is qui, ff.ad Trebell. ſed ſolum Falcidiam amit-
tebat, vt ſupra demonſtraui. Vel ſecundum Hieron. Al
ba, num.18.verſ. Nec obſtat, prodeſſe poteſt etiam re-
39 ſpectu creditorum † cum multi ſint caſus, in quibus hę-
res etiam ſine inuentario non tenetur creditoribus vl-
tra vires hæreditatis, de quibus per Iaſ. & alios in dicta
l.ſi.§.& ſi præfatam. Bar. Caſſ.in conſuetud. Burgund.
in rub.7.§.13.gl.3.nu.5. Montic.in tract.de inuent.q.5.
prin.n.10.& ſeq. vſque ad nu.41. Soc.in tract.de reg.&
fallen.reg.214.in ver.hæres, vbi enumerat caſus vigin
ti vnum, in quibus hæres nullo confecto inuentario non
tenetur vltra vires hæreditatis, & in omnibus dictis ca-
ſibus vtile erit hęreditatem augeri ex pęna dupli. Vlte-
rius quatenus de iure Codicis pęna dupli non fuiſſet ac-
cumulatiue poſita, dicitur pœnam auctam eſſe per tex.
in d.§.ſancimus, & in §.ſi verò non fecerit. Auth.de hæ
red.& Falc. qui non corrigit legem Codicis, ſed pęnam
auget priuando hæredem beneficio inuentarij in pęnā
ſuæ malignitatis, quando omnia caute non ſeruauit, &
fraus reperitur commiſſa, vt ſentiunt Alban.& alij pro
hac opinione adducti.

Neque repugnant authoritates eorum, qui pro con-
traria parte allegantur, quoniam ſi recte inſpiciantur,
multi ſunt, qui in cōtrarium adduci non poſſunt. Nam
Roman. conſil.276. col.fin.in 10.q. Bellon. conſil.30.
num.6. non quærunt, numquid hæres ſurripiens bona
amittant beneficium inuentarij reſpectu creditorum,
quia de illis ibi non agebatur, ſed ſolum reſpectu ſubſti-
tuti concludunt teneri ad duplum, & priuari Falcidia
& Trebellianica in totum. Ideo non poſſunt in termi-
nis quæſtionis noſtræ adduci, cum dubitetur modo
numquid creditoribus in ſolidum teneantur & dici-
mus, hæredem non ſolum pati pęnas, de quibus per Ro
man.& Bellon. ſed etiam priuari commodo inuentarij
in totum reſpectu creditorum, de quo ipſi nihil dicunt.
Et eodem modo reſpondetur Gerard. Mazol. in conſ.
27. numero 9. vbi ad aliud propoſitum ſimpliciter di-
cit teneri hæredem ad duplum, nec negat amittere,
inuentarij beneficium. Angel. in l. Paulus, non ſolum
non probat id, quod aduerſarij præſupponunt, immo
reſpectu creditorum hanc ſequitur opinionem vt de-
monſtraui. Corn.in §.licentia, nu.7.& ſeqq. parum no-
cet, ipſe enim opiniones refert, & nu.9.in fin. dicit Do-
minum ſuum, qui fuit Ioannes Petrutij de Monteſpe-
rello, in Auth. Sed cum teſtator dixiſſe opinionem pro
nullitate inuentarij eſſe communem, & ipſe Corne. fa-
tetur opiniones eſſe hinc inde, & articulum eſſe du-
bium, & neutram opinionem clare firmare videtur.

Idem dicitur de Alex.de Neuo, conſ.38. nu.17. vbi al-
legat Doctores tenentes opinionem contra hæredem,
aſſeritque Bartholum firmare iſtam opinionem eſſe cō
munem, & poſtea adducit Imol. Caſtren.& Angel. pro
contraria parte, & ſimpliciter articulo aliter non di-
ſcuſſo, dicit ideo tenendam iſtam partem quòd tenetur
hæres ad duplum, nec aliud dicit. Specu. de inſtrumen.
edi. §. fi. num.5. loquitur de inuent. tut. non de inuen-
tario hæredis, & termini ſunt diuerſi, cum dubitatio
de qua agitur quod teneatur in ſolidum creditoribus
non cadat in tutore. Port. Imol. conſil.50. neutram fir-
mat opinionem, ſed num.13.& ſeq. dicit hæredem pu-
niri vel pœna dupli, vel vt plures exiſtimarunt, benefi-
cio inuentarij carere. Et pro ea opinione quod bene-
ficium inuentarij amittat, multas authoritates addu-
cit, & num.17.in fin. ſubdit plures illam opinionem te-
nere, quòd hæres nullum beneficium ex inuentario
conſequatur. merito nec pro vna nec pro alia opinio-
ne Port.& alij, qui eius conſilio ſe ſubſcripſerunt, alle-
gari poſſunt. Angel.de Gambel.in tract.de teſtam.glo.
112.num.17.& ſeq. refert opiniones, & pro opinione
glo. Iacob.de Beluiſ. Din. Bar.& alios allegat, & ſubdit
num.18.in fin. quod opinio glo. Bart. & ſequacium ob
ſeruatur in practica, ideo non eſt mirum ſi Port. Imol.
d.conſil.50.num.13.& num.16.in fi. allegat Angel. de
Gambel. pro noſtra opinione. Vitald.in tractatu clauſ.
in clauſul.41. nil nouari inuent. confec. pendent. adeo
confuſe loquitur, quòd non poteſt diſcerni, in quam
ſententiam inclinet, & potius videtur hanc noſtram
opinionem amplecti, quia num.36. refert tantum ver-
ba Imolæ, inferius loquitur de inuentario tutoris, & ſu-
pra num.30.& 31. maxime in verſic. Tu dic, videtur re
ſidere cum illa Baldi diſtinctione, quod ſi aliquid eſt do
loſe omiſſum, inuentarium nihil valeat, quia propter
maleficium perditur beneficium, & propterea Vitalē
pro noſtra opinione allegauit Phanuc. in dicta 3. par.
num.54. in fin. Monticul.de inuent.capit.1.num.2.&
ſeq. licet ſequatur opinionem quòd valeat inuētarium,
teſtatur tamen aliquos tenere quod contraria opinio
gloſſæ ſit communis. Guil. de Benedi.in c. Rainutius,
in ver. mortuo itaque teſtatore, num.402. parum vide-
tur attendendus, cum pro ſua opinione alleget tantum
Bartol. in locis de quibus per eum, quem non ſuam ſed
noſtram tenere opinionem ſupra demonſtraui. Caual-
can.de tut.& curat.nu.107. allegat Pariſ.& Ang. Pariſ.
nihil dicit, & Ang.conſ.168.ver. Ideo, potius in opinio
nem gloſſę quam in contrariam inclinare videtur. Bar.
in conſ.154. licet videatur reſidere cum contraria opi-
nione, illam veram non probat, cum ibi abundet nega-
tiua errore impreſſoris, & ſenſus verus eſt, quod hæres
legitimam pœnam patiatur, quod inuentarium non va
leat, ſecundum opinionem communiter approbatam,
& ſi cū negatiua legeretur, ſenſus eſſet inanis, vt oſten-
dit Rim. iun. in conſ.417.num.30. lib.4.& ita Bartho-
lum intelligendo, pro iſta parte etiam in d.conſ. allega-
ri poteſt, quam ipſe ſequitur in alijs pluribus locis, vt ſu-
pra demonſtraui, & ita Bar. in dicto conſil. pro hac par-
te de communi teſtari refert Alex.de Neuo, in cōſ.38.
num.17.& Rim.iun. in loco proxime citato. Rota Ge-
nuen.dec.35. concludit valere inuentarium, quia hęres
in caſu illo non erat in dolo, & etiam quia ex conſuetu-
dine Genuæ ſuſtinebatur inuentarium inceptum, licet
omnia bona in eo non eſſent deſcripta. Nec ſimplici-
ter firmat de iure, ſi doloſe omittatur aliquid, inuenta-
rium ſubſiſtere, vt in dicta deciſione per totam, maxi-
me nu.2.& ſeq. Nec videtur attendendum dum Iaſ. in
§.licentia, teſtatur de communi in contrarium, quia
ille dicit eſſe communem, vt patet ex concordantibus
Alexand. hic, & Alexander ibi pro contraria opinio-

ne ſolum allegat Cin. Caſtrenſ. Salicet. & Imol. qui communem non conſtituunt, cum plures contrarium teneant. merito non eſt credendum Iaſoni quòd illa ſit communis,& conſequenter nec credi debet Benincaſ. Villalob. & Rotę Genuę,ſolum Iaſon.de communi teſtantem referentibus.

Ex iam dictis igitur liquet, ex Doctoribus in contrarium allegatis, paucos contrariam ſententiam ſequi, vnde fateri oportet opinionem noſtram magis cōmuniter approbari,& vt veriorem magis communem
40 in iudicando eſſe ſequēdam;& licet eſſet dubia,† in dubio opinio quæ pro ſe habet authoritatem gloſſæ amplecti debet,vt in terminis dixit Rimin.iun. in allegat. conſil.417.num.31.

41 Minus reſiſtit vltimum obiectum† proteſtatio enim illa effectum operatur,quando hæres ignoranter & ſine dolo aliquid omiſit, ſed quando ſciuit alia bona hæreditaria reperiri, quæ in inuentario non appoſuit, præſumitur doloſe, & fraudulenter omiſiſſe,& proteſtatio huiuſmodi nihil operatur, vt not. declarat Bart. in l.1.§.item,nu.4.ff.de offic. præfect.Vrb. Corn. conſ. 246.in fi.lib.1.late Grat.conſ.25.nu.4.& ſeqq.& num. 10.& ſeqq.lib.2,Guid.Pap.conſ.129.num.1.in fi.verſ. Nec proteſtatio, & in tract.de inuent.num.9. Rolan.a Val.in d. §.cautus eſſe debet,nu.3. Phanuc.alios adducens in eo.tract. par.3.num.49. Bertaz.conſ.ciuil.107. num.49.lib.1.In caſu vero de quo agitur, conſtat hęredes multa doloſe & ſcienter omiſiſſe apponere in inuētario,immo ea occultaſſe & ſubtraxiſſe, ideo proteſtatio non releuat.

Reſolutiones dubiorum in cauſa præcedentis conſilij.

ARGVMENTVM.

De dolo qualiter conſtare debeat, vt hæres, qui doloſe omiſit deſcribere omnia bona hæreditaria in inuentario, eius beneficio priuetur. Et quomodo dolus probetur.

SVMMARIVM.

1 Hæres,qui in inuentario non appoſuit omnes res punitur tantum ſi conſtat de vero dolo.
2 Doli probatio debet de neceſſitate concludere.
3 Inuentarium impugnās ex eo quod hæres appoſuerit in eo oēs res,probare debet plura bona in hæreditate reperiri.
4 Cauſa quælibet etiam beſtialis excuſat à dolo.Declaratur num.55.& ſeqq.multis.
5 Dolum abfuiſſe probatur coniecturis.
6 Hæredem per errorem & ignorantiam omiſiſſe omnes res in inuentario deſcribere non autem doloſe præſumitur. Declaratur num.61.
7 Ignorātia in minore magis præſumitur.Intellige vt n.62.
8 Delictum non præſumitur in minore,muliere,& milite.
9 Dolus in re modici momenti,non præſumitur. Declaratur num.67.
10 Hæres ſi omiſit rem modicam,dolus non præſumitur.
11 Cauſa qualibet excuſat à præſumpto dolo.
12 Teſtes ſingulares non probant res plures in hæreditate reperiri. Intellige vt num.68.
13 Teſtis ſi in iudicio cum iuramento depoſuit contrarium eius,quod dixerat extra iudiciū ſine iuramento,ſtatur depoſitioni iudiciali,ſed de eius fide diminuitur,& nu.70.
14 Dolus non committitur ſine animo lucrandi.
15 Actus palam geſtus tollit omnem ſuſpicionem fraudis.
16 Hæres tenetur deſcribere in inuentario res tantum quæ tēpore mortis teſtatoris repertæ fuerunt in hæreditate.
17 Res omnes poſt mortem repertæ in domo defuncti nō pręſumuntur hæreditariæ.
18 Confeſſione nulla datur maiori probatio.
19 Hæres qui omiſit doloſe apponere in inuētario res omnes, ex additione ei poſtea facta non iuuatur.
20 Hæres qui vult vti beneficio inuentarij tenetur omnia perquirere & res omnes in eo deſcribere.
21 Hæres qui res omnes inuentario non appoſuit pręſumitur ſcienter omiſiſſe,& num.25.
22 Dolus præſumitur ex eo quod quis non facit id, ad quod ſcit ſe teneri.
Vel etiam ſi ignoranter omiſit, ſi ignorantia non eſt iuſta. num.23.
24 Tutor ſi in inuētario non appoſuit res omnes pupilli,pręſumitur in dolo,niſi res pupilli ſibi occultæ fuerint, n.25.
26 Scientia præſumitur ratione coniunctionis.
Et etiam in vicino,num.27.
Ac ratione communis habitationis,num.28.
29 Hæredis dolus probatur, quando non appoſuit omnes res in inuentario, ſi ſciuit reperiri alias res, aut ſi poſtea ad eius notitiam deuenerint,& eas inuentario non addidit, Vel ſi hæres eſt filius ſeu conſanguineus,in quo præſumitur ſcientia.
30 Scientia in coniuncto ſeu vicino pręſumitur etiam ad probandum malam fidem & delictum.
31 Dolus eſt difficilis probationis.
Et coniecturis & pręſumptionibus probatur iudicis arbitrio,num.32.
33 Probatio illa quę haberi poteſt ſufficit in caſibus difficilis probationis.
34 Pręſumptiones duę plene probant,quando aliquid directe probari non poteſt.
35 Dolus pręſumitur in facto clam & de nocte.
36 Teſtis vnicus ſemiplene probat.
37 Teſtis deponens in facto proprio quā probationem faciat.
38 Teſtis vnicus in caſibus in quibus ſemiplene non probat facit ſaltem indicium.
39 Teſtes ſingulares quando non probant faciunt ſaltem indicium & coniecturam.
40 Teſtes ſingulares probant dolum.
Item & malam fidem,num.41.
42 Dolus pręſumptus dicitur qui ſine alia probatione à iure pręſumitur, verus autem qui per indicia & coniecturas iuſtificatur.
43 Hęres qui doloſe omiſit apponere omnes res in inuentario cuius beneficio priuatur, ſiue conſtet de dolo iuris pręſumptione,ſiue de vero per probationes,cum ſeqq.
Secus ſi hęres fuit tantum in culpa,num.44.
Vel quando ſumus in dubio,num.45.
46 Dolus pręſumptus eſt proprie dolus.
47 Pręſumptiones à iure approbatę dicuntur manifeſtę.
48 Dolus qui à iure pręſumitur dicitur manifeſtus.
49 Dolus pręſumptus vero ęquiparatur quantum attinet ad reſciſſionem contractus.
50 Dolus verus manifeſtis tantum indicijs iuſtificatur.
Intellige quando caſus eſt de genere permiſſorum in quo dolus non pręſumitur,ſecus ſi ſit de genere prohibitorū, quia tunc regulariter dolus pręſumitur,num.51.
52 Res quæ prius erat in aliquo loco,pręſumitur etiam hodie exſtare.
53 Pręſumptio de pręterito ad pręſens procedit, quando agitur de modico interuallo, etiam ſi qui prius poſſedit hodie negaret poſſidere.
54 Res repertę in domo patris tempore mortis, pręſumuntur patris non autem vxoris.
55 Hęres tenetur apponere in inuentario omnes res,quas defunctus habebat tempore mortis,licet eſſent alienę dummodo à defuncto fuerint detentę.

Scien-

62 *Scientia iuris non præſumitur in minore, ſed ſcientia fa-*
cti ita præſumitur in minore adulto, ſicut in maiore.
63 *Dolus præſumitur etiam in minore adulto, ſecus in pu-*
pillo.
64 *Dolus in actu occulte geſto quamuis tractatur de damno*
euitando præſumitur in minore, muliere, milite, & ru-
ſtico, nec eis aduerſus dictum dolum ſubuenitur, nume-
ro 66.
65 *Minori non ſubuenitur aduerſus verum dolum.*
69 *Teſtis qui videtur contrarius eius dictum eſt adiuuandũ,*
& ſupplendum, vt ad concordiam reducatur, & probet,
etiamſi verba impropriari oporteret.
71 *Depoſitioni teſtis magis creditur pro qua concurrit præ-*
ſumptio.
72 *Singula quæ non proſunt iuncta iuuant.*

CONSILIVM XXXV.

DVBITATVR per Excellentiſſimos
Dominos iudices aduerſus ea, quæ de-
duxi in præcedenti conſilio hæredem
cum beneficio legis & inuentarij bene
ficio inuentarij priuãdum non eſſe, ex
eo quod omnia bona in eo non deſcri-
pſerit, cum in l. fin. C. de iure deliberan. ſancitum ſit,
conficientem inuentarium beneficio illius legis vti, ſed
ſi quis malignitate rem aliquam ſurripuerit, celauerit,
vel amoueri curauerit, conuictus eum pœna dupli te-
1 neri, † quæ verba oſtendunt hæredem ex vero tantum
dolo puniri, de eoque legitimis modis conuici debe-
re, vt dicit textus in dicta l. fin. §. licentia, & babetur in
l. fin. C. de probation. & per tales probationes, quæ de
2 neceſſitate inferant ad dolum, † nam ſi poſſent referri
ad bonum & malum, verus dolus non iuſtificaretur.
Alexan. conſ. 103. num. 13. lib. 1. Rimin. iun. conſ. 184.
num. 9. lib. 2.
Ex proceſſu autem de vero dolo non apparere dici-
tur, nam etſi prætenditur hæredes omiſiſſe deſcribe-
re in inuentario nonnulla bona, non probatur illa fuiſ-
ſe hæreditaria patris ſeu à patre tempore mortis poſ-
3 ſeſſa, † & qui inuentarium impugnat, probare debet
bona in hæreditate reperiri, ſecundum Bald. conſ. 514.
Ad euidentiam, num. 1. libro 5. Roman. conſil. 276. in
fin. Angel. & Imol. in l. 1. §. hæc ſtipulatio, ff. ſi cui plus
quam per leg. Falcidiam. Immo quia probatum fuit
matrem bæredum multa mobilia detuliſſe in domum
patris, hæredes credere potuerunt illa fuiſſe matris
non autem hæreditaria patris, ex qua credulitate à
4 dolo excuſantur, † cum quælibet cauſa etiam beſtialis
à dolo excuſet, l. 2. C. de plag. l. igitur, C. de liber. cauſ.
Alexan. conſ. 43. lib. 6. Afflict. deciſ. 360. uum. 6. Crau.
5 conſ. 46. numero 14. libro 1. & † dolum abfuiſſe conie-
cturis probetur. Ang. in tract. malefic. in verb. falſario,
numero 9. Port. Imol. conſil. 95. numero 9. Guid. Pap.
conſil. 42.
6 Et id eo magis dicendum aſſeritur, † cum præſumen
dum ſit hæredes errore & ignorantia omiſiſſe omnia
in inuentario deſcribere, non autem dolo ſecundum
Bellon. conſil. 30. num. 6. verſic. Eſt tamen intelligen-
7 dum, præſertim ſtante minori ætate hæredum, † cum
ignorantia magis in minore præſumatur Alexan. in l. fi.
in princip. num. 4. C. de iure deliberan. Grammat. de-
ciſ. 76. num. 10. Riminal. iunior conſil. 184. num. 9. lib.
2. Quibus accedit Bald. conſil. 403. numero 2. libro 2.
8 aſſerens † in minore, muliere, & milite delictum non
præſumi. ad quod allegantur etiam Menoch. de arbitr.
iudic. quæſt. centur. 2. caſu 194. num. 35. & Fulgoſ. con
ſil. 82. colum. 3.
9 Præterea dicitur † bona omiſſa eſſe parui momenti
& conſequenter non conſiderabilia ad inducendum
verum dolum, l. Seio, ff. de in integr. reſtit. l. ſi oleum, in
fin. de dolo, capit. cum te, de re iudic. ex qualitate enim
facti, perſonarum, loci, temporis, & rerum, dolus præ-
ſumitur & non præſumitur arbitrio iudicis, ſecundum
Plot. in l. ſi quando, num. 327. de in lit. iuran. Vnde pro
re modica non eſt præſumendus dolus, vt poſt Crau. &
alios ſcripſit Maſcard. de probatio. vol. 1. concluſ. 521.
10 nu. 29. etiam in hęrede † ſi rem modicam in inuentario
non deſcripſit, vt in terminis inuentarij conſiderant
Spec. in tit. de inſtru. edit. §. ſi. num. 6. in fin. Phanuc. de
inuent. hæred. par. 3. num. 50.
Et ſi dolus aliquis argueretur ex omiſſa deſcriptio-
ne omnium rerum, ille eſſet præſumptus tantum non
11 verus, † à quo leuis cauſa excuſationem præbet. Barto.
in l. ſi adulterium, in vlt. oppoſ. de adulter. Bald. conſil.
403. num. 2. lib. 2.
Nec obſtare dicitur depoſitiones Domini Caroli &
Hieronymi deponentium de occultatione bonorum
12 hæreditatis, quia † ſunt ſingulares, & non probant, in
terminis Bald. conſil. 514. lib. 5. Phanuc. de inuent. hæ-
redit. parte 3. numero 50. & in eorum dictis ſunt con-
trarij, cum aliter dixerint in reuelationibus vigore mo-
nitionis excommunicationis, quam depoſuerint in iu-
13 dicio, † quo fit vt de eorum fide diminuatur, licet ſit ſtã
dum ſecundo dicto iudiciali. Crau. conſ. 74. nu. 6. lib. 1.
Marſil. ſingul. 212.
Nec fraudem conſiderari poſſe dicitur ex non de-
ſcriptione librorum conſignatorum Domino Alde-
14 rio, quia nullam attulit hæreditatem hæredibus, † &
dolus non committitur ſine animo lucrandi. Corneus
conſ. 63. num. 9. verſic. & ex quo actum fuit, lib. 3. Ro-
land. a Vall. conſil. 38. num. 40. & conſil. 45. numc. 31.
15 libro 1. & quia † conſignatio librorum fuit facta palam,
ex actu palam geſto ceſſat omnis mala ſuſpicio, l. Non
exiſtimo, de adminiſtr. tut. l. ita fidei. de iure fiſc. l. cum
ipſe, de contrahen. empt. Bald. conſ. 347. lib. 4. Alexan.
conſ. 31. in fin. lib. 7.
Ea vero quæ fuerunt per menſes quindecim poſt
mortem patris reperta in eius domo, & deſcripta in
iuuentario facto ad inſtantiam creditorum, dicitur
non fuiſſe in inuentario ab hæredibus deſcribenda,
16 cum potuerint acquiri poſt mortem patris, † & in in-
uentario ea tantum deſcribi debent, quæ tempore mor
tis reperta ſunt in hæreditate defuncti, vt not. omnes in
17 dicta l. fin. C. de iure deliber. Nec præſumitur † res poſt
mortem in domo repertas fuiſſe relictas in hæreditate
defuncti. Bald. conſil. 514. lib. 5. Pbanuc. in tract. de in-
uentar. par. 3. num. 34.
Licet prædicta, quæ in dubijs adducuntur multum
vrgere videantur, nihilominus illis non obſtantibus pu
to in caſu, de quo agitur, hæredes excuſari non poſſe.
Conſtat enim ex facto multa mobilia remanſiſſe in do-
mo ac hęreditate patris, quæ in inuentario non fuerunt
deſcripta, quod probatur in proceſſu plene per teſtes,
& faſſus fuit hæres in additione facta inuentario, dum
dixit bona in eo deſcripta relicta fuiſſe in hęreditate pa
18 tris, † qua cõfeſſione nulla poteſt dari maior probatio,
c. 1. de confeſſ. in 6. cap. cum Ioannes, de fide inſtrum. l.
cum te, vbi Docto. præſertim Dec. in 4. not. nu. 7. C. de
19 tranſact. Rim. iun. conſ. 103. nu. 28. lib. 1. † Reſultat qui
dem ex dicta additione probatio cõtra hæredem, quod
bona ibi deſcripta remanſerint in hæreditate patris, li-
cet ipſe ex dicta additione iuuari non poſſit, ex quo con
ſtat bona illa doloſe omiſiſſe, vt late probat Grat. con-
ſil. 25. nu. 9. & ſeqq. vſque ad fi. lib. 2. & quia plene con-
ſtat bona prædicta relicta fuiſſe in dicta hæreditate, di-
citur hęredes, quia illa in inuẽtario non deſcripſerunt,
excuſatione dignos non eſſe.

20 Primo, quia † hæres qui vti vult beneficio inuenta-
rij tenetur omnia diligenter perquirere, l. ſi quis intra,
C. de bon. præſcript. Abb. conſil. 73. nume. 6. verſ. Præ-
terea, lib. 2. Roland. a Vall. de inuent. hæredit. parte 1.
in princ. num. 2. & omnes res, quas defunctus habebat
tempore mortis in inuentario deſcribere debet, l. fin. §.
ſin autem dubius, C. de iure deliber. Dec. conſil. 633.
nu. 10. Franc. March. deciſ. 866. nu. 1. p. 1. Cum igitur
hæres teneretur omnia perquirere, & omnes res de-
21 ſcribere in inuentario, deficiens † præſumitur ſcienter
omiſiſſe, cap. Innotuit, & ibi gloſſ. in verbo. Ignoran-
tiam. de electio. quem text. cum gloſ. ad hoc not. dicit
22 Abb. in dicto conſil. 73. † & ob id dolus probatur, qui
præſumitur eo ipſo quod quis non facit id, ad quod ſcit
ſe teneri, l. dolus. & l. ſi procuratorem, §. dolo, ff. man
dat. Fel. in cap. ſi autem, num. 2. de reſcript. Aret. in l.
quarta, §. Cato, colum. 5. & ibi Socin. nume. 15. ff. de
verbor. obligat. Crauet. conſil. 115. nume. 2. lib. 1. Me-
noch. de arb. iudic. quæſtio. lib. 2. centu. 3. caſ. 208. nu-
me. 35. & de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 55. num. 10.
par. 1. Maſcar. de probat. volum. 1. concluſ. 531. nu. 71.
Natt. conſil. 574. num. 11. lib. 3. Cephal. conſil. 265. nu-
me. 8. & ſeqq. libro 2. vbi etiam ſubdit, quod quando
quis nõ facit illud ad quod ſcit ſe teneri, & actor id de-
ducit, dolum eo ipſo probari, niſi aduerſarius contra-
rium probet. Et hæc præſumptio non ſolum viget con
tra eum, qui ſcienter omiſit facere id, ad quod tene-
batur, vt dicunt Doctor. in dictis locis, & Bartol. in
23 l. dolum, nu. 3. C. de dolo. & ibi Caſtr. nu. 3. † Sed etiam
ſi ignoranter omiſiſſet, ſi tamen ignorantia non eſt iu-
ſta, ſecundum Sal. in d. l. dolum, num. 2. & 3. in fine, de
qua tamen ignorantia ſaltem iuſta non apparet, ſed
ſcientia iuſtificatur, vt ex infra dicendis apparebit.

Secundo facit authoritas Bartoli in l. tutor qui reper
24 torium, num. 15. ff. de adminiſtr. tutor. dum † conclu-
dit quod ſi tutor in inuentario non appoſuit omnes res
dolo feciſſe videtur, cum omnes res in eo deſcribere
debuiſſet, cuius opinionem ſequuntur Abb. in d. con-
ſil. 73. num. 6. & 7. Alexan. conſil. 74. num. 1. lib. 7. Cra
uet. conſil. 115. num. 2. in fine, lib. 1. Grat. conſ. 25. nu-
me. 6. lib. 2. Maſcard. de probat. in dicta concluſ. 531.
num. 64. Sicut igitur dolus detegitur in tutore quando
omnia non poſuit in inuentario, idem dicendum eſt in
hærede, cum eadem ratio ponderata a Bart. ibi, quod
tutor omnes res apponere debebat, per l. tutores, C. de
adminiſtr. tutor. militet in hærede, qui pariter omnes
res in inuentario deſcribere tenetur, vt dictum fuit,
25 & † idem in inuentario hæredis concludit Abb. in di-
cto conſil. 73. nume. 6. & ſeq. & ſequitur Capr. conſil.
161. num. 21. & ſeqq. & licet Bart. ibi dixerit præſu-
mi dolum, niſi iuſta cauſa tutor excuſetur, vt quia res
pupilli ſibi occultæ eſſent, non nocet, cum enim iſti hę
redes eſſent filij, & cum patre continuo in eadem do-
mo permanſiſſēt, & agebatur de mobilib. relictis in hę
reditate patris ac in eius domo retentis, non poſſunt
26 allegare eorum ignorantiam, † ſed ratione coniun-
ctionis ſcientia præſumitur, iuxta l. octaui. C. vnde co-
gnat. l. de tute. C. de in integr. reſtitut. l. filium, C. de li-
ber. cauſ. Bald. in l. fin. §. 1. nume. 17. C. de iur. deliber.
27 Bart. in l. cui, §. iiſdem, num. 3. ff. de accuſ. † qui idem
de vicinis dicunt cum alijs allegatis per Anton. Gabr.
in tit. de præſumpt. concluſ. 6. in princip. Huicque præ
ſumptioni magis ſtandum eſt, cum filij illi continue
28 cum patre in eadem domo habitarent † & ratione com
munis habitationis, & conuerſationis ſcientia præſu-
mitur etiam in caſibus in quibus non præſumeretur, vt
oſtendunt Corn. conſ. 165. num. 34. lib. 2. Crauet. con-
ſil. 151. nu. 24. lib. 1. & Rol. a Vall. conſil. 19. nu. 39. &
ſeqq. lib. 1. & conſ. 66. nu. 28. & ſeqq. lib. 4. & late pro-
bat. Tiber. Decian. conſil. 10. num. 85. & ſeqq. lib. 1. qui
poſt multos dicit ex coniunctione, & communi habi-
tatione ſcientiam probari, niſi ex aduerſo ignorantia
iuſtificetur, & præſumptionem ex coniunctione & cõi
habitatione reſultantem transferre onus probandi con
trarium in aduerſarium. Cum igitur in iſtis filijs ma-
xime cum patre habitantibus ſcientia bonorum patris
de iure præſumatur, eorum dolus probatur, vt per Bar
to. & alios in dictis locis.

Adiuuantur prædicta tertio loco ex his, quæ in ter-
minis hæredis conficientis inuentariũ dixit Guid. Pap.
in tract. de inuent. nu. 6. qui poſtquam nu. 5. dixerat he-
redem doloſe omittentem vnam rem in inuentario de
ſcribere, teneri in ſolidum creditoribus hæreditarijs,
29 quærit num. 6. quomodo conſtet de dolo hæredis, † &
concludit quod dolus probatur ſi apparet tempore cõ
fectionis inuentarij hæredem ſciuiſſe extare alias res,
quas in inuentario non deſcripſit; Vel ſi poſt confectũ
inuentarium aliæ res ad eius notitiam peruenerunt,
& eas non addidit incontinenti; Vel ſecundum eum
dolus poteſt coniecturari, ſi hæres ſit filius vel conſan-
guineus defuncti, quia tales præſumuntur ſcire facta
coniunctorum, & ſic Guid. Pap. concludit hæredem
priuari beneficio inuentarij, ſi doloſe omnia in eo non
deſcripſit, & dolum probari, ſi hæres ſit filius, vel con
ſanguineus defuncti, in quo ſcientia præſumitur, & idẽ
tenent ipſe Guid. Pap. conſ. 42. nu. 6. Grat. conſ. 25. n. 2.
& 20. lib. 2. Cephal. conſil. 314. num. 24. lib. 3. & conſil.
702. num. 16. lib. 5. Quorum opinio veriſſima eſt, cum
30 præſumptio illa, † quod filius ſeu coniunctus cenſea-
tur habere ſcientiam de rebus, ſeu factis patris, ſeu con
iuncti, obtineat etiam ad probandum malam fidem, vt
de vicino dixit Specul. in tit. de empt. & vendit. §. nunc
dicendum, el 2. quem ſequitur Gabr. in d. concl. 6. n. 13.
in 5. ampliat. inducitq; ſufficientem præſumptionem
ad conuincendum filium, ſeu coniunctum de delicto,
ex qua condemnari poſſit, l. ſi filium. C. de lib. cauſ. Spe
cul. in d. §. nunc dicendum, in fi. not. Bar. in l. 1. nu. 16. ff.
ſi cer. pet. Bal. Purpur. & Barb. quos refert, & ſequitur
Gabr. in d. concluſ. 6. num. 9. in prima ampliat.

Conſiderandum eſt etiam pro quarto fundamento,
quòd non ſolum conſtat de dolo ex iuris præſumptio-
ne, ſed ille iuſtificatur etiam ex depoſitionibus Dom.
Caroli, & Hieronymi, qui probant vnum ex hæredi-
bus nonnulla mobilia extra domum paternam tranſmi
ſiſſe, quæ in inuentario non apparent deſcripta, ex quo
31 rũ depoſitionibus dolus probatur; † eſt enim dolus dif-
ficilis probationis, Menoch. de arbitr. iudic. quæſtio.
lib. 2. cent. 2. caſu 116. nu. 21. & quia conſiſtit in animo,
32 & directe probari non poteſt, † indicijs, præſumptio-
nibus, & coniecturis probatur, gloſ. in c. fin. de renunc.
in 6. gloſ. in l. apud Celſum, in princ. ff. de except. doli,
l. dolum, C. de dolo, Corn. conſ. 29. num. 17. lib. 3. Soc.
iun. conſil. 47. num. 33. lib. 3. Port. Imol. conſil. 96. nu-
me. 34. Cur. ſen. conſil. 43. nu. 33. verſic. Dolus, Boer. di
cta deciſ. 101. nu. 4. Rim. iun. conſil. 274. num. 38. lib. 3.
Purpurat. conſil. 18. num. 47. lib. 1. Tiber. Decia. conſi.
32. num. 4. lib. 3. Menoch. de præſumpt. par. 1. libro 1.
præſumptio. 58. nu. 10. Maſcard. de probat. vol. 1. con-
cluſ. 530. num. 2. quæ indicia qualia eſſe debeant ad do
li probationem, iudicis arbitrio relinquitur. Corn. con
ſilio 33. nu. 16. lib. 4. Boer. dicta deciſ. 101. numero 3.
verſic. Vnde tales, & non ſolum ad probationem do-
33 li, † ſed regulariter in omnibus caſibus difficilis pro-
bationis ad coniecturas recurritur, & lex contenta eſt
ea probatione, quæ haberi poteſt. Bartol. in l. in illa. in
fine, & ibi Alexand. nu. 13. ff. de verbor. obligat. Socin.
34 ſen. conſil. 73. num. 7. lib. 1. † & propterea quando ali-
quid directe probari non poteſt, duas præſumptio-

nes plenam conſtituere probationem dixerunt Calc.
conſ.8.col.5.Crauet.conſ.156.num.7.in fin.lib.1.Tib.
Dec.conſ.32.num.4.lib.3. Cum igitur dolus coniectu-
ris,indicijs & præſumptionibus probetur,attenta qua-
litate facti, ex qua coniecturæ ad probationem doli e-
liciuntur, l.1.iuncta glo.in verb.ex facto, ff.de dol. ex-
cept.Afflict.deciſ.69.nu.8.negari non poteſt,quin duo
illi teſtes dolum hæredum probent,& præſertim Hie-
ronymus, qui deponit ea nocte, qua pater deceſſit, de
commiſſione dicti hæredis multa bona extra illam do-
mum portaſſe, quod ſatis dolum hæredis iuſtificat, vt
35 clarum eſt † qui dolus magis augetur, cum id factum
fuerit de nocte clam & tempore ſuſpecto. Abb. in c. 1.
de clandeſt.deſponſat. Bald. in c.2. de fide inſtru. quos
ſequitur Rim.iun.conſ.362.nu.26.lib.4. Et quia quan-
do geritur actus, qui aliquo caſu ſit permiſſus & aliquo
prohibitus,ſi fit palam,non præſumitur dolus, ſi tamē
clam geritur, dolus detegitur,vt dixit Bart. in d.l. do-
lum,in fin.& ibi Salic.num.3. nam in actu facto tempo
re nocturno dolus præſumitur.Crau.conſ.35.num.11.
lib.1.Maſcard.de probat.vol.1.conclu.531.nu.43. for
tius dolus erit præſumendus in caſu iſto, in quo actus
ille amotionis bonorum de domo paterna erat prohi-
bitus,vt dicitur in d.l. fin.§.licentia,in fi.& in faciente
rem prohibitam dolus abſque alia probatione de iure
præſumitur,niſi contrarium probetur, ſecundum Bar.
in d.l.dolum,num.3.& Sal.num.3.Et quamuis illi duo
36 teſtes ſint ſingulares,nihilominus fidem faciunt,†cum
vnus teſtis faciat ſemiplenam probationem, vt per Do
ctor.in l.admonendi,ff.de iureiur. c.fi.de ſucceſſ. ab in-
teſt.Soc.iun.Por.& ceteri,quos refert & ſequitur Rol.
a Val.qui de communi teſtatur conſ.50.nu.13.lib.4.&
quia deponunt de facto proprio licet magna ſit alterca-
37 tio inter Doct. nūquid teſtis † vnicus de facto proprio
plene probet,vt per Ant.Gab.in tit.de teſti.concluſ.1.
nu.18. & ſeqq.omnes conueniunt magis credi teſti de
facto proprio,quam de facto alterius deponenti Innoc.
in c.inquiſitione, de accuſat. Anton.de Butr. in c. cum
cauſa,de teſtibus. Crauet. conſ.178.num.7.lib.1.cum
alijs allegatis per Rim.iun.conſ.5.num.127.lib.1.Hie-
ronym.Gabriel.conſ.169.num.30.lib.1. Cephal.conſ.
170.num.42.& conſ.179.num.31.lib.2.Et quando ali-
qua coniectura cum dicto teſtis de facto proprio depo-
nentis concurrit, plenam facit probationem. Soc. iun.
conſil.62.num.6.lib.1.Menoch.de arbitr.iudic.quæſt.
lib.2.cent.1.caſu 99.num.17.in fin.Cephal. conſ.452.
num.30.& ſeq.lib.4. Sed in caſu noſtro concurrit con-
feſſio hæredis, qui in additione facta inuentario fate-
tur bona illa reperiri penes Dominum Carolum, &
alia fuiſſe portata extra domum per dictum Hiero-
nymum, ideo illi teſtes plenam faciunt fidem, quate-
nus verò plenè non probarent, præſertim ille Hiero-
nymus, qui eſt perſona vilis, cum teſtis de facto pro-
prio deponens magis probet, quando eſt perſona ho-
neſta, & omni exceptione maior,vt oſtendit Menoch.
in dicto caſu 99.num.11. probat tamen etiam ipſe ſal-
tem ſemiplene cum teſtis etiam infamis, & vilis, qui
non ſit omni exceptione maior,ſi de facto proprio de-
ponit faciat ſaltem ſemiplenam probationem, ſicut
faceret teſtis omni exceptione maior, qui de alterius
facto teſtificaretur,ſecundum Paul.de Caſtr.in l.2.§.ſi
abſens,num.9.ff.ſi ex noxal.cauſ.aga.Dec. conſil.363.
num.3.Menoch.in dicto caſu 99.nu.8. Præterea ſi ad-
mitterremus teſtes illos non facere plenam nec ſemi-
plenam probationem,tamen quilibet ex dictis teſtibus
38 facit ſaltem indicium† prout facit teſtis vnicus in caſi-
bus illis,in quibus ſemiplene non probaret.Bar.in l.fin.
ff.de quæſt. quod communiter Doctores aſſirmare te-
39 ſtatur Curt.iun.conſ.64.num.8.lib.1.& etiam † teſtes
ſingulares, quando plene non probant, faciunt ma-
gnum indicium & coniecturam.Paul.de Caſtr. conſil.
109.num.1.in fin.lib.2.Crauet.conſ.73.num.35.lib.1.
Alex.conſ.77.num.10.in fin.lib.1.Gabriel.in titulo de
teſtib.conclu.2.num.72.& conſequenter cum ſufficiat
probare dolum indicijs,præſumptionibus,& coniectu-
40 ris † in caſu iſto per teſtes ſingulares optime dolus pro-
batur,vt dixerunt Alex.conſ.54.nu.9.lib.6.Pariſ.conſ.
57.nu.49.lib.1.Tib.Dec.conſ.105.n.12.lib.2.qui ſcri-
pſerunt fraudem & dolum etiam per teſtes ſingulares
41 probari, ſicut etiam † malam fidem teſtibus ſingulari-
bus probari firmant Curt.iun.conſ.64.num.8.in fi.lib.
1.Crauet.conſ.73.num.33.lib.1.Anton. Gabriel. in d.
concluſ.2.num.45.

Ex prædictis igitur omnibus conſtat de dolo non ſo-
lum iuris præſumptione ſed etiam vere per dictas pro-
bationes,& conſequenter firma manet concluſio quòd
hæredes inuentarij beneficio vti non poſſint.

Nec obſtant ea,quæ in dubijs adducuntur. Et circa
primum quatenus dicitur requiri verum dolum,aduer-
tendum eſt, quod dolus dupliciter conſiderari poteſt,
42 Præſumptus ſcilicet, & verus,†præſumptus ille dicitur
qui ſine alia probatione à iure præſumitur. Verus au-
tem appellatur ille qui per indicia & coniecturas iuſti-
ficatur,vt declarant Paulus de Caſtro, in l.dolum, nu.
3.& 4. C.de dolo. Pariſ. conſil.49. num.30. & ſequen.
lib.1.Rimin.iun.conſil.43.num.31.libro 1. nec diſſen-
tit Alex.in alleg.conſ.103.num.13.lib.1.Si modo quę-
43 ritur, qualiter de dolo conſtare debeat, † dico quod
quomodocumque conſtet vel iuris præſumptione &
ſic de dolo præſumpto, Vel vere per coniecturas & in-
dicia probata, hæres beneficio inuentarij priuatur, &
ita loquuntur Doctores pro hac parte allegati in alio re
ſponſo in hac cauſa reddito,& in præſenti ſupra in ter-
tio fundamento,& clare explicat Vincent. Hercul.in l.
Paulus,col.fi.circa prin. ff.ad leg. Falc.dum dicit,quòd
quando præſumitur dolus idem dicendum eſt quod ſu-
pra concluſum erat, quando dolo erat quid omiſſum,
quod ſcilicet hæres in totum beneficio inuentarij pri-
uetur. Solum quidem adhibetur diſtinctio in hac mate-
44 ria† quod quando conſtat hæredem aliquid dolo omi-
ſiſſe,priuatur beneficio inuentarij, ſed ſi culpa tantum
omiſerit,aliter ſit dicendum,& ita diſtinguit Bal. in d.
Auth.Sed cum teſtator,num.17.C.ad leg.Falc. & de-
clarant Vincent.Hercul.in dicta l.Paulus,col.penul.&
fin.& Fran.Hercul.in tract.de proban.negat. num.96.
45 in fin.†qui etiam dicunt,quod quando ſumus in dubio,
quòd hæres beneficio inuentarij non priuatur,ſed quā-
dò de dolo conſtat, non refert, an præſumptiuè vel ve-
re,ſed vtroque caſu idem concluditur,vt Vincen.Her-
cul. optimè declarat. Et vere dicendum eſt hæredem
priuari beneficio inuentarij ſiue conſtet de dolo præ-
ſumptiue, id eſt iuris præſumptione abſque probatio-
ne, ſiue de vero per indicia & coniecturas probatas,
quoniam Doctor. dicunt hæredem priuari, ſi dolo ali-
quid omiſit, quod intelligitur etiam de dolo præſum-
46 pto,quia† dolus præſumptus eſt proprie dolus.Bartol.
in repetit.l.quod Nerua,num.4. ff.depoſit.Curt.iun.in
conſil.141.num.7.lib.2. conſil.301.num.9. & ſequen.
& conſil.336.num.7.& ſequen.libro 3.Cephal. conſil.
34.num.27. libro 1. & conſil.405. num.32. libro 3. &
47 quia † præſumptiones a iure approbatæ dicuntur ma-
nifeſtæ,l.cum proponebatur,& ibi Bald. ff.de legat. 2.
l.licet Imperator,& ibi Bal.Caſtren.Alexan. & Iaſon,
48 ff. de legat. 1. † & quando a iure præſumitur dolus ille
manifeſtus appellatur,vt de dolo loquens reſpondet Ri
min. iunior in conſil.184.num.29.& ſequen.libro 2.in
49 dubijs allegatus.&† quantum attinet ad reſciſſionem
contractus, dolus præſumptus vero æquiparatur eum-

demque operatur effectum, vt dixerunt Cephal. dicto
conſil.34.nume.24.conſil.62.num.18. libro 1. Berta-
zol.conſil.crim.229.num.9.libro 1. qui de communi
teſtatur.

Præterea dicitur, quod ſi dolus præſumptus non
50 ſufficeret, & de vero conſtare oporteret, † qui vt di-
cit Alexan.in dicto conſil.103.nume.13.lib.1.manife-
ſtis tantum indicijs iuſtificatur. In caſu noſtro vetus
dolus ſufficienter probatur, Tum quia ſatis perſpicuis
& manifeſtis indicijs probatus dicitur ex eo quod hæ-
redes omnes res in inuentario non deſcripſerunt, & vt
dixi ſupra, & probat Capr.conſ.161.num.21.& ſeqq.
Tum etiam quia ille a iure præſumitur, & iuris præ-
ſumptiones manifeſtæ dicuntur, ac etiam ſtãtibus pro-
bationibus ſuperius deductis, quæ manifeſtam doli ve-
51 ri probationem inducunt. † Nec in caſu de quo agitur
fuit opus iuſtificate indicia adeo manifeſta, quæ conſi-
derantur in l.dolum. C.de dolo, per quam mouetur A-
lex. quoniam lex illa loquitur in caſu, in quo dolus non
præſumebatur, quia caſus erat de genere permiſſorum,
in quo dolus non præſumitur, niſi probetur, l.quoties,
§.qui dolo, ff. de probat. & ideo non eſt mirum ſi ibi
manifeſtis indicijs dolum iuſtificati oportet, ſtante pre-
ſumptione excluſiua doli. Sed quando caſus eſt de ge-
nere prohibitorum, non exigitur probatio doli indicijs
manifeſtis, ſed abſque probatione dolus præſumitur,
& eo caſu non procedit dicta l. dolum, vt ibi declarant
Bald.num.1.Salic.num.2. & 3. quod etiam fuit de in-
tentione Bart.nu.3. Vnde cum in caſu de quo agitur cõ
tra hæredem omittentem omnes res in hæreditate reli-
ctas in inuentario deſcribere dolus præſumatur, & pro
hibitum ſit aliquid amouere de bonis hæreditatis, &
in confectione inuentarij omittere, non procedit diſpo
ſitio d.l.dolum, nec opus fuit dolum ita manifeſtis in-
dicijs probare ex iam dictis. nec diſſentit Alexan.in d.
conſil.103.nu.13.ſed potius in hanc partem inclinat in
ver. Non ſumus ergo.

Minus nocet quod dicitur non probari res in inuen
tario non deſcriptas, fuiſſe relictas in dicta hæreditate,
quoniam id probatur concludenter ex confeſſione hæ-
redis in aditione facta inuentario, dum dixit bona illa
remanſiſſe in hæreditate patris. Et etiam probatur de
vino, & alijs multis per plures teſtes, qui id probant
concludenter etiam quatenus dicunt, quod pater an-
52 te mortem aliquas res in domo habebat. † quoniam
ſi non conſtat de eorum conſumptione, vel quod ali-
ter pater eis fuerit priuatus, præſumitur quòd etiam
tempore mortis repertæ fuerint in eius poteſtate, glo.
in l.creditor, §.ſi inter.ver.negetur, ff. mandati. Bald.
in l.3.nume.14. C.de probat. Socin.ſen.conſil.128.nu-
me.1.in fi.verſic. Vnde ex præcedentibus, lib.1. Alcia.
de præſumptio.regu.2.præſumpt.25.in princ.quæ con
cluſio hic magis obtinet, cum teſtes deponant de reb.
53 quas pater habebat parum ante mortem, † & quando
agitur de modico interuallo temporis præſumptio de
præterito ad præſens ſumitur etiam quando quis intẽ-
deret probate poſſeſſionem, & qui olim poſſedit, ne-
gatet poſſidere, vt per Doctor.in l.ſiue poſſidetis, præ-
ſertim Salic.num.7.Pau.de Caſtr. nu.9. ver. Adde ter-
tium, C.de probat.

Nec releuat excuſatio illa, quod hæredes eredere po
54 tuerint mobilia fuiſſe eorum matris, † cum enim reper
ta fuerint in domo patris, & per eum tempore mortis
poſſiderentur, præſumitur fuiſſe eiuſdem propria, non
autem vxoris, niſi contrarium probetur, l. ob marito-
rum, C.ne vxor.pro mari. Sal.in l.2.nu.6. C.quan.fiſc.
vel priu. Doct.in l.a Diuo Pio, §.ſi ſuper rebus, præſer-
tim Alexan.num.7.ff.de re iud. Phanuc. de inuent.hęr.
par.3.nu.34.Gerard.Mazol.conſ.8.nu.31. Cuius con-
trarium probatum nõ fuit. Et ſi res omnes non fuiſſent
55 patris, non minus erãt in inuentario deſcribendę † quo-
niam hæres tenetur in inuẽtario deſcribere omnes res,
quas defunctus habebat tempore mortis, licet eſſent a-
lienæ, & etiam quod fuiſſent commodatæ, vel locatæ,
aut depoſitæ, & a defuncto tantũ detinerentur, vt pro-
bant Bal.in l.item videndum, §.nunc videamus, in fi.ff.
de pet.hæred. Ang.in l.de eo, §.ſi forte, in fin. ff.de acq.
poſſ. Dec.conſ.633.nu.10. Cor.affirmans ita omnes te-
nere, in l.ſi.nu.5. C.de iur.deliber. Rol.a Val.in tract.de
inuent.par.3. §.ponendæ quoque ſunt, & conſ.73.nu.
27.lib.2. Porcel.de inuent.hær.c.3.nu.5. Ang.de Gam-
bel.in tract.de teſt.glo.112.nu.6. Caſtr.Bal.Iaſ. & alij,
quos refert & ſequitur Phan.in d.par.3.nu.33.

Et in caſu iſto non nocet regula illa quæ habet, quòd
quælibet cauſa etiam iniuſta a dolo excuſat.

Primo quia non probatur bona illa fuiſſe matris, ita
vt ex dicta cauſa hæredes moueri potuerint ad non de-
ſcribendum ea in inuentario. Nec ſufficit allegare ex
ea cauſa fuiſſe motos, niſi cauſa illa probetur. Corn.con
ſil.280.num.6.verſic. Ita etiam, lib.4. Tiraquel.de pęn.
cauſ.43.nu.9. Ant.Gabr.in tit.de crim.concluſ.8.num.
63.in 1.limitat.

Secundo ſi cauſa illa fuiſſet probata, non releuaret
56 non † enim ſufficit nunc allegare cauſam iniuſtam, ſed
opus eſt probare, quòd illa fuerit cauſa, propter quam
hæredes res omnes in inuentario appoſuerunt, & quòd
ſi illa cauſa non adfuiſſet, omnia bona in eo appoſuiſ-
ſent; quia non ſufficit poſt factum allegare aliquam cau
ſam iniuſtam, & dicere, quòd fuerit motus ex illa cauſa,
ſed oportet, quòd illa fuerit cauſa, & hoc conſtet, pro-
pter quam tunc motus fuerit. Ang.Io.de Imol. & Ra-
phael.in l.ex conſenſu, §.fin.ff.de appel.not. Alex. conſ.
103.num.13. verſ. Et dato quod, lib.1. Ruin.conſ.33.
col.fin.in prin.ver. Nam vt quis, lib.4. Boſſ.in tract.cri-
min.in tit.de decret. Mediolani, nu.19.verſ. Et hoc eſt,
Corn.Cur.Dec.& alij alleg.a Gabr.in dicta concluſ.8.
57 num.66.in 2.limitat. † Et ratio eſſe poteſt, quia potius
præſumitur dolus, quam quod quis ex iniuſta cauſa fue-
rit motus. Aretin.conſ.80.num.3. Angel.in l.plagis, C.
ad leg. Iul.de plag. Ant.Gabr. in d.concluſ.8. nu.71.in
4.limitat.vbi Cepol.Corn. & alios allegat. Sed hęredes
non probarunt res illas in inuentario non deſcripſiſſe
ex eo quod eſſent matris, ſed modo dixerunt de eis non
habuiſſe ſcientiam, modò quòd erant matris, aliquãdo
verò quod earum pars erat amitæ. Ideo ex allegata cau
ſa excuſari non poſſunt.

Tertio ſi cauſa illa approbaretur, & appareret ex ea
eſſe motos, non excuſarentur a dolo, quia de *iure clarũ*
erat omnes res etiam alienas in inuentario deſcriben-
58 das eſſe, & † cauſa iniuſta contra ius etiam ciuile, noto-
rium, & indubitatum à dolo non excuſat. Ang.in d.l.ex
conſenſu, §.fin. Afflict.ſuper conſtit.in tit.de viol.circa
poſſ.nu.21. Franc. Balb.in l.Celſus, col.4. ff.de vſucap.
Alex.d.conſ.103.nu.14. Boſſ.in alleg.loco. Ant.Gabr.
in eadem concluſ.8.num.74.

Quarto quia vt dictum fuit hæredes de vero dolo
per teſtes conuincuntur, allegata cauſa iniuſta non ex-
59 cuſat; † quoniam cauſa iniuſta in caſibus in quib. excu-
ſare ſolet, excuſat tantum à dolo præſumpto non a ve-
ro. Tiraq.de pœn.cauſ.43.num.13. Gabr.in d.concl.8.
num.83.in 12.limitat.

Quinto ſecundum Dominum Quir. inter crimin.
60 diuerſ. tomo 2. conſilio 26. numero 22. † iniuſta cauſa
excuſat à dolo in atrocioribus ac perſonalibus pœ-
nis, non in pecuniarijs, in quibus nulla iniuſta cauſa
releuat, & ideo dicunt Doctores cauſam iniuſtam à
pœna legis vel ſtatuti excuſationem non præbere. Ia-
ſon in l.iuſte poſſidet, num.32. ff.de acquiren. hæredit.

cum

cum alijs allegat.per Gabriel. vbi ſupra nume.78. in 8.
limit. In caſu vero noſtro non agitur de pœna corpo-
rali, ſed de intereſſe tantum pecuniario, ideo fortaſ-
ſe dici poſſet cauſam illam attendendam, non eſſe
quamuis probaretur, & ex ea hæredes motos fuiſſe ap
pareret.
Aliud de præſumpta ignorantia tollitur ex addu-
ctis ſupra in ſecundo, & tertio fundamento, dum de-
61 moſtraui in filio, & coniuncto ſcientiam † præſumi:
Adducta per Bellon.poſſent procedere in extraneo hæ
rede non in filio,& præſumptio illa ratione coniunctio
62 nis obtinet etiam in minore, † licet enim in minore fa
cilius præſumatur ignorantia iuris, vt Alex. & alij ex
aduerſo allegati dicunt, in facto ſcientia præſumitur
etiam in minore, puta in filio ſeu coniuncto, vt decla-
rat Ruin.conſil.122.nu. 18. lib.5. Anto.Gabr.in tit.de
præſumpt.concluſ.6. nu.15. in ſexta ampliat. Et quod
ſcientia vel ignorantia facti, ita præſumatur in adulto
ſicut in maiore firmant omnes in l. qui Romæ, §.duo
fratres,in 9.q. ff.de verb.obligat. & de comm.teſtatur
Pariſ.conſil.72.nu.20. lib.2. Et ſtante ſcientia bonorũ
patris, poſtquam ſcienter in inuentario omnes res non
63 deſcripſerunt, fuerunt in dolo † qui etiam in minore
præſumitur, cum in pupillo tantum dolus non præſu-
matur; ſecus in alijs minoribus. Doct. in l.qui iuraſſe,
ff.de iureiur.& not. Bero.conſil.158.num.47.lib.1. &
dolus tam præſumptus quam verus conſideratur non
ſolum in maiore, ſed etiam in minore, vt per Rimin.
iun.ex aduerſo allegatum in conſ.184. num.7. & ſeqq.
64 lib.3.maxime † reſpectu actus occulte geſti, quia etiã
in minore, muliere, milite, & ruſtico dolus præſumi-
tur, quando aliquid occulte agunt, licet tractent de dã-
no euitando, vt Rom.conſ.406. Crauet.conſil.115.nu
me.5.lib.1.dixit Maſcar.de probat.not.1.concluſ.531.
num.46. quorum opinio recte deſeruit in caſu iſto, in
quo hæredes de nocte bona hæreditaria occultarunt.
Et quia hæredes conuincuntur de vero dolo ex amotio
ne dictorum bonorum, qui dolus etiam in faciendo cõ-
65 ſiſtit. † minor ætas non releuat, cum aduerſus verum
dolum, nec minoribus ſubueniatur. Pau. de Caſtr. in l.
dolum, num.4. C.de dolo. Bart.in l.minor etiam, ff.de
minor. Alex.in l.vbi, nu.4. verſi.& prædicta, ff.de eden.
Rim.iun.in dicto conſ.184. nume.8. & ſeqq. Et ſtante
quòd amotio dictorum bonorum fuit facta de nocte, et
66 ſic clam † ex actu clam geſto verus dolus iuſtificatur,
nec minori, mulieri, aut ruſtico etiam de damno vitan
do tractanti ſubuenitur, l.fi. ff.de rit.nupt.l.1. C.de in-
terdict.matr.Crauet.conſ.35.num.12.lib.1. Rim.iun.
conſ.362.nu.27.lib.4.
Quod dicitur de omiſſione rerum parui momenti,
tollitur ex facto, cum multæ res omiſſæ fuerint, quæ
67 ſunt notabilis valoris, † text. autem in d. l.oleum, in
fi.ff.de dolo malo, & alia in contrarium allegata, quæ
de re modica loquuntur, intelliguntur de re modica vſ-
que ad duos aureos, & vſque ad illam quantitatem
tantum res modica dicitur ad effectum ne actio doli
competat, vt declarat textus in d.l.oleum, in fin. & in
duabus ſeqq.ff.de dolo.& Bartol.in d.l.oleum, in fine,
nume.1.
Nec obſt.dum dicebant Dominũ Carolum & Hie-
68 ronymum non probare, cum ſint ſingulares † quo-
niam reſpondetur, quòd quando dicitur in hæredita-
te reperiri alia bona in inuentario non deſcripta, per
teſtes ſingulares id non probatur,& in iſto caſu proce-
dit opinio. Bald.in allegat.conſil.514. lib.5. Sed in hoc
non ſit fundamentum, quia per teſtes, & per confeſ-
ſionem dicti hæredis probatur res illas in hæreditate
patris remanſiſſe. Sed quando (vt in caſu noſtro) pro-
batur alias res remanſiſſe in hæreditate, quæ non ſunt
deſcriptæ in inuentario, & dicitur hæredes illa dolo
omiſiſſe, tunc per teſtes ſingulares dolus probatur, vt
demonſtraui ſupra in quarto fundamento, & in iſtis
terminis non loquitur Bal.in alleg.conſ.514.
Et minus fides dictorum teſtium tollitur ob allega-
69 tas contrarietates † quoniam quando teſtis videtur cõ
traria deponere, eius dictum eſt adiuuandum ac ſupplẽ
dũ, vt ad concordiam reducatur, & probet, c.periculo-
ſe, de pœnit.diſt.1.& ibi omnes, c.Cum te,& ibi Anto.
de Butr. Imol.& Abb.de teſtibus. Bal.in l. Item viden-
dum, in princ.& in fi.ff.de pet.hæred. Curt.iun.in tra-
ctat.de teſti.concl.59.nu.112. Alex.conſ.5.num.12.li.
1. Burſat.conſ.267.num.35.lib.5.late Tib.Decia.con-
ſil.40.nu.2.& ſeq.li.2.qui dicit idem faciendum eſſe e-
tiam verba impropriando, ſi aliter concordari non poſ
ſet. Sed conſiderando depoſitionem D. Caroli nulla
reperitur contrarietas. Dixit enim in reuelatione vigo-
re monitionis excommunicationis fuiſſe ad eum tranſ-
miſſas nonnullas res per Dominam Chriſtophoram, in
depoſitione autem iudiciali dicit illas tranſmiſiſſe vnũ
ex hæredibus,& id declarat, videlicet illas tranſmiſiſſe
Dominam Chriſtophoram, ſed de commiſſione dicti
hæredis: quæ nullam continet contrarietatem, quia ſi
Domina Chriſtophora illas tranſmiſit, de commiſſione
hæredis dicuntur tranſmiſſæ ab eodem hærede breui
manu iuxta not.per Doct.in l.ſingularia, ff.ſi cert.pet.
Dicta autẽ Hieronymi poſſunt concordari; licet enim
in reuelatione dixerit, ꝙ aliqui, de quibus non recorda-
tur, eidem præceperant, vt ſaccum plenum rebus por-
taret,& in depoſitione dicat, quòd vnus ex hæredibus
eidem commiſerat, vt res illas portaret, cõcordari poſ
ſunt, quod de pluribus perſonis loquatur, quorum ali-
qui de quibus non recordabatur eidem præceperint, vt
ſaccum portaret,& poſtea dictus hæres teſti idem com
miſerit, ad quod bene faciunt not.per Bar.in l.1.§.non
autem, in fi.ff.de bon.poſſeſ. ſecundum tabul. in l.2.§.
Creditum, nu.6.ff.ſi cert.pet.in l.ſtatua, nu.1. ff.de in-
iur.& latius per Tib.Decia.in d.conſ.40. nu.3. Præte-
70 rea † quidquid dixerint in reuelationibus factis extra
iudicium,& ſine iuramento, attendi debet quod in iu-
dicio cum iuramento depoſuerunt, licet contrariaretur
primo dicto extraiudiciali. glo.in c.Cum cauſam,& ibi
Doct.de teſti. Bald.conſil.486.lib.3.c.1.§.ſi enim Do-
mino,& ibi Bald.in tit.quid ſit inueſt.Spec.in titul. de
teſti.§.1.ver.quid ſi idem teſtis. Alex.qui de communi
teſtatur conſ.222. Viſa facti narratione, nu.13.lib.2.&
concedunt Marſ.& Crauet.in contrarium allegati. Et
hæc opinio quando primum dictum extraiudiciale non
eſt iuratum, magis cõmuniter approbatur, vt teſtatur
Ant.Gabr.in tit.de crim.concl.31.nu.1.verſi.Contra-
rium,& nu.3.ver.Tenendo. Et licet vt dicunt Crau.&
Marſ.in contrarium allegati & Gabr. in d. concl. 31.
nu.8.& ſeqq.ex præcedenti extraiudiciali dicto debili
tetur ſecundum iudiciale, ita vt teſtis non ſit omni ex-
ceptione maior, aduertendum eſt, quod quantum ad
principale factum quòd bona fuerint tranſmiſſa D. Ca
rolo, & alia portata per dictum Hieronymum, nulla
adeſt contrarietas,& idem fatetur dictus hæres in addi
tione facta inuentario. Solum videtur diuerſitas in di-
ctis Hieronymi reſpectu aſportationis bonorum de cõ
miſſione dicti hæredis, in quo ſi teſtis ille plene aut plus
quam ſemiplene non probaret, tamquam de facto pro-
prio deponens, ſed debilitaretur eius dictum ita vt non
eſſet omni exceptione maior, debet ſaltem ſemiplene
probare; Vel ad minus ſine dubio facit indicium, quod
nobis ſufficit, vt ſupra demonſtraui in quarto funda-
mento, quod magis admittendum eſt, cum pro dicto
iudiciali concurrat præſumptio, cum non ſit præſumẽ
dum de domo fratris fuiſſe amota bona ſine commiſ-
ſione

Digitized by Google

71 ſione filiorum, & hæredum eiuſdem, & † magis creditur illi dicto, pro quo cõcurrit præſumptio. Fel. in c. Cũ in tua, in fi. ver. Idem dicas, de teſtib. & alij allegati per Ant. Gabr. in d. concl. 31. nu. 17. in 5. limitatione, & hoc concedit etiam Marſ. in alleg. ſing. 212. in fine.

Quod pro excuſatione hæredum dicitur reſpectu omiſſæ deſcriptionis librorum, & ſcripturarum cõſignatarum D. Alderio, non facit negotium, quia non facimus fundamentum contra hæredes in conſignatione, ſed dicimus hæredes legem contempſiſſe, ex quo libros non deſcripſerunt in inuentario facto per multo menſes antequam illos conſignauerint D. Alderio, quo tempore libri erant penes hæredes, & hoc caſu allegata in dubijs non nocent.

Inuentarium factum per multos menſes poſt mortẽ patris, licet non probet concludenter bona in eo deſcripta fuiſſe patris, nihilominus quia fuit factum ad inſtantiam creditorum patris præſente eius vxore, quæ ſolũ proteſtata fuit, quod torcularia panni lini erant ſua, & nemini obligata, inducitur præſumptio q̃ alia eſſent hæreditaria, & obligata creditoribus, etſi fuiſſent matris vel filiorum veriſimiliter proteſtata fuiſſet prout fecit reſpectu torculariorũ. arg. l. Cum prętor, ff. de iud. l. Vni. §. ſin aũt ad deficientis, C. de cad. toll. Quæ præſumptio iuncta cum alijs præſumptionibus, & probationibus, aliquid operabitur, vt ex omnibus ſimul iunctis
72 dolus probetur, † cum quæ non proſunt ſingula iuncta iuuent. glo. in l. 2. in princ. in verbo, legitimis, de excuſ. tut. glo. in c. cum cauſam, de prob. cum alijs cumulatis per Ant. Gabr. in tit. de prob. concl. 1. in princ.

Cauſa iſta, & de qua ẽt in præcedenti Conſilio, quę vertebatur inter D. Aeneam, & fratrem, filios D. Scipionis de Zauijs Peruſinos, pro quibus ego reſpondi, actores ex una, & hæredes Domini N. reos conuentos ex altera, non fuit terminata per ſententiam, ſed per tranſactionem ſopita.

ARGVMENTVM.

Emphyteuta, an, & quando rem emphyteuticam alienare poſſit.

Etſi alienatur, numquid reuertatur ad alios in inueſtitura comprehenſos, vel ad dominum directum.

Et quid in feudo.

Frater ſi in diuiſione facta cum fratre, iuri quod habet in re emphyteutica, renũciauerit in fauorem fratris & ſucceſſorum, numquid perpetuo excludatur fauore quorumcumque? Vel fratre mortuo ſine ſucceſſoribus emphyteuſis capacibus, ad illam reintegretur.

SVMMARIVM.

1 *Ius accreſcendi locum habet in emphyteuſi antiqua à principio vni conceſſa.*

2 *Emphyteuſis antiqua in qua locum habet ius accreſcendi, poteſt diuidi, & alienari inter fratres ſine conſenſu domini directi.*

3 *Vaſſallus alienans feudum non pręiudicat alijs in inueſtitura comprehenſis, quin illud ab extraneo recuperet. Declaratur nu. 20. & 30.*

4 *Argumentum procedit de feudo ad emphyteuſim, & è contra.*

5 *Emphyteuta, qui alteri emphyteuſim conceſſit in diuiſione excluditur ab omni eius iure.*

Maxime ſtante renunciatione cum clauſulis ampliſſimis. nu. 6. Iuramento nu. 7. & clauſula, Ad habendum, &c. nu. 8. Sed declaratur infra nu. 31. cum ſeqq. vſque ad finem Conſilij.

9 *Emphyteuta alienans emphyteuſim ſine conſenſu domini directi, iure ſuo priuatur, & alienatio redditur nulla.*

10 *Emphyteuſis alienata ſine conſenſu domini reuertitur ad dominum, non ad alios in inueſtitura comprehenſos, licet aliud ſit in feudo, & nu. 30.*

11 *Emptor rei emphyteuſis cum conſenſu domini directi non poteſt inquietari ab alijs in inueſtitura comprehenſis donec durat tempus pro quo alienans emphyteuſim retinere potuiſſet.*

Et iure eius, qui in emphyteuſim conceſſit venditori cum poteſtate alienandi, nu. 13.

12 *Emphyteuta ſeu vaſſallus poteſt imponere ſeruitutem ſeu conſtituere vſumfructum rei emphyteuticæ ſeu feudalis daraturum donec durat ius ipſius.*

14 *Emptor ſuccedit in locum venditoris, & eiuſdem iuribus vti poteſt.*

15 *Emphyteuſis, quæ vni in partem obuenit, donec adeſt aliquis ex eius linea in inueſtitura comprehenſus, ad alios de alia linea non deuoluitur.*

16 *Frater ſuccedit fratri in emphyteuſi antiqua à principio vni tantũ conceſſa, ẽt ſi nihil de ea poſſideret, & aa. ſeq.*

18 *Renunciatio intelligitur rebus ſic ſtantibus, nec ad cauſum ſuperuenientem extenditur.*

19 *Emphyteuta, qui renunciauit emphyteuſim fratri ſeu alteri in inueſtitura comprehenſo, eo mortuo ſine filijs capacibus emphyteuſis, ad illam admittitur ex illo iure ſuperueniente, etiamſi iuribus ſpe competentibus renunciauerit, & nu. 29.*

20 *Vaſſallus renuncians feudo in fauorem agnati illud tenentis, ſi ille cui fuit renunciatum decedit, admittitur renũcians pro parte cum alijs agnatis eiuſdem gradus, vel in totum ſi alios pręcedit in gradu, etiamſi iuribus ſpe competentibus renunciaſſet.*

21 *Renunciatio feudi ſeu emphyteuſis excludit renunciãtem etiam à iure ſuperueniente per mortem eius cuius renunciauit quando eſt realis, & facta in manibus domini in fauorem cuiuſcumque.*

Vel quando facta fuit renunciatio ad effectum vt alter quaſi ex noua inueſtitura inueſtiretur, nu. 22.

23 *Renunciatio emphyteuſis in dubio præſumitur potius perſonalis quam realis.*

24 *Frater renunciãs fratri emphyteuſim, cenſetur renunciaſſe fauore fratris & deſcendentium ab eo, non extranei à fratre cauſam non habentis.*

25 *Renunciatio emphyteuſis facta à fratre fratri ſolum paciſcentibus, & eorum ſucceſſoribus prodeſt, non alijs à paciſcentibus cauſam non habentibus, etiam ſi in inueſtitura eſſent comprehenſi.*

Neque etiam Eccleſia cuius eſt directum dominium in renunciatione illa ſe fundare poteſt, num. 26.

27 *Alienandi licentia non nocet, vel quando alienatio non eſt ſequuta vel alienatio non ſuſtinetur.*

29 *Emphyteuta ex iure ſuperueniente reuocat alienata per alterum etiam cum eius conſenſu.*

32 *Clauſula, Ad habendum, in inſtrumento diuiſionis bonorum allodialium, & emphyteuticorum appoſita, non refertur ad emphyteutica, ſed ad allodialia tantum.*

33 *Clauſula ad habendum, &c. poſita in executiuis, non inducit renũciationem fideicommiſſi ſeu alterius iuris, quando poteſt ad aliud referri.*

34 *Clauſula in fine poſita non refertur ad ea, quæ habent claram, & determinatam diſpoſitionem.*

31 *Renunciatiõ quibuſcumque clauſulis nõ obſtantibus quã-*

do de

do de hæredibus & ſucceſſorib. paciſcentium fuit facta
mentio, non prodeſt alys, qui non ſunt hæredes ſeu ſucceſ
ſores paciſcentium.
36 *Iuramentum adiectum renunciationi non alterat renun-*
ciationis naturam, ſed recipit omnes conditiones ac limi
tationes, quas recipit diſpoſitio, ſuper qua interponitur.
37 *Actore non probante reus abſoluitur, licet reus nihil præ-*
ſtiterit.

CONSILIVM XXXVI.

QVAERITVR numquid Domina Ba-
ptiſta de Cirocchis de Fulgineo tenea-
tur relaxare domum emphyteuticam
Cathedralis Eccleſiæ dictæ Ciuitatis
Domino Viuiano de Cirocchis, nepo-
poti Domini Ioannis Nicolai ſenio-
ris primi inueſtiti. Et quod Dominus Viuianus obtine-
re debeat, dubitatur per Dominum iudicem cauſæ, ex
eo quod conſtat totam domum in diuiſione facta inter
Dominum Angelum, & Dom. Ioannem Nicolaum iu-
niorem fratres & nepotes dicti Ioannis Nicolai ſenio-
ris primi inueſtiti, eidem Ioanni Nicolao iuniori in par
1 tem obueniſſe. Quæ diuiſio licet fieri potuerit † cum
emphyteuſis ſit antiqua, & a principio vni conceſſa, &
inter deſcendentes inueſtiti ius accreſcendi locum ha-
beat. Bartol. in l. ſi mihi & Titio, numero quarto. ff. de
verb. oblig. Corn. conſi. 131. numero primo. libro ſecun
do qui dicit hanc opinionem eſſe communem & indu-
bitatam, & communem eſſe teſtatur etiam Iul. Clar. in
2 §. Emphyteuſis. quæſt. 39. verſic. ſcias tamen. † quo ca-
ſu poſſunt fratres inter ſe bona emphyteutica diuidere
& alienare etiam ſine conſenſu domini directi. Bartol.
in l. qui Romæ. §. Duo fratres. numero 24. ff. de verbo.
oblig. Angel. in l. ſi domus. §. fin. ff. de leg. 1. Salicet. in
l. ea lege. C. de condict. ob. cauſ. Calde. conſilio decimo,
in titu. locati, & alij communiter in d. §. Duo fratres,
Gozad, conſ. 20. num. 9. vbi de cõmuni teſtatur. quam
etiam comm. dicit Iul. Clar. in d. §. emphyteuſis. quæſt.
24. licet ſi eſſet emphyteuſis noua vel a pluribus rece-
pta, in qua ius accreſcendi non habet locum, vt per Bar
tol. in d. l. ſi mihi & Titio. nume. 4. Alexan. ibi colum. 4.
Dec. conſil. 326. num. 1. & alios communiter, vt teſtan
tur Iul. Clar. d. quæſtio. 39. in princ. & Burſat. conſilio
181. nu. 6. lib. 2. dubitari poſſet, numquid inter fratres
diuiſio ſine licentia domini ſubſiſteret, vt per Bald. in
l. voluntas, C. de fideicommiſſ. Aretin. in d. §. duo fra-
tres. colum, pen. & ibi Crot. num. 65. & latius per Bur-
ſat. qui alios etiam diſſentientes a Bald. allegat in dicto
conſil. 181. numer, 7. & ſeqq. Nihilominus quia poſtea
dictus Ioannes Nicolaus iunior nunc defunctus do-
3 mum illam extraneo alienauit, † præiudicare non po-
tuit Domino Viuiano & alijs in dicta inueſtitura com-
prehenſis, quin modo domum illam ab extraneo recu-
peret, vt probat tex. in cap. 1. §. Titius filius, ſi de feud.
fuer. controu. in vſib. feud, & ibi ſcribentes, qui licet lo-
quatur in feudo, locum habet etiã in emphyteuſi cum
4 de † vno ad aliud regulariter & in dubio argumentum
procedat. Bartol. in d. l. Si mihi & Titio. Specul. in titul.
de feud. §. Quoniam. verſic. quadrageſimo. Dec. conſil.
435. num. 8. Socin. iun, qui commu. dicit conſil. 72. nu.
57. lib. 1. Tobi. Noni, conſil. 4. num. 3. & poſt alios eam-
dem opin. commu. appellat Iul. Clar. in §. feudum. q. 3.
verſ. & hæc quidem.
Nec obſtare videtur, quod adhuc ſuperuiuat dictus
5 Angelus frater germanus Ioannis Nicolai † iunioris,
cum enim Angelus in diuiſione omnia iura ſua renun-
ciauerit Ioanni Nicolao fratri, ab omni ſuo iure ex-
cluſus fuit, nec ad domum illam regreſſum habet. Bart.
6 & alij in dicto §. Duo fratres. in 8. quæſt. † ſtante maxi
mè renunciatione cum clauſulis prægnantibus, Are-
7 tin. conſil. 3. & etiam † iuramento. Roman. conſil, 22,
Bero. in terminis conſil. 93. nu, 34. & ſeqq. lib. 1, & con-
8 ſil. 130. nu. 76, & ſeqq. lib. 2, & conſiderata etiam † clau
ſula, Ad habendum, &c, de qua per Roland, a Vall, con
ſil. 34. num. 86, lib. 4.
Quæ dubitationes licet multum vrgere videantur,
re tamen diligenter conſiderata, & perpenſis dictis in-
ſtrumentis diuiſionis & alienationis, arbitror Domi-
nam Baptiſtam, a Domino Viuiano inquietari nullo
modo poſſe.
9 Primo quia † ſi Ioannes Nicolaus emphyteuta do-
mum alienaſſet ſine conſenſu Eccleſiæ, alienatio nul-
la redderetur, & ipſe alienans omni ſuo iure fuiſſet pri-
uatus, l. fin, C. de iur. emphy, & ibi gloſſ. in verſicu. Ca-
dat. & Iaſ, num, 103, & ſeq. Anton. de Butr. conſil. 22.
cap. potuit, extr. de locat, Iul. Clar. in §. Emphyteuſis.
quæſt. 13. qui de comm. teſtatur, & eo caſu Domino Vi
10 uiano ius reuocandi non competeret, † quia res emphy-
teutica irrequiſito domino alienata ad dominum reuer
titur, non autem ad alios in inueſtitura comprehenſos,
licet aliud ſit in feudo, vt per dictam l. fi. & per dictum
c. potuit. dixit Alex. in conſil. 30. numero 16, libro 1. &
poſt eum Ruin. conſil. 165, nume. 8. & 10. lib, 1. & late
Cephal. conſ. 397. nume. 16. & ſeqq. libro 3. vbi Bart. in
l. 3. ff. de interd. & releg. prope fin. Imol. in capit. ex
parte. num. 24. verſicu, Illud autem. de feu. & alios alle-
gat, & comprobatur ex adductis per Anton. Gabr. in
ſuis concluſ. in titu, de iur, emphyt. concluſ. 2. num. 32,
& ſeqq. vbi num, 34. & 35. poſt Bart. Abb. Anchar. &
Imo, concludit, alienationem rei emphyteuticę factam
à patre, nocere etiam filijs, quamuis emphyteuſis eſſet
antiqua. Verum quia Ioannes Nicolaus alienationem
fecit cum conſenſu adminiſtratorum Eccleſiæ, ſuſtine
11 tur alienatio, † nec emptores inquietari poſſunt ab a-
lijs in inueſtitura comprehenſis, donec ius alienantium
durat, & pro eo tempore, quo alienantes emphyteu-
ſim retinere potuiſſent. Bart. in l. ſi finita. §, ſi de vecti-
galibus. num. 8. ff, de damn. infect. & ibi Paul. de Caſtr.
numero ſexto. idem ſentit Alexander conſi, 106. in fin,
lib. 4. & clare probat Ruin. d. conſil. 165. numero 8. &
ſeqq. & comprobat Roland. conſil. 59. lib. 2, vbi pluri-
12 bus rationibus oſtendit † emphyteutam, ſeu vaſallum
poſſe ſeruitutem, vſumfructum, ſeu aliud onus impo-
nere rei emphyteuticæ ſeu feudali, duraturum donec
emphyteutæ ſeu vaſalli ius duraret, & in vaſallo idem
late probat Bal. in c. 1, nume. 1. 3. & 6. de alienat. feud,
pater, Cuman. conſil. 167. Curt. iun, in tract. de feud,
par. 4. princip, num, 147. Ruin. conſil. 176, nu. 13, lib. 1,
quæ opinio cõmuniter approbatur, vt teſtatur Iul. Cla.
in §. feudum. quæſtio. 31. verſic, ſucceſſiue quæro. q. 34.
13 in fin. & q. 42. verſic. ſed numquid. † & quamuis de-
ceſſerit Ioannes Nicolaus venditor, nihilominus quia
viuit Angelus, qui in diuiſione facta cum Ioanne Ni-
colao, eidem iura ſua ceſſit, & vt prætenditur dedit
poteſtatem alienandi, debet ſuſtineri venditio, donec
14 viuit Angelus: † nam cum emptores in ius venditoris
in totum ſucceſſerint, iuribus competentibus vendito-
ri vti poſſunt. l. Emptor. vbi late Bald. C. de hæred. vel
actio. vendit. Bero, conſil. 78. numero 2. & ſeq. lib. 3. &
licet poſt mortem Ioannis Nicolai ſit extinctum ius,
quod ex propria perſona ei competebat, durat ius An-
geli, quod fuit ceſſum Ioãni Nicolao, & in emptorem,
qui in locum & ius Ioannis Nicolai venditoris ſucceſ-
ſit, translatum, & conſequenter Angelo viuẽte empto-
res redduntur tuti.
Secundo ſi prædicta ceſſarent, & Domina Baptiſta
domũ retinere non poſſet, ex iure Angeli dicitur Dñm
Viuianum

Viuianum ſine actione agere; quoniam ipſe eſt filius Io
annis Nicolai ſenioris primi inueſtiti, & Dominus Vi-
uianus bona diuiſit cum Ioanne Baptiſta fratre, ac di-
ctorum Ioannis Nicolai iunioris & Angeli patre, & do
mus, de qua agitur, in partem obuenit d. Ioanni Bapti-
ſtæ, & quia adhuc ſupereſt Angelus vnus ex filijs Ioan
nis Baptiſtę, cui domus in diuiſionem aſſignata fuit, nõ
poteſt Dominus Viuianus domum illam recuperare,
15 † quoties enim res emphyteutica vni ex deſcendenti-
bus inueſtiti in partem obuenit, donec ſupereſt aliquis
de ipſius linea, alij de alia linea etiam in inueſtitura cõ-
prehenſi repelluntur, vt probat textus in c. 1. de nat. ſuc
ceſ. feud. qui licet loquatur in feudo, locum habet etiã
in empbyteuſi, vt poſt Caſtren. & Soc. ſen. dixit Ruin.
conſ. 166. num. 10. lib. 1. Corn. conſ. 263. col. 3. lib. 1. la-
te Bero. conſ. 152. nu. 35. & ſeq. & num. 40. li. 2. Debet
igitur Dominus Viuianus repelli, & ad emphyteuſim
ob mortem Ioannis Nicolai ſine filijs admittendus eſt
Angelus frater, cum emphyteuſis ſit antiqua, & à prin
16 cipio vni tantum conceſſa, † quo caſu frater ſuperſtes
fratri defuncto ſuccedit, c. cum vero Corradus, qui feu.
dar. poſſ. c. 1. de ſucceſſ. feud. c. 1. de nou. benefic. inue-
ſtit. & in emphyteuſi Bart. in l. ſi mihi & Titio, nu. 5. ff.
de verb. oblig. Soc. ſen. conſ. 249. nu. 21. lib. 2. Corn. con
ſil. 122. num. 29. colum. pen. lib. 2. Ruin. conſ. 43. nu. 2.
conſ. 48. num. 7. & conſ. 169. num. 3. libr. 1. Dec. conſil.
263. numer. 2. quæ opinio communiter approbatur, vt
elicitur in dictis locis, & de communi teſtantur Alex.
in conſil. 21. numer. 5. libro 5. Hieron. Gabr. conſil. 89.
num. 7. lib. 1. & Iul. Clar. in §. empbyteuſis, quęſtio. 39.
17 verſic. ſcias tamen. † & hæc concluſio locum habet,
quamuis Angelus nihil de domo emphyteutica poſſi-
deat, quoniam frater non admittitur ad portionem
fratris proprie per ius accreſcendi, ſed iure ſucceſſionis,
quod ex inueſtitura exoritur, quo ſuperſtes ſuccedit de
functo. Bald. *in* c. 1. §. & quia vidimus, num. 4. qui feud.
dar. poſſ. Alexand. in d. l. ſi mihi & Titio, numero 15.
Corne. conſil. 13. colum. fin. libro 3. Ruin. conſilio 154.
colum. 1. lib. 1. Hieron. Gabr. in dicto conſil. 89. num. 6.
& ſeqq.

Nec ex eo quod Angelus in diuiſione domum conſi-
gnauit Ioanni Nicolao cum renunciatione iurium, ad
ipſius fauorem aliud dici poteſt, quoniam renunciatio-
ne non obſtante, poteſt frater ad emphyteuſim admit-
ti, mortuo alio fratre ſine ſucceſſoribus, qui in illa ſuc-
18 cedere poſſint, † quoniam intelligitur renunciatio re-
bus ſic ſtantibus, etſi noua cauſa non ſuperuenerit. Ro-
man. in l. vni. in 7. quæſt. C. quand. non pet. par. Alexan.
in dicto §. Duo fratres, numero 60. verſic. Iſtam par-
tem. Curt. ſenior conſ. 48. numer. 41. nec ad cauſam ſu-
peruenientem ob mortem fratris ſine filijs, qui ſint em
phyteuſis capaces, ſe extendit, cum de ea cogitatum
non cenſeatur, vt per l. Paulo Callimacbo, §. 1. ff. de leg.
3. dicit Bartol. in conſilio 58. numero 4. Feder. de Senis
conſil. 77. prope fin. Bero. conſilio 108. num. 14. libr. 1.
19 & Deci. conſilio 263. numero 3. verſi. ſimiliter. † Mor
tuo igitur fratre, diuiſione ac renunciatione non obſtã
tibus, frater ſuperſtes in inueſtitura comprehenſus ad-
mittitur, quamuis renunciauerit non ſolum iuribus
tempore diuiſionis competentibus ſed etiam futuris,
& quæ ſpe tantum competebant, vt in terminis firmãt
Bartol. in d. §. Duo fratres, numero 24. verſic. Ad ſecũ-
dum, & in conſ. 58. numer. 4. Alexand. in d. §. Duo fra-
tres, numero 60. verſic. Circa ſecundum. Rip. num. 88.
Soc. iun. qui de communi teſtatur num. 138. Bald. con-
ſil. 281. num. 7. lib. 3. Feder. de Senis conſil. 77. Bal. Sa-
lic. & alij omnes in l. ſi familiæ, C. famil. erciſcund. Go
zad. conſ. 53. num. 16. Curt. ſenior qui pariter de com-
muni teſtatur conſil. 48. nume. 39. verſic. Ad quintum,
& num. 40. & ſeq. Bero. conſil. 108. nu. 14. & ſeq. lib. 1.
Dec. conſ. 263. & conſ. 411. num. 3. & ſeq. Alex. conſil.
21. num. 7. lib. 5. Ruin. conſil. 8. nume. 11. conſil. 11. per
tot. conſ. 47. num. 1. & ſeq. lib. 1. late Soc. iun. conſ. 119.
lib. 3. & latiſſime Hieron. Gabr. conſ. 89. nu. 6. & ſeqq.
11. & ſeq. lib. 1. qui alias multas pro hac parte authori-
tates adducit, probaturque hæc concluſio ſecundum
Doct. ſupra allegatos in c. 1. de eo qui fid. ſoc. agnat. in
20 vſib. feud. † vbi expreſſe cauetur, quòd ſi ſunt tres agna
ti, & vnus renunciat feudo ad fauorem agnati illud te-
nentis, ſi ille, cui fuit renunciatum, decedit, non admit-
titur alter tantum, qui non renunciauit, ſed ſi ſunt eiuſ-
dem gradus, ſuccedit etiam ille, qui renunciauit. Qui
textus bene probat intentionem noſtram, quod renun-
ciatio non noceat, quin ex iure ſuperuenienti renunciãs
admittatur ad emphyteuſim, & etiam in totum ſucce
dat, ſi ille, qui renunciauit, ſit defuncto proximior, vt
dicit Aluarot. in dicto cap. 1. verſ. ibi ad ſucceſſionem.
Et licet in illo textu non appareat fuiſſe renũciatum iu
ribus ſpe tantum competentibus, nihilominus Docto.
in dictis locis idem concludũt per illum textum, etiam
quando fuit renunciatum iuribus, quæ renuncians ha-
bebat & habere ſperabat, vt firmant Bartol. Alexand.
Rip. & Soc. iun. in dicto §. Duo fratres, & Gozad. Ga-
briel. & alij omnes in allega. locis, quod verum *eſt, cum*
eædem rationes, de quibus ſupra vigeant etiam *in iſto*
caſu, vt aduertunt Curt. ſenior, in allegat. conſ. 48. nu-
mero 39. verſic. ad quintum, & Aret. conſ. 2. numero 1.
21 verſ. ſecundum. † ſolum quidem renunciatio operatur
excluſionem totalem fratris renunciantis etiam mor-
tuo fratre cui fuit facta renunciatio, quando renuncia-
tio eſſet realis, vt quia feudo omnino eſſet renũciatum,
vt dicitur in dicto capit. 1. quod intelligitur quando in
manibus domini directi renunciatur, vt ibi declarat
Bald. num. 2. in ver. omnino, & ſequitur Curt. ſenior di
cto conſ. 48. numero 39. in fi. & in fauorem cuiuſcum-
que. Aret. in d. §. Duo fratres, quem ſequitur ibi Rip.
num. 88. in fi. eo quidem caſu renunciatio realis iudica-
tur, & omnino nocet ſecundum eos, & not. Bald. *in di-*
22 *cto* cap. 1. numero 1. & 3. † Vel alio caſu obeſſet renun
ciatio, quando ſcilicet facta fuiſſet ad effectum vt alius
quaſi ex noua inueſtitura denuo inueſtiretur, vt dicitur
in dicto capit. 1. quoniam tunc ex ſimili renunciatione
conſtaret renunciantem omnino voluiſſe a ſe emphy-
teuſim abdicare, & totaliter iuribus ſuis renunciare.
merito renunciatio tamquam realis perpetuo reſiſte-
ret, vt per Soc. iun. in d. §. Duo fratres, n. 142. in princ.
& in fi. Quæ omnia ceſſant in caſu, de quo agitur, cum
fratres illi diuidẽtes bona communia abſente domino
directo, ad inuicem alter alteri bona emphyteutica cõ
ſignauerit, & vnus alteri & alter alteri ſtipulanti pro
ſe hæredibus, & ſucceſſoribus, iuribus ſibi competenti
bus renunciauerit & ceſſerit, quæ renunciatio non po-
23 teſt dici realis, ſed perſonalis iudicatur, † prout etiam
ſi eſſet dubia, ita dicendum eſſet ſecundum Alex. in di-
cto §. Duo fratres, num. 60. verſ. quia tunc, & Soc. iun.
24 numero 140. † cenſetur enim fratres diuidentes ad in-
uicem voluiſſe ipſis ac eorum ſucceſſoribus prouidere,
cum ipſorum intereſſet renunciationem ad illorum tã
tum fauorem extendi. Bart. in d. §. Duo fratres, nu. 24.
verſ. ad ſecundum, & conſ. 58. numero 4. Rip. in dicto
§. Duo fratres, num. 88. non tamen credendum eſt vo-
luiſſe ſibiipſis in iuribus quæſitis præiudicare, ſeipſoſ-
que excludere fauore extranei ab eis cauſam non habẽ
tis, prout etiam cõſiderat Socin. iunior in dicto §. Duo
fratres, numero 140. in fin. & 141. & melius explicat
25 Hieron. Gabtiel. dicto conſil. 89. numer. 8. & ſeqq. † &
propterea renunciatio huiuſmodi ſolum paciſcenti-
bus ac eorum hæredibus & ſucceſſoribus in renuncia-
tione

tione nominantis prodeſt, ſed in ea alij conſanguinei in
inueſtitura comprehenſi, in renunciatione non nomi-
nati, & a paciſcentibus cauſam non habentes ſe funda-
re non poſſunt, Bald. in dicto capit. 1. num. 1. de eo qui
fin. fecit agnat. Alexand. in d. §. duo fratres, nume. 60.
Socin. iun. num. 140. & 141. Crot. in repet. num. 148.
ſubdens neminem poſſe huiuſmodi renunciationem in
ſui fauorem allegare, niſi veniret vt hæres paciſcentis.
Curt. ſen. in dicto conſil. 48. num. 39. in fi. Bero conſi-
26 lio 97. num. 9. li. 1. neque † Eccleſia cuius eſt directum
dominium in eius fauorem allegare poteſt renunciatio-
nem cum clauſulis etiam ampliſſimis factam. Bar. con-
ſil. 58. in fi. Hieron. Gabr. dicto conſil. 89. num. 11. Et
quando renunciatio facta eſt (vt in caſu noſtro) fratri
ſtipulanti pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus, non au-
tem indefinite ad fauorem cuiuſcumque, nulla expreſ-
ſa perſona, ſeu in manibus domini, ad effectum vt alios
de nouo inueſtiret, intrepide concluci debet renuncia
tionem non releuare alios a fratre cauſam non haben-
tes, ſecundum Crot. in repet. d. §. duo fratres, nu. 150.
verſic. Tertius, & propterea fateri oportet ob renun-
ciationem Angelum excluſum non eſſe, & ipſo ſuper-
exiſtente Dominum Viuianum admitti non poſſe, vt
dixi, & conſequenter concluditur, quod aut aliena-
tio facta in Dominam Baptiſtam ob licentiam alienan
di ab Angelo conceſſam ſuſtinetur, & ipſe Angelus ex
cluditur, & Dominus Viuianus Angelo viuente ad
emphyteuſim non admittitur, aut ſi alienatio, mor-
tuo Ioanne Nicolao ſuſtineri non poteſt fauore Do-
minæ Baptiſtæ, Angelus, diuiſione, & renunciatione
non obſtantibus, ad dicta bona regreſſum habebit, vt
27 dixi. † Quod in ſimili conſiderat etiam Roman. conſ.
403. col. 1. qui dixit licentiam alienandi nõ obeſſe, vel
quando alienatio non eſt ſequuta, vel alienatio non
ſuſtinetur.

Nec nocent contraria. Et primo textus in dicto §.
28 Titius filius, quandoquidem dicitur, † quòd ſi aliena
tio facta eſt legitime cum conſenſu domini directi, li-
cet ex ea non præiudicetur alijs agnatis, tamẽ non poſ-
ſunt ipſi agnati viuente eo, qui alienauit, fundum alie-
natum reuocare, ſed ſolum ad reuocationem viuente
alienante admittuntur, quando conſenſus domini nõ
interuenit, & ita tex. in d. §. Titius, declarat Iul. Clar.
in d. quæſt. 42. verſic. Sed numquid. Quod non nocet,
quoniam alienationi conſenſit adminiſtrator eccleſiæ,
& ſucceſſiue alienatio valida redditur, vt dixi ex not.
per Iul. Clar. in §. feudum. q. 42. verſ. Eſt etiam. Et ad-
huc viuit Angelus, quia ceſſerat Ioanni Nicolao vendi
tori, & conſequenter ſubſiſtit primum fundamentum.
Quod ſi ceſſaret, non propterea noceret textus in di-
cto §. Titius, quia Dominus Viuianus non eſt pro-
ximior, prout requiritur in illo textu, ſed ſupereſt
Angelus, qui Dominum Viuianum excludit, vt dixi,
29 † & ex iure ſuperuenienti alienata etiam cum eius
conſenſu reuocare poteſt, vt poſt Bald. in conſil. 346.
libr. 2. dixit Dec. in conſ. 263. numer. 3. verſicul. Im-
mo quod plus eſt. Vlterius, quia loquitur dictus §. Ti-
30 tius, de feudo † non procedit in emphyteuſi, dicitur. n.
ibi admitti conſanguineum ad reuocationem aliena-
tionis, viuente alienante, quod intelligitur ſi ſine con-
ſenſu domini alienauit, vt dixi, quod non poteſt admit
ti in emphyteuſi, cum emphyteuſis alienata ſine con-
ſenſu domini non redeat ad alios inueſtitos, ſed ad do-
minum directum, & in hoc differt emphyteuſis a feu-
do, vt per Ruin. conſ. 165. nu. 8. & 10. lib. 1. Alex. con-
ſil. 30. num. 16. lib. 1. Cephal. & alios ſupra adductos in
primo fundamento huius partis.

Minus obſtat, quod dicebatur Angelum fuiſſe ex
renunciatione prædicta excluſum, illud enim ſatis ex
31 ſuperius adductis diluitur. † Nec reſiſtit Rom. in conſ.
22. in caſu enim ſuo aderat acceptilatio, quæ in inſtru-
mento diuiſionis non reperitur appoſita, & eius opinio
non procederet, quando appareret facta renunciatio in
fauorem fratris, & eius hæredum, vt omnes communi-
ter affirmant, & ita reſpondens Romano dixit Hier.
Gabr. in d. conſ. 89. nu. 12. & 13.

Conſilium Aretini tertium minus nocet, quoniam
Aretinus conſuluit pro eo, cui frater alienauerat de cõ-
ſenſu alterius fratris, concludens a fratre conſentiente
illum ſingularem ſucceſſorem inquietari non poſſe.
Quod non reſiſtit, quia dicimus emptorem moleſtan-
dum non eſſe; ſed ſi emptor domum retinere non põt,
ad illam Angelum admitti debere, cum non ſit creden
dum fratres diuidentes voluiſſe renunciare in fauorem
alterius, quam ipſorum paciſcentium & ſuorum ſucceſ
ſorum, vt dixi ſupra. Inſuper opinio Aretini videtur du
bitabilis, quatenus ipſe concludit ex licentia alienandi
conceſſa in inſtrumento diuiſionum fratrem excludi,
& non poſſe alienata reuocare ab emptore, quoniam
contrarium tenet poſt Bal. Dec. in d. conſ. 263. ea ratio
ne, quia non cenſetur voluiſſe ſibiipſi præiudicare, quin
ex iure ſuperuenienti ſuccederet, etſi aliter non cõſtat
in ſpecie fuiſſe datam licentiam alienandi bona emphy
teutica, clauſula Ad habendum, nihil operatur, niſi re-
ſpectu ſucceſſorum, qui eſſent emphyteuſis capaces, vt
colligitur ex deductis per Ceph. in conſ. 371. nu. 19. &
ſeqq. 25. & ſeq. & 61. libr. 3. Iura quæ Aret. allegat pro
ſua opinione, procedunt in diuerſis terminis, quia §. Ti
tius, in tit. ſi de feud. fuer. controu. loquitur, quando pro
ximior agnatus conſenſit particulari alienationi feudi,
c. 1. §. Præterea, quib. mod. feud. amitt. locum habet,
quando vaſſallus ſpecifice conſenſit, quod alter inue-
ſtiatur de feudo ad eum pertinente. Quæ iura ceſſant,
quando in diuiſione bonorum tam allodialium quam
emphyteuticorum ſimplex clauſula, Ad habendum, po
nitur, cum per eam non credatur fuiſſe conceſſam licẽ-
tiam alienandi emphyteuſim in extraneum, ita vt fra-
tre mortuo ſine deſcendẽtibus frater ſuperſtes non ſuc
cedat, vt per Ceph. & alios ſupra adductos.

Conſilium Bero. 93. nu. 94. & ſeq. lib. 1. eiſdem ratio
nibus ſubuertitur, præſertim quia dicit Bero. quòd filia
fratris, in quam fuit per fratrem facta alienatio, non po
teſt moleſtari. Et in eiſdem terminis loquitur Rolan. a
Vall. d. conſ. 34. nu. 86. libr. 4. qui conſuluit in fauorem
ſucceſſoris ſingularis eius, in quẽ frater alienauit, quod
differt a caſu noſtro, cum modo tantum quæratur, nũ-
quid renunciatio Angeli ei noceat reſpectu Dom. Vi-
uiani, qui in renunciatione non fuit nominatus, nec ve-
nit tamquam ſucceſſor Ioannis Nicolai, prout in caſu,
in quo conſuluerunt Bero. & Roland. Nec poteſt fieri
fundamentum in alio conſilio Bero. 130. tum quia in
caſu ſuo aderant clauſulæ ampliſſimæ, quæ hic non ad-
ſunt: tum etiam quia fundat ſe in opinione Pauli de
Caſtr. in d. §. Duo fratres, quæ eſt communiter repro-
bata, vbi dicunt Rip. num. 88. & Soc. iun. num. 140. &
141. Prætetea aduertendum eſt, quòd renunciatio, de
32 qua agitur, eſt ſimplex, † & probabiliter dici põt clau-
ſulam ad habendum, per quam prætenditur datam eſſe
facultatem alienandi bona emphyteutica, & in qua
per Bero. & alios fit fundamentum, non referri ad di-
cta bona emphyteutica, fuit enim facta diuiſio omniũ
bonorum allodialium, & emphyteuticorum, & demũ
partes ad inuicem bona diuiſa conceſſerunt, ad haben-
dum, &c. quæ clauſula debet referri ad bona tantum
allodialia, non autem ad emphyteutica, quæ non ſunt
ad extraneos tranſitoria, vt dicit Bero. in conſ. 208. nu.
17. & ſeq. li. 1. & eius vigore nulla reſultat renunciatio
iuris emphyteutici, præſertim quia poſita eſt in execu-
tiuis

33 tiuis † quo caſu numquam ex ea inducitur renũciatio,
quando ad aliud poteſt referri, vt not.dixit Rip.in d.§.
Duo fratres,nu.83.in fi.& 84.& ſequitur Meno.conſi.
84.num.46.lib.1.Et verè hic aliud poteſt operari vide
licet reſpectu bonorum allodialium. Et tãto magis hoc
eſt dicendum, quia reſpectu bonorum emphyteutico-
rum fuit facta particularis prouiſio & renunciatio ad
inuicem,& ibi de alienatione nihil dicitur. Ideo clauſu
la,ad habendum,in fine poſita,non debet referri ad om
nia, & ſic ad ea, quæ habent claram & determinatam
34 diſpoſitionem,vt generaliter † de clauſula in fine poſi-
ta,quòd non referatur ad ea,quæ habent claram & de-
terminatam diſpoſitionem, dixerũt Abb.Card.& Im.
in c.dilecti,de dona.Bal.in l.1.C.de legit.hered.& poſt
eos ac alios Ant. Gabr.in tit.de clauſ.concl.9. nu.8.
Quod dicit Alex.conſil.13.numer.4.& ſeq.libro 5.
parum nocet, cum in caſu ſuo fuiſſet facta renunciatio
in manibus domini, ad effectum vt alter de nouo & ex
noua inueſtitura inueſtiretur. In quibus terminis recte
procedit eius opinio. Sed quia caſus,de quo agitur, eſt
valde diuerſus,vt dixi,non ſolum Alex. non nocet, im-
mo attenta diſtinctione, quam ibi facit numero 4. pro
hac parte allegari poteſt, nec verbum extenſiuum at-
tendi debet,cum ſatis ſupra demonſtratum fuerit renũ
ciantem admitti, quamuis etiam iuri ſpe competenti
renunciauerit.
Quod vero dicitur de prægnantia clauſularum faci
le tollitur, conſiderando, quòd illæ operari poſſent in
fauorem paciſcentium & ſuarum hæredum,& ſucceſ-
ſorum tantum,pro quibus renunciatio facta reperitur,
ſed quoad alios in renunciatione non nominatos nihil
35 operantur † ſed non obſtantibus etiam quibuſcumque
prægnantiſſimis clauſulis,quando de hæredibus & ſuc-
ceſſoribus paciſcentium fuit facta mentio,renunciatio
alijs qui non veniunt vti hæredes ſeu ſucceſſores paci-
ſcentium,non prodeſt,vt per Hier.Gabr.in d.conſ.89.
nu.8.& ſeqq.& Bero.conſ.108.nu.15.18.& ſeq. lib.1.
36 † vbi nu.21.oſtendit nec generale iuramentum obſta-
re,cum illud omnes cõditiones & limitationes recipiat
quæ recipere ſolet diſpoſitio ſuper qua interponitur,&
ad id Imo.Bar.Bal.& Alex.allegat.
Ex quibus concluditur Aut Dominam Baptiſtam
quæ mediante emptione ſucceſſit in iuribus Ioannis
Nicolai ceſſionarij Angeli fratris, reddi tutam,viuen-
te Angelo; Aut ſi ex hoc defendi non poſſet,quia D.Vi
uianus non poteſt ad emphyteuſim admitti, viuente
Angelo de linea Ioannis Baptiſtę,ipſam Dominam Ba
ptiſtam,quamuis nullum ius haberet,abſoluendam eſ-
37 ſe † cum actore non probante ſuam intentionem, reus
ſit abſoluẽdus,l.Qui accuſare,cum ibi not. C.de eden.
licet reus nihil præſtiterit, cum de iure poſſeſſoris non
ſit quærendum, quando de iure actoris non conſtat,
iux.l.fi.C.de rei vendic. cum ſimil.

ARGVMENTVM.

Donatio facta ab eo, qui affirmatiuè vel negatiuè tantùm reſpondere poterat, numquid valeat.

Mutus quos contractus facere poſſit, & quomodo Notarius de eis conficere debeat inſtrumentum.

Donatio omnium bonorum facta abſenti,quando valeat.

SVMMARIVM.

1 *Stipulatio requirit verborum expreſſionem.*

2 *Mutus ſtipulationem contrahere non poteſt. Intellige vt num.39.*

3 *Mutus & ſurdus numquid teſtari poſſint, & quomodo, & nu.52.*

4 *Lex diſcretis,C.qui teſt.fac.poſſ.procedit etiam in contractibus.*

5 *Loqui articulate qui non poteſt mortuo ſimilis eſt, & teſtari non poteſt. Declaratur nu.55.*

6 *Donatio facta abſenti non valet.*

7 *Fallit interueniente nuncio vel epiſtola,nu.7.*

8 *Nuncius pro abſente non poteſt ſtipulari,licet in alijs contractibus,qui ſolo conſenſu perficiuntur,pro abſente admittatur.*

9 *Stipulatio eſt valida,ſi interrogatus reſpondet affirmatiue,licet omnia verba prolata ab interrogãte non repetat.*

10 *Teſtamentum valet, licet teſtator non expreſſerit nomen hæredis,quãdo interrogatus,an velit inſtituere Titium, reſpondet affirmatiue.*

11 *Teſtator debet ore proprio nominare hæredem.*

12 *Contrahendi actus facilius conceditur,quã actus teſtãdi.*

13 *Donatio perficitur ſolo conſenſu nudaque voluntate donantis, & nu.44.*

14 *Mutus donationem inter viuos facere poteſt declarando, vt ibi,nu.50.*

Item poteſt paciſci, nu.15.

Ac alios contractus perficere, qui conſenſu perficiuntur, numer.16.

17 *Mutus annuendo, & caput inclinando contrahere poteſt.*

18 *Conſenſum partium percipi ſignis ſatis eſt in omnibus cõtractibus ſine ſtipulatione.*

19 *Stipulari nemo poteſt ſine mandato.*

Intellige quando verba obligatiua, & executiua referũtur ad perſonam alterius,ſecus quando verba obligatiua diriguntur in perſonam ſtipulantis, & executiua in perſonam illius,pro quo ſtipulatur,num.20.

Item declara non procedere interueniente iuramento,quod ſupplet præſentiam abſentis,nu.21.

Nec contra Eccleſiam cuius fauore ſuſtinetur ſtipulatio alteri per alterum facta,nu.20.

22 *Monachus quidquid acquirit, Monaſterio acquirit.*

24 *Notarius pro alijs ſtipulari poteſt.*

25 *Abſenti acquiritur ius ex ſtipulatione Notarij etiam ante ratificationem.*

26 *Donatio facta abſenti notario pro eo recipiẽte,eſt valida,*

Et ſecundum aliquos etiam ante acceptationem reuocari non poteſt, nu.27.

28 *Donatio omnium bonorum pręſentium, & futurorum non valet.*

29 *Donatio omnium bonorum non includit futura, & valida eſt.*

30 *Donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum valet,quando aliquid reſeruatur cauſa teſtandi.*

Intellige ſi id,quod reſeruatur, eſt tranſitorium ad hæredes,nu.31.

Et non ſit quid minimum,nu.32.

33 *Donatio omnium bonorum pręſentium, & futurorum cum reſeruatione vſusfructus valet, & fructus non veniunt in donatione futurorum.*

Intellige quando reſeruantur fructus in vita,ſecus ſi vt de eis in vita diſponi poſſit,nu.34.

Et quãdo non ſunt adeo tenues,vt vix ſufficiant pro alimẽtis,ſecus ſi nihil ſupereſſet, de quo teſtari poſſit, nu.35.

36 *Conſenſum colligi ex verbis per interpretationem,ſufficit ad contrahendam obligationem.*

Et per interpretem,nu.37.

Stipu-

38 *Stipulatio facta etiam ab eo, qui non poterat articulate loqui, ſed balbutiens erat, valida eſt.*
40 *Mutus quando contrahit, quomodo notarius debeat perficere inſtrumentum.*
41 *Iuramentum facit valere contractum eo modo, quo melius valere poteſt, quando ſuper inutili ſtipulatione interponitur.*
42 *Surdus intelligens ad motum labiorum, ſtipulationem contrahere non poteſt.*
43 *Contractus cum ſurdo geſtus, ſi talis eſt, qui conſenſu perficiatur, valet tamquam ſine ſtipulatione celebratus.*
45 *Donatio perficitur nudo pacto abſque ſtipulatione.*
46 *Iuramentum requirit verba. Declaratur num. 48.*
47 *Mutus iurare non poteſt. Sed contra. num. 49.*
48 *Mutus ille dicitur, qui loqui non pteſt.*
51 *Lex Diſcretis. C. qui teſt. fac. poſſ. locum habet in vero muto, qui nullo modo poteſt loqui, non in mutaſtro.*
52 *Mutaſter in ſcriptis & ſine ſcriptis teſtari poteſt.*
53 *Teſtari poteſt habens linguam balbutientem & ſemimutam.*
54 *Mutaſter appellatur, qui aliqualiter loquitur.*
55 *Teſtamentum facere poteſt grauiter infirmus, qui habet linguam balbutientem, & ſemimutam, ſi intelligi poteſt, licet cum difficultate.*

CONSILIVM XXXVII.

VIso inſtrumento donationis irreuocabilis inter viuos factæ à Domina Heliſabeth de Cerbonibus de Ciuitate Caſtelli multum Reuerendo Patri Fratri Paulo de Mercatis de Ciuitate Sancti Sepulchri Ordinis Sancti Benedicti; videtur dicendum donationem prædictam eſſe nullam & inualidam.

Primo quia donatrix voluit contrahere per ſtipu-
lationem, vt ſonant verba inſtrumenti, ibi, donauit
Simoni Lazari, & mihi notario præſentibus, ſtipulan-
tibus, & recipientibus pro dicto Reuerẽdo Fratre Pau-
1 lo. † ſed quia in ſtipulatione requiritur verborum ex-
preſſio. l. 1. in princ. ff. de verb. oblig. l. 1. §. mutum. & l.
obligamur. §. verbis. ff. de actio. & oblig. Et donatrix
(vt teſtatur notarius) propter infirmitatem, qua alias
oppreſſa fuerat, lingua præpedita erat in loquela, licet
non penitus; cum ea ſtipulatio cõtrahi non potuit, cum
is, qui ſtipulatur verba promittentis, & is qui promittit
2 verba ſtipulantis audire debeat, † & ideò cum muto ſti-
pulationem non contrahi ratione, de qua ſupra, probat
textus in §. mutum. Inſtitu. de inut. ſtipulat. & ibi Ang.
Aret. Chriſt. Porc. in §. item inutili. num. 2. & 3. eodem
titu. l. 1. in princ. & ibi omnes. ff. de verb. oblig. Ant. de
Butr. in c. Cum apud. nume. 14. de ſponſal. Crot. conſi.
417. num. 17. lib. 3.

Secundo quia donatrix lingua impedita erat, non vi-
3 detur quod donare potuerit eo modo, quo fecit, † quo-
niam vt dicitur in l. Diſcretis. C. qui teſt. facer. poſſ.
mutus & ſurdus a natura teſtamentum, codicillos, fi-
deicommiſſum ac donationem cauſa mortis facere
non poteſt: ſed ſi mutus non ſit à natura, ſcribens ma-
nu ſua omnia facere poteſt. ſi ſurdus & non mutus eſt
omnia libere ei permittuntur. ſed ſi aures apertas ha-
bet, linguam autem penitus præpeditam, ſi ſit littera-
rum peritus, omnia ſcribens facere valet. Sed ſi ſcri-
bere non poſſit, teſtamenti factionem non habet, vt ibi
etiam Doct. declarant. Licet igitur in caſu, de quo agi-
tur, donatrix haberet aures apertas, quia tamen habe-
bat linguam præpeditam, non videtur potuiſſe donare
ſine ſcriptura eius propria manu confecta, iuxta termi-
4 nos dictæ l. Diſcretis. † quæ licet in vltimis voluntati-
bus loquatur, extenditur etiam ad contractum donatio-
nis inter viuos, vt ſentit gloſ. in l. qui id quod. §. mutus.
ff. de dona. & aduertit Paul. de Caſtr. in d. l. Diſcretis.
nume. 5. & ibi Rom. num. 1.

Tertio cum donatrix lingua impedita articulate lo-
qui non poſſet, mortuæ ſimilis erat, & propterea non
videtur, quod donare potuerit, argu. tex. in l. Iubemus.
5 §. ſi enim. C. de teſtam. in quo probatur † eum, qui arti-
culate loqui non poteſt, mortuo ſimilem eſſe, & teſtari
non poſſe.

Quarto quia tempore donationis non erat præ-
6 ſens Frater Paulus donatarius † donatio abſenti facta
non valet. l. abſenti. ff. de donat. vbi Bartol. & ceteri cõ-
muniter. quod Doct. communiter admittunt, vt teſtan-
tur Corn. conſil. 73. num. 7. lib. 3. & Pariſ. conſilio 88.
7 nume. 15. lib. 3. † & quamuis abſenti donari poſſit, in-
teruenientе nuncio vel epiſtola, vt dicitur in dictis lo-
cis, & poſt alios probat Capic. deciſ. 180. nume. 8. id in-
telligitur, ſi nuncius ſpecialiter ad id ſit deſtinatus, &
non aliter. gloſ. 1. in l. non ambigit. C. de donat. quæ
communiter approbatur ſecundũ Rom. conſ. 295. nu.
1. & ſeq. Corn. conſ. 254. lib. 3. Iul. Clar. in §. donatio. q.
12. verſ. ſcias tamen. Sed quia non apparet, ꝙ nuncius
aliquis ad hunc effectum a dicto Reuerẽdo fratre Pau-
lo fuerit deſtinatus, donatio valere non debet. Præte-
rea quia vt dictum eſt, per ſtipulationem contraxerunt,
non valuiſſet donatio, etiam ſi nuncius ſpecialiter fuiſ-
ſet deſtinatus, & ſtipulatus fuerit pro donatario abſen-
8 te, † cùm ſtipulatio per nuncium in inſtrumento contra-
hi non poſſit, licet in alijs contractibus, qui ſolo conſen-
ſu perficiuntur pro abſente admitteretur. d. l. 1. in prin.
l. inter abſentes. de inut. ſtipulat. §. Item verborum. in-
ſtitu. de inuti. ſtipulat. cum alijs allegatis per Alex. cõſ.
12. nu. 1. lib. 1. qui in terminis hoc argumento vtitur.

Sed iſtis non obſtantibus, puto donationem validiſſi-
mam eſſe ſiue conſideremus perſonam donatricis, ſiue
donatarij, ſiue bona quæ donata fuerunt.

Ex parte enim donatricis valida eſt donatio, quo-
niam ipſa ſana viſu, corpore, mente, & intellectu om-
nia ſua bona inter viuos donauit, quod declarauit,
dum interrogata à Simone & Notario recipienti-
bus, & ſtipulantibus pro dicto Reuerendo Domino
Donatario, reſpondit affirmatiuè: quæ reſponſio ſuf-
ficiens fuit, licet omnia verba in inſtrumento donatio-
9 nis appoſita, non expreſſerit, † cum ad validitatem
ſtipulationis non ſit neceſſarium omnia verba a ſtipu-
lante prolata repetere, ſed ſatis ſit aliquo modo per ver-
ba affirmare, quia intelliguntur repetita omnia, quæ ex-
preſſa fuerunt per interrogantem. §. Præterea. in fi. &
ibi Doctor. Inſtitut. de inutil. ſtipulat. l. 1. §. ſi quis ita. ff.
de verb. obligat. & in terminis not. Alexand. d. conſilio
12. numero quinto. verſicu. Non obſtant ea. lib. primo.
10 & facit † quod dicitur de teſtatore, qui licet non ex-
preſſerit nomen hæredis & alia in teſtamento conten-
ta, tamen ſi interrogatus an velit inſtituere Titium hæ-
redem, reſponderit, quòd ſic, teſtamentum valet, quan-
do eſt factum ab eo, qui eſt ſanæ mentis, nec adeò op-
preſſus morte, quòd articulate loqui non poſſit, vt fir-
mant gloſſ. Petr. Cin. Salicet. Alexand. & alij in l. Iube-
mus. C. de teſtam. Socin. iun. conſil. 144. num. 13. lib. 2.
Ruin. conſil. 12. nume. 9. & 12. lib. 2. Afflict. deciſ. 143.
nume. 2. & 3. Alex. qui commu. dicit dicto conſil. 12.
nume. 6. Socin. ſen. conſil. 20. per totum libr. 4. & poſt
alios ſimiliter de communi teſtantur Iul. Clar. in §. te-
ſtamentum. q. 37. verſicu. ſed quid. & Cephal. conſi-
11 lio 546. num. 46. lib. 4. Siquidem † in teſtamento in quo
oportet teſtatorem ore proprio nominare hæredem.
l. hæredes palam, in princ. ff. de teſtam. ſatis eſſe affir-
matiue ad interrogationem notarij reſpondere; quan-
to

Digitized by Google

to magis id erit admittendum in caſu, de quo agitur
12 † cum actus contrahendi facilius concedatur quam a-
13 ctus teſtandi. Alex. dicto conſil. 12. num. 3. † & donatio
perficiatur ſolo conſenſu nudaque voluntate donantis,
§. aliæ autem, & ibi Chriſtophorus Porc. Inſtit. de do-
natio. l. ſi quis argentum, §. fin. & ibi Doctor. C. de do-
nat. Franc. March. deciſ. 326. numero 11. par. 1. Præte-
rea ſi donatrix penitus in loquela impedita fuiſſet, ni-
hilominus quia aures apertas habebat, ſatis erat ſuum
conſenſum patefacere ſignis, vt donatio valida redde-
14 retur † cum donationem inter viuos etiam mutus face
re poſſit, vt probat text. in l. qui id quod §. mutus, ff. de
donat. Alexand. in l. 1. in princ. num. 9. ff. de verborum
obligat. Iaſ. in dicta l. Diſcretis, nume. 2. Franc. March.
dicta dec. 326. nu. 12. par. 1. & quando mutus non caret
intellectu, & maior eſt annis 25. idem admittit Imol.
in dicto §. mutus, in princ. quod in eo, qui non ſit mutus
& ſurdus ſimul à natura, recte procedit, quoniam vt di
cit glo. in d. §. mutus, in verb. non prohibetur, mutus po
teſt donare, ſi infortunium eſt diſcretum ideſt ſepara-
tum, vel concurrit ſed caſu; ſecus ſi ſit mutus, & ſurdus
ſimul a natura; quam ibi Imo. intelligit, ſi ſit mutus &
ſurdus ſimul à natura, ſed ſi ſit ſurdus vel mutus tantũ
etiam ſi a natura, dicit donationem facere poſſe: Quod
15 veriſſimum eſt † quia mutus poteſt paciſci. l. Item quia
16 conuentiones, in princip. ff. de pact. † & conficere om-
nes alios contractus, qui conſenſu perficiuntur. Aret. in
§. mutum, Inſtit. de inutil. ſtipul. & ibi Ioan. Faber. Ro-
man. in l. mutum, numero 3. ff. de acquirend. hæred. &
in dicta l. Diſcretis, num. 2. vbi Bald. num. 1. Bartol. in
dicta l. 1. in princ. num. 11. Abb. in cap. Cum apud. nu-
mero 4. de ſponſal. Potuit igitur dicta Domina dona-
trix donationem facere eo modo, quo facta reperitur,
quia ſurda non erat, ſed perfecte audiebat, nec erat mu
ta, licet haberet linguam impeditam, & non ſolum ex
ſua reſponſione affirmatiua, ſic, ſic, ſed etiam capite an
nuendo, & illud inclinando demonſtrauit conſenſum
& voluntatem ſuam faciendi ea omnia, de quibus a no-
tario & Simone interrogata fuit, & donatio etiam ſi lo-
17 quela penitus caruiſſet, ſuſtineretur, † quia caput incli-
nando verſus pectus, dicitur annuiſſe, conſenſiſſe, &
affirmaſſe ea omnia, de quibus interrogabatur, quod
ſufficiens fuit ad inducendam obligationem in contra
ctibus iuris gentium, qui ſolo conſenſu fiunt iuxta gloſſ.
in dicta l. 1. §. ſi quis ita, in verſic. annuiſſet, & ibi Iaſ.
num. 12. ff. de verborum oblig. Bart. in l. Nutu, ff. de le-
gat. 3. Franc. March. dicta dec. 326. num. 12. Quod ge-
18 neraliter recipitur † cum in omnibus contractibus ſine
ſtipulatione ſufficiat cõſenſum partium percipi ſignis,
vt dicitur in dictis locis, & etiam per interpretem, l. 1.
§. fin. & ibi omnes, ff. de verb. oblig. Ac etiam ſono tu-
bæ vel cornu. Bal. in l. Falſus, in 8. colum. q. 2. C. de ſurt.
Alex. in d. §. fin. colum. pen. & Iaſ. in dicta l. 1. in princ.
num. 24.

Ex parte etiam Reuerendi Fratris Pauli donatarij
donatio illa validiſſima eſt, licet enim ipſe non fuerit
præſens, tamen pro eo recepit donationem Simon La-
zari, quod bene facere potuit, & ex huiuſmodi contra-
19 ctu ius ſibi quæſitum fuit † nam etſi regulariter nemo
alteri ſine mandato ſtipulari poſſit, l. ſtipulatio iſta, §. al
teri, ff. de verborum obliga. §. alteri. Inſtit. de inutil. ſti-
pul. l. Vt inter abſentes, C. eodem titul. cum late dedu-
ctis per Anton. Gabriel. in ſuis concluſ. in titul. de ver-
borum oblig. concluſ. 1. nihilominus in caſu, de quo agi
20 tur, recte per alterum ius quæri potuit. † Primo quia
regula, de qua ſupra, procedit, quando verba ſtipulatio
nis tam obligatiua quam executiua referuntur ad per-
ſonam non ſtipulatoris, ſed alterius, vt ſi Titius ſtipule
tur a Seio per hæc verba, Promittis Caio, quòd dabis
ei decem, ſed ſi verba obligatiua ſunt directa in perſo-
nam ſtipulantis, & executiuam in perſonam illius, pro
quo ſtipulatur, vt quia dictum ſit, Promittis mihi quod
dabis decem Caio, ſtipulatio iſta etiam per alterum fa-
cta valet, & ex ea abſenti ius quæritur, vt not. glo. Bar.
& alij in l. Huiuſmodi, in princ. ff. de leg. 1. Doct. in l. 1.
C. per quas perſo. nob. acquir. & in d. §. ſtipuler. Alex. in
conſ. 40. numer. 7. lib. 5. qui de comm. teſtatur. Didac.
Couar. in rub. de pact. lib. 6. in relect. 2. partis, §. 4. num.
9. Caſtrenſ. Ang. Bald. Imol. Cur. & alij plures allegati
per Gabr. in d. concl. 1. in 3. limit. num. 53. qui in fin. de
21 comm. teſtatur. † Secundo quia donationis contractus
fuit iuramento vallatus, ceſſant contraria, & ſtante iu-
ramento, ſtipulatio per alterum facta valida redditur,
obligationemque inducit, quia iuramentum Deo præ-
ſtitum dicitur, & Deus ſupplet præſentiam abſentis,
glo. in cap. quoties cordis oculus, 1. q. 7. Anton. de Butr.
Imo. & alij in c. Cum contingat, de iureiur. Chriſtoph.
Porc. & alij, in §. Alteri, Inſtit. de inutil. ſtipul. Doctor.
in d. l. ſtipulatio iſta, §. alteri, ff. de verborũ oblig. Grat.
conſil. 12. nu. 9. lib. 1. vbi de comm. teſtatur. Ruin. con-
ſil. 49. col. fin. in fi. lib. 1. Port. Imol. conſ. 176. nume. 33.
& ſeq. Pariſ. conſ. 107. num. 51. lib. 3. Natt. conſil. 506.
num. 17. lib. 3. Rol. a Vall. conſ. 19. num. 30. lib. 1. Anto.
Gabr. in d. concl. 1. nume. 69. in 7. limit. Didac. Couar.
qui pariter de comm. teſtatur in dicto §. 4. nume. 11. &
Rim. iun. conſ. 37. num. 63. conſ. 103. num. 16. lib. 1. &
conſ. 234. num. 308. & ſeq. lib. 3. Seraph. de priuileg. iu
ramenti priuileg. 24. num. 2. cum ſeqq. Io. Botta conſi.
58. num. 26. cum ſeq. Borgn. Caualcan. in dec. 42. num.
14. Poſſet etiam tertio loco addi, quòd cum donatio fa-
cta fuerit Reuerẽdo fratri Paulo Monacho Religionis
S. Benedicti tunc exiſtenti in Monaſterio Sancti Petri
22 de Peruſia, & de iure † quidquid acquirit Monacus
acquirat Monaſterio. Auth. Ingreſſi, C. de Sacro. eccl.
c. In præſentia, de proba. & in vtroque loco Doct. not.
Abb. in c. Cum olim, nu. 6. de priui. & exceſ. fauore Mo
23 naſterij † & ſic piæ cauſæ ſtipulatio alteri per alterum
facta valuerit. Bal. in l. Illud, col. 1. in fin. C. de ſacroſan.
eccl. & ibi Paul. de Caſtr. Iaſ. in d. §. Alteri, col. 3. Com.
conſil. 220. col. pen. lib. 2. conſ. 211. col. 2. lib. 3. cum a-
lijs allegatis per Ant. Gabr. in dicta concl. 1. in 8. limit.
num. 72.

Et non ſolum ſuſtinetur donatio ex acceptatione, &
ſtipulatione Simonis, ſed etiam quia Notarius illam re
cepit, ac ſtipulatus fuit nomine donatarij, magis prædi
24 cta procedunt † cum Notarius tamquam perſona pu-
blica poſſit pro alio ſtipulari, & ex huiuſmodi ſtipula-
tione abſenti ius quæratur, l. Non aliter, ff. de adopt. §.
Cum autem, Inſtit. eod. tit. & ibi Doct. Bar. in d. l. ſtipu
latio iſta, §. ſi ſtipuler, in tertia fallen. vbi Alex. col. 3. de
communi teſtatur, & Iaſ. num. 14. & 15. Oldrad. conſ.
30. nume. 2. Port. Imol. conſ. 176. nu. 24. & ſeq. Anton.
Gabriel. in dicta concluſ. 1. in 17. limit. num. 95. Capic.
deciſ. 73. & late Senat. Pedemont. deciſ. 32. per totam
25 vbi num. 4. & ſeqq. † dicit ex ſtipulatione Notarij etiã
ante ratificationem ius abſenti acquiri ſecundum opi-
nionem veriorem & magis communem, & alios recen
ſet Crauet. conſil. 252. numero 3. libr. 2. Et in terminis
26 † quòd donatio facta abſenti, Notario pro eo recipien
te, ſit valida, firmant Corn. conſ. 229. col. 2. lib. 2. Ale-
xan. conſil. 53. nume. 4. & ſeq. lib. 7. & communiter id
recipitur, vt teſtatur Iaſ. in dicto §. ſi ſtipuler. colum. 5.
verſ. Adde circa fallentiam de Notario. quem ſequi-
tur Socin. iun. conſil. 67. num. 4. libro 3. receptiſſimum
eſſe teſtatur Iul. Clar. in dicto §. Donatio, q. 13. verſicu.
27 Primo ergo caſu † & ſecundum aliquos ex huiuſmo-
di acceptatione & ſtipulatione Notarij pro abſente in
tantum donatario ius acquiritur, quòd etiam ante do-
natarij

natarij acceptionem donatio reuocari non poteſt. Bal.
in l.cum à ſocero, C.de iure dot. Paul. de Caſtr. conſil.
x95.lib.2. Doct.in l.qui Romæ,§.Flauius,ff.de verbor.
oblig. Dec.conſil.58.num.3.Socin. iun.conſil. 118.nu-
mero 13.lib.2. Rub.Alexan. conſil.91. num.2. cum a-
lijs allegatis per Cephal.conſ.33.num.5. lib.1. Rimin.
iun.conſil.242.num.96.& ſequen.multis,& conſ.253.
num.17.lib.3.Tiber.Decian.conſ.39.num.144. lib.2.
Iul.Clar.in d.§.donatio,q.13.verſiculo.Primo ergo, in
quibus locis etiam de communi teſtantur.quam opinio
nem veriorem & communem eſſe teſtatur etiam Bor-
gnin. Caualcan. in deciſ. 42. num.15.alios multos pro
ea adducens.

Validiſſima pariter eſt donatio, habita conſidera-
tione ad bona donata, quoniam dicta Domina dona-
uit omnia ſua bona mobilia, ſtabilia, iura, & actiones,
28 & † licet donatio omnium bonorum præſentium &
futurorum non valeat,cum per eam auferatur facultas
teſtandi,l.ſtipulatio hoc modo concepta, ff.de verbor.
obligat.& ibi Doctor.communiter,præſertim Alexan.
numero 16.Iaſ.numero 20.Senat. Pedemon. deciſ.70.
numero 10.Bald.Dec.& alij in capit. in præſentia, de
probat. Iaſ. in l.licet, numero 15. C. de pact. Dec. in l.
fin.numero 30. C.de pact. & ibi Purpur. numero 238.
in fin.Grat.conſilio 70.numero 1.libro 1. Curt. iunior
conſilio 25.num.1.libro 1.Cephal.conſil.585. numero
125.& ſequen.libro 4. Iul.Clar. in §. donatio,q.19, in
29 princip. † Nihilominus quando quis donat vniuerſa-
liter omnia ſua bona, ſi de futuris non facit mentio-
nem, valet donatio, cum in ea futura non includantur,
glo.in l.fin.in verbo,accomodauerit,C.de pact.& com
muniter recipitur,vt teſtantur Corn. conſil.252. num.
4.lib.3.Dec.conſil.225. num.4.in fin.Bellon. conſil.5.
Iul.Clar.dicta quæſt.19.verſic.Eademque ratione, &
30 verſic. ſeqq. † Prout etiam valet donatio tam præſen-
tium quam futurorum bonorum, ſi aliquid donator ſi-
bi reſeruauerit pro facultate teſtandi. Bartol.in dicta l.
ſtipulatio hoc modo concepta, num.6. & communem
dicit Iul.Clar. in dicta q.19. verſic. Secundo principa-
31 liter, † quod tamen ſit ad hæredes donatoris tranſito-
rium,vt ſentiunt omnes, & explicat Dec.in l.fi. nu.32.
32 C. de pact. † & dummodo non reſeruetur quid mini-
mum, cum pro modico non ſit præſumendum hære-
dem reperiri, qui oneribus hæreditatis ſe ſubijcere ve-
lit.Socin. iun.in dicta l. ſtipulatio hoc modo concepta,
num.91.Cephal.conſil.485.num.129.& ſeqq.lib.4. la-
33 tiſſime Menoch.conſil.184.per totum,lib.2.† & ſi do-
nator ſibi reſeruaſſet vſumfructum bonorum donato-
rum valeret donatio, cum de fructibus diſponi poſſit,
nec veniant in donatione futurorum, intelligitur enim
facta donatio de præſentibus, & futuris, exceptis ta-
men fructibus reſeruatis, vt dicunt Doctor. in dicta l.
ſtipulatio hoc modo concepta, vbi Alexan. num. 18.
dicit, quòd in iudicando & conſulendo hanc ſeque-
retur opinionem, & ibi Iaſon,num.18. Socin.iun. nu-
mero 93. qui de communi teſtatur. Crauet.conſil.232.
num.4. & ſequen.libro 2.conſil.915.num.5. lib.5. Ro-
lan.à Vall. conſil.65.num.5.libro 1. Natta conſil.146.
num.11.& ſequen.lib.1.Didac. Couar.variar. reſolut.
lib.3.cap.12. num.1.verſic. Ex contrario. Hieronym.
Gabriel.conſil.139.num.1.& ſequen.lib.1.Rimin.iun.
conſ.167.num.14.& ſeqq.lib.2. conſ.234.num.89. &
ſeqq.conſ.242.num.59. & ſeqq.lib.3.Aretin.conſ.51.
in fin.ver.Secundo.Rim.conſ.51.in fin.lib.1.Iaſ.conſil.
211.nu.10.lib.2.conſ.173.nu.10.lib.4. Grat.conſ.70.
nu.12.lib.1.Laur.Hirc.com.opin.cent.1.concluſ.90.
34 quod ſentit etiam Iul.Clar.in dicta q.19.in fi.† Et licet
quando reſeruatio fructuum facta eſt, durante vita do-
natoris, aliqui velint verba illa, in vita, oſtendere
quod ſit facta reſeruatio, vt de fructibus in vita diſpo-
ni poſſit, ſed quod ſupereſt poſt mortem donatoris in
donatione futurorum venire, vt poſt Bartol. in conſil.
76. verſiculo, Secundo, dixerunt Ripa reſponſ.3.in tit.
de donat. & grat. perfic. Cephal. conſil. 288. num.32.
& ſequen.libro 2. Celſ. Hugo, conſil.37.num.9.eorum
opinio procederet prout Bartol. loquitur in dicto con-
ſil.quando vſusfructus reſeruatur, vt de eo in vita diſpo
ni poſſit, quo caſu diſpoſitio in vltima voluntate vide-
retur prohibita. Sed quando reſeruatur vſusfructus in
vita tantùm, fructus non veniunt in donatione futuro-
rum, nec verba illa aliquid operantur, cum exprimatur
illud, quod tacite inerat dixerunt Natta conſil. 146.
num. 12. verſiculo. Non obſtat, lib.1. Couar.in dicto
cap.12. num. 2. verſiculo. Immo & idem, & num. 3.
Hieronym.Gabriel.conſil.139.num.4. & 5. lib.1. Ri-
min. iun. dicto conſil.167. num. 24. & ſequen. libro 2.
35 Quæ † fructuum reſeruatio tunc donationem ſuſtinet,
quando fructus non ſunt adeo tenues, quòd vix ſuffice-
rent pro alimentis, quia ſi ſufficerent ad alimenta tan-
tum, ita vt nihil ſupereſſet, de quo teſtari poſſet, huiuſ-
modi reſeruatio non operaretur validitatem donatio-
nis.Socin.iun. in d.l.ſtipulatio,num.94. Didac. Couar.
variar.reſol.lib.3.c.12. n.3.ver.Secundo Pauli ſenten-
tia. Menoch. dicto conſil.184.num.8.verſic.Et quoad
ſecundum, & num.9. verſiculo. Nam cum ſufficiant,
lib.2.Cephal.dicto conſ.485.num.127.& ſeqq.libro 4.
Sed in caſu, de quo agitur, donatrix prǽfata non donauit
omnia bona præſentia & futura, ſed bona omnia, de fu
turis nulla facta mentione, ſibique reſeruauit cauſa te-
ſtandi certum quid non minimum & etiam vſumfru-
ctum bonorum donatorum, qui exiguus non eſt, ideo
donatio validiſſima eſt, cum per eam facultas teſtandi
ſublata non fuerit.

Nec obſtant ea, quę in contrarium adducta fuerunt,
& primum, quod ad validitatem ſtipulationis requi-
ratur verborum expreſſio, tollitur, quia in caſu noſtro
interuenit verborum expreſſio ex parte Simonis & no-
tarij ſtipulantium, & etiam ex parte donatricis reſpō-
dentis affirmatiue, quod ſufficit, vt in terminis forma-
liter reſpondet Alexan. in dicto conſ.12.num.5.verſic.
Non obſtant ea. Nec facit negotium, quod donatrix
non reſponderit vulgariter, ſi, ſi, prout in caſu, in quo
conſuluit Alexan. ſed dixerit, Hoi, Hoi, quoniam ipſa
propter infirmitatem præcedentem fuerat impedita,
& loco verbi affirmatiui, del, ſi, ſolebat dicere, Hoi, &
loco negatiui, Non, dicere ſolebat, Noe, Noi. licet igi-
tur reſponderit, Hoi, Hoi, recte fuit concepta ſtipula-
36 tio, † quia nobis ſufficit ad contrahēdam obligationem
conſenſum colligi ex verbis per interpretationem, vt
37 dixit Bartol.in dicta l.1.§.ſi quis ita, in princ.† & etiam
per interpretem, dicta l. 1. §. fin. & ibi omnes. Nec in
ſtipulatione requiritur, quod quis debeat articulatè
38 loqui, † ſed valet ſtipulatio facta etiam ab eo, qui non
poterat articulate loqui, ſed balbutiens erat, vt poſt
glo.in l.mulier, ff.de verbor.oblig.& not.per Angel. &
Imo.dixit Alexan.in alleg.conſ.12.num.5.verſic. Nec
39 etiam in ſtipulatione. † Et ſolus ille impeditur per ſti-
pulationem contrahere, qui nihil audit, ſeu nihil lo-
quitur, ſecus ſi aliqualiter audiret ſeu loqueretur, di-
cto §.mutum. Inſtitu.de inutil.ſtipul.& ibi Aldobrand.
in addit.& Chriſtoph. Porc.in §.item inutilis, num.3.
Inſtit.eod.tit. Rom.in dicta l.1.in prin.num.7.Et quod
donatrix affirmando ſoleret dicere, Hoi, Hoi, Nota-
rius teſtatur cognouiſſe, quia etiam capite annuebat,
illud verſus pectus inclinando eodem tempore, quo
interrogationi reſpondebat, Hoi. ex quibus manifeſtà
colligebatur affirmatiuè reſpondiſſe, & etiam Nota-
rius in inſtrumento expreſſit, qualiter tres proximio-

res conſanguinei prædictæ mulieris teſtificati fuerunt
eius conſuetudinem eſſe, affirmando vel negando, ita
reſpondere conſueuiſſe, quæ ſufficiunt ad probandum
mulierem illam, reſpondendo Hoi, Hoi, affirmare con
ſueuiſſe, ſicut dicimus in contractu geſto a muto: nam
40 quando † Notarius per ſe intelligit mutum nutu & ſi-
gnis, poteſt securè ſcribere, quòd mutus nutu ita con-
traxit, vt dicit Bart. in l. mutum, ff. de acqui. hæred. nu-
me. 2, quem ibi ſequuntur Rom. num. 4. Pau. de Caſtr.
nu. 5. licet tutius ſit eo caſu deſcribere ſigna, ex quibus
notarius prędicta cognouit, vt quia annuit inclinando
caput, vel ſtringendo manum, vel ſimilia faciendo, vt
in eadem l. mutum, dixit Bal. in fi. Alex. num. 3. & ſeqq.
Iaſ. nu. 6. Sed quando Notarius non intelligit per ſe ſi-
gna muti, debet adbibere aliquem vicinum vel conſan
guineum, qui intelligat, & ſcribere debet, qualiter ip-
ſe Notarius certificatus per talem vicinum vel conſan
guineum tamquam interpretem vidit dictum mutum
facientem ſigna, & nutus, per quæ ita contrahere vel-
le oſtendebat, prout declarant in d. l. mutum. Bar. nu. 2.
Alex. nu. 6. Iaſ. num. 8. Vel etiam poſſunt adhiberi te-
ſtes noti, videlicet amici ſeu domeſtici muti, qui teſti-
ficentur, quòd ipſi viderunt mutum facientem ſigna,
& actus, quibus ſignificabat ſe velle hoc facere, & ꝙ
conſuetudo illius muti eſt, quòd per talia ſigna velit
hoc ſignificare, & hæc debet ſcribere Notarius, & cō
tractus valet, vt not. Bar. in d. l. mutum, nu. 3. Bald. nu.
2. & 3. Paul. de Caſt. num. 5. & Ang. Aret. in §. mutum,
nu. 4. Inſtit. de inutil. ſtipul. & prædictam diſtinctionē,
ac declarationem Bartoli, ſimpliciter ad illum ſe re-
mittentes, ſequuntur ibi Rom. nu. 4. Imol. nu. 1. Ang.
in d. l. diſcretis, in fi. Alex. in l. 1. in princ. num. 11. ff. de
verb. oblig. Applicando igitur prædicta ad caſum no-
ſtrum, cum Notarius per ſe cognouerit mulierem illā
cum inclinatione capitis reſpondendo, Hoi, Hoi, affir-
maſſe, vt ipſe teſtatur, & etiam à tribus vicinis tāquā
interpretibus fuerit certificatus de conſuetudine dictæ
mulieris ita reſpondentis, & omnia in inſtrumento de
ſcripſerit, dico validum eſſe contractum donationis,
& recte Notarium dixiſſe, quod contraxerat ſtipulatio
nem, illam interrogando, & ipſam reſpondendo affir-
matiuè, vt in inſtrumento legitur.

Præterea ſi defectu linguæ ſtipulatio fuiſſet inuti-
lis, nihilominus, quia donatrix donationem iuramen-
41 to confirmauit, † & iuramentum facit valere contra-
ctum eo modo, quo melius valere poteſt, quando ſuper
inutili ſtipulatione interponitur, vt per l. cum pater, §.
filius matrem, ff. de leg. 2. & not. in l. 2. §. ſi quis alij, ff.
de verbor. obligat. dixerunt Barto. in d. l. 1. §. ſi quis ita,
num. 6. & ibi Alex. num. 12. & ſeqq. Iaſ. nu. 24. & ſeqq.
contrahentes videntur voluiſſe, quòd ſi contractus nō
valeret in vim ſtipulationis, ſeu prout agebatur, va-
leret omni modo meliori, quo poſſet, vt conſiderat
Alex. d. conſ. 12. num. 6. verſ. Et attento, & propterea
contractus ſuſtineretur tamquam ſine ſtipulatione fa-
42 ctus, ſicut in ſimili dicitur † ſtipulationem non poſſe
contrahi cum ſurdo intelligente ad motum labiorum,
ſecundum Bart. in d. l. 1. in princ. cum quo omnes tran-
43 ſeunt, vt teſtatur ibi Iaſ. num. 23. & 24. Et tamen † ſi
cum tali ſurdo fiat contractus, licet hodie omnes con-
tractus fiant per ſtipulationem, valebit huiuſmodi con
tractus tamquam ſine ſtipulatione celebratus, ſi talis
eſt, qui conſenſu contrahatur; nam intelligere per la-
biorum motum vel quouis alio ſigno idem eſt quod in-
telligere per nuncium, ſecundum Bartol. in d. l. 1. §. ſi
44 quis ita, nu. 7. & 8. & Alexan. nu. 18. † Sed contractus
donationis talis eſt, qui contrahitur ſolo conſenſu nu-
daque voluntate donantis, §. Aliæ autem, & ibi Chri-
ſtophor. Porc. in princ. Inſtitut. de donatio. not. Franc.
45 March. dicta deciſ. 326. num. 11. par. 1. † Nec in eo ho-
die aliqua ſtipulatio eſt neceſſaria, ſed nudo pacto per-
ficitur, d. l. ſi quis argentum, §. fi. & ibi Bald. & alij, C.
de donat. Meritò ſi ſtipulatio non valeret, debet ſuſti-
neri contractus donationis tamquam ſine ſtipulatione
factus, maxime ſtante iuramento ex iam dictis.

46 Nec dicatur † etiam iuramentum requirere verba,
§. ſed neque, el ſecondo. Auth. de mand. Princ. Gugliel.
de Cun. Bald. & Salic. in l. qui iuraſſe, ff. de iureiurand.
& propterea eum, qui non loquitur, nec iurare poſſe,
47 vt † de muto dixit Roman. in d. l. 1. num. 16. & conſe-
quenter in iuramento fundamentum fieri non poſſe.
Quoniam reſpondetur donatricem mutam non fuiſſe,
quia non erat penitus lingua impedita, vt teſtatur No-
48 tarius, † & mutus ille dicitur qui loqui nihil poteſt, §.
item mutus, Inſtit. quib. non eſt permiſ. fac. teſtamen.
Soc. ſen. conſ. 20. nu. 6. li. 4. & ſi loquela penitus caruiſ-
ſet, non propterea impedita fuit iurare; licèt enim iu-
ramentum requirat verba, id intelligitur in valente lo-
49 qui non in alio, † & propterea mutum iurare poſſe, ſi
habet intellectum, dixerunt Bald. in rubr. ff. de iureiur.
num. 8. Paul. de Caſt. in d. l. qui iuraſſe, nu. 3. quos ſequi
tur Alex. in d. l. 1. in princ. nu. 16. & ſeqq. vbi reprobat
opinionem illam Romani, & in addit. ad eum in litte-
ra D. Concordantes adducuntur.

Neque etiam nocet text. in l. diſcretis, C. *qui te-
ſtamen. fac. poſſ.* Quandoquidem reſpondetur *gloſſ. in*
d. l. qui id quod, §. mutus, ff. de donat. per quam alle-
50 gati in contrarium mouentur † ſolum dicere, quod li-
cet mutus poſſit facere donationem inter viuos, id pro
cedit, quando infortunium eſt diſcretum, vel concur-
rit caſu tantum, ſed ſi à natura eſt ſimul ſurdus & mu
tus inter viuos donare non poteſt, argumen. l. diſcre-
tis. Quod non nocet, quia ſolum reſpectu donationis
extenditur dicta l. diſcretis, ad caſum, in quo donator
eſt ſurdus, & mutus ſimul à natura; ſed quando eſt
mutus tantum, ſed non ſurdus, nihil dicit dicta gloſſ.
& eo caſu non extenditur diſtinctio dictæ l. diſcretis.
ad donationem inter viuos, prout declarat Iaſon in d.
l. diſcretis, nume. 2. & Imol. in dicto §. mutus. Præte-
rea ſi de diſtinctione poſita in dicta l. diſcretis, eſſet *ha-*
51 benda ratio in donatione inter viuos, non † noceret,
quia lex illa loquitur in vero muto, qui nullo modo po-
teſt loqui, vt conſiderat Socin. ſen. dicto conſil. 20. nu-
me. 6. lib. 4. qualis non erat donatrix, quæ aliqualiter
loquebatur affirmando & negando, quod faciens e-
tiam articulate loqui dici poterat, ſecundum Socin. di-
cto conſil. 20. num. 3. & ſeqq. Et propterea in ea nullo
52 modo poteſt locum habere, † ſicut nec locum *habet in*
mutaſtro, qui in ſcriptis, & ſine ſcriptis teſtari poteſt,
53 vt dixit Roman. in d. l. diſcretis, numero ſexto. † Prout
etiam teſtamentum facere poteſt ille, qui habet linguā
balbutientem, & ſemimutam, ſecundum Dec. ibi, nu-
54 mero 17. At donatrix muta non erat, † ſed ſolum mu-
taſtra appellari potuiſſet, gloſſ. in cap. detrahen. in ver-
bo creditum, 1. quæſt. 1. Roman. in dicta l. diſcretis, nu
me. 6. & in d. l. 1. in princip. nume. 7. Ideo in ea diſpoſi-
tio l. diſcretis, in aliquo capite ſuæ diſtinctionis nullo
modo verificantur.

55 Minus reſiſtit l. iubemus, Cod. de teſtamen. † nam
quod dicitur eum, qui non poteſt articulate loqui,
mortuo ſimilem eſſe, nec teſtari poſſe, intelligitur, qñ
quis eſſet adeò oppreſſus morte, vt non poſſet propter
hoc articulate loqui, nec retinebat ſanum intellectum;
alias ſecus, vt in terminis reſpōdet Alexan. d. conſ. 12.
in fi. Sed quando retinet ſanum intellectum, licet eſ-
ſet grauiter infirmus, & haberet linguam balbutien-
tem, & ſemimutam, quæ intelligi poſſit licet cum diſ-
ficultate, aliud dicendum eſt, & teſtamentum facere
poteſt,

poteſt, vt declarant Ang. in l. in diuerſa, ff. de teſt. Rui. conſ. 12. num. 8. lib. 2. Corn. conſ. 261. num. 24. verſic. Et per conſequens, lib. 4. & poſt alios multos late explicat Cephal. conſil. 546. num. 29. & ſeqq. præſertim, num. 36. & ſequen. & num. 48. lib. 4. Sed donatrix tempore donationis ſana erat corpore, intellectu & auditu, & aliqualiter loquebatur, & eius loquela intelligebatur, vt dictum fuit, merito non militat diſpoſitio dictæ l. iubemus.

Vltimum obiectum de inualiditate donationis propter abſentiam donatarij ſatis remouetur ex adductis ſupra, ita vt alia reſponſione non ſit opus. Vnde concludendo dico donationem validiſſimam eſſe.

Vt audiui, cauſa iſta numquam fuit deducta coram iudice, & ſic manet indeciſa.

ARGVMENTVM.

Societates cõtractæ ſuper officijs Vrbis, quo tempore & per quos ſunt renũciandæ, ſeu vt dicitur diſdicendæ. Er an, illis diſdictis debeantur fructus.

Ratificatio quibus in caſibus fieri poſſir, & retrotrahatur.

SVMMARIVM.

1 *Societas contracta ſuper officio alicuius, ipſi eſt renunciãda ſeu diſdicenda, non eis quorum contemplatione fuit contracta.*

2 *Officiales ſuper quorum officijs ſocietates fuerunt contractæ, ſunt principales, ceteri verò fideiuſſores.*

3 *Diſdicta ſocietatis fieri poteſt etiam durantibus ſex menſibus, pro quibus fuit contracta, & effectum habet illis ſex menſibus decurſis.*

3 *Ratificatio habet vim mandati ac mandato æquiparatur in quacunque materia.*

Amplia etiam in caſibus, in quibus exigitur mandatum ſpeciale, num. 5.

6 *Ratificans actum dicitur auctor actus ratificati.*

7 *Ratificatio retrotrahitur ad tempus actus ratificati, ac ſi à principio ratificans conſenſiſſet, actumque perfeciſſet. Declaratur num. 22. cum ſeqq.*

Ampliatur etiam in caſibus, in quibus requiritur ſpeciale mandatum, num. 8.

Redditque validum actum geſtum à procuratore, carente mandato, etiam ſi ſpeciale requireretur, num. 9.

10 *Societate finita debentur fructus, quando officialis fuit in mora reſtituendi pecunias.*

11 *Societas durat etiam poſt diſdictam per quindecim dies, & ſi illis durantibus decedit ille, ſuper cuius vita fuit contracta, officialis lucratur pecunias.*

12 *Notarius poteſt declarare verba dubia actus à ſe geſti.*

13 *Mandatum non præſumitur etiam ex curſu longi temporis.*

Maxime ſi non ſunt defluxi anni 30. & aliæ præſumptiones non concurrunt, num. 14.

15 *Societas contracta à domino, renunciari tantum poteſt ab ipſo, vel à procuratore habente ſpeciale mandatum, vel ab eo, cui bonorum omnium adminiſtratio conceſſa eſt, iuſta cauſa ſubſiſtente, aliàs redditur nulla, & num. 17.*

16 *Proteſtatio, renunciatio, ſeu interpellatio alterius nomine fieri non poteſt niſi ab eo, qui habet mandatum ſpeciale vel generale ad negotia.*

18 *Diſdicta ſocietatis nulliter facta nullum operatur effectum.*

19 *Ratificari non poteſt actus nullus.*

20 *Ratificatio actus nulli nihil aliud eſt quam noui actus celebratio.*

Et facit actum valere vt ex nunc à die ratificationis, non vt ex tunc, quoniam non retrotrahitur, numero 21. cum ſequen.

23 *Ratificatio numquam fieri poteſt cum præiudicio tertij.*

24 *Ratihabitio non retrotrahitur cum præiudicio tertij, ſed tantum quoad ratificantem in eius præiudicium.*

25 *Tempus ad retrotrahendum conſanguineis nõ currit à die venditionis factæ ab alio nomine domini, ſed à die ratificationis factæ per dominum.*

26 *Ratificatio tunc fieri poteſt, quando eo tempore actus ratificatus valide geri potuiſſet, ſecus ſi ratificans tempore fuiſſet excluſus.*

27 *Ratificatio non ſubſiſtit in actu in quo lex à principio exigit mandatum ſpeciale, ſed valet tantum in præiudicium ratificantis.*

28 *Fructus ſocietate finita in quibus caſibus debeantur, & quomodo taxari ſoleant.*

CONSILIVM XXXVIII.

ANNO 1584. die decimanona Ianuarij & anno 1585. die octaua Februarij Magnificus, & Excellentiſſ. Dominus Vincentius de Iulijs de ciuitate Caſtelli, cõtraxit ſocietates ſuper officijs Domini Bartholomæi Canauli & Domini Floridi libelli, qui pecunias receperunt contemplatione Domini Dominici de Pallantibus, Domini Marci Antonij de Caſidoneis, & nonnullorum aliorum duraturas per ſex mẽſes, & deinde ab beneplacitum cum diſdicta quindecim dierum præcedentium; Cum pacto, quòd ſi Dominus Vincentius durantibus ſocietatibus moreretur, officiales pecunias lucrarentur. die vigeſima Iulij anni 1585. ad inſtantiam dicti Domini Vincentij & ſui procuratoris dictis ſocietatibus fuit renunciatum, ſeu vt dicitur illæ fuerunt diſdictæ. Die verò nona Auguſti eiuſdem anni Dominus Vincentius ratificauit didictas factas ad inſtantiam ipſius & Domini Sigiſmundi de Putijs ſui agentis & procuratoris, & eumdem D. Sigiſmundum procuratorem conſtituit ad iterum diſdicendum eaſdem ſocietates, qui, procurator iterum ſocietatibus renunciauit. Et tamdem dictus Dominus Vincentius die vigeſima eiuſdem menſis obijt. Et quia eius hæredes petunt ſortem principalem & fructus taxatos ad rationem duodecim pro centenario vſque ad reſtitutionem pecuniarum, Officiales verò prædicti & alij prætendunt ſe per mortem Domini Vincentij lucratos fuiſſe dictas pecunias, prout per iudicem ordinarium dictæ ciuitatis iudicatum fuit, Quæritur numquid ſententia prædicta ſit confirmanda ſeu reuocanda.

In qua dubitatione dicendum videtur ſententiam reuocandam eſſe, dictoſque hæredes obtinere debere, quoniam Dominus Vincentius non deceſſit durantibus ſocietatibus, ſed illis finitis per renunciationes ſeu diſdictas, quæ legitime factæ fuerunt dictis officiali-
1 bus, † quibus & non eis, quorum contemplatione ſocietates fuerunt contractæ, diſdicendæ erant, quo-
2 niam officiales † principales ſunt, ceteri verò fideiuſſores, prout firmauit Rot. Roman. in vna Romana ſocietatis coram Domino Robuſterio, & late deducit Hieron. Gabr. in conſ. 63. per totum, lib. 2. Et quamuis tempore diſdictæ factæ die vigeſima Iulij non eſſent defluxi ſex menſes à dicta die octaua Februarij, in qua
3 vna ſocietas contracta fuerat, non refert, cum † diſdicta fieri poſſit etiam durantibus ſex menſibus, pro quibus durare debet ſocietas, & effectum habet

ſex menſibus defluxis, vt dixit Put. deciſ. 58. libro 3.
Nec dici poteſt diſdictas factas die nona Auguſti nõ
obeſſe officialibus cum poſt eas D. Vincentius non ſu-
peruixerit per quindecim dies. Alias vero factas die vi-
geſima Iulij, & ſic per menſem ante mortem non de-
bere attendi, cum non appareant factæ ad inſtantiam
principalis ſeu eius legitimi procuratoris: Quoniam ſi
illæ emanarunt ad inſtantiam aſſerti procuratoris, ad-
huc ſuſtinentur, cum ratificatæ fuerint per Dominum
4 Vincentium die nona Auguſti; ratificatio † enim ha-
bet vim mandati, & mandato æquiparatur. l. fin. C. ad
Maced. c. ratihabitio, de reg. iu. in ſexto. Pariſ. conſ. 47.
nu. 33. lib. 1. Corn. conſil. 104. nu. 5. verſi. quantum au-
tem, lib. 4. Crau. conſil. 455. num. 1. lib. 3. Rim. iun. con-
ſil. 454. nu. 9. lib. 4. Quę concluſio obtinet in contracti-
bus, in delictis, in ſpiritualibus, in iudicijs, & in omni
alia materia, c. is qui, de homicid. in ſexto, cap. mulie-
res, de ſenten. excommun. l. 3. §. 1. ff. de vi & vi armat.
c. Lugdunenſes, 9. q. 2. Natt. conſil. 142. nume. 4. lib. 1.
5 Et † etiam in caſibus in quibus mandatum ſpeciale re-
quiritur, quia etiam actus requirentes ſpeciale manda
tum, ratificari poſſunt, l. quod ſi ſpeciali, ff. de minor.
Felin. in c. Nonnulli, §. ſunt, & alij de reſcript. Hieron.
Gabr. conſil. 194. num. 5. lib. 1. Cum igitur Dom. Vin-
centius diſdictas prædictas ratificauerit, perinde eſt ac
ſi dicto Domino Sigiſmundo ad prædicta mandatum
6 dediſſet. Crauet. conſ. 304. nu. 2. lib. 2. † Et ipſe D. Vin-
centius qui ratum habuit, dicitur author actus ratifi-
cati, l. ſi pupilli, §. item quæritur, ff. de negoc. geſt. l. ſu-
per iter. §. Caſſius, in fi. & ibi Bald. ff. de aqua plu. arcen.
Iaſ. in l. ſtipulatio iſta, §. alteri, col. 4. ff. de verb. obl. Cra
uet. conſil. 304. nu. 2. lib. 2. conſ. 455. nu. 1. lib. 3.
Et quamuis poſt ratificationem Dominus Vincen-
tius non ſuperuixerit per quindecim dies, id non vide-
7 tur nocere, † cum natura ratihabitionis ſit, vt retrotra-
hatur ad tempus actus ratificati, l. licet, ff. de iudic. c.
ratihabitionem, de reg. iur. in 6. l. ſi pecuniam, C. de ne
go. geſt. Crauet. d. conſi. 304. num. 2. lib. 2. & in tantum
retrotrahitur ratificatio, quòd vi ratihabitionis, &
retrotractionis perinde eſt ac ſi à principio priocipalis
conſenſiſſet, actumque ratificatum perfeciſſet, d. l. fin.
C. ad Maced. & ibi Bar. Alex. conſil. 117. num. 2. lib. 5.
Corn. d. conſil. 104. numero 5. verſic. quantum autem,
8 etiam † in caſibus, in quibus ſpeciale mandatum requi
ritur, quia & in eis ratihabitio retrotrahitur ad tem-
pus actus celebrati. Ang. in l. licet, ff. de iudic. Iaſon in
l. ſi mihi bona, §. iuſſum, nume. 36. ff. de acquir. poſſeſ.
Grat. conſil. 127. num. 4. lib. 1. Dec. conſil. 281. col. 1.
9 Rim. iun. conſil. 381. nu. 92. lib. 4. † & validum reddit
actum geſtum a procuratore carente mandato, etiam ſi
ſpeciale mandatum requireretur. Fel. in d. §. ſunt, & a-
lij, nu. 8. ver. regulariter autem,
Cum igitur vi ratificationis præcedentes diſdictæ,
factę die 20. Iulij ſuſtineri videantur, videtur, quod hę
redes prędicti conſequi poſſint, & ſortem principalem
ac etiam fructus ad rationẽ duodecim pro centenario,
vſque ad diem reſtitutionis ſortis principalis, & ſic ẽt
poſt diſdictas loco damnorum & intereſſe, cum ita par
10 tes expreſſe conuenerint, † & etiam de iure debentur
fructus finita ſocietate, quando officialis fuit in mora
reſtituendi pecunias receptas, vt ſentit Hieron. Gabr.
conſ. 78. in fi. lib. 1, licet ceſſante mora ex parte officia-
lis, finita ſocietate per mortem dantis pecunias, vel ali
ter fructus aliquos deberi neget,
Re tamen diligentius conſiderata cenſeo officiales
prædictos & alios, qui pecunias receperunt, abſoluen
dos eſſe, ſententiamque pro eis latam confirmari de-
bere: Quoniam conuentum fuit, quod ſi deceſſiſſet
Dominus Vincentius durantibus ſocietatibus, offi-
ciales pecunias lucrarentur, & Dominus Vincentiu
deceſſit illis durantibus, cum poſt diſdictam factam
die nona Auguſti non ſuperuixerit per 15. dies prout
11 opus erat, † & ſocietas durat non ſolum ante diſdi-
ctam, ſed etiam poſt diſdictam per 15. dies, & quando
qui dedit pecunias, poſt diſdictam infra quindecim
dies decedit, officialis pecunias lucratur, prout firma-
uit Rot. Roman. vt teſtatur Put. in deciſ. 68. lib. 3. &
M. Antonius Eugenius conſ. 48. num. 22. cum ſeq. lib.
1. per totum conſilium aſſerens, nec quindecim dies
computari debere de momẽto ad momentum. Et quã-
uis poſt diſdictas factas die 20. Iulij ſuperuixerit per
menſem non releuat, quoniam diſdictę illę non fuerunt
factæ à Domino Vincentio tunc infirmo ſed ad inſtan
tiam prædicti Domini Sigiſmundi eius aſſerti procura
toris, vt dicitur in actis, & in ratificatione facta a Do-
mino Vincentio, quod etiam probatur ex declaratione
12 notarij de prædictis rogati, cui credendum eſt † cum
notarius poſſit interpretari & declarare verba actus
a ſe geſti, quatenus dubitationem contineant. Ang. in
l. Imperator, la 1. & ibi eum ceteri ſequuntur, ff. de ſtat.
homin. Corn. conſil. 316. col. 4. verſic. Et quando eſſet
aliquod dubium, lib. 3. Socin. ſen. conſil. 94. num. 4. ver-
ſic. Vnde dicit, lib. 1. Tiber. Decian. conſ. 25. num. 17.
lib. 2. Et quia Dominus Sigiſmundus eo tempore nul-
lum ad faciendum prædicta mandatum habebat, *quod*
13 ſatis iuſtificatur; cum de mandato non *conſtet* † quia
mandatum non præſumitur etiam ex curſu longi tem-
poris. Bald. in l. 2. C. ſi ex falſ. inſtrumen. Dec. conſ. 437.
Crauet. conſil. 317. in princ. lib. 2. Ruin. conſ. 41. num.
19. lib. 1. Cephal. qui communem dicit conſil. 65. num.
36. lib. 1. & conſil. 441. num. 72. & ſeq. lib. 3. Menoch.
conſil. 1. num. 79. & ſeq. lib. 1. Anton. Gabriel. in ſuis
14 concluſ. in tit. de procurat. concluſ. 1. † Maxime quan-
do triginta anni non ſunt defluxi, & aliæ præſumptio-
nes pro mandato non concurrunt, vt poſt Curt. iun.
Caſſ. & alios dixit Hieronym. Gabriel. conſil. 36. num.
39. lib. 1. Diſdictæ prædictæ non nocebant, nec de iure
15 ſubſiſtebant † cum renunciatio ſocietatis contractæ a
domino poſſit tantum fieri vel a domino vel à procu-
ratore habente ſpeciale mandatum, aut ab eo cui om-
nium bonorum adminiſtratio conceſſa eſt, vt dicit tex.
in l. actione, §. renunciare, ff. pro ſoc. Et quod ibi dici-
tur procuratorem, habentem mandatum generale, re-
nunciare poſſe, intelligitur, iuſta cauſa ſubſiſtente, &
non aliter, prout ibi declarant Bart. & Bald. iuxta ter-
minos l. ſi hominem, cum ibi not. ff. mandat. Quando
autem quis non habet mandatum ſpeciale vel genera-
le ad omnia negotia, ſocietati à domino contractæ nul-
lo modo renunciare poteſt, vt probatur in dicto §.
renunciare, a contrario ſenſu iunctis nota. ibi per Bar-
tol. & Doctor. Quod comprobatur ex eo quod in ſi-
16 mili dicitur, aliquem † ſine mandato ſpeciali vel ſal-
tem generali ad negotia, proteſtationem, denunciatio-
nem, aut interpellationem alterius nomine facere non
poſſe, glo. in l. 1. §. 1. in verſic. mandatum, & ibi Bartol.
ff. de liber. agnoſcen. gloſſa in l. de pupillo, §. qui pro-
curatorio, vbi Paul. de Caſtr. num. 2. in fin. ff. de noui
oper. nunciat. late Alexan. conſil. 78. per totum, lib. 5.
17 Sed † Dominus Sigiſmundus à Domino Vincentio
mandatum non habebat nec ſpeciale nec generale,
& de proprio ipſius intereſſe non agebatur, ideo pro-
teſtationes & renunciationes ſocietatum ab eo fa-
ctæ nullius ſunt momenti, nec aliquem effectum o-
perari potuerunt, argument. leg. Tutor vrgentibus,
cum ibi nota. ff. de minor. in ſimili Bald. in dicta l. Si
hominem, in addit. numero ſecundo, clare Alexand.
in dicto conſ. 78. per totum, præſertim num. 24. verſic.
Quarto reſpondeo, in fin. quem ſequitur Marcus Ant.
Bauer.

Bauer.in tract.de mora.par.1.num.32.verſicul. Quar-
to tempera, & conſequenter ex dictis diſdictis ſocieta-
18 tes non fuerunt diſſolutæ nec finitæ,† cum enim diſdi-
ctæ eſſent nulliter factæ à non habente auctoritatem,
nullum effectum operari potuerunt, capit. non præſtat
impedimentum,de regul.iur.in ſexto.cum ſimil. addu-
ctis per Iaſon.in l. licet, la 2. numero 5.C.de procurat.
Et quoniam ex prædictis clare oſtendunt diſdictas il-
las fuiſſe inualidas, ſolum videndum eſt, numquid ra-
tificatio facta a Domino Vincentio noceat dictis offi-
cialibus, quam nullo modo obeſſe ex infraſcriptis de-
monſtratur.

Primo,quia vt dixi, diſdictę factę à nõ habente man
19 datum nullæ erant, & † actus nullus ratificari non po-
teſt.Bart.in l.obſeruare,in fin.ff.de offic.proconſ.Petr.
de Anchar.conſil.322.Dec.in l.ſemper, num.16.ff.de
reg.iur.Menoch.conſ.364.nu.19.lib.4.Id enim,quod
nullum eſt,ratum haberi nequit.Ang.conſ.208.Gram.
alios adducens conſil.25.num.30.lib.1. Et quando a-
20 ctus nullus ratificari non poteſt † cum eius ratificatio
nihil aliud ſit, quam noui actus celebratio, l.aſſe toto,
ff.de hæred.inſtit.Soc.ſen.conſ.92.num.11.lib.3. Me-
21 noch.conſil.80.num.66.libro 1. † non operatur ratifi-
catio,quòd actus nullus valeat, vt tunc, a tempore quo
actus fuit geſtus, ſed tantum facit illum valere vt ex
nunc à tempore ratificationis, prout declarant Dec.in
dicta l.ſemper,num.16.Cephal.conſil.51.num.43.lib.
1. & ratificatio ad tempus actus nulli non retrotrahi-
22 tur. Burſat. conſil. 158. num. 7. lib.2.† ſolum quidem
ratificatio retrotraheretur, quando actus à principio
aliquo reſpectu fuiſſet validus, ſecus ſi omnino ſit nul-
lus,tunc enim operatur vt ex nunc, vt declarant Alex.
in dicto conſil.78.num.24. Aretin. conſil.128.num.2.
& 3.verſ.Secunda ſpecies. Dec. in l.Quod initio,in fin.
ff. de regul.iur. Pari.conſil.49.num.13.libro 1.Sed a-
ctus illi extraiudiciales denunciationum & diſdictæ à
non habente poteſtatem facti a principio nulli erant ip
ſo iure, nec aliquo reſpectu valere poterant, nec etiam
reſpectu ipſius aſſerti procuratoris, qui nullum inter
eſſe habebat,vt ſupra demonſtraui, & declarant Alex.
& Aret.in locis proxime citatis,ideo ratificatio illa nõ
retrotrahebatur, ſed operabatur tantum confirmatio-
nem a die ratificationis,quod dictis officialibus non no
cet,cum poſt ratificationes D.Vincentius non ſuperui-
xerit per quindecim dies.

Secundo dicitur ratificationes non nocere dictis of-
23 ficialibus, † quoniam nũquam poteſt fieri ratihabitio,
quando ſi fieret alteri præiudicaret. Io.Andr.in c.rati-
habitio,de reg.iur.in 6.Lud.Bolog.conſ.39.nu.6. Cur.
iun.qui de comm. teſtatur conſ.74.num.9. & conſ.76.
24 nu.6.lib.1.† ſeu ſaltem tunc ratihabitio retrotrahi non
poteſt,cum ratrotrahi ſoleat ſine tertij præiudicio.Be-
ro.conſ.177.nu.68.lib.2. & quoad ratificantes tantum
ac in eorum præiudicium,non autem quoad alios & in
aliorum præiudicium,Bald.& Salic.in l.1.C.an ſer. ex
ſuo fact. Alex. conſ.228.nu.3. & 4.lib.6. late Tiraquel.
de vtroq.retract.in tit.de retract.lignag.§.1.glo.10.nu.
69.& 74.Tib.Dec.conſ.76.num.8.lib.2. Sed ſi ratifica
tiones retrotraherentur ad diem diſdictę factę per Do-
minum Sigiſmundum, præiudicium fieret iuribus di-
ctorum officialium & aliorum, qui pecunias in ſocie-
tatem receperant,nam ſi tempus primæ diſdictæ atten
datur, Dominus Vincentius ſuperuixit per menſem,
& ante mortem ſocietates erant finitę,pecuniæque re-
ſtitui deberent eius hæredibus. Sed ſi attẽditur tempus
ratificationis, cum Dominus Vincentius non ſuper-
uixerit per 15. dies, deceſſit durantibus ſocietatibus,
& officiales, & alij pecunias ſuperlucrati ſunt, Ideo in
præiudicium dictorum officialium & aliorum ratifi-
catio nullo modo retrotrahi poteſt, ex iam dictis. Et
quòd ratihabitio retrotrahatur in præiudicium rati-
ficantis tantum, non autem in præiudicium aliorum,
vltra allegatos ſupra,probant etiam Bartol.in l.ſi inde-
bitum,§.1.& in l.bonorum, num.1. ff. rem rat.haber.
Iaſon in dicta l. licet, la 2.num. 10. in 6.limitat. C. de
procurat.Felin.in cap.ſicut tuis,col.3.in 6.fallen.de Si-
mon. Ferret. conſil.321.num.2.lib.2.Ruin. conſil.33.
num.4.lib.1.Port.Imol.conſil.134.num.10. Dec.con-
ſil.460.num.36. Rimin.iun.conſil.8.num.35.lib.1. &
conſil.203.num. 55.lib.2. Ideo tempus ratificationis
tantum eſt attendendum, & a die ratificationis quin-
decim dies currere incœperunt & non antea, vt poſt
Bald.Paul.de Caſtr.& alios oſtendit Tiraquel. in dicta
25 glo.10.num.66. qui etiam dixit † conſanguineis non
currere tempus retractus à die venditionis factæ ab a-
lio nomine Domini,ſed tantum a die ratificationis,ra-
tionibus per eum adductis,& præſertim illa quòd rati-
habitio numquam retrotrahitur,quando tertio præiu-
dicium afferret,& Tiraq. ſequitur Senat.Pedemon. in
deciſ.119.num.28.

Tertio quia tempore ratificationis Dominus Vin-
centius erat grauiter infirmus;& eo tempore non po-
tuit fieri valida diſdicta,cum nõ ſuperuixerit per quin-
decim dies & ſic tempore excluſus erat a facultate le-
gitime renunciandi ſocietatibus, minus potuit præce-
dentes diſdictas ratificare ita vt ratificatio vt ex tunc
26 illas cõfirmaret,ac validas redderet, † cum ita demum
poſſit actus ratificari, quando eo tempore per ratifi-
cantem legitime actus ratificatus geri poteſt. Sed ſi ra-
tificans tempore fuiſſet excluſus, actumque valide tũc
facere non potuiſſet,ratificatio non retrotraheretur,l.
bonorum,ff.rem rat.hab.Bald.in l.fi.num.2. C.ad Ma-
cedon.& in l.obſeruare, §. poſt hæc, in addit.num.5.in
fin.ff.de offic.proconſul.Soc.ſen. conſ.16.nu.35. lib.4.
Ferret.conſ.321.num.3.lib.2.Alex. conſ.78. num.22.
lib.5.Grat.conſ.76.num.45.lib.1. Corn.conſ.130. nu.
3.lib.3.Cephal.conſ.440.nu.46.lib.3. Dec. in l.ſi ſem-
per qui non prohibet,n.15.ver.Tertio regula,ff.de reg.
iur.Tiber. Dec.conſ.60. nu.18.lib.2. Crau.conſ.5. nu.
17.lib.1.Rim.iun.conſ.203.nu.53.lib.2. Senat. Pede-
mon.deciſ.119.num.23.

Ex prædictis igitur apparet renunciationes ſocie-
tatum fuiſſe illegitimas, nec validari potuiſſe per rati-
ficationem ſubſequutam,& ea,quæ in contrarium ad-
ducta fuerunt,non obſtare,quibus ẽt addi poteſt,quod
cum ſocietati per alium contractæ renunciari non va-
leat niſi per habentem mandatũ, ratificationem renun
27 ciationis non releuare, nam quando lex † ab initio re-
quirit mandatum,ratificatio non ſufficit, vt poſt Bald.
& Felin.dixit Hieron.Gabriel.conſ.194.num.6.lib.1.
præſertim in caſu,in quo requiritur mandatum ſpecia-
le,glo.in cap.nonnulli,in verb.ſpeciali,de reſcript. Iaſ.
in dicta l.licet, num.10. in 4.limitat.Felin. & alij,quos
refert & ſequitur Cephal.conſ.442.num.82.lib.3. Illis
quidem caſibus licet fieri poſſit ratificatio in præiudi-
cium & damnũ ratificantis,non poteſt fieri in eius com
modum. Iaſ.in l.3.§.ſi procurator,nu.10.in fin.ff.quod
quiſque iur.Cephal.d.conſ.442. nu.83.Rim. iun.conſ.
454.num.10.lib.4.

Et quia creditur officiales & alios,qui receperũt pe-
cunias per mortem D.Vincentij illas lucratos eſſe,non
eſt opus ingredi difficultatem illam,numquid poſt diſ-
dictas debeantur fructus ad rationem duodecim pro
28 centenario.† Ex abundanti tamen dicitur, non deberi
fructus vigore pacti,quoniam ea ratione fructus ad di-
ctam rationem permittuntur,quia officialis poteſt ſor-
tem principalem lucrari, ſi ſocietate durãte decederet
ille, ſuper cuius vitã ſocietas fuit contracta, quæ ratio

Digitized by Google

ceſſat ſocietate finita, ideò tunc fructus non debentur, vt ſentit Hierony. Gabr. in d. conſ. 78. nume. 3. & dixit Virgin. de Bocca. in tract. vti poſſidetis, cap. 17. nu. 76. quod in ſocietatibus officiorum poſt diſdictam hodie non ſoluuntur fructus ratione damnorum, expenſarũ, & intereſſe prout fieri ſolebat, & ꝗ non valeat pactũ in contrarium firmat Nauar. in conſil. 25. nu. 4. & 5. in tit. de vſur. lib. 5. Et quamuis Hiero. Gab. in eodem conſil. 78. nu. 5. dicat deberi fructus ſtante mora officialis, intelligi debet, quando creditor ob moram paſſus eſt intereſſe vel damni emergentis, vel lucri ceſſantis, probatis tamen requiſitis, ad effectum vt intereſſe detur petitio, de quibus per Paul. de Caſtr. in l. 3. §. fin. ff. de eo, quòd certo loco, cuius opinionem ſequitur Rot. Romana, vt teſtatur Mohed. deciſ. 208. incip. Dux Settæ. inter manu ſcriptas, & Put. deciſ. 237. lib. 1. & illam communiter ſequuntur Doct. vt oſtendit Rimin. iun. conſ. 218. nu. 99. & ſeqq. lib. 2. & ita ꝗ finita ſocietate non debeantur fructus niſi ratione intereſſe, probatis tamen requiſitis ad hoc vt intereſſe debeatur; pluries firmauit Rot. Rom. videlicet in cauſa Romana duorũ millium, & Romana ſocietatis coram Reuerẽdiſſimo Cotta & Illuſtriſſimo & Reuerendiſſimo Cardinali Lancellotto, & poſtea die nona Maij 1578. in vna Romana ſocietatis corã Reuerendo Patre Domino Blanchetto, licet, vt audiui, Auditor Cameræ finita ſocietate fructus non ad rationem decem, ſeu duodecim, ſed ad rationem ſeptem pro centenario ratione veriſimilis intereſſe ſtante mora taxare ad eamque quantitatem debitores condemnare ſoleat.

Secundum quod ſupra fuit concluſum pro inualiditate diſdictæ iudicatum fuit per Dominum Iudicem Ciuitatis Caſtelli anno 1585. & menſe Octobris, & poſtea per Reuerendiſſimum Dominum Ioannem Baptiſtam de Rubeis Rotę Romanę Decanũ, & Peruſię Gubernatorem anno 1588. Die 14. Iunij, rogato Domino Herculano de Rubeis Notario Peruſino.

ARGVMENTVM.

Donatio omnium bonorum, an, & in quibus caſibus valeat.

Et an ſtipulatio ſeu clauſula precarij, ſeu conſtituti aliquid operetur.

Pactum ſeu liberatio facta debitori nũquid actiue ad debitoris hæredes tranſeat.

SVMMARIVM.

1 *Ceſſio vniuerſalis omnium bonorum pręſentium, & futurorum non valet.*
Fallit quando quis reſeruauit aliquid de quo diſponere poſſit, nu. 2. Declaratur nu. 14.
3 *Pactum perſonale non tranſit ad hęredes.*
Maximè quando fuit negatiuè conceptum, num. 4.
Declaratur nu. 23. cum ſeq.
5 *Donatio omnium bonorum pręſentium, & futurorum valet, quando fuit facta per ſtipulationem.*
Sed contra num. 29. cum ſeqq.
Et quando donans conſtituit ſe precario nomine poſſidere pro donatario, nu. 6. Sed contra nu. 33. cum ſeqq.
7 *Donatio oĩum bonorũ p̃ſentiũ & futurorũ eſt inualida.*
Amplia, vt nec valeat reſpectu bonorum præſentium, nu. 8. Intellige, quando eodem contextu fuit facta, ſecus ſi ex interuallo nu. 9.
Amplia, vt non valeat, quamuis fuiſſet iurata, nu. 10.
Nec etiam pro bonis præſentibus, quando vnico contextu facta fuit donatio præſentium & futurorum, nu. 11.
Et ſiue per clauſulam conſtituti fuerit tranſlata poſſeſſio in donatarium, ſiue non, nu. 35.
12 *Contractus omnis irreuocabilis per quem quis concedit omnia ſua bona præſentia & futura, infringitur.*
13 *Promiſſio dandi omnia bona præſentia & futura, non valet, quocumque nomine concipiatur.*
Valet tamen quando continet bona omnia ſimpliciter, quia non comprehendit futura, nu. 31.
14 *Donatio omnium bonorum præſentium & futurorum, aliquo reſeruato, vt valeat, requiritur illud reſeruatum eſſe cauſa teſtandi, aliàs ſecus.*
Item quod reſeruatum tranſitorium ſit ad hęredes, nu. 15.
Sed ſi reſeruatur aliquid quòd vix ſufficiat pro alimentis ex quo tempore mortis nihil ſupereſſe poſſit, non valet, num. 16.
Nec etiam quando illud, quod ſupereſſet tempore mortis eſſet modicum, nu. 18.
17 *Parum & nihil æquiparantur.*
19 *Cõceſſio ſeu pactum potius iudicatur reale quã perſonale.*
20 *Hæredes nominati cenſentur iuris interpretatione in pacto cum authore, licet de eis non fuerit facta mentio.*
21 *Paciſcentes non ſolum ſibi ipſis prouidere voluiſſe præſumuntur, ſed etiam hęredibus.*
22 *Pactum ſeu conuentio affirmatiue concepta comprehendit etiam hęredes, & ad illos tranſit.*
23 *Pactum negatiuum tranſit ad hæredes quando fuit conceptum ſine taxatiua.*
Item quando præceſſit obligatio ad hęredes tranſitoria. num. 24.
Et quando nomen puto debitoris adiectum fuit verbo obligatiuo, ſecus ſi executiuo, nu. 27.
25 *Hęres per aditionem hęreditatis cum legatarijs quaſi contrahit.*
26 *Hęres etiam cum inuentario pro viribus hęreditatis tenetur ſoluere legata.*
28 *Stipulatio tunc concipitur, quando præcedit interrogatio, & ſequitur reſponſio, non aliter.*
29 *Viuius in ſuis communibus opinionibus, de quibus infra, reprobatur, & num. 33. cum ſeqq.*
30 *Gloſ. in l. fi. in verbo accõmodauerit, C. de pact. intellectus.*
32 *Donatio omnium bonorum pręſentium valet, quia donator in futurũ acquirere, & de acquiſitis teſtari poterit.*
34 *Conſtituens ſe poſſidere omnia bona pręſentia & futura nomine creditoris, per conſtitutum transfert poſſeſſionem etiam futurorum quando erunt acquiſita.*
36 *Doctori teſtanti de communi opinione credendum eſt in dubio; ſecus ſi conſtet opinionẽ illam non eſſe cõmunem.*
37 *Opinio communis non eſt ſequenda quando legibus, aut rationibus detegitur falſa.*

CONSILIVM XXXIX.

DOMINVS Flãminius Lilius de ciuitate Tuderti dedit, ceſſit & cõceſſit omnia ſua bona mobilia & immobilia iura & actiones præſentia & futura Do. Ioanni Mariæ fratri, qui conſignauit Dom. Flamminio fructus annui cenſus ſcutorum octingentorum, per eum exigendos donec vixerit. Et quia modo prætenditur dictam conceſſionem inualidam eſſe, & cauſa pendet coram Illuſtriſſimo & Reuerendiſſimo Legato Vmbriæ, quæritur quid ſit de iure reſpondendum. In qua dubitatione videtur dicendum conceſſionem validam eſſe.

1 Primo, †quia licet conceſſio vniuerſalis omnium bonorum præſentium & futurorũ regulariter nõ valeat, vt per Doctor. in l. ſtipulatio hoc modo concepta, ff. de verb.

2 de verbor.obligat.† Id non procedit, quando quis ſibi
reſeruauit aliquid, de quo diſponere, poſſit ita Bart. in
d.l.ſtipulatio hoc modo concepta, num.6. Cuius opinio
ibi à Doctoribus communiter approbatur, vt de com-
muni teſtatur Iul.Clar.in §.donatio,q.19.ver.Secundo
principaliter. Sed Dominus Flamminius ſibi reſerua-
uit fructus dicti annui cenſus ac etiam legata, ſibi facta
à Cęſare fratre, quę legata licet remiſerit Domino Ioã-
ni Mariæ, attamen quia in remiſſione non eſt facta men
tio de hæredibus, ſed facta eſt Domino Ioanni Mariæ
proprio nomine nominato, videtur perſonalis, c. quo-
3 niam Abbas, de offic.deleg.c.is cui, eod.tit.in 6.† & pa-
ctum perſonale ad hæredes non eſt tranſitorium, l. qui
in futurum, §.1.ff.de pact.vbi Caſtr. & Iaſ.& idem Iaſ.
in l.contra iuris, §.ſi filius, num.1.ff.eod.tit. Et quia re-
4 miſſio illa videtur continere pactum de non † petendo
fortius pactum negatiuum hæredibus Ioannis Mariæ
non prodeſt, vt dicitur in dictis locis, & not.Cin.in l.ve
teris, C.de contrahen.ſtipulat. Imo.in l.ſi ſic ſtipulatus,
la 2.ff.de verb.oblig.latè Ceph.conſ.352.nu.8.& ſeqq.
lib.3.& conſequenter Dominus Flamminius legata ab
hæredibus Domini Ioannis Mariæ conſequi & de eis
diſponere poterit.

Secundo dicitur conceſſionem illam factam fuiſſe
per ſtipulationem, & quia ſtipulatio tranſiuit in con-
tractum irreuocabilem, videtur ex ea ſuſtineri vni-
uerſalis conceſſio omnium bonorum, licet ſi ſine ſti-
5 pulatione facta eſſet, non valeret, † vt de donatione om
nium bonorum præſentium & futurorum, quòd va-
leat, quando per ſtipulationem fuit facta, dixit Viui.
in ſuis commun.opin. in verbo. donatio omnium bono-
rum, in 4.limit.& in nouiter impreſſis par.1. opin.207.
vbi de comm. teſtatur, & ad id adducit gl.in l.ſi.in ver.
Accommodauerit, & ibi Doct. C.de pact.& Boer. de-
ciſ.353.num.11.

Tertio validam eſſe dictam conceſſionem prętendi-
tur ex eo quod Dominus Flamminius conſtituit ſe bo-
na illa pro Domino Ioanne Maria tenere & poſſide-
6 re † & quando fit donatio omnium bonorum præſen-
tium & futurorum, ſi donans conſtituit precario no-
mine poſſidere pro donatario, conſtitutum habet vim
traditionis, & donatio ſuſtinetur, licet alias non ſubſi-
ſteret, prout limitando concluſionem Doctor. in d.l.
ſtipulatio hoc modo concepta, dixit Viuius in alleg.lo-
co in ſecunda limitatione, vbi communem eſſe teſta-
tur, & pro ea adducit Alexan.in l.3.§.incertam, ff.de
acquir.poſſeſſ.vbi Iaſ.de communi teſtatur. Afflict.de-
ciſio.37.num.4. & Tiraquell.de iur.conſtitut.parte 2.
ampliat.32.

Rationibus prædictis pro Domino Ioanne Maria
adductis non obſtantibus, aliud in caſu, de quo agitur
concludendum cenſeo. Conceſſit enim Dominus Flã-
minius omnia ſua bona, iura, & actiones, præſentia &
7 futura, † & clara eſt in iure concluſio, donationem om-
nium bonorum præſentium & futurorum nullam eſſe,
cum per eam libera teſtandi facultas per indirectum au
feratur, quia donatori nullus eſſet hæres, ſi ex hæredi-
tate nullum commodum conſequi poſſet, prout firmãt
Bart.& Doctor. in d.l. ſtipulatio hoc modo concepta,
præſertim Alexan.num.16. Iaſ.num.20. Doct.in l.fin.
C.de pact.vbi Dec.num.30.Purpur.nu.238.in fi. Dec.
Bal.& alij in c.in pręſentia, de probat. Iaſ.in l.Licet, nu
me.15.C.de pact. Grat.conſ.70.num.1.lib.1.Curt.iun.
conſ.25.nu.1.lib.1.Senat.Pedemon.deciſ.70.num.10.
Iul. Clar. qui de comm. teſtatur in d.§.donatio, q.19.
in prin. Cephal.conſ.485.nu.125.& ſeqq.lib.4. Laur.
Hircon.in ſuis comm. opin. cent.1.concluſ.90.nu.31.
8 in verb. donatio omnium bonorum. Et quamuis † Sa-
lic. in d.l.fin. C.de pact. dixerit, quod quando donan-
tur bona præſentia & futura duæ ſunt donationes, vna
præſentium, altera futurorum, & ſi non valet donatio
futurorum, ſubſiſtit donatio præſentium, nec vtile per
inutile vitiatur, eius opinio non eſt recipienda, cum e-
nim eodem tempore in fraudem legis reperiatur facta
donatio præſentium & futurorum, illa in totum nulla
redditur, vt dixit Bald.in d.l.fi.quem ſequitur Cagnol.
in repet.d.l.fin. num.130. & ſeqq. Imol. in l. ſtipulatio
hoc modo concepta, & poſt eum ibi Alexan. num.21.
vbi iuribus per Salic.adductis reſpondet, quam opinio-
nem communem eſſe teſtatur Petr. Duen.in ſuis regul.
& fallen. regul.219. in verbo, donatio omnium bono-
rum, in 5.ampliat. Curt.iun.in d.l.fi.num.61.ver.Octa-
uo aduerte, & ibi Purpur. nu.247. aſſerens ab iſta opi-
nione tamquam communi non eſſe recedendum, illam
que crebriorem affirmat Senat. Pedem.in d.deciſ.100.
num.41.quam etiam dicit communem, & ab ea in iudi
cando non eſſe recedendum Iul. Clar.in d.§.donatio,
9 q.20.ver.Item quęro.† Quæ opinio veriſsima eſt, quan
do ſimul facta fuit donatio præſentium, & futurorum,
licet ſi ex interuallo fieret, valeret donatio pro præſen-
tibus, vt declarat Purpur.in d.l.fin.num.249.& intan-
tum donatio omnium bonorum pręſentium & futuro-
rum redditur nulla, quòd licet ſit iuramento confirma-
ta & iuramentum ſit ſeruandum, quando ſeruari poteſt
ſine interitu ſalutis æternæ, cap. cum contingat, de iu-
10 reiur. † Nihilominus quia huiuſmodi donatio eſt con-
tra bonos mores, aufert liberam teſtandi facultatem, &
tendit in fraudem legis, iuramento non confirmatur,
ſed illo non obſtante nulla redditur, ita Bar.in d.l.ſtipu-
latio hoc modo concepta, num.3. Paul.de Caſtr.conſil.
82.in fi.lib.2.Corn.conſ.60.col.2.lib.2. Dec.conſ.225.
nu.3. quorum opinio magis communiter approbatur,
vt teſtantur in d.l.fin.Cur.iun.nu.57.Soc.iun.conſ.44.
num.35.& ſeqq.lib.2. Didac.Couar.in rubr.de teſtam.
in 2.par.nu.4.Cur.iun.conſ.25.nu.6.li.1. Pet.Duen.in
d. reg.219. in 2.ampliat. vbi multos pro hac opinione
allegat. Et licet in ver.Cõtrariam, referat diſſentientes
a Bar.dicit tamen in ver. Allegant Doctores, opinionẽ
Bar.eſſe magis veram & communem, quam etiam cõ-
munem dicunt Laur.Hircon.in d.conclu.90. Iul.Clar.
in d.q.20.in princ.& Senat.Pedemon.deciſ.100.num.
41.alias multas authoritates ad eius confirmationem
adducentes.

Et quod dictum eſt iuramentum non validare do-
11 nationem, † procedit non ſolum reſpectu futurorum,
ſed etiam pro præſentibus, quia nec pro præſentibus
bonis valet donatio, quamuis ſit iurata, ſi ſimul bo-
norum omnium pręſentium & futurorum facta fuerit,
& tam præſentia quam futura ſub vno nomine colle-
ctiuo continentur, vt poſt Claud. de Seiſel. in l. licet,
num.23.C. de pact.dixit Hieronym.Cagnol.in repet.
dictæ l. fin. num. 130.& 131. & in lecturis num. 264.
& ſeqq. qui dicit, quod licet Aretin.conſil.54.colum.
fin.quem ſimpliciter ſequitur Bauer. de virt. iuramen.
numero 6. verſicul. Septimo infertur deciſio. credide-
rit iuramentum operari, quod actus valeat eo modo
quo valere poteſt, & conſequenter quod donatio bo-
norum præſentium & futurorum valeat ſaltem pro
præſentibus, eorum opinio non eſt ſequenda, cum ra-
tio adducta per Doctor. ad oſtendendum donationem
non valere nec reſpectu præſentium neque futurorum,
militet etiam in donatione iurata, & idem ſenſiſſe vi-
detur Iul.Clar.in dicta q.20.verſicul.Item quæro, vbi
de communi teſtatur, & cum opinione Seiſel. & Ca-
gnoli concordant Purpurat. in dicta l. fin. nume.248.
& ſequen.& Bolognet.ibi num.14.& licet Ruin.conſ.
51.num.24.lib.1. & Natta conſ.453.num.16.& ſeq.
libro 2. concordent cum opinione Aretini, non eſt ab

opinione Seiſelli, Cagnoli, & aliorum recedendum,
quæ melioribus rationibus firmatur, & diſputando ar-
ticulum ipſi illam approbant, quod non faciunt Bauer.
& Natta, qui perſunctorie loquuntur, allegando Aret.
Præterquam quod Natta in illo fundamento non vide
tur ſe firmare, & Aret. & Ruin. nil aliud allegant, niſi il
lud, quod iuramentum habet vim clauſulæ, omni me-
liori modo. quorum rationi reſpondent Seiſel. Purpur.
Bologn. Cagn. & alij, qui donationem inualidam eſſe
dicunt non obſtante iuramento, etiam quoad bona præ
ſentia, & Seiſel. teſtatut ita communiter Doctores fir-
mare, quam etiam dixit crebriorem Sena. Pedem. in d.
deciſ. 100. num. 40. & 41.

Et quamuis Doctores in dictis locis loquantur de
donatione, & conceſſio, de qua agitur, non ſit ſub no-
mine donationis concepta, non propterea aliter eſt
12 dicendum † quoniam prædicta habent locum in quo-
cumque contractu irreuocabili, per quem quis conce-
dit omnia ſua bona præſentia & futura, ſi per talem di-
ſpoſitionem auſertur libera teſtandi facultas, nec l. ſti-
pulatio hoc modo concepta. neque d. l. fin. in quibus
fundamentum faciunt tenentes communem opinio-
nem, loquuntur de donatione ſed de ſtipulatione ſeu
pacto, quare idem quod de donatione concluſum fuit
13 etiam † in pacto ſeu conuentione aut promiſſione dan-
di omnia bona præſentia & futura locum habere de-
bet, vt clare dicunt Bar. in d. l. fin. nu. 10. & 12. & in d.
l. ſtipulatio hoc modo concepta, nu. 5. verſic. Aut pro-
mittit. & ibi Franc. Curt. in repet. num. 18. Abb. conſ.
48. n. 2. ver. & qualitercumque, lib. 2. qui dicit qualiter-
cumque nomen contractui compoſitionis imponatur,
non poſſe irreuocabiliter, vt bona omnia obligari, nec
dari modum ligandi quem irreuocabiliter, vt bona ſua
præſentia & futura perueniant ad aliquem in vita vel
poſt mortem. idem tenet Dec. conſ. 203. nu. 2. qui con-
ſuluit in diſpoſitione facta in contractu tranſactionis,
& non ſolum de donatione ſed quacumque alia pro-
miſſione ſeu ceſſione omnium bonorum præſentium
& futurorum loquuntur Doct. in d. l. ſtipulatio hoc mo
do concepta. & in d. l. fi. & Senat. Pedemon. deciſ. 100.
num. 25. Et quoniam ex prędictis ſatis intentio Domi-
ni Flamminij fundatur, ſolum ſupereſt allegata in con-
trarium remouere.

Non obſtat primum, nam etſi quando donans a-
liquid reſeruauit, donatio omnium bonorum præ-
14 ſentium & futurorum ſuſtineatur † id obtinet, prout
Bart. Iul. Clar. & alij loquuntur, quando aliquid reſer-
uatur, vt de eo poſſit teſtari, & propterea dixit Meno.
conſil. 184. num. 5. libro 2. reſeruationem fieri debere
expreſſa cauſa, vt poſſit donans teſtamentum conde-
re, nam ſi reſeruatio aliter fieret, nempe vt neceſſita-
tibus ſubueniretur reſeruatio nihil operaretur ſecun-
dum eum, qui ad id probandum allegat Dec. conſ. 30.
num. 3. verſic. & iſta fuit intentio. Curt. iun. conſil. 25.
num. 2. verſicul. Conſiderandum eſt, libro 1. Purpurat.
15 & Celſ. Vgo. † Eſt etiam opus vt ex reſeruatione ſuſti-
neatur donatio, illud, quod reſeruatur eſſe tale quod
ad hæredes donantis ſit tranſitorium, vt ſentiunt om-
16 nes, & explicat Dec. in d. l. fin. num. 32. C. de pact. † &
propterea quando reſeruatur certa quantitas, quæ
vix ſufficiat pro alimentis donantis, vel ſi reſeruatur
vſusfructus ſeu quid ſimile, reſeruatio nihil operatur,
ſi ex rebus reſeruatis nihil poteſt ſupereſſe poſt mor-
tem, tunc enim eadem ratio inualiditatis viget, cum
donans nihil habiturus ſit, de quo teſtetur, nec hære-
dem reperire poſſit, vt clare oſtendunt Soc. iun. in d. l.
ſtipulatio hoc modo concepta, num. 94. Didac. Couar.
variar. reſolut. lib. 3. cap. 12. num. 3. ver. Secundo Pauli
ſententia. Menoch. dicto conſil. 184. num. 8. verſic. &
quoad ſecundum, & num. 9. verſiculo. Nam cum non
ſufficiat. Cephal. conſil. 385. num. 127. & ſeqq. libro 4.
Quod admittendum eſt non ſolum quando ex reſer-
uatis nihil ſupereſſe poteſt poſt mortem donantis, ſed
17 etiam ſi aliquid poteſt ſupereſſe, ſed modicum † cum
enim parum & nihil æquiparentur, cap. de quarta, ibi,
nullus aut rarus, de praben. l. illud, §. minus, ff. de tribu-
tor. Bald. & Pont. in Auth. Præterea, C. vnd. vir & vx.
laté Tiraquel. in tract. de iud. in reb. exig. ferend. num.
50. & ſeqq. habetur ac ſi nihil eſſet reſeruatum. Socin.
18 ſen. conſ. 108. nu. 4. lib. 1. & in terminis † quod ex reſer-
uatione ſuſtineatur donatio quando reſeruatum eſt ta-
le, quod allicere poſſit hæredem ad adeundum hæredi-
tatem. Sed ſi reſeruatum eſt quid modicum, donatio-
nem nõ ſuſtineri, cum in ea militet eadem ratio, ex quo
non eſt præſumendum hæredem reperiri, qui pro mo-
dico oneribus hæreditarijs ſe ſubijcere velit, ſcripſerũt
Soc. iun. in l. ſtipulatio hoc modo concepta, num. 91. &
ibi Claud. de Seiſel. num. 29. Petr. Duen. in d. reg. 219.
prope fin. Cagnol. in repet. d. l. fi. nu. 124. Purpur. in ea-
dem l. fi. nu. 251. Ceph. d. conſ. 485. nu. 129. Io. Botta,
conſ. 58. nu. 42. & Menoch. in alleg. conſ. 184. per totũ.
Sed Dominus Flamminius ſibi reſeruauit fructus dicti
annui cẽſus eius vita durante, qui aſcendunt ad aureos
quinquaginta duos quolibet anno, nec ſufficiunt pro a-
limentis, & de eis poſt mortem nihil ſupereſſe poterit,
de quo teſtetur. Ideo fateri oportet donationem ex di-
cta reſeruatione nullo modo ſuſtineri.

Illud verò quòd obijcitur de reſeruatione legato-
rum factorum per Cæſarem patrem, parum reſiſtit, il-
la quidem modica ſunt & annua, & cum dictis aureis
quinquaginta duobus reſeruatis non ſufficerent pro a-
limentis, attenta qualitate Domini Flamminij. Vlte-
rius dicitur legata remiſſa fuiſſe Domino Ioanni Ma-
riæ hæredi Cæſaris, quæ remiſſio non reſtringitur ad
perſonam Domini Ioannis Mariæ, ſed actiuè extendi-
tur etiam ad eiuſdem hæredes, quamuis de hæredibus
19 non ſit facta mentio, ea ratione, quia † conceſſio ſeu pa-
ctum potius iudicatur reale quam perſonale, l. ſi neceſ-
ſarias, §. de venden. ff. de pign. act. l. veteris, C. de cõtra-
hen. emp. Pariſ. conſ. 26. nu. 3. lib. 1. Crau. conſ. 102. nu.
3. li. 1. Dec. conſ. 262. per tot. Iaſ. in l. ſtipulatio hoc mo-
20 do concepta, in prin. nu. 9. & conſ. 217. nu. 3. lib. 2. † Li-
cet enim nominata fuerit perſona Domini Ioannis Ma
riæ & non hæredum, ex iuris interpretatione etiam hæ
redes nominati intelliguntur. Bald. in l. 1. C. quor. legat.
ſequitur Iaſ. dicto conſil. 217. num. 8. verſ. Septimo, &
21 præſumitur † paciſcentem non ſolum voluiſſe ſibi ipſi
prouidere, ſed etiam hæredibus & ſucceſſoribus pro-
ſpicere, l. ſi pactum, & ibi glo. in ver. Probare, ff. de pro-
bat. Bar. in l. tale pactum, in prin. ff. de pact. Iaſ. in dicto
conſ. 217. num. 2. verſ. Secundo quia, & in l. ſi ſic ſtipu-
latus, num. 14. verſic. Secundo quia, ff. de verbor. oblig.
Cagnol. in l. 2. nu. 85. C. de pact. inter empt. & vendit.
22 Et † quia conuentio, de qua agitur, non fuit negatiuè
concepta, ſed affirmatiue, cum Dominus Flamminius
remiſerit Domino Ioanni Marię legata ſibi facta à Cæ
ſare fratre, magis dicendum eſt cenſeri factam etiam
pro hæredibus Ioannis Mariæ, vt probat tex. in l. ſi pa-
ctum, ff. de probat. & in l. ſicut, §. penult. ff. quib. mod.
pignor. vel hypot. ſoluat. vbi Iuriſconſultus dixit diffe-
rentiam inter debitorem & hęredem reputari nimiam
ſubtilitatem, & a iudicibus non eſſe admittẽdam. Bar.
in l. ſi ſic, la 2. num. 3. ff. de verb. oblig. & in pacto affir-
matiuo idem concedit Cephal. in alleg. conſ. 352. n. 33.
& ſeqq. 38. & ſeqq. vbi differentiam conſtituit inter
pactum affirmatiuum & negatiuum, dixitque affirma
tiuum ad hęredes tranſire, negatiuum autem ad perſo-
nam paciſcentis reſtringi.

Prę-

Digitized by Google

Præterea, dicitur quòd ſi pactum fuiſſet negatiuè
conceptum, & Dominus Flaminius promiſiſſet Domi
no Ioanni Mariæ non petere legata, ipſumque ab eorũ
onere liberaſſet, adhuc extenderetur actiue ad hæredes
23 eiuſdem Domini Ioannis Mariæ, † tunc enim pactum
negatiuum ad hæredes non tranſit, quando eſt adiecta
taxatiua, vt quia promiſſum ſit non petere, aut non mo
leſtare Titium tantum, ſed quando expreſſa eſt perſo-
na ſine taxatiua, pactum etiam negatiuum ad hæredes
eſt tranſitorium, l.ſtipulatio iſta, ff. de verb.oblig. gloſ.
in l.ſi ſic ſtipulatus, ff.eo.tit. per quæ iura reprobata o-
pinione Cini in hoc aliter ſentientis in d. l. veteris, ita
concludit Bart.in l.qui in futurum, §.1.nu.2.in fi.ff.de
pact. aſſerens textum in dicto §.1.qui in contrarium
allegatur, intelligi debere, quando pactum negatiuum
fuit conceptum cum taxatiua. Eãdem opinion.poſt Ia
cob.de Beluiſ. ſequi videtur Paul.de Caſtr.in dicto §.1.
ibi, forte verius eſt, quod dicit hic in perſonam de-
bitoris, & cet. & eam ibi clare approbat Angel. idem
tenet Bartol. in l.ſi ſic ſtipulatus, la ſeconda, nume.2.
ff.de verb. obligat. quem ibi ſequuntur Paul. de Caſtr.
& Ang.etiam Aret.qui articulum diſputat, & num.5.
opinionem Bartol. ſequitur, ſubdens colum.5. verſic.
tertia concluſio. opinionem Bart. procedere ſi non ex
proprietate verborum, ſaltem ex præſumpta mente
contrahentium, quæ præſumitur, vt voluerint non
ſolum ipſis, ſed etiam hæredibus proſpicere. Eiuſ-
demque ſententiæ fuerunt Ang.in l.iuriſgentium, §.pa
ctorum, ff. de pact.in l. ſi marito, §.1. ff.ſolut.matrim.
Alex.conſil.148.colum.2.num.3.lib.5.vbi dicit, quòd
etſi aliqui contrarium dicere aliquando tentauerint,
nihilominus opinio Bart. eſt ipſa veritas, & ipſe eam
vti veriorem ſemper eſt ſequutus, & pro ea Ang. Ra-
pha.Cuman.& alios allegat. Illamque approbauit Cor
ne.conſil.30.col.2.lib.1.vbi Fulgo.& alios adducit. ex
quibus patet Bart.ſententiam eſſe magis communem,
quidquid Cephal. in contrarium dixerit in dicto con-
ſil.352. & propterea in practica ſequenda eſt. quòd e-
tiam fateri videtur Imol. in d. l. ſi ſic ſtipulatus. qui li-
cet contrariam opinionem defendere nixus fuerit, ni-
hilominus, num.5. verſic.& per prædicta. dicit ꝙ de
iure opinio contra Bart. videtur poſſe defenſari, licet
forte opinio Bart. propter eius autoritatem ſeruaretur
in practica.

Quatenus vero opinio Cini verior eſſet, non noce-
24 ret, duplici ratione, † Prima, quia Cin. in dicta l. ve-
teris. & eum ſequentes, dicunt pactum negatiuum ad
hæredes non tranſire, quando ante pactum negatiuũ
non præceſſit aliqua obligatio ſeu contractus, ex qui-
bus etiam hæredes obligati eſſent, & in hoc a Bartol.
& ſequacibus reprobatur. Sed ſi præceſſit obligatio
ſeu contractus, ex quo tenerentur hæredes, Cin. in di-
cta l.veteris. concludit, quòd ſi eſt liberatus debitor,
vel ſit promiſſum aliquid ab eo non petere, nulla de hæ
redibus facta mentione, liberatio, ſeu pactum etiam
hæredes includit, ipſoſque tutos reddit, & in hoc capi
te Cin.non reprobatur, ſed a Bartol. & alijs approba-
tur, vt per Bart.in dicta l. qui in futurum, §.1.num.2.
& in d.l.ſi ſic ſtipulatus, nume.2. & ibi Ioan. de Imol.
num.5.in princ. Aret.num.5. vbi de commu. teſtatur.
Sed in caſu noſtro præceſſit obligatio Domini Ioannis
Mariæ ad eius hæredes tranſitoria, quia Cæſar legauit
certum quid Domino Flaminio hæredemq; fecit Do-
minum Ioannem Mariam, qui hæreditatem adeundo
25 ſe obligauit pro ſoluendis legatis, † cum hæres ex adi-
tione hæreditatis cum legatarijs contrahere videatur,
l.Apud Iulianum, in fine, iuncta l.ſeq.ff.quib.ex cauſ.in
poſſ.eat.§.Hæres quoque, & ibi gloſſ. Inſtit. de oblig.
quæ ex quaſi contractu naſcitur. Et ſicut Dominus
Ioannes Maria hæres Cæſaris tenebatur ſoluere lega-
ta facta a Cæſare teſtatore, ita obligati erant hæredes
Domini Ioannis Mariæ hæredis Cæſaris ſaltem pro
26 viribus hæreditatis Domini Ioannis Mariæ, † etiam
ſi cum inuentario hæreditatem Domini Ioannis Ma-
riæ adiuiſſent, vt dixit Cuman. conſil.30. colum. fin.
verſic. Vnde ſi hæres, quem ſequitur Roland. a Vall. in
tract. de inuent. hæreditatis, part. vlt. cap. incip. Modo
quæritur, folio mihi 215. Ideo liberatio facta Domino
Ioanni Mariæ ſi eſſet negatiue concepta de non peten
do legata a Ioanne Maria, ad eius hæredes actiuè tran-
ſiret. Secunda, quia perſona Domini Ioannis Mariæ
fuit adiecta verbo obligatiuo, non verbo executiuo, ſi-
ne dubio pactum etiam negatiuum ad hæredes actiuè
27 tranſit, † quoniam procederet opinio Cini, quando no
mẽ debitoris adijcitur verbo executiuo, nempe ſi quis
promiſerit Titio, quòd ipſe Titius non moleſtabitur,
ſed quando nomen debitoris adiectum fuit verbo obli-
gatiuo tantum, vt quia ſit promiſſum Titio, quod non
moleſtabitur, pactum illud etiam hæredibus Titij pro
deſt, prout declarant Guil. de Cun. & Iacob. de Butr.
quos refert Bartol. in dicta l.ſi ſic ſtipulatus, numero 2.
qui ſequitur eorum opinionem, quòd ſcilicet pactum
negatiuum tranſeat ad hæredes, quando perſona e[?] a-
diecta verbo obligatiuo, licet diſſentiat aliter diſtin-
guens, quando eſt adiecta verbo executiuo. Et eam-
dem opinionem quando perſona adijcitur verbo obli-
gatiuo tantum, ſequuntur omnes in dicta l. ſi ſic ſtipu-
tus, Iaſ. in l. Tale pactum, numero 8. ff. de pact. & cum
ea conuenire videtur Cephal. in dicto conſilio 352. nu-
mero 11.

Minus nocet ſecundum dubium. Primo, quia non
apparet Dominum Flamminium conceſſionem prædi
28 ctam feciſſe per ſtipulationem † etenim ſtipulatio tunc
concipitur, quando præcedit interrogatio, & ſequitur
reſponſio, & non aliter, ſecundum Bart. in l.1. in princ.
num.3. ff.de verb.oblig. quam communiter Doctor. ſe-
quuntur, vt ibi teſtatur Iaſ. num.19. de qua interroga-
tione, & reſponſione non apparet, nec de ſtipulatione
in inſtrumento fit aliqua mentio. Sed quia in inſtrumẽ-
to ſolum dicitur, quod Dominus Flamminius dedit,
ceſſit, & conceſſit Domino Ioanni Mariæ præſenti, &
acceptanti omnia ſua bona & e. ob præſentiam & con
ſenſum partium dicendum eſt inter eos ad pactum fuiſ
ſe deuentum, iuxta not. per Doct. in l. Iuriſgentium, §.
ſed cum nulla, ff. de pact. vbi Iaſ. nu.32. & Alex. nume-
29 ro 5. & ſeqq. † Secundo ſi de ſtipulatione conſtaret, nõ
propterea ſuſtineretur huiuſmodi diſpoſitio, quoniam
nec per ſtipulationem, neque per alium modum poteſt
quis de omnibus ſuis bonis præſentibus & futuris irre-
uocabiliter diſponere, ita vt libera facultas teſtandi au-
feratur, vt ſupra demonſtraui, & de ſtipulatione loquũ
tur text. in dicta l. ſtipulatio hoc modo concepta, & ibi
Bartol. numer.5. & alij, quos ſupra adduxi. Et quamuis
Viui. in dicta opin.207. contrarium dixerit, eius opinio
30 vera non eſt, nec probatur ex allegatis per eum: † nam
etſi gloſ. in l. fin. in verb. Accommodauerit, C. de pact.
videatur dicere per ſtipulationem poſſe fieri diſpoſitio
nem omnium bonorum, aduertẽdum eſt, quod cum in
dicta l. fi. & in iuribus in glo. alleg. diſponeretur pactum
faciendi aliquem hæredem. Vel per quod quis promit
teret hæreditatem, non valere, gloſ. illa dixit fieri poſ-
ſe per ſtipulationem, vt quis promittat bona ſua poſt
mortem, & erit donatio cauſa mortis vel inter viuos,
quæ gloſ. non intellexit conſtituere differentiam inter
pactum, & ſtipulationem, vt ſcilicet per ſtipulationem
poſſit promitti ſucceſſio ſeu hæreditas, & quod va-
leat promiſſio licet per pactum prohibita fuerit, quia
hoc eſſet contra not. per eamdem gloſſ. in dicta l. fina.
in ver-

Digitized by Google

in verbo. Declarabitur, vbi quod de pacto diſponitur,
gloſ. dicit procedere etiam in ſtipulatione, quod etiam
ibi Franc. Curt. in repet. nume. 18. qui multa iura ad id.
31 probandum allegat: ſed voluit dicere gloſ. †quod licet
quis per pactum non poſſit dare ſeu promittere hęredi
tatem, poteſt tamen per ſtipulationem bona ſua pro-
mittere, quia eo caſu non promitteretur hæreditas, &
valeret promiſſio tamquam donatio cauſa mortis, ſi
mentio fieret mortis, vel inter viuos, ſi de morte nihil
eſſet dictum, & ita gloſ. illam intelligunt ibi Paul. de
Caſtr. nu. 9. Alex. nu. 3. & Iaſ. num. 15. & dum gl. dicit,
ꝙ poteſt quis per ſtipulationem promittere bona ſua,
& valet tamquam donatio, intelligitur, quando promit
teret omnia bona ſimpliciter, nulla de futuris facta mē
tione, prout declarant in d. l. fi. Bart. in lectu. antiq. ver-
ſic. Item glo. quærit. Paul. de Caſtr. nu. 9. verſic. Aliud
eſt. Alex. nu. 3. vbi de communi teſtatur, & Iaſ. nu. 15.
Franc. Cur. in repet. num. 21. & ſeq. & quòd glo. loquā
tur de promiſſione omnium bonorum, quæ promittēs
habebat, non autem de futuris, & propterea velit vale
re promiſſionem etiam tamquam donationem inter vi
uos, quia de futuris poterit teſtari, communiter intelli-
gitur per Doct. vt teſtatur Iul. Clar. in §. Donatio. q. 19.
ver. Item dicendum eſt. Sed quando quis promiſit om-
nia bona præſentia & futura etiam per ſtipulationem,
nihil dicit d. gloſ. & promiſſio non valeret, prout decla
rat Bart. in d. l. fin. num. 11. & 12. & melius in lectu. an-
tiq. verſic. quærunt quidam, & eſt de mente omnium,
in d. l. fin.

Non probatur igitur per gloſ. & Doctor. in d. l. fi. va
lere donationem omnium bonorum præſentium, & fu
turorum, quando fuit facta per ſtipulationem, prout
Viui. præſupponit. Sed Doctores ibi tenent contrariū,
& gloſ. illa loquitur in diuerſis terminis, nempe quan-
do facta fuit promiſſio omnium bonorum præſentium
32 tantum, †quo caſu valida eſt donatio, quia in futurum
acquirere, & de futuris teſtari poterit, ſecundum com
munem Doctorum opinionem, de qua teſtantur Cor-
ne. conſilio 252. numero 4. libro 3. Cagnol. in repetit.
d. l. fin. numero 121. & ſequent. Dec. conſilio 225. nu-
mero 4. in fin. Bellon. conſilio 5. Iul. Clar. in d. quęſt. 19.
verſic. Eademque ratione, merito ex ea non poteſt in-
ferri ad donationem ſeu promiſſionem bonorum præ-
ſentium & futurorum, quæ aufert liberam teſtandi fa-
cultatem, cum nihil ſuperſit, de quo diſponi poſſit, vt
ſupra fuit dictum. Nec *Viuij* limitatio probatur autho
ritate Boer. in alleg. deciſ. 353. num. 11. quia ipſe verſi.
Tunc licet. ſolum dicit, quod licet quis non poſſit liga-
ri per vltimā voluntatem, vt certum hæredem habeat,
poteſt tamen bona ſua alteri per ſtipulationem dona-
re, quia tranſit in contractum irreuocabilem, allegan-
do gloſ. in d. l. fina. quam Bartol. Bald. & alios commu-
niter ſequi teſtatur, quod non nocet, quia Boer. non di-
cit valere donationem præſentium & futurorum pro-
pter ſtipulationem, ſed ſolum firmat poſſe donari om-
nia bona, licet hæreditas promitti non valeat, & reſpe-
ctu donationis intelligendus eſt Boer. ſecundum termi
nos, in quibus procedit gloſ. quam ipſe allegat, quando
ſcilicet quis promittit ſeu donat omnia ſua bona præ-
ſentia. Et quòd hæc fuerit intentio Boerij, declaratur,
dum inferius numer. 14. loquens de donatione præſen-
tium & futurorum, dicit valere donationē quo ad præ
ſentia tantum, non quoad futura. Cuius opinio licet in
hoc reprobetur, cum ſupra demonſtrauerim donatio-
nem pręſentium, & futurorum annullari in totum, nec
ſuſtineri pro bonis præſentibus, ſatis tamen eſt, quod
oſtenditur Boerium non ſenſiſſe propter ſtipulationem
ſuſtineri donationem præſentium & futurorum. Qui-
bus ſtantibus manifeſte apparet limitationem a Viuio
poſitam falſam eſſe; & nullo modo attendendam.

Neque repugnat qđ vltimo loco dicebatur de clau-
33 ſula Conſtituti ſeu precarij, † quoniam ni fallor, valde
decipitur *Viuius*, & Doctores ab eo allegati, eius opi-
nionem non probant, quandoquidem Alex. in alleg. §.
34 Incertam, nu. 7. ſolum dicit, †ꝙ ſi quis conſtituit ſe poſ
ſidere omnia ſua bona præſentia & futura nomine cre
ditoris, ex conſtituto transfertur poſſeſſio non ſolum
bonorum præſentium, ſed etiam futurorum, quando
erunt acquiſita, & hoc eſt, quod dixit Iaſ. ibi, num. 16.
vbi de commu. teſtatur, & in eiſdem terminis loquitur
Afflict. dec. 37. nume. 3. & 4. nec aliquid ipſi dicunt de
donatione. Ad idem tendit quod dixit Tiraquel. in alle
gat. amplia. 32. qui licet per modum exempli loquatur
de donatione, ipſe tantum quærit numquid conſtitu-
tum ſeu precarium habeat vim transferendæ poſſeſſio
nis in bonis futuris, vt ſi quis donet omnia ſua bona prę
ſentia & futura, quæ ſe conſtituat poſſidere pro dona-
rario, & concludit poſſeſſionem transferri bonorum
futurorum, tunc, quando erunt acquiſita, nihil tamen
dicit numquid valeat donatio, quando nihil, de quo te-
ſtari poſſit, reſeruatur, ſed pręſupponit validitatem do
nationis, quod accidere poſſet, quando aliquid eſſet re-
ſeruatum, vt ſupra dixi. Non video igitur, quomodo
Viuius ex authoritatibus prædictis elicere potuerit do
nationem præſentium & futurorum, quæ *nulla eſt*, ſu-
ſtineri ex clauſula conſtituti ſeu precarij, *quoniam id*
35 non dicunt Doct. ab eo allegati † & *quidem eſt falſiſſi*
mum, & magis redditur nulla donatio quando interue
nit precarium ſeu conſtitutum, quam ſi illud non inter
ueniſſet, quod oſtendo. Concludit Bartol. in d. l. ſtipula
tio hoc modo concepta, non valere donationē præſen
tium, & futurorum ea ratione, quia per indirectum au-
fertur libera teſtandi facultas, & eius opinio communi
ter approbatur, vt dixi. A qua opinione Bar. diſſentiūt
Din. in reg. Quod ſemel, de reg. iur. in ſexto. Angel. &
Roman. in d. l. ſtipulatio hoc modo concepta, & alij al-
lega. ibi per Iaſon. num. 20. verſic. Contrariam. Dicunt
enim diſſentientes a Bart. quod non auſertur libera te-
ſtandi facultas per huiuſmodi donationem, *quando nō*
eſt facta traditio bonorum donatorum ea ra*tione, quia*
tunc dominium non dicitur in donatarium tranſlatū,
ſed actu permanet penes donantem, & conſequenter
donans teſtari poterit, licet bona donata per hæredem
donantis ſint donatario reſtituenda, & ita cenſuerunt
Angel. in conſil. 179. incip. *Viſis* prædictis inſtrumen-
tis, colum. 3. verſic. Et primo, & verſ. Cum igitur, & in
d. l. ſtipulatio hoc modo concepta, num. 4. vbi Roman.
num. 36. ver. quam opinionem contra *Bartol.* procede-
re dicunt, quando in donatione non interuenit conſti-
tutio precarij, quia tunc donans remanet dominus, ſed
quando interuenit precarium, cum per illud dominiū
& poſſeſſio transferantur in donatarium, etiam illi, qui
à Bar. diſſentiunt concludunt locum habere opinionē
Bar. & donationem nullo modo valere, ex quo donans
nec habitu nec actu remanet dominus, & conſequēter
teſtamenti libera facultas per indirectum auſertur, &
ita formaliter declarant Angel. in d. conſil. 179. col. 5.
in princ. ver. vbi autem interueniſſet precarium. Rom.
in d. l. Stipulatio hoc modo concepta, num. 46. in prin.
iuncto ver. Dicitur autem. Io. de Imo. nu. 6. verſi. Non
obſtat etiam. late Alex. nu. 16. ver. Romanus hic, & *Ti-*
raq. de conſt. par. 1. nu. 75. vbi poſt allegatos Doctores
clare firmat non valere donationem omnium bonorū
præſentium & futurorum, quando eſt deuentum ad
traditionem per clauſulam conſtituti ſeu precarij. Stā-
te igitur, ꝙ etiam illi, qui contra Barto. & communem
crediderūt valere donationem omnium bonorum præ
ſentium, & futurorum, declarent eam opinionem
proce-

procedere, quando non interuenit conſtitutio preca-
rij, cum eo caſu dominium remaneat penes donan-
tem: Sed quando conſtitutio precarij interuenit, quæ
dominium & poſſeſſionem transfert in donatarium,
omnes fateantur donationem inualidam eſſe; maniſe-
ſtè liquet limitationem poſitam a Viuio eſſe falſam, &
potius ſecundum opinionem Dyni, Angeli & Roma-
ni limitatio in cõtrarium poni poſſet, quod ſcilicet non
valeat donatio omnium bonorum præſentium & futu
rorum, & communis opinio procedat, quando domi-
nium in donatarium eſt translatum, vt quia interuenit
conſtitutio precarij, ſed valida ſit, quando dominium
& poſſeſſio non ſunt translata nec realiter nec per clau
ſulam cõſtituti ſeu precarij, prout dictam communem
opinionem limitant Ang. Roman. & ceteri in dictis lo-
cis. Purpura. in d. l. fin. nume. 256. & ibi Dec. nume. 33.
verſ. Quarto fallit. & Petr. Duen. in dicta reg. 219. in 2.
limit. Et licet. Purpur. Dec. & Petr. Duen. in dictis lo-
cis, & Cagnol. in dicta l. fin. in lecturis. num. 258. & ſeq.
ab iſta limitatione diſſentiant, & indiſtinctè teneant, ſi-
ue translatum ſit dominium ſiue non, donationem eſſe
nullam, cùm militet vtroque caſu eadem ratio, & veri-
ſimile ſit, quod propter dictum momentaneum domi-
nium hæres hæreditatē non ſit aditurus. Satis eſt, quòd
quando dominium eſt translatum per clauſulam con-
ſtituti, ſeu aliter, omnes conueniunt donationem non
valere, & ſic penitus confunditur limitatio Viuij, ita
vt de ea nulla ſit habenda ratio, & ſi limitationes præ-
dictæ veræ eſſent, nulla donatio omnium bonorum præ-
ſentium & futurorum infringeretur, ſtante quòd quili-
bet poſſet contrahere per ſtipulationem, & cum clauſu
la conſtituti, prout communiter contrahi ſolet, quod
eſſet valde abſurdum.

Nec obſtat quod audio per aduerſarium obijci
36 credendum eſſe Viuio, qui de communi teſtatur, † cùm
Doctori de communi atteſtanti fides adhiberi ſoleat
ſecundum Rimin. ſen. conſil. 98. numer. 75. conſil. 120.
nu. 5. lib. 1. Hieronym. Alban. conſil. 5. num. 46. Neuiz.
in ſua Silua, libr. 5. num. 2. Grat. conſ. 88. nume. 2. lib. 2.
cum alijs allegat. per Anton. Mari. Corat. in tract. de
commu. opin. in titu. numquid Doctori atteſtanti de
commu. opinio. ſit credendum per tot. vbi de commu.
teſtatur; Quia reſpondetur doctorem atteſtantem de
communi opinione in dubio probare præſumptiuè illã
opinionem eſſe communem: Sed quando conſtat opi-
nionem illam non eſſe communem, doctor de ea atte-
ſtãs nullam facit fidem, nec huiuſmodi atteſtatio atten
di debet, vt declarant Fran. Hercul. in tract. de proban.
negat. nu. 302. circa fin. verſicu. Hæc eadem trahi poſ-
ſunt. & Anton. Mari. Corat. in dicto tit. nu. 8. qui dicit
id eſſe de intentione omnium. Sed in caſu noſtro appa-
ret, limitationes poſitas a Viuio non ſolũ non eſſe com-
munes, ſed nullum Doctorem illas tenere, multoſque
magnæ authoritatis contrarium firmare, ideo Viuio
nulla eſt adhibenda fides. Et tanto magis, quia ex allega
37 tis ſupra conſtat limitationes prædictas eſſe falſas, † &
quando legibus aut viuis & bonis rationibus aliqua o-
pinio detegitur falſa, non attenditur, nec eſt ſequenda,
quamuis verè communis eſſet, vt affirmant in cap. fin.
num. 15. verſic. Vel poſſet conuinci. Felin. nume. 57. in
prima limitat. Dec. in prima lectu. nu. 26. Bero. nu. 270.
& ceteri omnes. & de communi teſtatur Curt. iun. cõſ.
63. num. 3. lib. 1. Grauat. in addit. ad Veſtri. in ſua pra-
xi lib. 4. cap. 5. ſub num. 27. circa medium. Quint. Man
doſ. in comment. ad regul. cancell. in reg. de ſubrog.
quæſt. 19. in fin. num. 7. & poſt alios multos Ant. Mari.
Corat. in d. tract. de commu. opinio. in titul. commu-
nis opinio quando attendenda ſit vel non. numero 86.
& ſeq. vbi dicit, hanc opinionem eſſe veriſſimam, rece-
ptiſſimam, & non habere contradicentem. Ex quibus
concluditur ceſſionem prædictam omnium bonorum
factam per dictum Dominũ Flamminium nullam eſſe
& attendi non debere.

*Et ita pro Domino Flamminio iudicatũ fuit per Illuſtriſ-
ſimum & Reuerendiſſimum Cardinalem Spinolam Peru-
ſiæ & Vmbriæ Legatum, qui declarauit ceſſionem prædi-
ctam inualidam inſtrumentumque deſuper factum anul-
lauit anno 1585. die quarta Decembris, rogato Domino
Raynaldo de Rubeis notario Peruſino, & vt audiui ſenten-
tia illa Romæ confirmata fuit.*

ARGVMENTVM.

Pactum inter fratres, vt altero decedente ſine filijs, eius portio ad ſuperuiuentes deueniat; An, & quando valeat.

SVMMARIVM.

1 *Succeſſio per conuentionem aut aliam diſpoſitionem inter viuos dari non poteſt.*

2 *Hæreditas nec tota nec quota pacto dari poteſt. & num. 9. Declaratur num. 39.*
Amplia etiam ſi ageretur de fauore filiorum. nu. 3.
Item amplia quòd non ſolum purè ſed nec ſub conditione pacto dari poteſt. num. 4.

5 *Pactum quod inducit votum captandæ mortis, non ſuſtinetur. Declaratur nu. 35. cum ſeqq.*

6 *Pactum quod aufert liberam teſtandi facultatem reprobatur.*

7 *Teſtari liberè & quem voluerit hæredem facere bonis moribus conuenit.*

8 *Pactum de futura ſucceſſione nullam inducit obligationem neque etiam naturalem, ſed omnino reprobatur.*
Amplia ſiue fiat pactum de tota hæreditate, ſiue de eius quota. num. 9.

10 *Teſtandi libera facultas non ſolum non poteſt tolli ſed nec reſtringi: Immo nec ſuper vna re reſtringi poteſt. nu. 11. Sed contra num. 50. cum ſeqq.*

12 *Pactum tunc valet, quando quis promittit bona poſt mortem, quia tunc incipit obligatio in perſonam hæredum. Sed quando reſpicit bona, quia fuit dictum, quòd decedente aliquo portio deueniat, non valet. Declaratur numer. 55.*

13 *Pactum de futura ſucceſſione etiam iuratum non valet.*

14 *Iuramentum non validat id quod eſt contra bonos mores. Sed contra nu. 61. vbi declaratur, & nu. 62.*

15 *Pactum inter fratres vt portio vnius deueniat ad alium, habet vim donationis. Sed contra nu. 64.*

16 *Donatio facta ſine præſentia quinque teſtium redditur nulla vigore ſtatuti Peruſini. Nec confirmatur iuramento. nume. 18.*

17 *Iuramentum confirmat contractum factum non ſeruata forma ſtatuti.*
Limitatur quando ſtatutum diſponit, quòd inſtrumentum aliter factum præſumatur fraudulentum & ſimulatè factum, quia tunc iuramentum nihil operatur. nu. 18.
Sed contra num. 68.

19 *Pactum de futura ſucceſſione valet fauore militis. Sed poteſt per eum reuocari ad libitum. nu. 20.*

21 *Pactum inter fratres, vt portio vnius deueniat ad alium, quando valet, eſt reuocabile, cum ſeqq. Sed contra nume. 69.*
Suſtinetur in vim donationis cauſa mortis nu. 22.
Et reuocatum cenſetur per teſtamentum, in quo teſtator reuocauit omnem aliam diſpoſitionem. num. 23.

23 *Donatio cauſa mortis exigit numerum quinque teſtium.*

Fra-

Google

24 *Fratres qui in diuiſione conuenerunt vt portio decedentis deueniat ad alium, ſi dederunt portiones cum clauſula, ad habendum, & c. videntur receſſiſſe à dicto pacto. Sed contra nu. 73. cum ſeqq.*

25 *Fideicommiſſum videtur remiſſum per diuiſionem factam cum clauſula ad habendum, ſequuta alienatione.*

26 *Alienationis appellatione continetur hæredis inſtitutio, quando agitur de alienatione permiſſa.*

27 *Pacta vt ſunt inita ſeruari debent.*

28 *Patrimonium ſuum quilibet ad libitum effundere ſeu diſpenſare poteſt, niſi lege aliqua in aliquo caſu reperiatur prohibitum.*

29 *Hæres ſeruare tenetur cõuentionem factam inter fratres, vt altero decedente ſine filijs, illius bona ad alterum ſeu eius filios deueniant.*

30 *Hæres non poteſt impugnare factum defuncti, ſed ad eius obſeruantiam tenetur, num. 31.*

32 *Conuentio facta ſuper certis bonis non dicitur facta de hęreditate, quando non fuit concepta ſub nomine hæreditatis.*

33 *Pactum quod certa bona poſt mortem alicuius ad alium deueniant, validiſſimum eſt, nu. 47. quibuſcunque verbis concipiatur, num. 55. cum ſeq.*

34 *Argumentum à remotione rationum in quibus aliqua concluſio fundatur validum eſt.*

35 *Votum captandæ mortis tunc conſideratur, quando fit pactum de hæreditate tertij ſine eius conſenſu.*
Nec conſideratur in conuentione inter fratres. nu. 36.
Neque in pacto reciproco, nu. 37.

38 *Teſtandi libera facultas non aufertur ex pacto, quod bona poſt mortem deueniant ad alios, quando ex eo non defertur vniuerſalis ſucceſſio, & paciſcentes de alijs bonis teſtari poſſunt, & nu. 49.*

40 *Rationes quibus ſancitum eſt pactum de futura ſucceſſione non valere, ceſſant in pacto de certis bonis.*

41 *Pactum vt bona vnius poſt eius mortem deueniãt ad aliũ, magis ſuſtinetur inter fratres, cum cenſeatur ita conuentum vt bona conſeruentur in agnatione, & inter fratres conſeruetur legitima ſucceſſio, maxime ratione reciproci oneris, & nu. ſeq.*

42 *Reciproci oneris ratione multa ſuſtinentur, quæ de per ſe reprobantur.*
Amplia etiam ſi non adſit totalis æqualitas, dummodo pactum ſit reciprocum, nu. 43.

44 *Iuramentum quod non vergit in diſpendium ſalutis æternæ ſeruari debet, licet conuentio ſuper qua fuit appoſitum à lege ciuili eſſet improbata.*

45 *Iuramentum obligat etiam hæredem iurantis, qui ad eius obſeruantiam tenetur.*

46 *Iuramentum confirmat conuentionem factam inter fratres, vt bona decedentis deueniant ad alium quando non continet futuram ſucceſſionem, & nu. 62.*

49 *Teſtandi liberam facultatem reſtringi tunc conſideratur, quando tollitur facultas habẽdi hæredem quem voluerit.*

51 *Doctoris opinio non dicitur, quando Doctor dicit aliquid perfunctorie, ſeu alium ſimpliciter allegat.*

52 *Teſtator non poteſt reſtringere poteſtatem reuocandi legata etiam particularia.*

53 *Legis, Licet, C. de pactis, intellectus.*

54 *Rerum appellatione continetur vniuerſalis hęreditas, quã do nullo dato hærede vniuerſali fit mentio rerum; aliàs ſecus.*

56 *Voluntas contrahentium principaliter conſideratur, non aliter attento verborum ſono.*

57 *Promiſſio pro ſe, & hæredibus obligat hæredes, in eoſque obligationem transfert.*

58 *Iuramentum facit valere actum per diſpoſitionem inter viuos, & tunc obligationem inducentem, non autem per aliquam diſpoſitionem vltimæ voluntatis.*

59 *Donatio non cenſetur cauſa mortis, licet de morte ſit facta mentio, quando donator promiſit obſeruare omnia contenta in inſtrumento, & obligauit ſe & hæredes.*

60 *Verba, pleno iure, adiecta pacto quod bona decedentis deueniant ad alium, non operatur, vt diſpoſitio habeat vim vltimæ voluntatis.*

63 *Statutum Peruſinum, diſponens donationem non valere, niſi facta ſit coram quinque teſtibus, declaratur.*

64 *Pactum inter fratres, vt bona decedentis deueniant ad alium non ſuſtinetur in vim donationis, ſed tamquam promiſſio quædam ob honeſtam cauſam facta, cum ſeq.*

65 *Statutum, quod loquitur de donatione, non extenditur ad conuentionem oneroſam, ob reciprocum pactum.*

66 *Donationem eam eſſe, quæ nullo iure cogente fit, non intelligitur affirmatiuè, ſed negatiuè, vt ſcilicet non ſit donatio, ad quod cogit neceſſitas.*

67 *Donatio facta non ſeruata forma ſtatuti Peruſini, confirmatur iuramento, cum in eo de iuramento nulla fuerit facta mentio.*

69 *Contractus licet à principio ſint voluntarij, ex poſt facto efficiuntur neceſſarij, & in ijs non eſt locus pœnitentiæ.*

70 *Iuramentum facit contractum irreuocabilem.*

71 *Reciproca conuentio efficitur irreuocabilis.*

72 *Reuocatio generalis ad diſpoſitionem iuratam non extenditur.*

74 *Contrarietas, & repugnantia in eodem inſtrumento euitanda eſt.*

75 *Subſequentia non derogant præcedentibus, niſi id exprimatur.*

76 *Poſteriora ſeruantur ſaluis præcedentibus.*

CONSILIVM XL.

NOBILES Viri Capitaneus Saracenus & D. Ruſticus de Mõte Melino in diuiſione bonorum ſtabilium conuenerũt, quod ſi aliquis ipſorum decederet ſine filijs legitimis, & naturalibus, portio ſic decedentis deuenire deberet ad alterum fratrem eiuſque filios pleno iure, et ſine aliqua diminutione. Capitaneus Saracenus deceſſit ſine filijs inſtitutis extraneis hæredibus. Et quia filii D. Ruſtici ſuperſtites petũt ſe immitti in poſſeſſionem bonorum Capitaneo Saraceno in partem obuentorum, ſed Fratres Monaſterij Diui Dominici hæredes prædicti Capitanei Saraceni, prætendunt pactum prædictum eſſe de iure inualidum. Quæritur nunquid filii D. Ruſtici obtinere poſſint. Et prima conſideratione videbatur dicendum ipſis ius non competere.

Primo quia videtur inter dictos fratres actũ, quod
ſuperſtes prædecedenti ſine filiis ſuccedat, & hęres ſit,
quod per conuentionem fieri non potuit, quonia ſunt
tantum certi modi ſuccedẽdi, Vel iure ſanguinis ab in-
teſtato per legem 12. tabularum, Vel per edicta. Vel iu
1 re ſollemnis vltimę voluntatis, † nec reperitur traditus
iſte modus ſuccedendi per conuentionem. Bar. in conſ.
212. nu. 1. Dec. conſ. 225. nu. 5. & conſ. 300. nu. 2. in fin.
Per homines autem ſolo teſtamẽto ſucceſſio defertur,
Viui. in tract. comm. opin. in verſ. Pactum primo, nu. 3.
Nec per diſpoſitionem inter viuos dari poteſt. Pariſ.
2 conſ. 24. nu. 55. li. 2. † Ideo cautum eſt, hęreditatem nec
totam, nec eius quotam pacto dari poſſe, l. hęreditas, C.
de pact. conuent. Dec. in l. licet, in princip. C. de pact.
Cappel. Toloſ. q. 452. Alex. conſ. 83. colum. 2. verſ. nec
obſtat prædictis, lib. 2. Roman. conſ. 293. in princ. Dec.
d. conſil. 300. num. 3. Alexan. conſ. 28. colum. 2. libro 3.
Senat. Pedemont. deciſ. 100. num. 17. & late poſt multos Hieron. Gabriel. conſ. 137. in princip. libr. 1. etiamſi
3 † de fauore filiorum ageretur, l. Pactum quod dotali,
vbi

vbi Doctor.pręſertim Dec.col.fin.C.de pact.& in con
ſil.475.num.26. & ſeqq. Ceph.conſil.44.nu.12.lib.1.
4 & † non ſolum pure immo nec ſub conditione, Rom.
conſil.293.nu.1.

Secundo, quia pactum hoc inducebat votum ca-
ptandæ mortis, & ſi fuiſſet validum, quilibet mortem
alterius deſideraſſet, & forſan procuraſſet, contra c.ne
5 captandæ, de conceſſ.præbend.in ſexto.† ſuſtineri non
poteſt, l.de fideicommiſſo, C.de tranſact. Iaſ.in d.l.pa-
ctum quod dotali, nu.1.& in l.ſtipulatio hoc modo cõ-
cepta, nu.12.ff.de verb.oblig.Fulg.conſil.73. col.2. &
ſeq. Dec.in d.l.pactum, nu.2.Hieron.Butigel.in repet.
d.l.ſtipulatio hoc modo, nume.23. Cappel. Toloſ. d.
6 q.452.† Prout etiam reprobatur, ſtante quòd auſert
etiam liberam teſtandi facultatem; Teneretur enim pa
ciſcens ſi pactum valuiſſet, ei, cui promiſit relinquere.
Bart.conſil.72.nu.1.& conſ.212.Alex.in d.l. ſtipulatio
hoc modo concepta, nu.7.& ibi Dec.nu.45.Ang.con-
7 ſil.179.col.1.quod bonis moribus repugnat, † quibus
conuenit quemlibet ex arbitrio & libere teſtari, & eũ
quem voluerit hæredem facere, iuxta tex.in l.ex eo, C.
de inutil.ſtipu.& in d.l.ſtipulatio hoc modo concepta,
vbi ideo dicunt Soc.iun.num.13.Iaſ.nu.12. Alex. nu-
me.7.Crot.in repet.num.5. & 13.Paul.de Caſtr.in d.l.
pactum quod dotali, nume.1.& ibi Iaſ.num.1.& Bart.
in l.fin.num.11.C.de pact. Gozad. in repet. dictę l.fin.
num.4.Socin.iun. conſil.44. num.30. lib.2. & Fulgoſ.
8 conſil.73.colum.2.& 3.† Propterea ſtatutum eſt pacta
de futura ſucceſſione nullam inducere obligationem
neque etiam oaturalem, d.l. ſtipulatio. Paul. de Caſtr.
in dicta l.pactum quod dotali, num.1.& Iaſ.in princip.
Senat.Pedemont.deciſ.100.num.18.ſed omnino repro
bari, l.pactum quod dotali, vbi Bar.Salic.Iaſ.& alij, &
l.licet, C.de pact.l.ex eo. C.de inutil. ſtipul. gloſ.in l.Si
quando, in ver. Prægrauari, C.de inoffic.teſtam. Doct.
omnes in l.fin.C.de pact.vbi Bart. num.11. & Cagnol.
in repet.num.116.Durant.de art.teſtan.tit.2. caut.10.
Cephal.d.conſil.44.num.12.lib.1.Dec.conſil.578. nu
me.4.& ſequent.Franc.Viui.in tract.commu.opin. in
verſic. pactum per aliquos, nu.1.& ſeqq. vbi teſtatur
hanc opinionem ab omnibus approbari. Alexand. qui
pariter commun.dicit in conſil.28.colum.2.& ſeq. li.
3.Boer.q.355. Senat. Pedemont. dicta deciſ.100. per
totam. Bero.coosil.30.lib.3.Simo.de Pret.conſil.123.
9 Quæ† cõcluſio procedit non ſolum in pacto de vniuer
ſa hæreditate, ſed etiam de eius quota. Ea quidem ra-
tio quòd hæreditas pacto dari non poſſit, quæ in hære
ditate procedit, pariter militat in eius quota, §.1. In-
ſtit.de codicil. Crot. in repet. d.l. ſtipulatio hoc modo
concepta, num.85. Crauet.conſ.19.num.7.lib.1. Hie-
ronym.Gabr.conſil.137.col.1.& 2. lib.1.& bonis mo-
ribus repugnat hæreditatem, & ſucceſſionem pro par
te in pactum deduci, ſicut ſi de rota ageretur, vt habe-
tur per Doctor.in locis ſuperius adductis, & not. Bar.
in conſil.212. Ideo eiſdem rationibus reprobatur hu-
iuſmodi pactum de parte hæreditatis, iuxta textum
clarum in dicta l. pactum quod dotali, qui de pacto
quotæ hæreditatis loquitur, & non de vniuerſa, vt not.
ibi Dec.in 2.limitat.Alexan.in dicta l.fin.num.4. C.de
pact.Petr.de Ancb.& Imol.in rubr.extr.de teſtam.Pa
riſ.conſil.26.num.111.lib.2.Ceph.coosil.44. num.12.
lib.1.Socin.iun.conſ.44.num.12.& ſeq.lib.2.Dec.con
ſil.613.num.2.& conſ.300. nume.3. & Crauet. dicto
conſ.16.nu.7.

Tertio, etſi pactum huiuſmodi non eſſet de futura
vniuerſali ſucceſſione, nec de quota hæreditatis, ad-
huc tamen redditur ineſficax, quoniam diuidentes
ex illo pacto impediebantur diſponere de bonis diui-
10 ſis, & de illis facultas teſtandi ipſis auferebatur. † Id-
circo eadem ratio ne libera teſtandi facultas auferatur,
militare debet non ſolum quando in totum auſertur
vt dixi, ſed etiam quando reſtringitur, vt not.Sim.de
Pret.conſil.113.nume.22.& 24.vbi poſt Alciat.in d.l.
Pactum, dicit dictum pactũ nec ſuper certis bonis ſub-
ſiſtere, & idem tenere videtur Soc.iun.conſil.44.num.
14.lib.2.quod confirmatur per Ange. in conſil.66.col.
2, verſi. Impeditur, qui per textum in l.ſi quis in princi-
11 pio teſtamenti, ff.de leg.3.dixit † non poſſe aliquem e-
tiam ſuper vna re poteſtatem teſtandi reſtringere, &
eum fuit ſequutus Bero.in conſil.30.numer.22. & ſeq.
li.3.& quod prædicta procedant etiam in pacto rerum
particularium, videtur probari in l.licet, C.de pact.vbi
pactum reciprocum quod quis alterius rebus potiatur,
reprobatur, & dum textus loquitur de rebus, non ha-
bet locum in hæreditate, cum rerum appellatione vni-
uerſalis hæreditas non veniat, iuxta l. fin. ff. de vſu-
fruct.legat.

12 Comprobatur hæc opinio quarto loco ex eo † quod
verba conuentionis non fundantur in perſona promit-
tentis, quia non fuit dictum, Promitto tibi bona mea
poſt mortem, quo caſu inciperet obligatio in perſona
hæredum, iuxta l.1.C.vt act.ab hæred.& contra hære-
dem pactum valeret, ſed verba reſpiciunt bona, quia di
ctum fuit, quod decedente aliquo ſine liberis, portio
deueniat in ſuperſtitem, & conſequenter dicitur pactũ
de futura ſucceſſione, & non valet, vt videtur diſtin-
guere Bartol.conſil.212.num.1.& Dec.in conſil.225.
num.5.& magis clare Curt.iun.in conſil.25. num.7.&
conſil.15.num.3.& ſeqq.lib.1.Simon de Pret.d.conſi.
123.num.10.& ſeqq.Bero.conſil.30.numero 27.& ſe-
quen.lib.3.

Quinto adeo hoc pactum reprobatur, vt licet alias
diſpoſitio etiam inualida iuramento confirmetur, quo
ties peccatum non inducit, & ſeruari poteſt ſine interi
tu ſalutis æternæ, cap.quamuis, de pact.in ſexto, d.c.cũ
13 contingat, & c.licet mulieres, de iureiur.lib.6.† nihilo
minus pactum de futura ſucceſſione iuramento valla-
tum non valet, etiã de iure Canonico. Bar.in conſ.212.
Doct.in d.l.Pactum quod dotali.vbi Paul.de Caſtr.nu.
1.Iaſon ou.2.Salic.num.5.Alex.nume.2.qui comm.te-
ſtatur Dec.num.2.& ſeq.Paul.de Caſt.in d.l.ſtipulatio
hoc modo concepta, num.2.vbi Iaſ.nume.11. aſſerens
hanc eſſe commuoem opinionem tam Legiſtarum quã
Canoniſtarum, & ibidem Alex.in princ. Soc.iun.num.
45.Gozad.in repet.l.fin.C.de pact. num.4. & Cagnol.
in eadem repet.num.22. eandem communem eſſe af-
firmaus, gl.in l.ſi quando, §.Illud, in verb. prægrauari,
C.de inoffic.teſtam.Bal.in l.Pactum, num.6. C.de col-
lat.Fulgoſ.conſ.73.colum.3. Abb.in c.Venerabili, nu-
mer.24.de elect.Soc.iunior qui de magis communi te-
ſtatur in conſ.44.nu.15. & ſeqq. lib.2. Dec.conſ.578.
nume.5. Viui.in ſuis commun.opinio.in verb.Pactum
per aliquos, num.5.Tiraquel.in tract.de iur.primogen.
quæſt.6.princ.numer.18.Alex.pro commun.in d.con-
ſil.28.num.8.lib.3.& magis commun. eſſe oſtendit Se
nat.Pedemont.deciſ.100.num.31.& ſequen.& Simon
de Pretis conſil.123.num.15.Cuius concluſionis ea aſ-
ſertur ratio, nam cum pactum illud auſerens liberam
14 teſtandi facultatem ſit contra bonos mores † & illud
quod eſt contra bonos mores, iuramento non valide-
tur, c.noo eſt obligatorium, de regul.iur.in 6.iuramen-
tum hoc caſu effectum non operatur, vt dicunt allegati
Doctores, præſertim Bartol. in conſ.72. numero 1.&
idem Bart.& Iaſon, Salicet.& Alexand.in d.l.Pactum
quod dotali. Cappell. Toloſ.in deciſ. 452. Tiraquel.in
d.q.6.num.19.Cur.iun.conſil.15.num.2.& ſeq. libr.1.
& Seraph. de Seraph. de priuileg. iuramenti, priuileg.
61.num.12.

Sexto ſi pactum hoc ex prædictis rationibus non in-
15 fringeretur † videretur facta donatio inter dictos diui
dentes,cum nullo iure cogente ad prædictam conuen-
tionem fuerit deuentum,quo caſu donatio reſultat,ar-
gum.l.Donari,ff.de reg.iur. & not. Doctor. in d.l.Pa-
ctum quod dotali,& in l.licet,& in l.fin.C.de pact.Go-
zadin.conſilio 87.numero 9.& Curt.iunior in d.conſi-
16 lio 15.numero 5.verſic.ſecundo.Sed donatio † reddi-
tur inualida,cum in ea non fuerint adhibiti quinque te
ſtes, prout requiruntur in qualibet donatione, & ſine
quinque teſtibus redditur ipſo iure nulla,vt diſponitur
ſtatuto Peruſino rubr.205.libro 3. & cum deficiat ſol-
lemnitas à ſtatuto requiſita iuramentum in inſtrumen
17 to appoſitum nihil operatur,† nam, etſi contractus for
ma ſtatuti non ſeruata ſuſtineatur vigore iuramenti,
iuxta not. per Doctor. in Authent. ſacramenta pube-
rum,vbi Iaſ.numero 84. & ſequent. C.ſi aduerſ.vend.
Alex.conſil.59.per tot.maxime,num.6.lib.1.qui com-
mun.dicit,& magis comm.eſſe teſtatur Hieron.Gabr.
18 in conſil.127.per totum lib.1.Tamen † quando ſtatu-
tum, vt hic,diſponit, quòd inſtrumentum aliter factũ
præſumatur fraudolẽter & ſimulate factum,iuramen-
tum non ſupplet defectum, & contractus inualidus re-
manet ſecundum Bartol.in l.omnes populi,num.24.&
ſequent.ff.de iuſt.& iur.Bald.Paul.de Caſtr.Salicet.&
alios in d.Auth.ſacramenta puberum,Corn.conſ.135.
num.3.& ſeqq.lib.1. late Socin. ſenior conſil.67.nu.2.
& ſeqq.lib.1.

Septimo ſi conuentio illa omni iure ſuſtineretur, eſ-
19 ſet ſaltem reuocabilis, videmus enim in ſimili † quod
quando fauore militum huiuſmodi pacta valent iuxta
l.licet, vbi Doctor. not. C. de pact. præſertim Iaſ. nu-
20 mero 11. Bald.in l.fin.numero 17. C.eodem titul. † ad
libitum per eos reuocari poſſunt; Ioann. de Imol. Ful-
goſ. & Paul. de Caſtr.in d.l.licet, & ibidem Alexand.
numero 5.& Franc. Curt.in repet. numero 17. & ſeq.
Alexand.d.conſil.38. colum.2. rationem reddentes ne
pactum hoc quod militum fauore in vim vltimæ volun
tatis, ſuſtinetur eis noceat, prout vere noceret, ſi ſirre-
21 uocabile eſſet, quod onus & præiudicium afferret. †
Idem igitur videtur dicendum in propoſito,quod ſi pa
ctum hoc à dictis fratribus initum viribus ſubſiſteret,
reuocabile tamen ſit; quod videtur confirmari per tex
tum in l.fi.C.de pact.vbi habetur, quòd qui pacto inter
aliquos facto de ſucceſſione ſuæ hæreditatis vel rerum
ſuarum conſentit,poteſt quandocumque contraueni-
re,cum huiuſmodi conſenſus ſit reuocabilis, & ita in
propoſito per d.l.fin.tenet Bero.conſil.30. num.23. &
25.libro 3.

22 Octauo videtur † quod Filij Domini Ruſtici non
poſſint prætendere ex alio capite valere dictam con-
uentionem niſi in vim donationis cauſa mortis, cum
ibi de morte fiat mentio, prout dicit Curt. iunior in d.
conſilio 15.numero 5.verſiculo ſecundo principaliter,
23 & propterea aut non valeret,† cum de iure communi
quinque teſtes in ea requirantur, l.fin.C.de donat.cau.
mort.not.Doctores in d.l.licet, præſertim Dec.nume-
ro 2.& Alexand. numero 4. dicentes, quòd ſi quinque
teſtes non fuiſſent adhibiti in vim donationis cauſa
mortis,pactum illud reciprocum, de quo in text.d.l.li-
cet,fit mentio,non ſuſtinetur; Aut ſi valeret, reuocari
potuiſſet, donatio enim cauſa mortis eſt de ſui natura
reuocabilis, §.1. Inſt.de donat.cum ſimil.& no. in ter-
minis Curt. iunior in d. conſil.15. numero 5.verſiculo
ſecundo. Sed Capitaneus Saracenus dum fecit teſta-
mentum,reuocauit omnem aliam præcedentem diſpo
ſitionem, quod ſufficere videtur ſecundum Curt. iun.
in d.conſil.15.num.6.Merito in ea fundamentum fieri
non poteſt.

Poſtremo quia in inſtrumẽto diuiſionis adſunt mul-
tæ clauſulæ,præſertim illa,ad habendum,&c. cuius vi
gore diuidentes conceſſerunt ad inuicem faculratem
24 portionem ſuam alienandi, ex ea vel † videtur receſſũ
a dicto pacto,vt in terminis videtur ſentire Bar. in con
ſil.72.nu.3.ver.Reſtat vt videamus. Vel ſaltem intelli-
gitur conceſſa facultas alienandi, ita vt ea ſequuta con
uentio prædicta effectũ non operaretur, ſicut dicimus
25 in ſimili,† quod ſi fratres diuidentes dederunt ad inui
cem facultatem alienandi portionem ſuam, ſequuta a-
lienatione,fideicõmiſſum,cui bona ſubiecta erant, cen
ſetur remiſſum,vt in l.Qui Romæ,§.duo fratres, ff.de
verb.oblig.dixerunt Bar.nu.21.Iaſ.nu.22.& ſeq.Rip.
num.83.Soc.iun.num.127.qui commu.dicit Dec.con
ſil.11.num.7.& Crau.conſil.24.num.7.& ſeqq. libr.1.
Vnde cum Capitaneus Saracenus vſus fuerit dicta li-
centia alienandi,quia in omnibus ſuis bonis vxorem in
vita, & poſt mortem Monaſterium diui Dominici de
Peruſia hæredes vniuerſales inſtituit,per quam inſtitu
tionem alienatio facta cenſetur, cum hæredis inſtitu-
26 tio † appellatione alienationis continetur, quando a-
gitur de alienatione permiſſa,l.ſi quis Prioris,§.certũ,
vbi Bart.& alij, C.de ſecund.nupt.Alex.conſ.189.nu-
mero 11.lib.2.Senat.Pedemon.dec.85.numero 3. Ti-
ber.Decian.conſil.78.num.19.& ſeqq.lib.3.Ideo *filij*
Domini Ruſtici non poſſunt moleſtare *hæredes Capi*
tanei Saraceni,vt in terminis fideicom*miſſi, & diuiſio*
nis ſubſequutæ cum dicta clauſula, Ad habendum,&c.
firmant Socin.ſenior conſil.43.colum.1.libro 4.Pariſ.
conſil.46.num.27.& ſeq.lib.2. Ruin.conſil.144.num.
20.& conſil.152.nume.10. lib.2.Alexand.conſil.189.
numer.11. lib.2. Nec in hoc adeſt aliqua repugnantia,
quoniam intelligi debet conuentio, quod bona diuiſa
ad ſuperuenientes deueniant, quatenus per eorum al-
terum de eis non diſponeretur iuxta poteſtatem ad in-
uicem conceſſam,ideo ſequuta alienatione hæredes vi
dentur tuti.

Verum prædictis non obſtantibus contrarium re-
ſpondendum arbitror ex pluribus.

27 Primo ex regula generali † quod pacta prout *ſunt*
inita ſeruanda ſunt,l.1.in princip.ff.de pact.l.iuriſgen-
tium,§.Prætor ait,ff.eodem tit.Soc.iun.conſil.143.nu
me.32. lib.1. præſertim quando conuentio facta eſt de
28 bonis proprijs † cum quilibet poſſit ſuum patrimoniũ
ad libitum effundere ſeu diſpenſare, niſi lege aliqua in
aliquo caſu reperiatur prohibitum,l.ſi totum,& l.ſi ma
ter tua,C.de reuoc.donat.l.ſi vnquam, cum ibi not.C.
eod.tit.Ang.conſ.179.col.2.in fin. ver. Venio ad deci-
ſionem, & rei ſuę quilibet ſit moderator, & *arbiter*,l.
in re mandata, C.mand.cum ſimil. Et *quia* potuerunt
iſti fratres conuenire,quod altero ſine filijs præmorien
te, illius bona ad alterum ſeu eius filios deuenirent.con
29 uentio † ſeruari debet ab hæredibus Capitanei Sarace
ni, iuxta not.per Philipp.Port.in cõſ.36.nu.8. & ſeqq.
30 cum † hæres non ſolum factũ defuncti impugnare non
poſſit,l.Cũ a matre, C.de rei vendic.l.ſiue poſſeſſio.C.
31 de euict.l.venditrici, C.de reb.alie.non alien.† ſed etiã
ad eius obſeruantiam,& approbationem teneatur,l.1.
cum ibi not.C.ſi cert.pet.Affli. dec.285. num.11.Soc.
iun.conſ.107.nu.56.lib.3.Menoc.conſ.89.num.36.&
ſeq.lib.1. Maxime quando (vt hic) contrahentes pro
ſe & hæredibus promiſerunt, iuxta not.per Abb. & a-
lios in c.Veritatis,de iureiur.

Confirmatur hæc opinio ex eo quod pactum fuit
factum non de vniuerſali ſucceſſione, ſeu de hæredi-
tate, ſed de bonis ſtabilibus tantum, quæ fuerunt
tunc diuiſa, & in partem ipſis fratribus obuenerunt,
quod pactum non eſt de hæreditate: hæreditas enim
eſt nomen iuris aptum omnia comprehendere, l. hæ-
redi-

reditas. ff. de verbor. ſignificat. Gozadin. conſilio 87.
32 numer. 17. & conuentio † hæc facta ſuper certis bonis,
non dicitur facta de hæreditate, cum verba conuen-
tionis ad hæredem ſeu hæreditatem non adaptentur,
nec facta fuerit ſub nomine hæreditatis, vt dicit Bar-
tol. in l. fin. in lectu. antiq. colum. fin. verſic. Nam pro-
mittens. C. de pact. diſpoſitio enim facta de certis bo-
nis non comprehendit hæreditatem, quæ augeri po-
teſt ex nouiter quærendis ſecundum Oldrad. conſilio
139. colum. 2. verſicu. Præterea. cum igitur dictum pa-
ctum non ſit factum de hæreditate ſeu ſucceſſione vni-
33 uerſali, ſed de bonis certis & particularibus, † validiſſi
mum eſt, licet ſi eſſet de hæreditate vniuerſali vel eius
quota, aliud dici poſſet. Doct. in l. fi. C. de pact. vbi Sali
cet. num. 5. Alex. nume. 3. qui magis communiter hanc
opinionem approbari teſtatur, & ibi Cagno. in repetit.
num. 116. Dec. in l. Pactum quod dotali. num. 10. verſic.
2. limita. C. eodem titu. Crot. in repetit. l. ſtipulatio hoc
modo concepta. num. 100. ff. de verbo. obligat. Paul. de
Caſtr. conſil. 328. in princ. lib. 1. Apoſtill. ad Alexand.
in conſil. 83. in littera A. lib. 2. Dec. conſil. 613. num. 2.
verſic. & iſta concluſio. & melius in conſil. 225. num. 4.
verſic. concludendo. Tobi. Noni. conſil. 43. numer. 2. &
ſequentib. Gozad. conſil. 87. num. 17. Crauet. conſ. 19.
num. 7. li. 1. Viui. in ſuis commun. opin. in verb. pactum
per aliquos. num. 8. Fran. Zurzar. in tracta. comm. opin.
in ver. pactum. commu. opin. 83. Tiraquell. de iur. pri-
mogen. quæſt. 6. prin. num. 13. Alex. conſil. 28. col. 3. nu.
7. & ſeqq. libr. 3. & nume. 11. Pariſ. conſil. 24. nu. 56. &
ſeq. lib. 2. conſ. 72. nu. 16. & ſeq. lib. 4. & latiſſimè conſ.
26. num. 81. & ſeqq. multis. lib. 2. Ruin. conſil. 126. nu-
me. 3. & ſeq. lib. 1. Iaſ. inter conſil. Brun. conſil. 8. num.
34. conſil. 9. num. 10. & ſeqq. & conſil. 173. nu. 4. lib. 4.
Curt. iun. conſil. 1. nume. 16. lib. 1. & conſil. 81. num. 4.
lib. 2. Philipp. Port. conſil. 36. num. 9. & ſeqq. & conſil.
80. numer. 8. & ſeqq. vbi magis communiter hanc opi-
nionem receptam eſſe teſtatur. & Torniel. inter conſil.
Port. conſil. 81. num. 8. & ſeq. Menoch. conſil. 1. nume.
149. & 150. aſſerens ita omnes tenere, lib. 1. Hierony.
Gabriel. conſil. 137. nume. 16. & ſeq. multis. lib. 1. Natt.
conſil. 474. num. 1. & ſeq. lib. 2. Qui omnes vno ore aſ-
firmant valere conuentionem, quod bona deueniant
ad aliquem poſt mortem, dummodo non fiat de vniuer
ſali ſucceſſione vel quota hæreditatis, & ferè omnes te
ſtantur hanc opin. eſſe communem.

Tertio quòd conuentio præfata valuerit & obſer-
uari debeat, oſtenditur, arguendo a remotione ratio-
34 num, in quibus contraria opinio fundatur. † quod ar-
gumentum in propoſito validum eſſe dicit Barto. in l.
fin. num. 11. C. de pact. Deciſ. Pedemont. 100. nume. 3.
verſ. Tertio, & nume. 18. verſ. Quarto, & Menoch. di-
cto conſil. 1. numero 154. Tres quidem rationes impe-
dientes validitatem huius pacti a Docto. conſideran-
tur. Prima, quia inducitur votum captandi mortem.
Secunda, quoniam aufertur libera teſtandi facultas,
& ob id pactum reputatur contra bonos mores. Ter-
tia, nam hæreditas ſeu eius quota pacto dari non po-
teſt. Quæ rationes ceſſant, quando fit conuentio, quod
certa bona prædecedentis deueniant ad ſuperuiuen-
35 tem. Etenim circa primam rationem dicitur † illam
procedere iuxta terminos l. fin. C. de pact. quando fit
pactum de hæreditate tertij abſque eius conſenſu. Eo
quidem caſu habetur ratio voti captandæ mortis, ſed
non attenditur, quando fit pactum ab eis per quorum
mortem ſuperſtitibus bona acquiruntur, quandoqui-
dem fit conuentio conſentiente eo, de cuius bonis agi-
tur, ceſſat præſumptio deſiderij mortis eiuſdem ſaltem
modo prohibito, vt dicit textus in dicta l. fin. vbi Bart.
num. 11. & Salicet. nume. 1. Ang. conſil. 179. colum. 4.
verſ. Nec obſtat. Bart. in l. ſtipulatio hoc modo conce-
pta. num. 5. in fi. ff. de verb. oblig. ſequitur Iaſ. num. 12.
verſ. Nec obſtat. Alexan. num. 7. Socin. iun. num. 45. &
in conſil. 143. nume. 33. lib. 1. Pariſ. conſil. 26. nu. 76. &
114. lib. 2. quoniam voluntas & conſenſus eorũ, de quo
rum bonis agitur, excludit votum captandæ mortis, &
omnem malam ſuſpicionem remouet, Hieron. Cagno.
in repetit. d. l. fin. numer. 45. & ibi Gozadin. in repetit.
nume. 8. & ſeqq. Quod fortius eſt dicendum in occur-
36 renti caſu, in quo † conuentio fuit facta inter fratres,
in quibus minus præſumitur deſiderium mortis alte-
rius, vt poſt Angel. in conſilio 179. dicit Pariſ. in dicto
37 conſil. 26. nume. 114. in fin. † præſertim quoniam pa-
ctum eſt reciprocum, a quo excluditur omnis mala ſu-
ſpicio. Socin. iun. conſil. 143. nume. 34. lib. 1. Iaſ. in con-
ſil. 8. inter conſil. Brun. nume. 41. & Pariſ. in alleg. con-
ſil. 26. numer. 114. in fin. Et licet in animo praui homi-
nis deſiderium mortis alterius omnino non ceſſaret,
id non nocet; nam ſi aliter diceremus, ſubſtitutiones,
donationes, ſeu aliæ diſpoſitiones factæ fauore pri-
mogeniti aut alterius, per quas per mortem vnius bo-
na acquiruntur alijs, eſſent illicitæ & reprobatæ, quod
eſt falſiſſimum. Iccirco quoties voluntas eius, de cu-
ius bonis agitur, concurrit, dicta ratio non attendi-
tur, nec per eam aliqua diſpoſitio infringitur, dum-
modo aliud impedimentum non concurrat, vt conſi-
derant Doctores, & magis clarè Didac. Couar. in ru-
bri. de teſtam. part. 2. numer. 15. verſ. ſed hæc opinio, &
Pariſ. in alleg. conſil. 26. num. 114. in fin. & nume. 115.
Secunda verò ratio remouetur conſiderando eadem
tantum bona contineri in pacto, quæ fuerant tunc
diuiſa, & quòd illud pactum non continebat hæredi-
tatem & ſucceſſionem, nec alia bona mobilia, ſtabi-
lia, & iura ac actiones in diuiſione non incluſa, quæ
diuidentes habebant. Iccirco licet bona diuiſa, purifi-
cata conditione ex pacto ad ſuperuiuentem pertine-
rent, & de eis diſponere non potuerit, nihilominus quia
diſpoſitio fieri poterat de alijs bonis in diuiſione & pa
cto non incluſis, & ex lucro & acquirendis, vt lex præſu
38 mit. l. ſi defunctus. C. de arbitr. tute. † non poteſt dici
ex dicto pacto liberam teſtandi facultatem eſſe ſubla-
tam, poſtquam ex eo non defertur vniuerſalis ſucceſ-
ſio, & de alijs bonis contrahentes teſtari potuerunt, vt
clare dicunt Bart. in l. fin. numer. 11. verſ. ſi vero. C. de
pact. & in dicta l. ſtipulatio hoc modo concepta. nume.
5. Oldrad. conſilio 139. qui in fortioribus terminis lo-
quuntur, Barto. conſil. 72. nume. 1. & Iaſ. in conſil. 173.
nume. 9. & ſeqq. lib. 4. Curt. iun. in conſil. 1. numero 16.
lib. 1. Soc. iun. conſil. 65. numero 46. conſil. 143. numer.
30. lib. 1. Pariſ. conſil. 26. numero 85. 88. & 113. libr. 2.
Hieronym. Gabriel. conſil. 137. nume. 17. lib. 1. & con-
ſequenter ſecundum eos nec pactum contra bonos
mores iudicandum eſt. Et hoc fundamentum ſubſi-
ſtit, ſiue attendatur tempus diuiſionis factæ cum di-
cto pacto, vt ſentit Abb. in conſil. 18. col. 2. verſ. ſed ſo-
lum. part. 1. ex quo etiam illo tempore alia bona habe-
bant, ſiue attendatur tempus mortis Capitanei Sa-
raceni, quod attendum eſſe dicit Simon de Pretis in
conſi. 133. num. 16. & ſeq. Quia pariter Saracenus tem
pore mortis habebat illa eadem bona, quæ habebat
tempore diuiſionis, & multa alia vltra diuiſa, quæ re-
39 manſerunt in eius hæreditate. † Tertia ratio minus
obſtat. Verum quidem eſt hæreditatem ſeu eius quó-
tam pacto dari non poſſe, ſed hoc procedit, quando
hæreditas aut eius quota ſub nomine vniuerſali hære-
ditatis ſeu quotæ in pactum deducitur, ſecus verò ſi
(vt hic) de bonis tantum ſpecificatis fit conuentio, eo
enim caſu conuentio & diſpoſitio facta dicitur de
certis bonis, quam quis facere non prohibetur, iuxta
l. fin.

l.fin. C. vt act.ab hæred. & con.hæred.per quem text.
ita dicunt Oldrad.conſil.139.colum.1. Crot.in repet.
d. l.ſtipulatio hoc modo concepta, numero 100. Tor-
niel.inter conſil.Port.conſil.81.numer.10.& quia non
eſt de futura ſucceſſione,non poteſt dici,quòd pacto hę
reditas ſeu ſucceſſio deferatur contra regulas Iuris. Ia-
ſon in l.fin.numer.7.in 4.limit. C.de pact.& ibi Franc.
Curt.in repet.num.7.in fin. Tobi.Non.in conſi.43.nu.
4.Pariſ.conſil.26.numer.111.lib.2.Menoch.conſil.1.
num.164.lib.1.Hieron.Gabr.conſil.137.num.18.li.1.
40 Cum igitur † rationes omnes,ex quibus ſtatutum fuit,
pactum de futura ſucceſſione non valere, remouean-
tur,quando fit pactum de certis bonis,vt ſupra demon
ſtraui,& firmant Dec.in conſil.225.numero 4. verſic.
Concludendo, & in l.pactum quod dotali,numero 10.
ver.ſecundo limita,C.de pact. Gozad.conſil.87.num.
17.Franc.Zuzar.in ſuis commun.opin. in ver.pactum,
comm.opin.83.num.2.Iaſ.inter conſil. Brun.conſil.8.
num.34.Port.conſ.80.num.7.Natt.conſi.474.num.1.
& ſeq.lib.2.Iaſ.conſil.17.colum.fin.verſi.Tamen,li.3.
ſequitur, quod conuentio inter iſtos fratres inita fir-
ma maneat.

Quarto multo magis erit obſeruanda hæc conuen-
41 tio † cum ſit facta inter fratres (vt creditur) ad conſer
uandum eorum bona paterna in familia,& agnatione,
ne tranſirent ad extraneos,& per talem conuentionem
cōſeruetur legitima ſucceſſio ab inteſtato,quæ ob mor
tem alterius fratris ſine filijs ad ſuperſtitem fratrem
vel eius filios ſpectabat tam de iure Communi Authen.
ceſſante,C.de legit.hæred. quam municipali Ciuitatis
Peruſiæ,vt in lib.2.ſtatut.rubr.45.colum.4.verſic. etſi
caſus. Et quando hæreditas debita eſt ab inteſtato,dici
tur agi de futura ſucceſſione conſeruanda. Ruin.conſi.
26.num.18.ver. Et per hoc, lib.2.Franc.Becci.conſil.
74.nu.17.Quæ iuſtiſſimæ cauſæ & rationes conuentio
ni vires addunt,vt conſiderant Ruin. conſil.126.nu.5.
lib.1.Soc.iun.conſil.143.num.31.lib.1. Pariſ.conſ.26.
numer.93. & ſeqq.lib.2.& fac.not.per Philip. Port.in
conſil.39.num.6.& ſeqq.& idem quando agitur de fu-
tura ſucceſſione conſeruanda poſt Bero. & alios tenet
Franc.Becci.conſil.74.num.16.& ſequen. & magis in
terminis Natt.conſil.474.num.8.lib.2.Prout etiam ro
bur tribuitur pacto ex reciproca cōuentione,quę vtrū-
42 que fratrem reſpiciebat, & onerabat. † Multa enim
propter reciprocum onus ſuſtinentur,quæ per ſe repro
bantur. Paul.de Caſtr. in l.ſi pater puellæ, in fin. C.de
inoffic.teſtam.& ibi Iaſ.Senat. Pedemont. deciſ.100.
num.1.& ſeq.& ita in ſpecie dicunt Iaſ. in conſil.173.
numero 4.verſic.quinto,lib.4.& idem Iaſ.inter conſil.
Brun.conſil.8.num.41.& conſil.9.num.12.& ſeqq. &
Marſil.ſing.333. Et quamuis in l.licet, C. de pact. pa-
ctum etiam reciprocum infringatur, id ibi diſponitur,
quia pactum erat de futura vniuerſali ſucceſſione & hę
reditate,quod non eſt in propoſito. Nec ratio recipro
ci commodi tollitur ex eo, quod Saracenus tunc non
43 habebat filios † quoniam non eſt neceſſaria iſta æqua
litas omnino,dummodo pactū ſit reciprocum. Et quia
Ruſticus,& filij potuiſſent prædecedere ſuperſtite Sa-
raceno,qui bona vigore conuentionis conſequi potuiſ-
ſet,vt in propoſito bene conſiderat Alexand. in conſil.
83.colum.7.ver.Nec illi reſponſioni, libr.2.& Sarace-
nus filios poſtea generare potuiſſet ex vxore,quam ha-
bebat,vel ea defuncta ex alia ſecunda ſuſcipienda. Sed
quia tempore diuiſionis neque Ruſticus filios habebat,
ceſſat omnis difficultas, & pactum coæquum omnino
iudicabitur.

Quinto quoniam contrahentes iure iurando omnia
in inſtrumento diuiſionis contenta obſeruare perpe-
tuo promiſerunt, obligando ſe,& ſuos hęredes,iuramē
44 tum firmitatem contractui attribuit † & quia non ver
git in æternę ſalutis diſpendium,obſeruari debet, licet
conuentio a lege Ciuili improbata eſſet, c.2. de pact.in
ſexto,c.cum contingat,& c.ſi vero, de iureiura.c.licet
mulieres,eod.tit.lib.6.Dec.conſil.31.num.2. Iaſ.inter
conſil. Brun.conſil.9.num.11. & non ſolum iuramen-
tum validat conuentionem reſpectu iurātis, ſed etiam
45 conſiderata perſona hæredis † quia etiam hæres ad iu-
ramenti obſeruantiam tenetur, Feder.de Senis conſil.
281.Ant.de Butr.conſ.60.Corn.conſil.112.li.4.Guid.
pp.q.414.Affl.dec.381.in fin.Pariſ.conſ.54.nume.13.
lib.1.Ang.Imol.Roman.Franc.Aret.& alij in l.qui ſu-
perſtitis, ff. de acquir.hæred.Soc.Fel.Dec.Ruin.& a-
lij relati per Anto.Gabr.in ſuis concl.in tit. de iureiur.
concl.6.num.3.Seraph.de Seraph.de priuileg.iuramen
ti priuileg.57.num.9.& Hieron. Gabr. conſil. 127.nu-
46 me.22.lib.1. † & ita in terminis,quòd quando partes
iurauerunt omnia, & ſingula per eos geſta & promiſſa
perpetuo attendere,& obſeruare,conuentio,de qua ſu
pra confirmetur,validaque reddatur,firmant Bal.in c.
1.§.moribus,numer.2.in tit.ſi de feud.fuer.controu.in
vſibus feud. Dec.qui late eam comprobat,in l.Pactum
quod dotali,num.2. & ſeqq. aſſerens Baldi opinionem
eſſe de Iure veriorem,C.de pact.Aufrer.in addit.ad de
ciſ.Cappel.Toloſ.452.qui dicit pluries ita fuiſſe iudica
tum in conuentionibus factis inter nobiles Aquen.in l.
fin.colum.fin.C.de pact.alios refert. Senat.Pedemont.
dec.100.num.10.& ſeq.verſic.6.Late Soc.iun.conſil.
65.num.46.& ſeqq. & nume.19. & ſeqq.& conſ.143.
num.35.& ſeqq.lib.1.& Menoc.conſil.1.num.167.&
ſeqq.lib.1. qui dicit hanc opinionem de iure veriorem
eſſe,alioſque pro ea adducit. Et quia hoc pactum non
eſt de futura ſucceſſione,ſed fuit facta conuentio ſuper
rebus particularibus,fortius iuramentum effectum ope
rabitur,& ceſſant contraria,licet ſi de pacto futurę ſuc
ceſſionis ageretur, hæc opinio non eſſet tuta, vt conſi-
derant Tob.Non.in conſil.43.num.4. Iaſ.inter conſil.
Brun.conſil.9.numero 11.& Curt.iun.conſil.1.nume.
16.libro 1.

47 Poſtremo † hæc opinio, quòd pactum initum inter
fratres ſeu alios, quo diſpoſitum eſt certa bona decedē
tis ad ſuperſtitem deuenire debere,validum ſit,proba-
tur authoritatibus multorum qui illam fuerunt ſequu-
ti in terminis,de quibus agitur, quam tenuerunt Oldr.
conſil.139.Iaſ.in l. fi.numero 7. verſiculo quarto limi-
ta, C.de pact.& ibi Salicet. numero 9. Franc. Curt.in
repetit.numero 7.verſic.quarto limita. Angel.in l.hæ-
reditarium,ff.de bon.aut.iud. poſſid. & in conſil.179.
colum.2.& ſeqq. Roman. in l. Aquilius Regulus, ff.de
donat.& ibidem Imol.& alij.Iaſ.in l.licet,numero 15.
verſic.ſecundo habes,C.de pact.& in conſil.173.num.
10.verſic.tertio lib.4.& inter conſil.Brun.conſil.8.nu.
26.& conſil.9.num.10.Soc.iun.in l.ſtipulatio hoc mo-
do concepta,numero 90. ff.de verborum obligat.aſſe-
rens ita conſuluiſſe,& fuiſſe iudicatum, & in conſilio
143.numero 26.& ſeqq.libr.1. Alexand.conſil.83.co-
lum.2.numero 6.& ſeqq.lib.2.& colum.6.verſic.Item
etiam tenet,& Apoſtil.ad eum in littera A.Ceph.con-
ſil.301.numero 113.libro 3.Gozad.conſil.87.numero
12.Viui.in ſuis commu.opinio.in verbo.pactum pera-
liquos,numero 12.Tiraquel.de iure primog. quæſt.7.
princ.numero 5.Ruin. conſil.126.per totum, libro 1.
Marſil.ſingul.333.Port.conſil.36.nume.13. Menoch.
conſil.1.numero 161.lib.1. Pariſ.conſil.26. numer.87.
92.& 103.vbi commun.eſſe teſtatur lib.2. In quibus lo
cis multi huius ſententiæ adducuntur. Ex quibus intē-
tio filiorum Domini Ruſtici fundata remanet,& mul-
ta ex eis, quæ in contrarium adducuntur, remouētur.
Et pro clariori reſolutione præſentis conſultationis
om-

omnibus particulariter reſpondetur.
Non obſtat primum argumentum, quia illud remo-
uetur ex adductis ſupra in tertio fundamento huius par
tis in fin. in ver. Tertia ratio.
Similiter tollitur ſecundum: Illud enim procederet
ſi conuentio facta fuiſſet de hęreditate ſeu eius quota,
ita quod eſſet de futura ſucceſſione, ſecus in caſu noſtro
in quo fuit facta conuentio tantum ſuper bonis ſtabili-
bus diuiſis, vt late ſupra dixi in ſecundo & tertio funda
mento huius partis.
48 Minus nocet tertium † quoniam vt ſupra demonſtra
ui, diſpoſitio facta de certis rebus, non tollit liberam te-
ſtandi facultatem, cum remaneat poteſtas diſponendi
de alijs, vt optime declarat Bart. in conſ. 72. num. 1. aſſe
rens tunc haberi in conſideratione, ne tollatur libera te
49 ſtandi facultas quando † tollitur facultas habendi hære
dem quem voluerit, ſecus ſi diſponatur, quod certa
pars bonorum in aliquem deueniat, quia in reliquis po-
terit habere hæredem, quem voluerit, & ita firmant
multi, quos ſupra adduxi in tertio fundamento huius
50 partis, in ver. ſecunda ratio. † & quamuis ſit reſtricta
hæc poteſtas ab bona diuiſa, id non attenditur, nec con
ſideratur, vt tenent Doctor. in dicto tertio fundamen-
to adducti. & magis clare Torniel. inter conſil. Port. 81.
num. 16. Socin. iun. conſil. 65. num. 46. & ſeq. & in con-
ſil. 143. num. 30. & ſequen. libro 1. Crot. in l. omnes po-
puli, col. 4. verſic. Immo non ſolum, ff. de iuſtit. & iure.
Pariſ. conſil. 26. num. 96. & ſequen. num. 103. vbi com-
munem dicit, & num. 113. libro 2. Natta conſil. 474.
num. 2. & ſequen. libro 2. & Menoch. conſil. 1. nu. 166.
verſic. Nec hoc caſu, lib. 1. Et ſi hæc reſtrictio conſide-
rabilis eſſet, ſequeretur, quod donatio omnium bono-
rum vel partis, reſeruatis alijs bonis, de quibus donator
teſtari poſſit, non valeret, ea ratione quia donator de
donatis non poſſet diſponere per teſtamentum. Quod
falſiſſimum eſt, cum vera & receptiſſima ſit omnium
Doctorum concluſio valere donationem omnium bo-
norum, dummodo alia remaneant bona, de quibus te-
ſtari poſſit, vt tenent omnes in l. ſtipulatio hoc modo
concepta, ff. de verbor. obligat. & communiter appro-
batur, vt teſtantur Ruin. conſ. 178. num. 3. lib. 1. Alex.
in l. fin. num. 3. C. de pact. & Iul. Clar. recept. ſentent. §.
donatio. q. 19. verſic. Et ex hac, & verſic. ſeqq. Et ſtan-
te hac concluſione non eſt habenda ratio de eo, quod
dicunt Socin. iun. & Simon de Pretis in locis in contra
rium adductis, quoniam conſuluerunt ipſi in pacto fa-
cto de hæreditate ſeu quota, & licet perſunctoriè alle-
gent Alc. in l. Pactum quod dotali, non tamen firmant
opinionem Alciati, & propterea in contrarium non
51 poſſunt adduci † quoniam Doctoris opinio non appella
tur, quando Doctor perſunctorie aliquid dicit, ſeu ſim-
pliciter alium allegat, ſecundum Fulgoſ. conſi. 102. col.
3. Socin. iun. conſil. 1. num. 143. lib. 1. Tob. Non. conſil.
23. num. 17. & conſ. 48. num. 27. Præterea ſi in iſtis ter-
minis contrarium dicerent, non eſſet de eis habenda ra
tio, & quia Soc. iun. contrarium firmiter tenuit in locis
ſupra proxime pro hac parte adductis, & quia contra-
ria opinio verior eſt, & communiter recepta, vt ex præ
dictis elicitur. Alciat. verò in d. l. Pactum quod dotali,
verſiculo, Quapropter, qui contrarium tenet, videtur
minus rectè loquutus, & contra veram & communem
opinionem, & id, in quo ſe fundat, quod obuentio
bonorum tantum conferatur poſt mortem, non eſt
attendendum, vt oſtendam in reſolutione alterius pro
ximi contrarij. Nec verum eſt quod Ang. conſil. 66. di-
xit non poſſe de re particulari liberam teſtandi facul-
tatem tolli, quoniam ſufficit de alijs rebus teſtari poſſe.
& ipſe Angel. contrarium tenet in conſil. 5. vbi hanc o-
pinionem ſequitur. & ita Angel. reprehendunt Dec. in
conſ. 293. num. 5. & Socin. iun. in dicto conſ. 143. num.
44. verſic. & quod dictum eſt. Natta conſil. 474. num.
2. lib. 2. Pariſ. conſil. 26. num. 107. lib. 2. & Ruin. & Iaſ.
52 à Natt. alleg. † Textus autem in l. ſi quis in principio
teſtamenti, ff. de legat. 3. quem Angel. pro ſua opinio.
adducit, illam non probat, quia loquitur, quando te-
ſtator in teſtamento promiſit non reuocare legatum,
quod reprobatur à iure, cum non poſſit reſtringi pote-
ſtas reuocandi legata etiam particularia, cum vltima
voluntas debeat eſſe reuocabilis non ſolum quoad in-
ſtitutionem, ſed etiam quoad legata. Sed aliud dicen-
dum eſt, quando inter viuos actum eſt quod poſt mor-
tem vnius bona deueniant ad ſuperuiuentes, & ita in
terminis reſpondent Natta in alleg. conſ. 474. num. 3.
libro 2. Pariſ. in dicto conſil. 26. num. 108. & idem ſen-
tit Dec. in dicto conſi. 293. num. 5. Et ex iſtis etiam ap-
paret male ſenſiſſe Bero. in dicto conſil. 30. num. 22. &
ſequen. libro 3. dum ſequitur opinionem Angeli per di-
ctam l. ſi quis in principio teſtamenti, vt etiam aduertit
53 Port. Imol. in conſil. 36. nu. 4. & 15. † Neque etiam no-
cet textus in l. licet, C. de pact. qui loquitur de rebus, &
videtur procedere, licet non agatur de hæreditate ſeu
quota, quia loquitur in pacto vniuerſalis ſucceſſionis,
54 cum † nomine rerum de quo in textu illo, vniuerſalis
ſucceſſio ſignificetur, prout declarant in eadem l. licet,
Bal. nu. 2. & 5. Bar. num. 3. & in lect. antiq. num. 5. Paul.
de Caſt. num. 3. Iaſ. num. 13. Dec. num. 8. Salic. num. 2.
& Franc. Curt. in repetit. nu. 7. Et quamuis rerum ap-
pellatione non veniat vniuerſalis hęreditas, iuxta l. fin.
ff. de vſufruc. leg. id accidit, quando dato vniuerſali hę-
rede fit mentio rerum. Sed aliud eſt in terminis l. licet,
cum ibi fuerit factum pactum quod ſuperſtites de reb.
prædecedentis potiantur, nullo dato vniuerſali, ideo ſi
gnificatur vniuerſalis hæreditas, & ita dictæ l. ſi. reſpon
dent Bar. Bal. & Iaſ. in allegatis locis.
55 Pro reſolutione quartæ obiectionis dicitur, † quod
aut fit conuentio, quod bona ſeu res deueniant ad ali-
quem poſt mortem, ita quod vniuerſalis ſucceſſio ſeu
quota ſucceſſionis & hæreditatis comprehendi poſſit,
ſi fit per verba, obuentionē bonorum tantum reſpicien
tia, ſignificatur ſucceſſio, & non valet rationibus præ-
fatis, & ita loquitur Bartol. in conſil. 212. qui conſuluit
in caſu, in quo fuit dictum, quod res deberent eſſe ſu-
perſtitis, & appellatione rerum, non dato alio hærede
vniuerſali, vniuerſalis hæreditas & ſucceſſio contine-
tur, vt not. Doct. in d. l. licet, & ſupra proximè demon-
ſtraui. & in iſtis terminis intelligendi ſunt Dec. qui ſim
pliciter Bar. refert, Simon de Pret. in alleg. conſ. 123. vt
patet ſub num. 24. Bero. in conſil. 30. lib. 3. ſicut colligi-
tur in eius conſilio, maxime in relatione facti, & Curt.
iun. conſil. 15. libro 1. Qui omnes conſuluerunt non va-
lere pactum, quando fuit facta diſpoſitio bonorum v-
niuerſaliter, quæ vniuerſalem ſucceſſionem amplecti
poterat, moti ea ratione, quia facta cōuentione per ver-
ba denotantia obuentionem bonorum, vniuerſalis ſuc-
ceſſio ſignificatur, & iſte non eſt caſus noſter. Aut vero
fit cōuentio de aliquib. reb. particularib. in quibus non
conſiſtit ſucceſſio, nec in totū, nec per quotā hæredita
tis, prout in caſu noſtro, & tūc valet conuentio quibuſ-
cūque verbis concipiatur, vt habetur in locis ſupra pro
noſtra concluſione adductis, nulla quidem conſtituitur
differentia quādo de particularibus bonis diſponitur,
quomodo verba concipiantur, ſed ſolum attenditur,
an deferatur ſucceſſio, tollaturque libera facultas te-
ſtandi, aut non. Et quod hoc caſu non conſtituatur dif-
ferentia, ſed valeat pactum, licet eius verba reſpiciant
obuentionem certorum bonorum, quando dictum
eſt, quod aliquis in certis bonis ſuccedat, tenēt Tob.
Non. conſil. 43. num. 6. Gozadin. conſilio 87. num. 17.

Cephal.conſil.301.nu.113.lib.3. Viu.in ſuis commun. opin.in verb.pactum per aliquos,nu.8.Pariſ.conſil.72. nu.18.lib.4.& conſ.26.num.85.lib.2.Ruin.conſi.126. num.3.& ſeq.lib.1.Socin.iun.conſil.143.lib.1.in prin. & per totum. Prout etiam quando dicitur, quòd bona deueniant, vel perueniant, vel deferantur ad ſuperuiuentem. Viu.in alleg.loco,num.12.Tiraquel.de iur.primogen.quæſt.6.num.5.Curt.iun.d.conſil.1.in prin. & num.16.Iaſ.conſ.17.col.fin.lib.3.Marſil.ſing.333.Vel quando fuit conuentum, quod aliquis poſt mortem habeat talia bona, aut quòd bona ſint ſuperſtitis, ſicut loquuntur Iaſ.in l.fin.nu.7. in 4.limit. C.de pact. & inter conſil.Brun.conſ.8.num.34. ver.Accedit, & in conſil. 173.nu.4. & 5. lib.4. Soc.iun.in l.ſtipulatio hoc modo concepta,num.90.ff.de verb.oblig.Curt.in repetit.d.l. fin. nu.7. ver.4. limit.& Menoch. conſ.1. nu.136.lib. 1.Et in terminis quòd hæc cõuentio facta de bonis ſtabilibus diuiſis tantum, in quibus vt ſupra demonſtraui, non conſiſtit ſucceſſio nec in tota, nec pro quota hæreditatis valeat, quibuſcumque verbis ſit concepta, & quamuis obuentionem tantum bonorum reſpicerent, firmant Pariſ.conſ.72.num.20.lib.4.& melius in conſ. 26.nu.85.88.99. & 116.& ſeqq. pluribus lib.2. vbi id pluribus auctoritatibus & rationibus probat, & Port. in conſ. 80. nu. 7. aſſerens veriorem & communiorem eſſe ſententiam valere pactum, licet contineat obuentionem bonorum etiam per verbum executiuum collatum in perſonam recipientis, ſi tamen fiat non de vniuerſali ſucceſſione vel etiam particulari per quotas bonorum, ſed de certis rebus vel bonis, eadem diſtinctio videtur approbari per Senat. Pedemont. deciſio. 100. num.25.ver.Nec eſt facienda vis, vbi dicitur conſiderari tantum debere, an ex diſpoſitione tollatur libera facultas teſtandi, & pacto detur hæreditas, & idem firmat Hieronym.Gabriel.in conſil.137. in tertia concluſione, num 16.& ſeqq.& nu.34.ver.valet igitur, lib.1. qui multis auctoritatibus & rationibus hanc diſtin-
56 ctionem probat. Vlterius conſidero † quòd intentio partium principaliter attendi debet, non verba: nam quoties de voluntate conſtat, illa attenditur, non aliter attento verborum ſono, l.fin. C.qui.res pignor. dar. poſſ. Dec.conſ.555.nu.6. & in l.ſemper in ſtipulationibus, num.1.ff.de reg.iur. Pariſ.conſ.5.num.100. & ſeq. libro 4. Sed hic conſtat iſtos fratres voluiſſe bona diuiſa, quæ erant paterna, ob mortem alterius ſine filijs legitimis, & naturalibus deuenire ad ſuperuiuentes ea (vt creditur) ratione, ne ad extraneos deuenirent, ſed in domo & familia conſeruarentur, ideo eorum voluntas debet ſuſtineri eo modo quo poteſt, non attento aliter ſono verborum, vt in fortioribus terminis conſiderant Socin.iun.conſil.143.num.18.lib.1.Tob. Non.conſil. 43.num.6.verſic.Nec vis, & num.8.in fin. Pariſ. dicto conſ.26.nu.118.& ſeqq.& Hieronym.Gabr. d.conſil. 137.nu.18. & ſeq.& nu.22. & ſeq. & ſentit idem Gozad.conſ.87.num.17. Ceſſat inſuper omnis difficultas, quoniam ex clauſulis in inſtrumento diuiſionis appoſitis colligitur contrahentes voluiſſe inter viuos contrahere, pactumque retinere naturam contractus inter viuos, & obligationem oriri ſub conditione, & illa purificata incipere contra hæredes, & ab eis obſeruari, nec voluiſſe illam retinere naturam pacti de ſuccedendo. Quod elicitur primo, quia promiſerunt pro ſe, & ſuis
57 hæredibus, quæ promiſſio † hæredes obligat, & in eos obligationem transfert iuxta not.per Bal.Abb.& alios in c. veritatis, de iureiuran. facit Afflict. deciſ.381. in fine, verſic. Quia vero. Secundo quia obligauerunt expreſſe pro obſeruantia huius conuentioıs bona in partem eis obuenta. Tertio ſtante quòd iurauerunt omnia & ſingula, in dicto inſtrumento diuiſionis con-
58 tenta, perpetuó attendere, & obſeruare, † quæ clauſula facit valere actum per diſpoſitionem inter viuos, & tunc obligationem inducentem, non antem per aliquam diſpoſitionem vltimæ voluntatis, quæ de ſui natura eſt reuocabilis, & ei contrauenıri poteſt, vt conſiderat in his terminis Gozad.conſ.87.nu.9.Senat.Pedemon.deciſ.100.nu.14.Port.Imol.conſ.36. num.41.& ſeq.qui alios allegat, & fac. Rol.a Vall.in conſ.8. n.26.
59 & 32.lib.1. dum reſpondet † donationem non cenſeri factam cauſa mortis, licet de morte ſit facta mentio, quando donator promiſit omnia in inſtrumento contenta obſeruare, & ſe, & hæredes obligauit. Nec ex ver-
60 bis illis † pleno iure & ſine aliqua diminutione, poteſt ſumi coniectura quòd voluerint bona deuenire ad alterum per diſpoſitionem vltimæ voluntatis, quaſi quod cenſeatur prohibita Trebellianica, quæ de diſpoſitionibus inter viuos nõ detrahitur, quoniam hæc intelligentia non poteſt admitti, quando ſumus in diſpoſitionibus inter viuos, & contrahentes huiuſmodi verba protulerunt ad abundantiorem cautelam, vt in fortioribus terminis dicit Ruin.conſ.126.nu.4.in fin.lib.1.& idem ſentit Iaſ.in conſ.173.nu.4.ver.Secundum, lib.4. Quod fortius eſt dicẽdum, quia ex iam dictis manifeſte liquet per actum inter viuos voluiſſe diſponere ſecundum Hier.Gabr.in alleg.conſ.137.num.36.

Quintæ obiectioni occurritur; nam ſupra *oſtenſum* fuit ex ſententia multorum, in quinta *ratione huius* conſultationis adductorum, iuramentum vires huic
61 conuentioni attribuere. † Et quamuis opinio contraria ſit magis communiter recepta, non videtur attendenda, cùm alia videatur verior; quandoquidem contrarium tenentes fundantur in eo, quia pactum de futura ſucceſſione aufert liberam teſtandi facultatem, & eſt contra bonos mores, quod iuramentum non validat, iuxta cap.non eſt obligatorium, de regulis iuris in 6. Cui fundamento reſpondetur, quòd iuramentum non validat illud, quod eſt contra bonos mores de iure canonico, & eſt nutritiuum peccati, vt loquitur text.in d.capit. Non eſt obligatorium. Sed quando aliquid eſt contra bonos mores iuris ciuilis, & *peccatum* aliquod non continet, (prout in caſu *noſtro, in* quo dicitur pactum huiuſmodi eſſe contra bonos mores iuris ciuilis non canonici, nec peccatum in ſe continet) tunc iuramentum confirmationem operatur, vt tenent Doctor. in dicto quinto fundamento pro nobis adducti, & declarant Dec.in d.l. Pactum quod dotali, num.3.& ſequen.& conſil.516.num.6.& ſequen.Soc. iun.conſil.65.num.49.& ſequen.& in conſi.143.num. 35.& ſequen.libro 1.& late poſt alios multos Menoch. conſil.1. num.167.& ſequen. Aretin. *conſil.74.col.4.* num.8.Couar.in rub.de teſtam. par.2.num.15. verſic.
62 ſed hæc opinio. † Præterea, & fortius quia Doctor. in contrarium adducti, loquuntur in pacto de futura ſucceſſione, quod aufert liberam teſtandi facultatem, & eſt contra bonos mores, non nocet in propoſito, quoniam hoc pactum non eſt tale, vt dixi ſupra, ſed validum eſt, & iuramento roboratur, & in iſtis terminis nemo contradicit, ſed res procedit abſque difficultate, vt conſiderant Non. Iaſon & Curt. ſupra in quinto fundamento allegati. Socin. iun. conſil. 143. num.37. verſic.quod tamen, lib.1.& idem ſentit Bart. in d. l.ſtipulatio hoc modo concepta, nume.3. dum dicit, iuramentum non confirmare pactum, quod tollit *liberam* facultatem teſtandi, & votum captandæ mortis inducit: ſecus ſi prædicta ceſſant. Et licet ipſe ponat exemplum in pacto de non ſuccedendo, exempla non reſtringunt, ſed eius diſtinctio omni caſu, quo prædicta remoueantur obſeruabitur.

Sextum vero argumentum tollitur; quoniam

ſtatu-

63 ſtatutum† annullat donationem ſeu ſucceſſionem titulo lucratiuo, quod non habet locum in hac conuentione reciproca inter fratres: Tum quia non eſt donatio, nec eius appellatione venit, cum habeat onus propter reciprocum pactum, ſecundum glo. in l. licet, in verſic. Mortis cauſa, C. de pact. Gozad. conſil. 87. num. 12. donatio enim ſolet afferre emolumentum, ſed hæc afferebat vtrique patri onus, & propterea non eſt donatio. Franc. Curt. in repet. d. l. licet, num. 13. vbi etiam Alex. idem
64 ſentit num. 7. & Salic. in l. fin. num. 9. C. cod. titu. † Sed ſuſtinetur tamquam promiſſio quædam ob honeſtam cauſam factam non in vim donationis, vt in fortioribus terminis firmant Oldrad. conſ. 139. col. 2. ver. Sed contrarium. Io. Andr. in addit. ad Specul. in tit. de inſtr. edit. §. porro, in littera T. prope fin. Alex. conſ. 83. col. 2. ver. & ſubdit, & col. 5. ver. Venio, lib. 2. Ruin. conſil. 126. nu. 4. in fin. & ſeq. lib. 1. Port. in conſ. 1. num. 41. & Soc. iun. in conſ. 65. nu. 51. & 54. in fi. & conſ. 143. nu.
65 47. lib. 1. Tum etiam quia ſi eſſet donatio † ſtatutum, quod loquitur de donatione titulo lucratiuo, non extenditur ad hanc conuentionem onerotam ob reciprocum pactum per quod oneroſa appellatur. glo. in d. l. licet, & ibi. Iaſ. nu. 15. verſic. ſecundo habes, & Alex. num. 4. & Io. Andr. & Curt. in citatis locis. Illa quidem proprie appellatur donatio, quæ non ex alia cauſa fit, quam ex liberalitate, merito non poterit ita appellari hæc, quæ ab altero fuit facta ſub ſpe commodum conſequendi ob prædecedentiam alterius, vt per l. 1. ff. de donat. conſiderat Oldrad. in d. conſ. 139. col. 2. ver. Vnde verſi-
66 mile. Et quamuis † fuerit facta nullo iure cogente & propterea videatur conuenire donationi, argum. l. donari, ff. de reg. iur. argumentum non procedit affirmatiuè, nec omne id intelligitur donatum, quod ius dare non cogit, ſi enim hoc diceretur, ſequeretur, quòd omnes contractus qui a principio ſunt volūtarij, eſſent donationes. Eſt igitur intelligenda dicta regula priuatiuè & negatiuè, quod ſcilicet non ſit donatio, ad quod cogit neceſſitas, vt declarat in terminis Io. Andr. in d. addit. ad Specul. in alleg. §. porro, in littera T. prope fin. verſ.
67 Ad legem donari reſpondetur & c. † Inſuper ſi ob non ſeruatam formam ſtatuti de validitate conuentionis dubitaretur, ob iuramentum preſtitum validatur, cum iuramentum confirmet contractum, etſi forma ſtatuti ſeruata non ſit, vt communiter not. Doct. in Auth. Sacramenta puberum, C. ſi aduer. vendit. Aret. conſil. 22. num. 8. maxime quando vt in caſu noſtro, ſtatutum de iuramento non facit particularem mentionem, vt late oſtendit Barbat. in conſ. 53. col. 4. & ſeq. lib. 4. Pari. conſ. 97. col. 1. lib. 1. & late Hier. Gabr. in conſ. 127. per totum, maxime nu. 16. & ſeqq. lib. 1. In quibus locis clare patet hanc opinionem communiter approbatam
68 eſſe. † Et prædictis non obſtat, dum Bar. in l. omnes populi, quem aliqui ſequuntur, diſtinguendo dicit iuramentum non validare contractum, quando ſtatutum præſumeret illum ſimulatum, quia vltra quod eius diſtinctio non videtur tuta, & multi diſſentiunt, affirmantes, quod quomodocumque verba ſtatuti concipiātur iuramentum confirmationem operatur, vt Barbat. in d. conſil. 53. num. 5. lib. 4. & Parit. conſi. 16. num. 88. & ſeqq. libro 2. qui dicunt Bartoli diſtinctionem communiter damnari. Tamen quia ſtatutum Peruſinum de iuramento mentionem non facit, illa diſtinctio Bartoli non procedit, cum non ſit credendum ſtatuentes voluiſſe iuramenti vires infringere, vt in terminis declarat Iaſ. in dicta Authen. Sacramenta puberum, col. fin. in fin. & idem ſentit Hieronym. Gabriel. in d. conſ. 127. num. 16. dicens iuramentum contractum confirmare, licet non ſit ſeruata forma ſtatuti, & hanc concluſionem nullam prorſus difficultatem habere, quan-

do ſtatutum non loquitur de contractibus iuratis, neque de eis nominatim diſponit, cum in generali ſermone iuratę diſpoſitiones nō contineantur, iuxta not. per Doct. in c. conſtitutus, de reſcript. & per alios ab eo adductos per totum conſilium.

Neque nocet ſeptimum nam, etſi militibus ſit permiſſa reuocatio, id ea ratione accidit, quia diſpoſitio ſuſtinetur eorum fauore in vim vltimæ voluntatis, & retinet eius naturam, ideo reuocari poteſt, ne alias inductum eorum fauore in odium retorqueatur. Quod non procedit in caſu noſtro, in quo conuentio ſuſtinetur non in vim vltimæ voluntatis, ſed in vim contra-
69 ctus, vt dixi, qui eſt irreuocabilis: † Contractus enim licet a principio ſint voluntarij, ex poſt facto efficiuntur neceſſarij, & in eis non eſt locus pœnitentiæ, l. ſicut, C. de actio. & obligat. Crau. conſ. 19. nu. 6. lib. 1. & in terminis poſt Purpur. & alios id declarat Hieronym. Gabriel. in dicto conſ. 137. nu. 30. & propterea poſtquam illi fratres ad inuicem conuenerunt, quòd bona prædecedentis ad ſuperſtites deuenirent, non licuit vni alterius voluntate non accedente, a dictis conuentionibus recedere, vt in ſpecie not. Cephal. conſ. 301. num. 112. lib. 3. & idem ſentit conſ. 26. nu. 77. & ſeq. lib. 2. Quod maxime dicendum eſt, quia partes iureiurando promiſerunt perpetuo omnia obſeruare, nec in aliquo contra
70 uenire † ex quibus conuentio hæc fuit effecta irreuocabilis. Gozad. conſ. 87. nu. 9. Soc. iun. d. conſ. 143. nu. 11. ver. Sed tamen melius conſiderando. Senat. Pedemon. deciſ. 100. nu. 14. & conferunt not. per Tho. Ferret. in caut. 30. firmantem per dictam clauſulam illud quod eſſet reuocabile effici irreuocabile.

71 Accedit etiam † quod conuentio fuit reciproca, quæ ratio ſimiliter illam irreuocabilem reddit, vt in ſimili dicit Marſil. in ſingul. 333. Vlterius ſi reuocari potuiſſet, non nocet, quia non fuit ſufficienter reuocata per clauſulas generales in teſtamento appoſitas cum enim
72 contrahentes † iureiurando ſe obligauerint, opus erat ſpecifica reuocatione, & generalis ad diſpoſitionem iuratam non extenditur, ſecundum Curt. iunior. in conſil. 99. numero 6. & ſequen. libro 2. & Senat. Pedemon. deciſ. 100. numero 14. in fine. Et prædictis non obſtat quod dixit Bero. conſil. 30. num. 25. libro 3. per text. in l. fi. C. de pact. Ea enim ratione conſenſus poteſt renocari in terminis dictæ l. fin. quia ille, de cuius ſucceſſione agebatur non ſe obligauit in aliquo, ſed pactum fuit initum inter alios de hæreditate tertij, cui ille licet conſenſerit, non tamen ſe obligauit. Eſt igitur diuerſa ratio dictæ l. finalis nec ex ea poteſt ad caſum noſtrum inferri.

Octauum remouetur ex iam dictis, ſtante quod hæc conuentio non ſit donatio, & quod dicit Curt. iun. in d. conſ. 15. nu. 5. & ſeq. non repugnat, quoniam caſus, in quo ipſe conſuluit, eſt diuerſus, & ibi non concurrebāt ea, ex quibus oſtendi hanc non eſſe donationem, ſed irreuocabilem conuentionem de ſui natura, & ob clauſulas in inſtrumento appoſitas.

Vltimum fundamentum contraria partis ſubuer-
73 titur, † quoniam Bartol. in dicto conſilio 72. & Doctor. in l. qui Romæ, §. Duo fratres, ff. de verbor. obligat. dicentes per clauſulam, ad habendum & cetera fideicommiſſum cenſeri remiſſum, loquuntur quando prius fideicommiſſum per alios fuit iuductum, & ex interuallo per grauatos ad diuiſionem eſt deuentum. At in propoſito eodem inſtanti fuit facta diuiſio cum dicto pacto & clauſulis, ad habendum, &c. Et ſi diceremus eſſe datam facultatem alienandi in præiudicium pacti præcedentis, induceretur contrarietas, cum non ſtent ſimul, ſed repugnantiam ac contrarietatem contineant, quòd bona diuiſa deueniant ad

ſuperuiuentes, & poſſint per eorũ alterum ad libitum
alienari irreuocabiliter. Ang. in d. §. Duo fratres, q. 5.
& ibi Crot. in repet. q. 8. Soc. ſen. conſil. 43. col. 1. & 2.
lib. 4. Cephal. in conſil. 296. nu. 17. in fine, lib. 2. & Me-
noch. conſil. 87. nu. 29. lib. 1. Non eſt igitur dicendum
5. hanc facultatem alienandi fuiſſe conceſſam in præiudi
cium dicti pacti, & ab eo per ſequentes clauſulas fuiſ-
74 ſe receſſum † quoniam contrarietas & repugnantia e-
uitanda eſt in eodem inſtrumento, c. Inter dilectos, §.
Ceterum, de fide inſtrum. Bart. in l. fin. §. Item quæſi-
tum, nu. 4. ff. de cond. indeb. Dec. in l. vbi repugnantia,
num. 3. ff. de reg. iur. & ibi Cagnol. nu. 4. Ruin. conſil.
109. nu. 9. lib. 1. & in terminis diuiſionis Cephal. d. con
75 ſil. 296. nu. 17. & ſeqq. † Potiſſime, quia ex ſubſequen-
tibus non cenſetur derogatum præcedentibus, niſi id
exprimatur, maxime quando ſumus in eodem actu.
76 Crauet. conſil. 61. num. 2. lib. 1. ſed † poſteriora ſeruan
tur, ſaluis tamen præcedentibus, vt bene poſt alios di
cit Hieron. Gabr. in conſil. 88. nu. 2. & in conſil. 29. nu.
4. lib. 1. & in terminis quod per dictas clauſulas non fit
receſſum à ſimili pacto inito inter fratres, tenet Bar. in
alleg. conſ. 72. col. 3. ver. In contrarium, qui pro nobis
concludit. Vt igitur contrarietas, & repugnantia tol-
lantur & omnia obſeruentur, dicendum eſt partes fe-
ciſſe dictam conuentionem perpetuo obſeruandam,
prout promiſerunt, & dediſſe authoritatem alienandi
bona diuiſa in vita alterius tantum, vel deficiente con-
ditione ita vt reciprocæ conuentioni non præiudice-
tur, ſicut in fortioribus terminis conſiderat Cephal. in
conſi. 371. nu. 19. & ſeqq. & num. 25. in fi. lib. 3. Nec ve
rum eſt concordari contenta in dicto inſtrumento, in-
telligendo pactum locum habere altero decedente ab
inteſtato & ſine filijs, & ſic quatenus non diſpoſuerit
teſtando, quia præterquam quod hoc eſt contra verba
inſtrumenti, in quo quilibet per ſe & ſuos hæredes per-
petuo obſeruare promiſit, redderet etiam dictum pa-
ctum eluſorium, cum ſine eo ab inteſtato alter alteri ſi-
ne filijs decedenti ſucceſſiſſet, & vigore ſtatuti Peruſi-
ni & de iure communi, & propterea intelligi debet vt
ſupra, ne ſit ſuperfluum, contra capit. ſi Papa, de priuil.
cum nullum verbum debeat cenſeri fruſtratorie in in-
ſtrumento appoſitum, late Pariſ. conſil. 26. nu. 122. &
ſeqq. lib. 2. Et hoc puto eſſe clariſſimum.

Excellens Dominus Hieronymus Herculanus Bononienſis Locumtenens Reuerendiſs. Dom. Gubernatoris Peruſiæ, declarauit dictum pactum validum ac obſeruandum eſſe, eiusque vigore immiſit in poſſeſſionem dictorum bonorũ filios Domini Ruſtici anno 1580. die vltima Octobris, Rogato Domino Fuluio Fuſtino notario Peruſino.

ARGVMENTVM.

Prædium pro dote conſignatũ viro pro certa quantitate, numquid ſit propriũ viri, ita vt ſoluto matrimonio non ſit reſtituendum.

SVMMARIVM.

1 *In ſolutum datio facta viro pro dote conſtituit venditionẽ, Fallit quando conſtat expreſſe ſeu tacite contrahentes aliter ſenſiſſe, nu. 2.*

3 *Fundus in ſolutum conſignatus viro deſinit eſſe dotalis. Declaratur, nu. 20.*

4 *Prædium æſtimatum, traditum viro pro dote, cenſetur vẽditum viro.*

Maxime quando pro pecunia prius promiſſa conſignatum fuit, num. 5. & 11.

6 *Prædium conſignatum viro ea æſtimatione, quæ non facit venditionem, ſoluto matrimonio, vxori ſeu eius hæredibus reſtitui debet.*

7 *Prædium conſignatum viro pro ſe, & hæredibus, efficitur proprium viri irreuocabiliter.*

Idem quando viro fuit conceſſa poteſtas illud alienandi, nume. 9.

Vel ſi fuit conſignatum pro parte dotis promiſſæ in pecunia, cuius pars in pecunia ſolutu fuit, nu. 12.

Et etiam quando vir promiſit reſtituere dotem ſibi ſolutam, nec aliquid dixit de prædio, nu. 14.

8 *Succeſſorum quorumcumque appellatione omnes etiam ſingulares ſucceſſores veniunt.*

10 *Dos debetur viro non vxori conſtante matrimonio.*

13 *Dos conſiſtit in pecunia, quando in pecunia fuit promiſſa, & viro conſignatum fuit prędium in ſolutum.*

15 *Vir efficitur dominus irreuocabiliter prædij ſibi traditi in ſolutum pro dote.*

16 *Prædij in ſolutum traditi viro pro dote augmentum, diminutio, & periculum pertines ad virum, & nu. 30.*

17 *Dos reſtitui debet in pecunia vxori non in prædio conſignato in ſolutum viro.*

18 *Verba, in fundum dotalem, appoſita in inſtrumento dationis prædij in ſolutum viro, non accipiuntur proprie, ſed exponuntur, id eſt datum in dotem.*

19 *Dotalis pecunia appellatur etiam illa, quæ effecta eſt viri, & exponitur, id eſt data in dotem.*

20 *Fundus dotalis largo ſumpto vocabulo dicitur etiam fundus traditus viro æſtimatus ea æſtimatione, quæ facit emptionem.*

21 *Fundus conſignatus viro ea æſtimatione, quę facit emptionem, remanet obligatus vxori pro dote.*

Et remanet dotalis in ſubſidium, pro quo rei vendicatione agi poteſt, quando aliunde dos à mulierę haberi non poteſt, nu. 22.

23 *Repugnantia euitanda eſt etiam verba impropriando.*

24 *Verbum nullum ſtare debet ſine effectu aliquid operandi.*

25 *Mutatio voluntatis non præſumitur.*

26 *Fundus ex pecunia dotali pro vxore nõ poteſt acquiri abſque vxoris conſenſu.*

29 *Dotis commutatio de pecunia fundum fieri poteſt, quando copulatiuè concurrunt conſenſus & vtilitas vxoris.*

Conſenſus autem exigitur, conſtante matrimonio, nec eo ſoluto præſtari poteſt, nu. 28.

Vtilitas vero attenditur ſecundum tempus acquiſitionis fundi non aliter attento quòd poſtea euenerit circa augmentum vel diminutionem, nu. 29.

30 *Vxori magis expedit, quòd fundus datus in ſolutum viro, acquiratur viro, & dos conſiſtat in pecunia cum ſeq.*

31 *Periculum fundi dotalis pertinet ad vxorem.*

CONSILIVM XLI.

ILLVSTRISSIMA Domina Conſtantia de Saluiatis, nuptui tradidit Illuſtriſſimo Do. Aſtori de Balionibus Illuſtriſſimam Do. Gineuram filiam cum promiſſione dotis ſcu torum decem millium, de quibus tũc ſoluit ſcuta quattuor millia, & poſtea in ſolutum dedit Illuſtriſſimo Dom. Aſtori pro reſiduo dotis quoddam caſale ſitum in Territorio Vrbis. Et quia ſoluto matrimonio Domina Gineura pro dote repetit ſcuta quattuor millia, & caſale loco ſex millium conſequi intendit ab Illuſtriſſimo Domino Guidone filio & hærede Domini Aſtoris, quæritur an caſale vel potius ſcuta ſex millia in pecunia ſint reſtituenda.

Et

Et dicendum videtur Dominam Gineuram iuſta
1 prætendere † nam etſi quando bona æſtimata in ſolu-
tum pro dote conſignantur viro, in dubio eorum ven-
ditio conſtituatur, iuxta glo. in l. inter virum, C. de iur.
2 dot. locum non habet † quando expreſſe ſeu tacite eli-
citur contrahentes aliter ſenſiſſe, tunc venditio non
inducitur, dicta l. ſi inter virum, & ibi not. omnes Do-
ctor. in l. ex conuentione, C. de pact. Aretin. conſ. 84. co-
lum. 2. Soc. iun. conſil. 141. num. 11. lib. 1. Pariſ. conſil.
81. num. 16. lib. 3. Didac. Couar. pract. q. cap. 28. num.
2. ver. Quarto, in fine. Intelligitur quidem eo caſu fa-
cta ęſtimatio ad alium effectum, vel vt dignoſcatur pro
qua quantitate bona conſignantur viro, vel vt valor rei
probari poſſit, ſi culpa viri res deterior efficiatur. Do-
ctor. in l. ſi æſtimatis, ff. ſoluto matrim. Bald. Salic. & a-
lij in dicta l. ex conuentione, vbi etiam Iaſ. num. 2. Rol.
a Vall. conſil. 92. num. 6. libro 2. Sed de hac voluntate
partium hic conſtat, quia cõſignatio caſalis facta fuit,
vt eſſet fundus dotalis, vt dicitur in inſtrumento, ideo
non poteſt dici æſtimationem ex eo factam, vt vendi-
tionem conſtitueret, ſi contrahẽtes voluerunt fundum
3 eſſe dotalem † quandoquidem æſtimatio venditionem
facit in totum deſinit eſſe fundus dotalis. Ioan. de Imo.
in d. l. ſi æſtimatis, ver. Item attende, & ceteri ſequun-
tur. Cum igitur partes non ſolum tacitè ſed expreſ-
ſe voluerint ex datione in ſolutum venditionem non
conſtitui, caſale videtur reſtituendum Dominæ Gi-
neuræ.

Ceterum prædictis non obſtantibus, contrarium re
ſpondendum arbitror ex pluribus.

Primo quia caſale datum fuit æſtimatum pretio
4 ſcutorum ſex millium † & quoties prædiũ æſtimatum
traditur, cenſetur venditum, breui enim manu fingitur
virum pecunias recepiſſe, & illas pro emptione prædij
reſtituiſſe, glo. in l. inter virum, C. de iur. dot. Rom. in l.
æſtimatis, nu. 13. & ibi Imol. nu. 3. ff. ſol. matrim. Iaſ. in
l. ex conuentione, nu. 2. C. de pact. Rube. Alex. conſil. 5.
nu. 2. Bero. conſ. 63. nu. 5. in fin. lib. 3. Alex. conſ. 56. col.
2. lib. 6. Pariſ. conſ. 81. nu. 10. lib. 3. Tob. Non. conſ. 52.
nu. 10. Soc. ſen. qui dicit glo. opinionem communiter re
ceptam in conſ. 69. nu. 15. lib. 4. Boer. deciſ. 327. nu. 10.
& ſeq. Soc. iun. conſ. 118. nu. 10. lib. 3. Couar. d. c. 28. nu.
4. Rol. à Vall. conſ. 92. nu. 9. lib. 2.

5 Secundo † quoniam dos fuit promiſſa in pecunia,
& pro parte dotis caſale in ſolutum fuit Domino Aſto
ri conſignatum, fortius hæc datio in ſolutum venditio-
nem conſtituit, & facit, quòd res non dotalis ſed viri
propria efficiatur, l. ſi prædium, C. de euict. facit l. ele-
ganter, in fi. ff. de pign. act. Pariſ. conſ. 81. nu. 32. & ſeq.
lib. 2. & in his terminis Soc. ſen. Bero. & Tob. Non. in
allegatis locis. Cor. conſ. 92. col. 3. lib. 4. Nat. conſ. 650.
nu. 3. ver. Tertio, lib. 4. Franc. Bec. conſ. 42. nu. 5. & late
multa congerens Ceph. in conſ. 351. nu. 13. & ſeqq. lib.
3. Præſertim quia datio in ſolutum facta fuit per duos
annos poſt promiſſionem dotis, vt poſt Bar. Rui. Pariſ.
& alios firmat Soc. iun. in d. conſ. 118. nu. 9.

6 Tertio † quando ea æſtimatione, quæ venditionem
non conſtituit, datur prædium, illud ſoluto matrimo-
nio vxori ſeu eiuſdem hæredibus reſtitui debet, nec pę-
nes hæredes viri remanet d. l. Vni. C. de rei vxor. actio.
7 & tot. titul. de fund. dotal. † ſed quia caſale fuit datum
in ſolutum D. Aſtori, ſtipulanti pro ſe, & ſuis hæredib.
probatur manifeſte fuiſſe cõſignatum viro, vt eius pro-
prium irreuocabiliter efficeretur. Nam ſi ſoluto matri
monio reſtitui debuiſſet, nihil erat, cur pro ſuis hæredi-
bus vir reciperet, cum matrimonio ſoluto mulieri ſeu
mulieris hæredib. non autem hæredibus viri reſtitui de
buiſſet, & ita in his terminis not. Corn. conſ. 172. col. 3.
ver. tamen his, & col. 4. ver. Idcirco, lib. 1. Purpur. in l.
Ex conuentione, nu. 37. C. de pact. Franc. Bec. conſ. 42.
nu. 7. & 8. Natt. d. conſ. 650. nu. 2. ver. Secundo.

Quarto quia Domino Aſtori fuit data facultas di-
ſponendi de caſali, illudque alienandi, vt conſtat ex
clauſula, ad habendum &c. quæ hanc facultatem alie-
nandi importat, ſecundum Bart. in l. qui Romæ, §. duo
fratres, in 8. q. princ. ff. de verbor. oblig. quem ibi Doct.
communiter ſequuntur. Ac etiam quia fuit Domino
Aſtori conceſſum pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus
8 quibuſcumque † & appellatione ſucceſſorum iuncto
verbo, quibuſcumque, omnes etiam ſingulares ſucceſ-
ſores veniunt, etſi quando ſimpliciter de hæredibus
eſt facta mentio, dubitari poſſit. Abb. in conſil. 3. in 3.
dubio, lib. 2. Grat. conſil. 35. num. 4. & ſeq. libro 1. quos
refert & ſequitur Ant. Gabriel. in ſuis concluſ. in tit. de
verbor. ſignific. concluſ. 4. nu. 4. Alex. conſil. 193. col. 1.
9 & 2. lib. 2. Rim. iun. conſil. 59. num. 46. & ſeq. lib. 1. † ſe-
quitur fuiſſe ita datum, vt efficeretur irreuocabiliter
viri, nec eſſet fundus dotalis. Nam cum dotalis fun-
dus a viro nullo modo alienari poſſit, tot. titul. de fund.
dotal. & vir illum alienet ſolum, quando ex æſtimatio-
ne fuit effectus viri, l. ſi æſtimatis, vbi Rom. Imol. & a-
lij, ff. ſolut. matrim. data poteſtate alienandi non poteſt
dotalis iudicari. Bero. conſ. 63. nu. 11. lib. 3. Tob. Non.
conſ. 52. num. 4.

Quinto ſtante quod à principio dos in ſumma de-
cem millium fuerat conſtituta, & datio in ſolutum fa-
cta fuit in exceptione præcedentis promiſſionis pro ſa-
10 tisfactione crediti Domini Aſtoris, quia ipſi † & non v-
xori dos debita erat, conſtante matrimonio, l. ſi pro te,
C. de dot. promiſ. Cor. conſ. 170. nu. 1. lib. 4. Non eſt di-
cendum voluiſſe dotem conſiſtentem in pecunia muta
re in fundum, hoc enim ſaperet nouationem, quæ non
11 præſumitur niſi expreſſe fiat, l. fi. C. de nouat. † propte-
rea fateri oportet dationem in ſolutum factam pro ſa-
tisfactione dicti crediti conſtituiſſe emptionem, vt late
oſtendit Cephal. d. conſ. 351. num. 23. & ſeqq. lib. 3.

Sexto quia dos fuit promiſſa in forma ſcutorum de-
cem millium, quorũ quattuor millia in pecunia fuerunt
12 ſoluta, † ſi daremus caſale eſſe dotale, dos diuerſo iure
conſideraretur, quod dicẽdum non eſt, ſecundum Soc.
ſen. conſ. 57. nu. 8. ver. Cum ergo, lib. 1. Rub. Alexan. d.
conſ. 5. nu. 3. Tob. Non. d. conſ. 52. num. 7.

Septimo ceſſare videtur omnis difficultas ex promiſ
ſione Domino Aſtoris de reſtituendo dotem dictorum
ſcutorum decem millium ſibi ſolutam, quæ promiſſio
ad ſummam tantum refertur, vt indicant clara verba
13 inſtrumenti † & quia in dicta quantitate & non in bo-
nis dos conſiſtebat, ſtante prima promiſſione & conſi-
gnatione bonorum æſtimatorum, Bald. in l. quoties, in
fi. C. de iur. dot. Corn. conſ. 160. nu. 1. lib. 4. & conſi. 15.
nu. 4. & 5. ver. Ex quo, lib. 2. Fran. Crem. ſing. 19. Alex.
conſ. 79. num. 3. lib. 5. Socin. ſen. d. conſi. 69. col. 3. lib. 4.
14 Vnde † quia promiſit dotem ſcutorum decem millium
reſtituere, & nihil dixit de bonis datis in ſolutum, ſequi
tur bona fuiſſe in ſolutũ data ex æſtimatione, quæ ven-
ditionem fecit, non autem vt vxoris eſſent, vt dicunt
Nat. in d. conſ. 650. nu. 4. & nu. 11. ver. Quas quidem.
Couar. d. c. 28. nu. 4. in fi. Rub. Alex. conſ. 5. nu. 2. & ſeq.
& nu. 6. Tob. Non. conſ. 52. per totum. Rol. à Val. con-
ſil. 92. nu. 15. lib. 2. Fran. conſ. 42. nu. 9. & ſeq. & nu. 23.
verſic. Poſtremo.

Cum igitur ex datione in ſolutũ iudicetur facta ven-
15 ditio caſalis, † D. Aſtor eiuſdem dominus irreuocabili-
ter effectus fuit, l. quoties, & ibi Bal. C. de iur. dot. l. ſi æ-
ſtimatis, & ibi omnes not. ff. ſolut. matrim. Afflict. de-
16 ciſ. 270. nu. 2. Rolan. à Vall. conſ. 92. nu. 11. lib. 2. † Au-
gumentumque & diminutio ad eum ſpectabat, l. cum
17 dotem, C. de iure dot. & in caſu dotis † reſtituendæ,

non caſale, ſed pretium reſtitui debet, dicta l. Quoties,
& l. cum dotem, & ibi Doct. Alexan. conſ. 56. num. 1.
lib. 6. Socin. ſen. d. conſ. 57. num. 6. verſic. Septimus ca-
ſus, lib. 1. Corn. conſ. 5. num. 4. & ſeq. ver. ſed licet, lib.
2. & conſ. 137. col. 1. ver. Ad euidentiam, lib. 1. Rui. con
ſil. 134. num. 5. lib. 4. & alij ſupra adducti. Et propterea
Domina Gineura illud vendicare non poteſt.

Nec prædictis obſtant verba illa, in fundum dota-
lem, in quibus omnis difficultas huiuſmodi conſulta-
tionis conſiſtit; Quoniam ſtante quòd ex alijs vt præ-
mittitur, conſtet dationem in ſolutum fuiſſe factam
18 ea æſtimatione, quæ emptionem conſtituit; † ver-
ba illa, in fundum dotalem, non accipiuntur proprie,
prout intelligitur fundus dotalis: ſed ita interpretan-
tur, dedit caſale in ſolutum, & pagamentum, & in fun
dum dotalem, id eſt datum in dotem, prout vere fuit
conceſſum pro ſatisfactione dotis, non tamen quòd
dos in eo conſiſteret, & eſſet vxoris, vt in ſimili caſu
conſiderat Cephal. in d. conſ. 351. nu. 37. & ſeq. lib. 3.
pro cuius opinione bene facit textus in l. ex pecunia
19 dotali, C. de iur. dot. † vbi appellatur pecunia dota-
lis etiam illa, quæ eſt effecta viri, & verbum, dotalis, in-
terpretatur, id eſt data in dotem, vt dicit ibi Bald. nu-
me. 1. verſiculo, In textu. Præterea, verba illa non repu-
gnant prædictis, quia non fuit dictum, in fundum do-
20 talem vxoris, ſed ſimpliciter in fundum dotalem, † &
fundus dotalis appellatur etiam ille, qui viro tradi-
tur æſtimatus ea æſtimatione, quæ emptionem faciat,
large ſumpto vocabulo, licet proprie fundus dotalis
inæſtimatus appelletur, vt habetur in textu in l. in re-
bus dotalibus, C. de iure dot. iuncta glo. & ibidem Sa-
licet. num. 1. & 2. qui poſt glo. dicit legem illam loqui
de ea æſtimatione, quæ emptionem facit, vt ibi etiam
Bald. num. 11. & Angel. num. 1. large enim appellatur
fundus dotalis ab effectu, & quoad quædam talis eſt.
21 Tum † quia remanet obligatus vxori pro dote, Rube.
Alexand. dicto conſil. 5. num. 3. Couar. dicto cap. 28.
num. 8. Socin. ſenior conſil. 224. num. 1. lib. 2. Rolan. di
cto conſ. 92. num. 24. lib. 2. Tum etiam quia datur pro
22 ſatisfactione dotis, dicta l. ex pecunia, & ibi Bal. † Pro-
ut etiam dotalis eſt in ſubſidium, & pro eo rei ven-
dicatione agi poteſt, & quando aliunde dos à muliere
haberi non poteſt, d. l. ex pecunia. Bero. conſ. 165. num.
42. libro 2. Couar. vbi ſupra. Quare verba illa non al-
terant naturam dationis in ſolutum, nec operantur
quòd bona data in ſolutum non ſint effecta viri, ſtan-
tibus iam dictis, & prout in terminis oſtendit Corne.
conſil. 137. col. 1. verſic. Nec obſtat, libro 1. quem ſe-
quitur Cionus, conſil. 27. num. 10. lib. 2. & idem ſentit
Cephal. in dicto conſil. 351. num. 37. & ſeqq. Et ſi ali-
23 ter diceretur, maxima reſultaret repugnantia, † quæ
euitanda eſt etiam verba impropriando, l. vbi repu-
gnantia, & ibi Dec. num. 2. ff. de regul. iur. Corn. conſil.
119. num. 6. lib. 3. cum ſimil. & verba illa in ſolutum,
& alia, pro hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque
& clauſula, Ad habendum, &c. redderentur ſuperflua,
24 quod non eſt dicendum † cum nullum verbum ſtare de
beat ſine effectu aliquid operandi, cap. ſi Papa, de pri-
uileg. Bald. in rubr. C. de contrahen. empt. Pariſ. conſil.
21. num. 58. libro 4. & induceretur mutatio voluntatis
commutando dotem, a principio conſiſtentem in pe-
25 cunia, in fundum, † & mutatio voluntatis non præſu-
mitur, c. cum morte, de celebrat. miſſæ, l. eum qui, ff. de
probat. l. cum hic ſtatus, in princ. & §. 1. ff. de donat. in-
ter vir. & vxor. cum alijs allegatis per Cephal. d. con-
ſil. 531. nume. 25. Præterea ſi poſſet dici contrahentes
voluiſſe conſtituere fundum dotalem pro vxore, id
non releuaret, cum eo tempore Domina Gineura non
conſenſerit; cum enim dos a principio eſſet conſtitu-
26 ta in quantitate, † non potuit ex ea fundus pro vxore
acquiri ſine vxoris conſenſu, l. Ex pecunia. & ibi Bal.
nu. 4. & Salic. C. de iur. dot. Corn. conſ. 170. nu. 1. lib. 4.
vbi loquitur, etiam ſi eſſet facta ſtipulatio nomine vxo
ris. Bero. conſil. 165. nu. 41. & ſeq. lib. 2. & not. Grat.
reſponſ. 149. num. 8. & ſeq. lib. 2. Natt. conſ. 650. nu-
me. 10. lib. 4. Socin. ſenior d. conſil. 224. nu. 1. lib. 2.
27 † Solum quidem de iure commutatio dotis de pecu-
nia in fundum permittitur, quando ita conuentũ eſt
inter coniuges, vxoris conſenſus adeſt, & eiuſdem vti-
litas concurrit, l. ſi mulier dotis, & l. cum maritus, ff. de
pact. dotal. l. ita conſtante. & l. ſeq. ff. de iur. dot. Bald.
Nouel. in tract. de dot. par. 7. princ. priuil. 1. col. 3. verſ.
ſi autem. Pariſ. conſ. 128. nu. 2. li. 1. & conſenſus vxoris
& vtilitas copulatiue exiguntur, & vno deficiente cõ-
mutatio non ſubſiſtit, vt not. Soc. iun. conſil. 118. n. 11.
& ſeq. lib. 3. Sed hic non conſtat de conſenſu, quia Do
mina Gineura numquam conſenſit conſtante matri-
28 monio. † Et licet nunc conſentiat, non releuat, cum
conſenſus præſtari debuiſſet eo tempore, quo actus ge-
ri poterat, nempe conſtante matrimonio, cum eo ſolu-
to, fundus dotalis non conſtituatur, & conſequenter,
nec ratificari põt eiuſdem conſtitutio per ſolum virũ
prius facta, vt oſtendit Grat. in conſ. 149. nu. 8. & ſeqq.
& nu. 15. lib. 2. Et minus apparet de vtilitate mulieris,
29 inſpecto tempore dationis in ſolutũ, † *quod hoc caſu*
erat attendendum, non attento quod *poſtea euenerit*
circa augmentum vel diminutionem *ſecundum* Bald.
Nouel. in d. priuil. 1. nu. 7. & facit textus in d. l. ita con-
30 ſtante. † Immo præſumptio exoritur, quod acquiſitio
fundi tunc fuerit Dominæ Gineuræ præiudicialis: ma
gis enim illi expediebat dotem conſiſtentem in pecu-
nia habere, & quòd bona efficerentur viri, vt eorum
periculum ad ipſum ſpectaret, l. plerumque. & l. ſi res
æſtimatæ, ff. de iur. dot. Bar. in l. ſi de certo, §. Nunc vi-
dendum, nu. 4. ff. commod. Roland. à Val. conſ. 92. nu.
10. lib. 2. Cum euenire potuiſſet, quòd abſque viri cul-
pa ex qualitate temporis vel alijs de cauſis efficerẽtur
31 deteriora, vel perirent, † & ſi bona fuiſſent vxoris præ
dicta damno vxoris ceſſiſſent non viri, gloſ. & *Salic. in*
l. inter virum, C. de iur. dot. Couar. qui commun. dicit
in d. c. 28. nu. 3. verſic. 1. & verſic. Hinc etiam, quare
maior vtilitas conſiderari poteſt, quòd dos conſiſteret
in pecunia, quæ nec diminui, nec perire poterat, &
pro eius conſecutione non ſolum vxori competebat a-
ctio perſonalis contra virum, & eius bona obligata e-
rant, ſed etiam mulier bona in ſolutum data hypothe-
cata habebat pro ſua dote, d. l. in rebus dotalibus. & ſu
pra dixi; quam ſi fuiſſet in bonis commutata, quæ &
diminui & caſmate perire poterant, vt *in propoſito*
conſiderant Bald. Nouel. in d. priuileg. 1. num. 3. verſ. ſi
autem. Rub. Alex. conſ. 5. num. 2. Couar. d. c. 28. nu. 7.
verſ. ſed dic. & Cephal. in conſ. 351. num. 33. & ſeq. &
num. 43. lib. 3. Merito deficientibus non ſolum conſen
ſu vxoris, ſed etiam eius vtilitate, ſine dubio conueni-
ri non potuit, quòd fundus eſſet dotalis, & propterea
ſtantibus prædictis, hæres Illuſtriſſimi Domini Aſto-
ris ad reſtitutionem dotis in ſumma decem millium
tantùm tenetur, nec ad aliud cogi poteſt.

*Vt audiui, partes deuenerunt ad concordiam, nec cauſa
aliter per ſententiam fuit terminata.*

ARGVMENTVM.

Donatio facta à minore cum iuramento nũquid valeat. Seu ſi fuit læſus, in integrum reſtituatur. Et ſi homicidium cõmiſerit, an reſcindatur,

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta à minore eſt ipſo iure nulla.*
Nec conſenſu curatoris ſeu iudicis decreto confirmatur. num. 2.
3 *Donationem factam contra iuris regulas validam eſſe, onus id probandi incumbit aſſerenti.*
4 *Donatio quę eſt ipſo iure nulla, non confirmatur iuramento. Declaratur num. 18. cum ſeqq.*
5 *Minor, qui donauit enormiſſime læſus, in integrum reſtitui debet, obtenta abſolutione à iuramento.*
Declaratur num. 24.
6 *Reſtitutionis in integrum beneficium tranſit ad hæredes minoris & etiam in fiſcum.*
7 *Donatio facta parum ante commiſſum homicidium, præſumitur fraudulenta, & non valet. Sed declaratur nu. 35. cum ſeq.*
8 *Donatarius vigore donationis inualida non poteſt impedire fiſcum quin poſſeſſionem bonorum donatorum per delinquentem conſequatur.*
9 *Iuramentum minoris obligat ad eius obſeruantiam.*
Et contractum de iure nullum confirmat. num. 10. & 18.
Etiam ſi immobilia alienet. num. 11.
Et quomodocumque minor contrahat. num. 12.
Et quamuis contraxerit ſine curatore quem habebat. numero 13.
Et ſollemnitates à iure communi ſeu ſtatuto requiſitas omiſerit, num. 14.
15 *Iuramentum facit minorem maiorem.*
16 *Donatio etiam omnium bonorum facta à minore cum iuramento confirmatur ac valida redditur & num. 19.*
17 *Iuramenti vinculum reſpectu periurij non tranſit in hæredem, ſed bene tranſit eius virtus ac vinculum, vt per hæredem ſeruari debeat.*
20 *Iuramentum impuberis non confirmat contractum ab eo geſtum ſed iuramentum puberis illum confirmat.*
21 *Iuramentum minoris non confirmat contractum ab eo geſtum, quando errore ductus contraxit, ſeu ignorauit ſe eſſe minorem.*
21 *Contractus geſtus non ſeruata forma ſtatuti confirmatur iuramento.*
23 *Læſio in contractu donationis non conſideratur.*
24 *Minor qui donauit purè & non correſpectiuè ad aliquid, non reſtituitur in integrum ratione læſionis, ſecus ſi donauit correſpectiue ad aliquid, quod donatarius dedit ſeu promiſit.*
Limitatur quando minor donauit cum iuramento, quo caſu à benefitio reſtitutionis in integrum excluditur. Sed ſi donauit ſine iuramento, ob enormiſſimam læſionem reſtituitur, num. 25. & 27.
26 *Minor qui iurauit eſt maior per fictionem.*
28 *Minor qui donauit ſeu renunciauit cum iuramento, reſtituitur ob læſionem obtenta abſolutione à iuramento, quādo dolo ſeu ignorantia ad donandum ſeu renunciandum fuit inductus, & num. 32.*
29 *Dolus ſcienti & volenti non infertur.*
30 *Abſolutio à iuramento non conceditur ob læſionem minori donanti.*
31 *Abſolutio à iuramento conceſſa minori remouet tantum periculum periurij, ſed non tollit vinculum iuramenti reſpectu obſeruantiæ contractus.*
33 *Reſtitutio in integrum ſi non erat concedenda minori, non conceditur fiſco ſeu alteri, qui in eius locum ſucceſſit.*
34 *Reſtitutio in integrum regulariter denegatur fiſco pro bonorum publicatione.*
35 *Contractus geſtus ab eo, qui parum poſt contraxit homicidium, infringitur, ſi antea præcedebat cauſa, ob quā fuit commiſſum delictum. Sed ſi tempore donationis non præcedebat cauſa delinquendi, vel delictum poſt donationem commiſſum non fuit incontinenti, valet, & nu. 36.*
37 *Conſtituti clauſula transfert veram poſſeſſionem.*
38 *Poſſeſſio realis acquiritur & retinetur per locationem & recognitionem coloni.*
38 *Fiſco non acquiritur poſſeſſio per ſententiā condemnatoriā cum publicatione bonorum abſque eius apprehenſione.*
40 *Fiſcus non poteſt priuare ſeu moleſtare de facto tertium in ſua poſſeſſione.*

CONSILIVM XLII.

DOMINVS Vbaldinus de Beccutis omnia bona ſua donauit donatione irreuocabili inter viuos iuramento vallata Do. Franciſcæ de Monte Sperello eius matri; Et poſt aliquod tēpus caſuale homicidium commiſit, cuius occaſione eius bona publicata fuerunt. Et quoniam fiſcus prætendit conſequi debere etiam bona donata, quod negat dicta Domina Franciſca donataria, per Do. Iudicem ad fiſci fauorem infraſcripta adducuntur.

Et primo, quòd Dom. Vbaldinus tempore factæ
1 donationis erat minor ætatis 25. † donatio à minore
facta eſt ipſo iure nulla, & à lege improbata, l. fi. §. Cū
2 autem, C. ſi maior. fact. alien. rat. hab. † Nec conſenſu
curatoris & iudicis decreto confirmatur. Bald. in l. 1.
C. ſi aduer. dona. Pau. de Caſt. in l. 2. C. eo. tit. Bar. Bal.
Salicet. & alij in d. l. fin. Ruin. conſil. 214. num. 5. lib. 1.
Socin. iun. conſil. 8. num. 4. lib. 1. Narr. conſil. 173. per
totum lib. 1. Crauet. in reſpon. pro genero, num. 421.
& poſt alios multos Octauian. Simoncel. in tract. de
decret. lib. 1. tit. 2. de donat. in ſpec. 1. num. 1. vbi de
3 communi teſtatur, † & quia regulariter donatio prædicta nulla redditur Domina Franciſca, quæ contra
iuris regulas in hac donatione ſe fundat, probare debet illam eſſe validam, aliàs ea iuuari non poteſt. Tiraq. in l. ſi vnquam, in verſ. donatione largitus, nu. 87.
& ſeq. C. de reuoc. donar.

Secundo dicitur, quòd licet Dominus Vbaldinus
iureiurando ſe obligauerit ad obſeruantiam dona-
4 tionis, donatio ipſa † quæ erat ipſo iure nulla, iuramento confirmari non potuit, ſecundum Abb. in conſil. 107. lib. 2. Menoch. conſil. 29. lib. 1. & Ceph. conſil.
446. nu. 31. & ſeqq. lib. 4 qui alios allegant, ſtante maxime ſtatuto Peruſino lib. 2. rub. 29. quod obligationem minoris infringere videtur, ſi forma in eo expreſſe ſeruata non fuerit.

5 Tertio ſi mero iure contractus valuiſſet † dicitur
fuiſſe concedendam in integrum reſtitutionem d. D.
Vbaldino minori, qui enormiſſimè ex donatione omnium bonorū læſus fuit, præuia tamen abſolutione à
iuramento, vt volunt Salic. & alij in l. 1. C. ſi aduerſ.
dona. Abb. d. conſ. 107. nu. 7. Soc. ſen. conſ. 118. nu. 17.
li. 1. Pet. de Anch. conſ. 68. incip. Cōtra donationem.
Ceph. d. conſ. 446. nu. 42. & ſeq. lib. 4. & Sforz. Odd.
de reſt. in integ. p. 2. q. 55. art. 2. nu. 21. cum ſeqq. & re
6 ſtōnis † beneficium, quod D. Vbaldino cōpetebat, ex
eius perſona competere fiſco, qui ei ſucceſſit, cū illud
ad hæredes tranſeat, l. non ſolum, vbi Bal. & alij not.
ff. de in integ. reſtit. Soc. iun. conſil. 67. nu. 28. lib. 2.

Quarto eo magis donatio infringitur, cū parum
poſt donationem D. Vbaldinus homicidium commi
7 ſerit † ex qua temporis modicitate donatio fraudulē
ta præſumitur, l. poſt contractum, vbi Bart. & ceteri
communiter, ff. de donat.

Et ſtante nullitate dictæ donationis, ſeu qđ illa re
8 ſolui & reſcindi poſſit, † aſſeritur nō poſſe Dominam

Franciſcam impedire, quia fiſcus bonorum donato-
rum poſſeſſionem conſequatur, cum poſſeſſio non ſit
penes donatariam, præſertim quoniam annullato cō
tractu res remanet in ſtatu prout erat ante eius cele-
brationem, ad quod allegatur Abb. in eod. conſ. 107.

Quibus tamen dubitationibus non obſtantibus,
cenſeo dictam donationē adeo iure ſubſiſtere, vt nul-
lo remedio infringi poſſit. Ad quod dicendū moueor.
Quoniā Dominus Vbaldinus maior annis 14. & mi-
nor 25. iuramento donationem confirmauit, promi-
ſitque illam non reuocare, nec ei contrauenire aliqua
9 ratione vel cauſa † quod iuramentum inuiolabiliter
eſt obſeruandum, Auth. Sacramenta puberum. & ibi
Doct. communiter, C. ſi aduer. vendit. & non ſolum
10 obligat minorem ad eius obſeruantiam, † immo con
tractum de iure nullum à minore cum iuramento ge
ſtum confirmat, ac validum reddit. Bar. in d. Authen.
num. 3. vbi Iaſ. nu. 45. in fin. & ſeq. de comm. teſtatur.
Abb. qui pariter communem dicit in cap. cum contin
gat, num. 8. ver. Conclude, de iureiur. Soc. ſen. conſil.
80. num. 10. & conſil. 115. num. 7. lib. 1. & Marcus An
tonius Eugenius conſ. 3. nu. 6. cum ſeqq. lib. 1. etiam
11 quando † immobilia alienat. Bal. in l. nulla, col. fi. ver.
Quæro quædam puella, C. de iure dot. Dec. conſil. 31.
num. 2. verſi. Et hoc etiam. Mandel. de Alba conſil. 11.
12 nu. 4. † Et quomodocumque minor contrahat, vt ha-
betur in dictis locis, & not. Pau. de Caſt. in d. Authen.
nu. 7. & Iaſ. nu. 33. Operaturque huiuſmodi iuramen
13 tum confirmationem contractus à minore geſti † etiā
quando curatorem habet, & ſine eo contrahit. Ceph.
conſil. 403. num. 24. & ſeqq. lib. 3. Alex. in l. ſi curato-
rem, num. 10. C. de in integr. reſtit. minor. Crauet. pro
communi conſ. 7. num. 16. lib. 1. Hieron. Gabr. conſil.
127. num. 8. lib. 1. Eugenius dicto conſil. 3. nu. 13. aſſe-
rens ita omnes tenere, & Corn. qui pariter communē
14 dicit in repetit. dictæ Authen. num. 9. † & quamuis a-
liæ ſollemnitates à iure communi vel ſtatuto requiſi
tæ omittantur, Doct. communiter in dicta Auth. Sa
cramenta puberum, & in dicto c. cum contingat, de
iureiuran. Aret. conſ. 22. nu. 8. Pariſ. qui alios multos
citat, & de communi teſtatur in conſil. 97. num. 1. &
ſeqq. multis, libro 1 Hieron. Gabriel. dicto conſ. 127.
nu. 16. & conſ. 13. num. 2. & ſeq. lib. 1. & poſt alios mul-
tos hanc opinionem communem & in practica ſerua
ri teſtatur Octau. Simoncell. in dicto tract. de decr.
lib. 3. tit. 8. inſpect. 18. nu. 137. & eamdem opinionem
tenet etiam Cephal. conſ. 403. num. 26. libro 3. Cuius
15 concluſionis ea eſt ratio, † quoniam iuramentum mi
norem maiorem conſtituit, & ob iuramentum de mi-
nore ſicut de maiore iudicatur. glo. & Doct. in d. Au-
then. Sacramenta puberum, & in l. 2. C. de reſcin. vēd.
Bal. in c. 1. §. item ſacramenta, num. 6. C. de pact. iur.
firm. in vſib. feud. Dec. conſ. 682. nu. 17. Corn. in repet.
d. Auth nu. 9. Cur. in ead. reper. nu. 12. & communiter
hanc opinionem approbari teſtantur Nat. conſ. 531.
nu. 8. lib. 3. Ceph. conſ. 207. nu. 7. lib. 2. & poſt eos ac a-
lios Octau. Simoncel. in d. inſpect. 18. nu. 138. & Sera-
phin. de Seraph. de priuil. iuram. priuil. 83. nu. 2.

Cum igitur Dominus Vbaldinus minor valide cū
iuramento contrahere potuerit, donatio ab eo facta
valida redditur, nam etſi minor donare non poſſit ēt
cum decreto & curatoris auctoritate, d. l. fin. §. cum
autem, C. ſi maior fact. alienat. rat. habuer. & ſupra
16 dixi † ſi cum iuramento donationem confirmauerit,
validiſſima redditur, quamuis ſit facta donatio om-
nium bonorum, vt probat text. clarus in c. in præſen-
tia, de probat. & ibi not Doct. præſertim Felin. nu. 8.
Alex. conſ. 125. nu. 3. ver. Sed præmiſſis, lib. 1. Soc. ſen.
conſ. 279. in prin. Mandel. de Alba conſ. 11. num. 3. &
probat text. in d. Auth. Sacramenta puberum, qui lo-
cum habet in omni diſpoſitione minoris, & etiam in
donatione, quæ à minori facta cum iuramento confir
matur. Doct. communiter in d. Auth. vbi Franc. Curt.
in repet. num. 44. & de communi teſtantur Dec. conſ.
432. col. 2. verſic. Secundo quæritur. Cephal conſil. 61.
num. 19. lib. 1. & conſ. 334. num. 3. & ſeq. lib. 3. Octau.
Simoncel. in tract. de decret. libro 1. tit. 2. de donat. in-
ſpect. 1. num. 14. & lib. 3. tit. 8. inſpect. 18. num. 141. An-
ton. Gabriel. in ſuis concluſ. in tit. de donat. conclu. 5.
nu. 5. Hieron. Gab. in d. conſ. 127. num. 8. qui tot alias
adducunt auctoritates, vt de neceſſitate fateri opor-
teat hanc opinionem eſſe communiter receptam, &
in iudicando ſequendam.

Et quia vt ex iam dictis apparet, donatio in præiu
diciū Domini Vbaldini donantis valida erat ipſeque
promiſſioni iuratæ contrauenire non poterat, ſerua-
ri debet etiam à fiſco ſucceſſore, cū in fiſcum plus iu-
ris transferri non potuerit, quam haberet Dominus
17 Vbaldinus, cui fiſcus ſucceſſit, iut. vulg. † & etiā quia
licet vinculum iuramēti ad hæredem & ſucceſſorem
non tranſeat reſpectu periurij, tamen quoad obſeruā
tiam iuramenti eius vinculum ac virtus etiam in hæ-
redem & ſucceſſorem tranſit, ita vt ſi auctor ei contra
uenire non poterat, nec etiam poſſit eiuſdem hæres
& ſucceſſor. Abb. in d. c. cum contingat, num. 8. verſic.
Vult ergo. Soc. iun. conſil. 67. nu. 35. & ſeq. lib. 2. Gabr.
in d. conſil. 127. num. 21. & ſeq.

Nec obſtant ea, quæ ſupra pro contraria parte in
fauorem fiſci fuerunt adducta, quoniam primum ob-
iectum ſatis ex iam dictis remouetur, cum ex inſpe-
ctione inſtrumenti iuratæ donationis clarè eiuſdem
validitas probetur.

18 Nec reſiſtit ſecundū, quandoquidem † nullitas ex
alio non reſultat quam ob minorem ætatem, iuramē-
tum contractum minoris etiam ipſo iure nullum con
firmat, in eoque procedit diſpoſitio dictæ Authen. Sa-
cramenta puberum, ſecundum communem, de qua te
ſtantur Fran. Cur. in repet. num. 27. 32. & ſeq. Igneus
in repetit. num. 2. & ſeqq. Franc. Becc. conſ. 100. nu. 9.
& ſeq. vbi Aret. Corn. Crauet. Tiraquel. & quamplu-
19 res alios allegat. & in terminis † quòd donatio facta
à minore, quæ regulariter eſt ipſo iure nulla, accedēte
iuramento validiſſima ſit, & iuramento confirmetur,
tenent Felin. in d. c. in præſentia, num. 8. Soc. ſen. conſ.
279. nu. 1. lib. 2. & alij omnes ſupra pro hac parte ad-
ducti. Nec nocent Abb. Menoch. & Cephal. in contra
rium allegati, quoniam Abb. in dicto conſil. 107. non
dicit donationem iuramento non confirmari, immo
id concedit ſub nu. 2. ſed dicit, concedendam eſſe ab-
ſolutionem à iuramento ob læſionem, de qua inferius
dicetur, Menoch. verò in alleg. conſ. 29. loquitur in di
uerſis terminis. In caſu enim ſuo, vt dicit num. 36. &
ſeqq. donatio fuerat facta non à pubere, ſed ab impu-
20 bere † in quo non militat diſpoſitio Authenticæ Sa-
cramenta puberum, quoniam Doct. communiter cō-
cludunt iuramentum non confirmare cōtractum pu-
pilli, ſed validare tantum contractum adulti, glo. in
dicta Auth. Sacramenta puberum, in verb. puberum,
Pariſ. conſil 99. num. 17. lib. 1. Alex. pro communi in l.
qui iuraſſe, ff. de iureiur. Curt. iun. conſ. 53. col. 2. lib. 2.
Card. conſ. 92. col. pen. in fin. Ang. & Paul. de Caſtr. in
dicta l. Qui iuraſſe. Simoncel. in dicto trac. de decret.
lib. 3. tit. 8. inſpect. 18. num. 164. Anton. Gabriel. in
ſuis concluſ. in tit. de minor. conclu. 5. nu. 39. Vlterius
in caſu, in quo conſuluit Menoch. minor donauit ſi-
ne decreto iudicis & conſenſu curatoris ea falſa cau-
ſa, & donatio fuit metu celebrata, quæ omnia ceſſant
in propoſito, cum donatio fuerit facta à pubere cum
decre-

decreto Iudicis & conſenſu curatoris, nõ ex falſa cã,
& abſque metu, merito auctoritas Menochij in caſu
noſtro obeſſe non poteſt. Cephalus autem in citato
conſil. 466.nu.31.& ſeqq. loquitur in diuerſis termi-
21 nis, videlicet in minore, † qui ignorabat ſe eſſe mino
rem, & ob eius ignorantiam non videbatur voluiſſe
renunciare beneficio minoris ætatis, quod ſibi com-
petebat. Ideo ſecundum eum iuramentum nihil ope
rabitur, vt dicit nu.31. & ſeqq. cuius opinio concur-
rente errore, & ignorantia minoris bene procedere
poſſet, vt poſt multos aduertit Octau. Simoncel. in di
cta inſpectio.18.nu.176.& nu.181.& melius nu.205.
ad hoc enim vt iuramentum operetur in contractu
minoris, opus eſt ꝙ minor contrahat tãquam minor,
ſecus ſi contraxit vt maior, vel ſimpliciter, vt in caſu
Cephali. Prӕterea in caſu ſuo donatio erat nulla ob
ſtante ſtatuto Perrumoli, & quia minor cõtraxit nul-
la adhibita ſollemnitate de iure requiſita, & ex his
ipſe mouetur, vt patet à num.36. vſque ad nu.48. quæ
omnia ceſſant in propoſito, cum donauerit Do. Vbal
dinus cum decreto Iudicis, conſenſu curatoris, & ſer
uata forma ſtatuti, & tamquam minor, & conſequen
ter in contrarium allegati in diuerſis terminis lo-
quentes non nocent; Et ſi aliud dicerent, de eis non
eſſet curandum, cum receptiſſima ſit Doctorum ſen-
tentia iuramentum confirmare donationem factam
à minore. Neque aliquid facit allegatum ſtatutum
Peruſinum, quoniam omnia ab eo requiſita fue-
runt adhibita: etenim ſtatutum annullat contra-
ctum minoris abſque curatore, nec vlterius progre-
ditur, & in caſu noſtro curatoris conſenſus interue-
nit. Et quatenus etiam non eſſet ſeruata forma ſta
22 tuti, adhuc ſubſiſteret donatio propter † iuramentũ
cum ſtatuti diſpoſitio non comprehendat neque cõ-
prehendere poſſit contractum iuratum, ſed ſtatuto
non obſtante propter iuramentum contractus vali-
dus redditur, licet eius forma ſeruata non fuiſſet, ut
late probant Barb. conſi 53.col.4.& ſeqq. lib.4. Aret.
conſil.22.nu.8. Pariſ. conſil.97.col.1.lib.1. & in termi
nis huius ſtatuti Peruſini Hieron. Gabr. in d. conſil.
127. per totum lib.1. qui latiſſime rationibus, & au-
ctoritatibus multis hanc opinionem confirmat.

Tertiæ obiectioni reſpondetur, quòd præſuppoſita
validitate donationis, non poteſt Dominus Vbaldi-
nus ob læſionem in integrũ reſtitui, neque ei abſolu-
tio à iuramento concedi, quoniam Dominus Vbaldi
nus mere & pure donatione irreuocabili inter viuos
23 bona ſua donauit matri, † & in cõtractu donationis
non conſideratur neque attenditur læſio, cum dona-
tio procedat ex mera liberalitate, & ſemper qui do-
nat, læditur, aliàs omnis donatio reuocaretur, & ſic
prohiberetur liberalitas exerceri. Idcirco quoties cõ
ſtat de mera voluntate donantis, quòd vere voluerit
donare, læſio non conſideratur nec attenditur. Abb.
in d.cap. Cum contingat, num.23. verſ. & hoc verum,
de iureiur. Crauet. in conſil.144 nu.101. & ſeq. & con
ſil.160.nu.1.lib.1. late Corn. conſ.36. nume.7. & ſeq.
lib.1. Marcus Antonius Eugenius conſil. 3. nume. 51.
cum ſeqq. & num.63. vbi teſtatur de communi lib.1.
Franc. Becc. conſil.58. num.6. & ſeq. Curt. iun. con-
24 ſil.141.nu.2.lib.2. Nec † prætextu læſionis reſtitui po
teſt, quando eſt donatio ſimplex, & pura, licet ſi dona
tio non eſſet mera ac ſimplex, ſed correſpectiua ad a-
liquid, quod daretur vel promitteretur per donata-
rium, cuius reſpectu fieret donatio, aliud dici poſſet,
nã quando donatarius aliquid dat, facit ſeu promit
tit, & ob id ad donationem deuenitur, ſtante læſione
reſtitutio in integrũ conceditur, quia tunc non dici-
tur proprie donatio, ſed conſiderato effectu, potius
innominatus contractus appellatur, ſed aliud di-
cendum eſt, quando donatio eſt mera & pura, & non cor
reſpectiua, prout eſt donatio, de qua agitur; vt inter
vnum caſum & alium diſtinguendo declarãt Bar. in
conſil.90.nu.2. Didac. Couar. in c. quamuis, de pact.
in relect.3.par.§.2.nu.6. Corn. conſil.259. nume.12.
col.pen.ver. Nec obſtat quod dictũ c. quamuis, lib.4.
Curt. iun. dicto conſil.141.nu.2.& 14.lib.2. Et in iſtis
terminis puto intelligendum eſſe Sforz. Odd. in d. ar
tic.2.n.12. cum ſeqq. qui dicit minorem ob enormiſſi
mam læſionem reſtituendum eſſe, motus ex adductis
per Curt. iun. in d. conſil.141.num.5.

Et prædictis non obſtant adducta in dicto tertio
25 argumento. † Verum quidem eſt minorem ſimplici-
ter immoderate donantem aduerſus donationẽ ob
enormiſſimam læſionẽ reſtitui, licet maior non reſti-
tueretur, ſed procedũt prædicta, quãdo donauit ſine
iuro, & ita procedunt not. in d.l.1.C. ſi aduerſ. don. Et
in iſtis terminis loquitur Anchar. in d. conſ.68. licet
ipſe col.3. ver. non obſtat. et videatur concludere pro
validitate donationis, & ꝙ non competat reſtitutio,
quando donatio eſt facta coniuncto, prout eſt facta
illa, de qua agitur. Et in donatione non iurata loqui
tur ẽt Soc. ſen. in d. conſil.112.nu.17. lib.1. At quando
minor donat cum iuramẽto, ceſſat reſtitutio ſicut in
maiore, vt cõſiderat Bal. in l.1.C. ſi aduerſ. vendit. &
ceteri ſequũtur, quę opinio regulariter communiter
approbatur, vt teſtatur Oddus in dicto articulo 2.
nu.19 ea ratione: quia ſi minor iurauit, non fit eo ca-
ſu aliqua differentia inter minorem & maiorem, ſe-
cundum Paul. de Caſtr. in dicta l.1. C. ſi aduer. vend.
26 aſſerentem † quòd licet non ſit vere maior, eſt tamẽ
ficte, & ſufficere ſecundum eum, ne detur reſtitutio, ſi
cut ſi vere maior eſſet, & confirmatur per Dec. con-
ſil.682.nu.17.& Octau. Simoncel. in dicta inſpectio-
ne 18. nu.138. & per alios ſupra adductos. Ac etiam
quia minor contrahens cum iuramento, iudicis de-
creto, & conſenſu curatoris amittit beneficium reſti-
tutionis, quod per iuramentum aufertur. Igneus qui
de communi teſtatur in repetit. dictæ Authen. Sacra-
menta puberum, nu.3. & ſeq. & propterea ſicut ma-
ior donans non reſtituitur, quia in donõne non con-
ſideratur læſio, idem dicendum eſt de minore donan
te cum iuramento, cuius vigore cõſideratur tanquã
27 maior ex iam dictis, † & in terminis quòd minor qui
donauit cum iuramento, licet fuerit læſus non reſti-
tuatur in integrum, ſi donatio eſt pura, & non corre-
ſpectiua ad aliquid quod ſibi datur vel promittitur;
tenent Socin. iun. conſ.67. num.23. & ſeq. & num.32.
& ſeq. lib.2. Alexan. qui de communi teſtatur in con-
ſil.125.nu.6. in fi. & num.8. verſic. & ſi diceretur, lib.1.
Petr. de Anchar. conſil.434. incip. poſtquam iſta Do-
mina col. penul. & fin. Socin. ſenior qui pariter com-
munẽ dicit conſil.279.num.1.lib.2. Ceph. conſil.134.
num.3.& ſeq. lib.1. Menoch. dicto conſil.29.num.8. li-
cet ipſe inferius ex alijs contrarium dicat, quæ tamen
non nocent, vt ſupra dixi, & late poſt multos Hieron.
Gabriel. in fortioribus terminis in dicto conſil.127.
num.29. ver. Quartus caſus. Minus nocet Abb. in di-
cto conſil.107. quoniam ipſe expreſſe admittit non
eſſe concedendam reſtitutionem ob læſionem ſtante
iuramento, & durante eius vinculo, ſed tantum dicit
minorem reſtitui debere, obtẽta prius abſolutione à
iuramento, per quam abſolutionem, obſtaculum iu-
28 ramenti remoueatur. † Dicitque in caſu ſuo abſolu-
tionem eſſe concedendam ex eo, quòd filia minor fue
rat inducta dolo ad renunciandum cum iuramento,
& eius affines adhibiti ad præſtandum conſenſum
iuxta formã ſtatuti in præſentia patris, in cuius com
modum

Et reuocatio ſit ipſo iure abſque aliqua declaratione, nu. 6.
7 *Donatio habet tacitam conditionem, ſi liberi non naſcantur donatori.*
8 *Donatio inofficioſa reuocatur,*
9 *Donatio facta extranea maioris partis bonorum eſt inofficioſa re & conſilio, & reuocatur. Declaratur nume. 22. cum ſeqq.*
10 *Diſponere de rebus ſuis ad libitum quilibet poteſt.*
21 *Pater de bonis ſuis diſponere poteſt in præiudicium filiorum etiam ea in mare proijciendo.*
Dummodo filio relinquat legitimam, nu. 20.
12 *Donatio reuocatur per ſuperuenientiam filiorum ex tacita donantis voluntate, quia præſumitur, quòd ſi pater de filijs cogitaſſet, non donaſſet.*
13 *Donatio non reuocatur per ſuperuenientiam filiorum, quando pater de eis cogitauit.*
Vt quia ex verbis expreſſis in inſtrumento donationis de filijs cogitatum appareat, nu. 14.
Aut de eis facta fuit mentio diſpoſitiuè, vel ſecundũ alios, quomodocumque filij in inſtrumento donationis nominentur, nu. 15.
16 *Donatio non reuocatur superuenientia liberorum quando donans eis natis ſuperuixit, nec contradixit.*
17 *Teſtamentum rumpitur natiuitate poſthumi, nec ſuſtinetur per clauſulam codicillarem.*
Limitatur non procedere, quando natis liberis teſtator ſuperuixit, & teſtamentum non reuocauit, nu. 18.
19 *Donatio iudicatur inofficioſa, quando pater non retinuit in patrimonio tantum, quãtum capit legitima filiorum, aliàs ſecus.*
21 *Donatio inofficioſa facta extraneo non reuocatur in totũ, quando aliquid fuit reſeruatum filijs, ſed ſolum vſque ad quantitatem legitimæ.*
22 *Donatio, quando nihil reſeruatur filijs, reuocatur in totũ, ſi eſt inofficioſa re & conſilio, ſed ſi re tantum, & non conſilio reuocatur ſolum vſque ad legitimam.*
Amplia ſiue facta ſit alijs, ſiue extraneis, nu. 23.
24 *Donatio etiam conſilio inofficioſa iudicatur, quando pater illam fecit ex propoſito in præiudicium filiorum, & ſic vltra læſionem filiorum concurrit etiam animus patris in præiudicium filiorum.*
25 *Patris conſilium fraudandi filios non præſumitur ſed ab eo, qui illud allegat probari debet.*
26 *Donatio non poteſt dici inofficioſa conſilio, quando pater non habebat filios tempore donationis.*

CONSILIVM XLIII.

FRANCISCVS de ciuitate Narnij multa bona donauit donatione irreuocabili inter viuos Magnifico & Excell. Domino Propertio Mauttino de Narnio, reſeruatis aliquibus bonis, tertiam partem excedẽtibus, etſi contigerit ipſum donantem habere vnum vel plures filios, eiſdem bona ſibi reſeruata reliquit. Poſt perfectam donationem Franciſcus vxorem accepit, filios procreauit, & filijs ſuperſtitibus deceſſit: qui modo donationem impugnare intendunt; Quæritur an iuſta ſit eorum intentio.

In qua difficultate videtur dicendum iuſta pręten dere; quoniam tempore factæ donationis dictus Frã
1 ciſcus nullos filios habebat † & per ſuperuenientiam filiorum donatio prædicta reuocata videtur iuxta diſpoſitionem l. ſi vnquam, vbi omnes not. C. de reuoc. donat. Bar. in l. Titia Seio, §. Imperator, colum. 2. ff. de leg. 2. Ruin. conſ. 107. num. 22. lib. 1. qui de communi teſtatur. Corn. conſ. 4. lib. 3. cuius legis diſpoſitio pro
2 cedit † non ſolum in donatione facta liberis, prout textus loquitur, ſed in quacumque alia facta extraneo, ea ratione, quia non eſt præſumendum donatorem voluiſſe in ſua ſucceſſione extraneum filijs præferri, glo. 1. in d. l. ſi vnquam, quæ opinio communiter approbatur, vt teſtantur Rip. in d. l. ſi vnquam, quæſt. 2. Imol. in c. fin. num. 1. in fin. de donat. Iul. Clar. alios
3 referens in §. Donatio, quæſt. 22. colum. 1. † & hæc vera ſunt non ſolum quãdo donantur omnia bona, ſed etiam, ſi eorum pars, puta dimidia, donata eſſet, ſecũdum Bal. in d. l. ſi vnquam, vbi Rip. in 7. & 8. quæſt. Socin. iun. conſ. 113. nu. 26. lib. 1. Soc. ſen. conſ. 53. colum. 4. lib. 4. Pariſ. conſ. 73. col. 2. lib. 1. Ruin. conſ. 107. num. 22. lib. 1. Gozad. conſ. 80. nume. 18. vbi alios allegat. Alex. Dec. Iaſ. Roman. & alij, quos refert & ſequitur Anton. Gabr. in ſuis concluſ. in titul. de donat. concluſ. 2. num. 7. & 8. Nec iuramentum donãtis aliquid
4 operatur, cùm enim † iuramentum recipiat eamdem interpretationem, conditiones, ac limitationes, quas recipit diſpoſitio, ſuper qua fuit iuratum. Anton. de Butr. in cap. Quintauallis, & in cap. quemadmodum, de iureiur. Curt. ſen. conſ. 3. nu. 2. iuramentum in caſu iſto eamdem conditionem recipit, quã habet ipſa
5 donatio, † & filijs non præiudicat, quin beneficio d. l. ſi vnquam, vti poſſint, & donatio reuocetur, Gozad. d. conſil. 80. num. 16. Curt. ſen. conſ. 1. num. 18. Soc. iun. conſil. 67. num. 10. lib. 2. Pariſ. conſil. 72. num. 15. libro 1. Tiraquel. in dicta l. ſi vnquam, num. 17. & 60. Aret. conſ. 24. colum. 1. num. 5. Alexand. conſ. 71. in fin. libr. 4. late Gabr. in d. concluſ. 2. num. 12. & Hieron. Gabr. in conſil. 127. numero 37. lib. 1. & ſtantibus prædictis non fuit opus aliqua declaratione poſt ſuperuenien-
6 tiam filiorum, † cum huiuſmodi reuocatio fiat ipſo iure, ſecundum gloſſ. Barto. Bald. & alios in d. l. ſi vnquam. Pariſ. pro communi dicto conſil. 72. nu. 14. Soc. ſen. conſ. 93. col. 4. lib. 4. Alex. d. conſ. 71. col. 1. Iaſ. in l. Centurio, col. pen. ff. de vulg. & pup. & poſt alios Ga-
7 briel. in d. concluſ. 2. num. 5. † quoniam tacitam conditionem in ſe habet donatio, ſi liberi non naſcantur donatori. Doct. in d. l. ſi vnquam. Bar. & Pau. de Caſt. in l. ſi totas, C. de inoffic. donat. Corn. conſil. 15. col. 1. & col. 5. nu. 8. lib. 1.

Vlterius ſi donatio per l. ſi vnquam, non eſſet reuo-
8 cata, ex alia corruit, quoniam prætẽditur † illam eſſe inofficioſam, & propterea reuocandam, iuxta, l. 1. & ibi not. omnes, C. de inoff. donat. & per Bart. & alios
9 in l. Titia Seio, §. Imperator, ff. de leg. 2. † Quod eo magis videtur dicẽdum, ſtante quod donatio fuit facta D. Propertio penitus extraneo de bonis ad duas partes ex tribus bonorum donatoris aſcendẽtibus, quo caſu donatio re & cõſilio inofficioſa iudicatur, & propterea reuocanda, ſecundum Bart. in d. §. Imperator. Natt. conſ. 125. nu. 3. lib. 1. Pariſ. cõſ. 72. nu. 28. & ſeqq. lib. 1. Bertrand. qui comm. dicit, in conſ. 38. numer. 2. lib. 1. & latius Franc. Becci. conſ. 68. per totum, & Iul. Clar. qui pariter communem appellat in d. §. donatio. q. 24 verſi. Aut vero.

Iſtis non obſtantibus, arbitror de iure reſponden-
10 dum † licuiſſe Franciſco de ſuis bonis ad libitum diſponere, l. In re mandata, C. mandat. l. Etiam, ff. ſolu. matrim. etiam in abutendo, l. Sed et ſi lege, §. conſuluit, ff. de petit. hæred. ac liberaliter donando, l. 1. ff. de
11 donat. † & in patre, quòd de bonis ſuis ad libitum diſponere poſſit in præiudicium filiorum, etiam ea in mare proijciendo, poſt gloſ. in l. 1. in gloſ. magna circa medium, C. de inoffic. donat. dixit Roland. à Vall.
12 conſil. 62. num. 21. & ſeqq. lib. 1. & † donationem præfatam reuocatam non fuiſſe per ſuperuenientiam filiorum, quoniam diſpoſitio dictæ l. ſi vnquam, ea ratione procedit, quia præſumptio eſt, quòd ſi pater

Digitized by Google

de filijs cogitaſſet, nõ feciſſet donationem, & propte-
rea ex tacita donantis voluntate per filiorum ſuper-
uenientiam donatio per legem infringitur. Bar. in l.
Titia Seio, §. Imperator, col. 2. ff. de lega. 2. Corn. con-
ſil. 15. in pt in. lib. 1. Doct. communiter in d. l. ſi vnquã,
& quòd hæc fuerit ratio illius legis Doctores magis
communiter admittunt, vt teſtatur Soc. iun. conſ. 67.
num. 51. libr. 2. Tiraq. in d. l. ſi vnquam, in prœm. nu.
17. & 60. & ibi Rip. qui de communi teſtatur nume. 2.
23 & 60. † At quando conſtat patrem de filijs cogitaſſe,
ceſſat ratio ſupradicta, & etiam diſpoſitio dictæ l. ſi
vnquam, nec tunc filiorum ſuperuenientia donatio
reuocatur, ita Bar. in d. §. Imperator, nu. 7. & ſeq. Bal.
in l. 1. C. de inoff. donat. Soc. ſen. conſ. 22. num. 1. & con
ſil. 53. nu. 17. & ſeqq. lib. 4. Dec. conſ. 365. nu. 4. & poſt
multos, quos refert Tiraq. in proœm. dictæ l. ſi vnquã,
num. 61. Soc. iun. conſ. 67. nu. 51. & ſeq. lib. 2. Hotman.
not. Dec. in ſubſcriptione ad conſil. 128. Soc. iun. nu-
mero 207. lib. 1. Anton. Gabr. in dicto titul. de donat.
concluſ. 2. num. 49. & ſeqq. qui alios adducit. Roland.
à Vall. conſ. 11. nume. 30 lib. 2. Rim. iun. conſ. 46. num.
56. lib. 1. late Hieron. Gabr. conſil. 127. nu. 37. & ſeqq.
lib. 1. & Iul. Clar. in dicto §. donatio, q. 22. verſicul. ex
qua quidem ratione. In quibus locis tot aliæ addu-
cuntur auctoritates, quòd ſine dubio fateri oportet
hanc opinionem eſſe ab omnibus communiter rece-
ptam, & approbatam.

In caſu autem de quo agitur manifeſte conſtat
Franciſcum donantem de filijs naſcituris cogitaſſe,
cum in eadem donatione quædam bona ſibi reſerua
uerit, illaq; filijs naſcituris reliquerit, & ſic non ſolũ
in genere de filijs cogitauit, ſed etiam in ſpecie, cum
de eis diſpoſitiue mentionem fecerit in inſtrumento
donationis, ideo ſine dubio ſuperuenientia filiorum
donatio non reuocatur, ceſſatque diſpoſitio dictæ l. ſi
24 vnquam, † quando ex verbis expreſſis in inſtrumen-
to donationis de filijs cogitatum apparet. Mandell.
de Alba conſ. 102. Curt. ſen. conſil. 56. num. 7. & ſeqq.
in terminis Corn. conſil. 55. colum. 3. verſ. Non enim,
lib. 1. Ruin. conſil. 131. numer. 6. lib. 3. Tiraq. in l. ſi vn-
quam, in præfat. nume. 67. 76. 77. & 85. & late poſt a-
lios multos Hieronym. Gabr. conſil. 127. numero 39.
& ſeqq. lib. 1. & Anton. Gabr. in dicta concl. 2. nu. 54.
25 † & quia diſpoſitiue de filijs in donatione eſt facta
mentio, & eis pariter reliquit bona ſibi reſeruata, ceſ
ſat dubitatio illa, an ſatis ſit de filijs mentionem fa-
cere in inſtrumento donationis, ſi diſpoſitiue nõ fue-
rit facta, de qua per Bald. conſil. 167. colum. 1. libro 5.
Ruin. conſi. 125. lib. 1. & alios relatos per Hieronym.
Gabr. in dicto conſil. 127. num. 41. cum omnes conue-
niant donationem ſuſtineri, quando diſpoſitiue men
tio filiorum facta reperitur, licet ſecundum Hieron.
Gabr. poſt Ruin. & alios ab eo relatos, idem ſit dicen
dum, quomodocumque filij in inſtrumento donatio-
nis nominentur.

Et hæc concluſio tanto magis locum habet, quo-
niam præſupponitur Franciſcum poſt natiuitatem fi-
liorum ſuperuixiſſe, & Dominum Propertium ſem-
per bona poſſediſſe, nec vnquam Franciſcum dixiſſe,
aut declaraſſe velle donationem haberi pro infecta.
26 † Quando vero natis liberis donans ſuperuiuit, nec
contradicit, ſuſtinetur donatio, nec per diſpoſitionẽ
dictæ l. ſi vnquam, reuocatur, Bald. in l. 1. nume. 18. C.
de inoffic. donat. Salicet. Imol. Raphael Cuman. Soc.
ſenior, Guid. Pap. & alij multi relati per Tiraquel. in
dicta l. ſi vnquam, in verb. Donatione largitus, num.
257. & in verbo. ſuſceperit liberos 211. & ſeqq. cum
enim diſpoſitioni dictæ l. ſi vnquam, locus ſit ea ratio
ne, quia præſumitur, quòd pater non donaſſet, ſi de
filijs cogitaſſet, vt ſupra dixi, ratio illa tollitur, quan
do donator natis liberis ſuperuixit, nam ſi à princi-
pio fuiſſet intentionis non donandi, ſi filios haberet,
vtique illis ſuſceptis id declaraſſet, bonaque per do-
natarium poſſeſſa vendicaſſet, quod cum non fecerit,
ſed in taciturnitate deceſſerit, oſtẽditur à principio
intentionis fuiſſe, quòd donatio ſuſtineretur, licet fi-
lij naſcerentur, vt per Bald. & alios ſupra adductos:
quorum opinio magis communiter recipitur, vt di-
cunt Rub. Alexan. in repet. d. §. Imperator, nu. 253. &
ſeq. Iul. Clar. in d. §. donatio, q. 23. in fi. & comproba-
tur per Ceph. in conſ. 152. nu. 95. & ſeq. li. 2. & ad præ-
27 dicta facit quod dicitur † de teſtamento facto in fa-
uorem extranei ab eo, qui non habebat liberos, quod
ipſis natis rũpitur, nec clauſula codicillaris aliquid
operatur, cum non ſit præſumẽdum teſtatorem, ſi de
filijs cogitaſſet, ita diſpoſuiſſe, iuxta textum in l. ex fa
cto, in princ. ver. Igitur, ff. de vulg. & pup. in l. cum acu
tiſſimi, C. de fidoicem. & not. per Bart. in conſ. 210. &
28 conſil. 235. Ruin. conſ. 2. in princ. lib. 3. † nihilominus
ſi natis filijs teſtator ſuperuixit, & teſtamentum non
reuocauit, vigore dictæ clauſulæ ſuſtinetur teſtamen
tum, non in vim nouæ voluntatis, ſed quia teſtatoris
taciturnitas oſtendit à principio fuiſſe intẽtionis, quod
teſtamentum in vim dictæ clauſulæ ſubſiſteret, licet
filij naſcerentur, ſi enim contrarium ſenſiſſet, natis
filijs teſtamentum reuocaſſet, ſeu aliàs eius intentio
nem declaraſſet, ſecundum Corne. in conſ. 150. col. 2.
lib. 3. & conſ. 118. in fi. lib. 2. Alex. conſ. 123. nu. 10. li. 2.
Iaſ. in auth. ex cauſa, nu. 25. C. de inoff. teſta. Dec. con-
ſil. 490. nu. 7. & ſeq. vbi de communi teſtatur, Cephal.
conſ. 138. nu. 32. lib. 1. Bero. conſ. 12. num. 7. lib. 2. late
poſt multos Rol. à Val. conſ. 7. nu. 30. ver. & eo magis,
& ver. Vel ſecundo, li. 4. qui oſtendit hanc opinionem
eſſe magis communiter receptam, quã ſequitur Burſ.
conſ. 88. nu. 21. & ſeqq. & conſ. 89. nu. 49. libr. 1. Si igi-
tur talis voluntas probatur ex non reuocatione te-
ſtamentaria, quando teſtator omnia bona poſſidet,
multo fortius id erit dicendum in caſu præſenti, in
quo non ſolum natis liberis Franciſcus donans non
contradixit, ſed permiſit bona donata per donata-
rium poſſideri, iuxta formam donationis.

Et quia donatio non infringitur ex ſuperuenien-
tia filiorum, minus impugnari poteſt tamquam inof
ficioſa, quoniam etſi pater donauerit Domino Pro-
pertio extraneo, donatio inofficioſa iudicari non po
teſt in caſu de quo agitur.

Primo quia donator ſibi reſeruauit pro filijs naſci
turis multa bona, quæ tranſcendunt quantitatem le
gitimæ, filijs debitæ, & ſtante hac reſeruatione, dona
tio extraneo facta non dicitur inofficioſa, tunc enim
29 † donatio inofficioſa appellatur, quando donans nõ
retinuit in patrimonio tantum, quantum capit legi-
tima filiorum, & ſic ex donatione, filij fraudantur le-
gitima. Ceſſante autem fraude reſpectu legitimæ, do
natio inofficioſa dici nõ poteſt, quia ceſſat ratio, qua
re remedium inofficioſæ donationis conceditur, l. 1.
in fin. & ibi Bald. num. 3. verſic. Tertio ſic, & alij Do-
ctor. C. de inoffic. donat. l. cum donationibus, & l. ſi
mater, C. eo. tit. Doctor. communiter in l. Titia, §. Im-
perator, ff. de legat. 2. Cranet. in conſil. inſerto inter
dec. Pedemont. poſt deciſ. 122. numero 18. Socin. iun.
conſil. 67. numero 55. libro 2. Iul. Clar. in dicta quæſt.
24. ver. aut vero, quia permiſſum eſt patri de ſuis bo-
nis ad libitum diſponere, nec filius aliquid dicere po
30 teſt † dummodo pater eum legitima ſibi debita non
defraudet, ſed illam filio relinquat, l. Cum quæritur,
l. parentibus, C. de inoffi. teſta. Authen. nouiſſima, vbi
Iaſ. & alij, C. eo. tit. §. eſt & aliud, auct. vt cũ de appel.
cognoſc.

cognoſc. quam legitimam cum Franciſcus donator
reſeruauerit, filij ipſi conqueri non poſſunt.
21 Secũdo † quoniam filij bona reſeruata à parte fue
runt conſecuti,quæ ſi ad integram legitimam non a-
ſcenderent, & ob id poſſet dici inofficioſa donatio nõ
ſolum re ſed etiam conſilio (quod verum non eſt, vt
mox oſtendam) adhuc illa non eſſet in totum reuo-
canda,ſed ſolum vſque ad quantitatem legitimę pro
eius ſupplemento tantum. Bar. in d.§. Imperator,no.
1.& ibi Pau.de Caſt.nu.4.Bal. in l.1.nu.3.ver.ſecundo
caſu,C.de reuocan.donat. Et quamuis Sal. in dicta l.
1.column.5.verſic. Aut fuit collata in extraneum,te-
neat donationem inofficioſam re, & cõſilio extraneo
factam in totum reuocari, etſi filijs aliquid ſit reli-
ctum,eius opinio communiter damnatur, & commo
niter concluditur pro ſupplemento tantum legiti-
mæ reuocari & non vltra. Bertrand.in conſil.38. nu-
me.3.lib.1.vbi de communi teſtatur Cur.ſen. in con-
ſil.1.col.fin. Soc.iun.conſil.Curt.conſil.2. Crau.in di-
cto conſil.poſt deciſ.122.Senat.Pedemont.nume.20.
& hanc opin. comm. eſſe teſtantur Emanuel Soarez.
recept.ſenten.in verb. Donatio, numer.251.& ſeq.&
Iul.Clar. in d.§. Donatio, quæſt.24. verſic.ſed quid ſi
pater.

Tertio,& fortius etſi Franciſcus nihil reliquiſſet fi
lijs,nihilominus huiuſmodi donatio non poſſet in to
22 tum reuocari † quoniã donatio facta extraneo tunc
in totum reuocatur,quando eſt inofficioſa re & conſi-
lio,iuxta l.1.& tot.tit.C.de inoffic.donat. Quando ve
ro eſt inofficioſa re tantum, & non conſilio, reuoca-
tur pro quantitate legitimæ tantum,& non vltra, l.ſi
23 liqueat,C.eod.titul.† Quæ concluſio non ſolum pro-
cedit,quãdo donatio fit alijs filijs ſed etiam ſi extra-
neis ſecundum Bart.in d.l.1. num.3. ver.ſecundo ca-
ſu,& ibi Paul.de Caſtr.num.3.verſi.Breuiter.Aretin.
in conſi.47.num.3.vbi dicit Bartoli opinionem com-
muniter approbari.Rim.iun.conſ.24.num.97.libr.1.
Iul.Clar.in dicto §. Donatio.q.24. ver.Aut vero,Soc.
iun.vbi de communi teſtatur in conſ.67. numero 56.
lib.2.quam opinionem admittit etiam Franc. Becci,
in contrarium adductus in dicto conſil.68.num.6. &
fere omnes ibi ab eo allegati ita diſtinguunt. In caſu
vero noſtro præterquam quod,vt dixi,donatio nullo
modo poteſt dici inofficioſa,cum filijs ſit relicta legi-
tima, attamen ſi legitimam non habuiſſent, & ob id
eſſet inofficioſa, non propterea dici poſſet inofficio-
24 ſa re, & conſilio,ſed re tantum.† Quandoquidem tũc
donatio etiam conſilio inofficioſa iudicatur,quando
pater ex propoſito illam fecit ad præiudicium filio-
rum, & vltra læſionem filiorum, quæ re ipſa interue-
nerit, debet etiam neceſſario concurrere animus, &
conſilium patris in damnum filiorum, vt ſentiũt om
nes,& declarat Iul.Clar.in d.quæſt.24.ver.aut vero,
25 in fin.† Debetq; animus & conſilium patris fraudan
di filios probari per allegãtes donationem inofficio-
ſam,cum non præſumatur,Paul.de Caſtr.in dicta l.1.
num.5.Aret.conſil 47.num.1.& ſeqq.Rim.iun.in di-
cto conſil.42.numero 97.lib.1. Bertrand conſil.288.
num.3.lib.7.conſil.179.num.8 lib.5. Hic vero de tali
animo Franciſci donatoris non conſtat, ſed contra-
rium elicitur ex eo quod pro filijs naſcituris reſerua
uit bona, & etiam quia tẽpore factæ donationis nul-
los habebat filios,quos defraudare voluiſſe præſuma
tur, & licet eorũ natiuitate ex poſt facto eſſet effecta
inofficioſa re,ſi filij integram legitimam non habuiſ-
ſent,non tamen redditur inofficioſa conſilio, cũ nul-
lum conſilium fraudandi filios,quos donator tempo
26 re donationis non habebat,præſumatur,† & ad effe-
ctum vt donatio inofficioſa conſilio appelletur,opus
eſt, quòd donans filios habeat tempore donationis,
& ſcienter in eorum præiudicium donet,ſed quando
filios non habet, inofficioſa conſilio non dicitur, ſe-
cundum Paul.de Caſtr.conſ.251.circa medium, ver-
ſic.& contra faciendo,lib.2.& not.in terminis Crau.
in dicto conſil. inſert. poſt dictam deciſ. 122. Senat.
Pedemont.nu.19.

Nec obſtant cõtraria,quia ſatis ex iam dictis omnia remota fuerunt,ſed concluditur donationem ſuſtineri,nec reuocari poſſe in aliquo,ſi filij legitimam habuerunt,quam ſi non fuiſſent conſequuti,locus eſſet reuocationi vſque ad ſupplementum legitimæ,& non vltra.

Cauſa prædicta non fuit per ſententiam terminata, ſed vt audiui filij præfati Franciſci cognoſcentes malum ius ſouere,acquieuerunt,nec aliter moleſtauerunt præfatum excellentem Dominum Propertium Mautinum, pro quo ego reſpondi.

ARGVMENTVM.

Emptor quo caſu pro rata pretij non ſoluti teneatur ad intereſſe venditori, etiamſi in mora non fuerit. Et an debeatur intereſſe correſpectiue ad fructus perceptos, ſeu etiam vltra illos.

SVMMARIVM.

1 *Emptor, qui non fuit in mora ſoluendi pretium, non tenetur ad vſuras venditori pro rata pretij non ſoluti. Sed contra nu.14.& 29.cum ſeq.*
Nec quando venditor non impleuit promiſſa pro eius parte nu.2.contra nu.13.cum ſeq.
Aut ſi nõ dedit fideiuſſorem pro euictione prout promiſit, nu.3.contra nu.14.28.& 30.
Nec pendente dilatione data ad ſoluendum,nu.4.
Declaratur nu.31.
Siue quando emptor fuit impeditus ſoluere pretium, n.5. Declaratur nu.32.cum ſeq.
6 *Emptor qui pro rata pretij non ſoluti tenetur venditori ad vſuras, tenetur tantum correſpectiue ad fructus perceptos,non vltra. Sed contra nu.10.& declaratur numero 11.& 37.*
7 *Emptor qui fructus percepit, & pretium non ſoluit, tenetur venditori ad vſuras pro rata pretij non ſoluti.*
Amplia etiam de iure Canonico,nu.8.& diuino, nu.12.
Item amplia procedere etiam in vſuris promiſſis venditori,donec pretium non ſolueret,nu.9.
Item quòd tenetur etiam vltra fructus rei emptæ quando venditor fuit in damno, vt quia retinuit ab alijs pecunias ſub vſuris, numero 10. & quando ita fuit conuentum, num.37.
Ampliatur etiam quòd venditor non obſeruauerit promiſſa pro eius parte, dummodo emptor vſum rei habuerit, num.13.cum ſeq.
15 *Dilatio ad ſoluendum non cenſetur data emptori ex promiſſione per eum facta de ſoluendo vſuras donec pretium non ſolueret.*
16 *Determinatio vna reſpiciens plura determinabilia debet ea pariformiter determinare.*
17 *Verbum vnum quod determinat ſolutionem plurium rerum, eas debet pariformiter determinare.*
18 *Fructus percipi dicuntur toto tempore quo creſcunt.*
19 *Emptor qui pro aliquo tempore tenetur ad vſuras ratione fructuum perceptorum, & retardatæ ſolutionis pretij, tenetur etiam pro alio, concurrente eadem æquitate.*

Emptor

Google

20 *Emptor omni caſu tenetur ad vſuras pro rata pretij non ſoluti, ſtante eadem æquitate, ne emptor rem ac pretium retineat, & fructus lucretur.*

21 *Pactum inter emptorem, & venditorem, quod emptor nõ teneatur ſoluere pretium, donec venditor non dederit fideiuſſorem, dato fideiuſſore, non impedit, quin emptor pro tempore præterito teneatur ad vſuras ratione fructuum perceptorum cum ſeqq.*

22 *Pactum interpretatur contra eum, qui in eo ſe fundat.*

23 *Emptor qui ſoluit partem tantum pretij non habet actionem petendi rem emptam & fructus.*

Intellige donec pretium non ſoluerit, ſed eo ſoluto conſequitur etiam fructus antea perceptos, nu. 25.

Ampliatur etiam ſi conuentum eſſet quòd donec pretium non ſolueret dominium, & poſſeſſio remaneret penes venditorem, nu. 26.

24 *Venditor, qui partem tantum pretij recepit, non tenetur tradere rem, nec fructus emptori.*

27 *Diſpoſitum in venditore procedit etiam in emptore.*

29 *Emptor tenetur ad vſuras venditori pro rata fructuum etiam ceſſante mora, cum ſeq.*

Et etiam ſubſiſtente impedimento emptoris, dũmodo fructus perceperit, num. 32.

33 *Impedimentum non excuſat ab vſuris, niſi conſtet illud dediſſe cauſam non implendi.*

34 *Impeditus proteſtari debet, ad hoc vt conſtet, quòd ſi non fuiſſet illatum impedimentum, actus fuiſſet geſtus.*

35 *Dubia mens ex præcedentibus, & ſubſequentibus declaratur.*

36 *Debitor habens pecunias ſolutioni paratas, vt excuſetur curſu vſurarum, de eis facere debet depoſitum.*

38 *Emptor ſi excuſari potuiſſet à ſolutione vſurarum excedentium fructus, reſtituendo ipſos fructus, non excuſatur ſi fructus percepit, & non reſtituit.*

CONSILIVM XLIV.

ILLVSTRIS Dominus Comes Octauianus de Bẽtiuolis vendidit de menſe Februarij Arcem Ariæ, & Carpinarum pretio, ſcutorum vigiuti milliũ cum poteſtate redimendi Domino Ioanni Baptiſtæ Cantalmaio, qui ex pretio ſoluere promiſit partem in Calendis Martij creditoribus in inſtrumento nominatis pro extinctione cenſuum, & donec ſortem nõ ſolueret eiſdem creditoribus de intereſſe debito ſatisfacere promiſit. Venditor autem conuenit ſe daturum in fideiuſſores Illuſtrem Comitẽ Petrum & nonnullos alios per totum dictũ menſem Martij, cum pacto ꝙ donec prędicti nõ fideiuſſerint, emptor ad ſolutionem tam ſortis principalis quam fructuum & intereſſe & ad extinctionem cenſuum nõ teneretur, neque cogi poſſet, & demum omnes fideiuſſerunt excepto Comite Petro. Dominus Comes Octauianus de mẽſe Maij emptori inhibuit, ne pretium creditoribus ſolueret, cum ipſe intenderet bona redimere: & poſt aliquos dies dictus Comes & Dominus Ioannes Baptiſta conuenerunt, vt venditio in ſuo robore perſiſteret, & cõtractus haberetur pro impleto, licet Comes Petrus non fideiuſſerit. Et quoniam alij fideiuſsores ſe liberatos prætẽdebant, Dominus Ioannes Baptiſta per ſententiam declarari obtinuit inſtrumentum venditionis in ſuo robore perſiſtere. Modo quia Dominus Ioannes Baptiſta prætendit ſe non teneri ad ſolutionem intereſse creditoribus pro tẽpore decurſo ante ſententiam; Quæritur quid de iure ſit reſpondendum. Et videtur ex pluribus Dominum Ioannem Baptiſtam emptorem à ſolutione vſurarum excuſari.

Primo quia actum fuit inter partes, quod donec
nominati in inſtrumento non fideiuſserint, emptor
non teneretur ad ſolutionem ſortis principalis ſeu
intereſse. Et cum Dominus Comes Petrus nunquã
fideiuſserit, emptor non fuit in aliqua mora ſoluẽdi
1 ſortem principalem † & ceſsante mora, nec ad vſuras
tenetur, l. lecta, prope fi. ff. ſi cert. pet. glo. in l. mora, ff.
de vſur. Bal. in l. Fructus, nu. 7. C. de actio. empt. & in
l. 1. nu. 5. C. de bon. mater.

Secundo etiam circumſcripta conuentione dicitur,
quòd cum Dominus Comes Octauianus non de
2 derit, vt promiſit, dictum fideiuſsorem, † emptor, qui
pretium non ſoluit, ad vſuras non tenetur nec ad fru
ctus, cum illi debeantur ratione impletæ fidei ex par
te venditoris, Bald. in l. ſecunda numero 6. C. de vſu.
quam fidem cum venditor non adimpleuerit, ceſ-
ſat omnis mora regularis, & irregularis & ſucceſſiue
Curſus vſurarum, Socin. ſenior conſil. 88. numero 17.
libro 4.

3 Tertio eo magis hæc concluſio admittenda † eſt
quoniam defectus implementi ex parte venditoris
fuit in non dãdo fideiuſsorem, vt in ſpecie dicit Soc.
ſen. in d. conſil. 88. & alij allegati ab Anton. Gabr. in
ſuis concluſ. in titul. de empior. & vendit. concluſ. 4.
numero nono, verſ. Contrarium, præſertim quia ma-
ximum imminebat periculum euictionis, & eius oc-
caſione emptor non tenebatur pretium perſoluere, ſi
non dabatur cautio pro euictione, & conſequenter
nec vſuræ præſtandæ erant, cum ſit venditori impu-
tandum, quare fideiuſſorem non dedit, ita Bald. in l.
1. num. 5. C. de bon. mater. quem ſequitur Afflict. de-
ciſ. 20. nume. 5.

Quarto ſtante conuentione, quod donec Domi-
nus Comes fideiuſſores non dederit, emptor non te-
neretur ſoluere ſortem principalem ſeu intereſſe,
videtur data emptori dilatio ad ſoluẽdum vſque ad
4 tempus quo fideiuſſores ſe obligauerint, † & duran-
te dilatione ceſſat vſurarum curſus, Paul. de Caſtr. in
l. Iulianus, §. ex vendito, num. 3. ver. Intellige tamen,
ff. de action. empt. Soc. conſil. 109. colum. 2. libro 2. &
alij relati per Anton. Gabr. in dicta concluſ. 4. nume-
ro 20. Soc. ſenior conſ. 179. colum. 1. ver. Tamen quan
do, lib. 2. Hieronym. Gabriel conſilio 57. numero 54.
libro 1.

Quinto idem firmandum videtur, quoniam non
ſolum venditor non dedit fideiuſſores, vt promiſit,
immo Comes Octauianus inhibuit emptori ne ſolue
ret, cum bona redimere vellet, cui prohibitioni adhę
5 ſerunt etiam fideiuſſores, † & ſic emptor impeditus
fuit ſortem ſoluere prout paratus erat, & pecunias
in capſa reliquit ſolutioni paratas.

Sexto quatenus iuxta diſpoſitionem l. Curabit, C.
de actio. emptio. ratio fructum haberi poſſet, ne em-
6 ptor cum iactura venditoris locupletaretur, † tãtum
deberentur vſuræ de ipſis fructibus vel correſpectiue
ad eos, qui non excedunt ſummã quatuor pro quoli
bet centenario, non tamen ſolui deberet intereſſe de
bitorum creditoribus Domini Comitis ad rationem
ſeptem ſeu octo pro centenario, vt tenent Pau. de Ca
ſtr. in dicto §. ex vendito. Imo. in l. ſi inſulam, §. vſuras,
column. fin. in fin. ff. ſolut. matrimon. quem ſequitur
Alexand. in conſilio 69 colum. 2. verſ. Addens ad eo-
rum confirmationem, lib. 1. Dec. in cap. cum venerabi
lis, colum. 5. verſ. putarem tamen, de except. & quam
plures alij relati ab Anton. Gabr. in dicta concluſ. 4.
numero 18.

Re tamẽ diligentius conſiderata, contrariam ſen-
tentiam ſuſtineri poſſe exiſtimaui, motus ex eo quod
ſtatim facta venditione Dominus Ioannes Baptiſta

emptor

Google

emptor poſſeſſionem bonorum nactus, fructus perce
7 pit,pretiumque non perſoluit† ideo ad vſurarum ſo-
lutionem tenetur, quas perceptorum fructuũ ratio
generauit,l.Curabit,& ibi omnes,C.de actio.empt.l.
Iulianus,§.ex vendito,& ibi Doctor.ff.eodem titul.l.
2.C.de vſur.gl.in l.Iulianus,§.ex vendito, ff.de actio.
emptio.Bald.in l.1.C.de ſumm.Trinitat.& fid.Cato-
lic. Bart.in l.De diuiſione,verſic.& primo oppono,ff.
ſolut.matrim.Sal.in l.ſed etſi reipublicæ,aliàs,l.ſcien
dum,§.1.ff.de vſur. Pariſ.conſ.60.nu.15.& ſeqq.& 19.
& ſeq.lib.1.& poſt alios Anton.Gabr.In d.tit.de em-
ptio.& vend.concluſ.4.num.1. Et non ſolum id proce
dit ob conuentionem factam,quod emptor ad vſuras
teneretur à Calẽdis Martij vſque ad ſolutionem,im-
mo idem dicendum eſt, circumſcripta conuentione,
vt dicitur in allegatis locis, cum ſit contra bonam fi-
dem emptorem pretium non ſoluere & fructus perci
pere,l.bona fides,ff.de actio.empt. Bal.in l.fin.in fin.
8 de iur.dot.Aſſlict.deciſ.50.in fin.† & omni iure ciuili
& Pontificio cauetur pro rata pretij non ſoluti, em-
ptorem qui rem emptam & fructus habuit ad vſuras
venditori teneri, gl.& Doct.in l.2.C.de vſur.Doct.io
c.Conqueſtus,eod.tit.Corn.qui dicit hoc dubitatio-
ne carere in conſ.113.in fi.libr.3.Alex.conſ.69.in fin.
lib.1.Bal.in d.l.2.nu.33.Pariſ.conſ.75.nu.17.lib.4.gl.
in d.c.Conqueſtus,quæ communiter approbatur, vt
teſtatur Ruin.in conſ.73.col.1. ver.Tertius,lib.1.poſt
multos Burſ.in conſ.11.nu.14.lib.1. Ceph.conſil.609.
nu.5.lib.4.

Et nõ ſolum Dominus Comes ex prædictis funda
tam habet intentionem pro fructibus in bonis recol-
9 lectis † ſed etiam quia conuentum ſuit inter partes,
vt donec Dominus Ioannes Baptiſta ſortem princi-
palem non ſolueret, vſuras debitas creditoribus di-
cti Comitis præſtaret,ipſe emptor ad illas obligatus
eſt,dictamque conuentionem ſeruare debet ex tradi
tis in ſpecie per Paul.de Caſtr.in l.2.C.de vſur.& dif
fuſè per Pariſ.conſ.60.nu.29.& ſeqq.lib.1.& Burſ.d.
10 conſil.11.num.26.lib.1.† & æquitas d.l.Curabit,pro
cedit non ſolum pro vſuris vſque ad quantitatem fru
ctuum, ſed etiam vltra, ſi venditor ſuit in damno,vt
quia ab alijs ſub vſuris (vt accidit in propoſito) pe-
cunias retinebat.Iacob.de Butr.in d.l.Curabit,& ibi
poſt alios Cagnol.numer.30.Socin.ſenior conſil.176.
num.1.verſic.4.lib.2.& alios huius opinionis recen-
ſet Anton.Gabriel.in dicta concluſ.4.numero 2.& 3.
11 † & licite vſuræ debentur vltra ſructus,quando petũ
tur tamquam intereſſe damni emergẽtis,licet inter-
eſſe lucri ceſſantis non debeat excedere fructuũ quã-
titatem,Paul.de Caſtr.in dicta l.Iulianus,§.ex vendi
12 to,num.3.verſic.Breuiter,& etiam † iure diuino per
mittuntur,Innocent.in cap.2.de vſur.Bald.in l.2.nu-
me.1.& ſeqq.C.de vſur.& ibi Paul.de Caſtr.nume.3.
& poſt eum Gozad.conſil.55.nu.11.aſſerentes vſque
ad honeſtum, vt mos Religionis expoſtulat,permit-
ti, cum potius loco permutationis,quàm pœnæ reci-
piantur.

13 Et hæc † procedere debent in ſauorem venditoris,
etſi omnia per eum promiſſa non adimpleuerit,dum
modo emptor vſum rei habuerit,fructus omnes per-
cipiendo,ſtante, quòd nõ implementum venditoris,
ſed ipſa perceptio fructuum curſum vſurarum indu-
cit, Corn.conſil.59.colum.2.& ſeq.libr.3.& ideo non
implementum,ſed fructuum conſecutio ex parte em
ptoris attenditur, Cagnol.in d.l.Curabit,numer.31.
& ſeqq.Satiſque eſt rem traditam fuiſſe, vt venditor
vſuras petere poſſit, eſto quòd in aliis venditor con-
tractum non adimpleuerit, Anton.Gabriel.in dicta
concluſ.4. num.9.in 5.ampliat.dummodo ex non ad
implemento vſus rei non diminuatur. Natt.conſilio
384.nu.11.lib.2.Ioan.Bapt.Lup.in tract.de vſur.com
men.1.§.7.num.142.vbi de communi teſtatur, Ceph.
conſ.609.nu.8.lib.4.

14 Inſuper pro hac opinione valde† facit Bald.in l.2.
nu.7. C.de vſur.affirmans quòd etſi emptor non fue-
rit in mora ſoluendi pretium ex eo quia venditor nõ
dedit fideiuſſorem de euictione, vt promiſit, tamẽ ad
vſuras pretij tenetur, cum per tale non implemẽtum
vſus rei non minuatur,& conſequenter nec interuſu-
rium pretij diminui debet, maxime quia ſecundum
eũ vſuræ veniunt potius ex quadã æquitate quàm ra-
tione moræ. Erit igitur idem in caſu noſtro firman-
dum,etſi Comes Petrus non fideiuſſerit,ſecundũ Bal.
cuius opinionem ſequitur Paul.de Caſt. in d.l.2.nu.1.
ver.Nam tunc Alex.conſ.147.nu.3.ver.& fortius,lib.
5.Natt.d.conſ.384.nu.11.& eam communiter rece-
ptam eſſe teſtantur Cagno.in d.l.Curabit,num.31.&
ſeq.& poſt eum Didac. Couar.var.reſolut.libr.3.c.4.
nu.6.ver.Duodecimo,& in terminis Ceph.conſ.609.
nu.6.& ſeqq.Ioan.Bapt.Lup.in d.§.7.nu.142.qui Soc.
Pariſ. Bertrand. & alios adducens hanc opinionem
communem eſſe teſtatur.

Vlterius intentio Illuſtris Domini Comitis ſatis
fundata eſt in diſpoſitione iuris & etiã in claris ver-
bis contractus,quibus colligitur ad prædicta Domi-
num Ioannem Baptiſtam emptorem ſe obligaſſe nõ
obſtante cõuentione illa,quòd donec Dominus Co-
mes fideiuſſores non dederit, Dominus Ioannes Ba-
ptiſta ad aliquam ſolutionem ſortis principalis ſeu
intereſſe non teneretur aut cogi poſſet; Quoniã ver-
ba illa non impediunt curſum vſurarum,licet ſint ſu-
ſpenſiua temporis,exactionis ſaciendæ,quod ex plu-
ribus elicitur.Et ad hoc oſtendendum præmitto, cla
ram ſuiſſe partium intentionem,quòd Dominus Co
mes bona venderet,& ſructus ſtatim efficerentur em
ptoris, & emptor de pretio in Calendis Martij cen-
ſus extingueret,& donec non ſolueret eiſdẽ credito
ribus ſatisfaceret de vſuris in recompenſationẽ emo
lumenti percipiendi per emptorẽ ex fructuum recol-
15 lectione.†Sed quia ſtante hac promiſſione de ſoluen
do in Calendis Martij,& donec non ſolueret,de præ-
ſtando vſuras,nulla erat data dilatio ad ſoluendum,
vt in terminis probat Ruin.conſ.73.num.3.ver.quar
tus caſus,lib.1.Socin.ſen.conſ.176.num.11.ver.quar-
ta difficultas,lib.2.Pariſ.conſ.60.nu.21.et ſeq.libr.1.
& Anton.Gabr.in d.concl.4.nu.25.ver.Tertio intelli
ge,ſed ſtatim poſt Calendas Martii ad ſolutionẽ ſor-
tis et intereſſe emptor cogi poterat, licet vſuras ſol-
uere vellet in futurum,iuxta tex.in l.fi.in fi. C.de iur.
dot.et not.Paul.de Caſtr.in l.Qui Romæ,in princ.nu
mer.4. ff.de verb.oblig. quem ceteri ſequuntur.Ideò
quia emptor dubitabat bona poſſe euinci,voluit ſibi
fideiuſſores dari, et interim non poſſe cogi ad ſolu-
tionem,ne pretium ſoluere cogeretur abſq; eo quod
ſibi pro euictione eſſet cautum.

Iſtis præmiſſis, dico verba illa ſuſpendere tempus
exactionis,non aũt impedire curſum vſurarũ,et pro-
pterea quia Dñs Comes dedit poſtea alios fideiuſſo
res excepto Comite Petro,et conuentũ fuit inter par
tes,vt cõtractus habeatur pro adimpleto,emptorem
teneri ad ſolutionem vſurarum decurſarum.

Primo quia hoc indicant verba clara contractus,
Promiſit emptor ſoluere pretium in Calendis Mar-
tii,& donec nõ ſoluerit,dare vſuras creditoribus. Vẽ
ditor promiſit dare fideiuſſores per totũ menſẽ Mar
tii, et conuentum fuit, vt donec fideiuſſores nõ dede-
rit,emptor non teneretur ad ſolutionẽ ſortis princi-
palis nec intereſſe: Ponamus modo quòd in fine men
ſis Mar-

Google

ſis Martij fideiuſſores dati eſſent, ſine dubio emptor
ad dandum ſortem principalem, & etiam cenſus de-
curſos per totum menſem Martij, & eo reſpectu præ-
dicta verba dumtaxat ſuſpenderent ſolutionem, non
tamen curſum vſurarũ impedirent, aliàs enim inſtru
mentum contineret repugnantiam, & contrarietatẽ,
quæ euitanda eſt, l. vbi repugnantia, vbi Dec. ff. de re-
gul. iur. cum ſimil. & licet non fuerit infra dictum mẽ
ſem datus fideiuſſor, ſed poſtea ex conuentione con-
tractus fuerit habitus pro impleto etiam pro tempo
re decurſo à menſe Martij vſque ad diem dictæ con-
uentionis, dicẽdum eſt verba illa ſuſpendere ſolutio-
nem, non aũt curſum vſurarum impedire, ſicut intel-
ligebãtur pro ſorte principali, & pro vſuris pro tem-
pore ante finem menſis Martij, cum vtrumque tem-
pus reſpiciant, & determinent, & conſequenter de-
16 bent pariformiter determinare, cum vna † determi-
natio reſpiciens plura determinabilia ea debeat pa-
riformiter determinare, l. Iam hoc iure, cum ibi not.
ff. de vulg. & pup. l. Lucius, eod. tit. l. In teſtamento, &
ibi Doct. C. de milit. teſt. Ang. in conſ. 143. in fi. Iaſ. cõ
ſil. 162. nu. 7. li. 2. Bart. in l. ſi legatarius, §. fi. ff. de leg. 3.
17 & not. in d. l. Lucius, §. fin. vbi idem dicit † ſi verbum
vnum determinet ſolutionem plurium rerum. Et cla-
re hæc procedũt, quoniam ratio quare Dominus Io-
annes Baptiſta emptor, non ſoluendo pretium voluit
teneri ad ſolutionem intereſſe fuit, quia fructus bono
rum emptor percepturus erat, nam etſi fructus nõ re-
colligerentur de menſe Martij, ſed in meſſe, & vinde-
18 mia, † tamen toto tempore, quo creſcunt fructus per
cipi dicuntur iux. tex. in l. diuortio, §. non ſolum, & ibi
Paul. de Caſt. nu. 2. ff. ſol. matr. Soc. ſen. in l. qui Romę,
in princ. col. pen. ver. quorum dicta, ff. de verb. obliga.
quę ratio militat etiam pro tẽpore poſt menſem Mar
tij, cum etiam pro illo tempore fructus conſequutus
19 fuerit † merito ex eadem æquitate de vno tẽpore ad
aliud poterit argui, etſi in hoc lex deficeret, vt not. vo
luit Abb. in conſ. 66. nu. 4. li. 1. & confirmatur per Soc.
ſen. in conſ. 170. col. fi. nu. 13. lib. 1. affirmantem ſtante
20 † eadem æquitate, ne emptor rem ac pretiũ retineat,
ac fructus lucretur, omni caſu dicendum eſſe ad inte
reſſe pretij non ſoluti teneri, & propterea idem dicẽ-
dum videtur in occurrenti caſu, ad quod facit quod
in ſimili ſentit Gozad. in conſ. 55. nu. 10. & Corne. in
conſ. 150. col. fi. ver. Eadem ratio, lib. 4.

Secundo, quia vt ſupra demonſtraui clara fuit con
trahentium intentio, quòd emptor fructus percipien
do non locupletaretur, quia conuenerunt, vt donec
emptor pretium non ſolueret, intereſſe præſtaret; ſi
pactum ſubſequens quòd non teneretur ad ſolutio-
nem ſortis ſeu intereſſe, donec venditor fideiuſſores
non dederit, intelligeretur, quòd eis datis non eſſet
obligatus pro tempore prętérito, illud in pœnam mo
ræ Comitis contineret iniquitatem, & emptor locu-
pletaretur cum iactura venditoris, fructus percipien
do. Ad tollendum igitur hanc iniquitatem, & inueri
21 ſimilitudinem † pactum illud interpretari debet, vt
emptor non teneatur, donec illi non fideiuſſiſſent, ſed
quia fructus prętéritos perceperat emptor, etiam ad
intereſſe teneatur pro tempore decurſo à Calendis
Martij, ex his, quæ late congerit poſt Abb. Ange. Soc.
& alios multos Crauet. conſi. 3. per totum, præſertim
numer. 3. 6. 12. 14. 18. 22. & ſeq. lib. 1. vbi multa dicit,
quæ ad rem noſtram facere optime videntur, & ma-
gis in terminis Cephal. conſil. 609. num. 8. libro 4. Et
hæc interpretatio fortius ſumẽda eſt, cum clarum ſit
pactum ad fauorem venditoris, quòd emptor tenea
tur ſoluere vſuras creditoribus, cui emptor deroga-
tum fuiſſe prætẽdit ex ſubſequenti conuentione, quę
22 valde dubia eſt, propterea contra † dictum Dominũ
Ioannem Baptiſtam, qui in verbis illis ſe fundat, in-
terpretari debet, cum in eius fuit poteſtate, clarius (ſi
ita intellexiſſent, vt ipſe prætendit) conuentionem
declarare, l. Veteribus, ff. de pact. cum ibi not. Angel.
conſ. 67. in fin. late Hieron. Gabr. conſ. 154. nu. 15. &
ſeq. lib. 1.

Tertio comprobatur hæc intelligentia, quoniam
23 videmus in ſimili, † emptori ſoluenti partem pretij
tantum, nullã competere actionem ex empto pro cõ-
ſecutione rei, & fructuum, l. Iulianus, §. offerri, ff. de a-
24 ctio. empt. & venditorem † partem pretij recipientẽ
non teneri ad rem tradendum, nec in mora aliqua eſ
ſe, l. fiſtulas, ff. de contrah. empt. Soc. ſenior conſi. 170.
num. 13. verſic. ponunt etiam, lib. 2. Neque etiam obli
gatum eſſe fructus pro rata pretij ſoluti dare, Corne.
25 conſil. 150. colum. 3. verſic. Nam Bald. lib. 4. & † nihi-
lominus hoc intelligitur antequam reſiduum ſolua-
tur, quo ſoluto bene tenetur dare emptori fructus an
tea perceptos, pro rata illius pretij retroſoluti Bart.
in dicto §. offerri, Bald. in l. ſi traditio, num. 19. quæſt.
11. C. de act. empt. affirmans emptorem eo caſu pro
rata pretij retroſoluti acquirere fructus, non quia vẽ
ditor ſit in mora, cum mora integro pretio non ſolu-
to ceſſet, nec ex eo quod emptor dominium & poſſeſ-
ſionem habeat, ſed ſolum ex æquitate, *ne locuplete-*
tur venditor cum iactura emptoris, *& eum ſequitur*
Ruin. conſil. 144. numer. 3. libro 1. *Alexand.* conſil. 131.
num. 1. & 2. lib. 4. Abb. conſil. 66. num. 2. libro 1. Natt.
conſil. 384. num. 6. & ſequent. & num. 10. lib. 2. Cagn.
in dicta l. curabit, nume. 40. & Couar. qui de commu-
ni teſtatur variar. reſolut. lib. 3. cap. 4. num. 7. verſic.
15. Quinimo ſecundum Abb. & Natt. in allegatis lo-
26 cis † etſi actum eſſet, quòd antequam integrum pre-
tium ſolueretur dominium, & poſſeſſio remaneret pe
nes venditorem, adhuc facta ſolutione pro rata pre-
tij retro ſoluti fructus debentur; Pari igitur ratione
idem dicendum eſt, quod etſi emptor non teneretur
pretium nec vſuras dare antequã Dominus Comes
fideiuſſores præſtitiſſet, teneretur tamen poſtea *etiã*
pro tẽpore retro decurſo ex eadem æquitate, *ne em-*
ptor locupletetur cum iactura venditoris, cum adſit
27 eadem ratio † & quia diſpoſitum in venditore proce
dit etiam in emptore, Curt. iun. conſil. 82. numero 7.
lib. 1. Couar. in dicto cap. 4. numero 6. verſic. decimo-
tertio, vbi eandem diſpoſitionem aſſerit locum habe
re in fauorem venditoris pro parte tantum contra-
ctum ſeruantis, quod ſcilicet pro rata illa, & pro par-
te pretij non ſoluti vſuras conſequi debeat pro tem-
28 pore decurſo. Et † in terminis quod etſi venditor fi-
deiuſſorem non dederit, ſicut promiſerat, poſſit nihi-
lominus vſuras conſequi, tenent Bal. & alij ſupra ad-
ducti, & melius Alexand. in conſ. 31. nume. 18. colum.
fin. verſicul. immo fortius, lib. 6. vbi Baldi opinionem
procedere dicit, etſi ex conuentione ſit actum, ꝙ em-
ptor non teneatur ſoluere pretium, niſi datis prius
fideiuſſoribus.

Nec prædictis obſtãt contraria. Primum enim ar-
29 gumentum tollitur ex his, quæ late ſupra † adduxi.
Nec ratio illa, quòd ceſſat mora emptoris, obeſſe po
teſt, nam ſuperius adducta procedunt non ratione
moræ emptoris ſed ſola æquitate, ne emptor locuple
tetur cum iactura venditoris rem, & pretium retinẽ
do, ſicut probat textus in dicta l. curabit, dum dicit.
tenetur pretium ſoluere cum vſuris, quas perceptorũ
fructuum ratio, licet nulla mora interceſſerit, genera
uit. Et quòd etiam ceſſante mora emptor teneatur
ad vſuras, affirmant gloſ. & Salic. in fin. & alij in dicta
l. curabit. Corn. conſil. 113. in fin. & conſil. 59. col. 2.
& 3.

& 3.lib.3.Socin.ſenior conſilio 170. col. fin. num.13.
lib.2.Gozad.conſil.55.num.11.late Hieron.Gabr. in
conſil.57.nu.3.& ſeqq.lib.1.vbi nu.5.de communi te-
ſtatur poſt Caguol.in d.l.curabit.& Pariſ. conſil.60.
num.19. & ſeqq.lib.1.

Secundum ſatis ſubuertitur ex adductis ſupra, dũ
oſtendit implemeotum veoditoris noo cooſiderati,
ſed ſolam fructuum perceptionem.

30 Tertiæ obiectiooi reſpondetur† opinionem Soc.ſe
nior.& aliorum veram oon eſſe, oametſi ob non da-
tum fideiuſſorem ceſſet mora emptoris,nõ tamen di-
miouitur vſus rei, nec ceſſat æquitas illa ob perce-
ptionem fructuum, & propterea non impeditur ven
ditor,quin vſuras conſequi poſſit, licet fideiuſſorem
noo dederit,vt dicit Bal io d.l.2.no.7. C.de vſur.& ſe
quuntur Alex.conſ.31.nu.18.col fi.lib.6. & alij ſupra
adducti. Nec Bal.à Soc. & alijs allegatus in d.l.2.nu
me.6.diſſentit, quia nõ dicit Baldus, quod perceptio
fructuum licet ceſſet mora, non ſit conſideranda,ſed
tantum aſſerit eſſe conſiderãdam moram emptoris
noo ſoluentis pretium, quando emit rem ſterilem,
ex qua non percipiuntur fructus, & ſic oon nocet, cũ
ceſſet in emptore rei ſterilis ratio illa perceptioois
fructuum, & cooſequenter æquitas d.l.curabit, vt e-
tiam conſiderat Cagnol. in d.l.2. nu.31.& ſeq.& 34.
Minus repugnat aliud dictum Bald. io l.1.C.de bon.
matern.quia hic oulla fuerat mota lis Domino Ioan
ni Baptiſtæ emptori ab aliquo, qui bona euincere vel
let,quod eſt neceſſarium, vt conſiderat Afflict.in de-
ciſ.20.in fi. Præterea hæc non ſunt attendenda, nam
ſupra clare demonſtraui ad effectum de quo agitur,
attendi ſolam fructuum perceptionem, & ęquitatẽ,
ne emptor locupletetur cum iactura venditoris,non
autem moram, & contraria opinio communiter dã-
natur,aliaque ſententia Baldi in d.l.2.nu.7.commu
niter recipitur, vt patet ex auctoritatibus ſupra ad-
ductis,& de communi teſtantur Cagnol.in d.l.cura-
bit,nu.31.& ſeqq.vbi contrariis reſpondet,& Didac.
Couar.varia.reſol.lib.3.c.4.nu.6.ver.12.

Minus reſiſtit quartum, quia Dominos Ioannes
Baptiſta promiſit ſoluere in Calendis Martij, et do-
nec nõ ſolueret,pręſtaret vſuras creditoribus, quo ca
ſu nulla dr̃ data dilatio ad ſoluendum,vt dixi ſupra.
Et ſi dilatio aliqua poſſet conſiderari,illa tantum ſu-
ſpenderet tempus exactionis, nec impediret curſum
31 vſurarum,ſicut latè ſupra demooſtraui.† Inſuper ex
abundanti dico,quòd et ſi data eſſet dilatio,non pro
pterea operatur, quin vſuræ debeantur,ſtatutum qui
dem eſt durante dilatione non deberi fructus, quia
dilatio datur ſolum gratia debitoris, l.eum qui Ca-
leodis,ff.de verbor oblig.et veriſimiliter creditor ha
bitam rationem à principio de fructibus medij tem
poris, & eos fuiſſe incluſos in pretio & effectu ipſo
vna cum pretio die ſtatuta ſolui, ad not. per Bald.in
rub.C.de vſur.col.fi. Ale.in l.diuortio,in prin.ou.26.
ff.ſol.matrim. At io propoſito dilatio cenſetur appo
ſita gratia vtriuſque,nec de fructibus poteſt dici ha-
bita ratio in pretio, cum conuentum fuerit,vt donec
emptor nõ ſolueret pretium,præſtaret intereſſe,me-
ritò non ſumus in terminis ſimplicis dilationis, de
cuius natura eſt ſuſpendere curſum vſurarum,ſed de
bentur ac ſi nulla eſſet data dilatio,vt bene conſide-
rat Hieron.Gabr.in d.conſil.57.nu.5.lib.1.

Subuertitur quintum argumeotum de impedimẽ
to illato. Primo,quia per paucos dies durauit,& pau
lo poſt partes declarauerunt venditionem ſubſiſte-
32 re,& impedimenta haberi pro non illatis.†Secundo
dicitur etiam ſubſiſtente impedimento, quo emptor
excuſabatur à mora,non ceſſare æquitatem illam,ne
emptor locupletetur,percipiendo fructus,& propte-
rea intereſſe ex eadem æquitate debetur,vt cõſiderat
Soc.ſen.in conſ.170.n.12.& 13.li.2. Tertio tunc impe
dimentum excuſationem præberet, ſi emptor fuiſſet
impeditus ſoluere & appareret, ꝙ ſi ceſſaſſet impedi
33 mentum,pecuniæ fuiſſent ſolutæ,cum non † ſufficiat
conſtare de impedimẽto, niſi appareat illud dediſſe
cauſam non adimplendi, l.qui cõmeatus. & ibi Bar.
ff.de re milit.l.2.§.quod diximus,ff.ſi quis caut.per q̃
iura ita in terminis dicit Soc.ſen.in alleg. conſi.170.
nn.12.lib.2.& comprobatur io ſimili per Corn.coo-
ſil.277.in fi.lib.4.Bar.Alex.& alios in d.§.quod dixi-
mus,& ibi Iaſ.nu.4.& ſeqq Et propterea datur cau-
34 tela† quod impeditus proteſtetur,ad effectum,vt cõ-
ſtet,quod ſi impedimentum non fuiſſet illatũ, actus
fuiſſet geſtus, vt dicit Fel. in c.ex tranſmiſſa, nu.6. &
ſeqq.de præſcrip & ibi Abb.Inn.& alij communiter.
In caſu autem noſtro non conſtat, quod prætenſa im
pedimenta dederint cauſam, ꝙ emptor nõ ſolueret,
iõ attendi non debent, præſertim quia de contrario
liquet, etenim emptor ſoluere debebat pretiũ in Ca-
lendis Martij, impedimenta aſſeruntur illata in fine
menſis Maij,& illinc ad paucos dies fuerũt remota,
& D.Io.Baptiſta nec ante aſſerta impedimenta, nec
poſtea,illis remotis,pretiũ ſoluit, ex quo oſtenditur,
ꝙ nec interim ſoluiſſet donec impedimenta durauc-
runt, ſi.n.impedimenta dediſſent cãm non ſoluendi,
ſtatim illis remotis emptor ſoluiſſet,quod factũ non
fuit. Et hæc inteotio debitoris ex ceſſatione præcedẽ
35 ti & ſubſequenti detegitur†cum ex præcedẽtib.& ẽe
ſubſequentib.mẽs dubia declaretur. Bar.in l cetera,
§.ſed ſi parauit,nu.3 ff.de leg 1. Dec. conſ.283. nu.8.
ver.Actus.n.& late Franc.Bec.in conſ.101 num.49.

Minus obſtat quod dicitur D.Ioaonem Baptiſtam
retinuiſſe pecunias ſolutioni paratas, qñ prætetquã
36 quod de hoc nõ cunſtat,eſto ꝙ id verum eſſet†adhuc
à ſolutione vſurarum non liberaretur, cum de eis de
poſitum non fecerit,quod facere debuiſſet, ſi excuſa-
ri volebat,l.2.C.de vſur.vbi Bar.Sal.& Pau. de Caſt.
Hier.Gabr.d.conſil.57.nu.6.Nec æquitas ſuadet ali-
ter dicendum,nam ſi D.Ioan.Baptiſta habuiſſet pe-
cunias ſolutioni paratas in ſumma ſcutorum ſex aut
ſeptem milliũ,ex eis cenſus extinguere debebat, &
ſi Comes Petrus non fideiuſſiſſet, quia tot alios in fi-
deiuſſores obligatos habebat, & tutus omnino red-
debatur ſaltẽ pro ſumma illa,pro qua cenſus extin-
gui debuerunt,quod cum non fecerit, non ſolum de
iure, ſed ſumma æquitate fatcodum eſt ad ſolutio-
nem vſurarum teneri.

37 Nun obſtat ſextũ & vltimum†quia contraria pro-
cedunt,ceſſante conuentione ex ſola æquitate, l.cura
bit,ſecus qñ conuẽtũ eſt,quod emptor ſoluat ſex,aut
ſeptem pro centenario, eo quidem caſu illa quãtitas
ſolui debet, etſi fructus excedat, vt declarat Pariſ.in
conſ.60.n.29. & ſeqq lib.1.& Burſ.in conſi.11 nu.26.
lib.1.Qđ maxime dicendũ eſt,cũ D.Comes Octauia-
nus ab aliis pecunias ſub vſuris retineret, vt poſt Ca
gno.Soc.Gabr. & alios demonſtraui ſupra,& ceſſat,
abſurditas ex aduerſo conſiderata,cum potuerit em
ptor ſoluere creditorib.vel ſaltẽ pecunias deponere,
vt ab vſuris liberaretur, iuxta not. in l.2. C. de vſur.
38 Præterea†quia ipſe emptor fructus percepit,ſibi prę
iudiciũ generauit, etſi liberari potuiſſet fructus relli
tuendo pro rata pretij poſtq̃ eos cõſequutus fuit,nõ
eſt excuſandus,ſed integras vſuras creditorib. debi-
tas,ẽt qđ fructus excedant,ſoluere tenebitur. Pau.de
Caſt.in d.l curabit,nu.3.gl.in l.Iulianus, §.ex vendi.
in verb.poſt diẽ,ff.de act.empt. quæ cõiter approbat,
vt teſtatur Corn.cõſ.59.col.2.ver.ſed quidquid,n.5.

lib.3. & Anton. Gabriel. in dicta concluſ.4. num.15. in 11.ampliatio.

Et ita iudicatum fuit per Illuſtres Dominos Conſiliarios Sereniſſimi Domini mei Dutis Vrbini anno 1580.

ARGVMENTVM.

Qn̄ mulier & maritus fatentur recepiſſe pecunias ad quē perueniſſe pſumātur. Et quando mulier cum viro ſe obligat, numquid obligatio mulieris ſuſtineatur, & late de materia Auth. Si qua mulier, C. ad Senat. Conſult. Velleian.

SVMMARIVM.

1 *Duo ſi fatentur recepiſſe pecunias, præſumitur, quòd quilibet eas receperit pro parte. Declaratur, num. 25.*

2 *Principales cenſentur omnes, qui interuenerunt obligationi, licet vnus ſit prius nominatus altero, ſi aliter non fuit expreſſum.*

3 *Maritus & vxor ſi ſimul vendiderunt rem dotalem, præſumitur, quòd quilibet pro medictate pretium receperit. Sed contra num. 26.*

Maximè ſi tum iuramento faſſi fuerunt illud recepiſſe. numero 5.

Intellige reſpectu emptoris non viri, num. 31.

4 *Vxor ſi vendidit fundum dotalem cum conſenſu viri, & faſſa fuit recepiſſe pretium, præſumitur totum pretium ad eam perueniſſe. Declaratur num. 27. cum ſeqq.*

6 *Vxoris promiſſio cum iuramento de reſtituendo pecunias, quas cum viro faſſa fuit recepiſſe, valida eſt & ſeruari debet, attenta diſpoſitione iuris canonici. Sed contra infra, num. 33.*

7 *Vxoris confeſſio coram iudice de pecunijs receptis, & in eius vtilitatem conuerſis, ſubſiſtit, & ei præiudicat.*

8 *Vxor ſi cum viro in eodem inſtrumento faſſa fuit recepiſſe pecunias, ſi apparet pecunias ad virum perueniſſe, præſumitur fideiuſſiſſe pro viro, & non obligatur.*

Si conſtat clare pecunias in totum perueniſſe ad mulierem & in eius vtilitatem conuerſas in totum ipſa obligatur, & vir præſumitur pro ea fideiuſſiſſe, num. 9.

Si verò conſtat pro parte ad eam perueniſſe, pro ea tantum parte obligatur, & pro alia præſumitur perueniſſe ad virum, num. 10.

Sed ſi ſumus in dubio præſumitur in totum perueniſſe ad virum, vxoremque pro eo fideiuſſiſſe, num. 11. Nec releuat contraria confeſſio vxoris, num. 13. Nec aſſertio notarij, num. 14.

12 *Dos præſumitur in totum ſoluta patri, qui negotia domus adminiſtrabat, ſi pater & filius ſimul faſſi ſunt illam recepiſſe.*

13 *Vxori aſſerenti pecunias recepiſſe, non creditur, quando cū viro ſe obligauit.*

Amplia etiam ſtante iuramento, num. 32.

15 *Mulieris obligatio pro viro ſeu alio in alienam vtilitatem ſine licentia Sereniſſimi Ducis Vrbini eius decreto infringitur.*

16 *Mulier ſe obligans cum viro iuuabatur Velleiano, ſi illi certiorata non renunciabat.*

Hodie vero conſeruatur illæſa, & eius obligatio ipſo iure nulla redditur, num. 17. & 33.

Amplia etiam ſi renunciauerit beneficio authenticæ, ſi qua mulier, num. 18.

Item etiam ſi vir & vxor ſimul contraxerunt, & ſe principales conſtituerunt, num. 19.

Et etiam ſi mulier principaliter contraxit, & vir pro ea fideiuſſit, num. 20.

Et ſiue mulier ſe obligauerit cum viro, ſiue cum ſocero, priuigno aut fratre viri, num. 21.

Et non ſolum ſi pro mutuo, ſed etiam ſi pro depoſito aliove contractu, ſi clare nō conſtat pecunias in eius vtilitatem fuiſſe conuerſas, num. 22.

23 *Mulier poteſt fideiubere pro dote nec iuuatur Velleiano. Fallit, quando pro viro ſe obligat, num. 24.*

25 *L. reos, §. cum in tabulis, ff. de duob. reis, intellectus.*

27 *Pretium rei dotalis venditæ per virum & vxorem præſumitur perueniſſe ad virum.*

Idem ſi fuit vendita res viri hypothecata vxori, numero 28.

Sed ſi vxor vendit fundum dotalem cum cōſenſu viri, præſumitur perueniſſe ad eam, ſi erat locus reſtitutioni dotis: aliàs ſecus, num. 29.

Si verò vxor vendidit fundum viri cum eius conſenſu, præſumitur pretium perueniſſe ad virum, num. 30.

32 *Iuramentum non confirmat confeſſionem mulieris aſſerentis pecunias recepiſſe, & in eius vtilitatem fuiſſe conuerſas, quando illas mutuo recepit ſimul cum viro.*

Nec validat promiſſionem mulieris, de reſtituendo dictas pecunias num. 33.

34 *Iuramentum non confirmat contractum ipſo iure nullum.*

35 *Decretum Sereniſſimi Ducis Vrbini locum habet etiam in contractu mulieris iurato, quando forma in eo expreſſa non fuit ſeruata.*

36 *Iuramentum nihil operatur vbi eſt dolus.*

37 *Statutum laicorum locum habet in contractu iurato, quando illum fingit doloſum & ſimulatum, ſi forma ſtatuti in eo non fuit ſeruata.*

38 *Creditori in ſolidum competit actio contra virum quando obligatio mulieris, quæ cum viro ſe obligauit, redditur nulla.*

CONSILIVM XLV.

MAGNIFICA Domina Lucretia & eius maritus receperunt mutuo notabilem pecuniarum qoantitatem, & ambo in ſolidum ad illarum reſtitutionem ſe obligauerunt. Dubitatur modò numquid obligatio dictæ Dominæ Lucretiæ ſubſiſtat, pecuniæque in totum vel in partem ad eam peruenerint, ita vt ad earū reſtitutionem compelli poſſit.

Videtur contra Dominam Lucretiam reſpondendum, cum in inſtrumento ipſa ac eius maritus faſſi
1 fuerint pecunias mutuo recepiſſe, † & quia non dicitur, ad quem in ſolidum peruenerint, quemlibet pro parte illas habuiſſe intelligitur, l. reos, §. cum in tabulis, ff. de duobus reis. Bart. conſ. 124. nu. 1. nam quan-
2 do † duo interueniunt obligationi, ambo principales cenſentur, ſi aliter non eſt expreſſum, non obſtante q vnus ſit prius nominatus altero. Bal. in Auth. hoc amplius, num. 21. C. de fideicommiſſ. Tiraquel. de retrac. lignag. §. 31. gl. 1. nu. 6. & hæc procedunt etiam in viro
3 & vxore ſimul ſe obligantibus, vt ipſi dicunt † & hinc infertur, quòd ſi maritus & vxor ſimul rem dotalem vendiderunt, præſumitur, quòd quilibet pro medietate pretium receperit, ſecundum Bartol. in d. conſil. 124. nu. 1. Bald. in l. mater tua, nu. 11. C. de rei vendicat. qui dicit hoc verum eſſe quando tempore venditionis eſt facta numeratio, licet ſi prius pretium fuiſſet ſolutum marito, ceſſet dicta præſumptio, quamuis mulier poſtea fateretur pretium recepiſſe. Et opinionem Bartholi ſequuntur Paul. de Caſtr. in d. §. cum in tabulis, nu. 3. & conſ. 362. in fi. lib. 2. Cur. ſen. conſ. 53.
4 num. 2, ver. Pro qua parte, † niſi mulier ipſa fundum dota-

dotalem ad ſe ſpectantem diſtraheret cum conſenſu
viri,& faterertur totum pretium recepiſſe, tunc enim
ſtandum eſſet inſtrumento,& totum pretium ad mu-
lierem perueniſſe intelligeretur. Alexand. conſilio
38.numero primo,& ſequen.lib. 2. Natta conſil.552.
num.4. libro 3. poſt Imol. in cap. cum contingat, de
iureiuran.

Et tanto magis dicēdum eſt pecunias ad vxorem
perueniſſe,quia ipſa & maritus ſimul faſſi fuerunt il-
las recepiſſe, inſtrumentumque, iureiurando confir-
5 mauerunt,& quando præter confeſſionem † interue-
nit etiam iuramentum mulieris, opinio Bartholi in
dicto conſ.124.magis obtineret,ac in practica obſer-
naretur, vt dixit Angel. Aret.in §. item ſi, num.37.in
fin.& 38.Inſtit.de exceptio.quam opinionem in ven-
ditione, à viro & vxore facta cum iuramento, ſequi-
tur Seraphin. de Seraphin. in tract. de priuil. iuram.
6 priuil.65.in fin.† & quia cum eodem iuramento mu-
lier cum viro ſe obligauit pro reſtitutione pecunia-
rum valida redditur hæc ſua obligatio,ſeruarique de
bet iuris canonici diſpoſitione attenta, iuxta capit.
cum contingat, de iureiuran. ita Bart. in Authen. Si
qua mulier, num.4. C. ad Velleian. & ibi Angel. ver-
ſicu. Et prædicta, & Alber.num.3. verſicu. Item quia,
quod in iuramento promiſſorio admittere videntur
in dicta Authen. Bald. num.6.in fin. & 50. & Salicet.
num.7. & idem tenet Speculat.in titul.de obligat. &
ſolut. §. ante omnia, num. 10. & Ioan. Andr. in ad-
7 dit. ad eum in littera I.† Et ſi verum eſt, quòd quan-
do mulier coram iudice in figura iudicij ad hoc inſti
tuti fatetur recepiſſe pecunias, illaſque in ſuam vtili
tatem fuiſſe conuerſas, eius confeſſioni ſtandum eſt,
& confeſſio ſibi præiudicat calore iudicij,vt dixerunt
Bald. in dicta Authen. num. 7. Salicet. nume. 6. Ro-
man.in l.ſi cum dotem,§.traſgrediamur, numero 57.
ff. ſoluto matrimon. Angel. Aret. in dicto §. item ſi,
num.37.ver. Prædicta intelligo, quanto magis ſtan-
dum erit confeſſioni iuratæ ob vinculum iuramenti?
quod ſemper ſeruari debet, quando poteſt ſine inte-
ritu ſalutis æternæ,d.cap.cum contingat,& ibi Doct.
de iureiuran.

Quamuis prædicta multum vrgere videantur con
tra Dominam Lucretiam, nihilominus cenſeo pecu-
nias mutuo receptas,in ſolidum ad virum perueniſſe,
mulieremque viri contemplatione ſe obligaſſe.Con-
ſtat enim ex inſtrumento Dominam Lucretiam & vi
rū ſimpliciter faſſos fuiſſe recepiſſe pecunias mutuo,
quas reſtituere promiſerunt,& ad cognoſcendum an
mulier aliquid perceperit, & obligata efficaciter re-
8 manſerit, conſiderandum eſt,quod quando † mulier
cum viro in eodem inſtrumento fatetur pecunias re-
cepiſſe,ac cum eo ad reſtitutionem ſe obligat, ſi ex a-
lijs apparet pecunias in totum ad virum perueniſſe,
pręſumitur quòd mulier pro viro interceſſerit,nec ip
ſa in aliquo obligatur.Specul.in dicto §. ante omnia,
num.9.Signorol.de Homod. conſ.41.num.1. verſicul.
Secto caſu.Bologn.conſ.45.nu.4.Rol.à Vall. conſ.64.
9 nu.9.lib.1.†Si vero probatur pecunias in totum perue
niſſe ad mulierem,& in eius vtilitatem fuiſſe conuer-
ſas tunc maritus cenſetur pro vxore fideiuſſiſſe,et mu
lier in totum obligatur.Bologn.in d.conſ.45.num.4.
10 Aut † conſtat pecunias pro parte tantum ad mulie-
rem perueniſſe, & in eius vtilitatem eſſe conuerſas,
pro alia parte præſumitur perueniſſe ad virum,& mu
lier pro parte tantum obligatur,vt dicunt Specul. Si-
gnorol. & Roland.à Vall.in allegatis locis, & in iſtis
duobus caſibus ad effectum quod mulier obligetur,
clare et manifeſte probari debet pecunias perueniſſe
ad mulierem, et ad ipſius vtilitatem fuiſſe cōuerſas,
vt dicit tex.in dicta Auth.Si qua mulier,C.ad Vellei.
& ibi omnes admittunt,& Ang.Aret.in d. §. Item ſi,
11 nume.37. verſ. Et eſt notandum.† Aut vero ſumus in
dubio, et nihil apparet conuerſum in vtilitatem mu
lieris,& tunc præſumitur in totum pecunias ad mari
tum perueniſſe, vxoremque pro eo fideiuſſiſſe, prout
firmant Specul. Bologn. & Roland. à Vall.in locis ſu
pra adductis.Et confirmatur hæc præſumptio ea ad-
ductis per Cyn. in l. Si cum dotem, §. transgredia-
12 mur,ff.ſol.matr.vbi dixit,†quod quando pater et fi-
lius confitentur habuiſſe dotem ſi pater inſolidum
adminiſtrabat negotia domus et onera matrimonij
ſupportabat,pręſumitur,quod tota dos ad patrem
peruenerit. Et licet Bal.Imo.et Alex.ibi videantur te
nere cōtrarium,opinio Cini verior et magis recepta
videtur,quam ſequntur Ang.in d.§.tranſgrediamur,
Crauet.conſil.91.num.3.lib.1.late Senat.Pedemont.
deciſ.43. nu.2. et ſeqq. vſque ad fin. In caſu vero de
quo agitur, nec manifeſte, nec aliter apparet pecu-
nias mutuo receptas perueniſſe ad D. Lucretiam, &
in eius vtilitatem fuiſſe conuerſas, ideo in totum ad
13 virū perueniſſe præſumitur.† Quæ præſumptio quā-
do mulier cum viro ſe obligat, locum habet, quāuis
mulier in inſtrumento fateatur pecunias ad eā per-
ueniſſe, ac in eius vtilitatē fuiſſe conuerſas; quia mu
lieri nō eſt credendum, cū eadem facilitate confitea
tur, qua ſe obligat, vt in dicta Auth. Si qua mulier,
not. Bart.num.3.Pau.de Caſtr.num.3.Salic.nume.6.
Alber. num.5. vbi dicit confeſſionem mulieris non
ſufficere, cum in dicta Auth. ſi qua mulier, et in cor-
pore vnde ſumitur, dicatur manifeſtis probationib.
debere cōſtare pecunias in vtilitatem mulieris fuiſ-
ſe conuerſas,et quia ſi ſola confeſſio mulieris ſuffice-
ret metu vel amore viri de facile confiteretur, & ſic
parum vtilis eſſet prouiſio illius Authenticæ. Eamdē
opinionem tenent Bald.in l.ſi eum ſeruum,nu.3. ff. ſi
cert.pet.Ang. Aret.in dicto §.Item ſi,nume.37.verſic.
Quæritur ergo. Bald. Nouel. in tracta. de dot. par.7.
priuil.1.num.15. in fine. Tiraquel.de retract.lignag.
§.31.glo.1.num.5.Bologn.d.conſil.45. num.6.& 8.Ro
14 lan.à Vall.in alleg.conſil.64. nu.10. lib.5.† Et quam-
uis Bal. Nouel. in tract.de dot.parte ſeptima,priui-
leg.primo,numero 15.in fine, videatur ſentire Auth.
ſi qua mulier non habere locum,quando notarius te
ſtatur in ſui præſentia pecuniam fuiſſe numeratam
vxori,hæc eius opinio non videtur recipienda, quia
neceſſarium eſt probare (vt inquit textus in dicta
Authent.) quod pecunia ſit verſa in vtilitatem mu-
lieris, quod non probatur ea eo ſolo quod conſtat
mulierem pecunias recepiſſe, quia potuit breui ma-
nu de vxore deuenire ad virum, & ita præſumitur,
vt conſiderat Vrſil. in addit. ad Afflict. deciſ. 209.
numero ſecundo.

Cum igitur ex prædictis probetur iuris præſum-
ptione pecunias mutuo receptas ad manus viri per-
ueniſſe,& mulierem pro viro ſe obligaſſe, hæc ſua o-
15 bligatio nulla eſt.† Primo quia Dom. Lucretia ſubie
cta Sereniſſimo Domino meo Duci Vrbini, contra-
xit ſine dicti Sereniſſimi Ducis licentia,& per Decre
tum ſuæ Celſitudinis cauetur, quòd nulla interceſſio,
fideiuſſio,promiſſio,ac alia quæuis obligatio,aliena-
tio,vel quiuis alius cōtractus mulieris, pro viris aut
alijs quibuſcūque ad alienā & non propriam vtilita
tē & cōmodum valeat ſeu teneat,ſine ipſius Sereniſs.
Ducis licentia,étſi mulieres certiores factæ renūcia-
uerint beneficio Senatus Cōſulti Velleiani, renūcia
tionemque ſuam iureiurādo confirmauerint, & per

diđum Decretum huiuſmodi renunciationes irritæ
declarantur tamquam dolo malo metuque ab eis ex
tortæ, & iuſiurandũ quoque & omnia alia adiecta ita
deinceps præſumi debere in eo diſponitur. Secundo
16 ceſſante dicto decreto idem dicendũ eſſet† quoniam
de iure cõi mulier cõſentiẽs obligationi viri vel cũ eo
ſe, & ſua bona obligãs olim iuuabatur Velleiano, cui
mulier renunciare poterat, & eius beneficio priuaba
tur, quando mooita renunciabat, l.ſi.§.fin.vbi gl.ff.ad
Vellei.glo.in l.ſciendum, ff.de verb.obl.vbi Alex.nu-
me.29.Iaſ.nu.30.verſic.Tertio nota.Port.Imo.conſi,
36.nu.30, dummodo ante renunciationem certiora-
rata fuerit, & non aliter. Paul. de Caſtr. in l.fin.C.ad
Velleia.Viui.in ſuis com. opin in ver.mulier iuuatur
Velleiano, vbi com.dicit, & Burſat.conſil.149.nu.42.
17 lib.2.† hodie vero ipſo iure conſeruatur illæſa, & o-
bligatio ſua nulla redditur, vt probat tex.in d. Auth.
ſi qua mulier.& ibi Bar.nu.2.Bal.Ang. Pau.de Caſtr.
& Salic. Soc.ſen.conſi.15.num.31. lib.1. Bologn.con-
ſil.45.num.4.& ſeq.Ang.Aret.in §.eſt & aliud genus,
num.3.Inſtit.de donat.& in §.Item ſi, num.37. verſic.
& prædicta ſunt limitanda. Inſtit. de excepr. vbi di-
cit dictam Authenticã locum habere, & ſimultoties
18 mulier ratificaret, & etiam poſt decem annos.† Nec
beneficio dictæ Auth. renunciari poteſt, ſecundum
Bald.ibi, nu.10.Salic.nume.5.Alber.nu.4.Abb.conſil,
44.nu.1.lib.1.Ang.Aret.in d.§.item ſi, nu.37. verſicu.
19 & prædicta. Bologn.conſil.45.num.6.& ſeq.†Et pro-
cedit etiam quando maritus & vxor ſimul ſe obligã
res ambo ſe conſtituunt principales debitores, vt ibi
dicunt Iacob.de Belu.Bald.nume.13. & Salic.num.8.
& not.Ang.de Aret.in d.§.item ſi, num.39. verſi.quid
ſi vir.Specul.Odd.& Din. quos refert & ſequitur Al-
ber.in dicta Authen. num.2. vbi dicit dictam Auth,
intelligi non ſolum quando mulier pro viro interce-
dit, ſed etiam quando cum eo principaliter ſe obli-
gar, & iſtum intellectum vidiſſe communiter obſer-
uari, qui eſt etiam æquior, ne fraus fieret illi Authen-
20 ticæ † Immo etiam ſi mulier principaliter ſe obliga-
ret, & maritus fideiuberet pro ea, idẽ dicendum eſſet,
quia præſumitur mulierum intercedere pro viro, &
dicitur color quæſitus, ſecundum Bald.in d. Auth. Si
qua mulier, num.9.Salic.num.9. Ang.Aret.in dicto §.
Item ſi, num.38.verſic.Quid econtra, licet in hoc diſ-
ſentiat Alber.in dicta Aurh. nume.2. verſ. ſed quis,
quando de fraude aliter non conſtat, & locus eſt di-
21 ctæ Authenticæ, non ſolum † quãdo mulier ſe obligat
cum viro, ſed etiam ſi cum ſocero vel priuigno aut
fratre viri, quia viri contemplatione ſe obligaſſe præ
ſumitur, & non tenet obligatio. Nicol. de Mattarel.
in dicta Autb. vbi Bald.nume.1.Salic. numero quar-
to. Ang Aret.in dicto §.eſt & aliud genus, & in dicto
22 §.item ſi, numer.37.verſic. Et aduertas.† Procedit-
que diſpoſitio dictæ Authenticæ, ſi qua mulier, non
ſolum quando maritus & vxor principaliter, & in ſo
lidum mutuum recipere fatentur, vt in caſu, de quo
agitur, prout loquitur textus in dicta Authentica, &
ibi not.Bald.nu.13.in ſi. Salic.nu.2, Specu. in tit. de o-
blig.& ſolut.§.ante omnia, num.9.Imo.in l. Modeſti-
nus, in fin.de ſolut.Fabia.de Mont. in tract. de empt,
& vend.q.38.3.q.princ.num.65.Roland.à Vall.con-
ſil.64.nu.8.& ſeq. lib. 1. ſed etiam in depoſito. Bolo-
gnin.conſil.45.per totum. & in omni alio contractu
in quo cum viro ſe obligat, ſi non conſtat pecuniã
in eius vtilitatem fuiſſe conuerſam, vt Bald. & cete-
ri not.in dicta Authentica, ſi qua mulier, et compro
batur per Abba.conſ.44.in princip.libro 1.vbi dicit,
quòd qualitercunque maritus et vxor in eodem in-

ſtrumento contrahant, vxor non obligatur ipſo iure,
niſi pecunia probetur verſa in vtilitatem mulieris ea
ratione, cum ſemper mulier in dubio videatur adhi-
23 bita, vt intercedat pro viro† & intantum prohibitum
eſt mulieri pro viro ſe obligare, quòd licet ei permiſ-
ſum ſit fideiubere pro dote danda vel reſtituẽda abſ-
que eo quod iuuetur beneficio Velleian.l.ſi dotare, &
l.fin, C.ad Velleian.Bald.nouel.in tract.de dot.par.6.
priuil.12.num.1.& 2.Cephal.conſ.408.nu.9.ver.deci-
mo, lib.3. Natta conſ.52.num.15.lib.1. nihilominus
24 nec†pro dote poteſt pro viro fideiubere.Bart.in l.iu-
bemus, in l ſi.C.ad Velle. late Bero.conſil.48. per tot.
lib.1. Doct.in d.l.ſi. Cum igitur Domina Lucretia cũ
viro faſſa fuerit pecunias mutuo recepiſſe, & cum eo
ad earum reſtitutionem ſe obligauerit, hæc ſua obli-
gatio corruit, nec obſeruanda eſt.

Nec obſtant allegata in contrarium, licet enim
quando duo pecunias recipiunt, nec dicitur ad quem
in ſolidum peruenerint, præſumatur quemlibet pro
parte recepiſſe iuxta l. reos, §. cum in tabulis, ff. de
25 duob.teis† Id verum eſt regulariter reſpectu eorum,
qui inter ſe poſſunt ſe obligare, & ita procedit text.in
§.cum in tabulis. Sed aliud dicendum eſt reſpectu per
ſonarum, quæ inter ſe obligari non poſſunt, vt ſunt
vir, & vxor, vt ſupra fuit dictum, & ita reſpondeur d.
§.cum in rabulis. Imol.in l.cum vir, num.10. *in fin. ff.*
de vſucap. Aſſlict.deciſ.209.num.4. *Campeg.* de *dot*.
par.4.q.10.num.1.in fin.Rolan.à Vall.conſil.64.num.
14. libro 1. Seraphin. de Seraphin. in tract. de priuil.
iuramen.priuileg.65.num.3. Senat. Pedemon. deciſ.
43.num.16.

26 Neque verum eſt † facta venditione per virum &
vxorem fundi dotalis præſumi pretium ad quemli-
bet pro medietate perueniſſe, nam etſi id dixerit Bar.
in d.conſ.124.& eum nonnulli alij ſequuntur, eorum
opinio magis communiter reprobatur, & cõtrarium
tenent Bald.in d.Authen.Si qua mulier, nu.6.7.& 13.
Rom.in l.ſi eum dotem, §.traſgrediamur, nu.17.ff.ſol.
matrim. Imol.in l.cum vir, num.10. verſic. *Quid au*-
rem, ff.de vſucap.& in c.cum contingat, nu.*26. de in*-
reiuran.Bernard.Landrian.in addit.ad Bar.in alleg.
conſil.Fabian.de Mont.in tract.de empt.& vendit.q.
38 3.q.prin.nu.64.& ſeq. Alex.conſ.172.nu.17.verſic.
Similiter non obſtat, lib.6.Ang Aret.in dicto §.eſt a-
liud genus, num.4.Inſtit.de donat. Natta conſil.552.
num.3. libro 3. Capic. deciſ.78. num.8. Aſſlict.deciſ.
209.nu.2.& 3.& ibi Vrſil.in addit. Campeg. in tract.
de dot.par.4.quæſtio.10.Bald.nouel.qui de commu-
ni teſtatur in tractatu, de dote par.7.priuileg.1.num.
15. verſiculo. Nam multum intereſt. Boer. deciſ.23.
num.6. & ſeq. Tiraquel. de retractu lignag. §.31.glo.
1. num.5. Rolan. à Vall. de communi teſtatur conſil.
64.per totum, libro 1.deciſ. Pedemon.43.num.5. vbi
de communi teſtatur, quam etiam communem dicit
Crauet. conſil.91. per totum, maxime num.11.libro
1.quæ opinio veriſſima eſt, vt elicitur ex adductis ſu-
pra & ſecundum Imol. in dicta l.cum vir, numero 10.
in fine, & Boer. dicta deciſione 53. numero 7. Et ra-
tione comprobatur, quia vt docet experientia, ma-
ritus verè percipere ſolet pecunias, ſed pro cautela
emptoris mulier & maritus principaliter ſe obligãt,
mulierque fatetur pretium recepiſſe, quia metu vel
amore inducitur, nec poteſt commode reſiſtere volun
tati viri.

Quibus non reſiſtit, quod Alexan. conſil.38. libro
2.& Natta conſil.552. libro 3.in contrarium allegati
dicant præſumi mulierem totum pretium recepiſſe,
quando fundum dotalem alienãt cum conſenſu viri;

Plures

27 Plures enim in hoc ſunt conſiderandi caſus.† Primus
eſt, quando maritus & vxor vendunt rem dotalem, &
ambo promittunt de euictione, & cõfitẽtur ſe recepiſ
ſe pretiom, & tunc torum præſumitur perueniſſe ad
maritum, & in hoc non ſtatur contrariæ confeſſioni
mulieris, vt Bald. & alij dicunt in dicta Auth. Si qua
mulier, & in hoc non diſſentiunt Alex. & Natt. in di-
ctis locis. Et iſte caſus ſimilis eſt noſtro & pro nobis
facit, cum ſimpliciter maritus & vxor pecunias mu-
tuo recepiſſe faſſi fuerint, & ſic ad virum illas integrè
28 perneniſſe præſumitur.† Secundus caſus eſt, quando
maritus vendidit rem propriam, hypothecatam, vxo
ri, cum conſenſu vxoris, vel ambo principaliter illam
vendiderunt, & etiam iſto caſu, quia agitur de re per-
tinente ad virum, præſumitur virum totum pretium
habuiſſe. Afflict. deciſ. 109. & declarat Natta d. conſ.
552. nom. 4. quoties enim ſumus in caſu, in quo nego-
tium principaliter pertinet ad vnum, ſi duo in ſolidũ
obligantur, cẽſetur alter, ad quẽ negotiũ nõ pertinet,
interceſſiſſe tamquã fideiuſſor pro ſecuritate & caute
la alterius partis. Bart. in l. reos, ff. de duob. reis, l. vir
vxori, §. fi. & ibi Fulg. & Pau. de Caſt. ff. ad Velle. Crau.
29 conſ. 91. nu. 2. lib 1.† Tertius conſideratur caſus, qñ ſo
la molier vendidit fundum dotalem cum conſenſu vi
ri, & ipſa in inſtrumento fatetur totum pretium re-
cepiſſe, & eo caſu quia agitur de re ad vxorem perti-
nente ſtandum eſt eius confeſſioni, ſi tunc poterat eſ-
ſe locus reſtitutioni dotis, aliàs ſecus, vt dicit Natta
in d. conſ. 552. nu. 2. & ita caſus prædictos diſtinguen
do declarat Seraph. de Seraph. in tract. de priuil. iu-
ram. priuil. 65. num. 4. & ſeq. & iſti duo caſus non re-
ſiſtunt intentioni Dominæ Lucretiæ, cùm ambo ſim-
pliciter faſſi fuerint mutuum recepiſſe nec conſtet a-
30 ctum fuiſſe de re pertinente ad vxorem.† Additur
quartus caſus ſecundum Natt. in d. conſ. 552. num. 6.
qui hanc noſtram comprobat opinionem, quando
mulier cum conſenſu viri vẽdidit fundum proprium
viri, & tũc præſumitur pretiom ad virum perueniſſe,
ſed mulierem adhibitam fuiſſe inſtigationibus viri,
31 ne poſſet veaare emptorem.† Et quamuis Ang. Aret.
& Seraph. in contrarium allegati crediderint opinio-
nem Bartoli eſſe ſequendam, ſtante iuramento mulie
ris præſtito in inſtrumento venditionis, ab ea & viro
factæ, aduertendum eſt, quod iuramentum mulieris
in inſtrumẽto venditionis præſtitũ ſibi nocere poſſet
reſpectu emptoris, vt dicit Boer. deciſ. 23. nu. 7. Sed re
ſpectu viri, ne præſumatur totom pretium redactom
ex venditione, ad eum perueniſſe, nihil operatur, ſed
totum ad eum perueniſſe præſumitur, niſi cõtrarium
probetur. Et ita declarat Boer. dicta deciſ. 23. nu. 7. &
Crau. d. conſ. 91. num. 3. & 4.

Nec videntur obſtare alia, quæ de iuramento dice
32 bantur.† Aut enim fit fundamẽtum in iuramento aſ-
ſertorio ad probandum pecuniarum partem ad vxo-
rem perueniſſe, vt ceſſet diſpoſitio dictæ Auth. Si qua
mulier, & quia ad ſuſtinendum obligationem mulie-
ris neceſſarium eſt manifeſte probare pecunias ver-
ſas eſſe in vtilitatem molieris, vt dicit tex. in d. Auth.
& in corpore vnde ſumitur, & ſupra demonſtraui, nõ
ſufficit mulierem cum iuramento aſſerere pecunias
recepiſſe, niſi etiam aliter probetur in eius vtilitatem
fuiſſe conuerſas, quia militat eadem ratio fraudis, &
credendom eſt pecuniam breui manu de vxore ad vi
rum deueniſſe, vt conſiderat Vrſil. in addit. ad Afflic.
in deciſ. 209. nu. 2. Ideo licet ipſa faſſa fuiſſet eum iu-
ramento pecunias, in eius vtilitatem eſſe conuerſas,
non ſufficeret, niſi id aliter manifeſte probetur, vt di-
xeruot in d. Auth. Si qua mulier. Bal. nu. 6. in fi. Sal. nu.
7. Io. de Imol. in l. cum vir, num. 10. in fin. ff. de vſucap.

Fab. de Mont. in d. 3. q. prin. nu. 65. Campeg. in tract.
de dot. q. 10. nu. 1. Rol. à Val conſ 64 nu. 11 lib. 1. quo-
rum opinionem veriſſimam puto, cum mulier, quæ vi
ro commode reſiſtere non poteſt, eadem facilitate,
qua inducitur ab eo ad confitendum debitum, & ſe
obligandum, eadem induci poteſt ad iurandum, vt
per l. doli, §. diuerſum, ff. de excep. doli, & not. per Rui.
conſ. 60. nu. 28. lib. 3. dixeruni Fran. Becc. conſ. 52. nu.
108. & Rim. iun. conſ. 467. nu. 63. lib. 4. Et huic conclu-
ſioni non repugnat quod dicitur de muliere venden-
te fundum vna cum viro, quæ ſi fateatur recepiſſe pre
tium cum iuramento, virtute iuramenti ſibi præiudi-
cat, vt dicunt Aret. & Seraph. in contrarium allegati,
intelligentes reſpectu emptoris, vt declarat Boer. in
alleg. deciſ. 23 nu. 7. Quia præterquam quod eorum
opinio non eſt tuta, & ex prædictis redditur dubita-
bilis, adhuc ſi vera eſſet, non noceret in caſu, de quo a-
gitur, com termini ſint diuerſi, nam quando mulier
cũ viro recepit pecunias mutuo, & fatetur pecunias
recepiſſe, ſi non probetur pecunia in eius vtilitatem
conuerſa, præſumitur pro viro interceſſiſſe, & ad eum
pecunias perueniſſe, & non obſtante contraria mulie
ris aſſertione, obligatio redditur ipſo iure nulla, etiã
reſpectu mutuantis, iuxta terminos dictæ Authen. Si
qua mulier, & hoc caſu iuramentum nullo modo prę-
iudicat, vt dixi ſupra. Et in hoc Seraph. in d. priui. 65.
in fi. & Boer. in d. deci. 23. nõ contradicunt, ſed quãdo
mulier & maritus vendunt fundum, quia mulier non
prohibetur indiſtincte contrahere, ſed ſolum pro vi-
ro ſe obligare, l. 1. tot. tit. C. ad Velle. ſi fundum vẽdit
non facit contractom ipſo iure nullum, ideo non con
fitendo cum iuramento recepiſſe pretium, ſibi præiu-
dicat reſpectu emptoris, vt poſt Pau. de Caſt. in conſ.
41. nu. 2. lib. 1. declarat Seraph. in d. priu. 65. in fin. quã
inter vnom caſum & alium differentiam conſtituit.

Aut vero fit fundamentom in iuramento promiſ-
ſorio, cum quo Domina Lucretia cum viro ad reſtõ-
33 nem mutui ſe obligauit,† & dicitur illud nõ obſtare,
nam quando mulier in eodem inſtrõ cum viro ſe oblĩ
gat, ſi manifeſte non probatur pecunias in eius vtili-
tatem eſſe cõuerſas, non obligatur, ſed ſua obligatio
ipſo iure nulla redditor, vt dicitur in d. Auth. Si qua
mulier, vbi Bar. & Alb. & ceteri omnes dicunt, hodie
ipſo iure mulierem tutam reddi. Bologn. in d. cõſ. 45.
34 nu. 4 in fi. Paul. de Caſt. conſ. 41. nu. 2. lib. 1.† Et quan-
do obligatio ſeu cõtractus ipſo iure nullus redditur
de iure cõi tunc iuramentum nihil operatur, l. non du
bium, in fin. C. de legi. & ibi Bald. col. penul. in princ.
glo. Bald. Caſtren. & Sal. in l fin. §. filijs, C. de bon. quæ
liber. Ang. conſil. 160. col. 1. ver. Cum igitur in tertio
dubio. Imo. in c. cum contingat, col. 36. ver. Et prædi-
cta, dicit procedere, de iureiur. Seraphin. de Seraph.
de priu. iuram. priuil. 61. nu. 11. Cephal. conſ. 312. nu.
106. lib. 3. & conſ. 466. nom. 36 lib. 4. Rim. iun. conſil.
467. nu. 62. & ſeqq. lib. 4. & conſ. 239 num. 70. & ſeqq.
lib. 3. et in terminis quòd huiuſmodi obligatio mulie
ris, quæ eſt ipſo iure nulla non confirmetur iuramen-
to, ſed eo nõ obſtante, locus ſit diſpoſitioni dictæ Au-
then. Si qua mulier, firmat ibi gl. in prin. quam opinio
nem clare tenent Bologn. conſ. 45. per tot. præſertim
nu. 4 6. & 9. Bero. conſ. 48. nu. 11. & ſeqq lib. 1. Fabian.
de Mont. in tract. de empt. & vend. q 3. in prin. nu. 65.
Ang. Aret. in d. §. itẽ ſi, nu. 38. ver. Sed licet iſta opinio,
& eamdem opinionem ſequi videntur etiam. Dec. cõ
ſil. 587. nu. 2. ver. Et iuramentum. Fran. Becc. conſ. 52.
no. 40. et conſ. 99. nu. 24. dum dicunt iuramentum ni-
hil operari, quando contractus eſt ipſo iure nullus,
alleg. gl. in d. Auth Si qua mulier, quam glo. in hoc ſin
gularem appellat Rim. iun. d. conſ. 239. nu. 70.

Cui opinioni in caſu noſtro adhærendum videtur
35 ſtante † Decreto præfati Sereniſſimi Domini Ducis
Vrbini, quo infringuntur huiuſmodi obligationes
mulierum, non obſtante iuramento, & diſponitur renunciationes
etiam iuratas irritas eſſe tamquam dolo
malo metuque ab eis extortas, & iuſiurandũ quoque
& omnia alia adiecta, & ita præſumi deinceps
deberi decernitur. Et licet princeps ſecularis nõ poſſit
circa iuramentum diſponere eius vires infringendo,
iux. not. per Doct. in l. omnes populi, ff. de iuſt. &
36 iur. Nihilominus † quando per legem Principis ſecularis
ſeu per ſtatutum Laicorum non ſolum contractus
certa forma non ſeruata, annullatur, ſed etiam
diſponitur contractum aliter factum doloſum, & dolo
extortum præſumi, tunc quia per legem ſeu ſtatutum
contractus doloſus præſumitur, & vbi eſt dolus
iuramentum nihil operatur, & ſine pœna contemni
poteſt. cap. Cum contingat. vbi Abb. col. 2. de iur. iur.
37 nu. 3. cap. licet mulieres, de iureiur. in ſexto, † lex ſeu
ſtatutum locum habet etiam in contractu iurato, qui
ſi ſit initus forma non ſeruata, iuramento non obſtante
nullus redditur, vt declarant Bart. in l. omnes populi,
in 3. quæſt. princip. nu. 25. ff. de iuſt. & iur. Bal. in
l. non dubium, C. de legi. Bald. & Salic. in Auth. Sacramenta
puberum, C. ſi aduerſ. vendit. Card. Florent. in
d. c. Cum contingat. Petr. de Anch. in repet. c. 1. in 6.
q. de conſtit. Alex. conſil. 151. num. 3. lib. 7. Seraph. in
tract. de priuil. iuram. priuil. 74. num. 28. Curt. iun. in
conſil. 118. nu. 6. lib. 2. vbi dicit hanc opinionem eſſe
veram & communem.

Concludo igitur obligationem mulieris nullam
eſſe, & pecunias omnes ad virum perueniſſe, & quia
maritus pauper eſt, & pecunijs eget, mulier verò dines
reputatur, & non ſolum non probatur immo, nec
allegatur aliqua cauſa ex qua mulier dictis pecunijs
egere potuerit niſi pro ſeruitio viri, ſine probabili
difficultate fateri oportet mulierem fuiſſe adhibitã
pro ſecuritate mutuantis pecunias viro, & conſequẽter
ad earum reſtitutionem mulierẽ non teneri, quia
per Auth. ſi qua mulier, & in corpore vnde ſumitur,
redditur ipſo iure tuta à ſua obligatione, quæ ipſi
nullum facit præiudicium, vt ibi dicit tex. & Doctor.
38 communiter declarant, † ſed creditori contra virum
in ſolidum competit actio, vt dixit Alber. in d. Auth.
Si qua mulier, nu. 3. verſic. Sed adhuc.

Ignoratur exitus cauſæ,

ARGVMENTVM.

Donatio quando præſumatur ſimulata.
Et quæ requirantur, ad hoc vt de ſimulatione opponi poſſit.
Et an iuramentum excludat exceptionẽ ſimulationis.

SVMMARIVM.

1 Simulatio in dubio non præſumitur, niſi probetur.
3 Simulationem proponens debet eius ſpeciem allegare & probare. Declaratur num. 27.
Et etiam debet allegare & probare cauſam, ob quam ad ſimulationem fuerit deuentum, nu. 3.
Et quomodo probata intelligatur, nu. 28
Amplia, quòd etiam probare debet cauſam illam à principio interueniſſe, nu. 4.
5 Clauſula conſtituti remouet præſumptionẽ ſimulationis.
Sed contra nu. 29. & declaratur nu. 30.
6 Iuramentum excludit exceptionem ſimulationis.
Sed contra nu. 35. cum ſeq. vbi declaratur.
7 Simulationum ſpecies plures ſunt, & aliquæ infringunt contractum, & aliæ non.
8 Dominum transfertur etiam ex contractu ſimulato remiſſiue.
9 Simulatio vera & propria ea eſt, quæ adhibetur apparenter ad aliquam cauſam effugiendam. Sed de mente contrahentium eſt, vt nihil agatur.
Et illa reddit contractum ipſo iure nullum, num. 10.
11 Simulatio probatur coniecturis & præſumptionibus, & de ratione.
Item per teſtes minus idoneos & per iuramentum. nu. 12.
Et quibus præſumptionibus & coniecturis probetur. Iudicis arbitrio relinquitur, num. 13.
14 Donatio præſumitur ſimulata, quando facta fuit ſine reſeruatione vſusfructus, & donator remanſit in poſſeſſione.
Amplia etiam ſtante clauſula conſtituti. num. 29.
15 Simulationis ſuſpicio augetur quando donatio fit fauore perſonæ coniunctæ.
Maxime quãdo cauſa ſimulationis præceſſit donationem, num. 16.
17 Donatio immenſa omnium bonorum, vel etiam partis magis præſumitur ſimulata.
18 Præſumptio elicitur ab his, quæ homines communiter facere ſolent.
19 Simulationis præſumptio reſultat ex qualitate loci, in quo fuit initus contractus.
20 Clam fieri dicitur, quidquid taliter fit, ne ad aliorum notitiam deueniat.
21 Clandeſtinus actus appellatur etiam quando conficitur inſtrumentum, ſed in loco inſolito & occulto.
22 Simulationis & fraudis præſumptio reſultat ex actu clam geſto.
Limita concurrente aliqua cauſa ſeu coniectura ſimulationis: aliàs ſecus. num. 23.
24 Donatio præſumitur ſimulata, quando donator ſemper retinuit bona donata in ſuo cataſtro.
Et quando donator parum poſt donationem commiſit delictum, ſi præcedebat cauſa delinquendi, num. 25.
26 Simulatio probatur ex pluribus præſumptionibus ſimul iunctis, ſi ſingulæ non ſufficerent.
27 Simulationis ſpecies allegari dẽt, parte petẽte aliàs ſecus.
31 Simulatio excipiendo contra tractantem de lucro allegari poteſt, etiam per eum, qui fecit contractum ſimulatum.
32 Turpitudinem ſuam quis allegare poteſt, allegando contractum ſimulatum.
Vel quando allegatur contra participẽ turpitudinis. n. 33.
Prout etiam excipiendo & replicando, num. 34.
35 Iuramentum non confirmat contractum ſimulatum.
37 Simulatio allegari poteſt etiam per iurantem, obtenta abſolutione à iuramento, & quando ſimulatio eſt aliqualiter detecta.
Et etiam per hæredes iurantis, nulla petita abſolutione, num. 39.
38 Periurij effectus non tranſit in hæredes.

CONSILIVM XLVI.

PRAETENDITVR donationem aliàs factam ab Adriano, de qua nunc
agitur, fuiſſe ſimulatam, & conſequenter nullam. Verum quia aduerſarij id
negant, aſſerentes ex intentione contrahentium verè donationẽ fuiſſe
1 factam † & in dubio ſimulationẽ nõ præſumi, niſi probetur,
l. Quãuis, i. Bal. C. ſi quis alteri, vel ſibi. Bar. cõſ.
65. col. 2. Paul. de Caſtr. conſ. 26 t. in prin. lib. 2. Crau.
conſ. 145. nu. 2. lib. 1. Soc. conſ. 83. nu. 2. lib. 3. Dec. conſil. 36,

fil.36.num.6.Patiſ.conſil.77.num.5.lib.3. Quæritur,
numqoid de ſimulatione conſtet ita vt donatio red-
datur nulla.

Er per donatarios prætenditur donationem vere
factam fuiſſe, cum ſimulatio non ſolum non probe-
tur, ſed nec allegetur ſimulationis ſpecies, prout de
neceſſirate requiritur, ad effectum vt contractos dici
2 poſſit ſimulatus, & vt talis reddatur nullns. † Cum
enim ſint plures ſimulationis ſpecies, & aliqua red-
dat contractum nullum, & aliqua non, qui dicit con-
tractum ſimulatū, debet eius ſpeciem allegare & pro
bare. Bar. in d.conſ.65.Bal.in l.ab Anaſtaſio,num.11.
C.mandat.Alex.conſ.111.lib.3. conſ.28.num.12.lib.
5.Dec.in l.imaginaria, in fi.ff.de reg. iur. & conſ.468.
nu.3.Corn.conſ.203.nu.5.lib.3.Pariſ.conſil.54. nu.7.
lib.2.Natt. conſ.537.num.33.lib.3.Pic.in repet.l.poſt
contractum,ff.de donat.nu.54.Iaſ. in l.non dubium,
in prin. C.de legi.Burſat.conſ.165.num.15. & conſil.
175.num.14.lib.2.Cephal.conſ.533.num.31. libro 4.
Seraphin. de Seraphin.in tract. de priuil.iuram.priu.
59.nu.83.& ſeqq.Rui.conſ.32.nu.4.lib.4. Mandel.de
Alba conſ.97.nu.24.Rol.à Val.conſ.47.nu.88.lib.4.
Cioſus conſ.18.in fin.lib.2.

Secundo dicitur non ſufficere allegare ſpeciem ſi-
3 mulationis † niſi allegetur & probetur cauſa ob quam
ad ſimulationem fuerit deuentum, l. ſi mulierem, in
prin.ff. rer.amot.Bart.d.conſil.65. & in l.poſt contra
ctum, col.2. ff.de donat. Bald. in d.l.ab Anaſtaſio, in
fin. Pau.de Caſtr.in l.iuris gentium,§.dolo,ff.de pact.
Natta in dicto conſil.537.num.33. Bero. conſil.170.
4 num.5.lib.1.† Nec ſatis eſſet cauſam ſimpliciter alle-
gare & probare, niſi etiam probetur ab initio contra
ctus interueniſſe, qoia nec ſufficeret ex poſtfacto in-
ter partes actum eſſe quòd contractus ſit ſimulatus.
Bart.in l.vnica,col.fin.verſic.In decima quæſtione,C.
ſi ſeru.exter.Iaſ.in §.item ſi quis,num.8.Inſt.de actio.
Alex.conſ.27.lib.7.Port.Imol.conſ.66.num.9. & alij,
quos refert & ſequitur Rol.à Val.conſ.47. nu.29. lib.
4.& Corn. Soc. & alij plures addocti per Rimin. iun.
conſ.83.num.18.lib.1.& Barthol.Bettazol.vol.1.conſ.
crimin.conſil.230.num.7.qui num.6.declarat, qualis
debeat eſſe cauſa ſimulationis, de qua præcedenti o-
biectione prætenditur non conſtare.

5 Tertio † ſimulationem excludi donatarii præten-
dunt ob clauſulam conſtituti in inſtrumento dona-
tionis appoſitam, iuncta etiam precarii clauſula,
quas ſimulationis præſumptionem remouere dixe-
runt Barr.conſ.65.& conſi.81.Bal.in l.illud.no.11.C.
de ſacroſ.eccl.& in l.1.C.de donat.ant.nupr.Rui.con
ſil.119.nu.9.lib.1.Cępol.in tract.de ſimular.contract.
præſum.24.Curt.iun.conſ.110.nu.3.verſic.Vel aliter,
lib.2.Menoch.conſil.88.nu.44.lib.1. & alii alleg.à Ti
raq.de conſtit.lim.9.per tot.

Poſtremo, quia donans iurauit omnia & ſingula
contenta in inſtrumento, eſſe verà, & ea obſeruare
6 promiſit † per iuramentum excluditur ſimulationis
exceptio.Io.de Imo.& Ale.in l.nemo poteſt, ff.de le-
ga.1.Afflict.deciſ.60.nu.1. Soc. ſen. qui de communi
teſtatur conſil.82. nu.2. lib.3. & iurans metu periu-
rii ſimulationem allegare non poteſt.Bal.et Salic. in
l.ab emptione,C.plus valer.quod agit. Io.de Imo. in
c.ad noſtram,de empr.et vend. Ant. de But.in c.cum
contingat. in 8.membr.et ibi Imol.in 7.membr.de iu
reiurand. Iaſ.qui de communi teſtatur in dicta l.ne-
mo poteſt,col.3. in princip.Bero.conſilio 165.nume-
ro quinto, libro primo,cum aliis alleg.per Roland.à
Val.conſil.47.nume.31. lib.4.& latius per Seraphin.
de Seraphin.in tract.de priuil. iuramen.priuileg.59.
per totum.

Verùm re maturè conſiderata, contrarium teneo,
donationemque ſimulatam ac nullam eſſe cenſeo.
Ad quod oſtendendum præmitto in iure noſtro plu-
7 res conſiderari ſpecies ſimulationis.† Vnam quidem
quando vere vnus contractus perficitur, ſed alter ſi-
mulatur, vt tot.tit.C.plus valer.quod agitur. Aliam
quando fit contractus modico tempore duraturus,
vt quia cito fit facienda eius remiſſio, puta bonorum
venditorum retrouenditio, l.4.§.ſi ab ignoto, ff. de
manum. Alteram vero quando fit aliquis contractus
apparenter propter aliquam cauſam effugiendam,
ſed de mente contrahentiū eſt, vt nullus contractus
fiat, l.imaginaria, ff.de reg.iur. l.nuda, C. de contra-
hen.empt. Prout dictas ſpecies ſimulationis ponunt
Barr.dicto conſilio 65.numero 3. Pau. de Caſt. conſ.
58.num.2.lib.2.Bal.in l.precibus, C.de probat. Go-
meſ.in §.ſi quis in fraudem,numero 1.in fi.Inſtitu.de
actio.Iaſ.conſil.170.num.22.lib.2. Port. Imol. conſil.
69.num.1.& ſeqq.Roland.à Vall.conſil.47.nu.27. &
ſeqq.lib.4.Bero.conſ.170.nu.4.lib.1.Franc.Becc.con-
ſil.52.nu.29.Burſat.conſ.175.nu.16.lib.2. Fit etiam ſi
mulatio de tempore ad tempus, de perſona ad perſo
nam, & alijs modis, de quibus per Mandel. de Alba
conſil.97.nu.24.& ſeqq.Bero.conſi.166.num.2.lib.1.
conſil.147.num.28.lib.2.& conſil.210.num.10.lib.3.
& per Menoch.de præſumpt.lib.3.præſum.122.cum
tribus ſeq.par.1.

Præmitto etiam quod licet de dictis ſpecieb.ſimu
lationum aliquæ ſint reprobatæ ac prohibitæ & con-
tractum nullum reddant. Aliquæ vero ſint permiſſæ,
nec contractū infringant, vt diffuſe habetur per Bar.
in l.Lucius, la 2.ff.depoſit. Pau.de Caſt.in l.cum pre-
cibus,in fi.C.de probat.Bal.in l.1.C.plus valer.quod
agit.in l.ſi ex pretio, vbi Barr. C.ſi cer.pet. Bart. in l.
ſi ſub ſpecie,in fi.C.de poſtul.& in l.emptor, ff.de aq.
pluu.arc.Mandel.de Alba conſ.9.num.2.& conſi 97.
nu.24.25.& 27.Rol.à Vall.conſ.47.nu.28.lib.4.Alex.
conſ.198.nu.10.lib.7.Grat.conſ.119.nu.33.lib.5.con
ſil.117.nu.1.lib.1.Aſin.in ſua praxi.§.19.c.5.limit.10.
8 nu.3.† & in aliquibus caſib.etiam ex contractu ſimu-
lato dominium trāſferatur, ſi cauſa ad illud transfe
rendum habilis eſt, vt declarant Gomeſ.in d.§.ſi quis
in fraudem,nu.1.in fi.Ang Aret. Inſtit. de except. in
princ.nu.6.Grat.d.conſ.117.nu.1. Burſat.conſil.175.
9 nu.16.lib.2.† Conſtat tamen veram & propriam ſpe-
ciem ſimulationis eſſe, quæ contractum ſimulatum
reddit, quando contractus fit apparenter ob aliquā
cauſam effugiendam, ſed de mente contrahentium
eſt, vt nihil agatur, iux.d.l.imaginaria,& l.nuda. ita
Pau.de Caſtr.in l.precibus,num.5. C.de probat.Bal.
& Sal.in l.1.C.plus valer.quod agit. Anch. conſ.127.
col.1.Soc.ſen.conſ.264.num.2.& 3.lib.8. Bero.conſil.
147.num.29.lib.2.Aſin.in d.limit.10. num.3.Calcan.
conſ.36.nu.11. & alij multi, quos refert, & ſequitur
10 Franc. Bec. dicto conſ.52.num.29.& ſeqq.† Et hæc
ſpecies ſimulationis cōtractum ipſo iure nullum red
dit, vt dicunt Doct.in alleg.locis, glo. & Bar.in l.em-
ptor, ff.de aqua pluuia arc.Alex.conſil.142.nu.9.li.5.
in tantum vt ex ea mero iure actio non cōpetat. Iaſ.
in l.cum ea,no.8.C.de tranſact.& diffuſe Franc.Bec-
ci.d.conſ.52.num.35.& ſeqq. vbi alios ad comprobæ
tionem allegat.

Iſtis ſic præmiſſis dico donationem, de qua agi-
tur, fuiſſe ſimulatam ea ſimulationis ſpecie, quæ
contractum nullum reddit, quia partes ſimulantes
facere donationem, vere nihil agere intendebant,
quod infraſcriptis coniecturis & præſumptionibus
11 ſatis demonſtratur † cum ſimulatio, quæ in animo
conſiſtit, & eſt difficilis probationis, præſumptioni-

bus & coniecturis concludenter probetur. Barto. in l.
Et qui in fi. C. de diſtract. pignor. & in l. emptione, C.
plus valer. quod agit. Bartol. & alij in l. poſt contra-
ctum ff. de donat. Soc. conſil. 18. nu. 24. lib. 1. Dec. con
ſil. 644. num. 4. Cephal. conſil. 198. num. 16. lib. 2. Tib.
Decian conſ. 88. nu. 11. lib. 3. Bologn. conſ. 25. in prin.
Corn. conſil. 135. col. pen. lib. 1. Franc. Becc. in d. con-
ſil. 52. à num. 43. vſque ad num. 53. Maſcard. de prob.
vol. 1. concluſ. 438. num. 7. & ſeq. vbi de communi te-
ſtatur concluſ. 447. num. 3. & volum. 3. conclu. 1124.
nu. 11. late Seraph. in tract. de priuileg. iuramen. pri-
12 uileg. 59. num. 25. verſic. Et quia ſimulatio. † vbi poſt
Corn. Duran. & alios in locis, de quibus per eum, di
cit, ſimulationem poſſe probari etiam per teſtes mi-
13 nus idoneos, & per iuramentum, † & probatio ſimu-
lationis per coniecturas & præſumptiones ſufficiens
eſt, pro iudicis tamen arbitrio, qui perpenſis diligen
ter perſonarum qualitatibus, loco, antecedentibus,
& ſubſequentibus contractus, iudicare debet, num-
quid præſumptiones, & coniecturæ ſit ſufficientes, ſe
cundum Corn. conſi. 4. nu. 4. lib. 1. Afflict. deciſ. 40. nu
me. 19. Crauet. conſil. 156. num. 14. lib. 1. Soc. conſi. 83.
col. 2. lib. 3. Didac. Couar. var. reſol. lib. 3. cap. 7. nume
ro 3. in fi. Cephal. dicto conſil. 198. num. 17. lib. 2. &
poſt alios declarat Menoch. de arbitr. iud. quæſt. li. 2.
centur. 3. caſ. 247. vbi dicit cum hac opinione omnes
tranſire, & in tract. præſumpt. lib. 3. præſumpt. 122.
num. 6. & Maſcard. de probat. lib. 3. concluſ. 1225. nu
me. 9. & 13.

Prima quidem ſimulationis præſumptio elicitur
caſu illo, quia donatio facta fuit, iam ſunt anni qua-
draginta abſque reſeruatione vſusfructus, & ab illo
tempore donator & eius hæredes ſemper in poſſeſ-
ſione bonorum donatorum permanſerunt, ſciente &
14 non contradicente donatario, † & quando fit dona-
tio abſque reſeruatione vſusfructus, ſi donator in
poſſeſſione remanet, donatio ſimulata præſumitur, l.
licet, §. ſuperuacuum, ff. quib. mod. pigno. vel hypoth.
ſolu. Bart. in l. poſt contractum, nu. 4. ff. de dona. Cra-
uet conſ. 118. nu. 18. in fi. lib. 1. Veron. de ſimulat. con
tract. præſum. 24. nu. 76. late Io. Botta. conſ. 59. nu. 38.
Dec. conſil. 235. col. 2. ver. Tertia præſumptio. Pariſ.
conſil. 54. nu. 76. lib. 1. Burſat. conſ. 153. num. 28. lib. 3.
Tib. Decian. conſil. 23. num. 14. & conſil. 68. nume 6.
libro 2. Ruland. à Vall. conſil. 40. num. 31. lib. 2. Tira-
quel. de conſtit. limit. 9. princ. num. 1. vbi id omnes te
nere teſtatur.

Secundo præſumitur ſimulatio, quia donatio fuit
15 facta auunculo † & quoties donatio fit perſonæ con-
iunctæ, magis ſimulationis ſuſpicio augetur, quia cō
iunctis nos maxime confidimus, l. data, C. de donat.
l. pen. circa principium, C. de bon. liber. Barto. in d. l.
Poſt contractum, num. 3. & in conſil. 137. num. 5. Cu-
man. conſil. 155. nu. 4. Dec. conſi. 659. nu. 2. Iaſ. in §. Itē
ſi quis in fraudem, nume. 41. Inſtit. de actio. Alciat.
conſil. 313. nume. 2. Natt. conſil. 443. nume. 10. lib. 2.
Ioan. Botta d. conſil. 59. num. 41. & late hanc conie-
16 cturam probat Franc. Becc. d. conſil. 52. nu. 55. † Quę
præſumptio potiſſimè recipienda eſt, cum tempore
donationis vigeret cauſa, ex qua donator ad facien-
dum donationem ſimulatam moueri potuit, & quan
do cauſa ſimulationis præcedit, hæc præſumptio re-
ſultans ex coniunctione recipienda eſt, vt dicit Tira-
quel. in d. limit. 9. nu. 8.

Accedit tertio donationem fuiſſe factam omniū
bonorum præſentium & futurorum, iurium & actio-
17 nū. Et donatio † adeo immenſa fortius ſimulata præ-
ſumitur, l. omnes, §. Lucius, in fi. ff. quæ in fraud. cred.
& in propoſito not. Bart. in d. l. poſt contractum, n. 2.
Bald. conſil. 20. nu. 1. lib. 1. Cuman. d. conſil. 155. nu. 4.
& comprobat Franc. Becc. d. conſ. 52. num. 54. vbi di-
cit hanc coniecturam procedere non ſolum in dona-
tione omnium bonorum, ſed etiam patria, quæ conie
ctura veriſſima videtur, cum non ſit veriſimile dona-
torem voluiſſe omnia ſua bona donare abſque reſer-
uatione vſusfructus, & illis ſe priuare, & ſic ſe ipſum
tunc diuitem, in neceſſitate ponere, & quia à commu-
niter accidētibus huiuſmodi donationes ita fieri non
ſolent vt valeant, ſed ex aliqua cauſa ſimulantur, ac-
gumentum ſumitur, quòd hæc donatio vera non ſit,
18 ſed ſimulata, cum † ab his, quæ homines communiter
facere ſolent, præſumptiones efficiantur, quibus ſtan-
dum eſt, l. etiam, C. de iur. dot. l. matrem, C. de probat.
l. non omnes, §. à Barbaris, de re milit. vt in propoſito
dixit Franc. Becc. in d. conſ. 52. nu. 77.
19 Additur † quarta ſimulationis & fraudis præſum-
ptio ex qualitate loci, in quo donatio fuit facta. Ho-
ſtien. Veron. & ceteri, quos refert, & ſequitur Menoc.
de præſum. lib. 3. præſum. 122. nu. 95. par. 1. fuit enim
facta donatio in Monaſterio fratrum Diui Franciſci,
adhibitis in teſtes fratribus forenſibus eiuſdem Mo-
naſterij, quod fieri non conſueuit, cum communiter
inſtrumenta in alijs locis ciuitatis fieri ſoleant, & nō
in Monaſterijs, quod alia ratione non creditur factū
niſi quia contrahentes nolebant donationem ad alio
rum notitiam deuenire, ex quo ſequitur donationem
20 dici clam factam, † cum clam fieri dicatur quidquid
taliter fit, ne ad aliorum notitiā deueniat iuxta not.
per Bar. in l. non intelligitur, §. tacitè, ff. de iur. fiſc. An
ge. & Imo. in l. in tacitis, ff. de leg. 1. Ruin. conſ. 128. nu.
5. & ſeq. lib. 4. Pariſ. conſ. 57. nu. 10. lib. 4. & Rol. à Val.
21 conſ. 93. n. 29. ver. Non obſtat, & nu. 30. lib. 3. † & actus
clandeſtinus appellatur etiam qñ conficitur inſtru-
mentū, ſi occulte & in loco inſolito celebratur, vt Bar.
& Rui. dicūt in dictis locis. Cum igitur donatio clam
22 facta fuerit † ex actu clam geſto ſimulationis & frau-
dis pręſumptio reſultat, ſecūdum Bar. in d. l. poſt con-
tractum, nu. 7. quem ſequuntur ibi Imo. & ceteri, pre-
ſertim Alciat. n. 47. vbi nū. 49. & ſeq. declarat, contra-
ctum clam geſtum dici, quando ita factus fuit, ne de-
ueniret ad notitiam aliorum, ſeu eius cuius intereſt,
aut in futurum intereſſe poſſet, eamdem opinionem
23 ſequitur Iaſ. in §. item ſi quis, nu. 43. Inſt. de acti. † quæ
tamen intelligitur, concurrente aliqua cauſa ſeu con
iectura ſimulationis ſeu fraudis, vt ſi extant graues
inimicitiæ vel quid ſimile, ita poſt Pic. in repetit. d. l.
poſt contractum, nu. 54. Io. Anni. nu. 158. Sigiſmund.
Lofred. conſ. 21. col. 2. Blanc. in tract. de indic. num. 88.
ver. Quartus eſt, & alios dixit Menoch. in d. lib. 3. præ
ſumpt. 124. num. 42. par. 1.
24 Quinto † quia donator ſemper retinuit bona dona
ta in ſuo cataſtro ſeu æſtimo etiam de conſenſu dona
tarij, vt cōſtat ex actis, alia ſumitur coniectura, quòd
donatio eſſet ſimulate facta, & quod effectum non ha
beret, ſi enim donatio perfecta & vera fuiſſet, bona
fuiſſent de Cataſtro donantis caſſa, & poſita in Cata
ſtro donatarij, vt in ſimili conſiderat Corn. conſ. 135.
col. 5. ver. Concurrit & tertio, lib. 1.

Vlterius id magis fateri oportet, cum probetur do
nantem parum poſt donationem homicidium com-
miſiſſe, licet pro eo nec cōdemnatus neque inquiſitus
25 fuerit † & quando parum poſt donationem donator
committit delictum, donatio ſimulata præſumitur ſe
cundum Bar. in d. l. poſt contractū, nu. 7. quem ibi cete
ri ſequuntur, ſi (vt in occurrēti caſu) cū homicidiū præ
ceſſit donationem Bart. in d. l. poſt contractum, col. 2.
Pan. de Mont. Pic. ibi in repet. col. 13. & poſt eum Ge-
rard. Mazol. conſil. 120. nu. 67. Natta conſ. 549. lib. 3.

Poſtre-

Poſtremo dicitur quod ſi quęlibet ex prædictis pręſumptionibus non ſufficeret ad probandum ſimula-
26 tionem dictæ donationis † ex omnibus ſimul iunctis
ſine dubio illa probatur, iuxt. regulam quæ habet, ꝙ
quæ nõ proſunt ſingula iuncta iuuant, de qua per gl.
in l. 2. in ver. legitimis, ff. de excuſ. tut. & per alios alle
gatos ab Ant. Gabr. in ſuis concl. in tit. de prob. con-
cluſ. 1. in princip. & ita in terminis ſimulationis poſt
Bar. conſ. 68. Bologn. conſ. 25. nu. 3. in fi. Afflict. in c. 1.
nu. 56. ver. cõtrarium tamen, de feud. dat. in vi. l. com
miſſ. dixit Franc. Becc. conſ. 52. nu. 84. vbi multis au-
ctoritatibus, & rationibus confirmat.

Et prædictis non obſtant allegata in contrarium.
Primum quidem obiectum remouetur, quia allega-
tur, & probatur ſpecies ſimulationis, videlicet quòd
contrahentes nihil agere intellexerunt; ſed donatio
nem fecerunt ad reparandum ne bona tranſirent in
fiſcum, vel à tyrannis illius temporis occuparentur,
erat enim Donator tempore donationis in inimici-
tijs & partialitatibus, quæ tunc vigebant, inuolutus,
& parum poſt donationem homicidium commiſit,
& ciuitas valde à tyrannis tunc vexabatur, qui bona
eorum maleuolis, & alijs ad libitũ auferre ſolebant.
27 † Præterea dicitur per hæredes Donatarij non fuiſſe
oppoſitum nec petitum allegari ſpeciem ſimulatio-
nis, quæ tunc alleganda eſt, quando aduerſarius op-
ponit, declarationemque fieri petit, & non aliter, vt
declarant Bal. Sal. in l. ab Anaſtaſio. in vlt. column. C.
mandat. & poſt eos Veron. de ſimula. contract. præ-
ſumpt. 26. numero 89. verſic. etſi agens, quod etiam
eſt de intentione Burſat. in conſilio 175. numero 14.
libro 2.

Secundum facile tollitur, quia allegatur cã facien
di donationem ſimulatam, ex quo eſſet donans erat
inuolutus tempore donationis in inimicitijs & par-
tialitatibus, & intẽdebat prouidere, ne eius bona in
fiſcum tranſirent, vel à tyrannis occuparẽtur, & quia
cauſa illa vigebat tẽpore donationis & antea, & do-
nator potuit veriſimiliter cogitare de prædictis, ſa-
28 tis cauſa iuſtificata dicitur † cum ad hoc vt ſimulatio
nis cauſa probata dicatur, ſufficiat donatorem de ea
veriſimiliter cogitare potuiſſe, vt declarat Bart. in d.
l. poſt contractum, numero 2. ver. Dico, & in conſi. 65.
num. 3. in fin.

Quod vero dicitur, conſtitutum remouere ſimula
tionis præſumptionem, minus recipi debet, quia præ
ſumptio illa ſimulationis, quæ reſultat ex eo, quòd a-
lienans ſemper permanſit in poſſeſſione rei alienatę,
29 † locum habet quamuis alienans ſeu donans conſti-
tuerit ſe poſſidere nomine eius cui donabat, vel alie-
nabat, vt firmant Bar. in d. l. poſt contractum, num. 4.
verſic. ſed quid ſi venditor, & in l. ſicut, §. ſuperuacuũ,
num. 5. in fin. ff. quib. mod. pign. vel hipothe. ſoluit. &
ibi eum ſequitur Raphael Fulg. Bald. in l. emptione,
verſic. quęro qualiter probetur ſimulatio, vbi Salice.
col. 2. C. plus valer. quod agit. Angel. in l. Qui ſub ima
gine, C. de diſtract. pignor. Ruin. conſil. 64. numer. 2.
lib. 4. Dec. in l. contractus, nume. 16. ff. de reg. iur. Ve-
ron. de ſimulat. contractus præſumpt. 24 num. 76. ver.
prædicta. Mantu. conſil. 250. columu. 1. in fin. Paul. de
Caſt. conſil. 74. colum. 3. lib. 2. Corn. conſil. 121. col. fi.
ver. Nec obſtat clauſula precarij, libr. 2. Tiraquel. de
conſt. limit. 9. princip. nume. 1. & ſeqq. vbi alios mul-
tos ad comprobationẽ huius opinionis allegat. Cui
opinioni adhærendum videtur, quia vltra continua
tionem poſſeſſionis vigent aliæ rationes & cauſæ pręſumendi ſimulationem, vt ſupra fuit demonſtratum,
30 † & quando cum continuatione poſſeſſionis concur-
rit alia cauſa præſumendi ſimulationem, omnes Do-
ctores & etiam illi, qui tenent contrariã opinionem, cõ-
cordant, ꝙ ſimulatio præſumatur, vt declarant Barr.
conſ. 65 nu. 6. Rom. conſ. 246. colum. 1. verſic. ſed vbi,
Roi. & alij, quos refert, & ſequitur Tiraq. in dicta li-
mit. 9. nu. 6. 7. & 8. Quòd eo magis eſt hic dicendum,
cum poſſeſſio à die donationis, fuerit continuata per
annos 40. & vltra.

Vltimum obiectum de iuramento ſubuertitur con
ſiderando hæredes donantis, qui tractant de damno
euitando, allegare ſimulationem excipiendo contra
31 hæredes donatarii tractantes de lucro, † quod vide-
tur permiſſum, quia & ille, qui facit contractum ſimu
latum, poteſt ſimulationem allegare, excipiendo, vel
per viam replicationis contra tractantem de lucro,
licet agens principaliter ad reuocationem donatio-
nis audiri non poſſet, ſecundum Bar. in l. iuſiurandũ,
§. Procurator, nu. 6. ff. de iureiuran. quem ſequitur ibi
Alex. num. 8. & 9. Aret. conſ 65. col. fin. ver. Circa ter-
tium, Soc. ſen. conſ. 264. nu 8. ver. quibus omnibus, li.
2. vbi de communi teſtatur. licet enim qui allegat ſi-
mulationem, alleget turpitudinem ſuam contra l. cũ
profitearis, C. de reuoc. donat. non propterea impedi
32 tur, cum † regula l. cum profitearis, non procedat,
quando allegatur ſimulatio, vt poſt Bar. in l. filios, C.
de reuoc. his, quæ in fraud. cred. & alios dixit Tiraq.
33 de retracta. lignag. §. 1. gloſ. 2. numer. 16. † vel ſaltem
quando allegatur ſimulatio excipiendo contra eum,
qui participauit de ſimulatione, cum in pari cauſa
turpitudinis melior ſit conditio poſſidentis, l. 2. C. de
cond. ob. turp. cauſ. Bald. in l. 1. colum. 2. verſic. quæro
hic vtrum, C. eodem tit. Alexand. conſ. 59 lib 1 Dec.
conſ. 14. colum. fin. & in propoſito Riminald. iunior
alios allegans conſil. 62. num. 27. & ſequen. libro 1. &
Seraph. de Seraph. in tract. de priuileg. iuram. priui-
leg. 59. in fi. quod generaliter procedit, cum excipien
34 do, † & replicando quis ſuam turpitudinem allega-
re poſſit. Ioan. Andr. in addit. ad Speculat. in titul. de
donat. § 1. verſ. Item pone aliquis, Bart. in l. iuſiuran-
dum, quod ex conuentione, § Procurator, colum. vlt.
ff. de iureiur. Bal. in l. poſt mortem, in fin. ff. de adopt.
cum aliis adductis per Tiraquel. in d. gloſ. 2. numero
16. in fin.

35 Nec † iuramentum excludit exceptionem illam ſi-
mulationis, quia iuramentum non confirmat contra
ctum ſimulatum, cum tale iuramentum non habeat
conſenſum, gl. in l. emptione, C. plus valer. quod agi.
Iaſ. in l. 1. in fin. ff de iureiurand. & in l. Nemo poteſt,
in prima lectu. colum. 8. ff. de leg. 1. Paul. de Caſtr. in
l. ſi quis pro eo, colum. 1 ff. de fideiuſſ. Ruin. conſ. 130.
num. 4. lib. 1. Caſſan. conſ. 7. numer. 28. Gramma. dec.
76. numero 19. late Barbat. conſ. 28. numero 14. lib. 3.
Pariſ. conſ. 86. nu. 26. lib. 3. late Fran. Becc. d. conſ. 52.
nu. 107. & ſeqq. & hanc opinionem com. eſſe fatetur
Roland. à Vall. in allega. conſil. 47. num. 16. & nu. 31.
verſic. Nec habet obſtare, & quando eſt detecta ſimu
latio, quod iuramentum non validet nec confirmet
contractum ſimulatum late probat Seraph. de Sera-
phin. in tracta. de priuileg. iuram. priuileg 59. nu. 12.
& ſeq. vbi rationes & auctoritates ad id probandum
36 allegat, † & quamuis quando quis iurauit omnia, &
ſingula in inſtrumẽto cõtenta eſſe vera, & eis promi-
ſit non contrauenire, Roland in dicto conſ. 47. num.
31. dicat communiter Doctores tenere, quòd nõ poſ
ſit opponi de ſimulatione; contrarium tamen etiam
ſtante iuramento aſſertorio, tenent Socin. ſen. conſil.
264. num. 11. lib. 2. Dec. conſil. 403. colum. fin. verſicu.
ſexto, & late defendit Franc. Becc. in dicto conſil. 52.
nu. 107. & ſeqq. de cuius articuli veritate quidquid
ſit dicendum, videtur reſpõderi poſſe alio modo vi-
delicet

delicet ſtante iuramento nõ poſſe allegari ſimulatio
nem,ne illam allegans in periurium incidat. Et ita
loquuntur Roland.& alij,ab eo allegati,quorum opi
nio procederet,ſi allegaretur ſimulatio ab eo,qui iu-
37 rauit,non obtenta abſolutione à iuramento,† ſed ob
tenta abſolutione,quæ concedi debet,tollitur pericu
lum periurij,& iuramentum non impedit,quin ſimu
latio allegari poſſit,vt declarant Imol.in l.Nemo po
teſt,colum.2.ff.de leg.1.& poſt eum ibi Alex.num.16.
& conſ.36.lib.2.Crot.in reper.numero 27. verſic.ad-
uerte tamen. Affict.deciſ.60.in princ.Pariſ.conſ.54.
numero 84.libr.1. Rim. ſen. qui latius id oſtendit in
conſil.61. numero 8. & latiſſime hanc opinionem de-
fendit & rationibus & auctoritatibus confirmat Ri-
min. iun. conſil.62. à numero 19.vſque ad numerum
31.lib.1.Et licet multi etiam in hoc diſſentiant, vt re
fert Seraph.de Seraph.in d.tractat.de priuileg. iura-
men.priuileg 59.per totum, videtur ceſſare difficul-
tas in caſu noſtro,in quo de ſimulatione apparet,quo
niam vt dicit Seraph.in d.priuileg.59.numero 7.ver
ſicu.& ideo ego,& numero 12. iuramentum excludit
ſimulationis exceptionem à principio; Sed quando
ſimulatio eſt aliqualiter detecta, non obſtante iura-
mento,de ſimulatione opponi poteſt poſt Bologn.in
conſi.44.numero 15.verſic.Vnde eum ſtaus, & alios,
ab eo allegatos,qui etiam numero 12.verſi. ſed nunc
ſupereſt,& numero ſeq.declarat,quomodo ſit docen
dum de ſimulatione,cum à principio obſtet exceptio
periurij. Si igitur ſimulatio poteſt allegari etiam ab
eo,qui contraxit,& iurauit,obtenta abſolutione à iu
ramento, ſine dubio id erit permiſſum hæredibus do
38 natoris † cum enim in hæredem nõ tranſeat effectus
periurij etiam abſolutione non petita,c.veritatis,de
iureiurand.Ruin.conſ.107.num.18.lib.1. Corn.con-
ſil.258.in fin.libro 4. Anton.Gabr. in ſuis concluſ.in
titu.de iure dot.concluſ.1.numero 18.eis permiſſum
39 erit † ſimulationem allegare iuramento promiſſo-
rio & etiam aſſertorio non obſtante, prout contra-
riam opinionem limitando declarant Salicet. in l.3.
C plus valer. quod agit. Aret.conſil.96.in tertio du-
bio.Rip.in d.l.Nemo poteſt,numero 78. ff.de lega.1.
late Pariſ.conſil.54.numer.93.& ſeqq.multis, libr.1.
& Senat. Pedemont.in dec.41.numer.6.& 7. & quòd
contraria opinio locum non habeat in hærede,ſed hę
res non obſtante huiuſmodi iuramento de ſimulatio
ne opponere poſſit, firmat etiam Seraphin. de Sera-
phin.in dicto priuileg.59.nume.29. quæ limitatio ſe
cundum eum maxime procedere debet, quando ab
hærede excipiendo vel contra participem ſimulatio
nis allegatur.

De deciſione cauſæ fit mentio in fine ſequentis Conſilij.

ARGVMENTVM.

Donatio remuneratoria in quibus caſibus ſuperuenientia liberorum reuocetur, & quæ merita ſint attendenda.

De meritis qualiter cõſtare debeat, & an ſit credendum donatori aſſerenti merita præceſſiſſe, maxime ſi iurauit.

SVMMARIVM.

1 *Donatio reuocatur per ſuperuenientiam filiorum.*

2 *Donatio remuneratoria non eſt mera donatio.*
Nec propria, num. 2.
Et non reuocatur ſuperuenientia liberorum, num.4. declaratur num.19.

5 *Merita probatur ſola aſſertione donatoris inter perſonas inter quas mera donatio non prohibetur.*
Intellige vt nu.35.

6 *Donatoris aſſertioni iuratæ meritis donatarij credendum eſt abſque alia probatione. Sed contra num. 49. & declaratur num.50.& ſeq.*

7 *Hæres tenetur ſtare aſſertioni donatoris de meritis donatarij. Intellige vt nu.52.*

8 *Donatio inter perſonas prohibitas facta ob merita ſubſiſtit tantum,quatenus merita æquiualent donationi.*
Sed ſi facta fuit inter perſonas non prohibitas non attenditur,an merita æquiualeant necne,num.9.
Intellige vt nu.53.

10 *Donatio facta conſanguineo ob merita, & propter amorẽ ac beneuolentiam, nõ cenſetur facta remunerationis cauſa,ſed ratione conſanguinitatis.*
Et dicitur pura,& ſimplex non remuneratoria,nu.12.

11 *Legatum relictum cõſanguineo amore Dei, & pro anima non dicitur pium, ſed potius ratione coniunctionis relictum cenſetur.*

13 *Donatio potius præſumitur remuneratoria quam pura, & ſimplex.*
Intellige,quando fuit facta extraneo. Secus ſi conſanguineo,nu.14.
Vel quando fuit facta ob merita,& illa aliter,quam donãtis aſſertione probantur,nu.15.

16 *Donatio dicitur pura & ſimplex,non obſtante aſſertione meritorum,quando in inſtrumento donationis reperitur appoſita clauſula,merè,purè,liberè,&c.*
Et quid ſi meritorũ cauſa fuit ſpecialiter expreſſa,nu.17.

18 *Donatio dicitur remuneratoria in quantum merita æquiualent donationi,ſed in exceſſu eſt pura,& ſimplex.*

19 *Donatio remuneratoria non reuocatur ſuperuenientia liberorum,quatenus æquiualent,ſed in exceſſu reuocatur.*

20 *Merita clare probari debent,ad hoc vt percipi poſſit,numquid donatio reuocetur ſuperuenientia liberorum, nec ſola donatoris aſſertio generalis meritorum ſufficit, & numero 34.*

21 *Meritorum generalis aſſertio nihil operatur, cum hodiernis temporibus donationes fiant cum illa aſſertione meritorum.*

22 *Merita qualia eſſe debeant, vt donatio non reuocetur ſuperuenientia liberorum.*

23 *Merita obſequialia non impediunt reuocationem donationis ob ſuperuenientiam filiorum.*

24 *Peſtis tempore alicui inſeruiens dicitur ſe ponere in periculo mortis, cum peſtis contrahatur ex conuerſatione cum morboſis.*
Sed non propterea ob dicta merita dicitur dignus remuneratione donationis omnium ſeu maioris partis bonorum. num.25.

26 *Merita numquid æquiualeant donationi,iudicis arbitrio relinquitur.*

27 *Voluntas contrahentium principaliter eſt attendenda non attento verborum ſono.*

28 *Obſeruantia ſubſequuta declarat voluntatem contrahentium in quacumque materia.*

29 *Meritorum aſſertio à donante poteſt fieri, vel vt donatio ſit remuneratoria,vel ad colorem tantum.*

30 *Donator ſi per longiſſimum tempus poſſedit bona donata, præſumitur contrahentes habuiſſe donationem pro inualida ſeu reuocata per ſuperuenientiam liberorum.*

31 *Donator ſi natis, & poſtea defunctis liberis permiſit donatariũ poſſidere præſumitur noluiſſe cenſeri reuocatam donationem. Secus ſi donator ipſis natis,& poſtea defunctis continuauit poſſeſſionem.*

32 *Conſentiens alienationi rei ſuæ per alium factæ ſibi præiudicat.*

Con-

33 *Conſentiens vt eius bona in alieno cataſtro deſcribantur, priuatur illorum dominio, quod transfertur in eum, in cuius cataſtro fuerunt deſcripta.*

34 *Soluens creditori ſuo debitum, pręſumitur, quòd ex alia cauſa non ſit illius creditor, concurrente aliqua alia pręſumptione.*

55 *Meritorum aſſertioni inter perſonas non probibitas donare ſtandum eſt reſpectu validitatis donationis à principio, ſecus ſi quaritur de eius interpretatione.*

Vel ei ſtatur, ſi merita ſunt expreſſa in ſpecie, numero 44, & 51.

36 *Decius conſil.20.reprobatur,*

38 *Decius conſil.366.num.12.reprobatur.*

39 *Donatio facta à patre filio in poteſtate non valet.*

Fallit quando fit ob merita filij nu.40.

Sed non ſtatur aſſertioni patris etiam in ſpecie de meritis, ſed aliter merita probari debent, nu.41.

42 *Donator maior annis 25. renunciare poteſt beneficio l. ſi vnquam, C. de reuoc donat.*

Intellige, ſi in ſpecie illi renunciauit, nu.43.

45 *Donatio immobilium facta à minore etiam cum decreto iudicis non valet.*

Nec validatur per auctoritatem tutoris ſeu curatoris aut conſanguineorum conſenſum, nu.46.

Sed quid ſi fuit facta ob remunerationem meritorum, nu. 47. remiſſiue.

Si valeret ob merita, illa eſſent in ſpecie probanda, nec crederetur aſſertioni minoris de meritis, nu.48.

54 *Donationem fuiſſe reuocatam ſuperuenientia liberorum in dubio iudicatur.*

55 *Regulæ inhærendum eſt, donec de exceptione probetur.*

56 *Meritorum dubia & obſcura probatio ad impediendum reuocationem donationis ob ſuperuenientiam liberorum non releuat.*

57 *Probatio dubia non releuat.*

Sed neceſſario concludere debet, num.58.

Amplia etiam in quacumque cauſa fauorabili, nu.59.

CONSILIVM XLVII.

SI donatio, de qua in præcedenti conſilio fit mentio à principio fuiſſet valida, videtur dicendum etiam modo viribus ſubſiſtere, licet Domin. Adrianus donator poſtea procreauerit liberos, † nam etſi regulariter donatio
1
omnium bonorum ſeu patris, ſuperuenientia liberorum reuocetur iuxta diſpoſitionem l. ſi vnquam, C. de reuoc. donat. & pro regula cum multis amplitationibus & limitationibus ponit Anton. Gabriel. in ſuis concluſ. in titul. de donat. concluſ. 2. per totum, regula tamen illa procedit in pura & propria donatione, non autem in donatione remuneratoria
2 meritorum donatarij † quæ cum non ſit mera donatio. l. Aquilius regulus, in verb. non meram, & ibi Cu
3 man, ff. de donat. † nec propria, Bartol. in procem. ff. col. vlt. Abb. & alij in rubr. de donat. & poſt eos Iaſ. in conſil. 154. num. 4. lib. 1. Didac. Couar. in cap. cum in officijs, poſt num. 10. de teſtam. Iul. Clar. pro communi receptarum ſentent. §. donatio. quæſt. 3. in prin
4 cip. † ſuperuenientia liberorum non reuocatur. Angel. & Bald in d. l. ſi vnquam, Roman conſil. 26 Alexand. conſil. 29. in fin. lib 3. Iaſ. d. conſil. 154 nume. 4. & 5. Art. Pioell. in l. 1. par. 3. nume. 60. C. de bon. mat. Corn. conſil. 194. num. 2. verſic. prout ergo, lib. 3. Rip. in d. l. Si vnquam, quæſt. 14. Dec. qui de communi teſtatur conſ. 366. num. 10. Anton. Gabriel. in dicta concluſ. 2. numero 46 in 6. limit. Burſat. qui pariter eam communem appellat in conſilio 304. numero 13. libro 3. ſed donatio facta fuit à Domino Bernardino pro remuneratione meritorum Domini Bernardini donatarii, vt deducam, ideò licet Domino Adriano ſuperuenerint filii, donatio non videtur reuocata: ſed Capitaneus Horatius & Dominus Hieronymus frater de Camillis, qui vigore dictæ donationis agunt contra Dominum Maurum Maſſinam obtinere debent.

Donationem vero ob merita Domini Bernardini factam fuiſſe ſatis oſtenditur ex eo quòd Dominus
5 Adrianus id aſſeruit in inſtrumento † donationis cuius aſſertioni de meritis ſtandum videtur, abſque alia eorum probatione, cum ſola expreſſio meritorũ ſit ſufficiens, quando donatio facta fuit inter perſonas, inter quas mera donatio non prohibetur. Bar. in l. ſi forte, colum. 2. ff. de Caſtrenſ. pecul. Bal. in l. illud, num. 8. C. de ſacroſ. eccleſ. Dec. conſil. 20. Soc. ſen. conſil. 295. num. 7. lib. 2. quæ opinio communis eſt, vt teſtantur Iul. Clar. in dicto §. Donatio. quæſt. 3. verſiculo. Sed hic occurrit. Burſat. conſ. 304. numer. 13 verſic. Nec ſimiliter, libro 3. Tiber. Decian. conſil. 25. nume. 38. libro 1.

6 Et eo magis † videtur ſtãdum dictæ aſſertioni meritorum, ſtante iuramẽto præſtito, per dictum Adrianum, quod facit eſſe credendum aſſertioni meritorũ abſque alia eorum probatione. Bal. in l. Si donatione, C. de collat. Rip. in d. l. ſi vnquam, quæſt. 15. Ange. in l. penul. §. mulier, ff. ſol. matr. Corn. conſ. 104. nu. 8. & ſeqq. lib. 2. Neuiz. conſ. 8. nu. 16. & magis communiter hanc opinionem Baldi approbari teſtatur Cephal. conſ 61. nu. 14. lib. 1.

Et quamuis Dominus Adrianus deceſſerit, non
7 diminuitur fides dictæ aſſertionis meritorum: † quia etiam hæres tenetur ſtare confeſſioni auctoris de meritis abſque alia eorum iuſtificatione, ſecundum Neuiz. d. conſ. 8. num. 16. Veronenſ. de ſimulat. contract. præſumpt. 7. ver Vel niſi, quod etiam dixerunt Salic. in l. fin. C. fam. erciſ. Iaſ. in repet. l. frater à fratre, col. penul ff. de cond. indeb. & conſ. 154. colum. 5. verſic. 4. principaliter, libr. 2. & Tiber. Decian. d. conſil. 25. num. 40. lib 1.

Nec videtur habenda ratio quantitatis meritorum, & an æquiualerent donationi vel nõ, licet enim
8 † quando fit donatio inter perſonas probibitas, conſideretur, numquid merita æquiualeant donationi, cum inter perſonas prohibitas merita non poſſint plus operari circa validitatem donationis, quã aſcẽdat meritorum valor, & in reſiduo non reputetur remuneratoria, ſed ſimplex donatio, ſecundum Bart. in l. ſi quis pro eo. §. pri. in fin. ff. de fideiuſſ. quam opinionem communem appellat poſt Bertran. conſ. 164. num. 2. lib. 2. in 2. part. Iul. Clar. in §. Donatio, quæſt.
9 3. verſic. Sed numquid. † attamen quando (vt euenit in caſu, de quo agitur) fit donatio inter perſonas non prohibitas non attenditur, an merita æquiualeant donationi vel non, cum inter eos etiam nullis ſubſiſtentibus meritis donatio valeat, vt dicit Iul. Clar. in d. quæſt 3. verſi. Sed numquid aſſerens in hoc nullam adeſſe controuerſiam.

Ego vero diuerſæ ſum ſententiæ, cenſeoque donationem, de qua agitur, aut fuiſſe ſimulatam & conſequenter inualidam, vt in præcedenti conſilio fuit concluſum; aut ſaltem fuiſſe reuocatam per ſuperuenientiam filiorum D. Adriani.

Primo quia donatio non fuit remuneratoria, ſed ſimplex ac mera: quod duplici ratione oſtenditur. Prima, quia donator donationem illam facere dixit non ſolum ob merita donatarii, ſed etiam ob magnũ amorem, quo proſequabatur donatarium eiuſdem

patruum,

patrunm,& ob fidem quam habebat de eo, & quan-
10 do† donatio fit conſanguineo,illa non remuneratio
nis cauſa,ſed ratione cōſaoguinitatis facta intelligi
tur vt per tea. in l.tutor,§.quæ tutotibus, ff.de eacuſ.
tutor.diait Roman.in conſil.652.vbi Mandoſ.in ad-
dit.alios allegat.præualet enim præſumptio natura-
lis affectionis erga conſanguineum, & ideo quando
11 relinquitur legatum † conſanguineo amore Dei, &
pro anima, licet militet rō priuilegij eccleſiæ, l.ſunt
perſonę, ff.de relig. & ſumpt. funer. & fauor animæ,
quæ cunctis rebus præfertur, l.ſancimus, C.de ſacroſ.
eccleſ. nihilominus præſumitur relictum potius rō-
ne coniunctionis, & præualet præſumptio naturalis
affectionis,nec dicitur legatum p:.m ſecundum Ro-
man.in Auth.ſimiliter,C. ad leg Falc. Dec.conſ.120.
colum.2.Iaſ.conſ.154.colum.penul. lib.2. Socin. in l.
ciuibns,col.4 ff.de reb.dub.Alciat.de præſumpt.reg.
s.præſum.28.num.1 quos, & alios refert,& ſequitur
12 Cepbal.conſil.216.nu.17. & ſeqq.lib.2.† Et in termi-
minis quod donatio facta con,anguineo non ſolum
ob enunciata merita, ſed etiam propter beneuolen-
tiam,& amorem dicatur donatio pura,factaque cen
ſeatur ob beneuolentiam, & conſanguinitatem non
propter remunerationem meritorum,diaerunt Pau.
de Caſt.conſil.432.in princ.lib.1.Snc.ſen.conſil.295.
nume.9.verſic.ſeatus,& vltimus,lib.2.Pariſ.conſ.73.
num.61.& ſeq.lib.1. Iaſ.conſil.154.colum.penul.ver-
ſic.non obſtat dum dicitur. lib.2.Caſſan.& alij relati
à Tiraqnel.in dicta l.ſi vmquam, in verb.Donarione
largitus,num.72. & late Menoch. conſil. 112. nu. 42.
13 lib.2. & quamnis † Decins in l. ſi donatione. nu.11.
C.de collat. & alij allegati à Tiraquel. in dicto loco
num.70.diaerint receptam eſſe opinionem,quòd do
natio præſumatnr potius remnneratoria, & ſic ob
merita,quam pura,& ſimplex,& ſic ob beneuolentiā
14 opinio† illa procedit, quando donatio fit extraneo,
in quem nulla conſiderari poteſt ratio conſanguini-
tatis,ſecus ſi cauſa conſanguinitatis concurreret, vt
in caſu,de qno agitur,ſecundum Tiraq. in citato lo-
15 co num.74. † Vel illi opinioni locus eſt,quando me-
rita aliter quā donantis aſſertione probantur, prout
declarat Menocb. dicto conſil.112. nu.42. & cum hac
declaratione concordat Iaſ.conſil.154.num.25.lib.2.
quæ declaratio non nocet in caſu iſto, vt ea infra di-
cendis apparebit. Altera, & ſecunda ratione oſten-
ditur donationem eſſe ſimplicem, & puram non re-
16 muneratoriam,† qoando donator (vt legitur in in-
ſtrumento in eius verbis diſpoſitiuis) dixit donatio-
nem facere ſua mera, pura, ſimplici,& ſpontanea vo
luntate merè,purè,liberè, & ſimpliciter,quæ verba,
merè,purè,liberè,&c. oſtendunt quòd quamuis do-
nator diaerit donare etiā ob merita donatarij, cau-
ſa illa meritorum non fuerit finalis,ſed impulſiua,&
appoſita ad colorem donationis, cauſamq; illā non
eſſe attendendam,ſed ſolum attendi debere verba il
la diſpoſitiua merè, purè, liberè,&c.quæ donationē
meram,puram, & ſimplicem eſſe oſtendunt, Vt poſt
Oldrad.in conſ.5.incip. Titius, diaerunt Socin. ſen.
dicto conſil.295.nume.9. Ruin. conſil.173. nume.12.
in fi.& ſeq.verſ.Et tāto magis,lib.1.Dec. in l.ſi dona-
tione,nu.24.C.de collat.Grat. conſ.50.n.66. & ſeqq.
multis, lib.1. Pariſ.conſil.88. num.101.lib. 3.Bellon.
conſil.74.nnm.9.Crauet.in repet. rubt. ff.de legat.1.
num.122.& idem ipſe ſentit in conſil.85.num.3.lib.1.
Alca.conſi.14.colum.1.lib.1.Tiber. Decian.conſil.32.
uumero 59.verſicu. ſecundo reſpondeo,libro tertio.
Menoch.qui alios allegat dicto conſil.112.nu.41. cum
qua opinione videtur tranſire etiam Rol.à Vall. con
ſil.44.nu.24.verſ.quarto dicitur,lib.4.Ex quibus con
ſtat hanc declarationem eſſe communem,& propte-
rea non eſſe habendam rationem Ripæ, qni in d. l. ſi
17 vmquam,q.16.in fi.contrarium concludit.† Et quā-
nis Franc.Becc. cnnſil. 20.num. 20. & ſeqq.dicat opi-
nionem Oldr. non procedere,qoando cauſa in dona
tione eſt ſpecialiter eapreſſa, ſi hæc declaratio vera
eſt (de qua vr̄ dnbitandum, ſtantibus deductis per
Grat.in d.conſ.5n.n.56.& ſeqq.vbi nu.64.dicit dicta
verba merè,purè,liberè, &c. facere donationē purā,
& merā non obſtante aſſertione meritorum ēt in ſpe
cie) non propterea noceret,cū meritorū ſpecialis ex-
preſſio in donatione de qua agitnr, facta non fuerit.
18 Secundo conſidero † donationem remuneratoriā
dici in quantum merita æquinalēt donationi, ſed in
eo,in quo donatio eacedit merita, non eſſe remune-
ratoriam,ſed puram,meram,& ſimplicem. Io.Andr.
in addit.ad Spec.in tit.de reb.eccle. non alien. Guil.
de Cun.Bald.& Salic.in l.illud,C.de ſacroſan.eccleſ.
Bart.in l.frater à fratre, col.vlt. ff.de condict. indeb.
Tiraq. in l.ſi vmquam, in verb. Donatione largitns,
nu.80.Natt.conſ.11 t.num.9.lib.1.Rimin.ſen. Inſtit.
de dnnat.in princ.nu.115. Burſat.conſ.304 num.38.
conſil.310.num.56.lib.3.Tiber.Declan.conſil.22.nu-
19 me.11.lib.2.† Et ideo quando donator poſt donatio
nem ſoſcipit liberos, ſuſtinetur donatio, quatenus
merita æquinalent donationi, ſed in eo,in quo dona
tio eacedit merita, donatio non valet, ſed per diſpo
ſitionem dictæ l.ſi vmquam, reuocatur. Dec. conſil.
366.nu.12.verſic. Et conclnſio. Crot. conſil.321.nu.
24.lib.3.Tiraquel. in d.l.ſi vmquam, in verb. Dona-
tione largitus,num.79.& ſeqq.Socin.ſen.conſil.295.
num.8.in fi.& ſeq.lib.2.Rnin.conſil.67.num.10.in fi.
libro quinto.Rip in d.l.ſi vmquam, q.14. num.29. in
fi. Corn.coonſil.194. colum.1. lib.3. Bertrand. qui de
communi reſtatur conſil.175. nume.10. vol.2. quem
refert & ſequitur Anton. Gabriel. in ſuis concluſ. in
tit.de donat.concluſ.2.num.47. & Cephal.conſil.94.
num.19.lib.1. qui alios allegant. Cum igitur dona-
tio remuneratoria ſuſtineatur, quatenus merita æ-
quiualent, & in eaceſſu ſuperuenientia liberorum re
20 nocetur, opus eſt de ipſis meritis† clare conſtare,&
qui nititur donationi clare,& ſpecifice merita iuſtifi
care debet,aliàs locus eſt diſpoſitioni d. l. ſi vmquā.
non obſtante generali aſſertione donatoris de meri
tis.ita Soci.ſen. dicto conſ.295.nu.8. Dec. conſ.366.
nume.11. & 12. vbi etiam diait meritorum enuncia-
tionem nec in genere, nec in ſpecie releuare, niſi
merita aliter probentur. Soc.iun.conſil.8.num.35.li-
bro 4.Ruin.conſ.173.nom.12.& ſeq.lib.1. Bertrand.
conſil.135.colum.2.lib.1.Ant. Gabriel. in dicta con-
cluſ.2.num.48.Tiraq.in dicto verbo, donatione lar-
21 gitus,nu.97. † & confirmat Natt. conſil.600.nu.38.
lib.3.qui etiam diait,quòd cnm hodiernis tempori-
bus de conſuetndine generali donationes fiant cum
illa aſſertione meritorum, aſſertio illa nihil opera-
tur, & inter alias rationes, quas Doctores afferunt,
ea principalis eſt, ſecundom Soc. ſen. Tiraq. & non-
nullos alios, quia ſi donatio remuneratoria ſuſtine-
tur tantom pro concurrenti quantitate meritorum,
& in eaceſſu ſupernenientia filiorum reuocaeur, ſi ſo
la meritorum aſſertio ſufficeret, cognoſci non poſſet
numquid merita ſint donationi æquiualenetia, idcir-
co vt de eorum quantirate clare appareat, meritorū
probatio neceſſaria iudicatur, ſed in caſu, de quo a-
gitur,ennnciata merita aliter probata non fuerunt,
ideo locus eſt diſpoſitioni l.ſi vmquam.

Tertio contra hæredes donatarij ponderanda eſt
enunciatio meritorum facta in inſtrumēto donatio-
nis,quę oſtendit merita illa non meruiſſe remunera-

tionem

22 tionem tam magnæ donationis. † ad hocenim vt do
natio non reuocetur ſuperuenientia liberorum,opus
eſt iuſtificari merita inſignia , ſingularia , ac maximi
momenti,vt quia donatarius redemerit donanté ab
hoſtibus , aut eum de manibus inimicorū eripuerit,
vel quid aliud fecerit , quod pretio numerario digne
æſtimari non poſſit,vt poſt Ang. in d.l.ſi vnquam,nu.
2.ver.ſi autem,dixit Crot.conſ.129.nu.3.& ſeq.lib.1.
quod etiam firmat Natt.conſ.600.nu.38. li. 3. qui ad
id probandum allegat Alex.in conſ. 21.nu. 3.ver.bene
fatetur,lib.3.& mouētur per tex. in l.ſi pater,§.fi.ff.de
donat.qui loquitur , quando donatarius poſuit ſe in
periculo mortis pro donante, eripiendo eum de ma
nu latrunculorum vel hoſtium per vim cum periculo
vitæ donatarij,quod oſtenditur,dum tex. conſiderat
donatarium eripuiſſe donantem de manibus latrun
culorum vel hoſtium,quia eripere eſt de manibus au
ferre per raptum,vt dicit textus in l.ſed eximendi,ff.
ne quis eum qui in ius vocat.eſt.huiuſmodi autē me-
rita non ſolum non fuerūt iuſtificata ſed neque in in-
ſtrumento donationis enunciata apparent , dixit e-
nim donator donationem facere ob amorem, & dile
ctionem,quibus proſequebatur donatarium eius pa-
truum,& quia donator in omnibus ſuis neceſſitatib.
& maxime quando erat infirmus epidimiæ morbo,
23 ei ſubuenit , quæ † merita erant obſequialia,ad quæ
donatarius vti patruus tenebatur pietate,charitate,
ac ſanguinis coniunctione,& impius ingratuſq; fuiſ-
ſet,ſi nepoti in infirmitatibus non ſubueniſſet,argu.l.
humanitatis, C.de impub. & ſeruitia obſequialia nō
ſunt digna remuneratione tam magnę donationis,l.
filia, C.de patr. poteſt. Ideo non obſtantibus enuncia
tis meritis,donatio pura iudicatur , & conſequenter
ſuperuenientia filiorū fuit reuocata,vt in ſimili oſten
dunt Corn.conſ.144.nu.11.ver.non tamen,lib. 2. Ce-
phal.conſ.94. nu. 16.& ſeqq.lib.1.Ioan.de Amic.conſ.
31.numer.9.& ſeq.Rip.in l.ſi vnquam,quæſt.14.in fin,
Pariſ.conſ.73.nume.61. libro 1.Menoch.conſ.112.nu-
mero 11.verſ. etſi benemerita,& nume.21.verſic Er-
go hæc benemerita,libro ſecundo . Nec aliter dicen-
dum videtur ex eo quod donator dixit,donatorem ei
ſubueniſſe , quando epidimiæ morbo infectus erat ,
24 & † ſic donatarium periculo mortis ſe ſubieciſſe tem
pore peſtis,quæ contrahitur ex conuerſatione,& par
ticipatione cum morboſis,l.ędiles,§.Pedius,ff.de edi,
Ripa in tracta.de peſte,de remed. ad conſern. vbert.
num.182. quoniam probatum fuit tunc non fuiſſe pe
ſtem magnam,& donatorem habuiſſe matrem, & a-
lios in domo,qui continue ei inſeruiebant, nec con-
ſtat donatarium cum donatore conſuetudinem ha-
buiſſe,inſeruiēdo propriæ perſonæ , nec iſtis ſeruitijs
donator egebat,& potuit eſſe,quòd in alijs neceſſita
tibus extra domum ei ſubuenerit,& ſic non poteſt di
ci probatum fuiſſe donatarium poſuiſſe ſe in diſcri-
25 mine vitæ † Præterea dicitur,quòd ſi donatori ſubue
niſſet tempore peſtis cum eo conuerſando , non pro-
pterea poteſt prætendi merita illa fuiſſe digna remu
neratione donationis excedentis valorem duorum
millium ſcutorum,vt in fortiori caſu tenuiſſe Sactum
Conſilium Neapolitanum teſtatur Afflict. dec. 370.
in fi.quod mihi videtur clariſſimum,attentis qualita
tibus donantis , & donatarij qui nobiles non erant,
26 & quod donans non reputabatur valde diues , † &
quia cognitio an merita æquiualeant donationi vel
non,remittitur iudicis arbitrio, qui conſideratis me
ritis,quantitate bonorum donatorum,qualitate do-
nantis,an ſcilicet nobilis eſſet vel ignobilis,id iudica
re debet ſecundum Soc.ſen.conſ.395.col.3.ver.Circa
ſecundam,lib.2.Iaſ.conſ.154.num.5. lib. 2. Curt.iun.
conſil.126.numer.11.lib.2,& not.Menoch.de arbitr.
iudic.quæſt.libro 2.centur.2.caſ.132.nume.7. & 8.&
Iul. Clar.de communi teſtatur in §.Donatio.q.3.ver-
ſic.ſed quarto. ſine dubio prædictis omnibus attentis
quilibet iudex iudicare debet prætenſa merita non
eſſe æquiualentia donationi,& digna tam magna re-
muneratione.

Quarto donationem reuocatam fuiſſe oſtenditur
27 conſiderandum † quod in contractibus voluntas con
trahentium principaliter eſt attendenda non aliter
attento verborum ſono,l.fin. C.quæ res pigno.oblig.
poſſ.gl.pen.in l.ſi in venditione, ff.comm.præd. Dec.
conſ.555. nu.6. & in l.Semper in ſtipulationibus,nu.
1.ff.de reg.iur.Pariſ.conſ.5.num.100.& ſeqq.lib.4. &
28 † quę fuerit contrahentium voluntas ex obſeruantia
ſubſequuta optime declaratur . Bald.conſ.245.nu. 2.
lib. 3.Soc. ſen.conſ.66.num.11.ver.Quod etiam confir
matur,lib. 3.Corn,conſ.188.colum.pen.ver.Præterea,
lib. 4.Crau.conſ.294.col.13.verſ.21. lib. 2. Iaie Fran-
ciſ.Becci.conſ.101.nu.49.vbi oſtendit id in quacum-
que materia procedere, & ad comprobationem mul
tas auctoritates adducit , & latius Ioſeph. Ludou.in
ſuis concluſ.comm.concluſ.38.per totam, quæ decla
ratio voluntatis multum deſeruit in caſu,de quo agi
29 tur † cum enunciatio meritorum potuerit fieri vel
vt donatio eſſet remuneratoria,& irreuocabilis , ſeu
ad colorem donationis tantum , licet merita non eſ-
ſent talia,quæ digna eſſent remuneratione, vt conſi-
derat Menoch.dicto conſil.112 numero 17. in fin. &
num.21.verſic.ergo hæc benemeritorum,lib.2.ex ob-
ſeruantia ſubſequuta , ex qua oſtenditur partes ha-
buiſſe donationem pro reuocata , vt mox oſtendam,
declaratur enunciationem meritorum fuiſſe factam
ad colorem tantum donationis,non quod merita eſ-
ſent digna illa remuneratione, & ſic donationem ir-
reuocabilem facerent,& quòd ex obſeruantia ſequu
ta clare eliciatur contrahentes habuiſſe donationē
30 pro imperfecta; † apparet, dum probatum fuit Do-
minum Adrianum donatorem,& eius filios,bona do
nata ſciente,& non contradicente Dom.Bernardino
donatario poſt donationem per annos trigintaquin
que, & vltra poſſediſſe, quod oſtendit contrahentes
non habuiſſe donationem pro perfecta , quia ſi alia
fuiſſet eorum voluntas , donatarius bona pure ſibi
donata conſequutus fuiſſet,nec permiſiſſet per dona
tarium eiuſque hæredes poſſideri,argu.not. per Bar-
tol. & alios in l.poſt contractum,ff.de donat.& in l.ſi-
cūt,§.ſuperuacuum,ff.quibus mod.pigno. vel hypot.
31 ſolu.† Hinc dicitur,quod quando donator tranſtulit
poſſeſſionem in donatarium , ſi poſtea naſcuntur filij
& demum decedūt , ſi donator permiſit donatarium
poſſidere bona donata, credendum eſt voluiſſe dona
tionem confirmare , & viribus ſubſiſtere, poſtquam
bona donata non vendicauit à donatario,prout po-
terat,vt concludit Ripa, in dicta l.ſi vnquam , quæſt.
38.in fin.quem ſequuntur Tiraquel.ibi in verb.ſuſce-
perit liberos,numero 211.& ſeqq.Iul.Clar.in d.§.do
natio. quæſt.23. in fin. vbi poſt Rubeum in repetit. l.
Titiæ.§.Imperator,numero 253.& ſeq. ff. de leg. 2.de
communi teſtatur.At ſi donator poſſeſſionem in do-
natarium non tranſtulit,ſed natis,& poſtea mortuis
filiis poſſeſſionem vſque ad mortem continuauit,cre
dendum eſt noluiſſe donationem ſubſiſtere,ſed illam
pro reuocata haberi,ſecundum Rip.in d.quæſt. 38.in
fin. ſicut igitur ex poſſeſſione donantis ſeu donata-
rii poſt natiuitatem, & mortem filiorum elicitur prę
ſumptio confirmationis vel infirmationis , donatio-
nis,ita in caſu noſtro,poſtquā donator ſemper vſque
ad mortem, & poſtea filii bona donata poſſederunt,
elicien-

Google

elicienda eſt præſumptio, quòd contrahentes volue
rint donationem eſſe imperfectam, ac per natiuitatē
filiorum reuocatam cenſeri. Idque etiam apparet
ex eo quod donatarius poſt donationē vti procura-
tor Do. Adriani donatoris vendidit aliqua bona ex
illis donatis, & nonnulla alia alienata per Dominū
Adrianum donato rem deleri fecit de cataſtro Dom.
Adriani, quæ deſcribi curauit in cataſtro emptorū,
per quos actu a donatarius ſi tunc ius habuiſſet in di-
ctis bonis vigore donationis ſibi præiudicaſſet quia
32 † ſicut conſentiens alienationi de re ſua ab alio factę
ſibi præiudicat, l. ſi quis decedens, & ibi Bart. nu. 2. ff.
de leg. 3. l. ſi fundum per fideicommiſſum, & ibi Doct.
præſertim Iaſ. ff. de legs. 1. Neguſant. de pignor. in 3.
membr. 6. par. princ. nu. 15. fortius ſibi præiudicat il-
33 le, qui rem ſuam nomine alterius vendidit, † & pari
modo conſentiens bona ſua in aliorum cataſtro de-
ſcribi, ſibi pręiudicium infert, priuaturque dominio,
quod in bonis illis habet, illudque transfert in eum,
in cuius cataſtro conſenſit bona deſcribi, Bartol. in l.
Rura, nu. 1. C. de omn. agr. deſert. lib. 11. Soc. ſen. conſ.
46. nu. 3. lib. 3. Alex. conſ. 68. nu. 3. lib. 3. & conſ. 57. nu.
17. lib. 7. Rom. conſ. 291. col. 5. ver. His tamen non re-
fragantibus, qui tamen concludit prædicta locum ha
bere quando bona alicuius de ipſius conſenſu in ca
taſtro alterius deſcribūtur, licet ſi bona mea me igno
rante in alieno cataſtro deſcripta reperirentur, nul-
lum mihi inferatur præiudicium, vt per eum. Ex qui
bus omnibus clare demonſtratur Bernardinum do-
natarium tunc non prætendiſſe ius in dictis bonis ſi-
bi donatis, ſed habuiſſe donationē pro reuocata, et ſi
alterius voluntatis fuiſſet, bona ſibi donata non ven
didiſſet pro Dom. Adriano donante, nec illa, & alia
in alieno cataſtro deſcribi conſenſiſſet, ſed ea in pro-
prio deſcribi curaſſet. Accedit prædictis Do. Adria
num donatorem poſt donationem vendidiſſe vnum
ex fundis donatis, & ex parte pretij æs alienum Do-
mini Bernardini donatarii ſoluiſſe, ipſum vero dona
tarium pro dicti pretii reſtitutione proprium fundū
dicto Dom. Adriano in ſolutum conſignaſſe; quod
clare oſtendit partes habuiſſe donationem pro reuo
cata, ſi enim illam validam eſſe voluiſſet Dominus
Bernardinus, donatarius non reſtituiſset Domino
Adriano partem pretii redactam ex venditione bo-
norum donatorum in ſuam vtilitatem cōuerſam, &
cum aliter fecerit, credendum eſt bona donata, & de
mum vendita per donatorem ad donatariū amplius
non ſpectaſſe, arg. l. Procula, cum ibi not. ff. de probat.
34 & † comprobatur ex not. per Bar. Caſtr. & alios in l.
Si quidem, C. de tranſact. dum dicunt, ꝙ ſi ſoluo tibi
meum debitum ex vna cauſa, pręſumptio exoritur ꝙ
non ſum tuus creditor ex alia, nam ſi tuus creditor
fuiſsem, ego nō ſoluiſſem meū debitum, ſed retinuiſ-
ſem, & cum meo credito compenſaſsem, quæ præſum
ptio bene procedit, quando aliqua alia coniectura
cum hac præſumptione exoriente ex ſolutione debi-
ti concurrit, vt d. l. Si quidem, dixerunt Bal. nu. 3. Sal.
nu. 2. in fin. & Iaſ. nu. 3. in fin. Sed quia in caſu noſtro
prætenditur reuocatio donationis ex ſuperueniētia
filiorum, & dubitatur, numquid contrahentes intel-
lexerint facere donationem remuneratoriam irre-
uocabilem, ſatis declaratur ex prędictis ſaltem ſimul
iunctis contrahentes non intellexiſſe facere donatio
nem ob merita ita, vt ſuperuenientia liberorum non
reuocaretur, ipſoſque natis filijs habuiſſe donationē
pro imperfecta. Et quoniam ex prædictis intentio hę
redum donatoris ſufficienter iuſtificatur, ſolum ſupe
reſt allegata in contrarium remouere.

Nō obſtat igitur, quod dicebatur inter perſonas,
quibus non prohibetur ſimplex donatio, ſtandū eſse
35 inſtrumento, in quo fit mentio de meritis. † Reſpōde
tur enim, ad effectum, de quo agitur merita aliter ꝓ-
banda, nec generali aſſertioni meritorum ſtandum
eſſe, licet donatio ſit facta inter perſonas non prohi-
bitas ſecundum Soc. ſen. d. conſ. 295. num. 8. ver. quar
tus caſus eſt, lib. 2. Ruin. conſ. 173. nu. 15. lib. 1. Ancha.
quæſt. fam. lib. 5. q. 12 num. 15. & ſeqq. Tiber. Decian.
conſ. 35. numer. 58. lib. 3. & probant alij, quos adduxi
ſupra in ſecundo fundamento huius partis, & latius
Menoch. d. conſ. 112. nu. 52. & ſeqq. multis. Allegata
vero in contrarium procedere poſſunt reſpectu vali-
ditatis donationis à principio, nam quando fit dona
tio ab eo, qui pure & mere donare poteſt, ſi merita e-
nunciantur non exigitur eorum probatio, quia dona
tio eſt valida etiam ſi eſſet pura, & merita non præce-
derent, vt declarant Bal. Sal. & alij, quos refert, & ſe-
quitur Bero. conſ. 57. num. 11. verſic. Præterea, lib. 1. &
in iſtis terminis loquuntur Doctores, qui in contra-
rium allegantur. Sed ſi non quęritur de validitate do
nationis à principio, ſed de eius interpretatione, cū
alio modo interpretatur ſimplex donatio, & alio mo
do remuneratoria, vel quæratur de eius reuocatione
per ſuperuenientiam filiorum, quo caſu ſi eſt remune
ratoria, quatenus æquiualent merita, non reuocatur.
Sed ſi eſt ſimplex vel exceſſiua, reuocatur, eo caſu, qa
multum intereſt merita in ſpecie verificari, vt cogno
ſcatur, an ſint digna remuneratione, & an ęquiualeāt
donationi, non ſtatur generali meritorum enuncia-
tioni etiam inter perſonas non prohibitas, vt decla-
rant Dec. conſil. 366. numer. 11. & latius Menoch. qui
alios allegat in d. conſil. 112. nume. 27. & ſeqq. & per
36 totum conſilium, † qui confutat omnia fundamenta
Decij in conſil. 20. vbi contrariam firmauit opinio-
nem. Poſſet etiam dici, tunc inter perſonas non prohi
37 bitas † eſſe ſtandum aſſertioni meritorum abſque eo
rum probatione, quando ſunt expreſſa in ſpecie, ita
vt cognoſci poſſit, quæ, qualia, & quanta fuerint meri
ta, ſecundum Bartol. in l. ſi forte, ff. de Caſtrenſ. pec.
Bald. & alios in l. ſi donatione, C. de collat. & *decla-
rat* Soc. ſen. in dicto conſil. 295. num. 8. verſi. Tertius
caſus. Ruin. dicto conſil. 173. nume. 12. & alij relati à
Menoch. in dicto conſil. 115. numero 23. & ſeqq. mul-
tis, qui differentiam conſtituunt inter caſum, in quo
in genere merita enunciantur, & alium, in quo in ſpe
cie exprimuntur, quorum declarationi ſubſcriben-
38 dum cenſeo † licet Dec. in conſ. 366. num. 12. dixerit
non eſſe ſtādum aſſertioni partis de meritis, ſiue ſit
facta in genere ſiue in ſpecie, qñ enim in ſpecie expri
muntur merita, contrariū verius eſt, nec exemplū *De*
39 cij de donatione facta à patre filio eſt bonū, quia † pa
ter nō poteſt donare filio in poteſtate, l. Donationes
quas parentes, C. de donat. inter vir. & vxor. de com-
muni Pariſ. conſil. 16. num. 19. lib. 5. Iul. Clar. in §. Do
40 natio. quæſt. 8. in princ. † niſi propter benemerita.
Dec. d. conſil. 366. numero 15. Doctor. in d. l. ſi dona-
41 tione, C. de collat. ideo non ſtatur † aſſertioni patris
etiam in ſpecie de meritis, ſed debent aliter iuſtifica
ri, vt donatio valeat, vt dicit Dec. in dicto conſil. Iaſ.
in l. frater à fratre, num. 44. ver. ſecundo limita, ff. de
cond. indeb. Ruin. conſ. 44. circa fin. libr. 5. & poſt eos
de communi teſtatur Iul. Clar. in d. quæſt. 8. verſi. hoc
tamen, qui ſubdit ideo meritorum probationem ſem
per exigi, quando fit donatio inter perſonas prohi-
bitas, quia aliàs de facili poſset fieri fraus, vt tenet
gl. communiter approbata in d. l. ſi donatione, & di-
cit Dec. in dicto conſilio 366. numero 15. Sed quan-
do donatio fit à perſonis non prohibitis, opus eſt
conſtare de meritis in ſpecie, nō pro validitate dona
tionis

tionis,qnia etiam non præcedentibus meritis,dona-
tio valer,vt dixi,ſed vt percipi poſſint,an illa æquiua
leant donationi. Vnde eo caſu ſi donator expreſſic
merita io ſpecie, non exigitur alia eorum probatio,
cum ex donatoris confeſſione probentur,quod dona
tor facere poteſt, cum in ſua poteſtate fueri1 donare
etiam pure & oullis præcedentibus meritis, & facere
quod donatio ſuperuenieotia filiorum non reuocare
42 tur,† cum dooator maior 25. annis remedio l. ſi vn-
qoam,reounciare poſſit.Bar.in l.Titia,§.Imperator,
nn.7.ff.de leg.2.& Bal.& Fulgoſ.in l.1.C.de iooſſic.do
nat.Spec.in tit.de inſtr.cdit.col.fin.ver.ſi quis donat.
Alber.in d.l.ſi voquam,Petr.de Anchar.& Imol.in c.
ſi.de donat.quæ opinio communiter approbatur, vt
teſtantur Soc.ſeo.cooſ.147.nu.17.lib.1.Iaſ.conſ.125.
nnm.10.13.& ſeqq.lib.1.Bertrand.conſ.192.circa fin.
lib.2.Tiraq.io d.l.ſi vnquam,io pręfat.num.174.& a-
lij multi relati à Iul.Clar. io d.§.donario.quæſt.22.
verſic.Tertio infertur,& eam magis comm.appellat
Ant.Gabr.in tit.de donat.coocl.2.nnm.63.Er licet à
dicta opinione diſſentiant multi allegati à Iul.Clar.
43 & Gabriel.† nihilominus illa eſt ſequenda, quando
donator in ſpecie diſpoſitioni legis ſi vnquam,renun
ciauit,vt declarant Iul.Clar.in alleg.loc.verſic.tamē
pro concordia,& Anton.Gabr.io dicta concluſ.2.nu
mero 64.non eſt igitur inferendum, prout facit Dec.
in d.conſil.366.nume.12.de donatione facta à patre
ad illam factam ab aliu extraoeo,qnia pater noo po-
teſt facere, quòd donario facta filio valeat, ſi nou eſt
remuneratoria,ant non ſit facta in aliquo alio ſpecia
li caſu ex relatis per Iul.Clar.in d.quæſt.8.& ideo ne
fiat fraus,non eſt ſtandum etiam ſpeciali expreſſioni
meritorum, ſi aliter non probantur: ſed in donatio-
ne facta ab alio extraoeo, ſecus eſt, quia extraneus
donare poreſt eriam nullis præcedenribus meriris,
ac facere quòd donatio ſuperuenientia filiorum noo
reuocetur, & ideò dum aſſerit donare propter bene-
merita in ſpecie qualitate & quantitate expreſſa, ei
credendū eſt reprobata opinione Decij.Sed hæc opi-
nio non nocet in caſu ooſtro: licet enim donator aſſe
ruerir facere donationem propter beneuolentiam,
cùm donatarius ei in ſnis neceſſiratibns ſubuenerit,
44 & auailiatus fuerit † non ramen expreſſit quid fece-
rit donatarius,& quod,qoale,& quantom fuerit au-
xilium præſtitum prout requiritur, ad hoc vt merita
in ſpecie expreſſa dicantur,& cognoſci poſſit,nūquid
illa æqniualeant donationi, & ita declarant etiam
Ruin.conſ.173.num.12.io fin.lib.1.& Menoch.d.con-
ſil.112.num.11.& ſentiunt alij omnes,qui dicunt meri
ta in ſpecie eſſe exprimenda & probanda, intelligeo
tes taliter merita exprimi debere,vt rectè percipi va
lear numquid ſint remuneratione digna, & æquiua-
leant donationi.

Poſſet etiam dicto primo obiecto reſponderi in ca
ſu iſto non eſſe ſtandum aſſertioni donatoris de me-
ritis,etiamſi in ſpecie fuiſſent enunciata à donatore,
nec obſtare allegata in contrarium, quoniam dona-
tio,de qua agitur,facta fuit inter pſonas, inter quas
non poterat fieri mera, & ſimplex donatio,ſi merita
noo præceſſiſſent, conſtat enim donationem factam
45 fuiſſe à Domino Adriano tunc minore annis 25.† &
mioor dooare non poteſt immobilia etiam cum de-
creto iudicis,& ſi donat donatio nulla redditur, l.ſi.
§.fin.C.ſi maio.fact.vbi Docto.communiter l.1.§.1.ff.
de tuto.& rat.diſtrahen.Abb.Fel.& alij in ca.in præ-
ſentia,de probat. Paol.de Caſtr.conſil 161.in princ.
lib.2.Menoch.de arbitr.iud.quæſtio.lib.2.centur.2.
46 caſ.171.num.46.nec † tutoris aut curatoris auctori-
tas aut conſanguineorum conſenſus donationem mi
noris validam reddit.Petr.de Ancha.conſ.69.incip.
contra donationem factam,col.1.& latè oſtendit Si-
moncel.in tract.de decret.li.1.tit.2.inſpectio.1.nu.1.
47 & ſeqq.† Et licet valde ſi controuerſa illa opinio,an
quid minor poſſit immobilia donare cauſa remune-
rationis meritorum donatarij, vt conſtat vt ex alle-
gatis pro vtraque parte per Simoncel.in d.titu.2.in-
ſpectio ver.Secuodus principalis eſt caſus, & verſic.
Contraria igitur,& per Menoch.conſil.29.libr.1.per
tot.nihilominus ſi reciperetur opinio affirmatiua, ꝙ
donatio remuneratoria facta à minore valeat, meri-
48 ta † eſſent in ſpecie probanda, nec credendum eſſet
aſſertioni minoris de meritis, cum donatio facta ſit
à minore,qui regulariter donare prohibetur,& ſic a-
gitur de donatione in caſu regulariter prohibito; a-
liàs enim poſſet fieri fraus legi,extorquendo donatio
nem à minore ex falſa cauſa meritorum, quod nō eſt
admittendum,vt io terminis conſiderat Menoc.con
ſil.388.nu.11.& ſeqq.lib.4.

Parum etiam reſiſtit,quod dicitur credendum eſſe
donatori aſſerenti merita præceſſiſſe, qoando ſuam
49 aſſertionem iuramento confirmauit.Etenim † reſpō
detur,quòd licet non deſint,qui dicunt non obſtante
iuramento merita aliter probari debere, ſecundum
gl.& Doct.in l.ſi donatione,vbi Ale.nu.6.& Dec.nu.
25.in fi.alios allegant,C.de collat.& ita communiter
teneri teſtantur Ioan.de Amic.in conſ.31.nume.8.&
50 Bero.conſ.57.num.10.lib.1.† Ego tamen cenſeo opi
nionem contrariam locum habere,quando merita in
ſpecie,& in qualitate à donante ſpecificata fuerunt,
prout loquitur Bal.in l.ſi donatione,quem alii in cō-
trarium allegati ſequuntur, & ita etiam loquitur Ce
phal.in alleg.conſ.61.nu.14.& quod ſit credendum
aſſertioni iuratæ meritorum,quando in ſpecie meri-
ta ſunt expreſſa & noo aliter,declarant Iaſ.in repet.
l.frater à fratre,colum.vlt.oum.44.ver.Item in quan
tum,ff.de cond.indeb.& Capic.dec.103.oum.7.in fi.
& ſeqq.quam declarationem puto recipiendam e-
tiam in donatione facta inter perſonas non prohibi
tas ad effectum,de quo nos quærimus,† nam ſi dona-
51 tio remuneratoria ſuſtinetur, non obſtante quòd li-
beri ſuperuenerint quatenus merita digna ſint re-
muneratione,& donationi æquiualeant, vt ſit credē
dum aſſertioni iuratæ donatoris, merita debent eſ-
ſe taliter in ſpecie à donante expreſſa, vt clarè perci-
pi poſſit numquid dooationi æqoiualeant,etſi ſolum
in genere eſſet enunciata generalis expreſsio incer-
titudinem,& obſcuritatem induceret,l.In tradēdis,
ff.comm.pręd.l.cum Sticus,ff.de ſol.Crau.cooſ.265.
nu.4.lib.2.& tamquam dubia, & obſcura noo releua
ret,l.Vbi autem,§.qui illud,ff.de verb.obligat.l.cum
incertis,ff.de leg.1.l.ſi.C.de annal.except.oot.Soc.d.
conſil.295.num.8.ver.quartus caſus, & alij quos ſu-
pra retuli, & ad oſtendendom meritorum aſſertioni
non eſſe ſtandum etiam inter perſonas non prohibi-
tas,niſi in ſpecie illa expreſsa fuerint,ſed habetur ac
ſi merita noo fuiſsent expreſsa,& narrata,poſtquam
generaliter tantum,& ſic perplexè & obſcurè expreſ
ſa appareat.Soc.in d.l.cum in certis.Crauer.in dicto
conſil.265.num.4.& in propoſito docet Menoch.d.
52 conſil.112.num.12.lib.2.† & per prædicta tollitur e-
tiam quod dicebatur de hærede,qui tenetur ſtare aſ-
ſertioni donatoris, quoniam hoc verum eſt, quando
merita ſunt in ſpecie expreſsa, ſecus ſi io genere, vt
to caſu, de quo agitur.

53 Quod verò † vltimo loco dicitur ioter perſooas
non prohibitas non attendi, an merita æquiualeant
dooationi,verum eſt & procedit reſpectu validitatis
donationis ab initio, quæ etiam valet, licet merita
non

Digitized by Google

non iuſtificentur, & in iſtis terminis loquuntue Iul.
Clar. & alij ex aduerſo allegati.

Sed quando quæritur numquid donatio, quæ prætenditur remuneratoria, reuocetur ſuperueniẽtia filiorum, clarum eſt attendi debere an merita æquiualeant donationi, vel non, cum in exceſſu remaneat pura donario & reuocetur iuxta diſpoſitionem d.l.ſi vnquam, vt declarant Dec. d.conſ.366.num.10. Anton. Gabr. in tit. de donat. concluſ.2.nu.47. vbi de communi teſtatur, & dixi ſupra in ſecundo fundamento huius partis.

Concluditur igitur ex prædictis non iuſtificari talia merita, quę digna fuerint remuneratione tam magnæ donationis, & ſic donationem pee oatiuitatem filioeum Dom. Adriani donatoris reuocatam fuiſſe. Et licet ſtautibus prędictis credam hanc concluſio
54 nem eeddi claram adhuc † ſi eſſet dubia idem in dubio diccudum eſſet, cum enim nos fundemus noſtrã intentionem in generali regula d.l.ſi vnquam, & re-
55 gulæ † inhærendum ſir, donec de exceptione probetur, iuxta not. per Dec. in l 1.nu.7. & ſeq. ff. de reg. iur. aduerſarii, qui fundãt ſe in exceptione illa, ꝙ donatio ſit eemuneraioria, & non reuocetur, debent exce
56 ptionem, & ſic merita clare probare † nec dubia ac obſcura meritorum probatio releuat, vt late oſtẽdit Menoc. in allegat. conſ.112.nu.18. & ſeqq. Etenim generaliter in quacumque materia concluditur proba-
57 tionem † dubiam, & obſcuram non eeleuare, c. in prę ſentia, de probat. l. Neque narales, C. eod. tit. Crauet. conſ.15.nu.6.ver.5.libr.1. ſed debere eſſe concludentem, & neceſſariam. Bald. in l. matrem, C. de probat. Natt. conſ.585.nu.2.lib.3. cum aliis per Franc. Becc. conſ.52.nu.101. Vnde quia in genere merita ſunt expreſſa in donationis inſtrumeoto, licet ea potuiſſent eſſe remuueraiione digna, donationique æquiualentia, nihilominus quia clare meriia non exprimũtur, ſed generalitee, illa generalis expreſſio non releuar,
58 † cum probatio per facile, & poſſibile non ſufficiat, ſed neceſſario cõcludeee debear, ad rradita per Natt. conſ.673.num.20.lib.4. Pariſ. conſ.29.num.87.lib.2. Rol. à Vall. conſ.61.n.60.lib.2. & not. deducit Franc.
59 Becc. conſ.67.num.5. † quod recipitur etiam in quacumque cauſa fauoeabili, cum & in ea probatio neceſſario concludeee debeat, vt releuet, gloſ. in d.c. In peæſentia, in verb. dubium, Crauet. conſil.218.nu.6. & conſ.276.nu.4.lib.2. & Alex. in conſ.152.nu.1.vet. Nec dicarue, lib.6. vbi dicit gloſſam illam communiter approbari.

Iu cauſa prædicta, & de qua etiam in præcedenti cõſilio, fuit factum iudiciale compromiſſum iuxta formam ſtatuti Peruſini, & cum cauſa fuerit plene diſcuſſa coram Domino Arbitro, & omnibus Rotæ Peruſinæ Auditoribus Conſultoribus à ſtatuto deputatis, & clare compertum donationẽ viribus non ſubſiſtere, Dominus Arbiter ob maximas expenſas, quas fecerunt Actores, æquitate motus, habito tamen prius conſenſu Domini Mauri Maſſinæ rei conuenti, pro quo ego reſpondi, ex bonis valoris florenorum quinque millium in circa, quæ domini de Camillis Actores vendicabant vigore donationis, mandauit ſolui florenos quadringentos tantum, & in reliquis abſoluit dictum Dominum Maurum die vltima Aprilis anni M.D.LXXXVI. Rogato domino Euangeliſta ſer Hieronymi Notario Peruſino.

ARGVMENTVM.

Augmentum dotis ex parte viri conſtitutum, an, & quando ſit donatio propter nuptias.

Et numquid ſoluto matrimonio morte viri acquiratur vxori, vel vxoris hæredibus.

SVMMARIVM.

1 *Dotis augmentum ex parte viri dicitur donatio propter nuptias. Sed contra nu.9. cum ſeq. vbi declaratur.*
2 *Donatio propter nuptias ſoluto matrimonio ad virum aut viri hæredes redire debet. Declaratur nu.26. cum ſeqq. & num.39.*
3 *Mulier vendicare poteſt ſibi donata à viro propter nuptias conſtante matrimonio, ſi vir vergit ad inopiam.*
4 *Maritus lucratur dotem, quando vxor commiſit adulterium.*
5 *Vxor lucratur donata propter nuptias irreuocabiliter marito adulterium committente.*
6 *Statutum de lucro dotis fauore viri locum habet etiam fauore vxoris in donatione propter nuptias, quamuis de ea nihil fuerit diſpoſitum.*
7 *Pactum de lucro dotis extenditur in fauorem vxoris ad donationem propter nuptias.*
8 *Vxor lucratur per mortẽ viri tantũ de donatione propter nuptias, quantum lucratus fuiſſet vir de dote, intelligendo reſpectu quantitatis, nõ quotæ, vt ſeruetur æqualitas.*
9 *Augmentum dotis, quod non eſt æquale doti, non eſt donatio propter nuptias.*
10 *Donatio propter nuptias, quę olim fieri non ſolebat, hodie de conſuetudine amplius fieri non ſolet.*
11 *Donatio propter nuptias conſtituitur principaliter pro ſecuritate dotis, & cautela mulieris.*
12 *Mulier renunciare poteſt hypothecæ quam habet in bonis viri, ſed non donationi propter nuptias.*
Niſi adſint alia bona viri, quo caſu etiam alienationi donatorum conſentire poteſt, num.13.
14 *Ratio expreſſa in præfatione dicitur finalis.*
15 *Cauſa finalis ex proœmio, & præfatione contractus probatur.*
16 *Dotis augmentum ex parte viri dicitur potius remuneratio quam donatio, quando vir ſenex ſeu ignobilis contrahit matrimonium cum muliere iuuene ſeu nobili, & tunc efficitur mulieris irreuocabiliter, & nu.22.*
17 *Donatio in dubio non præſumitur.*
Fallit in donatione remuneratoria, nu.18.
19 *Vir ignobilis ſeu ſenex accipiens in vxorem nobilem ſeu iuuenem, ſi fatetur aliquid recepiſſe, aut aliquid dat ſeu promittit, præſumitur facere animo compenſandi cum nobilitate ſeu iuuentute.*
20 *Dotis conſtitutio à viro ignobili mulieri nobili valet, & cauſa compenſandi eum nobilitate præſumitur conſtituta.*
21 *Donatio facta à viro vxori in recompenſationem iuuentutis ſeu nobilitatis valida eſt, ſi fuit facta ante matrimonium tempore conſtitutæ dotis.*
23 *Donata propter nuptias in quibus caſibus acquirãtur uxori ſoluto matrimonio morte viri, ſiue extent filij eiuſdem matrimonij ſiue non, cum ſeq.*
24 *Statutum excludens virum à lucro dotis, excludit etiam vxorem à lucro donationis propter nuptias.*
25 *Maritus de iure communi ſoluto matrimonio morte vxoris non lucratur aliquam partem dotis.*
26 *Donata propter nuptias non redeunt ad hæredes viri prędefuncti, ſed acquiruntur vxori quando ita per pactum conuentum fuit.*
Item ſi prædeceſſit vxor, ſi conuentum fuit vt acquirantur hæredibus vxoris, nu.27.
28 *Pacta inæqualia de lucro dotis, & donationis propter nuptias non valent.*

Fallit

Fallit in pactis conceptis ante contractum matrimonium, quia illa ſunt valida, nu. 29.

Fallit etiam de conſuetudine, nu. 30.

31 *Hæredum mentio facit tranſire donationem propter nuptias ad hæredes vxoris.*

Et facit tranſire ad hæredes etiam ea, quæ aliàs nõ eſſent tranſitoria, nu. 32.

33 *Donatio in quibus fuit facta mentio hæredum dicitur inter viuos, licet in ea fuerit facta mentio mortis.*

34 *Verbum nullum ſeu ſyllaba ſtare non debet ſine effectu aliquid operandi, etiam in materia renunciationis & alia odioſa.*

35 *Argumentum à contrario ſenſu validiſſimum eſt etiam ad deciſionem cauſarum.*

Et ſumitur etiam ad correctionem iuris communis, ne diſpoſitio remaneat inutilis ſeu ſuperflua, nu. 36.

37 *Pater qui dotauit filiam, ſi ſtipulatus fuit dotem ſibi reſtitui in vno caſu ſoluti matrimonij, in alijs cenſetur illam donaſſe filiæ.*

38 *Voluntas contrahentium, & quod actum, non quod dictũ fuit in contractibus attenditur.*

CONSILIVM XLVIII.

DOMINVS Vbaldos de Capellonibus de Eugobio promiſit Domino Franciſco de Vannellis eidem dare in vxorem Domiuam Dimitillam ſororem cum dote florenorum 600. de quibus Dominus Franciſcus promiſit erogare florenoa 500. in emptione ſtabilium vel eos in loco tuto ponere, & pro alijs centum ſe, & omnia ſua bona obligare, vt idonee caueretur ſecuritati dotis dictæ Dominæ Dimitillæ, & vt magis grateam & amabilem redderet dictam ſuam vxorem, In augmentum dotis promiſit, conſtituit, aſſignauit, dedit, atque conceſſit dictæ Dominæ Dimitillæ abſenti ac Domino Vbaldo & Nutario pro ea ſuiſque hæredibus ſtipulantibus florenos 300. de proprio ipſius Domini Franciſci, cum pacto, quòd moriente Domina Dimitilla cum filijs eiuſdem matrimonij, floreni 300 poſt mortem dictæ Dominæ Dimitillæ ad dictos filios integre reuerterentur. Moriente autem ſine filijs, viuente ipſo Domino Franciſco, dicti floreni 300. vna cum tertia parte dictorum florenorum 600. ex forma ſtatuti debita ad dictum Dominum Franciſcum reuerterentur. Et quia deceſſit Dominus Franciſcos ſuperſtite Domina Dimitilla, quæ vltra dotem petit etiam dictos florenos 300.

Dubitatur per Dominum Locumtenentem Sereniſs.
1 Domini Ducis in ciuitate prædicta, illud † augmentum dotis in effectu eſſe donationẽ propter nuptias, quæ diuerſis nominibus appellatur, vt antiferna, ſeu contrados, vt in l. fi. vbi glo. in verb. antiferna, C. de dona. ante nupt. Vel antifatum in dotis aſſecurationẽ factum, vt per Afflict. deciſ. 37. Guid. Pap. deciſ. 145. & hodie hoc augmentum vocatur donatio propter nuptias, §. eſt & aliud genus donationis. in fin. Inſtit. de donat. ibi, ſed eo ẽt contracto augentur & conſtituuntur, & quod dotis augmentum conſtitutũ ex parte viri in effectu nil aliud ſit quam donatio propter nuptias firmant Mandell. de Alba conſi. 55. nu. 4. & ſeqq. Natt. conſ. 253. on. 7. lib. 5. Cephal. conſil. 613. nu. 5. et ſeq. lib. 4. Crauet. conſil. 880. nu. 4. li. 5.
2 Donatio † vero propter nuptias, ſi aliter non fuit cõuentum, non cedit lucro mulieris ſeu eius hæredum, ſed ad virũ aut viri hæredes, ſoluto matrimonio, redire dẽt, gl. in d. §. eſt et aliud. in verb. ęaequetur. Inſt. de donat. in Auth. Siue à me, in verb. Donatio, C. ad Vellei. vbi Bal. & Pau. de Caſtr. glo. in Auth. Dos data, C. de donat. ant. nup. Ant. de Butr in cap. fi. nu. 3. & ibi Abb n. 5. de donat. inter vir. & vxor. Ang. Aret. in §. eſt & aliud. Inſtit. de donat. & ibi Chriſth. Porc. in fi. Cor. conſ. 256. nu. 4. verſic. Item donatio propter nuptias, lib. 1. & conſ. 303. num. 15. lib. 4. Crauet. conſ. 185. nu. 1. & 2. lib. 5. Dec. in Auth. Præterea, nu. 14. C. vnde vir, & vxor. Natta conſ. 553. num. 9. verſic. Quas quidem dotes, & verſic. Clarum eſt, lib. 2. Burſat. conſil. 179. incip. in ſumma, num. 8. & 9. lib. 5. Hieron. Gabr. conſil. 119. num. 41 libro 2. Quæ opinio communiter approbatur, vt teſtantur Rol. à Vall. conſil. 62. num. 1. lib. 1. Lauren. Hircon. in ſuis communibus opinionibus cen
3 tur. 1. concl. 94. Mandel. de Alba, conſ. 68. nu. 2. † ſolum quidem de iure mulier poteſt dotem & donata propter nuptias vendicare à viro, vel alijs conſtante matrimonio, quando vir vergit ad inopiam l. Vbi adhuc, iuncta Auth. ſeq. C. de iure dot. Ant. de Butr. in d. cap. fin. num. 17. & ibi Abb. num. 12. Sal. in d. Authen. Dos
4 data, nu. 1. † Vel quando maritus commiſit adulteriũ quo caſu ſicut maritus lucratur dotem, quando mulier adulterium commiſit, c. Plerumque, extr. de don. inter vir. & vxo. l. conſenſu, C. de repud. l. cum mulier, ff. ſolut. matrim. & omnes communiter admittunt, vt affirmant Viu. in ſuis communib. opin. in verb. Vxor perdit, & poſt Bald. nouel. Bermond. Couar. & alios
5 Iul. Clar. in §. adulterium, ver. Et ſciat, † ita mulier lucratur donata propter nuptias irreuocabiliter marito adulterium committente. Ant. de Butr. in d. c. fi. nu. 17. vbi Abb. nu. 12. in fi. Sed quando maritus non commiſit adulterium, & matrimonium ſoluitur morte vnius ex coniugibus, tunc donata redeunt ad virum ſeu viri hæredes.

Licet prædicta multum vrgere videantur, nihilominus in caſu de quo agitur contrarium verius eſſe cenſeo, quòd ſcilicet Domina Dimitilla conſequi debeat florenos 300. pro augmento dotis ſibi promiſſos.

Et quantum attinet ad florenos ducentos puto rẽ carere probabili difficultate. Fuit enim cõſtituta dos fauore viri in ſumma florenorum 600. & ſi prædeceſſiſſet vxor ſine filijs, Franciſcus maritus vigore ſtatuti dictæ ciuitatis ac expreſſi pacti prædicti lucratus fuiſſet tertiam partem dotis, & ſic florenos 200. Ideo eamdem quantitatem lucrari debuiſſet vxor, ſi ſimpliciter facta eſſet donatio propter nuptias, & nihil a-
6 liud in fauorem vxoris concurreret. † Tum quia ſtatutum de lucranda dote per virum, locum habet etiam in donatione propter nuptias fauore vxoris, quamuis de ea nihil ſit diſpoſitum. Salic. in Auth. Dos data, nu. 2. in fi. C. de donat. ante nupt. Bellon. conſ. 17. nu. 3. & ſeqq. Io. de Amic. conſ. 5. num. 12. & ſeq. Franc. Becc.
7 conſ. 43. nu. 18. in fi. † Tum etiam quia pactum de lucro dotis, extenditur etiam in fauorem vxoris ad donationem propter nuptias, etſi de ea nihil ſit dictum. Azo. in ſumma, in tit. de donat. ant. nupt. gl. & Cin. in l. fin §. ſi autem, C. eod. tit. Campeg. de dot. par. 1 q. 61. nu. 2. Conſt. Roger. in tract. de dot. q. 19. nu. 5. Ang. in Auth. de æqual. dot. §. 1. nu. 4. Soc. in l. Cum fuerit, col. 3. ff. de reb. dub. Ant. de Butr. in c. fin. in fin. & ibi Abb. num. 15. de donat. Franc. Becc. Bellon. & Io. de Amic.
8 in dictis locis. † Nec poteſt dici, quòd ſicut maritus lucratus fuiſſet tertiam partem dotis, ita vxor conſequi debeat tertiam partem donationis propter nuptias, quia id procederet in donatione propter nuptias, quæ eſſet æqualis doti, ſed quando donatio propter nuptias minor eſt dote, tantumdem reſpectu quantitatis ooo quotæ vxor ſuperlucrari debet, vt ſer-

netur æqualitas,quia æqualitas in hac materia prin-
cipaliter conſideratur etiam in lucris.Bald. in Auth.
Dos data, C.de donat.ant.nupt. Lup.de donat.inter
vir.& vxor.in rub.§.17.Rol.à Val.conſ.61.nu.5.lib.1.
Campeg. dicta quæſt.61.num.1. Conſtant. Roger.in
d.quæſt.19.nu.4, & tantumdem vxor lucratur de do-
natione propter nuptias,quantum maritus de dote,
ſi aliud non reperitur diſpoſitum. Ant. de Butr. in d.
cap. fin. num. 3. Dec. in d.Authen.Præterea,num.14.
verſic. Secundus pro qualitate lucri. Cum.conſil.26.
col.fin.verſic.Quin amplius.Hieron.Gabr.conſil.119.
num.41.lib.1.

Sed ego non ſolum puto Dominam Dimitillam
conſequi debere dictos florenos ducentos, ſed inte-
gram ſummam florenorum trecentorũ pro augmen-
to dotis promiſſorum. Quoniam illud augmentum
dotis non poteſt appellari donatio propter nuptias
nec animo conſtituẽdi donationem propter nuptias
9 promiſſum cenſetur; quod probatur. † Primo quia
vt augmentum ſit donatio propter nuptias,debet eſ-
ſe doti æquale,l.fin.§.ſi igitur,ſecundo verſic.C.de do
nat.ant. nupt.glo.in Authen.æqualitas,& in text.vn-
de ſumitur, C.de pact.conuent. glo.in §. eſt & aliud,
Inſtit.de donat.late Cephal.conſ.613.nu.30. & ſeqq.
lib.4.& etiam in conſtitutione donationis ſeruari de
bet æqualitas cum dote, ſecundum Conſtan. Roger.
in d.q.19.nu.4.Corn.conſil.256.nu.4.lib.1.Hier.Gab.
conſil.142.num.18.lib.1. Franc.Bec.conſil.43.nu.18.
At in caſu, de quo agitur augmentum dotis eſt inæ-
quale, quia dos erat ſexcentorum, augmentum vero
trecentorum,ideo dictum augmentum non eſt dona-
tio propter nuptias, vt clarè oſtendit Cephal. d.con-
10 ſil.613.nu.30.& ſeq.† Secundo dicit, quòd licet olim
donatio propter nuptias fieri ſoleret,tamen hodie de
conſuetudine amplius non obſeruatur,gl.in d.Auth.
æqualitas,in verb.Pari. C.de pact.conuen. Bal.in Au
then.Dos data,& ibi Sal.nu.1. C.de donat.ant.nupt.
Conſtant.Roger.d.q.19.nu.8.Boer.deciſ.21.num.19.
Crau.conſil.461.num.1.lib.3. addit.ad Chriſtophor.
Porc.in §.eſt & aliud,in littera A.Inſtit.de don. Ideò
non eſt pręſumendum Dominum Franciſcum voluiſ-
ſe conſtituere donationem propter nuptias,quæ fieri
ſolet,arg l.fideicommiſſar.§.ſi ſeruo,vbi Bal.ff.de leg.
3.cum not.per Alex.conſil.26.nu.4.lib.2.& Dec.conſ.
399.& ita in propoſito argumentatur Crauet.conſil.
880.nu.5.lib.5.Sed dicendum eſt voluiſſe conſtituere
augmentum dotis,vt illud ſtatim acquireretur vxori
11 irreuocabiliter,vt infra demonſtrabitur.† Tertio do
natio propter nuptias conſtitui ſolet principaliter
pro ſecuritate dotis & pro cautela mulieris, vt illi
magis ſit cautum pro dotis reſtitutione.Corn.conſil.
256.num.3.in fin.verſic.Nec ſuadet,libro 1. Bertran.
conſil.1.num.2.& conſil.45. in 1.par.1.vol. Lup.in d.
rub.de don.inter vir.& vxor.§.17.nu.1.& 1.Fran.Bec.
conſil.43.num.12.Menoch.conſ.33.num.14.lib.1. Ex
quibus cauſis non fuit conſtitutum dictum augmen-
tum, quia dos maior eſt augmento in duplum, & ſic
augmentum, quod aſcendit ad medietatem tantum
dotis,caret effectu aſſecurationis dotis,vnde non po-
teſt recipere nomen donationis propter nuptias, ea
quo eius caret effectu,vt per l.1. iuncta glo. C.de nud.
iur.Quirit.toll. & l.à nullo, C.de ſeru.conſiderat Ce-
phal. dicto conſil.613.num.31. & ex lectura inſtru-
menti promiſſionis dotis & augmẽti conſtat dictum
augmentum non fuiſſe conſtitutum, & promiſſum
pro ſecuritate dotis, quia ſecuritati aliter fuerat be-
ne prouiſum;fuit enim conuentum vt de ſumma ſex-
centorum erogari deberent quingenta in emptione
ſtabilium ſeu quantitas illa poni deberet in loco tu-
to,& pro alijs centum Dom.Franciſcus obligaret ſe,
& omnia ſua bona ea ratione expreſſa, vt idoneè ca-
ueretur ſecuritati dictæ Dom.Dimitillę & eius dotis
prædictæ; & ſi bona pro 500. erant emenda, & pro
alijs 100.omnia bona viri obliganda, maior cautela
non reſultabat fauore mulieris pro recuperatione
dotis ex donatione propter nuptias,quam ea proui-
ſione facta in dicto inſtrumento. Nam etſi Doct.con
ſiderent maiorem ſecuritatem dotis ex donatione
12 propter nuptias ea ratione † quia mulier poteſt re-
nunciare hypothecæ, quam habet in bonis viri, ſed
non donationi propter nuptias.Sal.in Auth dos da-
ta,nu.1.C.de donat.ante nupt.Abb.in c.fi.num.12.&
ibi Ant.de Butr.num.17. de donat. inter vir.& vxor.
Campeg.de dot.par.1.q.61.nu.7. hæc ratio non erat
conſiderabilis in propoſito, in quo bona erant emen
da & alia obliganda pro ſecuritate, quia non poteſt
mulier ſibi præiudicare in dote plus quam in dona-
13 tione propter nuptias, † & quando adſunt alia bo-
na, prout hic aderãt, mulier poteſt & alienationi do
natorum conſentire, vt probatur in Auth. ſiue à me,
C.ad Velle.Ideò nõ poteſt dici virum dotem auxiſſe
pro ſecuritate dotis, poſtquam eius ſecuritati erat
plenè prouiſum; ſed alia ratione D. Franciſcum aug
mentum prædictum conſtituiſſe conſtat,vt ſcilicet di
ctam Dom.Dimitillam ſibi magis gratam & amabi
14 lem redderet † quæ ratio cum in præfatione inſtru-
menti in ea parte, in qua Dominus Franciſcus aug-
mentum dotis conſtituit ac promiſit, principaliter
expreſſa fuerit, conſtat illam fuiſſe finalem, & ex ea
Dominum Franciſcum motum fuiſſe ad augendam
dotem,l.fi.ff.de hæred.inſtit.Bero.conſ.180.nu.41.&
ſeq.lib.2.Tiraquel.de cauſ.ceſſan. limit.1.nume.36.
15 & 50.Burſat.conſilio 101.nume.17.lib.1.† Cum ex
procemio & præfatione contractus cauſa finalis pro
betur. Doctor. in dicta l.final. & poſt alios Franc.
Becc.conſilio 50.nume.11.Roland.à Valle conſil.44.
num.9.lib.4.

Non poteſt igitur ex illo augmento dotis reſulta
re donatio propter nuptias,ſtantibus iam dictis,ſed
quia (vt mihi præſupponitur) Domina Dimitilla iu-
uenis erat, ipſe vero Franciſcus ſenex,& adeò malæ
valetudinis, vt ſe nec induere neque ſpoliare poſſet,
& maxima egebat ſeruitute,dicendum eſt dotem au
xiſſe animo remunerandi dictam Dominam Dimi-
tillã,& eo modo ipſam ſibi magis gratam & amabi-
lem reddendi: Solent enim viri ſenes puellas & iuue
nes dotare,ſicut etiam viri ignobiles cõtrahentes cũ
16 nobilibus dominabus,† & ideo qñ ignobilis cum no
bili ſeu ſenex cum iuuene contrahit, dotemque au-
get,hæc ratio ſeu cauſa ex communi vſu & conſuetu-
dine eſt ſubintelligenda, & augmentum appellatur
potius remuneratio quam donatio, vt poſt Doctor.
in l. ſi voluntate,C.de dot.promiſſ.dixit Petr.de An-
char.conſil.150.incip.mirum,colum.1. verſic. Sed ad
excuſandum. Præſumendũ eſt igitur promiſſum aug
mentum dotis, vt illud efficeretur vxoris in recom-
penſationem iuuentutis ac magni laboris in educa-
tione & regimine viri. Nec ſecundum Ancharanum
præſumptio iſta eſt diuinatio, quia fundatur in cõi
vſu in ſimilibus conſuetudo, quæ concluſio confirma
tur ex eo,quòd data inæqualitate inter cõiuges,quę
libet confeſſio ſeu permiſſio cenſetur facta animo re
17 munerandi. Nam † etſi in dubio non præſumatur
donatio. l. Cum de indebito, ff.de probat.præſumi-
18 tur tamen donatio † remuneratoria. Bald. in l. 1.
nume. 1. C. de donat. ante nupt. Iaſ. in l.ſi diuortio.
num.11. verſicu. Adde vltra ſcribentes. & ibi Ale-
xand. in fine, ff. de verb. oblig. & quando ignobilis
ſeu

ſeu ſenex accipiens in vxorem nobilem ſeu iuuenem
19 †confi etur plus recepiſſe pro dote, vel dotat, aut pro
mittit aliq id, præſumitur facere animo compenſan
di cum nobilitate vel iuuentute, vt probant Pariſ. cō-
ſil. 86 num 18 lib. 3 & ceteri communiter, vt teſtan-
tur Bald. ionel in tract. de dot. par. 10 nu 7. ver. Quid
autem. circa medium, & Cur iun conſ. 6. num. 20. ver.
Secundo præmitto, lib. 1. Quam opinionem etiam fir-
mare videtur gl in d l. ſi vol incate, vbi Bart. num. 2.
20 & † idem de dote conſtituta à viro ignobili mulieri
nobili, vt valeat, & cauſa compenſandi cum nobilita-
te conſtituta cenſeatur, probant etiam Abb in cap &
ſi neceſſe, num. 2. de donat inter vir & vxor Bart. in l.
ſi ſtip ilatus, § ſi tibi nupſero, in fi. ff de verb. oblig &
in l. ſi diuortio, nu 4 ff eodem tit. & ibi Alex. num 8.
21 Et † in dictis caſibus non poteſt dubitari de validita-
te dictæ donationis, ſed huiuſmodi donatio remune-
ratoria validiſſima eſt & irreuocabiliter tenet, ſecun
dum communem Doctorum opinionem, de qua te-
ſtantur Soarex recept ſentent. in verb Vxor, nu. 122.
& ſeqq Pariſ conſil 86 num. 18 libro 3 Iul. Clar. in §.
donatio, q 9 verſic. Sed pone, dummodo ſecundum
Pariſ. & Iul Clar. hæc confeſſio ſeu promiſſio fiat tem
pore conſtitutæ dotis ante contractum matrimoniū:
22 & † in terminis quòd augmentum dotis conſtitu
tum & promiſſum à viro ignobili ſeu in ſenili ætate
conſtituto vxori nobili ſeu iuueni factum cenſeatur
animo remunerand , nec cedat in cauſam donatio-
nis propter nuptias, irreuocabiliterque teneat, & ae-
quiratur vxori, firmant Ceph. d. conſ. 613. nu. 34 lib.
4 & Burſat conſ. 179 nu. 5. lib. 2. qui alios multos pro
hac ſeotentia allegant.

Quatenus verò admitti poſſet ex illo augmēto do-
tis reſultare donationem propter nuptias quod ego
nullatenus admittendum cenſeo, adhuc ſuſtineri poſ
ſet augmentum illud ſpectare ad vxorem ſoluto ma
trimonio morte viri. Primo quia licet quando ſolui-
tur matrimonium morte vxoris, donatio propter nu
ptias ad virum redire debeat, per iura & auctorita-
23 tes in du ijs add ctas, † aliud videtur dicendum, qñ
maritus præcedit, ſuperſtite vxore, eo quidem caſu
ſi filij eiuſdem matrimonij ſuperſunt, & mulier non
tranſiuit ad ſecundas nuptias, retinet vſumfructum
bonorum donatorū, reſeruata proprietate filijs. Sed
ſi ad ſecundas nuptias tranſiuit, bona donata propter
nuptias ſtatim filijs reſtituit Si verò filios ex illo ma-
trimonio non ſuſcepit, ea pleno iure ſibi acquirit, vt
probatur in l. fœminæ, iuncta glo. in verb. filijs, in verb.
ſponſalium, & in verb. Nuptiarum, C. de ſecun. nupt.
in Auth de non eligen. ſecun. nub. in prin. & in §. Hoc
autem, & in Auth de nupt. §. ſi vero ea ſpectet. Et quod
ſoluto matrimonio morte viri, mulier conſequatur
bona ſibi donata propter nuptias, probari videtur in
l. vbi adhuc, iuncta gl. C de iur. dot vbi dicitur marito
vergente ad inopiam vxorem poſſe vendicare & reti
nere dotem & donationem ante nuptias, ſicut poſſet
ſoluto matrimonio, ſed eo conſtante res illas aliena-
re non poſſe, ſicut (vt inquit ibi gl in verb. conſtituto)
alienare poſſet, ſi matrimonium eſſet ſolutum. Et li-
cet l. vbi adhuc, loquatur de bonis donatis ante nu-
ptias, procedit etiam in donatis propter nuptias, vt
dicitur in Auth. Donationem, iuncta glo. in verb. ven
dicare, in fi C. eo. tit. Et hodie etiam id quod ante nu-
ptias donatur, appellatur donatio propter nuptias,
vt dicitur in §. eſt & aliud. Inſt. de donat. Et eamdem
opinionem quòd mortuo viro, mulier lucretur dona
tionem propter nuptias, teneot Ang. in §. aliud vero,
Authen. de non eligen. ſecun. nuben. Guid. Pap. deciſ.
340. Boet. dec. 22. nu. 21. Quam iure communi atten-
to veram eſſe dicit Io. de Amic. conſil. 5. num. 4. & 22.
Et licet in caſu ſuo aliud cōcludat propter ſtatutum,
quod diſponebat maritum mortua vxore non debere
aliquid ſuperlucrari de dote, ſed dotem redire debe-
24 te ad hæredes vxoris ea ratione, † quia ſi ſtatutum ex
cludit virum à lucro dotis, cenſetur etiam excludere
vxorem à lucro donationis propter nuptias, vt per eū
num. 1. 11. 20. ver Ex prædictis, & nu. 21. adhuc ipſe
pro hac opinione allegari poteſt, quia circumſcripto
ſtatuto illam admittit, attento iure communi, & ciui
tatis Eugubij ſtatutum non excludit virum à lucro
dotis, immo illi fauet, concedendo lucrum tertiæ par
25 tis dotis † quam de iure communi maritus non lucra
tur, cum iure ciuili ſancitum fuerit dotem ſoluto ma
trimonio reuerti vel ad dotantem, l. dos à patre, C. ſo
lut. matrim. l. ſi ab hoſtibus, in princ. ff. eod tit. vel ad
hæredes mulieris, c fin. §. ſane, & ibi Abb. & ceteri, de
donat. inter vir. & vxor. & ſequitur Rolan. a Vall. in
tract. de lucr. dot. q t. nu. 6. quod non erat diſpoſitum
in caſu ſtatuti, ſuper quo conſuluit Io. de Amic. quod
virum in totum à lucro dotis excludebat. Verū quia
ceſſante pacto, hęc opinio vt mulier lucretur donatio
nem propter nuptias non eſt tuta, ſecundum glo. &
Doct. in Auth. Dos data, C de donat. ant nup. & alios
26 in dubijs allegatos; † Secūdo & melius dicitur, quòd
licet regulariter donatio propter nuptias ſimpliciter
conſtituta ſoluto matrimonio, ad virum ſeu viri hęre
des redire debeat aliud dicendum eſt, quando pacto
aliter fuit conuentum, nam quando pacto conuen-
tum eſt, vt mulier lucretur donationem propter nu-
ptias, ad virum ſeu eius hæredes redire non debet, c.
fi. & ibi glo. de donat. inter vir & vxor. Bald. in Auth.
ſiue à me. C. ad Velle. Gozad conſil 47. num. 16. Man-
del. de Alba conſ. 68 num 3 Rol. à Val conſ. 62. nu. 2.
lib. 1. Menoch conſ 256. nu 25. lib. 3 Lauren. Hircon.
in ſuis commun. opin centur. 1. concluſ. 94 Etenim
pacto fieri poteſt, pactumque validiſſimum eſt, vt do-
nata à viro vxori propter nuptias non redeant ad vi-
rum, nec viri hæredes, ſed cedant lucro vxoris, Cin.
Bald. & Caſtren. in l Quod ſcitis, C. de bon. quæ liber.
glo. in Auth. Dos data, in verb. meretur, C. de donat.
ant. nupt. Ant. de Butr in c. fin. nu. 3. & 17. C. de donat.
inter vir. & vxor. Crau conſ. 185. nu. 1. in fi. lib. 2. Nat.
conſ. 519. nu. 6 lib 3. Menoch. d. conſ. 256. num. 54. &
27 ſeq. lib. 3. † Vel vxoris prædefunctæ hæredibus acqui-
ratur, gl. in d. l. Quod ſcitis, in ver à matre, & ibi Bal.
in 2. col. glo. Cum. Aret. & ceteri in l. 2. in prin. ff. ſolu.
matrim. Mandel. de Alba d. conſil. 68 num. 3 in fi. Ro-
28 lan à Vall. conſil. 62. num. 7. lib. 1. † Et licet pacta de
lucro dotis & donationis propter nuptias inæqualia
non valeant Auth. de inæqualit. dot. in prin. l. ex mor
29 te, cum Auth. ſeq. C. de pact conuent. † id procedit in
pactis conuentis poſt contractum matrimonium, ſed
quando huiuſmodi pactiones fiunt ante, quam con-
trahatur matrimonium per verba de præſenti, tunc
illæ licet eſſent inæquales, validæ ſunt Innoc. in c. do-
nationes, de donatio. inter vir. & vxor. Angel. in l ex
morte, C. de pact. conuent. Socin. de regul. & fallen. re
gul. 143. in verb. donatio propter nuptias, in prima
fallen. Ioan. de Amic. conſil. 5. num. 17 prætetquam
30 quod † hodie de conſuetudine indiſtinctè valent pa-
cta inæqualia inter donationem propter nuptias &
dotem. Bero. conſ 130. num. 34. lib. 5. Sed in caſu, de
quo agitur ex lectura inſtrumenti conſtat Dominum
Franciſcum dotem auxiſſe eo animo, vt ſi ex illo ma-
trimonio non naſcerentur filij, & ipſe prædecederet
vxori, augmentum acquireretur vxori ſeu vxoris hæ-
redibus irreuocabiliter, nec ad hæredes viri reuerti
deberet. Ideo ceſſant contraria,

S a Quod

Quod hæc fuerit intentio ac voluntas Dom.Fran-
ciſci, ſatis conſtat. Primo conſiderando, quod donatio propter nuptias, quæ ſoluto matrimonio redire deber
ad virũ ſeu viri hæredes non põt tranſire ad hæredes
mulieris. Sed quia Franciſcus promiſit, conſtituit, &
aſſignauit augmentum dotis Domino Vbaldo fratri
Do. Dimirillæ, & Notario ſtipulantibus non ſolum
pro D. Dimitilla ſed ẽt pro eiuſdẽ D. Dimitillæ hære-
dibus apparet D. Franciſcũ noluiſſe augmẽtum illud
ad eum ſeu ipſius hæredes reuerti, ſed voluiſſe ad hæ
31 redes Do. Dimitillæ tranſire, quia † mentio hæredũ fa
cit vt donatio ad hæredes tranſeat. Bal. conſ. 108. n. 1.
32 lib. 3. Et quod ad hæredes non tranſitoria † in eos
transferantur, vt poſt Bar. in l. ſic ſtipulatus, la 2. n. 3.
ff. de ver, oblig. dixit Purpur. conſ. 148. num. 3. & ſeq.
lib. 1. & bene facit quod dicitur de donatione facta
33 alicui ſtipulanti pro ſe, & hæredib. vt † dicatur dona
rio inter viuos non cauſa mortis, licet fuerit facta mẽ
tio mortis, ea ratione, quia mentio hæredũ magis a-
daptatur ad donationem inter viuos quã cauſa mor
tis, eum donatio inter viuos tranſmittatur, ſi donata
rius prædecedit donatori, vt dixerunt Bal. in l. 2. n. 10.
C. de iure dot. Sal. Iaſ. & alij in l. quæ dotis, ff. ſolu. ma
tri. Soc. Iaſ. & Dec. in l. non omnis, ff. ſi cert. pet. Alex.
conſ. 14. nu. 3. lib. 1. Soc. ſen. conſil. 53. nu. 5. lib. 1. Rui,
conſil. 98. nu. 16. lib. 1. Boer. deciſ. 353. nu. 12. Pariſ. cõ
ſil. 16. col. 2. lib. 2. & alij multi, quos refert & ſequitur
Roland. à Vall. conſil. 61. num. 37. & ſeqq. vbi nume.
63. de communi teſtatur lib. 2. Secundo idem magis
oſtenditur ex pactis in eodem inſtrumento appoſi-
tis, fuit enim conuentum, vt moriente Domina Di-
mitilla cum filijs eiuſdẽ matrimonij, dicti floreni tre
centi ad dictos communes filios poſt mortem dictæ
Do. Dimitillæ integre redirent. Moriente vero ipſa
ſine filijs, viuente D. Franciſco, dicti floreni 300. ad
eũdem Franciſcum integrè reuerterentur. Quæ ſanè
pacta clarè oſtendunt voluntatẽ D. Franciſci fuiſſe,
vt ſoluto matrimonio per mortem viri, ſuperſtitibus
filijs augmentum dotis acquireretur vxori quoad v-
ſumfructum reſtituendũ filijs poſt eius mortẽ, ſed ſi
filij nõ ſupereſſent, pleno iure mulieri acquireretur.
Si quidem augmentum illud dotis eſſet donatio pro
pter nuptias, cũ de iure donatio propter nuptias nõ
conſtituatur ad lucrum vxoris, ſed ſoluto matrimo-
nio redire debeat ad virũ ſeu viri hæredes, vt dicitur
in dubiis, non erat opus conſtituere augmentum cũ
dictis pactis & conditionib. quia ſine illis ſoluto ma
trimonio ad virum ſeu viri hæredes redire debuiſſet;
Verum quia Dominus Franciſcus intellexit dotẽ au
gere ad vtilitatem mulieris cauſa remunerãdi, vt di-
xi, noluit ſoluto matrimonio priuare vxorem eo aug
mento: ſed ſi vxor liberos ex dicto matrimonio ſuſci
peret, vel ſine filiis decederet viuente viro, in dictis
caſibus tantũ ad dictos filios, ſeu ipſum virum ſuper-
ſtitem augmentũ redire voluit. Et ſi aliter diceretur,
pacta illa eſſent fruſtratoria, ſtarentque ſine effectu
34 aliquid operandi, quod non eſt dicendum, † eum nul
lum verbũ nullaque ſyllaba ſtare debeat ſine effectu
aliquid operandi, l. 1. in princ. & ibi not. ff. quod met.
cau. l. 1. in fi. vbi Doct. ff. ad municip. l. ſi quando. ff. de
leg. 1. c. ſi Papa. de priuileg. Bal. in rub. C. de contrah.
empt. in 9. q. Purpur. conſil. 148. num. 4. & conſil. 179.
nu. 8. lib. 1. Bero. conſil. 108. nu. 17. lib. 1. & not. Crauet.
conſil. 294. nu. 3. lib. 2. vbi dixit, nullum verbum debe
re eſſe ſuperfluum, ſi alius intellectus ſanus dari po-
teſt, ſed ſemper verba intelligi debere, vt aliquid o-
perentur ẽt in materiam odioſa, poſt Cald. conſi. 13.
in princ. in titu. de præbend. ſubditque ipſe Crauet.
poſt Corn. conſi. 51. colum. 3. numero 10. lib. 2. etiam
in materia renunciationis verba debere intelligi de
aliquid operentur, & induci renunciationem iuris
ſui, vbi aliàs verba non operarentur. Dicendum eſt
igitur Dominum Franciſcum dum ſtipulatus fuit di-
ctum augmentum redire debere poſt mortem vxoris
vel ad communes filios, vel, ſi filios non haberet, ad ip
ſum Franciſcum, ſi illa decederet eo viuente, voluiſſe
illud in totum acquiri mulieri, donec viueret, & eiuſ-
dem mulieris hæredibus, quatenus vxor ſine filijs &
poſt mortem viri moreretur, arguendo à contrario
35 ſenſu, † quod argumentum in iure validiſſimum eſt
etiam ad deciſionem cauſarum, cap. cum Apoſtolica,
de his, quæ fiunt à prælat. cap. cum virum, de reg. l. 1.
ff. de offic. eius. & etiam in contractibus locum haber,
l. pecuniam quam, & ibi Alex. ff. ſi cert. petat. l. inter
ſocerum, §. cum inter, vbi Bald. ff. de pact. dotal. Abb.
in dicto cap. cum Apoſtolica, col. 2. Roman. conſ. 399.
Afflict. deciſ. 298. Rimin. ſen. conſil. 277. num. 19 Dec.
qui de communi teſtatur in l. 1. num. 48. ff. de off. eius.
36 Et † ſumitur etiam ad correctionem iuris communis,
vt verba aliquid operentur, ne diſpoſitio remaneat
inutilis ſeu ſuperflua, Fulgoſ. Rom. & alij in Auth. Ex
teſtamento, C. de collat. Crauet. conſil. 92. num. 5. lib.
1. Roman. & Alexan. in l. ſi conſtante, in prin. ff. ſolut.
matrim. Rimin. iun. conſil. 216. nu. 32. lib. 2. Tiber. De-
cian. conſ. 9. num. 20. lib. 3. Præterea ſi de iure abſque
aliquo pacto donata propter nuptias ſoluto matri-
monio omni caſu reuertuntur ad virum vel viri hære
des, vt præſupponitur in dubijs, dum Franciſcus ſti-
pulatus fuit in aliquibus caſibus augmentum illud
ad eum ſeu communes filios redire, in alijs caſibus
cenſetur illud liberè conceſſiſſe vxori, ac iuribus ſuis
mina Margharita,quæ ad ſecunda vota tranſiuit, do
minium in bonis,in hæreditate Franciſci filii relictis
non acquiſiuit,vt ſupra dixi,& conſequenter non re-
pugnat quod dicebatur in generali quietatione ea
non venire , quæ vendicari poſſunt,vt bene cõſiderat
Barbat.in conſ.41.colum.15.nu.22. ver.Item eſt etiã
ponderandum,lib.1.& etiam ſentit Alexand.in con-
38 ſil.47.num.9.ver.Item in propoſito,lib.1.† Præterea
textus in §.Męuia.in contrarium adductus, & quod
per illum dicunt Doctores , procedit in liberatione
ſimpliciter relicta debitori de eo, in quo debitor eſt,
quæ liberatio præſupponit obligationem , & conſe-
quenter procedit in liberatione ab actione perſona-
li,ideo non eſt mirum,ſi non trahitur ad id, quod po
teſt vendicari, quia detinens rem meam non dicitur
debitor,nec qui conuenitur rei vendicatione , conue
nitur vt obligatus. At in caſu noſtro aliud factum re
peritur, quia partes nõ fecerunt ſimplicem liberatio
nem,ſed generalem quietationem,liberationem,trã
ſactionem,& pactum perpetuum de vlterius aliquid
non petendo de omni eo , & toto , quòd vna pars ab
altera petere, exigere , & conſequi poſſet vſque in il-
lam diem ex quacumque cauſa, &c. liberantes ſe in-
uicem per Aquilianam ſtipulationem pręcedentem,
& acceptilationem ſubſequentem legitime interpo-
ſitam,&c. Iccirco huiuſmodi liberatio ad omnia ex-
tenditur,& etiam ad bona,quę potuiſſent vendicari,
& iſto caſu non militat diſpoſitio d. §. Męui. vt clare
oſtendit Corn.in conſ.29.lib.1.Addi.ad Alexan.in d.
conſ.46.in littera D,lib.1. et idem ſentit ipſe Alex.in
conſ.47.num.9.eodem lib.et Natt.in conſ.102 nu.4.
& 5.libro 1. Et prædicta eo magis videntur in occur-
renti caſu admittenda, ſtante, quòd partes fecerunt
generale pactum,de non petendo omne id et totum,
quod ex quacũque cauſa petere,exigere,et conſequi

poſſent

39 poſſent † & verbum, petere, ex propria ſignificatione importat rei vendicationem, l. Actionum genera, ff. de actio. & oblig. l. pecuniæ, §. 1. ff. de verbor. ſignifi. Bar. per illum tex. in l. Vxotem, §. agri plagam, numero 1. ff. de legat. 3. & in l. ſed etſi pecunia, §. Item, de reb. cor. Corn. d. conſil. 29. num. 2. Ac etiam quia abſoluerunt ſe ad inuicem per Aquilianam ſtipulatio-
40 nem legitime interpoſitam † ſub qua includuntur omnes actiones tã reales quam perſonales, l. Et vno, §. 1. ff. de acceptilat. & Inſt. quib. mod. toll. oblig. §. Itẽ per acceptilationem, verſic. Eſt autem, & comprobatur per Doctores ſupra adductos in primo fundamẽto, vbi de importantia Aquilianæ ſtipulationis dixi. Erit igitur hæc generalis liberatio late intelligenda, vt omnia comprehendat, præſertim quia facta fuit inter matrem & filium, quo caſu ſolet extendi etiam ad ea, quæ in liberatione facta extraneo non venirẽt, vt probatur in d. l. Aurelius, §. Titius teſtamento, vbi Bartol. ff. de liber. legat. & tenent Dec. Soc. iunior, & Ceph. quos ſupra adduxi in tertio fundamento huius partis.

Ex quibus concludo dictam Dominam Margharitam agentem contra præfatum Dominum Marium filium, audiendam non eſſe, obſtante dicta tranſactione.

Cauſa prædicta, quæ inter matrem, & filium pendebat, fuit tranſactione ſopita, & abſque ſententia amicabiliter concordata.

ARGVMENTVM.

Debitor in quibus caſibus teneatur creditori ad intereſſe, ſiue fuerit in mora, ſiue non, & quomodo intereſſe conſideretur.

SVMMARIVM.

1 *Debitor ob moram ſoluendi pecunias debitas tenetur creditori ad intereſſe damni emergentis, & lucri ceſſantis.*

2 *Debitor qui promiſit ſoluere debitum certa die cum iuramento ſtatim illa elapſa ſoluere tenetur.*

3 *Iuramentum habet vim interpellationis, & debitorem in mora conſtituit.*

4 *Dies interpellat pro homine.*

5 *Mora cõmittitur per lapſum diei abſque interpellatione.*
Amplia ſiue dies fuerit expreſſa ſiue tacita, nu. 6.
Item etſi per interpretationem cenſeatur appoſita, numero 7.

8 *Mora principalis nocet etiam fideiuſſori, declaratur numero 34.*

9 *Mora conſtituitur per interpellationem.*

10 *Debitor non poteſt condemnari in expenſis primæ citationis, non præcedente interpellatione extraiudiciali, ſi citatus confitetur petita, ſecus ſi ea negauit.*

11 *Reus non condemnatur in omnibus expenſis, quando actor diſtulit producere inſtrumentum crediti, ſi reus illo producto ceſſit liti, ſecus ſi litem fuit proſequutus, & ſuccubuit.*

12 *Debitor quantitatis illiquidæ vt excuſetur à mora, et vſuris, interpellatus debet offerre aliquid cum depoſito pro reſiduo. Intellige de principali, non de obligato pro alio, num. 36.*

13 *Fideiuſſor tenetur ad intereſſe etiam citra moram. declaratur num. 39.*

14 *Debitor moroſus tenetur non ſolum ad intereſſe principale ſed etiam ad intereſſe ipſius intereſſe. Sed contra nu. 28. & 40.*

15 *Intereſſe damni emergentis debetur etiam ſine mora, maxime quando fuit deductum in conuentione. Intellige in intereſſe damni emergentis, declarando vt nu. 41.*
Et etiam debetur intereſſe ipſius intereſſe, nu. 16.

17 *Error calculi ſemper allegari poteſt, & quando de eo conſtat ex iterata computatione, executio impeditur.*

18 *Fideiuſſor non tenetur pro iis quæ proueniunt ex alia cauſa, quam pro ea, pro qua fideiuſſit.*

19 *Fideiuſſor in certam cauſam vltra illam non tenetur.*

20 *Mandatum non præſumitur etiam ex curſu temporis.*

21 *Debitor non tenetur ad intereſſe antequam ſit conſtitutus in mora.*
Amplia quòd nec valet pactum in contrarium, nu. 22. declaratur, num. 41.
Et ſiue agatur de intereſſe lucri ceſſantis, ſiue damni emergentis, nu. 23.

24 *Mora pro illiquidis non committitur.*
Amplia etiam ſi debitor fuerit interpellatus expreſſe ſeu tacite per lapſum diei, & etiam ſi lis fuerit conteſtata, nu. 25. 33. & 35.

26 *Hæres debitoris non conſtituitur in mora antequam ſibi fiat fides de debito.*

27 *Fideiuſſor pro eo quod aliquis dare tenetur, non conſtituitur in mora antequam debitum probetur per iudicis ſententiam, aut alias legitimas probationes.*

28 *Intereſſe ipſius intereſſe non debetur, quando agitur de intereſſe lucri ceſſantis, nec debetur principaliter tanquam ſors.*

29 *Debitor excuſatur à mora, ſi non ſoluit quando creditor plus debito petiit.*

30 *Intereſſe vt peti poſſit quomodo ſit probandum, ſiue agatur de intereſſe lucri ceſſantis, ſiue damni emergentis.*

31 *Fideiuſſor mitius tractari debet quam principalis.*

32 *Iuramentum regulatur ſecundum naturam actus, ſuper quo interponitur.*

34 *Fideiuſſor non tenetur ad intereſſe ex mora principalis, quod qualiter procedat ibi declaratur.*

37 *Inhibitio obtenta à principali non iuuat fideiuſſores contractus.*

38 *Subſequentia declarant animum in præcedentibus.*

39 *Debitor ob ſuum delictum conſtituitur in mora ipſo iure, & tenetur ad intereſſe.*

42 *Promiſſio damnorum, & intereſſe in caſu inobſeruantiæ intelligitur, ſi fuerit in mora obſeruandi, & non aliter.*

CONSILIVM L.

DIFFICVLTAS præſentis conſultationis in eo conſiſtit preſuppoſito, quod Dominus Iulius Cæſar de Vbaldis, & Dominus Ludouicus Petrinus fideiuſſores Franciſci Braui obligati pro Illuſtriſſima Domina Conſtantia de Ballemibus in conductione Lacus Traſimeni ſoluerint debitum ſortis principalis, an teneantur ratione intereſſe ad ſummam, in qua per ſententiam condemnati fuerunt.

Et pro parte filiorũ Dñi Simeonis de Fabenis creditoris, dicitur ſententiam præfatam confirmãdam eſſe, quia conſtat iſtos fideiuſſores fuiſſe moroſos in ſoluendo ſcutos mille aliàs petitos, quo fit quòd ad intereſſe teneantur non ſolum iuxta formam inſtrumenti fideiuſſionis in quo intereſſe reſarcire promi-
1 ſerunt ſed ẽt iuris diſpoſitione attenta, † cum debitor pecuniæ ſi fuerit in mora ſoluendi, teneatur creditori ad intereſſe non ſolum damni emergentis, ſed etiam lucri ceſſantis, l. 3. §. fi. vbi omnes, ff. de eo quod cert. loc. l. Vni. vbi Bartol. & ceteri, C. de ſentent. quæ pro eo quod intereſt. Didac. Couar. var. reſolut.

Digitized by Google

ſus.lib.3.c.4. in princ. Burſ. qui de communi teſtatur
conſ.68.num.10.lib.1. Mora autem deducitur.
Primo quia iureiurando promiſerunt repræſenta
re dictum Franciſcum infra quindecim dies, aliàs ſol
uere debitum pro quo ille in carceribus detinebatur,
2 † & ſtatim elapſis quindecim diebus debitum Fráci-
ſci ſoluere debebat abſque interpellatione propter
ſtimulum iuramenti, quo obligati erant. Spec. in tit.
de aduocat. nu.55. ver. ſed numquid. Ioan. Andr. Ant.
de Butr. Abb. & alij in c. breui, de iureiuran. Alex. in l.
1. §. voluntatem, nu.16. ff. ſolut. matrim. Curt. iun. con
3 ſil.74. nu.7. Etenim iuramentum † vim interpellatio
nis habet, & ſicut dies vel interpellatio debitorem in
mora conſtituit, ita iuramentum, cuius ſtimulo debi-
tor, quod debet creditori ſponte offerre tenetur. Cre
men. ſing.123. Fel. in c. licet alij, nu.4. de Simon. Rip.
in l.4. §. Cato, num.59. ff. de verbor. obliga. Natt. conſ.
262. num.20. lib.2. Capic. deciſ.106. num.3. Grat. con
ſil.139. num.7. lib.1. vbi dicit opinionem Alexandri
contrarium tenentis communiter reprobari, Rub.
Alexandri.152. in fin. Doct. in l. Quod te, ff. ſi cer. pet.
vbi Iaſ. nu.12. & ſeq. Dec. n.43. qui de communi teſta
tur, Crauet. conſ.64. num.2. lib.1. Rol. à Vall. conſ.57.
num.45. & conſ.77. num.19. lib.1. & conſ.25. num.21.
& ſeq lib.1. Anton. Gabr. in tit. de iureiur. concluſ.2.
Cephal. conſi.118. num.19. lib.1. Senat. Pedemont. de
ciſ.48. Rimin. iun. conſil.89. per totum, maximè num.
25. libro 1.
Secundo quoniam promiſſioni de repræſentando
fuit adiecta dies, infra quam Franciſcus repræſenta-
4 ri debebat, † & dies pro homine interpellat. l. magnã,
C. de contrah. ſtipulat. c. Potuit, locat. Alex. conſ.99.
nu.7. lib.4. Natt. conſ.226. nu.4. lib.1. Rip. in d. l. quod
te, num.34 ff. ſi cert. pet. Soc. iun. conſi.66. nu.17. lib.2.
& poſt alios Ant. Gabr. in tit. de ſolut. concl.9. num.1.
Rot. Genuen. dec.139. num.1. non fuit opus aliqua in
terpellatione ad inducendum moram: tunc enim in-
terpellatio exigitur, quando promiſſioni non fuit a-
dictum tempus, infra quod aliquid adimpleri de-
5 bet, ſecus ſi adeſt dies † quia tunc mora abſque inter
pellatione contrahitur ex lapſu diei. Iaſ. in l. ſi ita ſti-
pulatus eſſem, num.7. ff. de verb. oblig. Rim. iun. con-
6 ſil.89. nu.18. lib.1. † Et non ſolum ſi dies ſit expreſſa,
ſed etiam ſi ſit tacita, l.2. in fin. C. de iur. emph. l. ſi ſti-
pulatus eſſem, vbi Alex. ff. de verb. oblig. Cephal. con
ſil.586. num.17. lib.4. Rol. à Vall. conſ.98. nu.9. lib.2.
Vel ſi dies eſſet incerta, Iaſ. in l. ſi ex legati cauſa, nu-
7 me.12. in 2. ampliat. ff. de verb. oblig. † Aut aliàs per
interpretationem cenſeretur appoſita. Soc. iun. conſ.
28. num.1. lib.1.
Tertio ſtante quod Franciſcus principalis fuit in
8 mora redeũdi ad carceres & debitum ſoluẽdi, † eius
mora nocebat Domino Iulio Cæſari & Domino Lu-
douico fideiuſſorib. l. ſi quis, ver. cum reus, ff. de vſur.
l. mora, ff. de verb. oblig. & ibi glo. Cagno. in l. in con-
demnatione, §. vnicuique, nu.3. ff. de reg. iur. Bal in l.
etſi poſt tres, nu.15. ff. ſi quis caut. Bero. conſ.193. nu.
41. & ſeqq. lib.1.
Additur quarto loco Dominum Iulium Cæſarem
fuiſſe interpellatum anno 1571. vt ſcutos mille ſolue
ret, & iterum tam Dominum Iulium Cęſarem quam
Ludouicum anno 1575. interpellatos fuiſſe, vt alia
9 ſcuta octingenta pro reſiduo ſoluerent † & ex dicta
interpellatione ambos fuiſſe in mora conſtitutos, cũ
hæc ſit interpellationis natura, l. ſi ex legati cauſa, ff.
de verb. oblig. l. mora, ff. de vſur. & Doctor. id notant
in vtroque loco. Dec. conſ.2. & quia non ſoluerunt tẽ
pore, quo fuerunt interpellati, tenentur ad intereſſe
etiam pro tẽpore præterito, cum ex mora ſubſequen-
ti detegatur, ꝙ nec ſoluiſſent, ſi à principio fuiſſent re
10 quiſiti † ad quod probandum facit Rom. in ſing.401.
qui dicit, ꝙ licet debitor non poſſit cõdemnari in ex-
penſis primę citationis, interpellatione extraiudicia
li non præcedente, id procedit, quando citatus com-
paret, & cõfitetur petita, ſed ſi citatus negauit, debet
in omnibus expenſis condemnari, quia iudex præſu-
mere debet reum negaturum fuiſſe debitum extra-
iudicialiter, ſicut negauit iudicialiter, & eũ ſequitur
Dec. in l. qui in alterius, nu.8. ff. de reg. iur. qui etiam
11 dicit † quod ſi actor diſtulit producere inſtrumentũ
ſui crediti, reus non debet condemnari in expẽſis an
tea factis, ſi liti ceſſit, ſed ſi litem fuit proſequutus &
ſuccubuit, debet condemnari in omnibus expenſis ẽt
factis ante productionem inſtrumenti, quia veriſimi
le vr̃, quod etiam ſi à principio notitiam habuiſſet de
inſtrumento poſtea producto, non ceſſaſſet à lite.
Quinto quia debitum Franciſci erat liquidum, for
12 tius hæc procedunt † quæ admittenda eſſent etiam ſi
fuiſſet illiquidum, poſtquam rei interpellati non ob-
tulerunt aliquid cũ depoſito pro reſiduo, prout opus
erat, vt à mora excuſarentur, l. ſtatu liber rationem,
& l. ſeruus ſi hæredi, ff. de ſtat. lib. l. ſi reſiduum, vbi
Bal. C. de diſtr. pignor. Ang. & Imol. in l.4. §. ait Præ-
tor, ff. de re iud. vbi Alex. nu.7. Soc. conſ.80. nu.3. pro-
pe fin. verſi. Præterea & ſecundo, lib.3. Cæpo. caut.27.
Affl. deciſ.205. num.4. & ſeq. Rot. Genuen.164 nu.
22. Iaſ. in d. l. Quod te, num.8. ſi cert. petat. & ibi Maſ-
ſuer. in addit.
Sexto hæc admittenda eſſe aſſeritur etiam pro tẽ-
pore ante interpellationem, quia Dominus Simeon
fuit impeditus agere facto debitorum ob inhibitio-
nes Auditoris Cameræ ad inſtantiam dicti Franciſci
emanatas.
Septimo ſcribentes pro Dñis de Fabenis præten-
13 dunt † ꝙ quamuis fideiuſſores iſti non fuiſſent in mo
ra, nihilominus etiam citra morã ad intereſſe tenean
14 tur, iuxta conſ. Bero.193. libr.1. † & obligatos etiam
eſſe non ſolũ ad intereſſe immediatum & principale,
ſed ẽt ad intereſſe ipſius intereſſe, ſecundum Cagno.
in l. curabit, nu.69. C. de action. empt. l. Vni. num.45.
& ſeq. C. de ſent. quæ pro eo quod inter. Rot. Genuen.
dec.134. nu.4. Burſ. conſ.68. num.42. lib.1.
Poſtremo quia præſupponitur Actores paſſos eſſe
ẽt intereſſe damni emergentis, dicitur moram nõ eſ-
15 ſe neceſſariam † cum hmõi intereſſe debeatur ẽt ci-
tra morã, maxime qñ in cõuentionem, vt hic, deduci
tur. Corrad. & Turr. Cremat. quos refert & ſequitur
Rebuff. in repet. l. Vni. in princ. nu.13. ver. Immo licet,
C. de ſent. quæ pro eo, ꝙ inter. & Virgil. de Bocca. in
16 tract. vti poſſid. cap.18. nu.70. † Et qñ agitur de inte-
reſſe damni emergentis, exigitur ẽt intereſſe ipſius
intereſſe, quidquid in intereſſe lucri ceſſantis dicen-
dũ ſit, vt not. Rot. Genuenſ. dec.87. nu.9. quod ſentit
etiam Vrſill. in addit. ad Afflict. in dec.291. nu.6.
Verum re maturè conſiderata, arbitror ſenten-
tiam præfatam eſſe reuocandam, & vt id clarè oſten-
datur, ſciendum eſt iſtos fideiuſſores anno 1569. pro-
miſiſſe ſoluere debitum Franciſci, & ex prætenſo cal-
culo facto anno 1581. patet debitum ſortis non exce
dere ſummam ſcutorum 802. ſed verè eſt in minori
ſumma, videlicet in ſcutis 630. tantum, & in calculo
17 adeſt error, qui † ſemper allegari poteſt antequam
ſuper eo tranſigatur. Et quando ex iterata compu-
tatione de errore conſtat, executio impeditur, l. Vni.
vbi Alexand. Dec. & alij, C. de erro. calcul. Iac. Tobi.
Noni. conſil.63. nume.29. & ſequent. De errore con-
ſtat manifeſte, quia in calculo ad creditum Illuſtriſſi
mæ Dominæ Conſtantiæ ponitur longe minor ſum-
ma

ma eius vero credito. Nec dici poteſt creditum Do-
minę Conſtantiæ diminui ex quantitatibus pecunia
rum ſolurarũ filijs einſdem pro eorum indigentijs,
vt in libris dicitur, quia creditum D. Conſtanriæ eſt
ex cauſa ſocietatis Lacus, & Franciſcus fideiuſſor di-
ctæ D. Conſtantiæ ex dicta cauſa tanrum tenebatur,
nec potuit dictnm credItum ex alijs cauſis exſtingui
28 in præiudicium ipſius Franciſci † qni pro conductio
ne tanrum Lacus fideiuſſerar, nec tenebatur pro ijs,
quæ ex alia cauſa proueniebant, vt poſt Bar. in l. quæ-
ro, ff. de locat. & Iaſ. in l. centum Capuæ, col. fin. ff. de
eo quod cert. loco dixir Burſat conſ. 193. nu. 6. lib. 2.
29 generaliter enim diſponitur † fideiuſſorem in certã
cauſam, vltra illam non teneri, l. ſi vltra, & l. blandi-
tijs, C. de fideiuſſ. Abb. conſil. 75. lib. 2. Alex. conſil. 41.
in fi. lib. 6. Rolan. à Val. conſil. 58. num. 10. lib. 1. Rim.
iun. conſil. 135. nu. 8. lib. 2.

Quinimo etiam dico, q̃ cum pecuniæ illæ ſolutæ
fuerint filijs Do. Conſtantiæ pro eorum indigentijs,
nec conſtet fuiſſe ſoluras de mandato dictę Dominę,
30 & † mandatũ non præſumitur etiam ex curſu tempo
ris. Bald. in l. 2. C. ſi ex fal. inſtrumen. Dec. conſil. 437.
Crauer. conſil. 317. io princ. lib. 2. Cephal. de cõmuni
conſil. 65. nu. 16. lib. 1. Nec in præiudicium d. Do. Con
ſtantiæ de eis ratio haberi poſſet, præſertim quia cũ
in libris in ratione dictæ Do. Conſtanriæ in duabus
poſtis tantum dicatur pecunias ſolutas fuiſſe de mã
dato d. Dominæ, oſtenditur in alijs, in quibus nihil
de mandato dicitur, mandatum non præceſſiſſe, veri
ſimile quidẽ eſt, q̃ ſicut in duobus locis de mandato
fit mentio, et in alijs idem fuiſſe dictũ, ſi vere manda
tũ præceſſiſſet, quod cum non ſit ſactum, contrarium
præſumendum eſt, cum poſtę & rationes illæ ſiot ſe-
paratæ, arg. l. vni. §. ſin autem ad deficientis, C. de ca-
du. tollen. & fac. not. per Alex. conſ. 55. nu. 6. verſ. non
obſtat quod tacitè, lib. 3. Soc. iun. conſil. 100. num. 20.
lib. 1. Crauet. conſil. 289. nu. 4. lib. 2. prope medinm,
Corn. conſ. 230. col. 4. in fi. verſ. Vbi autem voluit, li. 3.
Cnm igitur verum debitnm ſortis fuerit ſcutornm
630. & Dominns Iulius Cæſar ſoluerit ſcutos mille,
apparet non ſolnm illud fuiſſe extinctũ, ſed plus de-
bito fuiſſe ſolutom, & conſequenter aduerſarios non
poſſe retinere ſcutos 370. plus debito ſolutos, & con-
ſequi ſcutos 688. de quibus in dicta ſententia ex alia
cauſa, qnam ratione intereſſe, ad quod intereſſe arbi
tror dictos fideiuſſores non teneri.

31 Primo, quia clara eſt iuris concluſio † debitorem
rõne retardatæ ſolutionis ad intereſſe non teneri an
tequam in mora ſoluendi ſit conſtitutus, l. 2. §. ſi na-
uis, C. ad leg. Rhod. de iact. l. lecta 2. & ibi Doct. ff. ſi cer.
per. Bal. in d. l. 1. C. de vſur. & fruct. legat. Aret. conſ. 9.
col. fi. Crauet. conſil. 87. col. fin. lib. 1. Rube. conſil. 20.
col. 2. Dec. conſ. 116. Cephal. conſ. 56. nume. 50. lib. 1.
& conſil. 398. num. 14. lib. 3. Franc. Becc. conſ. 105. nu
me. 24. Anton. Gabriel. in titul. de ſolut. concluſ. 10.
nu. 4. & latius Rim. iun. qui de communi teſtator con
ſil. 52. nu. 54. lib. 1. & conſil. 218. nu. 105. & ſeq. lib. 2.
32 vbi nume. 106. † ſubdit non valere pactum, quòd an
te moram intereſſe debeatur, & ad id probandum,
adducit Aret. conſ. 141. col fi. Crauet. conſil. 320. nu-
me. 2. lib. 2. Tob. Non. & alios. Et quod intereſſe an-
33 te moram non debeatur † ſiue de intereſſe lucri ceſ-
ſantis ſiue damni emergentis agatur, firmãt Didac.
Couar. var. reſolu. lib. 3. cap. 4. nume. 2. verſic. deinde.
Ioan. Bapt. Lup. in tract. de vſur. commen. 1. §. 6. num.
109. vbi poſt Nauar. in comment. de vſur. num. 46. af
firmat in hoc omnes Theologos conuenire, aliosq;
pro hac opinione adducit. At fideiuſſores iſti moro-
ſi non fuerunt, vt deducã, idõ ad intereſſe nõ tenẽtur.

Quod non fuerint in mora, ſatis probatur ex eo q̃
fideiuſſerunt pro Frãciſco Brauo fideiuſſore Illuſtriſ
ſimæ Do. Conſtantiæ occaſione Societatis Lacus, cu-
ius debitum illiquidum erat, ex quo ſocietas admini
niſtrata fuerat per cõſocios, & ipſa nihil geſſerat, &
ignorabatur, in quo debitrix remaneret, ſolum qui-
dẽ aduerſarij prætendunt, dictam dominam reman-
ſiſſe debitricem occaſione damni, & amiſſionis factæ
in dicta ſocietate, quod percipi non poterat ante ſo-
lidationem omnium computorum, Iccirco ſi fideiuſ-
ſores Franciſci aliquid non ſoluerunt, nõ fuerunt in
24 mora † cum mora pro illiquidis ceſſet. Bal. in l. acce-
ptam. in 6. oppoſ. nu. 19. C. de vſur. Afflict. deciſ. 205.
aſſerens per Sacrum Conſilium determinatum fuiſ-
ſe pro illiquidis moram non committi, antequã per
iudicem liquidatio fiat, & ibi late Vrſil. in addit. Alo
xan. conſil. 49. nu. 3. verſ. Et præſertim, li. 2. Quod for
tius eſt admittendum in propoſito, cum liquidatio
debiti dependeret à calculatione cõputorum totius
adminiſtrationis, quæ in ſe multa, & inuoluta nego-
tia continebat, vt not. Pet. de Ancha. conſil. 235. alias
236. prima facie, col. 2. ſequitur Crauet. conſ. 231. nu
me. 16. in fi. lib. 2. late Rimin. iun. conſ. 51. num. 6. 7. 9.
25 21. 53. & ſeq. & per totum conſilium lib. 1. † Et in tan
tum pro illiquidis ceſſat mora, quod etiam ſi fuiſſet
adiecta dies ſolutioni, & interpellatio præceſſiſſet,
quæ vt dictum eſt, debitorem in mora conſtituunt,
attamen quando debitum non eſt liquidum, mora
nec per diem neque per interpellationem immo ne-
que per litis conteſtationem inducitur. Anchar. in
d. conſil. 236. colum. 2. Crauet. conſil. 89. num. 5. lib. 1.
Burſat. conſil. 139. num. 65. lib. 1. Bauer. in tracta. de
mor. par. 3. nu. 8. Rip. in l. quod te, nu. 67. ff. ſi cer. pet.
Et quia prædicta procedunt etiam reſpectu princi-
palis debitoris, à fortiori ſunt admittenda in fauo-
rem fideiuſſorum, qui pro alieno facto tenentur, &
omnino ignorabant quid & quantum Domina Con
ſtantia principalis, & ſucceſſiue Franciſcus eiuſdem
fideiuſſor ſoluere deberent, vt in terminis not. gloſſ.
in l. qui in alterius, ff. de reg. iur. & comprobatur per
Bart. in d. l. quod te, nume. 15. vbi Rip. nu. 59. & 62.
& melius per Bauer. in tract. de mor. par. 1. nume. 24.
& par. 3. nu. 9. verſic. Octauo tempera. & faciunt ad-
ducta per Menoch. de arbitr. iud. quæſt. lib. 2. cent. 3.
26 caſ. 220. nu. 51. dum dixit † hæredem debitoris non
conſtitui in mora, niſi prius ipſi fiat fides de debito.
27 Opus igitur erat vt fideiuſſores Franciſci † moroſi
eſſent, & ad ſolutionem tenerẽtur, eiuſdem debitum
legitime iuſtificare vel per iudicis ſententiam, vel
per alias legitimas iudiciales probationes, vt in iſtis
terminis dicunt Doctor. in l. qui Romæ, §. Augerina,
ff. de verbor. oblig. vbi Soc. ſen. col. 2. ver. Tertio nota.
Alexand. num. 3. & Iaſ. num. 2. Quod nullo modo fa-
ctum fuit, ſed ſolum anno 1573. contra Dominum
Iulium Cæſarem tantum per ſententiam liquidatio
facta fuit, & contra Ludouicum numquam debitum
eſt liquidatum, nec eius occaſione conuentus, Iccir-
co poſt annum 1573. tantum Dominus Iulius Cæ-
ſar erat in mora, ſed Ludouicus numquam moro-
ſus fuit.

Secundo ſi poſt factam liquidationem cum Domi
no Iulio Cæſare anno 1573. ipſe fuiſſet obligatus ad
intereſſe, eius erit habenda ratio ſolum vſque ad an
num 1576. quo tempore cum Dominus Iulius Cæ-
ſar ſcuta mille ſoluerit, quæ non ſolum debitum ſor-
tis principalis, ſed etiã intereſſe, quod à dicto anno
1573. vſque ad annũ 1576. decurſum erat, extingue
bat, ſententia pro alijs ſcutis 688. iniuſtiſſima detegi
tur, nec ſuſtineri poteſt ex eo quod ipſius intereſſe

aliud

aliud intereſſe debeatur, quia præterquam quod ſcu-
ra mille excedunt debitum ſortis, & etiam intereſſe
vſque ad diē ſolutionis factæ, nihilominus, ſi aliquid
28 ſoluendum ſuperfuiſſet ratione intereſſe,† non debe
retur intereſſe ipſius intereſſe, etiam ſi mora interceſ
ſiſſet, quod in intereſſe lucri ceſſantis veriſſimum eſt,
quando debetur acceſſorie ea mora, & non principa-
liter tamquam ſors, ne res in infinitum trahatur, l. fi.
C. de vſu. rei iud. vt poſt Alber. de Roſ. & alios, decla
rat & bene Ruio. conſ. 55. nu. 16. & ſeqq. lib. 2. & Dec.
in c. cum venerabilis, nume. 61. de except. Stracch de
mercat. in tit. de contra. mercat. nu 4. Anton. Gabr. in
tit. de ſol. concl. 10. nu. 4 & 5. Ceph. conſ. 85. num 8. &
ſeqq. li. 1. & late hanc opinionē comprobat Io. Bapt.
Lup. in tract. de vſur. commen. 1. §. 6. nu. 120. qui alios
huius ſententiæ adducunt, & contrarijs reſpondent.

Tertio ſi intereſſe ipſius intereſſe conſiderari poſ-
ſet, ceſſat in caſu noſtro, nam ſi anno 1575. de quo
petitio aliorum ſcutorum 800. facta fuit, aliquid pro
intereſſe fuiſſet debitum, illud erat penitus illiquidū,
& à fideiuſſoribus ignorabatur, & pro eo ceſſat mo-
ra, & conſequenter intereſſe, prout ceſſat: nam ſi quid
29 debitum tunc fuiſſet, id erat in parua ſumma.† Vnde
quia Dominus Simeon ſcuta 800. & ſic longe plus de
bito petijt, fideiuſſores iſti non ſoluendo à mora excu
ſantur. Bar. in l. qui ſolidum, ff. de leg 2. Sal. in l. mora,
nu. 9. ff. de vſur. Alex. qui de communi teſtatur in l. 1.
§. ſi ſtipulanti, nu. 8. ff. de verb. oblig.

Quarto creditur, nihil per Actores probari quod
ſufficiat, ad hoc vt intereſſe conſequi poſſint, non e-
nim ſatis eſt conſtare fideiuſſores iſtos nō ſoluiſſe, &
30 actores paſſos eſſe intereſſe; † ſed opus eſt probare,
quod retardata ſolutio fuit cauſa immediata ipſius
intereſſe paſſi, & quia iſti non ſoluerunt, actores ſunt
in dāno, nec ſufficit veroſimilis, & præſumptiua pro-
batio intereſſe, ſed neceſſario cōcludere, debet iuxta
Doct. Pau. de Caſtr. in l. 3. §. fin. num. 3. ff. de eo quod
certo loco. qui dixit probari debere per ſolitū nego-
tiari habuiſſe merces paratas ad emendum, & quod
propter defectum pecuniarum non potuit illas eme
re, & ſi illas emiſſet, tantum lucratus fuiſſet, & eum ſe
quitur la. ibi num. 8. Afflict. dec. 20. num. 10. Crauet.
conſ. 320. nu. 6 lib. 5 Dec. conſ. 116. & conſil. 322. in fi.
Natt. conſ. 450. num. 6 lib. 2. Rub. conſ. 20. & conſ. 88.
Roland à Vall conſ. 35. nume. 13. lib 1. lariſſime Rim.
iun. conſ. 218. num. 99. & ſeqq. libr. 2. vbi de communi
teſtatur, & alios multos pro hac opinione allegat,
qui omnes cōcludunt certitudinem lucri probari de
bere modo quo ſupra, vel aliter, & dictam opinionē
Paul. de Caſtr, approbauit etiam Rot. Rom. vt teſta-
tur Put. in dec. 237. lib. 1. ex quibus apparet opinionē
illam communiter approbari, & in iudicando & con
ſulendo eſſe ſequendam. Quæ procederet non ſolum
reſpectu intereſſe lucri ceſſantis, ſed etiam damni e-
mergentis, cum non ſufficiat probare, quòd debitor
non ſoluit in tempore, & quòd creditor pecunias ſub
vſuris accepit, niſi iuſtificetur, quod ob retardatam
ſolutionem illas receperit, ex quo poſſibile eſt ex alijs
cauſis recepiſſe, vt in terminis tenuit Rot. Roma. pro
ut teſtatur Mohed. in dec. 104. incipien. Simon Centu
ria agebat. inter manuſcriptas, quę probationes cum
hic factæ non fuerint, prætenſi intereſſe non videtur
habenda ratio.

Patet igitur ex prædictis ſententiam latam iuxta
tenorem dicti calculi, iniuſtiſſimam eſſe, cum in calcu
lo prædicto intereſſe ab anno 1569. vſque ad annum
1581. in ſumma ſcutorū 823. computetur. Et vlterius
in ſentētia dicti fideiuſſores condemnātur ad intereſ
ſe vſque ad diem ſolutionis, & propterea vt iniuſta
31 reuocanda eſt † Præſertim quia iſti ſunt fideiuſſores
qui de damno euitando tractant. & alieno morbo la
borant, cum pro alio teneantur, cum quibus mitius
agendum eſt, vt per Sal. in tract. de mora. q. 8. princ.
nu. 37. & Ceph. conſ. 393 num. 55. lib 3.

Non obſtat quod dicitur de iuramento. Id enim
procederet, ſi certa ſumma fuiſſet in inſtrumento ex-
preſſa, ſed quia debitum Franciſci erat omnino illi-
quidum, nullo modo ante veram liquidationem fide
32 iuſſores in mora conſtitui potuerunt, † cum iuramen
tum reguletur ſecundum naturam actus, ſuper quo
interponitur, iuxta l. fin. cum ibi not. C. de non nume
ra. pecu. Dec. conſil. 240. nume. 1. & ſeq. cum aliis late
deductis per Seraph. de Seraph. de priuil. iuramenti.
priuileg. 49. num. 7. cum ſeqq.

Nec obſtat ſecūdum; dies enim adiecta fuit infra
quam repræſentari debeat Franciſcus, non aūt ſolu-
33 tioni debiti, vt elicitur ex inſtrumēto. Præterea † ēt ſi
dies eſſet adiecta ſolutioni, ante liquidationē debiti
mora non inducitur, Bauer. de mor. part. 3. Ripa in l.
Quod te, num. 67. ff. ſi cer. pet. Crau. Burſ. & alij, quos
ſupra adduxi in primo fundamento huius partis.

34 Minus nocet tertium † verum quidem eſt moram
principalis nocere fideiuſſori quoad perpetuandam
obligationem, ſecus eſt quoad illam augēdam, quia
mora principalis non auget obligationem fideiuſſo-
ris, l 1. cum ibi not. ff. de in lit. iur. Nec ea mora princi
palis fideiuſſor ad intereſſe obligatur, l fina. ff. de eo
quod cert. loc. & ita declarant Dec. & Cagnol. in alle
gato §. Vnicuique. Quod bene in hoc caſu procedit,
quia iſti fideiuſſores per verba tunc reſpicientia præ
ſens tempus, promiſerunt ſoluere debitum, pro quo
tunc detinebatur Franciſcus, quo caſu mora princi-
palis non auget obligationem fideiuſſoris, cum ſe nō
obligauerint ex omni cauſa, & per verba etiam futu-
rum reſpiciētia, ita vt dici poſſit teneri ea mora prin
cipalis, vt diſtinguendo declarat Bero. ex aduerſo al-
legatus in d. conſ. 193. num 35. & ſeqq. & nume. 45. &
ſeqq. & 54. libr 1. Præterea quia Franciſcus pro Illu-
ſtriſſima Dom. Conſtantia tenebatur, rationibus, de
quibus ſupra, etiam ipſum à mora excuſabant, cum
debitum eſſet illiquidum, & quia parum poſt dictam
obligationem Frāciſcus fuit capitaliter bannitus, &
etiam naturaliter deceſſit, non poterat conſiderari in
eo mora in præiudicium fideiuſſorum.

35 Nec reſiſtit quartum, quoniam interpellatio † mo-
ram non inducit ante liquidationem debiti, Crauet.
conſ. 89. nu. 5. lib. 1. Burſ. conſ. 139. num. 65. lib. 2. & di
xi ſupra, præterquam quod interpellatio pro ſcu-
tis mille anno 1571. facta fuit tantum Domino Iu-
lio Cęſari, nec nocebat Petrino, & minus afficiebat in
terpellatio facta tā Vbaldo quā Petrino anno 1575.
pro aliis ſcutis 800. quia vere tunc de dicta ſumma
nec etiam pro intereſſe debitores erant, vt ex præten
ſo calculo manifeſte liquet: Ideo licet non ſoluerint,
ex prædictis, & quia intereſſe erat illiquidum, à mora
excuſantur, vt diſi.

36 Pro reſpōſione ad quintum dicitur † oblatione o-
pus eſſe ad euitandam moram, quando agitur con-
tra principalem vel aliū pro facto proprio, qui ſciat
aliquid debere, & in iſtis terminis loquuntur Alex.
Rot. Genuen. & alij ex aduerſo allegati. Sed quando
agitur cōtra fideiuſſorem vel alium pro alieno facto
obligatum, in quo facti alieni præſumatur ignoran-
tia, maxime occaſione alicuius adminiſtrationis, tūc
excuſatur à mora licet aliquid non offeratur, vt not.
Anchar. d. conſil. 235. alias 236. column. 2. Vrſill. in
add. ad Afflict. in deciſ. 205. nume. 4. & eſt gloſ. nota-
bilis in dicta l. Qui in alterius, ff. de regu. iur. & eſt de

mente

mente omniũ, qui ex aduerſo allegãtur. & facit quod
not. Rip. in d. l. Quod te. nu. 62. & quod dixi in primo
fundamento huius partis. At ſi fideiuſſores, & Fran-
ciſcus pro Illuſtriſſima D. Conſtantia obligatus debi
tum ignorabant, quod ſciri non poterat niſi ex calcu
latione omnium computorum ſocietatis Lacus, cum
debitum ex damno, & amiſſione totius temporis tan
tum reſultet, vt conſtat ex calculo. Ideo ab omni mo
ra excuſandi ſunt.

Sextum facile ſubuertitur: Nam monitorium ob-
tentum à Franciſco anno 1569. nullum præbuit im-
pedimentum, quin agi potuerit contra fideiuſſores,
tum quia continet nudum mandatum de excarcerã-
do ipſum Franciſcum; tum etiam quia ſi inhibitionẽ
contineret, ex quo in eo fiebat mentio de fideiuſſori-
37 bus † inhibitio obtenta à principali non iuuabat fi-
deiuſſores contractus. Aret. conſ. 33. nu. 2. Bero. q. 77.
nu. 8. & poſt alios Lancil. de attent. par. 1. c. 3. nu. 15u.
Et quia Simeon anno 1570. eo non obſtante cępit a-
gere contra D. Iulium Cæſarem, ſi antea non egit, nõ
38 euenit propter monitoriũ † vt ex ſubſequentibus ge-
ſtis elicitur, ex quib. animus in præcedentib. declara
tur. arg. not. p Bar. in l. cetera, §. ſed ſi parauit, nu. 3. ff.
de leg. 1. Dec. conſ. 283. nu. 8. verſ. Actus enim. cum ſi.

Septimæ obiectioni reſpondetur veram, & cõmu-
nem opinionem eſſe, quòd intereſſe abſque mora nõ
39 debetur. † Nec nocet Bero. ex aduerſo allegatus in
d. conſil. 193. in caſu enim ſuo concludit deberi in-
tereſſe ſine mora, quã probat ipſe, ex eo quod debi-
tor pecunias ſurripuerat, & ob delictũ ipſo iure mo-
ra committitur, vt dicit nu. 11. & ſeqq. multis. & nu-
me. 29. 32. & ſeq. At quando quis pecunias ſine deli-
cto retinet, concludit ipſe nu. 11. & per totum conſi-
lium intereſſe ante moram non deberi, quod pro no-
bis facit, quoniã fideiuſſores iſti ſine aliquo delicto
40 propter factum alienum obligati erant. † Quod vero
dicitur de intereſſe ipſius intereſſe, verum non eſt, &
opinio Cagnol. quam referunt Burſat. & Rot. Ge-
nuenſ. communiter damnatur, vt patet ex adductis
ſupra in ſecundo fundamento huius partis. Et ratio
nes omnes Cagn. reprobat Lup. de vſur. comment. 1.
§. 6. num. 120. & Decij, Ruini, & aliorum opinionem
circa intereſſe lucri ceſſantis ſequitur ead. Rot. Ge-
nuenſ. in deciſ. 87. nu. 8. ver. Dubitatum fuit, licet in
damno emergenti diſſentiat.

41 Vltimum † obiectum procederet, ſi à principio ex-
preſſe conuentum eſſet, vt ante moram intereſſe dã-
ni emergentis reſarciretur, & creditor ab alio retine
ret pecunias ſub vſuris, eo quidẽ caſu, quia creditor
qui pecunias dedit debitori redditur in damno reti-
nendo pecunias ſub vſuris ab alijs, quibus ſatisface-
re potuiſſet de pecunia, quam debitori ſuo dedit, pa-
ciſci poteſt, ꝙ donec debitor ille pecunias retinet dã
nũ creditori reſarcire teneatur, aliter enim nullo mo
do admittendum eſt ante morã intereſſe deberi, vt
declarat Nau. in nou. comment. de vſur. nu. 42. Lup.
in d. §. 6. num. 109. 112. & 124. vbi exempla ponit, &
declarat. Couar. var. reſolu. lib. 3. cap. 4. num. 5. pro-
pe fin. verſic. quod ſi vere. Verum quia in caſu, de quo
agitur, ita conuentum non eſt, ſed fideiuſſores promi
ſerunt repræſentare Franciſcum, aliàs debitum ſol-
uere, & ſucceſſiue ẽt promiſerunt omnia obſeruare,
aliàs pęnam, damna, & intereſſe ſoluere, non poteſt
intelligi conuentum, quod intereſſe ante moram prę
42 ſtetur † cum obligatio damnorum, & intereſſe in ca
ſu inobſeruantiæ interpretetur ſi in mora obſeruãdi
fuerint, & non aliter, vt not. Bar. in l. ſi duo, §. fin. ff. de
conſtit. pecun. Doct. in l. ſi quis maior, C. de tranſact.
vbi Caſtren. num. 3. Alex. num. 6. Iaſ. nu. 18. Alexand.
conſ. 109. in fi. lib. 5. Hieron. Gabr. conſ. 5. nu. 36. lib. 1.
Quòd verò dicitur in intereſſe damni emergentis ha
bendam eſſe rationem intereſſe ipſius intereſſe, ad-
mitti poſſet, ſi concurrerent requiſita, ex quibus fi-
deiuſſores ad intereſſe tenerentur, & conſtaret domi
nos de Fabenis pro ſoluendis vſuris pecunias ſub v-
ſuris recepiſſe, quæ in caſu noſtro non verificantur.
Iccirco ſecundum prædictam concluſionem pro iniu
ſtitia ſententiæ concludendum eſt.

In cauſa prædicta poſt redditum conſilium nihil fuit re-ſolutum circa merita cauſæ ac negotium principale, ſed ſolum Dominus Locumtenens Reuerendiſſimi Domini Gubernatoris Peruſini anno 1584. mandauit exequi dictam ſententiam, quia prolata fuerat ſuper executione inſtrumẽti, à qua Statutum Peruſinum omne fere remedium aufert ad eius executionem impediendam, ſed facta executione repetitionem concedit.

ARGVMENTVM.

Quando femina in defectum maſculorum ad emphyteuſim admittitur, an intelligatur vocata tranſuerſalis ſeu deſcendens.

Caducitas ob alienationem bonorum emphyteuticorum quando per ſucceſſores declarari poſſit.

Finita emphyteuſi quibus in caſibus eccleſia teneatur illam renouare conſanguineis.

SVMMARIVM.

1 *Inueſtituræ tenor principaliter attenditus nec ab eius verbis receditur, & nu. 37.*

2 *Proximior ille eſt, quem nemo antecedit.*

3 *Emphyteuſim recipiens pro maſculis, & illis deficiẽtibus pro vna femina, cenſetur voluiſſe vt propria ipſius filia admittatur, non aũt neptis. Declaratus n. 38. cum ſeqq.*

4 *Verba etiam improprie accipiuntur, ne abſurdum ſequatur, vt magis dilectus excludatur.*

5 *Veriſimile quod eſt actum cenſetur, & ad veriſimile ſemper verba accommodantur.*

6 *Emphyteuſi finita dominus tenetur illam renouare proximiori, & ſi id denegat, appellari poteſt ad ſuperiorem. Declaratur nu. 41. & 55.*

Ampliatus procedere ẽt in emphyteuſi eccleſiaſtica, n. 7.

Et quamuis dominus vellet retinere pro ſe emphyteuſim, nu. 8. Sed contra nu. 42. cum ſeqq.

9 *Pater qui cum notario interuenit ad recipiendum emphyteuſim conceſſam filijs tamquam nudus miniſter adhibitus præſumitur.*

10 *Emphyteuſis conceſſa filijs nõiatis proprijs nominibus, eorũ tantum contemplatione non patris conceſſa cenſetur.*

11 *Dos relicta ab auo nepti proprio nomine nominatæ cenſetur relicta contemplatione neptis.*

12 *Relatiuũ, is, ad proxima ĩmediate p̃cedẽtia tãtũ refertur.*

13 *Extranea appellatur ſoror aliave perſona coniuncta ex latere tranſuerſali.*

14 *Emphyteuſis eccleſiaſtica ſui natura ad deſcendentes tantum tranſit.*

15 *Emphyteuſis recepta pro deſcendentib. non tranſit in ſororẽ tranſuerſalem, cui verba inueſtituræ non conueniunt.*

16 *Sequentia declarantur ex præcedentibus.*

17 *Emphyteuſis conceſſa alicui pro ſe, & hærede declarando,*

intelli-

intelligitur de hærede deſcendente ab emphyteuta, nec alius eligi poteſt.

18 *Hæredis appellatione veniunt omnes hæredes etiam extranei.*

Fallit, quando conceditur emphyteuſis etiam pro hæredibus, quo caſu deſcendentes tantum veniunt, nu. 19.

20 *Præcedentia ex ſubſequentibus declarantur.*

21 *Emphyteuta alienans emphyteuſim irrequiſito domino, priuatur iure ſuo.*

Ampliatur etiam ſi ſuper hoc pactum aliquod non fuiſſet initum, nu. 22.

23 *Emphyteuſis alienata ſine conſenſu domini directi ad dominum redire debet, non ad alios in inueſtitura comprehenſos.*

24 *Vaſallus alienans irrequiſito domino, non præiudicat alijs vocatis ad feudum.*

25 *Caducitas non declarata per anteceſſorem, non poteſt declarari per ſucceſſorem.*

Fallit quando ob alienationem vel aliter ipſo iure cauſatur caducitas, nu. 26. cum ſeqq.

Limitatur etiam quando anteceſſor habuit ſcientiam caducitatis, ſecus ſi illam ignorauit, nu. 29.

Extende hanc limitationem, quòd ſtante ignorantia etiã contra ſucceſſorem emphyteuta per ſucceſſorem domini declarari poteſt, nu. 30.

Fallit etiam quando expreſsè fuit conuentum, vt alienatio fieri non poſſet, vt pactum aliquid operetur, 32.

Item ſi allegatur excipiendo, quo caſu etiam per ſucceſſorem allegari poteſt, nu. 33.

26 *Emphyteuta ob alienationem factam irrequiſito domino priuatur ipſo iure.*

27 *Pœna quæ ipſo iure incurritur ab hærede, & contra hæredem declarari poteſt.*

31 *Ignorantia caducitatis in dubio præſumitur.*

34 *Emphyteuta ſeu vaſallus alienans non priuatur tota emphyteuſi ſeu feudo, ſed parte tantum alienata.*

Limitatur quando res alienata fuit vt emphyteutica ſine cõſenſu domini, ſecus ſi vt allodialis ſeu ſimpliciter quia tunc emphyteuta, qui in perſonam deliquit, priuatur in totum, nu. 35.

Ampliatur hæc limitatio etiam de æquitate canonica, nume. 36.

Limitatur etiam quando fuit factum pactum, vt res emphyteutica in totum ſeu in partem alienari non poſſet, num. 37.

38 *L. Si viua matre, C. de bon. mater. intellectus, cum ſeq.*

39 *Neptis ex filio, quæ nititur iure patris, poteſt eſſe melioris conditionis quàm ſit filia.*

40 *Melioramenta facta ex conuentione in re emphyteutica ſuccedunt loco pretij nec reſtitui debent emphyteutæ ſeu eius hæredibus, ſi aliter non fuit conuentum.*

42 *Emphyteuſim finitam eccleſia non tenetur renouare proximiori ſi vult eam pro ſe retinere.*

Nec valet pactum à principio quòd renouari debeat, nume. 43.

Declaratur niſi rector in fraudem diceret velle pro ſe retinere, & poſtea alteri eam concederet, quia tunc agnatus poſſet petere reſciſsionem conceſsionis factæ extraneo, num. 47.

Nec tenetur renouare, quando conceſſio antiqua fuit prima, & ceſſat cauſa, ob quam facta fuit, nu. 48.

Seu ſi finita eſt emphyteuſis ob culpam emphyteutæ, nume. 49.

Et quando fuit factum pactum, quod finita emphyteuſi res libere reuerteretur ad dominum, nu. 50. & 54.

Et ſi proximior non petijt renouationem infra annum, nume. 56.

44 *Pactum fieri poteſt de omni eo quod à lege permittitur.*

45 *Opinio illa ex contrarijs eſt ſequenda, quæ fauet Eccleſiæ.*

46 *Dec. conſ. 131. nu. 2. reprobatur.*

51 *Verbum libere, idem importat, quod plene.*

Item pleno iure, num. 52.

Et ſine aliquo impedimento & contradictione, nu. 53.

Et quod res reuertatur ſine ſpe retractationis, & vlterius quis inquietari non poſſit, nu. 54.

56 *Conſanguineus qui non petijt renouationem inueſtituræ infra annum excluditur.*

Intellige data ſcientia, quia annus non currit ignoranti, num. 57.

Item ſi dominus retinet rem pro ſe: ſecus ſi extraneo tam conceſſit, quia tunc infra 30. annos conſanguineus agere poteſt, nu. 58.

59 *Emphyteuſis quando ea finita concedi debet proximiori non eſt concedenda pro ſolita reſponſione, ſed pro pretio, & cum pactis, cum quibus extraneus illam recipere vellet.*

60 *Emphyteuſis antiqua eccleſiæ renouari poteſt taliter, vt cedat in euidentem vtilitatem eccleſiæ tempore refirmæ, nec ſatis eſt tempore primæ conceſsionis fuiſſe habitã rationẽ vtilitatis, & aliter facta redditur nulla, cum ſeqq.*

61 *Extrauag. Pauli ſecundi incipiens, Ambitioſe, de rebus eccleſ. non alienan. permittens locutionem rerum eccleſiæ, quæ ab antiquo in emphyteuſim concedi ſunt ſolitæ, & hoc in euidentem eccleſiæ vtilitatem, qualiter intelligatur.*

CONSILIVM LI.

REVERENDVS Donnus Paulus Maſſarellus cõceſſit in emphyteuſim nonnulla bona Eccleſiæ Dominis Vincentio, Leonello, & Ioanni Baptiſtæ filijs Domini Franciſci de Leonellis abſentibus, ac dicto Domino Frãciſco patri ac Notario præſentibus, & ſtipulantibus pro dictis Vincentio, Leonello, & Ioanne Baptiſta, & eorum ac cujuslibet eorum filijs & nepotibus maſculis legitimis & naturalibus, de legitimo matrimonio per rectam lineam deſcendentibus vſque in eorum tertiam generationem finitam, & illis deficiẽtibus pro vna femina proximiore ex legitimo matrimonio deſcendente. Deceſſerunt Domini Vincẽtius Leonellus, & Ioannes Baptiſta ſine filijs, ſuperſtite Domina Prudentia ſorore germana, quæ prætendit conſequi debere dicta bona. Superiori anno interrogatus à Reuerendo Donno Cæſare ſucceſſore dicti Donni Pauli in beneficio, dixi Dominam Prudentiã ad emphyteuſim admitti non poſſe. Verum quia plures contrarium reſponderunt, intentio dicti Donni Cæſaris valde dubitabilis redditur.

Primo quia ex forma inſtrumenti locationis, cuius tenor principaliter videtur conſiderandus, cum
1 † tenor inueſtituræ principaliter attendatur, c. 1. de duobus fratr. à Cap. inueſt. c. 1. in finalibus verbis, & ibi Bald. 10 prælud. feud. cap. 1. §. Denique, quæ fuit prima cauſ. benef. amitt. Bal. conſi. 109. lib. 4. Neuiz. conſil. 10. numer. 1. clarè videtur apparere feminam iſtam fuiſſe in dicta locatione comprehenſam. Fuit enim conceſſa emphyteuſis pro maſculis, & illis deficientibus pro vna femina proximiore & Domina Prudẽtia ſiue ſucceſſio Franciſci patris ſiue fratrum
2 attendatur, proximior eſt, cum nemo † eam antecedat, l. proximus, ff. de verborum ſignific. nec verba illa, pro vna femina proximiore ex legitimo matrimonio deſcendente, obſtare videntur, quia intelliguntur non ſolum de femina deſcendente à Dominis Vincentio, Leonello, & Ioanne Baptiſta, ſed etiam de deſcendente à Domino Franciſco patre, qui emphyteuſim

3 phyteuſim ſtipulatus fuit. † Equidem veriſimillimũ
eſt, intentionem Dom. Franciſci, cuius intentio, & af-
fectio ſpectanda eſt, quia ipſe emphyteuſim acquiſi-
uit filijs iuxta not. per Bar. Imo. & Alex. in l. Quod di
citur, ff. de verb. oblig. fuiſſe, quòd mortuis maſculis
propria ipſius filia ad emphyteuſim admitteretur,
non autem vt filia excluderetur, & neptis tantum ad
mitteretur, arg. l. ſi viua matre, C. de bon. mater. & a-
4 liud dicere eſſet valde abſurdum, † & ſemper ne ab-
ſurdum ſequatur, vt magis dilectus remaneat exclu-
ſus, verba etiam impropriè accipiuntur, Bart. & alij
in l. Gallus, §. etiam ſi parente, ff. de liber. & poſthum.
cum alijs adductis per Hieronymum Gabr. conſ. 96.
nu. 19. libr. 1. cum igitur veriſimile ſit voluiſſe filiam
5 Dom. Franciſci ad emphyteuſim admitti, † creden-
dum eſt ita inter patrem recipientem & Domnũ Pau
lum concedentem actum fuiſſe, l. ſemper in ſtipula-
tionibus, ff. de reg. iur. quia vulgatum eſt mentem po
tiſſimum attendi etiam in contractibus, Tiraquel. in
l. ſi vnquam, in verſic. liberis, nume. 47. C. de reuocan.
donat. & eius quod eſt veriſimile tanta eſt vis, vt ad
illud ſemper verba accommodentur, d. l. ſemper. Ti-
raq. in d. l. ſi vnquã. in prin. nu. 42. Euerar. in Topic. in
loco à veriſimili cap. 5. gl. in l. Tale pactum, ff. de pact.

Secundo ſi Domina Prudentia non eſſet admitten
da tamquã vocata in inſtrumento locationis, illi, qui
pro ea reſponderunt, dicunt adhuc eadem bona illi
6 concedi debere, nam quando † finitur emphyteuſis
propter extinctam generationem, directus dominus
tenetur illam renouare proximiori, etſi dominus re-
nouationem denegat, poteſt appellari ad ſuperiorẽ,
ad quem datur recurſus ad effectum vt dominum ad
renouationem compellat, l. 1. §. permittitur, vbi glo.
& Bart. ff. de aqu. quoti. & æſti. l. 1. in fin. & ibi Bart. ff.
de priuil. credit. Anton. de Butr. in c. 1. de locat gloſ.
in ca. bonæ memoriæ, & ibi Card. Florent. de poſtul.
prælat. Bald. in c. in præſentia, nu. 20. de probat. Dec.
conſil. 131. Aleſand. conſil. 80. numer. 11. libr. 1. Tob.
Noni. conſil. 3. num. 3. Curt. ſen. conſil. 47. numer. 8. &
9. Rom. conſil. 55. in vlt. dubio. Petr. de Anchar. conſ.
573. incip. Dominus Lazarius, aliàs 174. col. 3. verſic.
Vlterius aduertendum. Imol. conſil. 38. Marſil. ſing.
419. Ruin. conſil. 151. num. 16. libro 1. & communiter
fere ab omnibus approbatur, vt teſtantur Iaſ. conſil.
263. num. 8. & 34. lib. 3. Viuius in ſuis commun. opin.
in verb. Emphyteuta, verſic. Emphyteuſi finita, Rim.
iun. conſil. 444. num. 50. & ſequent. libro 4. Anton. Ga
briel. in ſuis concluſ. in titul. de iure emphyt. concluſ.
1. in princ. Ioſeph. Ludou. in dec. Peruſ. part. 1. dec. 57.
7 in fin. Iul. Clar. in §. Emphyteuſis, quæſt. 43. † Quæ con
cluſio procedit etiam in emphyteuſi eccleſiaſtica. An
charan. dicto conſ. 173. Aleſand. dicto conſil. 80. lib.
1. Dec. conſ. 131. & conſil. 328. colum. vlt. Roman. con-
ſil. 22. Ruin. conſ. 151. nu. 16. lib. 1. Grat. conſil. 86. nu.
6. libro 1. Anton Gabriel. in dicta concluſ. 1. nume. 3.
& 53. Veral. deciſ. 304. part. 1. Tob. Noni. conſ. 3. nu-
mero 4. & non ſolum in deſcendentibus ſed etiam in
collateralibus. Ruin. dicto conſ. 151. numero 16. Iul.
Clar. in dicta q. 43. Dec. conſil. 78. & 131 Anton. Ga-
briel. dicta concluſ. 1. limit. 5. num. 16. & 17. vbi dicit
communem, Tiraq. de retract. conſangui. in proœm.
num. 41. qui innumeras adducit auctoritates, & poſt
alios idem tenet Franc. Becci. in addit. ad Iaſ. conſil.
263. in lit. V, lib. 3.

8 Et quamuis † rector eccleſiæ velit bona pro ſe reti
nere, nec illa alteri concedere, quo caſu ceſſare cõtra
riam opinionem, & dominum directum ad renoua-
tionem non teneri cenſuit Abb. in c. bonæ, el 2. nume
ro 18. de poſtu. prælat. opinio Abb. non videtur atten
denda, cum repugnet communi, et ſi reciperetur, de-
ſtrueretur relata communis opinio, de faciliq; redde
retur eluſoria, quia ſemper prælatus requiſitus pro
renouatione, poſſet dicere velle pro ſe retinere, vt re-
ſpondet Dec. in d. conſ. 131.

Ceterum prædictis non obſtantibus non recedo à
concluſione alias facta, quòd ſcilicet Dominus Cę-
ſar modernus rector poſſit pro ſe retinere bona illa,
& in eis Dom. Prudentię ſorori Dominorum Vincen
tij Leonelli, & Ioannis Baptiſtæ defunctorum nul-
lum ius competat, quod vt melius oſtendatur.

Præmitto bona illa non fuiſſe conceſſa Dom. Fran
ciſco, ſed Dom. Vincentio Leonello, & Ioanni Bapti-
ſtæ filiis, vt clare indicant verba inſtrumenti, ibi: loca
uit in emphyteuſim Vincentio, & Leonello, & Ioanni
Baptiſtæ filijs Frãciſci de Leonellis licet abſentibus,
& dicto Franciſco eorum patri, & notario ſtipulanti
bus, & recipientibus pro dictis Vincentio, Leonello,
& Ioanne Baptiſta &c. de perſona autem patris nul-
la habetur ratio, & ipſe in locatione non includitur,
9 † ſed tantum interuenit vna cum Notario ad ſtipulã
dum pro filijs abſentibus, & ſic tamquam nudus mi-
niſter adhibitus præſumitur, arg. l. cũ quis, §. Nuptu-
ra. cum ibi not. per Bar. & Albe. ff. de leg. 3. Et quia lo
10 cario † non fuit facta filijs nomine appellatiuo nomi
natis, ſed eis nominibus proprijs expreſſis, filiorum
tantum contemplatione locatio facta cenſetur, non
intuitu patris ſtipulantis, And. de Iſer. in c. 1. in prin.
col. 1. de ſucceſſ. feud. Iul. Cla. in §. Emphyteuſis, q. 16.
ver. His pręmiſſis, in fi. Ant. Gabr. de iur. emph. concl.
3. nu. 10. Vrſil. in addit. ad Affli. in dec. 393. nu. 5. poſt
Afflict. ibi nu. 5. & 6. & facit Ceph conſ. 485. nu. 38. &
11 ſeqq. li. 4. dum reſpondet † dotem relictam ab auo ne
pti proprio nomine nominatæ, cenſeri relictam con-
templatione ipſius neptis, non filij, & mentionem fi-
lij factam cenſeri cauſa demonſtrationis tantum. Et
quia Iſer. Iul. Clar. & alij allegati loquuntur quando
conceſſio facta fuit patri recipienti pro ſe, & filio pro
prio nomine nominato, à fortiori idem concludendũ
eſt in occurrenti caſu, in quo locatio facta reperitur
Vincentio, Leonello, & Ioanni Baptiſtæ tantum, &
pater cum notario ſtipulatus fuit tamquam nudus
miniſter pro filijs abſentibus.

Præmitto etiam, quod dum locatio fuit facta Vin
centio, Leonello, & Ioanni Baptiſtæ vſque in eorum
tertiam generationem, intelligitur de tertia genera-
tione ipſorum Vincentij Leonelli, & Ioannis Bapti-
ſtæ non de tertia generatione Franciſci patris; quod
clare elicitur ex ſerie inſtrumenti, Tum quia ipſi fue-
runt primi inueſtiti, & eis in effectu facta fuit locatio
pro ipſis, & eorum filijs, & nepotibus. Tum etiã quia
dum dicitur in inſtrumento, Locauit Vincentio, Leo
nello, & Ioanni Baptiſtæ licet abſentibus, & Franci-
ſco patri, ac Notario pro dictis Vincentio, Leonello,
& Ioanni Baptiſta, & eorum ac cuiuſlibet eorum fi-
lijs, & nepotibus maſculis, de legitimo matrimonio
deſcendentibus vſque in eorum tertiam generatio-
nem, intelligitur pro filijs, & nepotibus vſque in ter-
tiã generationẽ dictorum Vincentij, Leonelli, & Ioã
12 nis Baptiſtæ, cum † relatiuum, is, ad proxima imme-
diate præcedentia tantum referatur, l. ſi idem cum
eodem, in fi. ff. de iuriſd. omn. iud. & ibi not. Doctor. l.
Talis ſcriptura, vbi Bar. ff. de legat. 1. Soc. ſen. conſilio
56. numero 16. lib. ſecundo Pariſ. conſil. 59. numero
8. li. 2. & perinde eſt ac ſi dictum fuiſſet, & eorum ac
cuiuſlibet eorum, ſcilicet Vincentii, Leonelli, & Ioan
nis Baptiſtæ filiis, & nepotibus, &c. vſque in eorum,
videlicet Vincentii Leonelli, & Ioannis Baptiſtæ ter
tiam generationẽ, vt per Ceph. conſ. 16. num. 53. lib. 1.

Illis

Iſtis ſic premiſſis cenſeo Do. Prudentiam vti voca-
tam ad emphyteuſim nullo modo eſſe admittendã.
Primo, quia ipſa eſt ſoror Vincentij & fratrũ quibus
13 fuit facta locatio † & cũ eis attineat ea linea trãſuer
ſaliqua ad eos extranea appellatur, §. ceteri. Inſtit.
de hæred.qual.& differ.l.1.§.extranei, C.de rei vxor.
act.in.Pariſ.conſ.73.nu.13.in fin.lib.1. conſ.78.nu.19.
lib.2.Tiber.Dec.conſ.1.nu.14.lib.2.& conſil.31.n.5.
14 lib.3.& ad eam emphyteuſis eccleſiaſtica † non tran-
ſit, cum emphyteuſis eccleſiaſtica de ſui natura ad
deſcendentes tantum inueſtiti non ad extraneos ſit
tranſitoria, §.emphyteuſim, Authen.de non alie. aut
permut.gloſ.Bar.Bal.& alij in l.etiam, ff.ſolut.matr.
& communiter omnes admittunt, vt teſtantur Alex.
conſil.23.nume.4.lib.1.conſil.38. num.4.lib.2.Ruin.
conſil.23.nu.34.lib.5.Grat. conſil.55. nume. 8. lib.1.
Gozad.conſil.75.num.9. Dec.conſil.171. nume.1. &
5.latè Cephal.conſil.400.numero 5. & ſeqq. libro 1.
Roland.à Valle conſil.96.num.4.lib.1.Port.Imo.con
ſil.141.nu.9.Rim.iun.conſi.44.nu.3.& 4.lib.1.& licet
Domina Prudentia deſcendat à Franciſco, qui em-
phyteuſim recepit, non refert, qa vt dixi, locatio fuit
facta Vincentio, Leonello, & Ioanni Baptiſtæ pro ip-
ſis ac eorum filiis & nepotibus, & pater ſolum inter-
uenit tamquam nudus miniſter ad ſtipulandum pro
filiis abſentibus & filiorum filiis & nepotibus vſque
in filiorum tertiam generationẽ, vnde quia pater nõ
fuit inueſtitus, ſed fuerunt inueſtiti filij, emphyteuſis
non tranſit ad deſcendentem patris, ſi non eſt etiam
de deſcendentibus filiorum. Secundo, quia ea inueſti
tura deficientibus maſculis admittitur femina pro-
15 ximior ex legitimo matrimonio deſcendens † nõ ſuc
cedit ſoror tranſuerſalis, cui verba illa non conue-
niunt.glo.in c.1.de ſucceſſ.frat.Alex. conſ.204. col.1.
lib.2.Rim.iun.conſ.410.nu.34.& ſeq. libro 4. & licet
ſimpliciter dictum fuerit, admittendam eſſe feminã
deſcendentem, nec exprimatur à quo debeat deſcen
dere, intelligi debet de femina deſcẽdente, videlicet
quę ſit filia vel neptis, & ſic de tertia generatione Vin
centij, Leonelli, & Ioan. Baptiſtæ, pro quibus tantum
locatio facta fuerat, quod oſtenditur ex eo quia dum
in eodẽ inſtrumento ſupra proximè fit mentio, quod
recipitur emphyteuſis pro filijs & nepotibus maſcu
lis per rectam lineam deſcendentibus, de neceſſitate
intelligitur de deſcendentibus ab ipſis Vincentio &
fratrib. vt ſupra dixi. Vnde ex hoc non obſcurè oſteo
ditur idem intellectum fuiſſe de femina deſcendẽte
16 ab eiſdem, cum † ſequentia declarentur ex præcedẽ-
tibus, l.ſi ſeruus plurium, §.1.& l.qui filiabus, ff.de le-
gat.1.l.ſi cui dulcia, ff.de triti.vin.oleoque lega.Alex.
conſ.113.num.7.lib.2.Dec.conſ.425.num.16. & præ-
cedentia in ſequentia influant. Bart.in l.quiſquis, ff.
de leg.3.Curt.iun.conſ.70.nu.2.lib.1. Cephal.conſil.
401.nu.10.& ſeq. lib.3. & conſ.510. num.17. lib.4.et
etiam ſi id aliter non appareret, adhuc locatio facta
pro femina, deficiẽtibus maſculis, intelligi debet de
femina deſcendente ab ipſis Vincentio & fratrib.qui
bus principaliter locatio facta fuit, nec de femina,
quæ ſit tranſuerſalis intelligi põt, vt optimis rõnib.
in fortiori caſu concludit Bero. conſil.106. nu.22. &
17 ſeqq. lib.1.qui reſpondet † conceſſionẽ emphyteuſis,
factam alicui pro ſe & hærede declarando & eligen-
do intelligi debere de hærede tantũ deſcendente ab
emphyteuta, nec alium ab eo non deſcendentem eli-
gi poſſe, cuius opinio rectè comprobatur ea illa com
18 muni cõcluſione, quæ habet, † quòd licet hæredis ap-
pellatione omnes hæredes etiam extranei veniant.l.
Hæredis appellatione, l. In conuentionibus, et l.
ſciendum, ff.de verborum ſignificatio. tamen ſi con-
19 ceditur † emphyteuſis ab eccleſia alicui pro ſe & hæ-
redibus, appellatione hęredum in caſu illo ſolum de-
ſcendentes ab emphyteuta veniunt, & extranei ex-
cluduntur ſecundum Specul.in tit.de emphyt.§.nunc
aliqua, nu.139.in fin Soc.ſen.conſ.266. num.36.lib.2.
Corn.conſ.100.num 4.lib.4 quæ opinio communiter
approbatur, vt teſtantur Pariſ.in c.in præſentia, nu.
104. & 107. de probat. Bero.qõ.famil.q.17.nu.3. &
73.nu.7.lib.3. Ceph.conſ.400.per tot.lib.3. Iul.Clar.
in §.emphyteuſis, q.28. ver. Tertius, ver. Et in ſpecie,
& ver.Quidquid. Si igitur quando fit locatio pro hæ-
rede, cuius appellatione regulariter veniunt omnes
etiam extranei, intelligitur de deſcendente, quanto
magis erit dicendũ in caſu de quo agitur, ſolum voca
tam fuiſſe feminam deſcendentem ab emphyteutis,
non autem tranſuerſalem. Tertio quod locatio facta
intelligatur pro femina, quæ eſſet filia vel neptis, & ſic
de tertia generatione Vincentij & fratrũ, ſatis oſten-
ditur ex alijs pluribus ſubſequẽtibus clauſulis inſtru
menti, ex quibus conſtat pro comprehenſis tãtum in
dicta tertia generatione, & ſic pro filijs & nepotibus
tantum Vincẽtij & fratrum locationem factam fuiſ-
ſe, ipſiſque tantum fuiſſe prouiſum. Et primo ex clau
ſula, ꝙ finita dicta tertia generatione, & locatione
prædicta &c. bona reuertantur ad Eccleſiã, quæ oſtẽ-
dit finita tertia generatione Vincentij & fratrum,
emphyteuſim ad eccleſiam redire debere, quod non
eſſet, ſi ſoror in locatione fuiſſet comprehenſa. Item
ex alia clauſula, in qua rector promiſit Franciſco &
notario ſtipulantibus nomine dictorum Vincentij,
Leonelli, & Ioannis Baptiſtæ & ſuorum ſucceſſorum
in inſtrumento locationis comprehẽſorum, &c. dicta
bona, durante locatione non auferre &c. ſed illa &
eorum fructus prænominatis Vincentio, Leonello, &
Ioanni Baptiſtæ & eorum filijs & nepotib. præfatis
& comprehenſis in inſtrumento legitime defendere,
nam dum defenſio promiſſa fuit Vincẽtio, Leonello,
& Ioanni Baptiſtæ et eorum filijs & nepotib. clare eli
citur partes non intellexiſſe in locatione comprehen
dere aliã perſonam, quæ non ſit de filijs vel nepotib.
& ſic de tertia generatione eorum, etſi intellexiſſent,
vt admitteretur ſoror in defectum maſculorum, etiã
pro ea fuiſſet facta dicta promiſſio, & conſequenter
apparet, quòd dum voluerunt admitti vnam feminã
deſcendẽtem etc. intellexerunt de filia vel nepte Vin
centij ſeu fratrum, quod non ſolum ex alijs præcedẽ-
tibus demonſtratur, ſed etiam ex dictis ſequentibus
20 clauſulis declaratur, † cum præcedentia etiam ex ſe-
quentibus declarationem recipiant, d.l.ſi ſeruus plu
rium, §.fi.ff.de leg.1.Alex.conſ.190.nu.18.lib.2.et con
ſil.132.nu.4.lib.5. Pariſ.conſ.78. nu.18.et conſ.81.nu.
20.lib.1.et conſ.158.nu.16.lib.4.

Secundo principaliter pro moderno rectore conſi-
derandũ eſt, quod ſi Domina Prudentia fuiſſet ad em
phyteuſim vocata, quod ſtantibus prædictis et teno-
re inſtrumenti à veritate alienum puto, nihilominus
hodie ad illam admitti non poſſet, quoniam præſup-
ponitur in facto per emphyteutas fuiſſe alienata quę
21 dam ex dictis bonis in emphyteuſim conceſſis † per q̃
alienationem ſine conſenſu domini emphyteutæ eo-
rum iure priuati fuerunt, l.fi.C.de iure emphyt.et ibi
Bar.Bal.Sal.et ceteri, c.Potuit, vbi Abb. Ant.de Butr.
Anch.et Inn.in prin.de loc.et cõem dicit Soc.iun.con
ſi.70.nu.14.lib.2.et poſt eum Iul.Clar.in §.emphyteu
ſis, q.13.Alex.conſ.106.nu.4.lib.4.Cor.conſ.166.nu.4.
lib.2.Ceph.conſ.195.nu.21.lib.2.cũ alijs allegatis per
Aurel. Corb.in tract.de cau.ex quib. emphyt.iur.ſuo
priu.in tit. de cau. priu. ob alienationem irrequiſito
22 dño factã, in prin.qui in prima ampliatione † extẽdit

procedere etiam ſi ſuper hoc aliquod pactum factum
non fuiſſet inter Dominum & emphyteutã, quæ alie-
33 natio† omnibus comprehenſis in emphyteuſi præiu-
dicat, resque emphyteutica non ad alios in locatio-
ne comprehẽſos, ſed ad dominum directum redit, di-
cta l. fin. Imol. in c. ex parte, num. 24. ver. Illud autem,
e. 21. de feud. Bald. in l. 3. prope fin. ff. de interd. & re-
legat. Ruin. conſil. 165. num. 10. lib. 1. Alex. conſil. 30.
nu. 16. lib. 1. Cephal. conſ. 397. num. 16. & ſeq. lib. 3. &
in hoc ſecundum Imol. Alex. & Ruin. differt emphy-
teuſis à fendo, cum emphyteuta alienans præiudicet
34 alijs† cuiua contrarium diſponitur in vaſallo ſecun-
dum glo. & Iſern. in cap. 1. §. hæc quoque, de ſucceſſ.
feud. & alios per eos allegatos.

Nec dicta mulier defendi poteſt ex eo, quod alie-
35 natio fuit facta tempore anteceſſoris† qui non decla-
rando caducitatem, cenſetur illam remiſiſſe, & modo
per ſucceſſorem declarari non poſſit, vt poſt Ruin. con
ſil. 10. nu. 4. ver. Nec obſtat, & conſil. 35. num. 28. ver.
Præterea, lib. 1. communem dixit Ant. Gabriel. in tit.
de iure emphyt. concluſ. 3. ver. Contrarium. Etenim
reſpondetur. Primo allegata in contrarium procede-
re in caſibus, in quibus aliquis non incidit in pœnam
36 ipſo iure, ſed quia† emphyteuta alienans bona eccle-
ſiæ priuatur ipſo iure ſine aliqua ſententia, glo. in d. l.
fin. in verb. cadat, & ibi Iaſ. nu. 103. Ant. de Butr. conſ.
22. Iul. Clar. in §. emphyteuſis, q. 13. ver. Adde, caduci-
tas propter alienationem à ſucceſſore & contra ſuc-
37 ceſſorem declarari poteſt, ſicut dicitur† de pęna, quæ
ipſo iure incurritur, quæ ab hærede & contra hæredẽ
declaratur. Bal. in c. Imperialem, §. inſuper, col. 2. ver.
Quod verum eſt, & ibi Aluar. col. 3. verſ. Niſi eſſet, de
prohib. fend. alien. per Feder. Abb. in c. fin. col. penul.
vbi Card. col. 2. de donat. Ant. Gabr. qui alios allegat
38 in tit. de crim. concl. 35. nu. 16. & in ſpecie quod † ca-
ducitas propter alienationem non declarata per an
teceſſorem, poſſit declarari per ſucceſſorem, poſt Pau.
de Caſt. in l. omni modo, nu. 4. in fi. C. de inoff. teſtam.
Bald. in d. §. inſuper, nu. 7. Abb. in c. propter, nu. 6. de
donat. Aret. conſil. 14. nu. 20. & alios, dixit Ant. Gabr.
in tit. de iure emphyt. concluſ. 3. in prin. qui licet in fi.
alleget Ruin. in dictis conſilijs teſtantem de commu-
ni in contrarium, non nocet, quia Ruin. non teſtatur
de communi, quando eſt cauſata caducitas propter
39 alienationẽ, ſed ob non petitam renouationem. † Se-
cundo & melius reſpondetur, tunc caducitatem &
pœnam non poſſe declarari per ſucceſſorem, & cõtra
ſucceſſorem, quando anteceſſor ſeu dominus ſcien-
tiam habuit caducitatis, habuitque tempus declarã-
di eam & non declarauit, vt dixerunt Bald. in c. 1. §.
porro, col. 1. ver. Secundo quærit gl. quæ ſit prim. cauſ.
benef. amitt. Salic. in l. fin. in fin. C. de reuoc. donat. Io.
Andr. Petr. de Anchar. Imol. & Card. in c. fi. de donat.
Ant. Gabr. in d. concluſ. 35. num. 4. & 15. vbi alios hu-
ius ſententiæ recenſet. & Burſat. conſ. 91. nu. 5. & ſeq.
lib. 1. de communi teſtatur. Sed quando non conſtat
de ſcientia, etiam per ſucceſſorem declarari poteſt.
Aret. conſ. 14. nu. 20. Senat. Pedemon. deciſ. 29. nu. 13.
Redoan. de reb. eccleſ. non alien. c. vlt. num. 10. Bur-
ſat. qui alios multos allegat, & de communi teſtatur
conſil. 23. num. 12. conſil. 37. nu. 19. & conſil. 91. num. 5.
30 & ſeq. lib. 1. † qui in dicto conſ. 91. num. 9. ver. Nec eſt
verum, poſt Io. And. & Celſ. Hug reprobata opinione
Ruini aliud ſentientis, dicit, quòd ſi non conſtat de
ſcientia caducitas declarari poteſt per ſucceſſorẽ dñi
directi ẽt contra ſucceſſorem vaſalli ſeu emphyteutę.
At in caſu, de quo agitur, non conſtat anteceſſorem
Dñi Cæſaris ſciẽtiam habuiſſe alienationis, & ſic ca-
31 ducitatis, † & in dubio ignorantia præſumitur, l. ve-
rius, ff. de probat. et in propoſito ſcripſerunt Ant. de
Butr. conſ. 22. col. 2. Alex. conſ. 105. nu. 14. verſ. Vel ẽt
põt dici, li. 3. Burſ. conſ. 91. nu. 11. lib. 1. ideo ẽt hodie
per ſucceſſorẽ declarari põt. Tertio eo magis permiſ
ſum eſt Do. Cæſari declarare caducitatem incurſam
propter alienationẽ factam tpe anteceſſoris, quia nõ
ſolũ alienatio prohibita erat de iure cõi iuxta l. fi. C.
de iur. emph. c. potuit. de locat. ſed ẽt ex expreſſo pa
cto in inſtrõ appoſito, vt bona illa in totũ vel in par-
32 tem alienari nõ poſſent, † quod pactũ vt aliquid ope
retur, intelligendum eſt, vt nec cum conſenſu domi-
ni alienatio fieri poſſit, ſecundum Bero. conſ. 122. nu.
5. & ſeqq. lib. 1. Corbol. in d. tit. de cauſ. priua. ob alie
na. irrequiſit. domin. fact. ampliat. 10. quo fit, quòd li
cet caducitas nõ fuerit declarata per anteceſſorem,
non noceat ſucceſſori, quia ſtante dicto pacto, em-
phyteuta priuatus fuit ipſo iure, & caducitas per au
ctorem remitti non potuit neque expreſſe neque ta-
cite, non declarando caducitatem, vt declarat Bero.
in d. conſ. 122. nu. 7. & ſeqq. multis, quem ſequitur
Corbol. in alleg. loco. Additur quarto rectorem repe
riri in poſſeſſione fere oĩum dictorum bonorum, &
caducitatem allegare excipiendo contra dictam mu
lierem agentem pro recuperatione dictorum bono-
33 rum† & excipiendo caducitas allegari poteſt ẽt per
ſucceſſorem, licet agendo allegari non poſſet. Curt.
iun. in tract. de feud. in 4. par. princ. in fi. Senat. Pede-
mont. deciſ. 29. nu. 13. verſ. Verum tamen, in fin.

Minus nocet ſi dicatur, quòd aliqua tantum bona
34 fuerũt alienata, & ex alienatione† emphyteutas pri-
uatos tm̃ fuiſſe re alienata, non alijs bonis non alie-
natis, vt de feud. dixit gl. in c. 1. §. Callidis. in ver. amit
tat. de prohib. feu. alien. & pro cõi ſequitur Iul. Clar.
in §. feudum. qõ. 31. verſ. ſed pone, & de emphyteuſi
idem concludunt Iaſ. in l. fi. n. 125. C. de iur. emphyt.
Corn. conſil. 67. lib. 2. Ale. conſ. 99. nu. 28. lib. 5. Curt.
ſen. conſ. 70. nu. 9. Grammat. deciſ. 49. quam opinio-
nem cõem eſſe teſtantur Iul. Clar. in §. Emphyteuſis,
q. 13. in fin. Michael de Graſſ. in ſuis commun. opin.
lib. 1. c. 16. q. 3. & Aurel. Carbol. in d. tit. de cauſ. pri-
35 uat. ob alien. irrequiſit. domin. ampliat. 42. † Quoniã
reſpondeo, dictam cõem opinionem procedere, quã
do ex alienatione quis delinquit in rem tantum, vt
quia rem alienauit ſine conſenſu domini, ſed tam-
quam feudalem ſeu emphyteuticam, & facta cõme-
moratione domini directi. Sed quando res alienata
fuit vti allodialis, vel ſimpliciter nulla facta mentio
ne, ꝙ ſit feudalis ſeu emphyteutica, quo caſu præſu-
mitur alienata vti allodialis, & in præiudicium do-
mini directi, ſecundum Iaſ. in d. l. fin. nu. 68. poſt Sali-
cet. ibi, nu. 8. Bero. conſ. 102. nu. 60. lib. 1. Corbol. in d.
ampliat. 42. num. 8. tunc vaſallus ſeu emphyteuta ex
alienatione partis priuatur in totũ, quia ita alienãs
delinquit in perſonam domini, & ratione offenſio-
nis perſonæ domini, quæ non põt pro parte fieri, tota
re priuatur, vt declarant Rolan. à Vall. conſil. 17. nu-
me. 10. & ſeqq. vſque ad finem li. 2. Cephal. conſ. 139.
per totum præſertim, nume. 21. & ſeqq. lib. 1. Corbol.
in dicta ampliat. 42. num. 7. Bero. in dicto conſil. 102.
36 nume. 63. † qui id procedere dicit etiam de æquita-
te canonica, nam quod dicitur de æquitate canoni-
ca alienantem priuari parte tantum alienata, locum
habet, quando res vt emphyteutica alienatur, ſecus
ſi tamquam allodialis, ſed in occurrenti caſu pręſup
ponitur conſtare de alienatione, nec apparet quòd
fundus fuerit alienatus vt emphyteuticus, ideo ex
eius alienatione pœna in totum incurſa fuit. Præ-
37 terea † quæſtio redditur magis clara ex eo, quod
tempore factæ locationis fuit expreſſe conuentum,
quod

quod bona locata non poſſent alienari in totum vel
in partem,quod pactum vt aliquid vltra prohibitio-
nem iuris communis operetur,intelligitur, vt ex alie
natione etiam patris,emphyteuſis in totum deuolua
tur,vt oſtendit Bero.conſ.122.col.1.& 2.lib.1.

Nec obſtant ea , quæ pro ſorore adducta fuerunt.
Primum quidem obiectum quòd ſoror fuerit vocata
ad emphyteuſim,ſatis ex ſupra adductis remouetur.
Conſtat enim ex lectura inſtrumēti locationis admic
tendam fuiſſe feminam deſcendentem à Vincentio,
Leonello,& Ioāne Baptiſta,non tranſuerſalem & ex-
traneā,& in hoc tenor inueſtituræ attendi debet,c.1.
de duob.frat.à cap.inueſt.c.1.in finalib.verbis in præ-
lud.feu.cū alijs ſupra adductis,& ab eius verbis non
eſt recedēdum,l.fideiuſſores magiſtratuū,§. Aurelio,
ff.de fideiuſſ.l.ſi quis ſtipulatus ſit Stichum aut Pam-
philum,ff.de verb.oblig l.Quidquid aſtringendæ,eo.
tit.& fatentur illi, qui pro ſorore reſponderunt. Nec
38 ex hac intelligentia reſultat abſurditas aliqua † nec
intrat diſpoſitio l.ſi viua matre , C.de bon.mat. quia
non dicimus fuiſſe vocatam deſcendentem ea filia ,
quo caſu militaret præſumptio l.ſi viua matre.ne me-
lioris conditionis ſit neptis ex filia quam ipſa filia,
ſed dicimus fuiſſe vocatam deſceudentem Vincentij
ſeu fratrum, in quibus terminis diſpoſitio dictæ l.Nō
39 procedit,quia non eſt inconueniens† quòd neptis ex
filia,quæ nititur iure patris, ſit melioris conditionis,
quam ſit filia,vt poſt Alex.in l.illam,num.8.& 9.C.de
coll.Ruin.conſ.143.num.9.lib.2. declarant Rim.iun.
conſ.358.num.182.& ſeqq.lib.2.Cepb.conſ.46.n.35.
& ſeq.lib.1.& not.Hier.Gabr.conſ.100.nu.16.li.4. &
etiam quia agitur de re patris ſeu matris, in qua pro
cedere poſſet præſumptio d.l. Si viua matre:ſed agi-
tur de re conceſſa Vincentio,Leonello, & Ioanni Ba-
ptiſtæ non intuitu patris,ſed filiorum contēplatione,
vt dixi ſupra , nec emphyteuſis acquiſita fuit à patre
ex re ipſius patris,ſed ex re filiorum, quia filij non ſo-
lū ſoluere debebant pro canone quolibet anno duca-
tos quinque,ſed ēt debebant ædificare domū, & plan
tare arbores , ꝓut pater vti legitimus adminiſtrator
40 filiorum promiſit,† & melioramenta illa ex conuen-
tione facienda ſuccedunt loco pretij bonorum in em
phyteuſim conceſſorum, ceduntque in vtilitatem ec-
cleſiæ,nec ab ea ſunt reſtituenda,ſi aliter non fuit cō-
uentum,vt per tex.in l.fundi partem,ff.de contraben.
empt.& not.per Bal.in l.pen. in addit.ff.de loc.dixit
Ari.Pin.in l.s.p.s.c.3.n.10.C.de reſcin.vend. Vnde cū
à filijs prædicta eſſent facienda,conueniēs fuit ad em
phyteuſim magis admittere feminam deſcendentem
ab eis,quorū pecunia emphyteuſis acquiſita fuit , ex-
cluſa ſorore tranſuerſali & extranea,quæ licet deſcē-
dat à Franciſco patre,nulla eius erat habenda ratio,
cū pater ipſe nihil aliud fecerit,niſi ꝙ tāquam nudus
miniſter cum notario pro Vincētio,Leonello, et Ioā-
ne Baptiſta ſtipulatus fuit,& maius abſurdum ſeque
retur, ſi vigore dicti pacti fuiſſet admittēda ꝓximior
femina deſcendens à Franciſco,& ſic ſoror Vincentij
& fratrum,quia ſic melioris cōditionis efficeretur ſo
ror extranea,cuius opera vel impēſa nihil fuit acqui-
ſitum , quam eſſet femina deſcendens à Vincentio et
fratribus,quibus in effectu emphyteuſis conceſſa fuit
propter melioramenta ab eis facienda et canonē per
eos ſoluendum,quod non eſt dicendum , nec creden-
dum voluiſſe extraneos deſcendentibus emphyteuta
rum præferri,arg.l.cum acutiſſimi,in fin.cum ibi not.
per Doct.C.de fideic.et per Doct.in l.cum auus, ff.de
cond.et demonſt.cum ſimil. Et eo magis id dicēdum
cenſeo , ſi tempore factæ locationis filia Frāciſci erat
nata,ſi quidem Frāciſcus intellexiſſet filiam ſuam in

deſectum maſculorū ad emphyteuſim debere admit-
ti facile ſibi fuiſſet eam expreſſe nominare, & ad em-
phyteuſim vocare,prout nominauit Vincētium,Leo-
nellum & Ioannem Baptiſtam , quod cum non fece-
rit , credendum eſt de ea non ſenſiſſe, arg. l.vni. §.vbi
autem,ver.ſin autem ad deficientis, C.de caduc.toll.
& c.ad audientiam,in fi.de decimis.

Neque repugnat quod dicitur rectorem teneri ad
41 renouandum emphyteuſim.Primo † quia communis
regula in contrarium adducta procedit,quando fini-
ta emphyteuſi prælatus vult bona emphyteutica alte
ri concedere , eo quidem caſu magis debet renouare
cōſanguineis quam extraneis,& ſi prælatus bona ex-
traneo concederet,conſanguineus conqueri poſſet &
ad ſuperiorem recurrere.Iaſ.conſ.263.num.35.lib. 3.
Gozad.conſ.39.nu.18.ver. Tertio.Verallus dec.304.
42 par.1.Bero.conſ.104.num. 10.lib.1.Sed†quando præ-
latus(vt hic)vult bona retinere pro eccleſia,non com
pellitur ad renouandum,vt limitando dictam regulā
declarant Abb. in cap. bonæ,el 2.num.28. de poſtul.
prælat. Ripa in l.1. num. 9. ff. de priuileg. credit. Iaſ.
dicto conſil.263. num.35. Gozad.conſil.39. num. 18.
verſiculo, Tertio , aſſerens ab opinione Abbatis non
eſſe recedendum , cum maximæ ſit auctoritatis apud
canoniſtas. Curt. ſenior conſil. 47. num. 10. Franc.
Becc. conſil.101. num.93.Socin.iunior conſil.9.num.
25. & ſeq. libro 3. Iul.Clar. in §. emphyteuſis, quæſt.
43. in fin. Ruin. conſil. 152. per totum , libro 1. Bero.
conſil. 104.num.3.libro 2.quę limitatio communiter
approbatur,vt teſtantur Franc. Becc.in addit.ad Iaſ.
in dicto conſil. 263. littera R. Soarez , recept. ſentent.
in verb.emphyteutæ,nu.123.Benint.deciſ.19. Ioſeph
Ludou.in deciſ. Peruſ.17.in fin.par. 1. quam vti com-
munem ſequuta eſt Rota Rom. coram Capiſucco die
13. Iunij 1552. vt reſtatur Veral. deciſ.304. par.1. &
probatur iſta limitatio ſecundum Ruin. d. conſ.152.
nu.3.per tex.in §.quod autem,ver.neque. Auth.de nō
43 alien.†vbi dicitur non valere pactum,quòd poſt fini-
tam tertiam generationem eccleſia teneatur eādem
rem de nouo concedere proximiori,& quod deberet
ſemper alijs præponi, quia hoc nihil aliud eſt , quam
per machinationem & reuolutionem perpetuam eis
emphyteuſim concedere,& priuationem rerum eccle
ſiaſticarum agi.qui textus rectè probat eccleſiam nō
teneri ad renouationem emphyteuſis,quia ſi ad id de
44 iure teneretur,potuiſſet idem in pactu deduci † quia
quidquid à lege permittitur, in pactū deduci poteſt ,
l.nō impoſſibile.vbi omnes,ff.de pact.prout declarat
Ruin.in d. conſil. quæ limitatio bona ratione confir-
matur per Beninten. in d.deciſ.19. in fi.nam ſicut ec-
cleſia non poteſt agnatos non comprehenſos in inue
ſtitura cogere ad accipiendum renouationem , pari-
ter nec eccleſia compelli debet ad renouandum , qñ
45 vult pro ſe retinere,vt æqualitas ſeruetur.†& hæc opi
nio eo magis ſecundum Benint.amplectēda eſt, quia
fauet eccleſiæ,& in conflictu opinionum illa eſt tenē-
da,quæ magis fauet eccleſiæ,ex quib. conuincitur ma
46 le ſenſiſſe† Dec.in conſ.131.nu.3.ver. 2.dum dixit Ab-
batem loqui contra communem,& quòd opinio Ab-
batis deſtruit cōem,quia vere Abb. non loquitur con
tra cōem,ſed eam limitat, & eius limitatio cōiter ap-
probat,& eā vt cōem ſequuntur Rot.Rom.et Bonon.
vt teſtantur Veral.et Benint.in alleg.deciſionib. Nec
nocet conſideratio Decij,quod ea hac limitatione cō
munis opinio reddatur eluſoria , quia Prælatus ſem-
ꝑ poſſet dicere velle pro ſe retinere et ſic agnatos ex-
cludere,quia non præſumitur mentiri clericum aſſe-
rentem velle pro ſe retinere, et conſanguineus nō po
teſt conqueri, ſi eccleſia bona pro ſe retinet,vt reſpō-

39 poſſent † & verbum, petere, ex propria ſignificatione importat rei vendicationem, l. Actionum genera, ff. de actio. & oblig. l. pecuniæ, §. 1. ff. de verbor. ſignifi. Bar. per illum tex. in l. Vxorem, §. agri plagam, numero 1. ff. de legat. 3. & in l. ſed etſi pecunia, §. Item, de reb. cor. Corn. d. conſil. 29. num. 2. Aceriam quia abſoluerunt ſe ad inuicem per Aquilianam ſtipulatio-
40 nem legitime interpoſitam † ſub qua includuntur omnes actiones tã reales quam perſonales, l. Et voo, §. 1. ff. de accepilar. & Inſt. quib. mod. toll. oblig. §. Itẽ per acceptilationem, verſic. Eſt autem, & comprobatur per Doctores ſupra adductos in primo fundamẽto, vbi de importantia Aquilianæ ſtipulationis dixi. Erit igitur hæc generalis liberatio late intelligenda, vt omnia comprehendat, præſertim quia facta fuit inter matrem & filium, quo caſu ſolet extendi etiam ad ea, quæ in liberatione facta extraneo non venirẽt, vt probatur in d. l. Aurelius, §. Titius teſtamento, vbi Bartol. ff. de liber. legat. & tenent Dec. Soc. iunior, & Ceph. quos ſupra adduxi in tertio fundamento huius partis.

Ex quibus concludo dictam Dominam Margharitam agentem contra præfatum Dominum Matium filium, audiendam non eſſe, obſtante dicta tranſactione.

Cauſa prædicta, quæ inter matrem, & filium pendebat, fuit tranſactione ſopita, & abſque ſententia amicabiliter concordata.

ARGVMENTVM.

Debitor in quibus caſibus teneatur creditori ad intereſſe, ſiue fuerit in mora, ſiue non, & quomodo intereſſe conſideretur.

SVMMARIVM.

1 *Debitor ob moram ſoluendi pecunias debitas tenetur creditori ad intereſſe damni emergentis, & lucri ceſſantis.*
2 *Debitor qui promiſit ſoluere debitum certa die cum iuramento ſtatim illa elapſa ſoluere tenetur.*
3 *Iuramentum habet vim interpellationis, & debitorem in mora conſtituit.*
4 *Dies interpellat pro homine.*
5 *Mora cõmittitur per lapſum diei abſque interpellatione.*
Amplia ſiue dies fuerit expreſſa ſiue tacita, nu. 6.
Item etſi per interpretationem cenſeatur appoſita, numero 7.
8 *Mora principalis nocet etiam fideiuſſori, declaratur numero 34.*
9 *Mora conſtituitur per interpellationem.*
10 *Debitor non poteſt condemnari in expenſis primæ citationis, non præcedente interpellatione extraiudiciali, ſi citatus confitetur petita, ſecus ſi ea negauit.*
11 *Reus non condemnatur in omnibus expenſis, quando actor diſtulit producere inſtrumentum crediti, ſi reus illo producto ceſſit liti, ſecus ſi litem fuis proſequutus, & ſuccubuit.*
12 *Debitor quantitatis illiquidæ vt excuſetur à mora, et vſuris, interpellatus debet offerre aliquid cum depoſito pro reſiduo. Intellige de principali, non de obligato pro alio, num. 36.*
13 *Fideiuſſor tenetur ad intereſſe etiam citra moram. declaratur num. 39.*
14 *Debitor moroſus tenetur non ſolum ad intereſſe principale ſed etiam ad intereſſe ipſius intereſſe. Sed contra nu. 28. & 40.*
15 *Intereſſe damni emergentis debetur etiam ſine mora, maxime quando fuit deductum in conuentione. Intellige in intereſſe damni emergentis, declarando vt nu. 41.*
Et etiam debetur intereſſe ipſius intereſſe, nu. 16.
17 *Error calculi ſemper allegari poteſt, & quando de eo conſtat ex iterata computatione, executio impeditur.*
18 *Fideiuſſor non tenetur pro ijs quæ proueniunt ex alia cauſa, quam pro ea, pro qua fideiuſſit.*
19 *Fideiuſſor in certam cauſam vltra illam non tenetur.*
20 *Mandatum non præſumitur etiam ex curſu temporis.*
21 *Debitor non tenetur ad intereſſe antequam ſit conſtitutus in mora.*
Amplio quòd nec valet pactum in contrarium, nu. 22. declaratur, num. 41.
Et ſiue agatur de intereſſe lucri ceſſantis, ſiue damni emergentis, nu. 23.
24 *Mora pro illiquidis non committitur.*
Amplia etiam ſi debitor fuerit interpellatus expreſſe ſeu tacite per lapſum diei, & etiam ſi lis fuerit conteſtata, nu. 25. 33. & 35.
26 *Hæres debitoris non conſtituitur in mora antequam ſibi fiat fides de debito.*
27 *Fideiuſſor pro eo quod aliquis dare tenetur, non conſtituitur in mora antequam debitum probetur per iudicis ſententiam, aut alias legitimas probationes.*
28 *Intereſſe ipſius intereſſe non debetur, quando agitur de intereſſe lucri ceſſantis, nec debetur principaliter tamquam ſors.*
29 *Debitor excuſatur à mora, ſi non ſoluit quando creditor plus debito petijt.*
30 *Intereſſe vt peti poſſit quomodo ſit probandum, ſiue agatur de intereſſe lucri ceſſantis, ſiue damni emergentis.*
31 *Fideiuſſor mitius tractari debet quam principalis.*
32 *Iuramentum regulatur ſecundum naturam actus, ſuper quo interponitur.*
34 *Fideiuſſor non tenetur ad intereſſe ex mora principalis, quod qualiter procedat ibi declaratur.*
37 *Inhibitio obtenta à principali non iuuat fideiuſſores contractus.*
38 *Subſequentia declarant animum in præcedentibus.*
39 *Debitor ob ſuum delictum conſtituitur in mora ipſo iure, & tenetur ad intereſſe.*
42 *Promiſſio damnorum, & intereſſe in caſu inobſeruantiæ intelligitur, ſi fuerit in mora obſeruandi, & non aliter.*

CONSILIVM L.

DIFFICVLTAS præſentis conſultationis in eo conſiſtit præſuppoſito, quod Dominus Iulius Cæſar de Vbaldis, & Dominus Ludouicus Pertinus fideiuſſores Franciſci Braui obligati pro Illuſtriſſima Domina Conſtantia de Ballemibus in conductione Lacus Traſimeni ſoluerint debitum ſortis principalis, an teneantur ratione intereſſe ad ſummam, in qua per ſententiam condemnati fuerunt.

Et pro parte filiorũ Dñi Simeonis de Fabenis creditoris, dicitur ſententiam præfatam confirmãdam eſſe, quia conſtat iſtos fideiuſſores fuiſſe moroſos in ſoluendo ſcutos mille aliàs petitos, quo fit quòd ad intereſſe teneantur non ſolum iuxta formam inſtrumenti fideiuſſionis in quo intereſſe reſarcire promiſerunt: ſed ét iuris diſpoſitione attenta, † cum debi-
1 tor pecuniæ ſi fuerit in mora ſoluendi, teneatur creditori ad intereſſe non ſolum damni emergentis, ſed etiam lucri ceſſantis, l. 3. §. fi. vbi omnes, ff. de eo quod cert. loc. l. Vni. vbi Bartol. & ceteri, C. de ſentent. quæ pro eo quod intereſt. Didac. Couar. var. reſolut.

Iut.lib.3.c.4. in princ. Burſ. qui de communi teſtatur
conſ.68.num.10.lib.1. Mora autem deducitur.

Primo quia iureiurando promiſerunt repræſenta
re dictum Franciſcum infra quindecim dies,aliàs ſol
uere debitum pro quo ille in carceribus detinebatur,
2 † & ſtatim elapſis quindecim diebus debitum Fráci-
ſci ſoluere debebat abſque interpellatione propter
ſtimulum iuramenti, quo obligati erant. Spec.in tit.
de aduocat.nu.25.ver.ſed numquid. Ioan.Andr.Ant.
de Butr.Abb.& alij in c.breui,de iureiuran.Alex.in l.
2.§.voluntatem,nu.16.ff.ſolut.matrim. Curt.iun.con
3 ſil.74.nu.7. Etenim iuramentum † vim interpellatio
nis habet,& ſicut dies vel interpellatio debitorem in
mora conſtituit,ita iuramentum,cuius ſtimulo debi-
tor,quod debet creditori ſponte offerre tenetur. Cre
men.ſing.123.Fel.in c.licet alij,nu.4. de Simon. Rip.
in l.4.§.Cato,num.59 ff de verbor,obliga.Natt.conſ.
262.num.20.lib.2.Capic.deciſ.106.num.3.Grat.con
ſil.139.num.7. lib.2. vbi dicit opinionem Alexandri
contrarium tenentis communiter reprobari, Rub.
Alexandri.152.in fin.Doct.in l.Quod te, ff.ſi cer.pet.
vbi Iaſ.nu.22.& ſeq. Dec.n.43.qui de communi teſta
tur,Crauet.conſ.64.num.2.lib.1.Rol.à Vall.conſ.57.
num.45.& conſ.77.num.19.lib.1.& conſ.25.num.21.
& ſeq.lib.2.Anton. Gabr.in tit.de iureiur.concluſ.2.
Cephal.conſi.118.num.19.lib.1.Senat.Pedemont.de
ciſ.48.Rimin.iun.conſil.89.per totum,maximè num.
25.libro 1.

Secundo quoniam promiſſioni de repræſentando
fuit adiecta dies,infra quam Franciſcus repræſenta-
4 ri debebat,† & dies pro homine interpellat.l.magnã,
C.de contrah.ſtipulat.c. Potuit, locat. Alex.conſ.99.
nu.7.lib.4.Natt.conſ.226.nu.4.lib.1.Rip.in d.l.quod
te,num.34 ff.ſi cert.pet.Soc.iun.conſi.66.nu.17.lib.2.
& poſt alios Ant.Gabr.in tit.de ſolut.concl.9.num.1.
Rot.Genuen.dec.139.num.1.non fuit opus aliqua in
terpellatione ad inducendum moram;tunc enim in-
terpellatio exigitur, quando promiſſioni non fuit a-
diectum tempus , infra quod aliquid adimpleri de-
5 ber,ſecus ſi adeſt dies † quia tunc mora abſque inter
pellatione contrahitur ex lapſu diei.Iaſ.in l.ſi ita ſti-
pulatus eſſem,num.7. ff.de verb.oblig. Rim.iun.con-
6 ſil.89.nu.18.lib.1. † Et non ſolum ſi dies ſit expreſſa ,
ſed etiam ſi ſit tacita,l.2.in fin.C.de iur.emph.l.ſi ſti-
pulatus eſſem,vbi Alex.ff.de verb.oblig. Cephal.con
ſil.586.num.17.lib.4.Rol.à Vall. conſ.98.nu.9. lib.2.
Vel ſi dies eſſet incerta,Iaſ.in l.ſi ea legati cauſa, nu-
7 me.12.in 2.ampliat. ff.de verb. oblig. † Aut aliàs per
interpretationem cenſeretur appoſita. Soc.iun.conſ.
28.num.2.lib.1.

Tertio ſtante quod Franciſcus principalis fuit in
8 mora redeũdi ad carceres & debitum ſoluẽdi , † eius
mora nocebat Domino Iulio Cæſari & Domino Lu-
douico fideiuſſorib.l.ſi quis , ver.cum reus,ff.de vſur.
l.mora,ff.de verb.oblig.& ibi glo.Cagno.in l.in con-
demnatione, §.vnicuique,nu.3. ff.de reg.iur.Bal in l.
etſi poſt tres,nu.15. ff.ſi quis caut. Bero. conſ.193.nu.
42.& ſeqq.lib.1.

Additur quarto loco Dominum Iulium Cæſarem
fuiſſe interpellatum anno 1571. vt ſcutos mille ſolue
ret,& iterum tam Dominum Iulium Cęſarem quam
Ludouicum anno 1575. interpellatos fuiſſe, vt alia
9 ſcuta octingenta pro reſiduo ſoluerent † & ea dicta
interpellatione ambos fuiſſe in mora conſtitutos, cũ
hæc ſit interpellationis natura,l.ſi ea legati cauſa, ff.
de verb.oblig.l.mora,ff.de vſur.& Doctor. id notant
in vtroque loco.Dec.conſ.2. & quia non ſoluerunt tẽ
pore,quo fuerunt interpellati , tenentur ad intereſſe
etiam pro tẽpore præterito,cum ex mora ſubſequen-
ti deregatur,ꝙ nec ſoluiſſent,ſi à principio fuiſſent re
10 quiſiti † ad quod probandum facit Rom.in ſing.401.
qui dicit,ꝙ licet debitor non poſſit cõdemnari in ex-
penſis primę citationis,interpellatione extraiudicia
li non præcedente,id procedit , quando citatus com-
paret,& cõfitetur petita,ſed ſi citatus negauit,debet
in omnibus expenſis condemnari,quia iudex præſu-
mere debet reum negaturum fuiſſe debitum extra-
iudicialiter,ſicut negauit iudicialiter, & eũ ſequitur
Dec.in l.qui in alterius,nu.8. ff.de reg.iur. qui etiam
11 dixit † quod ſi actor diſtulit producere inſtrumentũ
ſui crediti, reus non debet condemnari in expẽſis an
tea factis,ſi liti ceſſit, ſed ſi litem fuit proſequutus &
ſuccubuit,debet condemnari in omnibus expenſis ẽe
factis ante productionem inſtrumenti,quia veriſimi
le vr̃,quod etiam ſi à principio notitiam habuiſſet de
inſtrumento poſtea producto,non ceſſaſſet à lite.

Quinto quia debitum Franciſci erat liquidum,for
12 tius hæc procedunt † quæ admittenda eſſent etiam ſi
fuiſſet illiquidum, poſtquam rei interpellati non ob-
tulerunt aliquid cũ depoſito pro reſiduo, prout opus
erat,vt à mora excuſarentur , l. ſtatu liber rationem,
& l.ſeruus ſi hæredi , ff. de ſtat. lib. l. ſi reſiduum, vbi
Bal.C.de diſtr.pignor.Ang. & Imol.in l.4.§.ait Præ-
tor,ff.de re iud.vbi Alex.nu.7.Soc.conſ.80.nu.3. pro-
pe fin.verſ.Præterea & ſecundo,lib.3.Cæpo.caut.17.
Afflict.deciſ.205.num.4.& ſeq.Rot.Genuen.164 nu.
21.Iaſ.in d.l.Quod te,num.8.ſi cert.petat.& ibi Maſ-
ſuer.in addit.

Sexto hæc admittenda eſſe aſſeritur etiam pro tẽ-
pore ante interpellationem , quia Dominus Simeon
fuit impeditus agere facto debitorum ob inhibitio-
nes Auditoris Camerę ad inſtantiam dicti Franciſci
emanatas.

Septimo ſcribentes pro Dñis de Fabenis præten-
13 dunt † ꝙ quamuis fideiuſſores iſti non fuiſſent in mo
ra,nihilominus etiam citra morã ad intereſſe tenean
14 tur,iuxta conſ.Bero.193.libr.1. † & obligatos etiam
eſſe non ſolũ ad intereſſe immediatum & principale,
ſed ẽt ad intereſſe ipſius intereſſe, ſecundum Cagno.
in l.curabit,nu.69. C.de action.empt. l.Vni.num.45.
& ſeq.C.de ſent.quæ pro eo quod inter. Rot.Genuen.
dec.134.nu.4.Burſ.conſ.68.num.42.lib.1.

Poſtremo quia præſupponitur Actores paſſos eſſe
ẽt intereſſe damni emergentis,dicitur moram nõ eſ-
15 ſe neceſſariam † cum hmõi intereſſe debeatur ẽtci-
tra morã, maxime qñ in cõuentionem,vt hic, deduci
tur.Cortad. & Turr. Cremat. quos refert & ſequitur
Rebuff.in repet.l.Vni.in princ.nu.13.ver. Immo licet,
C.de ſent.quæ pro eo , ꝙ inter. & Virgil.de Bocca. in
16 tract.vti poſſid.cap.18.nu.70.† Et qñ agitur de inte-
reſſe damni emergentis , exigitur ẽt intereſſe ipſius
intereſſe, quidquid in intereſſe lucri ceſſantis dicen-
dũ ſit,vt not.Rot. Genuenſ.dec.87. nu.9.quod ſentit
etiam Vrſill.in addit.ad Afflict.in dec.291.nu.6.

Verum re maturè conſiderata , arbitror ſenten-
tiam præfatam eſſe reuocandam,& vt id clarè oſten-
datur,ſciendum eſt iſtos fideiuſſores anno 1569. pro-
miſiſſe ſoluere debitum Franciſci,& ex prætenſo cal-
culo facto anno 1581. patet debitum ſortis non exce
dere ſummam ſcutorum 802. ſed verè eſt in minori
ſumma, videlicet in ſcutis 630.tantum , & in calculo
17 adeſt error , qui † ſemper allegari poteſt antequam
ſuper eo tranſigatur. Et quando ex iterata compu-
tatione de errore conſtat, executio impeditur,l.Vni.
vbi Alexand.Dec.& alij,C.de erro.calcul. late Tobi.
Noni.conſil.63.nume.29.& ſequent. De errore con-
ſtat manifeſte, quia in calculo ad creditum Illuſtriſſi
mæ Dominæ Conſtantiæ ponitur longe minor ſum-
ma

ma eius vero credito. Nec dici poteſt creditum Do-
minę Conſtantiæ diminui ex quantitatibus pecunia
rum ſolutarũ filijs eiuſdem pro eorum indigentijs,
vt in libris dicitur, quia creditum D. Conſtantiæ eſt
ex cauſa ſocietatis Lacus, & Franciſcus fideiuſſor di-
ctæ D. Conſtantiæ ex dicta cauſa tantum tenebatur,
nec potuit dictum creditum ex alijs cauſis extingui
28 in præiudicium ipſius Franciſci † qui pro conductio
ne tantum Lacus fideiuſſerat, nec tenebatur pro ijs,
quæ ex alia cauſa proueniebant, vt poſt Bar. in l. quæ-
ro, ff. de locat. & Iaſ. in l. centum Capuæ, col. fin. ff. de
eo quod cert. loco dixit Burſat conſ. 193. nu. 6. lib. 2.
29 generaliter enim diſponitur † fideiuſſorem in certã
cauſam, vltra illam non teneri, l. ſi vltra, & l. blandi-
tijs, C. de fideiuſſ. Abb. conſil. 75. lib. 2. Alex. conſil. 41.
in fi. lib. 6. Rolan. à Val. conſil. 58. num. 10. lib. 1. Rim.
iun. conſil. 135. nu. 8. lib. 2.

Quinimo etiam dico, ꝙ cum pecuniæ illæ ſolutæ
fuerint filijs Do. Conſtantiæ pro eorum indigentijs,
nec conſtet fuiſſe ſolutas de mandato dictę Dominę,
30 & † mandatũ non præſumitur etiam ex curſu tempo
ris. Bald. in l. 2. C. ſi ex fal. inſtrumen. Dec. conſil. 437.
Crauet. conſil. 317. in princ. lib. 2. Cephal. de cõmuni
conſil. 65. nu. 16. lib. 1. Nec in præiudicium d. Do. Con
ſtantiæ de eis ratio haberi poſſet, præſertim quia cũ
in libris in ratione dictæ Do. Conſtantiæ in duabus
poſtis tantum dicatur pecunias ſolutas fuiſſe de mã
dato d. Dominæ, oſtenditur in alijs, in quibus nihil
de mandato dicitur, mandatum non præceſſiſſe, veri
ſimile quidẽ eſt, ꝙ ſicut in duobus locis de mandato
fit mentio, ẽt in alijs idem fuiſſe dictũ, ſi vere manda
tũ præceſſiſſet, quod cum non ſit factum, contrarium
præſumendum eſt, cum poſtę & rationes illæ ſint ſe-
paratæ, arg. l. vni. §. ſin autem ad deficientis, C. de ca-
du. tollen. & fac. not. per Alex. conſ. 55. nu. 6. verſ. non
obſtat quod tacitè, lib. 3. Soc. iun. conſil. 100. num. 20.
lib. 1. Crauet. conſil. 289. nu. 4. lib. 2. prope medium,
Corn. conſ. 230. col. 4. in fi. verſ. Vbi autem voluit, li. 3.
Cum igitur verum debitum ſortis fuerit ſcutorum
630. & Dominus Iulius Cæſar ſoluerit ſcutos mille,
apparet non ſolum illud fuiſſe extinctũ, ſed plus de-
bito fuiſſe ſolutum, & conſequenter aduerſarios non
poſſe retinere ſcutos 370. plus debito ſolutos, & con-
ſequi ſcutos 688. de quibus in dicta ſententia ex alia
cauſa, quam ratione intereſſe, ad quod intereſſe arbi
tror dictos fideiuſſores non teneri.

31 Primo, quia clara eſt iuris concluſio † debitorem
rõne retardatæ ſolutionis ad intereſſe non teneri an
tequam in mora ſoluendi ſit conſtitutus, l. 2. §. ſi na-
uis, C. ad leg. Rhod. de iact. l. lecta. & ibi Doct. ff. ſi cer.
pet. Bal. in d. l. 1. C. de vſur. & fruct. legat. Aret. conſ. 9.
col fi. Crauer. conſil. 87. col. fin. lib. 1. Rube. conſil. 20.
col. 2. Dec. conſ. 116. Cephal. conſ. 56. nume. 50. lib. 1.
& conſil. 398. num. 14. lib. 3 Franc. Becc. conſ. 105. nu
me. 24. Anton. Gabriel. in titul. de ſolut. concluſ. 10.
nu. 4. & latius Rim. iun. qui de communi teſtatur con
ſil. 52. nu. 54. lib. 1. & conſil. 218. nu. 105. & ſeq. lib. 2.
32 vbi nume. 106. † ſubdit non valere pactum, quòd an
te moram intereſſe debeatur, & ad id probandum,
adducit Aret. conſ. 141. col fi. Crauer. conſil. 320. nu-
me. 2. lib. 2. Tob. Non. & alios. Et quod intereſſe an-
33 te moram non debeatur † ſiue de intereſſe lucri ceſ-
ſantis ſiue damni emergentis agatur, firmat Didac.
Couar. var. reſolu. lib. 3. cap. 4. nume. 2. verſic. deinde.
Ioan. Bapt. Lup. in tract. de vſur. commen. 1. §. 6. num.
109. vbi poſt Nauar. in comment. de vſur. num. 46. aſ
firmat in hoc omnes Theologos conuenire, aliosq;
pro hac opinione adducit. At fideiuſſores iſti moro-
ſi non fuerunt, vt deducã, ĩõ ad intereſſe nõ tenẽtur.

Quod non fuerint in mora, ſatis probatur ex eo ꝙ
fideiuſſerunt pro Frãciſco Brauo fideiuſſore Illuſtriſ
ſimæ Do. Conſtantiæ occaſione Societatis Lacus, cu-
ius debitum illiquidum erat, ex quo ſocietas admini
niſtrata fuerat per cõſocios, & ipſa nihil geſſerat, &
ignorabatur, in quo debitrix remaneret, ſolum qui-
dẽ aduerſarij prætendunt, dictam dominam reman-
ſiſſe debitricem occaſione damni, & amiſſionis factæ
in dicta ſocietate, quod percipi non poterat ante ſo-
lidationem omnium computorum, Iccirco ſi fideiuſ-
ſores Franciſci aliquid non ſoluerunt, nõ fuerunt in
24 mora † cum mora pro illiquidis ceſſet. Bal. in l. acce-
ptam. in 6. oppoſ. nu. 19. C. de vſur. Afflict. deciſ. 205.
aſſerens per Sacrum Conſilium determinatum fuiſ-
ſe pro illiquidis moram non committi, antequã per
iudicem liquidatio fiat, & ibi late Vrſil. in addit. Ale
xan. conſil. 49. nu. 3. verſ. Et præſertim, li. 2. Quod for
tius eſt admittendum in propoſito, cum liquidatio
debiti dependeret à calculatione cõputorum totius
adminiſtrationis, quæ in ſe multa, & inuoluta nego-
tia continebat, vt not. Pet. de Ancha. conſil. 235. aliàs
236. prima facie, col. 2. ſequitur Crauet. conſ. 231. nu
me. 16. in fi. lib. 2. late Rimin. iun. conſ. 52. num. 6. 7. 9.
25 21. 53. & ſeq. & per totum conſilium lib. 1. † Et in tan
tum pro illiquidis ceſſat mora, quod etiam ſi fuiſſet
adiecta dies ſolutioni, & interpellatio præceſſiſſet,
quæ vt dictum eſt, debitorem in mora conſtituunt,
attamen quando debitum non eſt liquidum, mora
nec per diem neque per interpellationem immo ne-
que per litis conteſtationem inducitur. Anchar. in
d. conſil. 236. colum. 2. Crauet. conſil. 89. num. 5. lib. 1.
Burſat. conſil. 139. num. 65. lib. 2. Bauer. in tracta. de
mor. par. 3. nu. 8. Rip. in l. quod te, nu. 67. ff. ſi cer. pet.
Et quia prædicta procedunt etiam reſpectu princi-
palis debitoris, à fortiori ſunt admittenda in fauo-
rem fideiuſſorum, qui pro alieno facto tenentur, &
omnino ignorabant quid & quantum Domina Con
ſtantia principalis, & ſucceſſiue Franciſcus eiuſdem
fideiuſſor ſoluere deberent, vt in terminis not. gloſſ.
in l. qui in alterius, ff. de reg. iur. & comprobatur per
Bart. in d. l. quod te, nume. 15. vbi Rip. nu. 59. & 62.
& melius per Bauer. in tract. de mor. par. 1. nume. 24.
& par. 3. nu. 9. verſic. Octauo tempera. & faciunt ad-
ducta per Menoch. de arbitr. iud. quæſt. lib. 2. cent. 3.
26 caſ. 220. nu. 51. dum dicit † hæredem debitoris non
conſtitui in mora, niſi prius ipſi fiat fides de debito.
27 Opus igitur erat vt fideiuſſores Franciſci † moroſi
eſſent, & ad ſolutionem tenerẽtur, eiuſdem debitum
legitime iuſtificare vel per iudicis ſententiam, vel
per alias legitimas iudiciales probationes, vt in iſtis
terminis dicunt Doctor. in l. qui Romæ, §. Augerius,
ff. de verbor. oblig. vbi Soc. ſen. col. 5. ver. Tertio nota.
Alexand. num. 3. & Iaſ. num. 2. Quod nullo modo fa-
ctum fuit, ſed ſolum anno 1573. contra Dominum
Iulium Cæſarem tantum per ſententiam liquidatio
facta fuit, & contra Ludouicum numquam debitum
eſt liquidatum, nec eius occaſione conuentus, Iccir-
co poſt annum 1573. tantum Dominus Iulius Cæ-
ſar erat in mora, ſed Ludouicus numquam moro-
ſus fuit.

Secundo ſi poſt factam liquidationem cum Domi
no Iulio Cæſare anno 1573. ipſe fuiſſet obligatus ad
intereſſe, eius erit habenda ratio ſolum vſque ad an
num 1576. quo tempore cum Dominus Iulius Cæ-
ſar ſcuta mille ſoluerit, quæ non ſolum debitum ſor-
tis principalis, ſed etiã intereſſe, quod à dicto anno
1573. vſque ad annũ 1576. decurſum erat, extingue
bat, ſententia pro alijs ſcutis 688. iniuſtiſſima detegi
tur, nec ſuſtineri poteſt ex eo quod ipſius intereſſe

aliud

aliud intereſſe debeatur, quia præterquam quod ſcu-
ta mille excedunt debitum ſortis, & etiam intereſſe
vſque ad diē ſolutionis factæ, nihilominus, ſi aliquid
28 ſoluendum ſuperfuiſſet ratione intereſſe, † non debe
retur intereſſe ipſius intereſſe, etiam ſi mora interceſ
ſiſſet, quod in intereſſe lucri ceſſantis veriſſimum eſt,
quando debetur acceſſorie ea mora, & non principa-
liter tamquam ſors, ne res in infinitum trahatur, l. fi.
C. de vſu. rei iud. vt poſt Albet. de Roſ. & alios, decla
rat & bene Ruin. conſ. 55. nu. 16. & ſeqq. lib. 1. & Dec.
in c. cum venerabilis, nume. 61. de excep. Stracch de
mercat. in tit. de contra. mercat. nu 4. Anton. Gabr. in
tit. de ſol. concl. 10. nu. 4 & 5. Ceph. conſ. 85. num 8. &
ſeqq. li. 1. & late hanc opinionē comprobat Io. Bapt.
Lup. in tract. de vſur. commen. 1. §. 6. nu. 120. qui alios
huius ſententiæ adducunt, & contrarijs reſpondent.

Tertio ſi intereſſe ipſius intereſſe conſiderari poſ-
ſet, ceſſat in caſu noſtro, nam ſi anno 1575. de quo
petitio aliorum ſcutorum 800. facta fuit, aliquid pro
intereſſe fuiſſet debitum, illud erat penitus illiquidū,
& à fideiuſſoribus ignorabatur, & pro eo ceſſat mo-
ra, & conſequenter intereſſe, prout ceſſat: nam ſi quid
29 debitum tunc fuiſſet, id erat in parua ſumma. † Vnde
quia Dominus Simeon ſcuta 800. & ſic longe plus de
bito petijt, fideiuſſores iſti non ſoluendo à mora excu
ſantur. Bar. in l. qui ſolidum, ff. de leg 1. Sal. in l. mora,
nu. 9. ff. de vſur. Alex. qui de communi teſtatur in l. 1.
§. ſi ſtipulanti, nu. 8. ff. de verb. oblig.

Quarto creditur, nihil per Actores probari quod
ſufficiat, ad hoc vt intereſſe conſequi poſſint, non e-
nim ſatis eſt conſtare fideiuſſores iſtos nō ſoluiſſe, &
30 actores paſſos eſſe intereſſe; † ſed opus eſt probare,
quod retardata ſolutio fuit cauſa immediata ipſius
intereſſe paſſi, & quia iſti non ſoluerunt, actores ſunt
in dāno, nec ſufficit veroſimilis, & præſumptiua pro-
batio intereſſe, ſed neceſſario cōcludere, debet iuxta
Doct. Pau. de Caſtr. in l. 3. §. fin. num. 3. ff. de eo quod
certo loco. qui dixit probari debere per ſolitū nego-
tiari habuiſſe merces paratas ad emendum, & quod
propter defectum pecuniarum non potuit illas eme
re, & ſi illas emiſſet, tantum lucratus fuiſſet, & eum ſe
quitur Ia. ibi num. 8. Afflict. dec. 20. num. 20. Crauet.
conſ. 320. nu. 6 lib. 2 Dec. conſ. 116. & conſil. 322. in fi.
Natt. conſ. 450. num. 6 lib. 2. Rub. conſ. 20. & conſ. 88.
Roland à Vall conſ 35. nume. 13. lib. 1. lariſſime Rim.
iun. conſ. 218. num. 99. & ſeqq. libr. 2 vbi de communi
teſtatur, & alios multos pro hac opinione allegat,
qui omnes cōcludunt certitudinem lucri probari de
bere modo quo ſupra, vel aliter, & dictam opinionē
Paul. de Caſtr. approbauit etiam Rot. Rom. vt teſta-
tur Put. in dec. 237. lib. 1. ex quibus apparet opinionē
illam communiter approbari, & in iudicando & con
ſulendo eſſe ſequendam. Quæ procederet non ſolum
reſpectu intereſſe lucri ceſſantis, ſed etiam damni e-
mergentis, cum non ſufficiat probare, quòd debitor
non ſoluit in tempore, & quòd creditor pecunias ſub
vſuris accepit, niſi iuſtificetur, quod ob retardatam
ſolutionem illas receperit, ex quo poſſibile eſt ex alijs
cauſis recepiſſe, vt in terminis tenuit Rot. Roma. pro
ut teſtatur Mohed. in dec. 104. incipien. Simon Centu
ria agebat. inter manuſcriptas, quę probationes cum
hic factæ non fuerint, prætenſi intereſſe non videtur
habenda ratio.

Patet igitur ex prædictis ſententiam latam iuxta
tenorem dicti calculi, iniuſtiſſimam eſſe, cum in calcu
lo prædicto intereſſe ab anno 1569. vſque ad annum
1581. in ſumma ſcutorū 823. computetur. Et vlterius
in ſententia dicti fideiuſſores condemnātur ad intereſ
ſe vſque ad diem ſolutionis, & propterea vt iniuſta
31 reuocanda eſt † Præſertim quia iſti ſunt fideiuſſores
qui de damno euitando tractant. & alieno morbo la
borant, cum pro alio teneantur, cum quibus mitius
agendum eſt, vt per Sal. in tract. de mora. q. 2. princ.
nu. 37. & Ceph. conſ. 393 num. 55. lib 3.

Non obſtat quod dicitur de iuramento. Id enim
procederet, ſi certa ſumma fuiſſet in inſtrumento ex-
preſſa, ſed quia debitum Franciſci erat omnino illi-
quidum, nullo modo ante veram liquidationem fide
32 iuſſores in mora conſtitui potuerunt, † cum iuramen
tum reguletur ſecundum naturam actus, ſuper quo
interponitur, iuxta l. fin. cum ibi not. C. de non nume
ra. pecu. Dec. conſil. 240. nume. 2. & ſeq. cum aliis late
deductis per Seraph. de Seraph. de priuil. iuramenti.
priuileg. 49. num. 7. cum ſeqq.

Nec obſtat ſecūdum; dies enim adiecta fuit infra
quam repræſentari debeat Franciſcus, non aūt ſolu-
33 tioni debiti, vt elicitur ex inſtrumēto. Præterea † ēt ſi
dies eſſet adiecta ſolutioni, ante liquidationē debiti
mora non inducitur, Bauer. de mor. part. 3. Ripa in l.
Quod te, num. 67. ff. ſi cer. pet. Cran. Burſ. & alij, quos
ſupra adduxi in primo fundamento huius partis.
34 Minus nocet tertium † verum quidem eſt moram
principalis nocere fideiuſſori quoad perpetuandam
obligationem, ſecus eſt quoad illam augēdam, quia
mora principalis non auget obligationem fideiuſſo-
ris, l. 1. cum ibi not. ff. de in lit. iur. Nec ea mora princi
palis fideiuſſor ad intereſſe obligatur, l. fina. ff. de eo
quod cert. loc. & ita declarant Dec. & Cagnol. in alle
gato §. Vnicuique. Quod bene in hoc caſu procedit,
quia iſti fideiuſſores per verba tunc reſpicientia præ
ſens tempus, promiſerunt ſoluere debitum, pro quo
tunc detinebatur Franciſcus, quo caſu mora princi-
palis non auget obligationem fideiuſſoris, cum ſe nō
obligauerint ex omni cauſa, & per verba etiam futu-
rum reſpicientia. ita vt dici poſſit teneri ea mora prin
cipalis, vt diſtinguendo declarat Bero. ex aduerſo al-
legatus in d. conſ. 193. num. 35. & ſeqq. & nume. 45. &
ſeqq. & 54 libr 1. Præterea quia Franciſcus pro Illu-
ſtriſſima Dom. Conſtantia tenebatur, rationibus, de
quibus ſupra, etiam ipſum à mora excuſabant, cum
debitum eſſet illiquidum, & quia parum poſt dictam
obligationem Frācíſcus fuit capitaliter bannitus, &
etiam naturaliter deceſſit, non poterat conſiderari in
eo mora in præiudicium fideiuſſorum.
35 Nec reſiſtit quartum, quoniam interpellatio † mo-
ram non inducit ante liquidationem debiti, Crauet.
conſ. 89. nu. 5. lib. 1. Burſ. conſ. 139. num. 65. lib. 2. & di
xi ſupra, præterquam quod interpellatio pro ſcu-
tis mille anno 1571. facta fuit tantum Domino Iu-
lio Cęſari, nec nocebat Petrino, & minus afficiebat in
terpellatio facta tā Vbaldo quā Petrino anno 1575.
pro aliis ſcutis 800. quia vere tunc de dicta ſumma
nec etiam pro intereſſe debitores erant, vt ex præten
ſo calculo manifeſte liquet: Ideo licet non ſoluerint,
ex prædictis, & quia intereſſe erat illiquidum, à mora
excuſantur, vt dixi.
36 Pro reſpōſione ad quintum dicitur † oblatione o-
pus eſſe ad euitandam moram, quando agitur con-
tra principalem vel aliū pro facto proprio, qui ſciat
aliquid debere, & in iſtis terminis loquuntur Alex.
Rot. Genuen. & alij ex aduerſo allegati. Sed quando
agitur cōtra fideiuſſorem vel alium pro alieno facto
obligatum, in quo facti alieni præſumatur ignoran-
tia, maxime occaſione alicuius adminiſtrationis, tūc
excuſatur à mora licet aliquid non offeratur, vt not.
Anchar. d. conſil. 235. alias 236. column. 2. Vrſill. in
add. ad Afflict. in deciſ. 205. nume. 4. & eſt gloſ. nota-
bilis in dicta l. Qui in alterius, ff. de regu. iur. & eſt de
mente

mente omniũ, qui ex aduerſo allegãtur, & facit quod
not. Rip. in d. l. Quod te. nu. 62. & quod dixi in primo
fundamento huius partis. At ſi fideiuſſores, & Fran-
ciſcus pro Illuſtriſſima D. Conſtantia obligatus debi
tum ignorabant, quod ſciri non poterat niſi ex calcu
latione omnium computorum ſocietatis Lacus, cum
debitum ea damno, & amiſſione totius temporis tan
tum reſultet, vt conſtat ex calculo. Ideo ab omni mo
ra excuſandi ſunt.

Sextum facile ſubuertitur: Nam monitorium ob-
tentum à Franciſco anno 1569. nullum præbuit im-
pedimentum, quin agi potuerit contra fideiuſſores,
tum quia continet nudum mandatum de excarcerã-
do ipſum Franciſcum; tum etiam quia ſi inhibitionẽ
contineret, ex quo in eo fiebat mentio de fideiuſſori-
37 bus † inhibitio obtenta à principali non iuuabat fi-
deiuſſores contractus. Aret. conſ. 33. nu. 2. Bero. q. 77.
nu. 8. & poſt alios Lancil. de attent. par. 1. c. 3. nu. 15 n.
Et quia Simeon anno 1570. eo non obſtante cępit a-
gere contra D. Iulium Cæſarem, ſi antea non egit, nõ
38 euenit propter monitoriũ † vt ex ſubſequentibus ge-
ſtis elicitur, ex quib. animus in præcedentib. declara
tur. arg. not. p Bar. in l. ceteræ, §. ſed ſi parauit, nu. 3. ff.
de leg. 1. Dec. conſ. 283. nu. 8. verſ. Actus enim. cum ſi.

Septimæ obiectioni reſpondetur veram, & cõmu-
nem opinionem eſſe, quòd intereſſe abſque mora nõ
39 debetur. † Nec nocet Bero. ex aduerſo allegatus in
d. conſil. 193. in caſu enim ſuo concludit deberi in-
tereſſe ſine mora, quã probat ipſe, ex eo quod debi-
tor pecunias ſurripuerat, & ob delictũ ipſo iure mo-
ra committitur, vt dicit nu. 11. & ſeqq. multis. & nu-
me. 29. 32. & ſeq. At quando quis pecunias ſine deli-
cto retinet, concludit ipſe nu. 11. & per totum conſi-
lium intereſſe ante moram non deberi, quod pro no-
bis facit, quoniã fideiuſſores iſti ſine aliquo delicto
40 propter factum alienum obligati erant. † Quod vero
dicitur de intereſſe ipſius intereſſe, verum non eſt, &
opinio Cagnol. quam referunt Burſat. & Rot. Ge-
nuenſ. communiter damnatur, vt patet ex adductis
ſupra in ſecundo fundamento huius partis. Et ratio
nes omnes Cagn. reprobat Lup. de vſur. comment. 1.
§. 6. num. 120. & Decij, Ruini, & aliorum opinionem
circa intereſſe lucri ceſſantis ſequitur ead. Rot. Ge-
nuenſ. in deciſ. 87. nu. 8. ver. Dubitatum fuit, licet in
damno emergenti diſſentiat.

41 Vltimum † obiectum procederet, ſi à principio ex-
preſſe conuentum eſſet, vt ante moram intereſſe dã-
ni emergentis reſarciretur, & creditor ab alio retine
ret pecunias ſub vſuris, eo quidẽ caſu, quia creditor
qui pecunias dedit debitori redditur in damno reti-
nendo pecunias ſub vſuris ab alijs, quibus ſatisface-
re potuiſſet de pecunia, quam debitori ſuo dedit, pa-
ciſci poteſt, ꝙ donec debitor ille pecunias retinet dã
nũ creditori reſarcire teneatur, aliter enim nullo mo
do admittendum eſt ante morã intereſſe deberi, vt
declarat Nau. in nou. comment. de vſur. nu. 42. Lup.
in d. §. 6. num. 109. 112. & 124. vbi exempla ponit, &
declarat. Couar. var. reſolu. lib. 3. cap. 4. num. 5. pro-
pe fin. verſic. quod ſi vere. Verum quia in caſu, de quo
agitur, ita conuentum non eſt, ſed fideiuſſores promi
ſerunt repræſentare Franciſcum, aliàs debitum ſol-
uere, & ſucceſſiue ẽt promiſerunt omnia obſeruare,
aliàs pęnam, damna, & intereſſe ſoluere, non poteſt
intelligi conuentum, quod intereſſe ante moram præ
42 ſtetur † cum obligatio damnorum, & intereſſe in ca
ſu inobſeruantiæ interpretetur ſi in mora obſeruãdi
fuerint, & non aliter, vt not. Bar. in l. ſi duo, §. fin. ff. de
conſtit. pecun. Doct. in l. ſi quis maior, C. de tranſact.
vbi Caſtren. num. 3. Alex. num. 6. Iaſ. nu. 18. Alexand.
conſ. 109. in fi. lib. 5. Hieron. Gabr. conſ. 5. nu. 36. lib. 1.
Quòd verò dicitur in intereſſe damni emergentis ha
bendam eſſe rationem intereſſe ipſius intereſſe, ad-
mitti poſſet, ſi concurrerent requiſita, ex quibus fi-
deiuſſores ad intereſſe tenerentur, & conſtaret domi
nos de Fabenis pro ſoluendis vſuris pecunias ſub v-
ſuris recepiſſe, quæ in caſu noſtro non verificantur.
Iccirco ſecundum prædictam concluſionem pro iniu
ſtitia ſententiæ concludendum eſt.

*In cauſa prædicta poſt redditum conſilium nihil fuit re-
ſolutum circa merita cauſæ ac negotium principale, ſed ſo-
lum Dominus Locumtenens Reuerendiſſimi Domini Gu-
bernatoris Peruſini anno 1584. mandauit exequi dictam
ſententiam, quia prolata fuerat ſuper executione inſtrumẽ
ti, à qua ſtatutum Peruſinum omne fere remedium aufert
ad eius executionem impediendam, ſed facta executione re
petitionem concedit.*

ARGVMENTVM.

Quando femina in defectum maſculo-
rum ad emphyteuſim admittitur, an
intelligatur vocata tranſuerſalis ſeu de
ſcendens.

Caducitas ob alienationem bonorum
emphyteuticorum quando per ſucceſ-
ſores declarari poſſit.

Finita emphyteuſi quibus in caſibus ec-
cleſia teneatur illam renouare conſan-
guineis.

SVMMARIVM.

1 *Inueſtituræ tenor principaliter attenditur nec ab eius ver
bis receditur, & nu. 37.*
2 *Proximior ille eſt, quem nemo antecedit.*
3 *Emphyteuſim recipiens pro maſculis, & illis deficiẽtibus
pro vna femina, cenſetur voluiſſe vt propria ipſius filia
admittatur, non aũt neptis. Declaratur n. 38. cum ſeqq.*
4 *Verba etiam improprie accipiuntur, ne abſurdum ſequa-
tur, vt magis dilectus excludatur.*
5 *Veriſimile quod eſt actum cenſetur, & ad veriſimile ſem
per verba accommodantur.*
6 *Emphyteuſi finita dominus tenetur illam renouare proxi
miori, & ſi id denegat, appellari poteſt ad ſuperiorem.
Declaratur nu. 41. & 55.*
Ampliatur procedere ẽt in emphyteuſi eccleſiaſtica, n. 7.
*Et quamuis dominus vellet retinere pro ſe emphyteuſim,
nu. 8. Sed contra nu. 42. cum ſeqq.*
9 *Pater qui cum notario interuenit ad recipiendum emphy
teuſim conceſſam filijs tamquam nudus miniſter adhibi-
tus præſumitur.*
10 *Emphyteuſis conceſſa filijs noĩatis proprijs nominibus, eo
rũ tantum contemplatione non patris conceſſa cenſetur.*
11 *Dos relicta ab auo nepti proprio nomine nominatæ cenſe-
tur relicta contemplatione neptis.*
12 *Relatiuũ, is, ad proxima ĩmediate ꝑcedẽtia tãtũ refertur.*
13 *Extranea appellatur ſoror aliave perſona coniuncta ex la
tere tranſuerſali.*
14 *Emphyteuſis eccleſiaſtica ſui natura ad deſcendentes tan
tum tranſit.*
15 *Emphyteuſis recepta pro deſcendentib. non tranſit in ſoro
rẽ tranſuerſalem, cui verba inueſtituræ non conueniunt.*
16 *Sequentia declarantur ex præcedentibus.*
17 *Emphyteuſis conceſſa alicui pro ſe, & hærede declarando,*

intelli-

y

intelligitur de hærede deſcendente ab emphyteuta, nec alius eligi poteſt.

18 *Hæredis appellatione veniunt omnes hæredes etiam extranei.*

Fallit, quando conceditur emphyteuſis etiam pro hæredibus, quo caſu deſcendentes tantum veniunt, nu. 19.

20 *Præcedentia ex ſubſequentibus declarantur.*

21 *Emphyteuta alienans emphyteuſim irrequiſito domino, priuatur iure ſuo.*

Ampliatur etiam ſi ſuper hoc pactum aliquod non fuiſſet initum, nu. 22.

23 *Emphyteuſis alienata ſine conſenſu domini directi ad dominum redire debet, non ad alios in inueſtitura comprehenſos.*

24 *Vaſallus alienans irrequiſito domino, non præiudicat alijs vocatis ad feudum.*

25 *Caducitas non declarata per anteceſſorem, non poteſt declarari per ſucceſſorem.*

Fallit quando ob alienationem vel aliter ipſo iure cauſatur caducitas, nu. 26. cum ſeqq.

Limitatur etiam quando anteceſſor habuit ſcientiam caducitatis, ſecus ſi illam ignorauit, nu. 29.

Extende hanc limitationem, quòd ſtante ignorantia etiã contra ſucceſſorem emphyteutæ per ſucceſſorem domini declarari poteſt, nu. 30.

Fallit etiam quando expreßè fuit conuentum, vt alienatio fieri non poſſet, vt pactum aliquid operetur, 32.

Item ſi allegatur excipiendo, quo caſu etiam per ſucceſſorem allegari poteſt, nu. 33.

26 *Emphyteuta ob alienationem factam irrequiſito domino priuatur ipſo iure.*

27 *Pœna quæ ipſo iure incurritur ab hærede, & contra hæredem declarari poteſt.*

31 *Ignorantia caducitatis in dubio præſumitur.*

34 *Emphyteuta ſeu vaſallus alienans non priuatur tota emphyteuſi ſeu feudo, ſed parte tantum alienata.*

Limitatur quando res alienata fuit vt emphyteutica ſine cõſenſu domini, ſecus ſi vt allodialis ſeu ſimpliciter quia tunc emphyteuta, qui in perſonam deliquit, priuatur in totum, nu. 35.

Ampliatur hæc limitatio etiam de æquitate canonica, nume. 36.

Limitatur etiam quando fuit factum pactum, vt res emphyteutica in totum ſeu in partem alienari non poſſet, num. 37.

38 *L. Si viua matre, C. de bon. mater. intellectus, cum ſeq.*

39 *Neptis ex filio, quæ nititur iure patris, poteſt eſſe melioris conditionis quàm ſit filia.*

40 *Melioramenta facta ex conuentione in re emphyteutica ſuccedunt loco pretij nec reſtitui debent emphyteutæ ſeu eius hæredibus, ſi aliter non fuit conuentum.*

42 *Emphyteuſim finitam eccleſia non tenetur renouare proximiori ſi vult eam pro ſe retinere.*

Nec valet pactum à principio quòd renouari debeat, nume. 43.

Declaratur niſi rector in fraudem diceret velle pro ſe retinere, & poſtea alteri eam concederet, quia tunc agnatus poſſet petere reſciſsionem conceſſionis factæ extraneo, num. 47.

Nec tenetur renouare, quando conceſſio antiqua fuit prima, & ceſſat cauſa, ob quam facta fuit, nu. 48.

Seu ſi finita eſt emphyteuſis ob culpam emphyteutæ, nume. 49.

Et quando fuit factum pactum, quod finita emphyteuſi res libere reuerteretur ad dominum, nu. 50. & 54.

Et ſi proximior non petijt reuocationem infra annum, nume. 56.

44 *Pactum fieri poteſt de omni eo quod à lege permittitur.*

45 *Opinio illa ex contrarijs eſt ſequenda, quæ fauet Eccleſiæ.*

46 *Dec. conſ. 131. nu. 2. reprobatur.*

51 *Verbum libere, idem importat, quod plene.*

Item pleno iure, num. 52.

Et ſine aliquo impedimento & contradictione, nu. 53.

Et quod res reuertatur ſine ſpe retractationis, & vlterius quis inquietari non poſſit, nu. 54.

56 *Conſanguineus qui non petijt renouationem inueſtituræ infra annum excluditur.*

Intellige data ſcientia, quia annus non currit ignoranti, num. 57.

Item ſi dominus retinet rem pro ſe, ſecus ſi extraneo eam conceſſit, quia tunc infra 30. annos conſanguineus agere poteſt, nu. 58.

59 *Emphyteuſis quando ea finita concedi debet proximiori non eſt concedenda pro ſolita reſponſione, ſed pro pretio, & cum pactis, cum quibus extraneus illam recipere vellet.*

60 *Emphyteuſis antiqua eccleſiæ renouari poteſt taliter, vt cedat in euidentem vtilitatem eccleſiæ tempore refirmæ, nec ſatis eſt tempore primæ conceßionis fuiſſe habitã rationẽ vtilitatis, & aliter facta redditur nulla, cum ſeqq.*

61 *Extrauag. Pauli ſecundi incipiens, Ambitioſe, de rebus eccleſ. non alienan. permittens locationem rerum eccleſiæ, quæ ab antiquo in emphyteuſim concedi ſunt ſolitæ, & hoc in euidentem eccleſiæ vtilitatem, qualiter intelligatur.*

CONSILIVM LI.

Reverendvs Donnus Paulus Maſſarellus cõceſſit in emphyteuſim nonnulla bona Eccleſiæ Dominis Vincentio, Leonello, & Ioanni Baptiſtæ filijs Domini Franciſci de Leonellis abſentibus, ac dicto Domino Frãciſco patri ac Notario præſentibus, & ſtipulantibus pro dictis Vincentio, Leonello, & Ioanne Baptiſta, & eorum ac cuiuslibet eorum filijs & nepotibus maſculis legitimis & naturalibus, de legitimo matrimonio per rectam lineam deſcendentibus vſque in eorum tertiam generationem finitam, & illis deficiẽtibus pro vna femina proximiore ex legitimo matrimonio deſcendente. Deceſſerunt Domini Vincẽtius Leonellus, & Ioannes Baptiſta ſine filijs, ſuperſtite Domina Prudentia ſorore germana, quæ prætendit conſequi debere dicta bona. Superiori anno interrogatus à Reuerendo Donno Cæſare ſucceſſore dicti Donni Pauli in beneficio, dixi Dominam Prudentiã ad emphyteuſim admitti non poſſe. Verum quia plures contrarium reſponderunt, intentio dicti Donni Cæſaris valde dubitabilis redditur.

Primo quia ex forma inſtrumenti locationis, cu-
ius tenor principaliter videtur conſiderandus, cum
1 † tenor inueſtituræ principaliter attendatur, c. 1. de
duobus fratr. à Cap. inueſt. c. 1. in finalibus verbis, &
ibi Bald. in prælud. feud. cap. 1. §. Denique, quæ fuit
prima cauſ. benef. amitt. Bal. conſi. 109. lib. 4. Neuiz.
conſil. 10. numer. 1. clarè videtur apparere feminam
iſtam fuiſſe in dicta locatione comprehenſam. Fuit
enim conceſſa emphyteuſis pro maſculis, & illis de-
ficientibus pro vna femina proximiore & Domina
Prudẽtia ſiue ſucceſſio Franciſci patris ſiue fratrum
2 attendatur, proximior eſt, cum nemo † eam antece-
dat, l. proximus, ff. de verborum ſignific. nec verba il-
la, pro vna femina proximiore ex legitimo matrimo
nio deſcendente, obſtare videntur, quia intelligun-
tur non ſolum de femina deſcendente à Dominis
Vincentio, Leonello, & Ioanne Baptiſta, ſed etiam
de deſcendente à Domino Franciſco patre, qui em-
phyteuſim

Digitized by Google

3 phyteuſim ſtipulatus fuit. † Equidem veriſimillimũ
eſt, intentionem Dom. Franciſci, cuius intentio, & aſ-
fectio ſpectanda eſt, quia ipſe emphyteuſim acquiſi-
uit filijs iuxta not. per Bar. Imo. & Alea. in l. Quod di
citur, ff. de verb. oblig. fuiſſe, quòd mortuis maſculis
propria ipſius filia ad emphyteuſim admitteretur,
non autem vt filia excluderetur, & neptis tantum ad
mitteretur, arg. l. ſi viua matre, C. de bon. mater. & a-
4 liud dicere eſſet valde abſurdum, † & ſemper ne ab-
ſurdum ſequatur, vt magis dilectus remaneat exclu-
ſus, verba etiam impropriè accipiuntur, Bart. & alij
in l. Gallus, §. etiam ſi parente, ff. de liber. & poſthum.
cum alijs adductis per Hieronymum Gabr. conſ. 96.
nu. 19. libr. 1. cum igitur veriſimile ſit voluiſſe filiam
5 Dom. Franciſci ad emphyteuſim admitti, † creden-
dum eſt ita inter patrem recipientem & Donnũ Pau
lum concedentem actum fuiſſe, l. ſemper in ſtipula-
tionibus, ff. de reg. iur. quia vulgarum eſt mentem po
tiſſimum attendi etiam in contractibus, Tiraquel. in
l. ſi vnquam, in verſic. liberis, nume. 47. C. de reuocan.
donat. & eius quod eſt veriſimile tanta eſt vis, vt ad
illud ſemper verba accommodentur, d. l. ſemper. Ti-
raq. in d. l. ſi vnquã. in prin. nu. 42. Euerar. in Topic. in
loco à veriſimili cap. 5. gl. in l. Tale pactum, ff. de pact.

Secundo ſi Domina Prudentia non eſſet admitten
da tamquã vocata in inſtrumento locationis, illi, qui
pro ea reſponderunt, dicunt adhuc eadem bona illi
6 concedi debere, nam quando † finitur emphyteuſia
propter extinctam generationem, directus dominus
tenetur illam renouare proximiori, etſi dominus re-
nouationem denegat, poteſt appellari ad ſuperiorẽ,
ad quem datur recurſus ad effectum vt dominum ad
renouationem compellat, l. 1. §. permittitur, vbi glo.
& Bart. ff. de aqu. quoti. & æſti. l. 1. in fin. & ibi Bart. ff.
de priuil. credit. Anton. de Butr. in c. 1. de locat gloſ.
in ca. bonæ memoriæ, & ibi Card. Florent. de poſtul.
prælat. Bald. in c. in præſentia, nu. 20. de probat. Dec.
conſil. 131. Aleaand. conſil. 80. numer. 11. libr. 1. Tob.
Noni. conſil. 3. num. 3. Curt. ſen. conſil. 47. numer. 8. &
9. Rom. conſil. 22. in vlt. dubio. Petr. de Anchar. conſ.
173. incip. Dominus Lazarius, aliàs 174. col. 3. verſic.
Vlterius aduertendum. Imol. conſil. 38. Marſil. ſing.
419. Ruin. conſil. 151. num. 16. libro 1. & communiter
fere ab omnibus approbatur, vt teſtantur Iaſ. conſil.
263. num. 8. & 34. lib. 3. Viuius in ſuis commun. opin.
in verb. Emphyteuta, verſic. Emphyteuſi finita, Rim.
iun. conſil. 444. num. 10. & ſequent. libro 4. Anton. Ga
briel. in ſuis concluſ. in titul. de iure emphyt. concluſ.
1. in princ. Ioſeph. Ludou. in dec. Peruſ. part. 1. dec. 17.
7 in fin. Iul. Clar. in §. Emphyteuſis, quæſt. 43. † Quæ con
cluſio procedit etiam in emphyteuſi eccleſiaſtica. An
charan. dicto conſ. 173. Aleaand. dicto conſil. 80. lib.
2. Dec. conſ. 131. & conſil. 328. colum. vlt. Roman. con-
ſil. 22. Ruin. conſ. 151. nu. 16. lib. 1. Grat. conſil. 86. nu.
6. libro 1. Anton Gabriel. in dicta concluſ. 1. nume. 3.
& 13. Veral. deciſ. 304 part. 1. Tob. Noni. conſ. 3. nu-
mero 4. & non ſolum in deſcendentibus ſed etiam in
collateralibus. Ruin. dicto conſ. 151. numero 16. Iul.
Clar. in dicta q. 43. Dec. conſil. 78. & 131 Anton. Ga-
briel. dicta concluſ. 1. limit. 5. num. 16. & 17. vbi dicit
communem, Tiraq. de retract. conſangui. in proœm.
num. 41. qui innumeras adducit auctoritates, & poſt
alios idem tenet Franc. Becci. in addit. ad Iaſ. conſil.
263. in lit. V, lib. 3.

8 Et quamuis † rector eccleſiæ velit bona pro ſe reti
nere, nec illa alteri concedere, quo caſu ceſſare cõtra
riam opinionem, & dominum directum ad renoua-
tionem non teneri cenſuit Abb. in c. bonæ, el 2. nume
ro 28. de poſtu. prælat. opinio Abb. non videtur atten
denda, cum repugnet communi, et ſi reciperetur, de-
ſtrueretur relata communis opinio, de faciliq; redde
retur eluſoria, quia ſemper prælatus requiſitus pro
renouatione, poſſet dicere velle pro ſe retinere, vt re-
ſpondet Dec. in d. conſ. 131.

Ceterum prædictis non obſtantibus non recedo à
concluſione alias facta, quòd ſcilicet Dominus Cę-
ſar modernus rector poſſit pro ſe retinere bona illa,
& in eis Dom. Prudentię ſorori Dominorum Vincen
tij Leonelli, & Ioannis Baptiſtæ defunctorum nul-
lum ius competat, quod vt melius oſtendatur.

Præmitto bona illa non fuiſſe conceſſa Dom. Fran
ciſco, ſed Dom. Vincentio Leonello, & Ioanni Bapti-
ſtæ filiis, vt clare indicant verba inſtrumenti, ibi: loca
uit in emphyteuſim Vincentio, & Leonello, & Ioanni
Baptiſtæ filijs Frãciſci de Leonellis licet abſentibus,
& dicto Franciſco eorum patri, & notario ſtipulanti
bus, & recipientibus pro dictis Vincentio, Leonello,
& Ioanne Baptiſta &c. de perſona autem patris nul-
la habetur ratio, & ipſe in locatione non includitur,
9 † ſed tantum interuenit vna cum Notario ad ſtipulã
dum pro filijs abſentibus, & ſic tamquam nudus mi-
niſter adhibitus præſumitur, arg. l. cũ quis, §. Nuptu-
ra. cum ibi not. per Bar. & Albe. ff. de leg. 3. Et quia lo
10 catio † non fuit facta filijs nomine appellatiuo nomi
natis, ſed eis nominibus proprijs expreſſis, filiorum
tantum contemplatione locatio facta cenſetur, non
intuitu patris ſtipulantis, And. de Iſer. in c. 1. in prin.
col. 1. de ſucceſſ. feud. Iul. Cla. in §. Emphyteuſis, q. 16.
ver. His pręmiſſis, in fi. Ant. Gabr. de iur. emph. concl.
3. nu. 10. Vrſil. in addit. ad Afflí. in dec. 393. nu. 5. poſt
Afflict. ibi nu. 5. & 6. & facit Ceph conſ. 485. nu. 38. &
11 ſeqq. li. 4. dum reſpondet † dotem relictam ab auo ne
pti proprio nomine nominatæ, cenſeri relictam con-
templatione ipſius neptis, non filij, & mentionem fi-
lij factam cenſeri cauſa demonſtrationis tantum. Et
quia Iſer. Iul. Clar. & alij allegati loquuntur quando
conceſſio facta fuit patri recipienti pro ſe, & filio pro
prio nomine nominato, à fortiori idem concludendũ
eſt in occurrenti caſu, in quo locatio facta reperitur
Vincentio, Leonello, & Ioanni Baptiſtæ tantum, &
pater cum notario ſtipulatus fuit tamquam nudus
miniſter pro filijs abſentibus.

Præmitto etiam, quod dum locatio fuit facta Vin
centio, Leonello, & Ioanni Baptiſtæ vſque in eorum
tertiam generationem, intelligitur de tertia genera-
tione ipſorum Vincentij Leonelli, & Ioannis Bapti-
ſtæ non de tertia generatione Franciſci patris; quod
clare elicitur ea ſerie inſtrumenti, Tum quia ipſi fue-
runt primi inueſtiti, & eis in effectu facta fuit locatio
pro ipſis, & eorum filijs, & nepotibus. Tum etiã quia
dum dicitur in inſtrumento, Locauit Vincentio, Leo
nello, & Ioanni Baptiſtæ licet abſentibus, & Franci-
ſco patri, ac Notario pro dictis Vincentio, Leonello,
& Ioanni Baptiſta, & eorum ac cuiuſlibet eorum fi-
lijs, & nepotibus maſculis, de legitimo matrimonio
deſcendentibus vſque in eorum tertiam generatio-
nem, intelligitur pro filijs, & nepotibus vſque in ter-
tiã generationẽ dictorum Vincentij, Leonelli, & Ioã
12 nis Baptiſtæ, cum † relatiuum, is, ad proxima imme-
diate præcedentia tantum referatur, l. ſi idem cum
eodem, in fi. ff. de iuriſd. omn. iud. & ibi not. Doctor. l.
Talis ſcriptura, vbi Bar. ff. de legat. 1. Soc. ſen. conſilio
156. numero 16. lib. ſecundo Pariſ. conſil. 59. numero
8. li. 2. & perinde eſt ac ſi dictum fuiſſet, & eorum ac
cuiuslibet eorum, ſcilicet Vincentii, Leonelli, & Ioan
nis Baptiſtæ filiis, & nepotibus, &c. vſque in eorum,
videlicet Vincentii Leonelli, & Ioannis Baptiſtæ ter
tiam generationẽ, vt per Ceph. conſ. 16. num. 23. lib. 1.

Iſtis ſic pręmiſſis cenſeo Do. Prudentiam vti voca-
tam ad emphyteuſim nullo modo eſſe admittendā.
Primo, quia ipſa eſt ſoror Vincentij & fratrū quibus
13 fuit facta locatio † & cū eis attineat ex linea trāſuer
ſali quo ad eos extranea appellatur, §. ceteri. Inſtit.
de hæred.qual.& differ.l.1.§.extranei, C.de rei vxor.
actio.Pariſ.conſ.73.nu.13.in fin.lib.1. conſ.78.nu.19.
lib.2.Tiber.Dec.conſ.1.nu.140.lib.2.& conſil.31.n.5.
14 lib.3.& ad eam emphyteuſis eccleſiaſtica † non tran-
ſit, cum emphyteuſis eccleſiaſtica de ſui natura ad
deſcendentes tantum inueſtiti non ad extraneos ſit
tranſitoria,§.emphyteuſim, Authen.de non alie. aut
permut.gloſ.Bar.Bal.& alij in l.etiam, ff.ſolut.matr.
& communiter omnes admittunt, vt teſtantur Alex.
conſil.23.nume.4.lib.1.conſil.38. num.4.lib.2.Ruin.
conſil.23.nu.34.lib.5.Grat. conſil.55.nume.8. lib.1.
Gozad.conſil.75.num.9. Dec.conſil.171. nume.1. &
5.latè Cephal.conſil.400.numero 5. & ſeqq. libro 1.
Roland.à Valle conſil.96.num.4.lib.1.Port.Imo.con
ſil.141.nu.9.Rim.iun.conſi.44.nu.3.& 4.lib.1.& licet
Domina Prudentia deſcendat à Franciſco, qui em-
phyteuſim recepit,non referr, quia vt dixi,locatio fuit
facta Vincentio,Leonello,& Ioanni Baptiſtæ pro ip-
ſis ac eorum filiis & nepotibus,& pater ſolum inter-
uenit tamquam nudus miniſter ad ſtipulandum pro
filiis abſentibus & filiorum filiis & nepotibus vſque
in filiorum tertiam generationē, vnde quia pater nō
fuit inueſtitus,ſed fuerunt inueſtiti filij,emphyteuſis
non tranſit ad deſcendentem patris, ſi non eſt etiam
de deſcendentibus filiorum.Secundo,quia ex inueſti
tura deficientibus maſculis admittitur femina pro-
15 ximior ex legitimo matrimonio deſcendens † nō ſuc
cedit ſoror tranſuerſalis, cui verba illa non conue-
niunt.glo.in c.1.de ſucceſſ.frat.Alex.conſ.204.col.1.
lib.2.Rim.iun.conſ.410.nu.34.& ſeq. libro 4. & licet
ſimpliciter dictum fuerit, admittendam eſſe feminā
deſcendentem, nec exprimatur à quo debeat deſcen
dere, intelligi debet de femina deſcēdente, videlicet
quę ſit filia vel neptis,& ſic de tertia generatione Vin
centij,Leonelli,& Ioan.Baptiſtæ,pro quibus tantum
locatio facta fuerat,quod oſtenditur ex eo quia dum
in eodē inſtrumento ſupra proximè fit mentio,quod
recipitur emphyteuſis pro filijs & nepotibus maſcu
lis per rectam lineam deſcendentibus,de neceſſitate
intelligitur de deſcendentibus ab ipſis Vincentio &
fratrib.vt ſupra dixi. Vnde ex hoc non obſcurè oſten
ditur idem intellectum fuiſſe de femina deſcendēte
16 ab eiſdem,cum † ſequentia declarentur ex præcedē-
tibus, l.ſi ſeruus plurium,§.1.& l.qui filiabus,ff.de le-
gat.1.l.ſi cui dulcia,ff.de triti.vin.oleoque lega.Alex.
conſ.113.num.7.lib.2.Dec.conſ.425.num.16. & præ-
cedentia in ſequentia influant. Bart.in l.quiſquis, ff.
de leg.3.Curt.iun.conſ.70.nu.2.lib.1. Cephal.conſil.
401.nu.10.& ſeq. lib.3. & conſ.510. num.17. lib.4.et
etiam ſi id aliter non appareret,adhuc locatio facta
pro femina,deficiētibus maſculis, intelligi debet de
femina deſcendente ab ipſis Vincentio & fratrib.qui
bus principaliter locatio facta fuit, nec de femina,
quæ ſit tranſuerſalis intelligi pōt,vt optimis rōnib.
in fortiori caſu concludit Bero. conſil.106. nu.22. &
17 ſeqq.lib.1.qui reſpondet † conceſſionē emphyteuſis,
factam alicui pro ſe & hærede declarando & eligen-
do intelligi debere de hærede tantū deſcendente ab
emphyteuta,nec alium ab eo non deſcendentem eli-
gi poſſe,cuius opinio rectè comprobatur ex illa com
18 muni cōcluſione,quæ habet,† quòd licet hæredis ap-
pellatione omnes hæredes etiam extranei veniant.l.
Hæredis appellatione, l. In conuentionibus, et l.
ſciendum, ff.de verborum ſignificatio, tamen ſi con-
19 ceditur † emphyteuſis ab eccleſia alicui pro ſe & hæ-
redibus,appellatione hęredum in caſu illo ſolum de-
ſcendentes ab emphyteuta veniunt, & extranei ex-
cluduntur ſecundum Specul.in tit.de emphyt.§.nunc
aliqua,nu.139.in fin Soc.ſen.conſ.266. num.36.lib.2.
Corn.conſ.100.num.4.lib.4.quæ opinio communiter
approbatur, vt teſtantur Pariſ.in c.in præſentia, nu.
104. & 107. de probat. Bero.qō.famil.q.17.nu.3. &
73.nu.7.lib.3. Ceph.conſ.400.per tot.lib.3. Iul.Clar.
in §.emphyteuſis,q.28. ver.Tertius,ver. Et in ſpecie,
& ver.Quidquid.Si igitur quando fit locatio pro hæ-
rede, cuius appellatione regulariter veniunt omnes
etiam extranei, intelligitur de deſcendente, quanto
magis erit dicendū in caſu de quo agitur,ſolum voca
tam fuiſſe feminam deſcendentem ab emphyteutis,
non autem tranſuerſalem. Tertio quod locatio facta
itelligatur pro femina,quæ eſſet filia vel neptis, & ſic
de tertia generatione Vincentij & fratrū,ſatis oſten-
ditur ex alijs pluribus ſubſequētibus clauſulis inſtru
menti,ex quibus conſtat pro comprehenſis tātum in
dicta tertia generatione,& ſic pro filijs & nepotibus
tantum Vincētij & fratrum locationem factam fuiſ-
ſe,ipſiſque tantum fuiſſe prouiſum. Et primo ex clau
ſula, quod finita dicta tertia generatione, & locatione
prædicta &c. bona reuertantur ad Eccleſiā,quæ oſtē-
dit finita tertia generatione Vincentij & fratrum,
emphyteuſim ad eccleſiam redire debere, quod non
eſſet, ſi ſoror in locatione fuiſſet comprehenſa. Item
ex alia clauſula, in qua rector promiſit Franciſco &
notario ſtipulantibus nomine dictorum Vincentij,
Leonelli, & Ioannis Baptiſtæ & ſuorum ſucceſſorum
in inſtrumento locationis comprehēſorum,&c. dicta
bona, durante locatione non auferre &c. ſed illa &
eorum fructus prænominatis Vincentio,Leonello,&
Ioanni Baptiſtæ & eorum filijs & nepotib. præfatis
& comprehenſis in inſtrumento legitime defendere,
nam dum defenſio promiſſa fuit Vincētio,Leonello,
& Ioanni Baptiſtæ et eorum filijs & nepotib.clare eli
citur partes non intellexiſſe in locatione comprehen
dere aliā perſonam, quæ non ſit de filijs vel nepotib.
& ſic de tertia generatione eorum,etſi intellexiſſent,
vt admitteretur ſoror in defectum maſculorum, etiā
pro ea fuiſſet facta dicta promiſſio, & conſequenter
apparet, quòd dum voluerunt admitti vnam feminā
deſcendētem etc. intellexerunt de filia vel nepte Vin
centij ſeu fratrum, quod non ſolum ex alijs præcedē-
ribus demonſtratur, ſed etiam ex dictis ſequentibus
20 clauſulis declaratur,† cum præcedentia etiam ex ſe-
quentibus declarationem recipiant, d.l.ſi ſeruus plu
rium,§.fi.ff.de leg.1.Alex.conſ.190.nu.18.lib.2.et con
ſil.132.nu.4.lib.5.Pariſ.conſ.78. nu.18.et conſ.81.nu.
20.lib.1.et conſ.158.nu.16.lib.4.

Secundo principaliter pro moderno rectore conſi-
derandū eſt,quod ſi Domina Prudentia fuiſſet ad em
phyteuſim vocata, quod ſtantibus prædictis et teno-
re inſtrumenti à veritate alienum puto, nihilominus
hodie ad illam admitti non poſſet,quoniam præſup-
ponitur in facto per emphyteutas fuiſſe alienata quę
21 dam ex dictis bonis in emphyteuſim conceſſis † per quam
alienationem ſine conſenſu domini emphyteutæ eo-
rum iure priuati fuerunt,l.fi.C.de iure emphyt.et ibi
Bar.Bal.Sal.et ceteri,c.Potuit, vbi Abb. Ant.de Butr.
Anch.et Inn.in prin.de loc.et cōem dicit Soc.iun.con
ſi.70.nu.14.lib.2. et poſt eum Iul.Clar.in §.emphyteu
ſis,q.13.Alex.conſ.106.nu.4.lib.4.Cor.conſ.166.nu.4.
lib.2.Ceph.conſ.195.nu.21.lib.2.cū alijs allegatis per
Aurel. Corb.in tract.de cau.ex quib. emphyt.iur.ſuo
priu.in tit. de cau. priu. ob alienationem irrequiſito
22 dn̄o factā,in prin.qui in prima ampliatione † extēdit

procedere etiam ſi ſuper hoc aliquod pactum factum
non fuiſſet inter Dominum & emphyteutã, quæ alie-
23 natio† omnibus comprehenſis in emphyteuſi præiu-
dicat, reſque emphyteutica non ad alios in locatio-
ne comprehẽſos, ſed ad dominum directum redit, di-
cta l.fin. Imol. in c. ex parte, num. 84. ver. Illud autem,
extr. de feud. Bald. in l.3. prope fin. ff. de interd. & re-
legat. Ruin. conſil. 165. num. 10. lib. 1. Alex. conſil. 30.
nu. 16. lib. 1. Cephal. conſ. 397. num. 16. & ſeq. lib. 3. &
in hoc ſecundum Imol. Alex. & Ruin. differt emphy-
teuſis à ſeudo, cum emphyteuta alienans præiudicet
24 alijs† cuius contrarium diſponitur in vaſallo ſecun-
dum glo. & Iſern. in cap. 1. §. hæc quoque, de ſucceſſ.
feud. & alios per eos allegatos.

Nec dicta mulier defendi poteſt ex eo, quod alie-
25 natio fuit facta tempore anteceſſoris† qui non decla-
rando caducitatem, cenſetur illam remiſiſſe, & modo
per ſucceſſorem declarari non poſſit, vt poſt Ruin. con
ſil. 10. nu. 4. ver. Nec obſtat, & conſil. 35. num. 28. ver,
Præterea, lib. 1. communem dixit Ant. Gabriel. in tit,
de iure emphyt. concluſ. 3. ver. Contrarium. Etenim
reſpondetur. Primo allegata in contrarium procede-
re in caſibus, in quibus aliquis non incidit in pœnam
26 ipſo iure, ſed quia† emphyteuta alienans bona eccle-
ſiæ priuatur ipſo iure ſine aliqua ſententia, glo. in d. l.
fin. in verb. cadat, & ibi Iaſ. nu. 103. Ant. de Butr. conſ.
22. Iul. Clar. in §. emphyteuſis, q. 13. ver. Adde, caduci-
tas propter alienationem à ſucceſſore & contra ſuc-
27 ceſſorem declarari poteſt, ſicut dicitur† de pęna, quæ
ipſo iure incurritur, quæ ab hærede & contra hæredẽ
declaratur. Bal. in c. Imperialem, §. inſuper, col. 2. ver.
Quod verum eſt, & ibi Aluar. col. 3. verſ. Niſi eſſet, de
prohib feud. alien. per Feder. Abb. in c. fin. col. penul.
vbi Card. col. 2. de donat. Ant. Gabr. qui alios allegat
28 in tit. de crim. concl. 35. nu. 16. & in ſpecie quod † ca-
ducitas propter alienationem non declarata per an
receſſorem, poſſit declarari per ſucceſſorem, poſt Pan,
de Caſt. in l. omni modo, nu. 4. in fi. C. de inoff. teſtam.
Bald. in d. §. inſuper, nu. 7. Abb. in c. propter, nu. 6. de
donat. Aret. conſil. 14. nu. 20. & alios, dixit Ant. Gabr.
in tit. de iure emphyt. concluſ. 3. in prin. qui licet in fi.
alleget Ruin. in dictis conſilijs teſtantem de commu-
ni in contrarium, non nocet, quia Ruin. non teſtatur
de communi, quando eſt cauſata caducitas propter
29 alienationẽ, ſed ob non petitam renouationem.† Se-
cundo & melius reſpondetur, tunc caducitatem &
pœnam non poſſe declarari per ſucceſſorem, & cõtra
ſucceſſorem, quando anteceſſor ſeu dominus ſcien-
tiam habuit caducitatis, habuitque tempus declarã-
di eam & non declarauit, vt dixerunt Bald. in c. 1. §,
porro, col. 1. ver. Secundo quærit gl. quæ ſit prim. cauſ.
benef. amitt. Salic. in l. fin. in fin. C. de reuoc. donat. Io,
Andr. Petr. de Anchar. Imol. & Card. in c. fi. de donat,
Ant. Gabr. in d. concluſ. 35. num, 4. & 15. vbi alios hu-
ius ſententiæ recenſet. & Burſat. conſ. 91. nu. 5. & ſeq.
lib. 1. de communi teſtatur. Sed quando non conſtat
de ſcientia, etiam per ſucceſſorem declarari poteſt.
Aret. conſ. 14. nu. 20. Senat. Pedemon. deciſ. 29. nu. 13.
Redoan. de reb. eccleſ. non alien. c. vlt. num. 10. Bur-
ſat. qui alios multos allegat, & de communi teſtatur
conſil. 23. num. 12. conſil. 37. nu. 19. & conſil. 91. num. 5.
30 & ſeq. lib. 1. † qui in dicto conſ. 91. num. 9. ver. Nec eſt
verum, poſt Io. And. & Celſ. Hug. reprobata opinione
Ruini aliud ſentientis, dicit, quòd ſi non conſtat de
ſcientia caducitas declarari poteſt per ſucceſſorẽ dñi
directi ẽt contra ſucceſſorem vaſalli ſeu emphyteutę.
At in caſu, de quo agitur, non conſtat anteceſſorem
Dñi Cæſaris ſciẽtiam habuiſſe alienationis, & ſic ca-
31 ducitatis, † & in dubio ignorantia præſumitur, l. ve-
rius, ff. de probat. et in propoſito ſcripſerunt Ant. de
Butr. conſ. 22. col. 2. Alex. conſ. 105. nu. 14. verſ. Vel ẽt
põt dici, li. 3. Burſ. conſ. 91. nu. 11. lib. 1. ideo ẽt hodie
per ſucceſſorẽ declarari põt. Tertio eo magis permiſ
ſum eſt Do. Cæſari declarare caducitatem incurſam
propter alienationẽ factam tpe anteceſſoris, quia nõ
ſolũ alienatio prohibita erat de iure cõi iuxta l. fi. C.
de iur. emph. c. potuit. de locat. ſed ẽt ex expreſſo pa
cto in inſtro appoſito, vt bona illa in totũ vel in par-
32 tem alienari nõ poſſent, † quod pactũ vt aliquid ope
retur, intelligendum eſt, vt nec cum conſenſu domi-
ni alienatio fieri poſſit, ſecundum Bero. conſ. 122. nu.
1. & ſeqq. lib. 1. Corbol. in d. tit. de cauſ. priua. ob alie
na. irrequiſit. domin. fact. ampliat. 10. quo fit, quòd li
cet caducitas nõ fuerit declarata per anteceſſorem,
non noceat ſucceſſori, quia ſtante dicto pacto, em-
phyteuta priuatus fuit ipſo iure, & caducitas per au
ctorem remitti non potuit neque expreſſe neque ta-
cite, non declarando caducitatem, vt declarat Bero.
in d. conſ. 122. nu. 7. & ſeqq. multis, quem ſequitur
Corbol. in alleg. loco. Additur quarto rectorem repe
riri in poſſeſſione fere oĩum dictorum bonorum, &
caducitatem allegare excipiendo contra dictam mu
lierem agentem pro recuperatione dictorum bono-
33 rum† & excipiendo caducitas allegari poteſt ẽe per
ſucceſſorem, licet agendo allegari non poſſet. Curr.
iun. in tract. de feud. in 4. par. princ. in fi. Senat. Pede-
mont. deciſ. 29. nu. 13. verſ. Verum tamen, in fin.

Minus nocet ſi dicatur, quòd aliqua tantum bona
34 fuerũt alienata, & ex alienatione† emphyteutas pri-
uatos tñ fuiſſe re alienata, non alijs bonis non alie-
natis, vt de feud. dixit gl. in c. 1. §. Callidis. in ver. amit
tat. de prohib. feu. alien. & pro cõi ſequitur Iul. Clar.
in §. feudum. qõ. 31. verſ. ſed pone, & de emphyteuſi
idem concludunt Iaſ. in l. fi. n. 125. C. de iur. emphyt.
Corn. conſil. 67. lib. 2. Ale. conſ. 99. nu. 28. lib. 5. Curt.
ſen. conſ. 70. nu. 9. Gramulac. deciſ. 49. quam opinio-
nem cõem eſſe teſtantur Iul. Clar. in §. Emphyteuſis,
q. 13. in fin. Michael de Graſſ. in ſuis commun. opin.
lib. 1. c. 16. q. 3. & Aurel. Carbol. in d. tit. de cauſ. pri-
35 uat. ob alien. irrequiſit. domin. ampliat. 42. † Quoniã
reſpondeo, dictam cõem opinionem procedere, quã
do ex alienatione quis delinquit in rem tantum, vt
quia rem alienauit ſine conſenſu domini, ſed tam-
quam feudalem ſeu emphyteuticam, & facta cõme-
moratione domini directi. Sed quando res alienata
fuit vti allodialis, vel ſimpliciter nulla facta mentio
ne, ꝙ ſit feudalis ſeu emphyteutica, quo caſu præſu-
mitur alienata vti allodialis, & in præiudicium do-
mini directi, ſecundum Iaſ. in d. l. fin. nu. 68. poſt Sali-
cet. ibi, nu. 8. Bero. conſ. 108. nu. 60. lib. 1. Corbol. in d.
ampliat. 42. num. 8. tunc vaſallus ſeu emphyteuta ex
alienatione partis priuatur in totũ, quia ita alienãs
delinquit in perſonam domini, & ratione offenſio-
nis perſonæ domini, quæ non põt pro parte fieri, tota
re priuatur, vt declarant Rolan. à Vall. conſil. 17. nu-
me. 10. & ſeqq. vſque ad finem li. 2. Cephal. conſ. 139.
per totum præſertim, nume. 21. & ſeqq. lib. 1. Corbol.
in dicta ampliat. 42. num. 7. Bero, in dicto conſil. 102.
36 nume. 63. † qui id procedere dicit etiam de æquita-
te canonica, nam quod dicitur de æquitate canoni-
ca alienantem priuari parte tantum alienata, locum
habet, quando res vt emphyteutica alienatur, ſecus
ſi tamquam allodialis, ſed in occurrenti caſu præſup
ponitur conſtare de alienatione, nec apparet quòd
fundus fuerit alienatus vt emphyteuticus, ideo ex
eius alienatione pœna in totum incurſa fuit. Præ-
37 terea † quæſtio redditur magis clara ex eo, quod
tempore factæ locationis fuit expreſſe conuentum,
quod

quod bona locata non poſſent alienari in totum vel
in partem,quod pactum vt aliquid vltra prohibitio-
oem iuris communis operetur,intelligitur, vt ex alie
oatione etiam patris,emphyteuſis in totum deuolua
tur,vt oſtendit Bero.conſ.122.col.1.& 2.lib.1.

Nec obſtant ea, quæ pro ſorore adducta fuerunt.
Primum quidem obiectum quòd ſoror fuerit vocata
ad emphyteuſim,ſatis ex ſupra adductis remouetur.
Conſtat enim ex lectura inſtrumẽti locationis admit
tendam fuiſſe feminam deſcendentem à Vincentio,
Leonello,& Ioãne Baptiſta,non tranſuerſalem & ex-
traneã,& in hoc tenor inueſtituræ attendi debet,c.t.
de duob.frat.à cap.inueſt.c.t.in finalib.verbis in præ-
lud.feu.cũ alijs ſupra adductis,& ab eius verbis non
eſt recedẽdum,l.fideiuſſores magiſtratuũ,§. Aurelio,
ff.de fideiuſſ.l.ſi quis ſtipulatus ſit Stichum aut Pam-
philum,ff.de verb.oblig l.Quidquid aſtringendæ,eo.
tit.& fatentur illi, qui pro ſorore reſponderunt. Nec
38 ex hac intelligentia reſultat abſurditas aliqua † nec
intrat diſpoſitio l.ſi viua matre, C.de bon.mat. quia
non dicimus fuiſſe vocatam deſcendentem ex filia,
quo caſu militaret præſumptio l.ſi viua matre.ne me-
lioris conditionis ſit neptis ex filia quam ipſa filia,
ſed dicimus fuiſſe vocatam deſcendentem Vincentij
ſeu fratrum, in quibus terminis diſpoſitio dictæ l.Nõ
39 procedit,quia non eſt inconueniens† quòd neptis ex
filia. quæ nititur iure patris, ſit melioris conditionis,
quam ſit filia,vt poſt Alex.in l.illam,num.8.& 9.C.de
coll.Ruin.conſ.143.num.9.lib.2. declarant Rim.iun.
conſ.358.num.182.& ſeqq.lib.2.Ceph.conſ.46.n.35.
& ſeq.lib.1.& not.Hier.Gabr.conſ.100.nu.16.li.4. &
etiam quia agitur de re patris ſeu matris, in qua pro
cedere poſſet præſumptio d.l. Si viua matre:ſed agi-
tur de re conceſſa Vincentio,Leonello, & Ioanni Ba-
ptiſtæ non intuitu patris,ſed filiorum contẽplatione,
vt dixi ſupra, nec emphyteuſis acquiſita fuit à patre
ex re ipſius patris,ſed ex re filiorum, quia filij non ſo-
lũ ſoluere debebant pro canone quolibet anno duca-
tos quinque,ſed ẽt debebant ædificare domũ, & plan
tare arbores, ꝓut pater vti legitimus adminiſtrator
40 filiorum promiſit,† & melioramenta illa ex conuen-
tione facienda ſucceduot loco pretij bonorum in em
phyteuſim conceſſorum, ceduntque in vtilitatem ec-
cleſiæ,nec ab ea ſunt reſtituenda,ſi aliter non fuit cõ-
uentum,vt per tex.in l.fundi partem,ff.de contrahen.
empt.& not.per Bal.in l.pen. in addit.ff. de loc.dixit
Ant.Pin.in l.2.p.2.c.3.n.10.C.de reſcin.vend. Vnde cõ
à filijs prædicta eſſent facienda,conueniẽs fuit ad em
phyteuſim magis admittere feminam deſcendentem
ab eis,quorũ pecunia emphyteuſis acquiſita fuit, ex-
cluſa ſorore tranſuerſali & extranea,quæ licet deſcẽ-
dat à Franciſco patre,nulla eius erat habenda ratio,
cũ pater ipſe nihil aliud fecerit,niſi ꝙ tãquam nudus
miniſter cum notario pro Vincẽtio,Leonello, et Ioã-
ne Baptiſta ſtipulatus fuit,& maius abſurdum ſeque
retur, ſi vigore dicti pacti fuiſſet admittẽda ꝓximior
femina deſcendens à Franciſco,& ſic ſoror Vincentij
& fratrum,quia ſic melioris cõditionis efficeretur ſo
ror extranea,cuius opera vel impẽſa nihil fuit acqui-
ſitum, quam eſſet femina deſcendens à Vincentio et
fratribus,quibus in effectu emphyteuſis conceſſa fuit
propter melioramenta ab eis facienda et canoné per
eos ſoluendum,quod non eſt dicendum, nec creden-
dum voluiſſe extraneos deſcendentibus emphyteuta
tum præferri,arg.l.cum acutiſſimi,in fin.cum ibi not.
per Doct.C.de fideic.et per Doct.in l.cum auus, ff.de
cond.et demonſt.cum ſimil. Et eo magis id dicẽdum
cenſeo, ſi tempore factæ locationis filia Frãciſci etat
nata,ſi quidẽ ni Frãciſcus intellexiſſet filiam ſuam in

defectum maſculorũ ad emphyteuſim debere admit-
ti facile ſibi fuiſſet eam expreſſe nominare, & ad em-
phyteuſim vocare,prout nominauit Vincẽtium,Leo-
nellum & Ioannem Baptiſtam, quod cum non fece-
rit, credendum eſt de ea non ſenſiſſe, arg. l.vni. §.vbi
autem,ver.ſin autem ad deficientis, C.de caduc.toll.
& c.ad audientiam,in fi.de decimis.

Neque repugnat quod dicitur rectorem teneri ad
41 renouandum emphyteuſim. Primo † quia communis
regula in contrarium adducta procedit,quando fini-
ta emphyteuſi prælatus vult bona emphyteutica alte
ri concedere, eo quidem caſu magis debet renouare
cõſanguineis quam extraneis,& ſi prælatus bona ex-
traneo concederet,conſanguineus conqueri poſſet &
ad ſuperiorem recurrere. Iaſ.conſ.263.num.35.lib.3.
Gozad.conſ.39.nu.18.ver. Tertio. Verallus dec.304.
42 par.1.Bero.conſ.104.num.10.lib.1.Sed† quando præ-
latus(vt hic)vult bona retinere pro eccleſia,non com
pellitur ad renouandum,vt limitando dictam regulã
declarant Abb. in cap. bonæ,el 2.num.28. de poſtul.
prælat. Ripa in l.1. num.9. ff. de priuileg. credit. Iaſ.
dicto conſil.263. num.35. Gozad.conſil.39. num.18.
verſiculo, Tertio, aſſerens ab opinione Abbatis non
eſſe recedendum, cum maximæ ſit auctoritatis apud
canoniſtas. Curt. ſenior conſil.47. num. 10. Franc.
Becc.conſil.101.num.93.Socin.iunior conſil.9.num.
25.& ſeq. libro 3. Iul.Clar. in §.emphyteuſis, quæſt.
43. in fin. Ruin. conſil.152. per totum, libro 1. Bero.
conſil.104.num.3.libro 2.quę limitatio communiter
approbatur,vt teſtantur Franc. Becc.in addit.ad Iaſ.
in dicto conſil.263.littera R. Soarez, recept.ſentent.
in verb.emphyteutæ,nu.123.Benint.deciſ.19. Ioſeph
Ludou.in deciſ. Peruſ.17.in fin.par.1.quam vti com-
munem ſequuta eſt Rota Rom. coram Capiſucco die
13. Iunij 1552. vt teſtatur Veral. deciſ.304. par.1. &
probatur iſta limitatio ſecundum Ruin. d. conſ.152.
nu.3.per tex.in §.quod autem,ver.neque. Auth.de nõ
43 alien.†vbi dicitur non valere pactum,quòd poſt fini-
tam tertiam generationem eccleſia teneatur eãdem
rem de nouo concedere proximiori,& quod deberet
ſemper alijs præponi, quia hoc nihil aliud eſt, quam
per machinationem & reuolutionem perpetuam eis
emphyteuſim concedere,& priuationem rerum eccle
ſiaſticarum agi.qui textus rectè probat eccleſiam nõ
teneri ad renouationem emphyteuſis,quia ſi ad id de
44 iure teneretur,potuiſſet idem in pactu deduci † quia
quidquid à lege permittitur, in pactũ deduci poteſt,
l.nõ impoſſibile.vbi omnes,ff.de pact.prout declarat
Ruin.in d. conſil. quæ limitatio bona ratione confir-
matur per Beninten. in d.deciſ.19. in fi.nam ſicut ec-
cleſia non poteſt agnatos non comprehenſos in inue
ſtitura cogere ad accipiendum renouationem, pari-
ter nec eccleſia compelli debet ad renouandum, q̃n
45 vult pro ſe retinere,vt æqualitas ſeruetur.† & hæc opi
nio eo magis ſecundum Benint.amplectẽda eſt, quia
fauet eccleſiæ,& in conflictu opinionum illa eſt tenẽ-
da,quæ magis fauet eccleſiæ,ex quib. conuincitur ma
46 le ſenſiſſe † Dec.in conſ.131.nu.3.ver.2.dum dixit Ab-
batem loqui contra communem,& quòd opinio Ab-
batis deſtruit cõem,quia vere Abb. non loquitur con
tra cõem,ſed eam limitat,& eius limitatio cõiter ap-
probatũ,& eã vt cõem ſequuntur Rot.Rom.et Bonon.
vt teſtantur Veral.et Benint.in alleg.deciſionib. Nec
nocet conſideratio Decij,quod ex hac limitatione cõ
munis opinio reddatur eluſoria, quia Prælatus ſem-
ꝑ poſſet dicere velle pro ſe retinere et ſic agnatos ex-
cludere,quia non præſumitur mentiri clericum aſſe-
rentem velle pro ſe retinere, et conſanguineus nõ po
teſt conqueri, ſi eccleſia bona pro ſe retinet,vt reſpõ-

der Gozad.conſil.39 num.18.verſic.Tertio, et etiam
47 quia ſi poſtca†eccleſia alteri concederet, poſſet agna
tus petere reſciſſionem conceſſionis factæ extraneo
tamquam retentio fuerit facta in fraudem, vt reſpoo
det Rip.in d.l.1.nu.9.ff.de priuil.credit.Et eo fortius
48 hæc limitatiu videtur recipienda† quia locatio facta
Vincentio,& frattibus,fuit prima,& illa fuit facta ad
effectum vt domus in bonis illis conſtitueretur,& ar-
bores plantarentur, quæ cauſa modo ceſſat, & quan-
do emphyteuſis eſt noua,ceſſatque cauſa primæ con-
ceſſionis,opinionē Abbatis rectè procedere affirmat
etiam Ruin.in conſ.151.in fin.lib.1. qui pro coottaria
parte conſuluit.Secundo dicitur ad renouationem fa
ciendam rectorem compelli non poſſe,quia prætendi
tur finita emphyteuſis non ſolum ob extinctam ter
tiam generationem,ſed etiam quia fuit facta aliena-
49 tio ſine licentia rectoris,vt dixi;†& quando finita eſt
emphyteuſis propter culpā emphyteutæ, vt quia ca-
nonem non ſoluit,vel bona alienauit, tunc ſine dubio
non eſt locus renouationi,& ceſſat cōis regula in coo
trarium adducta.Rom.conſ.212.Ripa in d.l.1.nu.12.
Soc.iun. conſ.9.nu.13. & ſeq.lib.3. Ruin.conſ.152.nu.
8.lib.1.Ant.Gabr.de iure emphyt.concluſ.1.nu.8. quæ
opinio optima ratione fulcitur ſecundum Alex.in l.ſi
mihi & Titio,ff.de verb.oblig.Soc.iun.& Ruin.in alle
gatis locis,quia ſi per alienationē factam ab emphy-
teuta irrequiſito dñores deuoluitur ad Eccleſiam, &
excluduntur alij comprehenſi in inueſtitura,vt ſupra
dixi quanto magis debent alij,qui non ſunt cōprehen
50 ſi?†Tertio in caſu,de quo agitur,res magis clara red
ditur propter tenorē inſtrumēti,in quo dicitur quòd
finita tertia generatione,bona ad eccleſiam libere re
uertātur,& liceat rectori dicta bona ingredi,& ea te-
nere & vſufructuare,& oīa alia facere,quæ poterat fa
cere locator ante inſtrumenti pręfati celebrationem,
equidem verba illa oſtendunt,ꝙ finita dicta tertia ge
neratione,rector non teneatur alteri concedere, pon
51 derando in primis illa verba,libere reuertātur†cum
verbum,libere,idem importet,quod plenè. Bart.in l.
52 alio,nu.9.ff.de alim.& cibar.leg.& quod pleno†iure,
Ruin.conſil.219.nu.3.lib.1. Menoch.conſil.10.nu.10.
53 lib.1.& ſine aliquo impedimento†& contradictione,
gl.in Clem.Dudū,in ver.liberè,de ſepult. & in Clem.
ſi.de ætate,& qualit.Ant.de Butr.in c.1. de offi.ordin.
54 Abb.in c.de multa,de præb.& operatur,† vt bona re-
uērtantur ad eccleſiam abſque ſpe retractationis, &
quòd eorum occaſione eccleſia non poſſit vlterius in
quietari,c.1.de reg.in 6.& ibi Dom.de S.Gem.10c.ir-
refragabili,in prin.in ver.libere,vbi Ant.de But.Imo,
& ceteri,nor.de off.ord. Alex.conſ.96.nu.1.& 2.lib.5,
cum aliis allegatis per Menoch.de recup.poſ.in præ-
lud.nu.15. ſi igitur contrahentes voluerunt finita ter-
tia generatione bona redire debere ad eccleſiam ple
no iure ſine ſpe retractationis, & quod eorum occa-
ſione eccleſia vlterius inquietari non poſſit, ſi eccle-
ſia teneretur eadem bona agnatis reſtituere, & inue-
ſtituram renouare,deſuper eccleſia inquietaretur, &
acquiſitio facta eccleſiæ retractaretur,& ſic libere bo
na ad eam non poſſent dici reuerſa.Ideo fateri opor-
tet,vt verba illa aliquid operentur,c.ſi Papa,de priu.
l.ſi quando,ff.de leg.1.cum ſimil.actum fuiſſe vt eccle
ſia ad renouationem non teneatur ex iam dictis, &
in ſimili ita ſentit Bero. conſ.100.num.1.lib.1. Item
ponderanda ſunt alia verba, ibi, & poſſit dicta bona
ingredi,& ea renere & vſufructuare,& omnia alia fa
cere quæ facere poterat rector ante celebrationē prę-
fati inſtrumenti,quæ ſimiliter oſtendunt rectorem ad
renouationem non teneri, ſed pro ſe retinere poſſe,
prout poterat ante locationem, quo tempore pro ſe
retinere poterat & nemini cōcedere compellebatur.
55 Quarto arrentati poſſet non eſſe†tutam opinionē il-
lā, vt tranſuerſalis admittatur ad petendum renoua
tionē,cum multi firmauerint deſcendentes tm̄ reno-
uationē petere poſſe, vt oſtendunt Iaſ. in conſ.263.n.
38.lib.3.Gozad.conſ.29.nu.18.ver.4.Soc.iun.conſ.9.
nu.11.lib.3.Bero.conſ.100.nu.4.lib.1.Menoch.conſi.
160 nu.11.li.2.qui alios allegant. verū quia præcedē
tes reſponſiones rem clarā reddunt, in hac non inſi-
ſto.Vltimo ex abundanti addo ꝙ ſi D.Prudentia po-
tuiſſet admitti ad petendū renouationem (quod ta-
men à veritate alienū puto)nihilominus quia rector
retinet bona pro ſe,& ea alteri non conceſſit,debuiſ-
ſet dicta mulier renouationē petere infra anoū à die
finitæ emphyteuſis per mortem omniū maſculorum,
quam ſi non petijt (vt puto) per lapſum anni excluſa
56 fuit† nam quando finita eſt generatio,ſi dominus di
rectus bona retinet, conſanguineus debet petere re-
nouationē infra annū,& per lapſum anni ab illo iure
excluditur,c.1.§.ſi Titius filios,ſi de feu.fuer.contro-
uer.inter dom.& agnat. qui tex. licet loquatur de va
ſallo,procedit ēt in emphyteuta. Rom. in l.prætor, §.
ſi ff.de nou.oper.nunc.Iaſ.in l. Petens,num.10. C.de
pact.& in l.2.nu.23.C.de iure emphyt. & in d.conſil.
24.aliàs 263.nu.36.lib.3. & in conſil.92.nu.20. & ibi
Franc.Becc.in addit.in lit.G.lib.1.Gozad. conſil.39.
nu.18.ver.Item in ſexto.Rip.in d.l.1.nu.11.ff.de pri-
uil.cred Dec.conſil.131.col.2.Soc.iun. d.conſil.9.nu.
19.lib.3.Bero.conſil.100.num.42.lib.1. Ant.Gabr.de
iure emphyt.concluſ.1.num.10.Iul.Clar. qui de com
muni teſtatur in §.emphyteuſis,q.43.verſi.Quinimo,
57 concurrente tamen ſcientia conſanguinei,† quia an
nus non currit ignoranti Doctor.in dicto §.Titius fi-
lios.Dec.conſ.328.col.2 Iaſ.conſ.159. num.14.lib.2.
Rimin.iun.conſil.444.nume.17.lib.4. & Anto.Gabr.
58 in dicta concluſione prima, numero 11.† data igitur
ſcientia per lapſum anni excluſa fuit, ex quo rector
bona retinet pro eccleſia, licet ſi eadem bona con-
ceſſiſſet extraneo aliud dici poſſet, nam quando do-
minus conceſſit bona extraneo, agnatus infra trigin
ta annos petere poteſt reuocationem cōceſſionis ex-
traneo factæ, ſibique renouationem fieri, glo. in d.§.
Titius filios,& ibi Bald & Andr. de Iſer. Rube.Alex.
conſ.84.col.fin.in princ.Alex.conſ.15.col.4.lib.5.An-
to.Gabr.in d.concl.1.nu.12.Iate Rim.iun. conſ.444.
num.18. & ſeq.lib.4. & communiter recipitur, vt te-
ſtantur Iaſ.conſ.7.aliàs 246.nu.42.lib.3. & Dec.con-
ſil.395.num.12.

Quatenus vero renouatio fieri deberet (quod nul
59 lo modo admitti poteſt)non eſſet† facienda pro ſoli
ta & prima reſponſione, vt per aduerſariam præſup-
ponitur,ſed pro pretio & pactis, cum quibus extra-
neus emphyteuſim recipere vellet, vt declarant Rip.
in dicta l 1.numero 13.ff.de priuil.credit. & Ant.Ga-
briel.in dicta concluſ.1. nu.28. quod eſt de intentio-
ne.Rotæ Romanæ,vt teſtatur Veral.in dicta dec.304.
lib.2.dum dixit eccleſiam poſſe cogi ad renouandū,
60 ſed per eam cenſum augeri poſſe†equidem huiuſmo
di renouatio fieri taliter deberet, vt cederet in eui-
dētem vtilitatē eccleſiæ præſenti tempore inſpecto,
iuxta extrauagantem Pauli Secundi, ambitioſe, de
rebus eccleſ.non alien.quæ dum permittit fieri loca-
tiones in caſib.à iure permiſſis, & de bonis in emphy
teuſim ab antiquo cōcedi ſolitis,exegit,vt fiat in vti-
litatem eccleſiæ,attento tēpore reſitmæ & nouæ con-
61 ceſſionis†vt dicitur ibi,præterquā in caſib. à iure per
miſſis,ac de rebus & bonis in emphyteuſim ab anti-
quo concedi ſolitis, & tunc in eccleſiarum euidentē
vtilitatem,ponderando dictionem illam, tunc, quæ
deno-

denotat extremitatem temporis, l. 4. §. 1. ff. de condit. & demon. l. pen. ff. de reſt. iui. quod in propoſito videtur firmare Abb. in c. Vi ſuper, nu. 11. ver. Ego crederem, de reb. eccleſ. non alien. Redoan. de reb. eccl. non alien. in rubr. de caſib. in quibus fit alienatio rerum eccleſ. c. incip. Item alio caſu, nu. 24. & quod renouatio ſeu noua conceſſio fieri debeat taliter, vt cedat in euidētem vtilitatem eccleſiæ tempore renouationis, nec ſatis ſit in prima conceſſione fuiſſe habitā rationem vtilitatis eccleſiæ, & aliter facta renouatio ſeu noua conceſſio rei etiam in emphyteuſim concedi ſolitæ non valeat, ſed ſit nulla, firmauit Rota Romana anno 1567. vigeſimatertia Maij coram Reuer. Patre Domino Cotta in vna Peruſina molēdini, & demum multis rationibus & auctoritatibus Coram Reuer. Patre Domino de Graſſis in vna Bononienſi de Pipinis anno 1577. nona Decembris. & rurſus eamdem opinionem tenuit coram Reueren. P. D. Brauo in cauſa Caſtri Montis Portij anno 1580. nona Martij. In quibus deciſionib. Rota firmauit renouationem ſeu nouam conceſſionem bonorum in emphyteuſim etiā ab antiquo concedi ſolitorum, fieri debere taliter, vt cedat in euidentem vtilitatē Eccleſiæ tempore refirmæ ſeu nouæ conceſſionis, nec ſatis eſſe in prima conceſſione vtilitati eccleſiæ fuiſſe conſultum, & propterea concluſit renouationes antiquarum cōceſſionum factas deſcendentibus emphyteutarum pro ſolutione modici canonis eſſe omnino nullas, licet prælato magna quantitas pecuniarum pro refirma ſoluta fuerit, cum hæc ſolutio non euidentem vtilitatem Eccleſiæ, ſed peculiarem & particularem vtilitatem prælati reſpiciat.

Et ita in cauſa prædicta iudicatum fuit pro dicto Reuerendo Domino Cæſare die 26. menſis Maij 1588. in Ciuitate Engubij per Reuerendum Dominum Vicarium Illuſtriſſimi & Reuerendiſſimi Epiſcopi eiuſdem Ciuitatis.

ARGVMENTVM.

Secundus emptor in quib. caſib. præferatur primo emptori, maxime diſponente ſtatuto, quòd primus pferatur, licet ſecundus poſſeſſionem fuerit adeptus. Venditio qualiter probetur. Et an contractus dicatur perfectus, qñ partes conuenerunt, quod conficiatur inſtrumentū. Ius congrui nūquid per Bullam Pij Quinti cenſeatur reuocatum per totum ſtatum eccleſiaſticum.

SVMMARIVM.

1 *Emptor ſecundus cui fuit tradita poſſeſſio rei venditæ præfertur primo emptori. & num. 12.*
Fallit ſtante mala fide ſecundi emptoris. num. 2.
3 *Contractus nullus ad ſui validitatem requirit ſcripturam ſed ad probationem.*
4 *Contractus dicitur perfectus, licet partes conuenerint, quòd conficeretur ſcriptura, niſi expreſſe fuerit actum quod interim non valeat. Sed contra numero 19. cum ſequent.*
5 *Ius congrui Peruſiæ obſeruatur, nec reuocatum cenſetur per Bullam Pij Quinti. Sed contra numero 53. cum ſequent.*
6 *Venditio differt à promiſſione vendendi, & num. 33.*
7 *Teſtes diſcordantes in quantitate rei venditæ & pretij nō probant venditionem.*
Nec qui dicunt ſimpliciter fuiſſe factam venditionem, ſi aliam rationem non reddant, num. 8.
9 *Vēditio, id eſt, ipſum cōtrahere, eſt quid facti, ſed effectus, qui reſultat ex ea eſt quid iuris.*
10 *Teſtes proxenetæ ſeu mediatores non ſunt idonei.*
Amplia etiam ſi nullum ſint conſequuturi præmium, numero 11.
13 *Actio perſonalis non competit contra ſingularem ſucceſſorem.*
14 *Emptor primus, qui excluditur per ſecundum, cui fuit tradita poſſeſſio, agere poteſt ad intereſſe contra venditorem ſeu eius hæredem.*
15 *Statutum Peruſinum li. 3. Rubr. 176. diſponens de vēdente rem duobus, latè declaratur cum pluribus ſeqq. & per totum.*
16 *Statutum loquens de aliquo actu intelligitur de valido.*
17 *Conſuetudo notoria & facti permanentis licet non probetur, ſatis eſt quòd allegetur.*
18 *Contractus differt ab inſtrumento.*
19 *Contractus non dicitur perfectus, ſed eſt locus pœnitentiæ, quando partes voluerunt, quòd de contractu perficeretur inſtrumentum.*
Amplia etiam ſi non fuit dictum, quod interim cōtractus non valeat, num. 20. cum ſeqq.
Intellige non eſſe perfectum, quando fuit conuentum in limine contractus quòd perficeretur ſcriptura, ſecus ſi poſt contractum, num. 22.
Et magis non dicitur perfectus, quando iure ſtatutario ſeu ex conſuetudine huiuſmodi contractus non perficitur ſine ſcriptura, num. 23. cum ſeq.
21 *Decretum iudicis interponitur cum cauſæ cognitione.*
24 *Decretum exigit ſcripturam, & non interponitur niſi in ſcriptis.*
25 *Contractus ſi eſt perfectus, licet fuerit dictum, quod ex eo perficeretur ſcriptura, tamen non poteſt probari niſi per publicum inſtrumentum vel confeſſionem partis.*
Et tunc ſuſtinetur in vim promiſſionis contrahendi tantū, puta vendendi vel ſimilis, nu. 27.
26 *Contrahentes præſumitur contrahere voluiſſe iuxta conſuetudinem patriæ.*
28 *Verbum, vēdiderit, futuri temporis, oſtendit venditionem non eſſe perfectam.*
29 *Producens inſtrumentum fatetur omnia contenta in eo.*
30 *Confeſſio facta in poſitionibus confitenti præiudicat cum ſeq.*
31 *Verbum, ponit, eſt affirmatiuum & diſpoſitiuum.*
32 *Teſtium depoſitiones declarantur per confeſſionem partis.*
Et in dubio interpretantur contra eum, qui teſtes induxit, num. 33.
35 *Statutum loquens de venditione, non verificatur in promiſſione vendendi.*
36 *Emptor primus præfertur ſecundo, quādo nemini fuit tradita poſſeſſio, & num. 39.*
Intellige ſi omnibus fuit facta venditio, ſed ſi vni fuit facta promiſſio vendendi, & alteri venditio, præfertur emptor, quamuis nemini fuerit tradita poſſeſſio, num. 36. cum ſeq.
37 *Vendere promittens, ſi non vendit, & tradit rem, tenetur actione perſonali ad intereſſe.*
Intellige, quando non habet facultatem rei tradēdæ, aliàs tenetur præciſe ad vendendum, num. 51.
38 *Pretij fides habita non præſumitur, quando non fuit deuentum ad actum traditionis.*
40 *Emptor primus cui fuit tradita poſſeſſio per clauſulam conſtituti, præfertur ſecundo, qui nactus eſt naturalem poſſeſſionem.*
Limita, ſi primus ſoluit pretium, vel de eo fuit fides habita,

bita; aliàs ſecundus, qui ſoluit pretium præfertur, nume. 41.

Amplia hanc limitationem, etiam ſi primo verè poſſeſſio fuiſſet tradita, nu. 42.

43 *Dominium non transfertur in emptorem, ſi pretium non ſoluit, vel de eo non fuit habita fides.*

44 *Statutum eſt ſtricte intelligendum, vt quanto minus fieri poteſt ex eo corrigatur Ius Commune.*

Et quoties in vno ſeu in pluribus poteſt corrigere Ius Commune, ſemper interpretatur vt in vno tantum corrigat. num. 45.

46 *Vendẽt rem duobus, punitur pęna falſi, ſi primus pretium ſoluit aut obtulit antequam res ſecundo vendita fuerit, aliàs ſecus.*

47 *Pęnæ vendentis rem duobus, abrogatæ ſunt per generalem conſuetudinem.*

48 *Oblatio facta extra iudicium, abſente & inſcio creditore, redditur ipſo iure nulla, ſeu ſaltem non afficit creditorem cum ſeq.*

50 *Ignorantia alieni facti præſumitur, niſi legitimis probationibus probetur ſcientia.*

52 *Contractus geſtus coram iudice, notario, & teſtibus dicitur palam & bona fide geſtus.*

53 *Vendere quilibet poteſt rem ſuam cui voluerit, etiam conſortibus ſeu vicinis irrequiſitis & inuitis.*

54 *Lex correcta ſi allegetur falſi pœna incurritur.*

55 *Bulla Pij Quinti reuocatoria Iuris Congrui, non eſt localis reſpectu Vrbis tantum, ſed generalis cum ſeqq.*

56 *Conſtitutio etiam localis ab omnibus obſeruari debet, quãdo in corpore iuris inſeritur.*

Et quando qui illam fecit, expreßit rationem, & voluit habere vim legis, nu. 57.

58 *Reuocatio principalis priuilegij comprehendit etiam priuilegia per extenſionem conceſſa alijs locis per modum cauſa eſſendi, ſecus ſi per modum cauſa fiendi.*

Item etiam quando maior ratio viget, & ad Ius Commune reducimur, ſi reuocatio generaliter intelligitur, numero 59.

60 *Obſeruantia ſubſequuta etiam non præſcripta multum operatur ad interpretationem legis.*

CONSILIVM LII.

FACTVM ſic ſe habet. Emit Dominus Laurentius de Griſaldis medietatem domus à Domina Berarda, & die ſequenti Domina Lucretia Dominæ Berardæ ſoror aliam medietatem eiuſdem domus vendidit Domino Felici de Gualterijs, deſuperque inſtrumenta fuerunt confecta, & quilibet poſſeſſionem adeptus fuit. Dominus Laurentius prætendit prius eamdem medietatem emiſſe à dicta Domina Lucretia, & propterea pręferendum eſſe vigore ſtatuti Peruſini, lib. 3. rubric. 176. vel ſaltem Conſtitutionis Iuris congrui. Quod negãt filij Domini Felicis nunc defuncti. Ideo quæritur quid ſit de iure reſpondendum.

Et pro Domino Laurentio dicitur probari in proceſſu inter ipſum & Dominam Lucretiam prius concluſam fuiſſe venditionem, & licet poſtea Lucretia eamdem rem vendiderit & tradiderit Domino Felici, nihilominus ipſum pręferendum eſſe, cum primus emptor ſecundo præferatur, & ſi ſecundo fuerit tradita poſſeſſio, vt cauetur dicto ſtatuto Peruſino.

Secundo aſſeritur idem de iure communi eſſe reſpondendum: nam etſi Domino Felici fuerit tradita
1 poſſeſſio † quo caſu ſecundus emptor primo antepo-
nitur, l. quoties, & ibi not. C. de rei vẽd. l. ſi autem, §. ſi
2 duobus, ff. de publ. in rẽ actio. & ibi Barto. † Attamen
quando ſecundus habuit ſcientiam præcedentis venditionis, redditur in mala fide, & excluditur à primo emptore, licet ſecundus in poſſeſſione reperiatur, vt firmant Alber. Salic. & alij, in d. l. Quoties. Bar. in d. l. Siue autem, §. ſi duob. & ibi Alex. in addi. ad eum. Bal. in rubr. C. de reuoc. his, quæ in fraud. credit. nu. 1. Paris. conſ. 11. nu. 108. lib. 1. poſt alios Anto. Gabr. in ſuis concl. in tit. de empt. & vend. concl. 1. num. 30. in 4. limit. Viui. qui communem dicit in tract. commu. opin. in verb. Vendens, ſeu donans, in fi. Caualcan. de tut. & curat. nu. 158. Burſ. conſ. 144. nu. 26. lib. 2. Rol. à Vall. conſ. 9. nu. 17. lib. 1. Rim. iun. conſ. 49. nu. 9. lib. 1. In caſu vero, de quo agitur, conſtare videtur de ſcientia & mala fide non ſolum Dominæ Lucretiæ, quæ ſciebat antea domum vendidiſſe Dom. Laurentio, ſed etiam Domini Felicis ea declaratione in inſtrumento venditionis appoſita, quòd ſi Dominus Felix domo pro ſe vti non poſſet, venditrix pro ſe illam recuperare intendebat, & etiam quia prætenditur inſtrumentum ſecreto fuiſſe celebratum, merito Dominus Laurentius præferendus videtur.

Nec videtur obſtare quod inſtrumentum ſupereſſet celebrandum, & ſic venditio ante celebrationem inſtrumenti non eſſet perfecta iuxta doctrinam Caſtren. in l. contractus, col. 3. nu. 9. verſi. Quæro quid, C.
3 de fid. inſtrum. † quia nullus contractus ad ſui validi-
tatem ſcripturam requirit, præſertim venditionis, quæ ſolo conſenſu, & re ac pretio interuenientibus contrahitur. Inſt. de empt. & vend. in princ. vbi Port. & ceteri id not. ſed ſcriptura adhibetur ad faciliorẽ probationem. l. contrahitur, ff. de pign. l. in exercendis, C. de fid. inſtrum. Rom. conſ. 106. nu. 1. gl. in l. cum proponas, la 1. C. de pact. & ibi Iaſ. nume. 13. & ceteri
4 ſequuntur. † Ideo partes, quæ poſt concluſionem con-
ueniunt vt ſcriptura conficiatur, non cenſentur voluiſſe interim contractum remanere in ſuſpenſo, ſed creditur ſenſiſſe quod fiat ſcriptura iuxta morem & ſtylum Ciuitatis ad probationem, ſed quòd interim contractus ſit perfectus, niſi expreſſe ſit actum, quod aliter contractus non valeat. Aret. & Fab. in §. 1. Inſt. de empt. & vend. Ang. & Bar. in d. l. contractus, latiſſime Curt. iun. conſ. 304. nu. 41. & ſeqq & conſ. 348. per totum, lib. 3. Bero. conſ. 80. nu. 11. lib. 3. Vrſil. ad Affli. dec. 39. nu. 6. Pute. dec. 43. lib. 3. Dec. pro commun. cõſil. 340. nu. 3. Grat. conſil. 107. per tot. lib. 1. & Burſ. qui de communi reſtatur, in conſil. 100. nu. 10. & ſeqq. multis lib. 1. vbi etiam num. 20. ver. Partes, dicit ita fuiſſe deciſum in Rot. Rom.

Tertio quia domus dicti Laurentij contigua eſt domui de qua agitur, à tribus lateribus, ipſe præferen-
5 dus † videtur per conſtitutiones iuris congrui, Sixti,
Leonis Decimi, & Pij Quarti Romanorum Pontificum, & ad ciuitatem Peruſiæ extenſas per Cardinalem Ariminenſem, tunc Peruſiæ Legatum, & poſtea per Summos Pontifices. Nec huic fundamento obſtare videtur bulla Pij Papæ Quinti, reuocatoria Iuris congrui, quoniam hæc reuocatio videtur localis, & reſpectu Vrbis, nec ad dictam extenſionem factã per Legatũ & Summos Pontifices extendẽda, ex his, quæ late habentur inter conſil. Oldradi conſil. 266. incip. Quod autem per reuocatoriam.

Prædictis non obſtantibus, arbitror filios Domini Felicis eſſe in caſu victoriæ. Quoniam teſtes ad probandum venditionem inducti, illam non probant in fauorem Domini Laurentij: Aliqui enim dicunt
6 promiſiſſe vendere, qui venditionem non † probant,
cum differat venditio à promiſſione vendendi, l. In bonæ fidei, cum ibi not. ff. de eo quod certo loc. Bartol. in l. Si pupillus, ff. ad leg. Falcid. Bald. in l. fina. §. emptor,

Emptor, C.cõm.de leg.Iaſ.conſ. 117.nu.2.lib.1.Alex.
in l.iuris gentium,nu. 10. ff.de pact.& conſ.76.nu.15.
lib. 5.Iaſ.in d.l.Quoties,nu.34.Bero.conſ.62.num.25.
lib.3.Ceph.conſ.66.n.20.lib.1.late Rol. à Val.cõſ.69.
7 per tot. lib.3. † Alij diſcordant in quantitate domus
& pretij,& ſic non faciunt fidem.Afflict.deciſ.72.n.5.
8 & 6.Nonnulli dicũt ſimpliciter vendidiſſe † qui vendi
tionem non probant,cum iſto modo deponant de eo,
quod eſt iuris,quod non ſpectat ad teſtes,qui debent
deponere de eo,quod eſt facti, videlicet de verbis, ex
quib.colligatur fuiſſe factam venditionem.Bart.& a-
lij in l.ſciendum,ff.de verb.oblig.in terminis Alex.cõ
ſi.180.nu.3.lib.6.& conſ.173.nu.7.ver.Prima quia,lib.
7.Dec.conſ.321.nu.9. & idem eſt de intentione Rotæ
9 Rom.vt per Put.deciſ.282.lib.1.Et quamuis † vẽditio
ſit quid facti,l.conſ.ff.de cur.fur.dicitur ipſum cõtra-
here eſſe quid facti,ſed effectus, qui reſultat,id eſt ip-
ſa venditio,eſt quid iuris,vt declarat Bart.in l.ex hoc
10 iure,n.8.ff.de iuſt.& iur. † Vlterius teſtes non probãt,
quia fuerunt proxenetæ & mediatores,vt ipſi dicunt,
& ſic non ſunt idonei ob præſumptam affectionem,
quam habent ad cãm,vt perficiatur quod ipſi tracta-
uerunt.Anfr.in tract.de teſt.nu.67.Ant.Gab.in tit.de
11 teſt.concl.20.vbi de cõi teſtatur. † & id procedit,quã-
uis ipſi præmiũ non ſint conſequuturi. Alex.cõſ.128.
nu.1.lib.2.conſ.13.nu.13.ver.hoc etiam,lib.1.Soc.iun.
qui cõem dicit conſ.12.nu.18.lib.2.Ant. Gabr.d.con
cluſ.20.nu.3.Præterea ſi venditio probaretur,eſſet ni
hilominus præferendus D.Felix,quod de iure cõi cla
rum eſt, qm̃ Domina Lucretia vendidit domum Do-
mino Felici, eique realẽ poſſeſſionẽ tradidit, & in ea
12 modo eiuſdem filij reperiuntur † Et quando duob.eſt
facta venditio,ſecundus qui in poſſeſſione reperitur,
præfertur,d.l.quoties,& ibi not.omnes, C.de rei vẽd.
Ruin.conſ.157.nu.6.lib.4.Soc.iun.conſ.76.nu.70.lib.
1.Ant.Gab.in ſuis concl.in tit. de emp.& vend.concl.
2.in prin.Nec ſecũdus,qui poſſeſſionem habet ab eo,
qui prius emerat,iure moleſtari poteſt, non quidem
rei vendicatione, quia ſecundus cui eſt facta traditio
dominium acquiſiuit,& non primus,l.traditionibus,
13 C.de pac.nec actione perſonali poteſt cõueniri † quo
niã perſonalis actio cõtra ſingularem ſucceſſorẽ non
tranſit,l.1.§.ſi hæres,ff.ad Treb.l.fi.§.fin.ff.de contrab.
14 empt. † Ideo primo emptori cõtra ſecundum empto-
rem nulla competit actio, ſed contra venditorem vel
hæredem ad intereſſe agere debet ſecundum Ruin.d.
conſ.157.num.6.lib.4. Vin.in dictis ſuis cõib.opin. in
ver.vẽdens ſeu donans,in prin.Abb.conſ.91.col.pen.
lib.2.Iaſ.in l.fi.col.pe.C.de ſacroſ.eccleſ.Ant.Gabr.in
d.concl. 2. nu.2. & ceteri oẽs id admittere videntur.

Et quoniam de iure communi hoc videtur clariſſi-
mum,idem dicendum eſt,non obſtante ſtatuto Peru-
ſino in d.rub.176.lib.3.

15 Primo quia ſtatutum diſponit † q̃ ſi eadem res ven
datur duob.primus emptor præferatur,licet ſecũdus
ſit in poſſeſſione. Et dum de prima venditione loqui-
tur,intelligi dẽt de valida,nec in vẽditione nulla eius
16 verba verificari poſſont,cum † lex vel ſtatutum,quod
loquitur de aliquo actu,intelligatur de valido,nec ve
rificetur in actu nullo,l.1. § hæc verba, ff.quod quiſq.
iuris,l.4.§.condemnatũ.& ibi not.ff.de re ind.l.nõ pu
tauit,§.non quæuis,ff.de bon. poſſ.contr.tab. Paul.de
Caſt.cõſ.74.col.1.ver.Et idẽ dicendũ eſt,lib.2.late Ti
raq.de vtroq.retract.in tit.de tetract.lignag.§.1.gl.2.
nu.5.& ſeqq.Sed in aſſerta venditione, vt prætẽditur
facta D.Laurẽtio, decretum iudicis cõis Peruſiæ non
interuenit,prout adhiberi ſolet in omnib. cõtractib.
mulierũ tã per conſtõnem Marchiæ lib.5.c.25. in fin.
quam per antiquiſſimã Conſtõnem notariorum ciui-
tat. Peruſiæ approbatam à ſtatuto Peruſino li.2.rub.
19.col.2.ver.Et etiam mulierum actibus, & etiam ob
inueteraram conſuetudinem huius ciuitatis & per
decreta ſuperiorum deſuper edita,quæ oĩa nota ſunt,
17 etſi in proceſſu † de hac conſuetudine non conſtaret,
cum ſit notoria & facti permanẽtis, & ex inſpectione
oĩum inſtrumentorum ab annis 100. & vltra põt pro
bari, ſatis erit illã allegare abſq; alia probatione, gl.
in l.ciues,in ver.ſi ſub iuſta,C.de app. Bar.in l.empto
rem,nu.3.ff.de actio.empt. Iaſ.in l.ſi vero, §.ſi pro rei,
nu. 10.ff.qui ſatiſd.cog.& not.Rip.in l.Dies,§.hoc au-
tem edicto,nu.34 ff.de dam. infec. dicens, quòd licet
cõſuetudo ſit probanda iuxta c.1. de conſt.in 6.id eſt
ne iudex poſſit de ea ignorantiã prætendere,ſed hanc
rationẽ ceſſare in conſuetudine notoria.Pan.Bal.Sal.
& alios adducens,& in ſpecie quòd conſuetudo noto
ria non ſit probanda, ſed ſola eius allegatio ſufficiat,
& iudex de ea ex officio ſe informare debeat, poſt a-
lios firmant Soc.iun. in conſ.65.nu.39.& ſeqq. lib.1.
Ceph.conſ.85.nu.22.& ſeqq.& conſ.108.n.15.& ſeqq.
lib.1.& conſ.558.nu.23. & ſeqq. lib.4.Rim.iun. conſ.
163.nu.16.lib.2. Ideo non videtur quòd D. Laurẽtius
cum Lucretia valide contraxerit,& propterea in hu-
iuſmodi contractu ſtatutũ non verificatur,etſi decre-
tum pro ſubſtantia exigeretur,fundamentũ hoc ſubſi
ſteret, verum quia in dubiũ reducitur in hac ciuitate
nũquid decretum ſit neceſſarium,& eo omiſſo cõtra-
ctus mulierũ infringatur, deuenio ad alias rationes.

Et ſecundo principaliter dico,quòd nõ conſtat D.
Lucrẽtiam vendidiſſe domum Domino Laurẽtio,ſed
ſolum conſtat fuiſſe tractatam venditionem, & ſuper
fuiſſe faciendum contractum, vt teſtes deponunt, ex
quib.non probatur venditio: Dum enim teſtes dicũt
ſuperfuiſſe faciendum contractum, intelligunt nõ de
inſtrumento,ſed de ipſo contractu vẽditionis,de quo
18 poſtea fit inſtrumentum † quia contractus ab inſtru-
mento differt,quoniam contractus eſt ille, qui conti-
netur in inſtrumento, & inſtrumentum de contractu
perficitur Bar.in l.1.§.& parui,n.4.ff.quod vi, aut clã.
Corn.conſ.241.col.fi.ver.Inſuper,lib.3.Ideo teſtes de
contractu loquẽtes non intelliguntur de ſimplici ſcri
ptura.Et ſi admitteretur teſtes intellexiſſe de inſtru-
mento,adhuc dicitur non probare perfectam vendi-
19 tionem: † nam quando conſtat partes velle,quod in-
ſtrumentum de venditione perficiatur, venditio non
poteſt dici perfecta,ſed locus eſt pœnitentiæ, & par-
tibus ante inſtrumenti celebrationẽ nullum ius quæ-
ritur,vt probat text.in l contractus, C.de fide inſtru.
& in §.1.ver.In his autem.Inſti.de empt.& vend.& in
prætenſa venditione imperfecta ſtatutum non proce-
dit,quæ non venditio, ſed potius ratiocinium appel-
labitur,vt habetur in d.l.contractus.

Et quamuis non fuerit dictum, quòd non valeat,
niſi fiat inſtrumentum,prout fuiſſe neceſſarium dixit
Burſat. in alleg.conſ. 100.nu.19. & ſeqq.lib.1. adhuc
20 prædictis locus eſt; quia † magis cõiter Doct.tenent,
quòd qñ ſimpliciter partes conueniunt de conficiẽda
ſcriptura,in dubio id cenſetur dictũ pro ſubſtantia,&
quod interim contractus ſit imperfectus,cum partes
videantur contuliſſe ſubſtantiã contractus ad diẽ, in
qua ſcriptura conficeretur, vt voluerunt Plac. & Azo
quos refert & ſequi videtur gl.(cum vltimo loco eorũ
opinionem ſonat)in d.l.contractus,in ver.in ſcriptis,
& gl.in d.§.1.Inſtit.de empt. & vend.in ver.ſcriptura,
& ibi Aldobrand. in addit. hanc opinionem magis
communem eſſe teſtatur.Specul.in titu.de emptio. &
vendit. §.1.num.10. Paul.de Caſtr.in d. l.contractus,
num.1.in fin.& num.9.vbi optimam huius concluſio-
nis adducit rationem. & in l. Qui bis, num.2. ff. de

verb.oblig.& opinionem Azo ſequuntur Cin.Iacob.
Butr.& communiter Doct. vt teſtatur Salic.in d.l.cō
tractus,num.5.verſic.& in his litteris, Iaſ. in d.l.qui
bis idem, n.4.Soc.ſen.conſ.169.n.9.lib.2.idem vide-
tur tenere Bald.conſiderando bene eius diſtinctionē
in d.l.Contractus. nu.7.eandem opinionem Plac. &
Azon. communiorem eſſe teſtatur Port. in §.1. nu.4.
Inſtit.de empt.& vendit. Dec.in cap.ſcripturam, nu.
29.& 41.de fide inſtr.& in conſ.11.col.2.verſic.Com-
probatur.Fulg.conſil.200.col fin.verſic. Me quoque,
Natt.conſ.357.nu.1.in fi.verſ.Sed quid, lib.2.Afflict.
Deciſ.39.num.4.Boer.deciſ.48.num.17.& 18. Idem
quando ſumus in dubio, & ex aliis non conſtat par-
tes voluiſſe habere cōtractum pro perfecto antequā
conficiatur ſcriptura, ſed ſimpliciter contraxerunt,
dicentes quòd conficiatur inſtrumentum, tenent ſe-
quendo opinionem Azo.Plac.Caſtr.& aliorum Are.
in conſil.159.num.10.verſic.Sed certe. & nu.11. verſ.
& per præmiſſa. quam refert & ſequitur Dec. in d.cō
ſil.11.verſic. Non obſtat. licet eum corrupte alleget
in conſil.140. idem ſentit Soc.iun. conſil.189. nu.94.
lib.2.& omnes in citatis locis loquuntur, quando ſu
mus in dubio & ſimpliciter actum eſt, quod fiat in-
ſtrumentum licet non ſit dictum, quod aliter non va
leat, prout ēt in iſtis terminis ita magis cōiter firma
re Doct.teſtantur Soarez.recep.ſent.in verb. Scriptu
ra,nu.20.poſt Anton.Gomeſ. de contract.cap. 2.nu.
17.Iaſ.in conſil.151.per totum. lib.2. maxime col.2.
in princ. verſic. Quarto, & latiſſime poſt alios mul-
tos hanc veriorem & magis communiter receptam
eſſe teſtatur Rim. iun.in conſil.51. per totum maxi-
me,nu.18.& ſeqq. & 28.& ſeqq. lib.1. vbi contrariis
reſpondet. Ex quibus videtur dicendum hāc opinio-
nem in iſtis terminis eſſe magis cōiter receptam, &
pondere & numero Doctorum magis fulcitam, &
pro qua adeſt tex.in d.l.contractus, & propterea ſe-
quenda eſt, quidquid in contrarium dixerit Burſat.
in dicto conſ.100. ſtante maxime quod aliqui ex Do
ctoribus ab eo adductis illam non probant, quoniā
Soc.ſenior non dicit aliquid quod noceat. Dec. in cō
ſil.34 loquitur in caſu, in quo ex coniecturis appare
bat partes voluiſſe venditionē eſſe perfectam etiam
antequam ſcriptura perficeretur, quod eliciebatur
ex eo quia pretiū erat ſoluendum antea, ideo non no
cet, cum hic pro aduerſario nulla vigeat coniectura,
vt declarat poſt Aret.ipſe Dec.in alleg. conſi.11.col,
2. verſ. Non obſtat. vbi diſtinguendo dicit, quod ſi ſi-
mus in dubio procedit opinio Azonis: ſi vero alia ad
eſt coniectura, opinio contraria eſt ſequenda, quæ cō
iecturæ non ſolum nō vigent in præſenti caſu, immò
in contrarium vt dixi, præſertim quia ſi partes volue
runt contrahere cum decreto, clare apparet non ha-
buiſſe contractum pro perfecto, nec voluiſſe ſcriptu-
ram perfici ad probationem tantum, cum decretum
adhibeatur pro ſupplenda imbecillitate mulieris &
pro confirmatione ac validitate contractus. Et quia
31 illud † interponitur cum cauſæ cognitione. Barto. &
alij in l.cum hi, §.Vult igitur, vbi Iaſ.nu.2. ff.de tran-
ſactio.Simoncel.in tract. de decret. lib.1. tit.1. nu.31,
& 32. Et poterat euenire quod iudex nollet conſenti
re, clarum eſt partes non habuiſſe contractum pro
perfecto, ſi ſe ſubmittebant voluntati iudicis, cuius
32 decretū deſiderabant.† Minus nocet Grat.conſ.107.
lib.1. quoniam in caſu ſuo poſt perfectum contractū
conuentū erat, vt fieret ſcriptura, quo caſu facile poſ
ſet id concedi. Sed quādo antea vel in limine contra-
ctus dicitur, quod fiat inſtrumentum, opinio Azonis
admittitur, & non contradicit Grat. immo num.4. &
6. ita diſtinguēs pro nobis ſentit. At hic quando fuit
tractata, & vt prætenditur, concluſa vēditio, dictum
fuit, quod inſtrumentum celebraretur, & ad hunc ef
fectum partes acceſſerunt ad domum iudicis cū No
tario, ideo ſequenda eſt Azonis ſententia, cum valde
differat vnus caſus ab alio, vt declarant gl. in d.l con
tractus. in verb. in ſcriptis. Spec. in d.§.1.num.10. de
empt.& vendit.& Bal.in d.l contractus.nu.7.nec ve-
rum eſt Couar.in c.relatum, in princ. nu.9. in fin. te-
ſtari opinionem Azonis eſſe communiter improba-
tam, vt aſſerebat Burſ.in d.conſil.100.num.20.verſic.
Etſi replicetur. Quoniam Couar. adducit tantum
Azonem incidenter, & aſſerit, quòd etſi eius opinio
non ſit à Doctoribus recepta, nihilominus quia pro-
batur regia lege voluit adduxiſſe. Soc.iun.& Ioan.de
Amic. parum nocet, vt in eorum conſilijs inſpici pōt.
Et magis ſententia Azon. et Plac. videtur ſequenda,
cum ab ea diſſentientes ea ratione moueantur, quia
ſcriptura non requiritur pro ſubſtantia, ſed tantum
33 ad faci... rem probationem, tamen admittunt † q ſi
ſcriptura reputatur neceſſaria pro ſubſtantia de iu-
re communi, ſtatutario, vel conſuetudinario ciuita-
tis, & quòd ſimilis cōtractus celebretur ſine ſcriptis,
credendum ſit partes voluiſſe inſtrumentum confici
pro validitate contractus, et quòd interim cōtractus
non ſit perfectus, vt declarant Bal. in d.l.contractus,
nu.7. et ibi Salic.nu.5. et melius Sal.in Auth Sed no-
uo iure, nu.6. et 9. C.ſi cert.pet. hoc idem ſentit Grat.
pro contraria parte adductus in dicto conſil.107.nu
me.4.li.1. et eſt de mente omniū in eorum diſtinctio
nibus. Sed in caſu noſtro ſcriptura pro validitate a-
ctus erat conficienda, nec aliter valebat venditio, iō
interim contractus erat imperfectus, maior proba-
tur, quia venditrix erat mulier, et mulieres non obli
34 gantur abſque decreto iudicis, vt dixi, et † decretum
ſcripturam requirit, et non niſi in ſcriptis interponi
poteſt. Inn.in c.dudum, col.2.ver. Et nota. de reb.ec-
cleſ.non alie. et comprobatur per Rolan. in conſ.33.
nu.11.et ſeq.lib.1. Idcirco ratione decreti interponen
di venditio ſcripturā exigebat, et ſine ea nullius erat
momenti, vt in propoſito dixit Menoch. in conſ.80.
nu.60. lib.1. Partes igitur intendentes confici debere
ſcripturam, id pro validitate & ſubſtantia intellexe
35 runt, pro requirebatur. † Vel ſaltem ſi ad probatio-
nem illam deſideraſſent, fuit tamen neceſſaria, qm
quando conuentum eſt, vt ſcriptura conficiatur, ſi
ab alia parte negetur, contrarium non poteſt proba
ri, niſi per publicum inſtrumētum, vel per partis con
feſſionem, ex qua illam conuentionē allegans ab one
re probādi releuetur, nec probatio per teſtes admit-
titur, & ita contraria opinio declaratur per Ant.Ga
briel. in tit.de pact.conclu.3.nu.4 poſt Bal.in Auth.
Sed nouo iure, C.ſi cert.pet.& Bru. to tract. de form.
in tit. quotuplex eſt forma, col.9.ver. Ad idē. Et quia
conſtat expreſſe partes voluiſſe obſeruari in vēditio-
ne conſuetudinem ciuitatis, et contrahere adhibito
decreto, quod probant teſtes aſſerentes acceſſiſſe ad
domum iudicis cauſa conficiendi inſtrumentū, et ibi
non fuiſſe concordes, ceſſat dubitatio, de qua ſupra,
numquid decretum pro ſubſtantia requiratur, quia
in hoc habemus intentionem partium, q cum eo vo-
26 lebant contrahere. † Prout etiam ſi eſſemus in dubio,
præſumendum eſſet voluiſſe contrahere cum decre-
to iuxta conſuetudinem patriæ, et ſic ſcripturam ce-
lebrari pro validitate et ſubſtātia, arg.tex. in l.quod
ſi nolit, §. qui aſſidua, de ædilit.edict. iunctis not. per
Rui.conſil.74.nu.1.lib.1. Cephal. conſil.598.nu.59.
lib.4 qui alios adducit.

Tertio principaliter dico, qd̄ aſſerta cōuētio facta
inter D.Laurētiū et D.Lucretiā, ſi valuiſſet ēt ante-
quam

quam conficeretur inſtrumentum, non contineret
27 † perfectam venditionem, ſed tantum eſſet pactum,
& promiſſio vendendi, & efficax in hoc, quòd pœnitẽ
tiæ non eſſet locus, vt etiam retenta opinione Ioan.
contra Azõ. declarat Ceph. in conſ. 66. nu. 18. & ſeqq.
lib. 1. Nec contradicit Burſ. qui ſemper conſiderat va
liditatem quo ad hoc, ne pœnitentię locus ſit in dicto
conſ. 100. nu. 19. in fin. & nu. 20. ver. cum ideo Et quod
ſit tantum facta promiſſio de vendendo, conſtat etiã
ex inſtumento venditionis poſt prætenſam conclu-
ſionem celebrato inter Dominum Laurẽtium, & Do-
minam Berardam de alia medietate dictæ domus, in
quo Dominus Laurentius dixit paratum eſſe ſoluere
pretiũ alterius medietatis eiuſdem domus D. Lucre
28 tiæ, quando ipſa illam vendiderit † per verbum futu
ri temporis, quod oſtendit venditionem non fuiſſe fa
ctam, ſed in futurum fieri debere, vt in propoſito con
ſiderat Rim. iun. in d. conſil. 51. num. 9. & ſeq. lib. 1. Et
cum illa ſint verba prolata à Domino Laurentio, qui
etiam dictum inſtrumentum in iudicio exhibuit, con
29 tra eum plene probant, † cum ex productione dicti
inſtrumenti omnia contenta in eo faſſus fuerit, iuxta
l. Cum pretium, C. de liber. cauſ. not. Rom. conſ. 433.
late Natt. conſ. 565. num. 3. & ſeq. lib. 2. Quibus acce-
dunt aliæ confeſſiones ipſius Domini Laurentij, aſſe-
rentis, Lucretiam ſibi promiſiſſe domum vendere, vt
fatetur reſpondendo poſitionibus, cui non ſolum prę
iudicat confeſſio facta in dictis reſponſionibus, ſed
30 † etiam illa, quæ emanauit in poſitionibus eiuſdem
Laurentij ſecundum Barbat. conſil. 3. nu. 33. lib. 2. Pa
riſ. conſil. 21. num. 22. lib. 4. Papienſ. de form. capitul.
act. in verb. Coram vobis, nu. 4. Addit. ad Alex. in con
ſil. 162. in lit. A, lib. 6. Præſertim quia per verbum, Po-
31 nit, ſunt formatæ, quo caſu quia † verbum, ponit, eſt
affirmatiuum, & diſpoſitiuum, in eis deducta ponen-
ti præiudicant. Papienſ. in d. tit. in verb. Ponit, num. 1.
& 2. Speculat. de poſitio. §. 8. in princ. quod eſt de men
te Baldi in cap. per tuas, numer. 9. de teſtibus, & Ma-
ran. in Specul. par. 6 act. 4 de poſit. ſeu attic. product.
& de hac promiſſione de vendendo deponunt etiam
aliqui teſtes, ex quibus declarãtur depoſitiones alio
rum teſtium deponentium de concluſione venditio-
nis, vt ſcilicet intelligantur de concluſione venditio-
nis faciendæ, non de venditione perfecta, poſtquam
alij teſtes de eodem actu deponentes dicunt fuiſſe fa
ctam promiſſionem de vendendo, quod etiam plu-
32 ries faſſus fuit Dominus Laurentius † ex cuius con-
feſſione dicta teſtium declarantur. Abb. in cap. Ioan-
nes, nu. 7. de fid. inſtrum. Tanto magis quia in dubio
33 † dicta teſtium contra inducentem, qui in eorum di-
ctis ſe fundat, ſunt interpretanda, cap. in præſentia,
de probat. Rot. deciſ. 6. de teſtib. in antiq. Afflict. de-
ciſ. 120. num. 3. Alexand. conſil. 136. numero 9. libr. 1.
Corn. conſil. 216. num. 6. libr. 3. Cum igitur prætenſa
conuentio non ſuſtineatur niſi in vim promiſſionis
de vendendo, Dominus Felix, qui poſtea emit, præfe
rendus erat, non obſtante ſtatuto, quod loquitur de
34 prima venditione † cum aliud ſit vendere, aliud pro
miſſio vendendi, & inter ſe valde differant, l. in bonæ
fidei, cum ibi not. ff. de eo quòd cert. loc. Iaſ. in l. Quo-
ties, num. 34. C. de rei vend. Soc. ſenior conſil. 170. nu-
35 mero 2. lib. 2. & ſupra dictum fuit, † & ſtatutum, lo-
quens de venditione, in promiſſione vendendi non
verificatur ſecundum Bal. in l. 1. numero 3. C. de pact.
pignor. Marſil. ſingul. 469. late Tiraq. de retract. con-
uent. ad fin. tit. numero 42. & 45. & comprobatur per
36 Iaſ. in dicta l. Quoties, numero 34. vbi dixit † quòd ſi
eadem res fuit vendita duobus, & nemini tradita,
præfertur primus emptor, ſi ſit vere facta venditio:
ſecus ſi tantum promiſſio vendendi, quia cum aliud
ſit venditio, aliud promiſſio vendendi, ſecundus cui
vere fuit vendita, præfertur, & illi cui fuit facta pro-
37 miſſio vendendi, ſolum † ad intereſſe contra promit-
tentem actio perſonalis conceditur. Aret. conſil. 28.
colum. 1. Ange. conſil. 184. in fin. Ruin. conſil. 168. nu-
mero 22. in fin. lib. 1. Menoch. conſil. 122. nume. 22. &
ſeq lib. 2. Ceph. conſil. 316. num. 21. & ſequen. lib 3. &
Iaſ. opinionem poſt Card. Oldrad. Imol. & alios ſe-
quitur Gabriel. in dicto tit. de empt. & vend. concluſ.
2. nu. 4. amplians eam procedere, etſi prius vni cum
iuramento ſit facta promiſſio vendendi, quod etiam
placuit Iaſ. in dicto conſil. 117. num. 3. Vnde idem di-
cendum eſt in propoſito ſtatuto, quod de venditio-
ne loquitur.

Quarto quia filij Domini Felicis ſunt in poſſeſſio-
ne, & habent inſtrumentum venditionis, preciumq;
fuit ab eorum patre ſolutum, Laurentius vero pre-
38 cium non ſoluit, nec de eo fuit fides habita, † prout
nec habita præſumitur, cum non appareat deuen-
tum ad aliquem actum traditionis, vt declarat Alex.
in conſil. 86. col. 2. ver. Nec obſtat, lib. 6. Dominus Fe-
lix, qui pretium ſoluerat, præferendus erat, ſecũdum
Alex. in d. conſil. 86. col. 1. & 2. Videmus enim quod
39 quando duobus vnius rei eſt facta venditio, ſi † nemi
ni fuit tradita, præfertur primus. Iaſ. in dicta l. Quo-
40 ties, nu. 34. † etſi ſecũdo vere fuerit tradita poſſeſſio,
& primo per clauſulam conſtituti, ſecundus excludi-
tur. Doct. in d. l. Quoties, Dec. in l. contractus, nu. 18.
ff. de reg. iur. Soc. iun. conſil. 18. nume. 2. lib. 2. Anton.
Gabr. in d. concl. 2. num. 18. Burſat. conſil. 144. numer.
23. & ſequen. lib. 2. & magis primus erit ſecundo an-
teponendus, quando realiter in poſſeſſione reperi-
41 tur, vt volunt omnes † Et nihilominus omnia limi-
tantur procedere, ſi primus emptor pretium ſoluit,
vel de eo fuit fides habita, aliàs ſecundus, qui pretiũ
ſoluit, præferendus eſt, vt not. Bald. in rubr. numero
28. & ſeqq. C. de contrahen. empt. Guid. Pap. dec. 112.
ver. Et hoc verum, Dec. in d. l. contractus, numero 19.
Anton. Gabr. in dicta concluſ. 2. numero 22. & 53. Ti
raquel. de iur. conſtit. par. 1. num. 27. Gra. conſil. 18. nu
42 mero 5. lib. 1. Port. Imol. in conſil. 171. nume. 27. † Et
loquuntur Dec. Port. & Tiraquel. etiam ſi primo em-
43 ptori res fuiſſet effectualiter tradita ea ratione † quia
pretio non ſoluto vel fide de eo non habita, nullum
emptori quæſitum eſt dominium, vt probat text. in l.
Quod vendidi, & ibi Bald. ff. de contrahend. empt. §.
Venditæ. Inſtit. de rer. diuiſ. Tiraquel. in dicta par. 1.
nume. 27. & conueniens eſt, quod ſecundus, qui pretium
ſoluit, & dominium acquiſiuit, ſit anteponendus, &
ita puto intelligendum ſtatutum, vt ſcilicet primus
præferatur ſecundo, licet ſecundus ſit in poſſeſſione,
dummodo primus pretium perſoluerit, vel de eo fue
rit fides habita, prout de iure communi exigitur, etiã
44 quando primus ſecundo præferretur, † ſtatutũ enim
& eius verba ſtricte ſunt intelligenda, vt quanto mi-
nus poſſit ex ſtatuto ius cõmune corrigatur, & dum-
modo aliquid operetur, in reliquis ſecundum ius cõ-
mune interpretatur. Bellon. conſil. 53. numer. 8. Curt.
iun. qui communem dicit conſil. 105. numer. 2. libr. 2.
Ceph conſil. 220. num. 15. lib. 2. & ad iuris terminos
reducitur. Ant. de Butr. & alij in c. Cum dilecti, de cõ
ſuet. late Bero. conſil. 150. numero 23. & ſeqq. libro 1.
Burſat. conſil. 44. num. 33. lib. 1. Operatur igitur ſtatu
tum correctionem iuris communis in hoc, quòd pri-
mus emptor præferatur ſecundo, qui in poſſeſſione
reperitur, quod non erat de iure, iuxta dictam l. Quo
ties. In reliquis vero Ius Commune remanebit incor
45 rectum. Nam quoties † ſtatutum poteſt in vno caſu,
& in

& in pluribus ius commune corrigere, ea ſemper ſu-
mitur interpretatio, vt in vno tantum inducatur cor-
rectio. Grat. conſ. 13. nu. 43. lib. 2. Port. Imol. conſ. 86.
nu. 6. Bero. d. conſ. 150. num. 26. Senat. Ped. deciſ. 167.
num. 22. Mazol. conſ. 103. num. 45. Rol. à Val. conſ. 80.
num. 21. lib. 4. Et quòd ſtatutum prædictum quod pę-
nam imponit vendenti rem duobus, & primum man-
dat præferri, ita ſit intelligendum, probatur in l. Qui
46 duobus, ff. ad leg. Cornel. de falſ. † vbi diſponitur ven
dentem eamdem rem duobus, pęna falſi puniri, dum-
modo primus pretium ſoluerit, ſeu venditori obtule
rit, antequam ſecundo vendiderit, & non aliàs. ita
Bald. in l. venditor, in lect. antiq. num. 2. ff. de hæred.
vel actio. vendit. & in dicta l. Quoties, num. 2. vbi aſſe
rit pretio per primum non ſoluto vel oblato, impune
alteri venditionem fieri poſſe, eum ſequitur Alex. in
d. conſ. 86. col. 1. verſic. Nec incidit, lib. 6. Fabian. de
Mont. de empt. & vendit in 26. q. 3. q. princ. num. 50.
Alex. in l. à Diuo Pio, §. ſed ſi emptor, num. 3. ff. de re
iudi. & ibi Iaſ. nu. 5. Nec iſto caſu ſtatutum de ſuper-
fluitate redargui poteſt; nam etſi etiam de iure com-
muni per dictam l. qui duobus, pœna vendenti rem
duobus imponeretur, nihilominus tollitur ſuperflui
47 tas, quia ſtatutum diuerſam pœnam imponit † & pę-
næ, de quibus in dicta l. Qui duobus, per generalem
conſuetudinem erant abrogatæ, nec hodie imponun
tur, vt teſtatur Iul. Clar. in §. falſum, ver. vendens Bur-
ſat. de communi in conſ. 100. nu. 31. lib. 1. Nec vis vlla
fieri pôt, vt locus ſit diſpoſitioni ſtatuti iuxta termi-
nos l. qui duobus, in obligatione facta per Dominũ
Laurentiũ de ſoluendo pretium D. Lucretiæ, quando
48 ipſa vẽdiderit domum † illa quidem fuit facta extra-
iudicium, quando Laurentius emit aliam medietatẽ
domus à Domina Berarda, abſente ac inſcia ipſa Lu-
cretia, ideo oblatio redditur ipſo iure nulla, vt dixit
Iaſ. in conſ. 9. num. 15. verſic. Secundo & fortius, lib. 1.
Menoch. de arbit. iud. quæſt. lib. 2. cent. 3. caſ. 238. n. 3.
49 & ſeq. & Burſat. conſ. 44. num. 41. lib. 1. ſeu † ſaltem Do
minam Lucretiam non afficiebat. Bero. conſ. 192. nu.
33. & 48. libro 1.

Et ſtantibus prędictis creditur manifeſte conſtare
iura filiorum Domini Felicis potiora eſſe, non ob-
ſtantibus ex aduerſo adductis, quæ pro maiori parte
remota apparent, & particulariter reſpondendo di-
citur.

Primum obiectũ de ſtatuto ex ſupra deductis ſub-
latum eſſe.

Secundum de mala fide tollitur, quia de mala fide
Dominæ Lucretiæ non conſtat, et ſi fuiſſet in mala fi-
de non nocet, quoniam ad effectum, de quo agitur,
conſideranda eſt mala fides emptoris, & ita loquun-
tur Bald. Pariſ. & alij omnes in contrarium adducti.
Et ſi mala fides venditoris attenderetur, numquam
eſſet locus diſpoſitioni dictæ l. Quoties, cum ſemper
qui vendit rem duobus, ſit in mala fide quando ſe-
cundo vendidit, ex quo ſit prius alteri vendidiſſe. Et
de mala fide Domini Felicis non conſtat, & præſumi-
50 tur † ignoraſſe alienum factum, & ſic prætenſam ven-
ditionem prius factam Domino Laurentio, iuxta l.
Verius, ff. de probat. cap. Præſumitur, de reg. iur. in 6.
Pariſ. conſil. 20. num. 64. lib. 1. niſi ex aduerſo liqui-
diſſimis probationibus ſcientia probetur, cum con-
tra eam iuris præſumptio exiſtat, l. fin. ff. de eo quod
met. cauſ. Specul. in tit. de probat. §. 1. verſic. fin. Ce-
phal. conſil. 350. num. 10. & ſeq. & conſ. 393. num. 97.
lib. 3. Nec clauſula, de qua in dicto inſtrumento fauo
re Lucretiæ appoſita arguit Dominum Felicem præ-
tenſæ præcedentis venditionis ſcientiã habuiſſe; Po-
tuit enim apponi ad alium effectum, ne ſcilicet Do-
minus Felix domum illam in totum vel in partem
concederet Do. Laurentio, cum quo Lucretia (vt te-
ſtes dicunt) erat indignata; Vel ſponte, vel forſan co
acte vigore Bullæ iuris congrui, licet eſſet reuocata.
Nec eſt veriſimile fuiſſe appoſitam dictam clauſulã
ob timorem aſſertæ præcedentis venditionis, quia
hoc reſpectu fuiſſet fruſtratoria, nã ſi pręceſſiſſet vali
da & perfecta venditio, potuiſſet Dom. Laurentius
domum auferre tam à Dom. Felice, quam à Dom. Lu
cretia, ſi ad eius manus perueniſſet, & potius pactum
hoc reſpectu nocuiſſet, nam ſi erat facta promiſſio vẽ
dendi Dom. Laurentio, poſtquam res peruenerat ad
51 manus Domini Felicis † Do. Laurentio dabatur tan
tum actio perſonalis ad intereſſe contra venditricẽ,
nec pro conſecutione domus agere poterat contra
poſſeſſorem ſecundum Ruin. conſil. 157. num. 6. lib. 4.
Gabr. d. concl. 2. nu. 2. & alios. Sed ſi domus rediiſſet
ad manus Dom. Lucretiæ vigore dicti pacti, potuiſ-
ſet ipſa cogi præciſe ad vendendum, ſi haberet facul
tatem rei tradendæ vt not. Doct. in d. l. quoties. præ-
ſertim Iaſ. num. 34. Non cenſetur igitur hoc reſpectu
appoſitum dictum pactum, & propterea nec ſcien-
tiam Dom. Felicis probat. Nec verum eſt inſtrumen
52 tum fuiſſe clandeſtine celebratum, † ſed quia fuit
celebratum coram iudice, teſtibus, & Notario, con-
ſtat de contrario, & palam ac bona fide factum dici-
tur. Bar. in l. frater à fratre, n. 51. ff. de condict. indeb.
& Iaſ. in l. pacta nouiſſima, nu. 9. verſ. 4. C. de pact. vbi
Imol. Alex. & alios adduxit. Cutt. iun. conſil. 118. nu
mero 2. lib. 2.

Tertium de iure congrui nullius erit impedimen
ti, quoniam Pius Papa V. illud reuocauit, & reduxit
ad viam iuris per eius Conſtitutionem editam an-
no 1571. & menſe Aprilis in ordine ſuarum Conſti-
53 tutionum 128. & de iure communi † licet domino
rem ſuam, cui voluerit, vendere, & non ſolum proxi-
mis, & conſortibus, ſed quibuſcũque aliis etiam ex-
traneis, vt probat in terminis textus in l. dudum, &
ibi not. omnes, C. de contrah. emptio. & etiam con-
ſortibus irrequiſitis, & inuitis pars rei communis ex
traneis vendi poteſt, l. 1. & ibi Ang. Salic. & ceteri, C.
comm. diuid. Non poteſt igitur in dictis conſtitutio-
54 nibus correctis fundamentum fieri † immo ſi aduer-
ſarius illas allegaret, falſum committeret, l. 2. §. ne
autem, circa fin. C. de vet. iur. enucl. Doctor. in c. 1. de
conſtit. vbi Fel. nu. 19. & Dec. in prima lect. num. 37.
Bero. conſil. 91. nume. 15. lib. 2. Port. Imol. conſil. 91.
numero 26.

55 Nec bulla reuocatoria † Pij Quinti poteſt dici lo-
calis reſpectu vrbis tantum, ſed eſt generalis, quod
elicitur. Primo, quia ſummus Pontifex mandauit ſer
uari ius Commune, non obſtãtibus litteris Sixti, Leo
nis, Pij Quarti, & aliis Apoſtolicis, nec nõ prouincia
libus, & ſynodalibus Concilijs, ſpecialibus, vel gene-
ralibus conſtitutionibus, ſtatutis, ac legibus etiam
municipalibus, quibus omnibus derogauit, ex qui-
bus verbis ſatis elicitur reuocatoriam eſſe generalẽ.
Secundo ſtatuit Pius reuocationem illã habere vim
legis, & inter extrauagantes publicari, & in corpore
iuris poni, quo fit, vt ſit generalis, et in omnibus lo-
cis obſeruari debeat, etiamſi appareret facta princi
56 paliter reſpecto vrbis. Etenim conſtitutio † quamuis
ſit localis, ab omnibus obſeruanda eſt, quãdo in cor-
pore iuris inſeritur. Bald. Salic. & alij in l. 3. C. de leg.
Doctor. in c. 1. de conſtitut. vbi Felin. colum. 4. in fin.
verſic. hanc fallentiam, nume. 16. et Dec. in 1. lectu.
numero 33. Tertio ea ratione in conſtitutione ex-
preſſa motus fuit Pontifex, quia inconueniens erat
ius commune corrigere, et quòd homines de rebus

ſuis

ſuis aliquid facere cogerentur inuiti, & pro libito res
proprias vendere non valerent, à qua ratione & eius
identitate argui poſſe ad deciſionem caſuum ſub ea
comprehenſorum, ſtatuit ipſe Pius in alia conſtitutio
ne per eum poſtea edita in materia iuris congrui eo-
dem anno 1571. & menſe Iulij in ordine num. 134. &
57 quia decreuit, quòd haberet vim legis, † quamuis lo-
calis foret, nihilominus attendi debet in omnibus a-
lijs locis, & caſibus ſub expreſſa ratione incluſis, Bar.
in l. regula, §. ſi quis, ff. de iur. & fact. ignor. Alex. conſ.
89. col. 2. nu. 3. ver. Hoc inducit, lib. 6. Rom. conſ. 174.
col. 1. ver. quia vbi, & in fortioribus terminis Menoc.
conſ. 113. nu. 4. & ſeqq. lib. 2. Quarto id dicendum eſt,
cum enim in hac ciuitate ius congrui obſeruaretur
per extenſionem Bullarum Sixti & Leonis factam ad
58 hanc Ciuitatem per Illuſtriſſimum Legatum † reuo-
catis principalibus diſpoſitionibus, cenſentur etiam
reuocatæ extenſiones tamquam dependentes à cõſti
tutionibus Sixti & Leonis, vt probant Soc. ſen. in l. 1.
nu. 2. ff. de leg. 1. vbi Soc. iun. nu. 21. & ſeq. Rip. nu. 3. ver.
quid autem, & nu. 4. qui dicunt, quod ſi fuit cõceſſum
ſtudio Toloſano ſeu Patauino, quod gaudeat priuile
gijs conceſſis ſtudio Bononienſi, & ſic per modum cau
ſæ eſſendi, ſublato priuilegio ſtudij Bononienſis, cen-
ſeri ſublatum etiam illud cõceſſum Patauino ſeu To-
loſano; ſecus ſi per modum cauſæ fiendi conceſſum
fuiſſet, vt quia fuiſſet dictum, quod gauderent priuile
gijs ad inſtar ſtudij Pariſiẽſis ſeu Bononienſis: tunc e-
nim ſublato vno non tollitur aliud, quod ab eo depen
dentiam nullam habet, vt per eos, qui de communi
teſtantur. At in caſu iſto fuit diſpoſitum, quòd Bullæ
Sixti & Leonis, quæ erant locales reſpectu Vrbis, ob-
ſeruarentur etiam Peruſiæ, ideo ſublatis illis bullis,
ceſſat etiam extenſio tamquam acceſſoria, & depen-
dens ab eis, & facit etiam textus in §. fin. verſi. Tertia
vero cõſtitutione. Auth. de fil. ant. dotal. inſtrum. nat.
& quod not. Dec. in c. In præſentia, nu. 157. verſic. Ad
hoc, de prob. poſt Aret. in loco ab eo allegato, quod eo
magis fateri oportet, quia Pius reuocauit cõſtitutio-
nes Sixti, Leonis, & Pij Quarti, & extẽſiones, de qui
bus ſupra mentionem fecerat, & maior ratio viget,
quod extendatur extra Vrbem, quàm quod ad illam
reſtringatur, quia reſpectu Vrbis potius expediebat
vigere ius congrui ob eiuſdem Vrbis ornatum, qua
ratione Pontifices ius illud induxerant, etſi reſpectu
59 Vrbis ſublatum fuit † ex maioritate rationis hæc re-
uocatio extendi debet ad loca ſtatus eccleſiaſtici, in
quibus per extenſionẽ obſeruabatur: præſertim quia
Bulla Pij Quinti nos ad ius commune reducens, fauo
rabilis reputatur, vt in ſimili latè poſt multos oſtẽdit
Meno. in alleg. conſi. 113. fere per totum. Accedit quin
to obſeruantia ſubſecuta, cum poſt reuocatoriam Pij
Quinti non fuerit amplius in hac ciuitate dictum ius
congrui obſeruatum, & lites tunc pendentes dereli-
60 ctæ fuerunt, vt probatur in proceſſu † quæ obſeruãtia
licet non ſit longiſſimi temporis & præſcripta, mul-
tum operatur ad interpretationem legis, ſi illa du-
bitationem contineret, c. cum dilectus, de conſuet. l. ſi
de interpretatione, ff. de legi. Dec. conſil. 156. col. fin.
verſic. Idem ergo, Cranett. conſil. 273. colum. fin. verſ.
Poſtremo, lib. 1. Ceph. conſ. 320. num. 32. & conſ. 347.
nu. 32. lib. 3. alios refert Burſ. conſ. 162. num. 31. lib. 1.

Et ſtantibus prædictis non obſtat conſilium 266.
inter conſ. Oldradi Caſus enim ille valde differt, quo
niam ibi verba reuocatoriæ non comprehendebãt ex
ſpectantes ab Archiepiſcopo, ſed à Romano Põtifice,
priuilegium erat reale, reuocatio perſonalis; ex reuo
catione illius priuilegij reſultabat abſurdum & ſpo
lium, nec eadem ratio aderat extendendi reuocatio-
nem, & erat illa reuocatio odioſa, & conſequenter re
ſtringenda. Quæ omnia hic ceſſant, quia verba conue
niunt, abſurditas ceſſat, non diuerſa ſed maior ratio
viget, vt ad hanc Ciuitatem reuocatoria extendatur,
illaque eſt fauorabilis, vt dixi, merito non nocet di-
ctum conſilium; præſertim quia in caſu illo non fue-
rat dictum, quòd reuocatoria in corpore Iuris inſere
retur, vt in caſu de quo agitur.

In cauſa prædicta fuerunt prolatæ duæ ſententiæ, vna pro actore, & alia pro reis, & interuentu Reuer. Vicelegati Vmbriæ fuit concordata, & quilibet habuit partem dictæ medietatis domus, de qua contendebatur anno 1583. rogato Domino Lemmo de Rubeis notario Peruſino.

ARGVMENTVM.

Hæres, conficiens inuentarium, quã formam obſeruare debeat, maxime attenta conſuetudine. Et quando priuetur beneficio inuentarij, ſi omnia bona in eo non appoſuerit.

SVMMARIVM.

1 *Hæres tenetur deſcribere in inuentario bona hæreditaria cum eorum qualitatibus, quantitatibus, pondere, menſura, & pretio: alias inuentarium corruit. Sed contra de conſuetudine Peruſiæ infra per totum.*

2 *Hæres doloſe non deſcribens omnia bona hæreditaria in inuentario, caret eius beneficio. Sed dubitabilis eſt hæc opinio, vt nu. 34.*

3 *Sollemnitates de iure requiſitæ in conficiendis inuentarijs de conſuetudine vt plurimum non obſeruantur.*

4 *Inuentarium ab hærede ſatis eſt confici bona fide coram iudice & teſtibus, ac vocatis vocandis.*

Et, ſi fuerit factum iuxta conſuetudinem patriæ tenet, & hæres eius beneficio vti poteſt, nu. 5. & 22.

6 *Inuentaria Peruſiæ de conſuetudine qualiter conficiantur ab hæredibus, cum ſeqq.*

7 *Aeſtimatio bonorum in inuentario deſcriptorum de Iure non requiritur pro ſubſtantia, & minus de conſuetudine.*

8 *Conſuetudo, quæ in conficiendis inuentarijs adhibetur, probatur ex inſpectione inſtrumentorum, & nu. 28.*

9 *Conſuetudo regulariter notorie probatur ex inſpectione inſtrumentorum, nec alia indiget probatione.*

10 *Notarijs teſtantibus de conſuetudine conficiendi inſtrumenta creditur ſecundum conſuetudinem, licet de iure ſtricto dubitetur.*

11 *Collegij fides facit probationem.*

12 *Sententia etiam vnica ſuper conſuetudine ius facit quoad omnes.*

13 *Conſuetudo vt probetur, requiruntur diuturnitas temporis, actuum frequentia, illoſque palam fuiſſe geſtos ita vt ſit veriſimile deueniſſe ad notitiam populi, ſeu maioris partis.*

14 *Inſtrumenta in iudicio & coram iudice dicuntur palam confecta.*

15 *Inuentarium non irritatur, quando hæres bona fide omiſit aliqua ex his, quæ in eo erant apponenda. Sed tantum irritatur, ſi doloſe fuerunt omiſſa. Et nu. 33.*

Amplia etiam ſi per culpam leuiſſimam ſeu iuſtum errorem aliquid fuiſſet omiſſum, nu. 16.

17 *Cauſa quælibet etiam iniuſta excuſat à dolo.*

Amplia etiam ſi cauſa excuſationis plenè probata non eſſet, nu. 18.

19 *Conſuetudo etiam contra legem excludit dolum, quando quis actum fecit ſecundum illam conſuetudinem.*

Immo

Immo illa licet eſſet inualida excludit culpam & malam voluntatem, & bonam fidem inducit, nu. 20.

21 *Conſuetudo quantumuis iniuſta, iniqua, & irrationabilis excuſat à pœna.*

23 *Conſuetudo conficiendi inſtrumenta probata dicitur, quoties conſtat vt plurimum ita ſeruatum fuiſſe: licet aliquando diuerſo modo fuiſſent confecta inſtrumenta.*

24 *Conſuetudo quando vario modo ſe habet, attenditur illa quæ conformis eſt Iuri communi.*

25 *Natt. conſil. 574. & 575. lib. 3. in multis reprobatur. cum ſeqq.*

26 *Conſuetudo eſt valida, & obſeruanda licet in iudicio non fuerit obtenta.*

27 *Conſuetudo conficiendi inuentaria ſatis probata dicitur ex eo, quod palam coram iudice fuerunt confecta ita vt facile præſumatur deueniſſe ad notitiam populi.*

29 *Conſuetudine non ſolum poſſunt tolli quædam de requiſitis de Iure in conficiendis inuentariis: immo induci poteſt, quòd inuentarium nullo modo fiat, vel quod ſatis ſit aliquid tantum in eo deſcribere.*

30 *Conſuetudo conficiendi inuentaria (ſi de eius validitate dubitari poſſet) excuſat ſaltem hęredem à dolo, & à pœna amiſſionis eius beneficij.*

31 *Heres non tenetur deſcribere in inuentario ea, quæ non ſunt in eius poteſtate.*

Et excuſatur, ſi non apppoſuit in eo nomina debitorum, & alia, de quibus non habebat ſcientiam, nu. 32.

CONSILIVM LIII.

VIDETVR in propoſita quæſtione dicendum Dominũ Philippum de Conſtantijs legitime hæreditatem Rodulphi fratris cum beneficio legis, & inuentarij non adiuiſſe.

1 Primo quia † bona hæreditaria non
fuerunt in eo deſcripta cum eorum debitis demõſtra
tionibus, videlicet cum qualitatibus, quantitate, pon
dere, menſura, & pretio prout requiritur, iuxta textũ
in l. Si quis intra, C. de bon. præſcript. qui tex. licet lo-
quatur in Fiſco, procedit etiam in omnibus conficiẽ
tibus inuentarium, attẽta ratione eiuſdem, vt ibi ſen-
tiunt Bar. & Bal. & late in terminis, de quibus agitur,
quod eadem forma, l. ſi quis intra. obſeruanda ſit ab
hærede adeunte hæreditatem cum beneficio inuenta
rij, aliàs inuentariũ non ſubſiſtat: probant late Natt.
in conſ. 574. & conſ. 575. lib. 3. Rol. à Vall. conſ. 73. nu.
43. & ſeqq lib. 2. & in tract. de inuen. hæred. in 3. part.
cap. incip. Item requiritur, & ca. incip. Omittendum,
& Phanuc. de inuent. hæred. par. 3. nu. 31. Rim. iun. con
ſil. 417. nu. 45. & ſeqq. lib. 4. qui alias rationes, & aucto
ritates adducunt.

2 Secundo quia præſupponitur † Dominum Philip-
pum non appoſuiſſe omnia bona hæreditatis in inuẽ
tario, & in hoc doloſe verſatum eſſe, licet in alijs non
deteciſſet, ex hoc ſolo beneficio inuentarii eſſet priuã
dus, Bar. & alii in l. Paulus, ff. ad leg. Falc. Bal. in l. fi. §.
cum igitur, nu. 8. C. de iur. deliber. Grat. conſil. 25. nu.
3. lib. 2. Abb. conſ. 73 col. 4 verſ. Tamen, lib. 2. Iaſ. in d.
l. fin. §. licentiam, num. 3. ver. Not. Guid. Pap. Roman.
Rim. Soc. & alii multi, quos refert & ſequitur Phanu.
de inuent hæred. par. 3. num. 53. & 54. vbi alios addu-
cens de communi teſtatur.

Verum iſtis non obſtantibus, puto inuentarium
fuiſſe rite factum, eiusq; beneficio Dominum Philip
3 pum hæredem Rodulphi gaudere debere. † Nam, &
ſi de iure multa obſeruari debeant in conficiendis in
uentariis, tamen de generali conſuetudine vt pluri-
mum omnia non obſeruantur, vt poſt Roland. dixit
Bald. in l fin. in princip. numer. 13. C. de iure delib. &
conſil. 147. nume. 3. lib. 4. Paul. de Caſtr. in d. l. fin. §. ſi
4 igitur, num. 3. Dec. conſil 633. num. 15. † ſed ſatis eſt
bona fide coram iudice, & teſtibus, citatis citandis
inuentarium conficere. Bald. in d. l. fin. num. 13. Cra-
uet. in conſil. pro genero nu. 467. Et ideo admittunt
5 omnes † in inuentarijs conficiendis conſuetudinem,
& morem patriæ ſeruari debere, &, ſi ſecundũ con-
ſuetudinem fuerit factum, viribus ſubſiſtere, hære-
demque eius beneficio gaudere poſſe, nec teneri vl-
tra vires hæreditatis. Bald. in conſilio 63. lib. 3. Iaſ. in
d. l. fin. in princ. num. 5. verſic. Sed licet, vbi etiam fir-
mat conſuetudinem Notariorum in hoc attendi de-
bere. Paul. de Caſtr. in d §. ſi igitur, n. 3. Dec. cõſ. 633.
nu. 15. late Roland. à Valle, de inuent. hæred. par. 3.
prope fin. cap. incip. Quæ autem, vbi Guid. Pap. Ang.
Vital. & alios allegat Phanuc. de inuent. hære. par. 3.
nu. 80. qui pariter Bald. Bertr. & alios recenſet. Rot.
Genuenſ. quæ de communi teſtatur, in deciſ. 35. nu. 1.
Natt. in conſil. 332. nu. 6. lib. 2. & idem admittit in al
legatis conſilijs 574. in fin. & conſ. 575. nu. 21. & 24.
licet in caſu ſuo conſuetudinem probari neget. quod
etiam concedit Rimin. iun. in d. conſil. 417. nume. 49.
Ioan. Botta. conſil. 78. nume. 10. cum ſeqq. Sed in-
uentarium, de quo agitur, attento ſtylo communiq;
obſeruantia ciuitatis Peruſiæ, fuit rite confectum, vt
oſtendam, ideo viribus ſubſiſtere debet.

Fuerunt in dicto inuẽtario deſcripta omnia bona
ſtabilia, adiectis finibus, & demonſtrationibus eorũ
dem, & quamuis menſura & pretium eorum non ſint
6 appoſita, non refert, quia † de conſuetudine huius ci-
uitatis Peruſiæ in ſimilibus inuentarijs non apponũ-
7 tur. Et quantum attinet ad æſtimationem † illa pro
ſubſtantia inuentarij nec de iure apponi debet. Hie-
ronym. Cagnol. in l. ſi quis maior, nume. 10. verſic. &
primo, C. de tranſaction. aſſerens hoc eſſe de mente
Bartoli & aliorum, & ita ſeruari Monticul. Iacob. de
S. Georgio & alij, quos refert, & ſequitur Phanuc. de
inuent. hæred. par. 3. nu. 31. in fi. & quod de conſuetu
dine non ſeruetur deſcriptio æſtimationis bonorum
teſtantur Salic. & nonnulli alij allegati ab ipſo Rol. à
Vall. in d. conſil. 73. num. 49.

Fuerunt etiam deſcripta bona mobilia cum eorũ
numero, & qualitate, quoniam pecuniarũ fuit adie-
ctus numerus, aliarum rerum, vt de linteolis, tento-
rijs, veſtibus, & ſimilibus, pariter numerus & quali-
tates cuius erant, vt lanæ, vel lini, & an noua vel vete
ra expreſſæ reperiuntur, & licet deficiant illorũ men
ſura, pondus & pretium, non fuit opus ea deſcribere
attenta conſuetudine prædicta, cum addi ſoleant in
his, quę aliter oſtendi non poſſunt, vt in pecunia nu-
merus, in frumento menſura, in maſſa auri pondus,
non tamen hæc in aliis adhibentur, vt in linteolis, ve
ſtibus, tentorijs, & in ſimilibus, quorum ſatis eſt nu-
merum deſcribere cũ expreſſione qualitatis, an ſint
lanæ, lini, vel ſerici, noua vel vetera, quæ omnia hic
obſeruata apparent.

Quod autem ita ſe habeat conſuetudo, ſatis appa
ret ex inſpectione omnium inſtrumentorum inuen-
tariorum ab annis 40. & vltra confectorum in hac ci
uitate, quorum ego aliàs maximam copiam inſpexi,
& nullum confectum ante annum 1578. reperi cum
8 prædictis qualitatibus, ex quibus bene † conſuetudo,
quæ in eorum confectione adhibetur, probata dici-
tur. Ang. in l. Vetuſtiſſimam, nume. 1. C. de iur. dom.
impetr. Crauet. conſil. 134. num. 9. lib. 1. cum ex in-
9 ſpectione † publicorum inſtrumentorum taliter pro
betur conſuetudo & quidem notoria, quod nulla
egeat alia probatione. Bald. in l. 2. numero 13. C. ad
Senat.

Digitized by Google

Senat. Conſult. Velle. Dec. conſ. 11. nu. 9. ver. & primo
clariſſima. Curt. iun. conſ. 106. num. 5. in fin. lib. 2. Cra
uet. de antiq. temp. par. 1, ſect. incip. Ampliatur nunc.
nu. 16. & poſt alios multos Maſcard. de probat. vol. 1.
concl. 423. nu. 31. & concl. 425. in princ. Probatur etiã
hæc conſuetudo ex fide, de qua rogatus eſt Dominus
Fulujus Fuſtinus notarius Peruſinus, facta die nona
Nouembris 1579. per Notarios Peruſinos collegiali
10 ter congregatos nomine totius Collegij, † & Nota-
rijs in ſimilibus de conſuetudine credẽdum eſt, licet
de iure ſtricto dubitari poſſit. Bald. in conſil. 147. nu.
3. lib. 4. Soc. ſen. conſil. 94. nu. 8. lib. 1. Io. Botta, conſil.
78. nu. 13 Quod etiam videtur tenere Rot. Genuenſ.
11 in dicta deciſ. 35. num. 3. † & quia fides fuit facta non
ab vno Notario. ſed ab omnibus collegialiter nomi-
ne Collegij, ſine dubio probationem facit, ſtante ma
xime quòd in hac Ciuitate fidei à Collegio factæ ple
na fides adhiberi ſoleat, quo caſu idem concedit Pha
nuc. in dicto tractat. de inuent. pat. 3. nume. 82. prout
etiam conſuetudo ita conficiendi inuentaria iuſtifi-
catur ex ſententijs latis per Iudices Communis Ci-
uitatis Peruſiæ, quando inuentaria fuerunt confecta,
in quibus declarare conſueuerunt inuentaria rite, &
recte fuiſſe confecta ſecundum ſtylum, & conſuetudi
nem huius Ciuitatis, & quia in omni inuentario re-
peritur ſententia, quæ profertur, citatis citandis, &
iudiciaria forma ſeruata, ſine dubio ex eis conſueto-
12 do iuſtificatur, † cum etiam vnica ſententia ſuper ta
li conſuetudine ius faciat quoad omnes, ſecundum
Bar. in repet. l. De quibus, nu. 21. verſ. Quarto princi-
paliter, ff. de legi. Roch. de Curt. in tract. de conſuet.
in 6. quæſt. in princ. & in iſtis terminis Phanuc. in d.
3. par num. 84.

Et quòd ex prædictis probetur conſuetudo, ſatis
13 patet † quia ad illam probãdam tria ſunt neceſſaria,
videlicet diuturnitas temporis, actuum frequẽtia, &
tales actus fuiſſe geſtos palam corã multis, ita vt ve-
riſimile ſit tranſiuiſſe in notitiam populi vel maioris
partis, vt poſt Cin. & Bald. dixit Natt. in conſil. 294.
num. 4. & conſil. 309. num 6. lib. 2 Quæ omnia inter-
uenerut, nam diuturnitas temporis probatur ex cur
ſu 40. annorum & vltra, actuum frequentia ex inſpe-
ctione plus quam mille inuentariorum dicto modo
14 confectorum † & quia geſta ſunt in iudicio, & coram
iudice, dicuntur palam geſta. Bar. in l. frater à fratre,
num. 51. ff de cond indeb Iaſ. in l. pacta nouiſſima, nu
mero 9. ver. quarto, C. de pact. Curt. iun. in conſil. 118.
numero 2. lib. 2. adeo quòd veriſimiliter in notitiam
populi ſeu maioris partis deuenire potuerint, quod
ſufficit, vt in propoſito dixit Natt. in dicto conſil. 309.
numero 6.

Et licet ex prædictis inuentarium appareat rite fa
ctum, & quòd de conſuetudine menſura, pondus, &
æſtimatio non apponuntur; Nihilominus ſi de viri-
bus dictæ conſuetudinis dubitari poſſet, adhuc inuẽ
tarium, ſecundum dictam conſuetudinem factum,
15 validum iudicabitur † cum omiſſio eorum, quę in
inuentario ſunt apponenda, illud irritare nõ ſoleat,
quando bona fide omittuntur, quia quod bona fide
fit, legitime factum dicitur. Bald. in l. fina. §. cum igi-
tur, num. 8. C de iur. deliber. Dec. conſil. 633. num. 11.
Roland. à Vall. de inuent. hæred. part. 4. vtilit. 3. cap.
incip Quid ſi hæres, num. 4. ſolum quidem corrũpit in
uentarium, quando doloſe omittitur quod faciendũ
16 erat, ſecus ſi bona fide vt dixi, † & quod plus eſt, etiã
ſi per culpam leuiſſimam vel iuſtum errorem aliquid
omiſſum foret, eo caſu illud nõ vitiatur. Bal. in auth.
ſed cum teſtator, num. 17. C. ad leg. Falc. Rol. à Vall.
in dicto cap. Quid ſi hęres, num. 4. & 5. & Phanuc. de
inuent. par. 3. num. 47. verſ. Quando vero, & num. 48.
verſi. Quid nos dicemus. At in caſu de quo quæritur,
Dominus Philippus inuentarium ſeruata forma l. ſi.
C. de iur. delib. recte fecit, etſi iuxta formam l. ſi quis
intra, C. de bon. prǽſcript. pondus, menſura, & pretiũ
fuiſſent apponẽda, Dominus Philippus dum ea omi
ſit, non fuit in aliquo dolo, quia credere potuit ſatis
eſſe inuentarium iuxta formam dictæ l. ſi. conficere,
prout in hac Ciuitate communiter perfici ſolebant,
17 & quælibet † cauſa etiã iniuſta excuſat à dolo, l. igi-
tur, ver. poteſt. ff. de lib. cauſ. Pariſ conſ. 151. num. 29.
lib. 4 Crau. conſil. 6. num. 89. lib. 1. & conſil. 254. nu. 5.
18 lib. 2. vbi † poſt Alexan. Curt. & alios oſtendit, etiam
ſi cauſa excuſationis plene probata non eſſet. Et in
19 ſpecie, quòd conſuetudo † etiam contra legem dolũ
excludat, quando quis actum facit ſecundum illam
conſuetudinem, not. Bart. in l. 1. in princ. numero 11.
ff. quod quiſque iur. & poſt Ang Bero. Plot. Tiraquel.
& alios Franc. Becc. conſil. 4. num. 17. verſic. & quod
conſuetudo, & quod contra facientem actum ſecun-
dum ſtylum ſeu conſuetudinem quantumcumque il-
licitam nec dolus nec culpa, arguatur, probant Bart.
in l. ſi pignor. §. fin. num. 1, ff. de pigno actio. Addit. 4.
ad Roni. ſing. 19. Iaſ. in l. certi condictio, §. ſi nummos,
nu. 27. ff. ſi cert. petat. Roland. à Vall. conſil. 75. nu. 45.
lib. 1. Rim. conſil. 323. num. 12. lib. 3 Franc Match. de-
ciſ. 521. num. 3. par. 2. Rot. Genuenſ. deciſ. 56. num. 7.
20 † Immo conſuetudo quamuis inualida non ſolum
dolum ſed etiam culpam, & malam voluntatem ex-
cludit, Soc. iun. conſil. 39. num. 15. lib 3. & bonam fidẽ
inducit. Crauet. conſil. 145. num. 14. lib. 1. Franc. Becc.
dicto conſil. 4. num. 15. verſic. Tum etiam. Vnde cum
inuentarium fuerit confectum bona fide, & ſeruatis
ſeruandis, ſecundum obſeruantiam huius Ciuitatis,
& omnia bona in eo fuerint deſcripta, hæres non eſt
priuandus eius beneficio, ex eo quod defecerit in ap-
poſitione menſuræ, ponderis, & pretii, cum vt dixi, ſo
lum eſſet priuandus, ſi in dolo fuiſſet; eſſet enim ini-
quiſſimum punire hunc hæredem pœna amiſſionis
21 beneficii inuẽtarii confecti iuxta morem patriæ, † cũ
conſuetudo quantumuis iniuſta, iniqua, & irrationa
bilis à pœna excuſationem præbeat. Barto. in l. 1. nu-
mero 11. ff. quod quiſque iur. Abb. Fel. & alii in cap,
cum venerabilis, de conſuetud. Iaſ. in l. De quibus,
numero 8. & ſequen. ff. de legib. Pariſ. conſil. 171. nu-
mero 19. lib. 4 Ruin. conſil. 130. num. 7. lib. 4 Roman.
ſing. 19. & alij in addit ad eum. Alexand. conſil. 8. nu.
9. lib. 6. & communem eſſe teſtatur Burſat. conſil. 77.
num. 15. lib. 1. & conſil. 325. nu. 96. lib. 3. Ceph. conſil.
362. numer. 31. lib. 3 Franc. Becc. in dicto conſil. 4. nu-
22 mero 17. † & in inuentario idem dixit Crot. in conſi.
173. numero 11. libro 2. puto igitur inuentarium præ
dictum pro valido obſeruandum eſſe, prout per lon-
giſſimum tempus ſimilia, & cum minori diligentia
confecta in hac Ciuitate obſeruata fuerunt, ne aliàs
detur materia totam Ciuitatem litibus defatigan-
di, etſi aliter fieret, eſſet mundum reuangare, vt ait
in iſtis terminis Rot. Genuenſ. in dicta deciſ. 35. nu-
mero 3.

Nec obſtant ea, quæ ſupra in contrarium adducũ-
tur, quoniam ex prędictis remouentur, & particula-
riter reſpondendo dico, quòd licet de iure prædicta
fuiſſent obſeruanda de conſuetudine non ſunt neceſ
ſaria, & cõſuetudo eſt attendenda. Minus nocent cõ
ſilia Nattę, quia in caſu ſuo non conſtabat de conſue
tudine in ſpecie non apponendi mẽſuram, pretium,
& alia, vt dicit in conſil. 575. numero 23. & 24. & 33.
in fin. & abſque aliqua demonſtratione bona erant
deſcripta. erat in caſu ſuo deſcriptum monile, nec di-
cebatur

cebatur cuſus eſſet materiæ, & an auri vel argenti.
Item linea margaritarum, non adiecto numero nec
pondere, & ſic in alijs ſeruatum fuerat, nec bonorum
qualitates aliquæ erant expreſſæ, vt dicit in dicto cō-
ſil. 575. nu. 8. 13. & per totum conſilium, quæ omnia
ceſſant in caſu noſtro. Vlterius in caſu ſuo vario mo
do ſe habebant inſtrumenta inuentariorum, vt ibi di
cit, nu. 36. quod non eſt hic, cum ante annum 1578. o-
mnia inuentaria cōfecta fuerint modo quo ſupra di-
23 ctum eſt, & ad probationem † conſuetudinis ſatis ẽe
eſſet conſtare vt plurimum, & communiter ita ſerua-
tum fuiſſe, licet aliquando diuerſo modo eſſent confe
cta inuentaria, ſecundum Bart. in d. l. De quibus, &
poſt eum Dec. conſil. 11. nu. 12. verſic. ſecundo reſpon-
24 detur, † licet ſi vario modo ſe haberet conſuetudo,
aliud dici poſſet, & attenderetur illa, quæ conformis
eſt iuri communi, ſecundum Natt. quod voluit etiam
Rimin. iun. conſ. 265. nu. 24. & ſeqq. lib. 3.

Nec nocet, dum Natt. & alij ex aduerſo allegati di
cunt ex inſpectione inuentariorum conſuetudinem
nō probari, quia vt dixi, ex aliis pluribus probata ap
paret, non autem ex ſola inſpectione inſtrumento-
rum, & particulariter ex ſententijs latis per iudices,
qui declarauerunt rite, & recte fuiſſe confecta inuen
taria iuxta conſuetudinem, & illis fidẽ adhiberi de-
bere hæredesque eorum beneficio vti poſſe, & conſe-
quenter tollitur eorum principale fundamentum.
Prout etiam tolli poteſt, cum ante annum 1578. in iu
dicio fuerint recepta huiuſmodi inuentaria pro vali
dis, vt verificari poteſt ex pluribus ſententijs, & actis
publicis, quo caſu conſuetudinem ex eorū inſpectio-
ne probari dixit etiam Io. Botta conſil. 78. num. 13.
25 cum ſeqq. Et dum Natt. dixit † neceſſarium eſſe, ꝙ in
iudicio ſit declaratum pro dicta conſuetudine, & va-
liditate inſtrumenti, quod etiam poſt Abb. & Crau.
eſt de intentione Maſcardi de probat. vol. 1. concluſ.
425. num. 3. qui generaliter loquitur de probatione
conſuetudinis per publica inſtrumenta; id tollitur
ex proxime dictis. Præterquam quod non poteſt ad-
26 mitti hæc opinio Nattæ, quia conſuetudo † valida
eſt, & obſeruanda etiam abſque actu iudiciario, & li
cet in iudicio non fuerit obtenta. Bart. in dicta l. De
quibus, nume. 13. & ita communiter firmant Doct.
vt teſtantur Soc. ſen. conſil. 99. nume. 3. lib. 1. Crauet.
conſil. 55. nume. 6. lib. 1. Burſat. conſil. 50. nume. 27.
lib. 1. Rimin. iun. conſil. 249. nume. 28. & 29. lib. 3. &
conſil. 462. num. 28. lib. 4. Nec Abb. in conſi. 73. lib. 1.
quem Natt. allegat, dicit, prout ipſe præſupponit,
neceſſarium eſſe, quòd in iudicio ſint declarata hu-
iuſmodi inuentaria valida, ſed alternatiue loquitur,
27 vel quòd ſit facta dicta declaratio, † vel ꝙ actus ſit
ita palam geſtus, quòd venerit in notitiam populi,
vt dicit ibi Abb. col. 4. verſ. & quamquam. Immo nu
me. 11. ſubdit, quòd ad inducendam conſuetudinem
non requiritur actus iudicialis, & quòd licet actus iu
dicialis ſit vnus modus probandi facilius conſuetu-
dinē, non tamen ſequitur, quin alijs modis etiam ex-
traiudicialibus poſſit probari, & ſic Abb. non nocet.
Cum enim inuentaria fuerint facta palam coram iu
dice, facile præſumitur deueniſſe ad notitiam popu-
li, quod nobis ſufficit, vt poſt Bald. & alios melius di
xit Natt. in hoc ſibi contrarius in dictis conſil. 309.
nu. 6. & conſ. 194. num. 4. lib. 2. Vlterius reſpondetur,
quòd adducta per Natt. non videntur ſtringere in
caſu iſto, quoniam c. cum dilectus, de fide inſtrum. &
alia, quæ adducuntur ad probandum opus eſſe quod
pro validitate inſtrumentorum fuerit declaratum in
iudicio, procedunt quando dubitatur de conſuetudi
ne, approbante inſtrumenta non authentica, quæ ca-
rent ſollemnitatibus requiſitis pro validitate, & ad
probationem inſtrumentorum, & ſic ſunt de iure nul
la, & inualida, & ad probationem pauca inſtrā oſten
duntur, de qua conſuetudine ẽt loquitur Abb. conſil.
53. lib. 2. & Crauet. allegati à Maſcar. in d. concl. 425.
nu. 3. ea ratione ſecundum Abb. in d. conſil. 53. col. 1.
poſt medium, quia ex inualida probatione nō debet
ſumi plena probatio, de qua conſuetudine hic non
agitur, cum inſtrumentum aditionis ſit authēticum
& validum, confectumque adhibitis ſollemnitatib.
requiſitis ad probationem, & validitatem inſtrī, &
ſic plene probat, & ẽi fuerit conditum cum aliis ſol-
lēnitatibus neceſſarijs ẽt iuxta diſpoſitionem l. fin.
C. de iur. delib. ſed ſolum obijcitur, iuxta diſpoſitio-
nem iuris cōis, ob non ſeruatam formam d. l. ſi quis
intra. hæredem priuandum eſt beneficio inuentarij,
quod non concernit inualiditatem inſtrī, nec facit
quin inſtrm̄ ſit authēticum, & validum in ſe, & plene
probet, ſed diſpoſitione iuris attenta inducit priua-
tionē beneficij inuentarij cōtra hæredē doloſe dictā
formā omittentē, cui dicimus per conſuetudinē dero
gatū fuiſſe, & conſuetudinem probari ex inſpectione
non ſex aut octo inſtrorum tantum, prout loquuntur
Abb. & Crauet. ſed ex inſpectione omnium inſtrumē
torum inuentariorum confectorum ab annis 40. & vl
tra, quæ probatio ſufficiens eſt, vt dixi, & in ſimilibus
conſuetudo attendi debet, vt ſupra fuit oſtenſum, in
quibus terminis ceſſant allegata in contrarium.

Minus obſt. dum dicit Natt. in dicto conſil. 575.
præſertim num. 33. quòd Notarii non potuerunt in-
ducere hanc conſuetudinem, & quod ex inſpectione
inſtrumentorum probatur quædam obſeruantia fa-
cti tantum, nō ꝙ ſit inducta conſuetudo approbata.
Quoniam dico conſuetudinem iſtam non induci à
Notariis, ſed ab adeuntibus hæreditates cum dicto
beneficio legis, & inuentarii, quia Peruſiæ Notarii
nihil in hoc agunt, ſed tantum recipiunt inuentaria,
prout ipſis conſignantur ab hæredibus, & de aditio-
nibus cum dictis inuentariis rogantur, & ſic vanum
28 eſt fundamentum Nattę. † Prout etiam non ſubſiſtit
aliud, quòd ex inſtrumentis probetur tantum quæ-
dam obſeruantia facta, cum ſatis probetur conſuetu
do ex eorum inſpectione, ex quo palam, & coram iu-
dice ſunt geſta, et in hoc omnes conueniunt, et ipſe
Natt. in fortiori caſu pro nobis aliud dicit in d. con
ſil. 309. num. 6. in fi. et 7. lib. 2.

Nec attendi debet, quod dicit Natt. in d. conſil.
575. num. 19. et ſeqq. de inualiditate conſuetudinis,
29 cum inducat hæredes ad delinquendum: † quia im-
mo validiſſima eſt, ex quo derogat tantum in hoc, ꝙ
non apponantur menſura, pondus, et pretium in re-
bus, quæ aliter demonſtrari poſſunt, quo caſu non
poteſt tanta fraudis ſuſpicio conſiderari, quæ etiam
ſi militaret, non eſt conſiderabilis ratio ab eo addu-
cta, cum conſuetudine non ſolū poſſunt quædam de
requiſitis in inuentariis tolli, immo induci poteſt,
quod inuentarium nullo modo fiat, ſecundum Bart.
in l. Tutor qui repertorium, nu. 18. ff. de admin. tuto.
et in propoſito Crot. in conſ. 173. num. 6. lib. 2. qui di
cit neminem ab hac opinione diſſentire. idem ſentit
Specul. in tit. de inſtrumen. edit. §. fin. numer. 8. verſic.
Quid ſi ſit conſuetudo. et Rot. Genuen. idem tenet in
deciſ. 35. num. 2. in fin. et 3. et loquitur in fortioribus
terminis de conſuetudine inducēte, ꝙ valeat inuen-
tariū, in quo aliquid tantum pro eius initio fuit ap-
poſitū, licet poſtea alia bona nō ſint deſcripta, et te-
ſtatur ita pluries fuiſſe iudicatum per illam Rotam.

Poſtremo, quia vere obſeruantia ita cōficiendi in-
uentaria probatur, ſi de validitate conſuetudinis du
bitaretur,

Digitized by Google

30 bitaretur, nihilominus † quia hæres non fuit in dolo, ſed in bona fide, ſeruans inueteratum vſum dictæ Ciuitatis, non video quomodo hæres priuari poſſit beneficio inuentarij confecti iuxta formam d.l.ſi.ſed ceſſante dolo ob eius bonam fidem, fateri oportet hæredem eius beneficio vti poſſe. Et hoc fundamentum puto tollere omnem dubitationem, ad quod non aduertit Natt.in alleg.conſil. immo in eis præſupponit conſtare de dolo hæredis, qui non fecerat ea, quæ ſciebat eſſe facienda, vt in conſilio 574. numero 11. & in conſil.575.nume.3. & 5.qui dolus in caſu noſtro non poteſt conſiderari, ſed ex prædictis penitus excluditur, & bona fides probatur, præſertim quia hæres veriſimiliter credere potuit formam dictę l. ſi quis intra. non eſſe ſeruandam, cum à tot annis numquam obſeruata fuerit, quod ſibi, vt Notario Collegij Perufini notiſſimum erat, contra quem fundamenta Nat. penitus ceſſant.

Minus nocet aliud obiectum, quia vere Dominus Philippus in inuentario appoſuit omnia, de quibus
31 habuit notitiam, & quæ habebat in manibus. † Ea vero, quæ in poteſtate hæredis non erant, in inuentario apponi non debebant, vt poſt Franc. Marc. dixit Phanuc.in dicta tertia parte nu.34.in fin. Mant.conſ.33.
32 nu.8.part.2. etſi nomina † debitorum aut alia in hæreditate fuiſſent reperta, de quibus hæres ſcientiam non habuiſſet, omnino excuſandus veniret, licet illa in inuentario non deſcripſiſſet. Dec.conſi.633. num. 11.Roland.à Vall.in dicto tract.par.4.vtilit.3. cap.in
33 cipi.Quod ſi hæres, num.3. Nam † quoties hæres, qui non apponit omnia in inuentario, caret dolo etiam ſi in culpa reperiretur, nullo modo punitur. Bald.in Authent.ſed cum teſtator, nu.17.C.ad leg.Falc.Dec. dicto conſil.633.num.11. Phanu.in dicto tract.part.3. num.47.& ſeq.Roland.in dicto loco num.4.& 5.Rot. Genu.deciſ.35.per totam, Doctor.in d.l.fina.§.licentia. Bellon. conſil.30. nu.6. Benincaſ.de paupertate, q.9.ſpecia.10.nu.33.& ſupra latius fuit oſtenſum. Et quia hæc ſunt clara non eſt opus vlterius inſiſtere, li-
34 cet † ſecundum aliquos hæres etiam doloſe omittens apponere omnia in inuentario, non priuetur beneficio inuentarij, ſed dumtaxat pęna puniatur, vt dicũt Doct.in d.l.Paulus, ff.ad leg.Falc.Iaſ.in d.§.licentiã, vbi de communi teſtatur. Natt.conſi.574.num.12.& ſeq.li.3.Caſtrenſ.Alexand.& alij, quos refert Phanu. in d.3.par.num.52.in fin.& late comprobat Rolan.à Vall.in d.cap.incip.Quid ſi hęres, num.4.& ſeqq.vbi alios allegat, & communẽ eſſe teſtatur, & Benincaſ. qui magis communem eſſe dicit in dicto ſpeciali 10. num.31. Verum quia hæc opinio contradicentes habet, nec communiter recipitur, & aliàs ego, concurrente dolo hæredis, contrarium reſpondi; illam non firmo. Sed quia Dominus Philippus non doloſè nec ſcienter aliquid omiſit, verſamur extra dictam difficultatem, nec in eius diſcuſſione opus eſt inſiſtere, ſed concludendum eſt alijs rationibus ſupra adductis inuentarium per eum confectum viribus ſubſiſtere, ipſumque eius beneficio vti poſſe.

Super validitate inuentarij non fuit aliter iudicatum, quia hæres præfatus, qui à legatarijs moleſtabatur, & poſſidebat multa bona hæreditatis, cum eis deuenit ad compoſitionem.

ARGVMENTVM.

Quando femina ſuccedat in emphyteuſi conceſſa vſque in tertiam generationem pro maſculis, & feminis, & vel pro vna femina non exiſtentibus maſculis. Et ſi fuit conceſſa pluribus, quando femina deſcendens ab vno, excludat maſculos deſcendentes ab alio.

Numquid in inueſtitura facta alicui pro ſe, filijs, & nepotibus vſque in tertiam generationem completam includantur pronepotes.

Ius accreſcendi an & quando locum habeat in emphyteuſi antiqua vel noua, vni tantùm vel pluribus conceſſa.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuſis, quæ ad aliquem peruenit donec ſupereſt aliquis de ipſius linea, alij de alia linea excluduntur.*

2 *Emphyteuſis alicui conceſſa vſque in tertiam generationem finitam, & completam tranſit ad pronepotes. Sed contra nu.10.cum ſeqq.vbi declaratur.*

3 *Emphyteuſis conceſſa vſque in tertiam generationem, ſtatim atque eſt finita in perſonam vnius, admittitur alter ex comprehenſis in inueſtitura.*

Amplia etiam ſi ille, qui intendit admitti ad emphyteuſim nihil de ea poſſideret, nu.4.

5 *Filij alicuius, qui non ſuccedunt in emphyteuſi, non impediunt, quin alij incluſi admittantur.*

6 *Emphyteuſis conceſſa pro maſculis & feminis ſtante ſtatuto excluſiuo feminarum, cenſetur conceſſa ordine ſucceſſiuo pro feminis deficientibus maſculis.*

Amplia etiam ſi fuit recepta pro maſculis & feminis nulla facta mentione de hæredibus, nu.7.

Item etiam ſi pro filijs vtriuſque ſexus, nu.8.

9 *Verba, vtriuſque ſexus, æquiparantur verbis, maſculis & feminis.*

10 *Emphyteuſis conceſſa vſque in tertiam generationem cõpletam, non includit pronepotes, quando viget conſuetudo eccleſiæ, quod recipiens computetur in tertiam generatione.*

Nec quando fuit conceſſa ſimpliciter vſque in tertiam generationem, ſecus ſi fuit dictum, & vſque in ipſius tertiam generationem cum copula, num.12. cum ſeq.

Vel etiam ſi verba, vſque in tertiam generationem non fuerunt appoſita ad determinationem graduum, nu.14.

15 *Emphyteuſis in dubio cenſetur conceſſa recipienti pro ſe, filijs, & nepotibus.*

16 *Emphyteuſis duobus conceſſa, cuilibet pro dimidia conceſſa videtur.*

17 *Ius accreſcendi locum non habet in emphyteuſi à duobus fratribus rece[..]a. Declaratur nu.22.cum ſeqq.*

18 *Emphyteuſis recepta à duobus fratribus pro ſe, filijs, & nepotibus maſculis, & quatenus non exſtarent maſculi, pro vna filia, cenſetur conceſſa pro filia cuiuſlibet eorũ, & præſumitur quemlibet ſuis hæredibus prouidere voluiſſe. Declaratur num.34.cum ſeqq.& 39.*

19 *Filia vnius ex fratribus, quibus fuit conceſſa emphyteuſis pro maſculis, & illis non exſtantibus, pro femina, excludit patruum, & eius deſcendentes à portione patris.*

Limita, quando fuit recepta emphyteuſis à duobus, ſecus ſi ab vno, quia tunc filia excluditur, nu.20.

21 *Hæredis appellatione in emphyteuſi venit etiam hęres in re certa. Sed contra, nu.43.*

22 *Ius accreſcendi ſeu non decreſcendi locum habet etiam in emphyteuſi duobus conceſſa in ſolidum.*

Item quando expreſſe ſeu tacitè actum eſt ut locum habeat ius accreſcendi, nu.23.

Vt ſi

Vt ſi in inſtrumento fuit adiecta clauſula, de vno in alterum reuertendo, nu. 24.

Et ſtante clauſula, Vſque in tertiam generationem. n. 25.

Prout etiam ſi conceditur duobus, vt poſt mortem ipſorum filiorum, & nepotum reuertatur ad Eccleſiam, numero 26.

Et quando emphyteuſis antiqua renouatur duob. nu. 29. Intelligendo vt ibi.

Ac etiam ſi conceditur duobus ex cauſa oneroſa. num. 30.

27 *Ius accreſcendi locum habet in emphyteuſi inter deſcendentes vnius etiam ſine vllo pacto.*

28 *Clauſula in fine poſita regulariter refertur ad omnia præcedentia.*

31 *Femina ad emphyteuſim vocata in defectum maſculorum illis exiſtentibus, non admittitur.*

32 *Emphyteuſis, ad quam vocantur filij hæredes, filijs non hæredibus non debetur.*

33 *Filia hæres plurium inueſtitorum in plurali ad emphyteuſim vocata, non admittitur, niſi ſit hæres omnium.*

34 *C. 1. de duob. fratrib. à capit. inueſtitis in vſib. feudo. late declaratur vſque ad fin. conſilij.*

35 *Conditio, ſi deceſſerit ſine filijs, deficit, ſuperſtitibus filijs, licet ipſi poſtea ſucceſſerint.*

36 *Femina vocata ad emphyteuſim ſeu feudum non extantibus maſculis, ſemel excluſa per ſuperexiſtentiam maſculorum, amplius non admittitur, licet maſculus poſtea deceſſerit.*

Fallit, quando maſculus ſuperſtes ſtatim deceſſit. nu. 37.

Item quando femina excluditur donec extant maſculi, numero 38.

40 *Filia quando in defectum maſculorum vocatur ad emphyteuſim ſeu feudum pluribus ſuperſtitibus admittitur primogenita, alijs excluſis.*

41 *Hæreditas nulla eſt viuentis.*

42 *Filiorum appellatione in contractibus non veniunt nepotes.*

43 *Hæres in re certa dato hærede vniuerſali non continetur appellatione hæredis, nec admittitur ad emphyteuſim conceſſam pro filijs hæredibus.*

CONSILIVM LIV.

VT vera huius cauſę poſſit haberi reſolotio, quia agitur de bonis emphyteuticis à diuerſis dominis ac in diuerſis inueſtituris cóceſſis, in primis videndum eſt, numquid bona conceſſa in emphyteuſim à Commendatario Abbatiæ Vallis Pontis Bartholomæo pertineant ad D. Ioannem Antonium nepotem dicti Bartholomæi, ſed ad pronepotes ea Franciſco nepote.

In qua dubitatione videtur dicendum filios Domini Bartholomæi præferri debere, cum enim bona illa obuenerint Dom. Franciſco patri, non poſſunt alij de alia linea ad ea admitti, donec ſuperſunt eiuſ-
1 dem Franciſci filiæ. Nam quando † emphyteuſis ad aliquem peruenit, donec ſupereſt aliquis de ipſius linea, alij de alia linea in inueſtitura comprehenſi, excluduntur, c. 1. de natur. feud. ſucceſſ. qui textus licet loquatur de feudo, procedit etiam in emphyteuſi, Ruin. conſ. 166. nu. 10. li. 1. Corn. conſ. 263. col. 3. poſt med. lib. 1. & poſt eum Bero. conſ. 152. nu. 35. & ſeqq. & nu. 49. lib. 2.

Et quamuis filiæ Domini Franciſci ſint feminæ, videntur nihilominus admittendæ, tum quia dicta bona conceſſa fuerunt Bartholomæo ſtipulanti pro ſe, filijs, & nepotibus vtriuſque ſexus, quæ verba, vtriuſque ſexus, tam ad feminas quàm ad maſculos adaptantur. capit. omnis vtriuſque ſexus, de pœnit. & remiſſio. §. Igitur. ibi, vtriuſque ſexus, ioſt. per quas perſon. nob. acquir. Dec. conſ. 586. nu. 12. & conſ. 208. nu. 1. in fi. Pariſ. conſ. 12. nu. 11. lib. 1. Tum etiam quia feminæ ſunt capaces emphyteuſis eccleſiaſticæ, §. emphyteuſim. Auth. de non alien. aut permut. Bart. in l. Vt iuſiurandi, §. ſi liberi, num. 5. ff. de oper. libert. Bero. qui de communi teſtatur conſ. 152. nu. 39. libro 2. quam etiam communem dicit Iul. Clar. in §. emphyteuſis, q. 32. in princ.

Nec intentioni dictarum pronceptum videtur obſtare, quòd ipſæ ſint de quarta generatione Bartholomæi, cui bona conceſſa fuerunt in emphyteuſim,
2 vſque in tertiam generationem † quoniam conceſſio facta fuit vſque in tertiam generationem finitam, & cópletam, in qua videntur etiam includi pronepotes, quia dictio, vſque, ſtat incluſiue, & receptor non connumeratur in generatione, ſed prima generatio erit filiorum, ſecunda nepotum, & tertia pronepotũ. Bal. in l. 2. col. 1. & 2. C. de iur. emphyt. & in Auth. ſi quas ruinas, C. de ſacroſ. eccl. Alex. conſ. 125. li. 5. Bero. conſil. 109. nu. 15. & ſeqq. lib. 1. Soc. conſ. 25. lib 1. Goz ad. qui commun. dicit conſ. 25. nu. 17. & pariter communem eſſe teſtantur Ruin. conſ. 166. nu. 6. li. 1. Iul. Clar. in §. emphyteuſis, concl. 34. in fin. & Ant. Gabr. in ſuia concl. in tit. de iur. emphyt. concl. 4. nu. 4.

Prædictis non obſtantibus contrarium concludẽdum cenſeo, ſcilicet bona emphyteutica dictæ Abbatiæ ſpectare ad Dominum Ioannem Antonium nepotem Bartholomęi. Fuerunt enim factæ conceſſiones Bartholomęo ſtipulanti pro ſe, filijs, & nepoti-
3 bus vſque in tertiam generationem † & quando modo prędicto emphyteuſis ſtipulatur, ſtatim atque eſt finita in perſonam vnius videtur renouata ſeu de nouo conceſſa alteri, & quaſi ex noua conceſſione alter ex comprehenſis in inueſtitura emphyteuſim conſequitur. ita Bar. in l. ſi mihi, & Titio, nume. 5. & 6. ff. de verbo. oblig. Bald. in l. Vni. §. in primo, C. de cad. tollen. Bald. & Sal. in l. 2. C. de iur. emphyt. Doctor. in c. potuit, de loc. Ang. Imol. & Pau. de Caſtr. in dicta l. ſi mihi & Titio. vbi Alexand. nu. 15. & Iaſ. num. 12. qui de communi teſtatur. Iul. Clar. qui pariter communẽ dicit in §. emphyteuſis, q. 39. verſic. ſcias tamen. Quæ
4 opinio locum habet † licet ille, qui ad emphyteuſim admitti intendit, nihil de emphyteuſi poſſideret, ſane ſi recepta eſt emphyteuſis ab vno pro ſe, filijs, & nepotibus vſque in tertiã generationem, vnus ſuccedit alteri non proprie ex iure accreſcendi, ſed ex iure inueſtituræ ac ſucceſſorio, quo ſuperſtes ſuccedit defuncto. Bald. in c. 1. de his, qui feud. dar. poſſ. & in l. 1. nu. 38. C. quan. non peten. par. Bar. in d. l. ſi mihi, & Titio, nom. 5. & 6. Corn. conſil. 122. numer. 29. lib. 2. Socſen. conſil. 249. num. 21. lib. 2. Ruin. conſil. 48. num. 7. & 8. conſil. 169. num. 2. & 3. libr. 1. Dec. conſil. 265. nu. 5. Alexand. qui de communi teſtatur conſ. 21. num. 2. lib. 5. & admittitur etiam ille, qui nullam portionem habet, cap. 1. de eo qui fin. ſec. agnat. ca. ſatis bone, de prohibit. feud. alien. per Lotha cap. 1. de nat. ſucceſſ. feud. in fin. Corne. conſil. 13. in fin. lib. 3. Ruin. conſil. 169. col. 2. libro 1. & declarat Hieron. Gabr. conſ. 89. num. 7. lib. 1.

Nec obſtat quod dicebatur Ioannem Antonium non admitti ad portionem dictorum bonorum obuentam Franciſco, cum ſuperſint filiæ ipſius Franci-
5 ſci: Reſpondetur enim † quòd filij alicuius, qui non ſuccedunt in emphyteuſi, nõ impediunt, quin alij incluſi admittantur. Ruin. conſil. 154. numero 9. & 10. lib. 1. Hieron. Gabr. conſil. 88. numer. 8. libro 1. etiam reſpecto iuris accreſcendi, cui vt ſit locus non eſt neceſſarium lineam alicuius penitus extingui: nam deſcen-

ſcendentes vnius lineæ ſi non ſunt taliter in inueſtitu
ra comprehenſi, vt ſuccedant, non afferunt impedi-
mentum alijs deſcendentibus ex alijs lineis, quin ad
mittantur. Spec.in tit.de locat. §.nunc aliqua, quæſt.
155.num.183.Dec.conſ.326.Hieron. Gabriel.conſil.
68.num.18.lib.1.Sed filiæ Domini Franciſci non poſ-
ſunt modo in bonis emphyteuticis ſuccedere,cum ſu
perſit Dominus Ioannes Antonius nepos dicti Bar-
tholomęi,qui vti maſculus pręfertur feminis,licet n.
Bartholomęus ſtipulatus fuerit emphyteuſim pro ſe,
6 filijs,& nepotibus vtriuſque ſexus,† nihilominus ma
ſculi præferuntur feminis,quando in loco viget ſtatu
tum excluſiuum feminatum propter maſculos, pro-
ut in hac Ciuitate Peruſię vigere clarum eſt,eoquidẽ
caſu credẽdum eſt auum recipientem emphyteuſim
voluiſſe ſe conformare cum lege patriæ, & maſculos
præferre feminis,& tunc verba copulatiue prolata in
telligũtur ordine ſucceſſiuo,videlicet primo pro ma-
ſculis,& illis non exiſtẽtibus pro feminis,vt declarat
Bar.in l.Vt iuſiurandi,§.ſi liberi,in fi.ff. de oper.liber.
Anch.in Clem.2.de iur.patron.& conſ.433.Imo.in c.
potuit,in fi.de locat. Alciat.de præſumpt.reg.3. præ-
ſumpt.31.num.7.Rim.iun.conſ.409.num.70. & con-
ſil.455. num.41.libro 4 quæ opinio communiter ap-
probatur,vt teſtantur Soc.iun.conſ.82.n.9.lib.4. Fel.
in c.quæ in eccleſiarum,in fi.de conſtit.Iul. Clar. in §.
emphyteuſis,q.32.ver.Sed pone,& Tib.Dec conſ.30.
num.40. & ſeqq. lib. 3.qui dicit opinionem Bart. eſſe
7 communem,† & procedere etiam quando recepta eſt
emphyteuſis pro filijs maſculis & feminis,nec eſt ad-
dita qualitas,hæredibus, & ad id probandum Anch.
Imo.Ang.Iaſ. & alios allegar,ſubdẽs Sal.in l.2. q.17.
C.de iure emph tenentem addi debere vocem, hære-
8 dibus,communiter reprobari.† Et quamuis Dec.cõſ.
208.col.1.& in l.diſcretis,num.29.& ſeqq. C.qui teſt.
fac.poſſ.differentiam conſtituat inter ſtipulationem
factam pro maſculis & feminis in quibus terminis
prædictam concluſionem procedere dicit, & ſtipula-
tionem pro filijs & nepotibus vtriuſque ſexus conce-
ptam,in qua maſculos & feminas pariter admitti ar
bitratur,eius diſtinctio communiter damnatur,& v-
troque caſu maſculi præferuntur feminis ſecundum
Alex.conſ.9.n.4 lib.5.Rub.Alex.conſ.110.n.8. Ruin.
conſ.9.nu.6.lib.1.Pariſ conſ.21.nu.7.lib.1.Natta con
ſil.564.nu.14.Menoch.conſ.391.nu.15.lib.4. Burſat.
qui de cõi teſtatur conſ.63.lib.1.& late Rolan.à Val.
9 conſ.84.num.14.& ſeq lib.4.quia † illa verba, vtriuſ-
que ſexus,æquiparãtur illis,pro ſe, maſculis,& femi-
nis,Rim.ſen. conſ.437.nu.9. Rol.à Val.in d.conſ. nu.
14.& Burſat,in eodem conſ.63.num.11.

Quod vero prætenditur proneptes in inueſtitura
includi,facile remouetur, ſi enim feminæ ſolum intel
liguntur ad emphyteuſim vocatæ maſculis nõ ſuper-
exiſtentibus, ſiue inueſtitura ſit facta pro nepotibus,
ſiue etiam pro pronepotibus,nihil refert, quia omni
caſu ſtantibus maſculis feminæ excluduntur. Præte-
rea dicitur bona,de quibus agitur,fuiſſe conceſſa Bar
tholomæo pro ſe,filijs,& nepotibus,& in inueſtituris
pronepotes non includi, non obſtantibus allegatis
ſupra in contrarium. Primo quia præſupponitur con
ſuetudinẽ eccleſiæ illius Abbatiæ ita ſe habere, quod
recipiens emphyteuſim computetur in tertia gene-
10 ratione † etſi viget huiuſmodi conſuetudo, illa ſpe-
ctanda eſt, licet inueſtitura eſſet facta recipienti vſ-
que in eius tertiam generationem completam. Bald.
in Authen. Quas ruinas, col.2. C.de ſacroſan. eccleſ.
Socin.conſil.25.num.8.lib.1.Imol.in l.Quod dicitur,
num.8.in fin.ff. de verbo.obligat. Hieronym. Gabriel.
conſil.88.num.4. & conſil.90.num.1.& ſeqq. libro 1.
& conſil.68.num.7.libro 2. vbi dicit paſſim omnes id
11 concedere. Secundo dicitur † non eſſe tutam illam o-
pinionem quod pronepotes in conceſſione compre-
hendantur, quando facta eſt conceſſio vſque in ter-
tiam generationem completam ſeu finitam, & con-
trariam opinionem late defendit Hieronym. Gabr.
dicto conſil 68. num.1. & ſeqq. lib.2. & ſequitur Ce-
phal.conſil.582.num.8.libro 4. Tertio ſi dicta opinio
vera eſſet,non obſtaret Domino Ioanni Antonio,quo
12 niam regulariter † in conceſſione facta vſque in ter-
tiam generationem cõputatur ipſe recipiens, vt poſt
multos tenet Ant. Gabriel.in tit. de iure emph. con-
cluſ.4. & contraria opinio locum habet,quando bo-
na conceduntur alicui vſque in ipſius tertiam gene-
rationem completam, tunc enim cum conceſſio ſit fa
cta pro tertia ipſius generatione, in ea non computa-
tur receptor, cum ipſe non poſſit dici de ſua genera-
tione,ex quo nemo ſeipſum generat,prout declarant
Ruin.conſil.166. num.6. lib.1.Alex. Dec.& alij,quos
refert & ſequitur Ant.Gabr.in dicta concluſ.4. num.
4. & 5. Sed in caſu, de quo agitur conceſſiones factæ
fuerunt vſque in tertiam generationem abſque illo
pronomine ipſius,ideo contraria non nocent. Quar-
13 to reſpondetur contrariam † opinionem locum habe
re,quando in conceſſione nulla eſt facta mentio de fi-
lijs & nepotibus; Sed quando facta eſt conceſſio ali-
cui pro ſe,filijs,& nepotibus, ſi dictum eſt,vſque in ip
ſius tertiam generationem, ſine copula, nõ includun
tur pronepotes,& tunc dicta verba potius cenſentur
adiecta ad demonſtrationem, quod dicatur facta in
tertiam generationem,pro filiis,& nepotibus, quam
ad ampliandum. Sed ſi eſſet adiecta copula, & dictũ,
& vſque in ipſius tertiam,ampliarẽt, pronepoteſque
includerent,vt declarat Paul. de Caſtr.in conſil.338.
num.2.& ſeq.lib.2. ſequitur Cephal. conſ.582. num.
53.& ſeq.lib.4. & conſ.636.nu.8.lib.5. à quo non diſ-
ſentit Ant. Gabr. in dubiis allegatus in d. concluſ.4.
num.2. Sed Bartholomæus recepit bona pro ſe, filiis,
& nepotibus vſque in tertiam generationem, ſine co
pula,ideo pronepotes in conceſſione non includũtur;
14 † Quinto poteſt reſponderi eo tantum caſu verba il-
la, vſque in tertiam generationem, includere poſſe
pronepotes,quando dictio,vſque, poſita eſt ad deter
minationem graduum,vel quia dictũ ſit,pro ſe, filiis,
& nepotibus, et vſque in tertiam,etc.vel quando ſim
pliciter dictum eſt vſque in tertiam generationem,vt
videntur ſentire Bero.conſil.109.nu.16.lib.1.Gozad.
conſ.25.num.17. quod non euenit in præſenti caſu,in
quo plures fuerunt factæ inueſtituræ diuerſis tempo-
rib. et in vna tantum dicitur, pro ſe,filiis, et nepotib.
vſque in tertiam generationem, etc. Sed in aliis ver-
ba illa,vſque in tertiam generationem, non ſunt ap-
poſita ad determinationem graduum,pro quibus fie
bant conceſſiones, ſed poſt clauſulam de vno in aliũ,
qui ſuperuixerit reuertendo, ad oſtendendum, quod
deberet emphyteuſis reuerti de vno in alium vſque
in tertiam generationem,vnde non videntur amplia
re conceſſiones ſpecifice factas Bartholomæo pro ſe,
filiis,et nepotibus,ſed concludendum eſt illas cenſe-
ri factas vſque in tertiam generationẽ,videlicet Bar-
tholomæo, filiis.et nepotibus, iuxta diſpõnem §.em-
phyteuſim. Auth.de non alien.et permut. reb. eccleſ.
15 prout † in dubio interpretari debere poſt Alex. in l.
Qui in alienam,in prin.num.15.ff.de acq.hæred.dixit
Cephal.d.conſ.582.num.18.

Secunda principalis exoritur difficultas, num-
quid tota domus empta per dictos Dominos Ioan-
nem Antonium et Franciſcum eiſque in emphyteu-
ſim refirmata à Capitulo fratrum Diui Florentii pro

Digitized by Google

ipſis ac eorum filijs, & nepotibus vſque in tertiam
generationem ſpectet ad Dominum Ioannem Anto-
nium, vel eius medietas debeatur filiabus Domini
Franciſci.
Et videtur dicendum medietatem domus pertine
re ad vnam filiam Franciſci, quoniam illam emerunt
Dominus Ioannes Antonius, & Franciſcus, ſimulque
refirmam emphyteuſis obtinuerunt à præfato Capi-
16 tulo † & quando emphyteuſis duobus conceditur, cui
libet pro dimidia videtur concesſa, l. ſi mihi, & Titio,
& ibi Bart. nu. 6. & ceteri not. ff. de verb. oblig. & por-
17 tio vnius decedentis non acquiritur alteri † cum in
emphyteuſi à duobus fratribus recepta non habeat
locum ius accreſcendi. Bart. in d. l. ſi mihi, & Titio. A-
lex. conſil. 204 lib. 2. Petr. de Anch. conſil. 246. incip.
Duo prima dubia, quæ opinio communiter approba
tur, vt teſtantur Dec. conſil. 326. in prin. Burſat. conſi.
181. num. 7. lib. 2. Rim. iun. conſil. 257. num. 97. & ſeq.
lib. 3. Iul. Clar. in §. emphyteuſis, q. 39.
18 Præterea quia † ambo receperunt domum pro ip-
ſis ac eorum filijs & nepotibus maſculis, & quatenus
non extarent maſculi in vita vnius filiæ feminæ, filia
femina Franciſci ad medietatem domus acquiſitam
patri admittitur, excluſo Ioanne Antonio patruo, cũ
quilibet ſibi ſuiſque hæredibus proſpicere voluiſſe vi
deatur, vt per tex. in cap. 1. de duob. frat. à cap. inuest.
dixerunt Corn. conſ. 24. nu. 26. lib. 2. Bal. Hier. & alij in
d. c. 1. Hier. Gabr. conſ. 70. lib. 2. Ceph. conſ. 345. nu. 7.
& ſeqq. lib. 3. Tob. Non. conſ. 6. nu. 7 & ſeqq. Quæ con
19 cluſio videtur locum habere † quando duo à princi-
pio emphyteuſim receperunt pro ſe, filijs & nepotib.
maſculis, & maſculis deficientibus pro vna femina,
tunc enim femina deſcendens ab vno ex fratribus in
ueſtitis, patruũ ſeu deſcendentes maſculos ex patruo
20 excludit, ratione, de qua ſupra † licet quando vnus eo
modo emphyteuſim recepiſſet, ceſſet diſpoſitio dicti
c. 1. & ratio in eo adducta, & tunc femina non admit-
titur, niſi deficientibus omnibus maſculis deſcenden
tibus à receptore: ſed à patruis alijſque maſculis ex-
cludatur, c. 1. de eo, qui ſibi & hæred. maſcul. & fem. &
declarant Corn. d. conſ. 24. nu. 26. Bero. conſ. 108. nu.
4. & ſeq lib. 1. Fulgoſ. conſil. 12. col. 1. verſic. Nec huic,
Hier. Gabr. conſ. 70. nu. 3. & 4. lib. 2.
Et quamuis in vna ex dictis refirmis admittatur fi
lia femina Ioannis Antonij ſeu Franciſci, quæ eorum
hæreditatem poſſideret, non videtur obeſſe, cum ſa-
tis ſit filiam eſſe hæredem in re certa, licet non ſit vni
21 uerſaliter inſtituta † cum reſpectu emphyteuſis hære
dis appellatione veniat etiam hæres inſtitutus in re
certa ſecundum Alex. conſil. 22. num. 5. & ſeqq. & per
totum, lib. 5. Angel. & Paul. de Caſt. in l. quoties, C. de
hær. inſt. conſ. 9. nu. 11. & ſeqq. lib. 1.
Sed iſtis non obſtantibus cenſeo domum pertine-
re ad Dominum Ioannem Antonium, excluſis filia-
bus Franciſci; quoniam fuit recepta in emphyteuſim
per Dominos Ioannem Antonium & Franciſcum ſti
pulantes pro ſe, filiis, & nepotibus maſculis per re-
ctam lineam deſcendentibus de vno in alterum, qui
ſuperuixerit reuertendo vſque in tertiam generatio-
nem maſculinam tantum finitam & completam, eu-
ius vigore portio, quæ fuit olim Franciſci poſt eius
mortem obuenit Nicolao eius filio, & cum vltimo
loco deceſſerit Nicolaus ſine filiis, eius portio deuo-
luta eſt ad Ioannem Antonium Nam etſi regulariter
22 † in emphyteuſi à duobus acquiſita non ſit locus iuri
accreſcẽdi, vt dicitur ſupra, à dicta regula receditur,
quando conceſſio fit duobus in ſolidum, eo quidem
caſu finita linea vnius, portio eius ad alium ſeu alios
deuoluitur ex iure non decreſcẽdi. Bal. in l. 1. C. quan.
non pet. par. ver. Sed hic dubitatur. Petr. de Anchar.
conſ. 246. Corn. conſ. 165. lib. 2. Alex. in d. l. ſi mihi &
Titio, nu. 18. Dec. conſ. 326. in princ. Bero. conſ. 109.
nu. 23. lib. 1. Prout etiam à regula prædicta recedi ſo-
23 let † quando expreſsè ſeu tacite actum eſt, vt locũ ha-
beat ius accreſcendi, vt poſt Aemil. conſ. 31. & Simon
de Pret. conſ. 54. nu. 47. & ſeqq. dixit Burſat. conſ. 181.
nu. 7. lib. 2. quod etiam admittit Hieron. Gabr conſ.
66. nu. 3. lib. 2. & inter alia exempla per Doctores ad
ducta præſertim per Tib. Dec. conſ. 73. lib. 2. conſtat
ex mente partium actum cenſeri, vt ſit locus iuri ac-
creſcendi, & vnus admittatur ad portionem alterius
24 † quando in inſtrumẽto eſt appoſita clauſula, de vno
in alterum reuertendo ſecundum Bald. in c. Quæ in
eccleſiarum, nu. 29. de conſtit. Iaſ. in d. l ſi mihi & Ti-
tio, nu. 10. in fin. & in l. re coniuncti, num. 231. ver. am-
plia, ff. de leg. 1. Feder. de Sen. conſ. 228. Socin. iun. &
Dec. communicato conſilio inter conſil. Socin. iun.
conſ. 70. n. 1. lib. 1. Alciat. in d. l. ſi mihi & Titio, nu. 77.
25 Iacob. Aemil. conſil. 33. † accedente clauſula, vſque
in tertiam generationem, quæ operatur vt ſtatim at-
que fuerit finita emphyteuſis in perſonam vnius cen
ſeatur renouata in perſonam exiſtentem de tertia
generatione alterius, ſecundum Iaſ. in conſil. 117. col.
6. verſic. Secundo principaliter, lib. 4. quem ſequitur
Tib. Dec. in d. conſ. 73. nu. 15. verſic. Sexto conſiderat.
Idemque admittitur, quando emphyteuſis concedi-
26 tur duobus fratribus, ita vt † poſt mortem eorum fi-
liorum, & nepotum reuertatur ad eccleſiam, eo qui-
dem caſu non eſt locus deuolutioni niſi poſt mortem
omnium, actumque cenſetur, vt ſit locus iuri accre-
ſcendi. Specul. in tit. de emphyt. q. 69. num. 89. Rom.
conſil. 19. vbi Mandoſ. in addit. de communi teſtatur
Guid. de Suzar. de iure emphyt. num. 47. Crot. conſil.
356. nu. 6. lib. 3. Salic. in l. 2. q. 24. & ibi Iaſ. q. 17. princ.
nu. 201. C. de iure emphyt Curt. ſen. Paul. de Caſtr. &
alij, quos referr & ſequitur Tiber. Dec. conſ. 73. num.
28. lib. 2. qui dixit, quòd quamuis Alex. conſ. 204. lib.
2. contrarium dixerit, opinio Speculatoris commu-
niter approbatur. eamdem opinionem tenuit Alex.
ſibi contrarius in conſ. 17. num. 9. lib. 5. & in d. l. ſi mi-
hi & Titio, num. 12. & ibi Iaſ. num. 11. Ruin. conſ. 154.
num. 9. & ſeq. libro 1. eamdem opinionem veram &
communem oſtendit Hieron. Gabr. conſ. 66. num. 12.
& ſeqq. multis, lib. 2. quam approbat etiam Burſat.
conſil. 181. num. 7. lib. 2. Ex quibus patet hanc opinio
nem vti communem ſequendam eſſe, quidquid in
contrarium poſt Alex. dixerit Iul. Clar. in d. § emphy
teuſis, q. 39. in fin. ſed ex refirmis factis à capitulo Di
ui Florentij Dominis Ioanni Antonio & Franciſco
actum videtur, vt ſit locus iuri accreſcendi. Primo ex
clauſula in inſtrumento appoſita, de vno in alterum,
qui ſuperuixerit reuertendo vſque in tertiam genera
tionem, quæ clauſula non refertur ad deſcendentes
cuiuſlibet fratrum diuiſiue, ſed ad omnes fratres, qui
27 emphyteuſim receperunt, † quia cum ſine vllo pacto
inter deſcendentes vnius eſſet locus iuri accreſcendi,
cap. 1. de grad. ſucceſſ. in feud. cap. 1. §. Cum vero Ca-
rolus, de his, qui feud. dar. poſſ. Bart. & alij communi
ter in dicta l. ſi mihi & Titio, vt pactum aliquid ope-
retur, opus eſt illud referre etiam ad ipſos primos
receptores, & quoſlibet eorum filios, præſertim quan
do (vt hic factum apparet) pactum in fine ponitur 2
28 quia regulariter pactum † ſeu clauſula in fine poſita
refertur ad omnia præcedentia. Doct. in l. talis ſcri-
ptura, §. fin. de legat. 1. l. ... in fi. C. de liber. præterit. in
propoſito ita dixit poſt Ancharan. conſil. 418. aliàs
419. col. fin. & Bald. conſil. 465. libro 5. Hieronym.
Gabriel. conſil. 89. num. 14. & ſeq. libro 1. & quan-
do

do huiuſmodi pactũ fuit in fine poſitum idem conce
dit Cephal.in conſil.345.nu.26.& ſeq.li.3.in contra-
rium allegatus. Secundo, quia dictũ fuit,ꝙ poſt mor
tem Ioannis Antonij,Franciſci,filiorũ,& nepotũ do-
mus ad eccleſiam reuertatur, huius conuentionis vi
gore ex partium intentione ius accreſcendi locũ ha-
bebit,& Ioannes Antonius ad portionem olim Fran
ciſci admittendus eſt. Poteſt ẽt ſuſtineri in caſu, de
quo agitur,locũ eſſe iuri accreſcendi,conſiderando il
lud locum habere non ſolum in emphyteuſi antiqua
ab vno recepta, vt dictum fuit ſupra in prima qõne
29 principali, † ſed ẽt qñ finita emphyteuſi renouatur
& de nouo conceditur duobus fratribus, eo quidem
caſu licet interueniant nouæ perſonæ, locus eſt iuri
accreſcendi, & verba contractus intelliguntur ſecun
dum naturam præcedentis contractus, ita vt ſuper
totoquilibet ſibi ſuiſque filiis & nepotibus videať
ſtipulatus.ita Bartb.in d.l.Si mihi & Titio.nu.7.Bal.
in l.vni. col.pen. C.quando non pet. par. Iaſ.in d.l.ſi
mihi & Titio.num.12. prope fi. verſic. Tertio quæri-
tur.& verſi. Item in quantum. aſſerens cum Bartolo
alios tranſire,cuius opinionem ſequuntur Alex. ibi-
dem nu.17.Bero.conſ.109.nu.24.lib.1.Hieron.Gab.
conſ.86. nu.18. lib.1. quæ opinio de plano procedit
ſecundum Alex. & Bern. quando tempore nouæ con
ceſſionis res non erat incorporata eccleſiæ, & in no-
ua conceſſione non fuit addita noua clauſula ſeu qua
litas, quæ antiquam conceſſionem alteret,quæ con-
cluſio multum deſeruit intentioni Domini Ioannis
Aotonii, conſiderando, ꝙ Capitulum dictæ eccleſiæ
prius conceſſerat in emphyteuſim eãdem domum,
& Marcus Antonius Ser Dominici, qui domũ ex præ
cedenti cõceſſione poſſidebat, illam vendidit cũ con-
ſenſu Capituli dictæ eccleſiæ Ioanni Antonio & Frã-
ciſco, qui Ioannes Antonius & Franciſcus ſucceſſo-
res Marci Antonii in prima inueſtitura comprehẽſi
ab eodem Capitulo conceſſionẽ & refirmam obtinue
runt, & ſic domum conſecuti fuerunt antequam in-
corporata eccleſiæ & ad eam deuoluta eſſet, non ex
noua cõceſſione ſed ex refirma alterius præcedentis
inueſtituræ, ideò refirma ſecundum naturam præce-
dẽtis inueſtituræ facta intelligitur,et in ea locus erit
iuri accreſcendi, vt dixi. Vlterius addi poſſet Dom.
Ioan. Antonium & Franciſcum acquiſiuiſſe domum
ex cauſa onetoſa,quia illam emerunt à dicto Marco
Antonio, & vltra pretium ſolutum venditori ſolue-
rũt Capitulo Dini Florentii pro conſenſu & refirma
30 certam pecuniarum quantitatem † & quando em-
phyteuſis ex cauſa oneroſa duobus fratribus conce-
ditur, inter eos locum habet ius accreſcendi, ſecun-
dum Bar.in d.l.Si mihi & Titio.& ibi Alex.nu.13. idẽ
Alex.conſ.54. nu.6.lib.5. Purpur.conſ. 548.num.57.
lib.2.Bero.conſ.109.num.22.lib.1.Iaſ. conſi.117.col.
5. & 6. lib.4.Tib.Decian.conſ.73.nume.4. cum ſeqq.
lib.2.& ita partes ſenſiſſe eſt credendum, cum enim
emerint domum magno pretio, præſumendum eſt
voluiſſe,quod deficiente linea vnius, domus non re-
uerteretur ad eccleſiam, ſed ad alios comprehenſos
in conceſſione, donec ſupereſſet aliquis de tertia ge-
neratione alterius eorum.

Verum quia præcedentes rationes ſunt magis cla
re in hac vltima non eſt opus inſiſtere.

Apparet igitur ex iã dictis,in emphyteuſi, de qua
agitur, locum habere ius accreſcendi, & Dominum
Ioannem Antonium admittendum eſſe per mortem
Nicolai filii dicti Franciſci ad portionem domus ob
uentam Franciſco,à qua nõ excluditur per ſuperexi-
ſtentiã filiarum Franciſci quoniam conceſſiones fue
runt factæ Ioanni Antonio, & Franciſco pro ipſis ac
eorum filijs & nepotibus maſculis vſque in tertiam
generationem maſculinam tantum, & maſculis non
31 exiſtentibus pro vna filia femina,quæ conditio † ſub
qua filia vocatur, non fuit purificata,cum extet Ioan
nes Antonius, & ẽt ſuperuixerit Nicolaus filius ma-
ſculus Frãciſci,qui deceſſit poſt mortem patris,& co-
ſequenter filia femina non admittitur,vt in terminis
firmant Feder.de Senis d.cõſ.228. & Soc.iun. & Dec.
communicato conſil.inter conſ.Soc.iun.conſ.70. li.1.
in prin.qui in ſimili caſu conſuluerunt,vt apparet an
te principium conſilij. Ex alio etiam conſtat filiam
Franciſci admitti non poſſe, quoniam in inſtrumẽtis
conceſſionum bonorum dicitur,& non extantib.ma
ſculis, in vita vnius filiæ feminæ naſcituræ ex dictis
Franciſco ſeu Ioanne Antonio,& quæ eorum hæredi-
32 tatem poſſideret,† in quibus cum vocetur ad emphy-
teuſim filia,quæ ſit hæres,non admittitur illa,quæ nõ
ſit hæres. Bart.in l.vt iuſiurandi, §. ſi liberi, num.4. ff.
de oper.liber. Alex.conſil.44.num 1.lib.1. quæ opinio
communiter approbatur, vt teſtantur Iaſ. conſil.57.
33 col.1.lib.1.Iul.Clar.q.37.poſt prin.† & quia dicitur, &
quæ eorum hæreditatem poſſideret in plurali, intelli
gitur,de filia,quæ poſſideret hæreditatem Ioãnis An
tonij & Franciſci,cum illa pluralis locutio,eorum,in
telligitur de illis duobus, & minori numero non ac-
quieſcat, vt per tex.in l.libertas quæ, §.fin. ff.de verb.
ſign.l.inter illam,ff.de teſtib.not.dixit Spec.in tit de
emphyt.q.68.num.89. nec ſufficeret filiam poſſidere
hæreditatem vnius tantum, vt poſſit dici purificata
conditio, ſub qua vocatur, vt per Spec. in dicto loco,
& Rom.conſil.19. cuius opinio communiter appro-
batur, vt ibi teſtatur Mandoſ. in addit. Vnde cum fi-
lia Franciſci non poſſideat hæreditatem Ioannis An-
tonij adhuc viuentis,nullo modo videntur admitten
da,quod puto fuiſſe de intentione cõtrahentium,qui
ex verbis illis oſtendunt noluiſſe feminam admitti,
aliquo ex ipſis Ioanne Antonio ſeu Franciſco viuen-
tibus, ſed tantum poſt eorum mortem, quatenus ex
eis filij vel nepotes maſculi non extarent, quo caſu
vtriuſque hæreditatem poſſidere poſſent.

Et prædictis non obſtant adducta in contrarium,
quoniam primum obiectum de iure accreſcẽdi ſatis
ex adductis ſupra ſoluitur.

34 Nec obſtat c.1.† de duob.frat.à cap.inueſt. & quod
per illud Doct.ſupra allegati dicunt, filiam vnius fra
tris admitti ad feudum ſeu emphyteuſim à duob fra
tribus receptam,& excludere patruum. Quoniam dĩ
ctum c.1.procedit, quãdo facta eſt inueſtitura duob.
fratrib.pro ipſis,& hæredib.maſculis, quamdiu viue-
rent,& maſculis deficientib. pro feminis, vt ibi clare
dicit tex.ꝙ differt à caſu,de quo agitur,in quo domus
fuit cõceſſa in emphyteuſim Ioanni Antonio & Fran
ciſco, ſtipulantibus pro ſe, & eorum filijs & nepotib.
maſculis vſque in tertiam generationem maſculinã
tantum,& maſculis non exiſtentibus pro vna filia fe-
mina Ioannis Antonij ſeu Franciſci,quæ eorum hære
ditatem poſſideret,& ſic filia vocatur,non exiſtentib.
maſculis, non autem ſi exiſtant, & poſtea decedant,
prout dr̃ in d.c.1. Vnde cum non ſolum extet Ioãnes
Antonius,ſed Franciſco ſuperuixerit Nicolaus filius
maſculus,qui ĩ emphyteuſi ſuccedebat, per eius ſup-
exiſtentiã defecit condõ, ſub qua vocabatur filia non
exiſtentib.maſculis; nec attenditur, quid poſt euene-
35 rit de ipſo Nicolao,vt dr̃ † de conditione illa, ſi deceſ
ſerit ſine filijs,adiecta ſubſtitutioni, quæ ſuperſtitib.
filijs exſpirat, licet illi poſtea deceſſerint, l.cũ vxori,
C.quando dies leg.ced.l ſi quis hæredem,ff.de inſtit.
& ſubſtit.ſub condit.fact.l.Hæredibus, in princ.ff.ad
Trebel.cum adductis per Oldrad.conſil.51.Ang.con

ſilio 159.num.1. Ancharan. conſil.137.incip. Princi-
paliter ponderandum, & opinionem Oldradi com-
muniter approbari teſtantur Crauet.conſil.98.num.
4.libro 1. Menoch.conſil.85.num.46.libro 1. Rimin.
iun. conſil.20. num.1. & ſeqq. libro 1. qui alios alle-
36 gant.& magis in terminis dicitur† quòd cum emphy
teuſis non fuerit recepta pro filia etiam exiſtentibus
maſculis & poſtea decedentibus,ſed ſolum quatenus
non extarent maſculi, filia ipſa ſemel excluſa per e-
xiſtentiam Nicolai, amplius ſuccedere non valet, vt
probat text.in cap.1.§ quin etiam, in tit.epiſcop. vel
Abbat.in vſib.feud.vbi dicitur, quod quando ad feu-
dum vocantur maſculi & feminæ, & ſi femina ſemel
excluditur per maſculum,amplius non admittitur,li
cet maſculus poſtea decedat,& ibi Bal.in prin.& Al-
uarot. num.2. dicunt in textu illo probari feminam
non ſuccedere ſimul cum maſculo in feudo,ſed ita de
mũ ſi maſculus non extet, & ſi maſculus extat & po
ſtea decedit,feminam amplius non admitti, quia ſe-
mel excluſa remanet perpetuo excluſa, ibi dicunt
Bald.& Aluarot. quod eſt etiam de intentione Iſern.
ibi,& idem tenet Cuman.conſ.99. in ſecundo dubio,
qui dicit inueſtituram intelligi,vt feminæ ſuccedant,
quando maſculi numquam ſuperfuerunt, ſecus ſi ſu-
perfuerint, & poſtea deceſſerint. Eamdem opinionẽ
ſequitur Dec. conſil. 390. num. 4. qui alios allegat,
quod etiam clarè explicat Brun. conſil.65. quem re-
fert & ſequitur Rolan. à Vall. conſil. 58. num. 65. &
ſeqq.lib.3.vbi teſtatur hanc opinionem communiter
approbari,& pro ea Alex. Afflict. Ruin. Pariſ. & alios
multos allegat, quam communẽ & veram eſſe oſten-
dit etiam Curt.iun.in tract.de feud.in 1.mem.3. par.
princ. quæſt.57. num.15. quæ opinio licet viſa fuerit
dura Iulio Claro in §.feudum,q.80.ver. Sed quæro, ni
hilominus fatetur opinionem Baldi & aliorum eſſe
communem,& ipſe ſolum diſſentit eo reſpectu,ne de
functo maſculo feudum aperiatur domino, ſed in eo
ſuccedat femina ad excluſionem domini,ſed quando
ſuperſunt alij agnati etiam Iul. Clar. ſequitur hanc
opinionem,vt femina ſemel excluſa remaneat perpe
tuo excluſa,& in terminis de emphyteuſi idem tenet
Tob.Non.in conſ.6.nu.9.in dubiis allegatis,& confir
matur per Bero.conſ.105.per totum,lib.1.vbi conclu-
dit prædicta non ſolum in feudo ſed etiam in emphy
teuſi locum habere.

Et quia Nicolaus ſuperuixit per nõnullos annos,
verſamur extra illam difficultatem excitatam per gl.
37 in d.c.1.§.quinimmo,nũquid† tex. ille locum habeat,
ſi maſculus, qui fuit ſuperſtes, ſtatim deceſſerit, in
qua quæſtione gl. concludit eo caſu mortuo maſculo
feminam admitti, quam communiter approbari te-
ſtantur Cur.iun.& Iul.Clar.in dictis locis.Ceſſat etiã
alia limitatio adducta per Cur.iun.in dicta q.27.pro
38 pe fin.ver.Secundo limitate,vt ſcilicet† opinio prædi
cta non procedat, quando femina excluditur donec
ſuperſunt maſculi, quia dicta limitatio locum habet
ob dictionem illam,donec,quæ eſt ſuſpenſiua,non au
tem penitus excluſiua, cum qua limitatione concur-
rit etiam Bero.conſil.105.lib.1.Ceſſat inquam hæc li-
mitatio in caſu noſtro, cum emphyteuſis fuerit con-
ceſſa pro maſculis tantum, & quatenus maſculi non
extarent,pro vna filia femina, quatenus vero maſcu
li extarent,filia nullo modo admittitur, immo exclu
ſa cenſetur non ſolum arguendo à contrario ſenſu,
ſed etiam dum pro maſculis tantum emphyteuſis cõ
ceditur,vt dictum eſt ſupra.

Poteſt etiam conſiderari quod textus in dicto c.1.
de duobus frat. à cap.inueſt.in quo fundatur illa cõ-
cluſio,vt femina deſcendẽs ab vno ex fratribus inue-
ſtitis excludat patruum & deſcendentes maſculos,
39 non procedat † in caſu, de quo agitur, quia in textu
illo diſponitur,ꝙ maſculi, & illis deficientibus femi
næ habeant feudum. At in caſu noſtro conceſſio facta
fuit Ioanni Antonio, & Franciſco, ac eorum filijs &
nepotibus maſculis cum clauſula, de vno in alium re
uertendo, per quam oſtenditur partes voluiſſe quòd
prius maſculi ſuccedant,& emphyteuſis de vno in a-
lium reuertatur, & dum cõceſſio facta fuit ẽt pro vna
filia, quatenus non extarent maſculi, non poteſt in-
telligi ſecundum terminos dicti cap.1. quoniam ibi
admittuntur feminæ in plurali,& ſic feminæ deſcen-
dentes ex vtroque ex inueſtitis ad partẽ feudi vocan
tur. Sed in caſu noſtro admittitur vna filia tantum
Ioannis Antonij ſeu Franciſci alternatiuè,nec admit
tuntur feminæ ſimpliciter aut eorum filiæ,ita vt poſ-
ſit intelligi,quemlibet ex dictis fratribus voluiſſe ſuę
40 poſteritati conſulere,& filias vtriuſque admitti† ſed
ſolum maſculis non exiſtentibus admittitur vna fi-
lia Franciſci,ſeu Ioannis Antonij alternatiuè,primo
genita tm̃ ex altero eorũ fuiſſet admittenda alijs fi-
liabus excluſis,vt poſt Guid.Pap.deciſ.467. Guil.de
Benedict.in cap.Rainutius,de teſta.in ver. in eodem
teſtamento relinquens,nu.274.Curt.de feud.p.3.nu
me.50.q.18.Rut.& alios declarat Hieron. Gabr.con
ſil.85.nu.6.& ſeq.lib.2.& ſi ambo relictis tantum fi-
liabus deceſſiſſent,vna tantum, & quidem primoge-
nita ex eis emphyteuſim habuiſſet, alijs ſororib.ger
manis & etiam patruelibus excluſis, & cõſequenter
non pũt dici quemlibet voluiſſe poſteritati ſuæ pro-
uidere,dum emphyteuſim receperunt pro vna femi-
na tantum, & ceſſat ratio dicti capituli 1. de duobus
fratrib.à Capit.inueſt.& dicendum eſt contrahentes
voluiſſe ad emphyteuſim admitti ipſos fratres rece-
ptores & maſculos tantum deſcendẽtes ex eis,& de-
functis Ioanne Antonio, & Franciſco ſine filijs ma-
ſculis tunc vnam filiam ex altero eorum ſuperſtitem
admitti. Vlterius dum vocatur filia, quæ eorum ſcili
cet Ioannis Antonij & Franciſci hæreditatem poſſi-
deret,demonſtratur contrahentes cõſideraſſe caſum
mortis vtriuſque ſine maſculis,ad effectum, vt vna fi
lia admitteretur, quia aliter eorum hæreditatem nõ
41 potuiſſet poſſidere† cum viuentis nulla ſit hęreditas,
l.qui ſuperſtitis,ff.de acquir.hæred. Doct.in l.fi.C.de
impuber.Pariſ. conſ.4. nu.3. lib.3. & etiam quia non
fuit dictum, quòd ſuccederet femina deſcendens ex
eis,ita vt poſſet admitti non ſolũ filia, ſed etiam ne-
ptis & proneptis aut alia deſcẽdens,ſed vocatur vna
42 filia tantum† cuius appellatione cum in contractib.
prout in emphyteuſis, non veniant nepotes Imol. in
l.cum vir.ff.de cond.& demonſt. Alex. conſ.61. nu.2.
lib.1.Rimin. iun. conſil.340. nu.66. lib.3. oſtenditur
conſideraſſe ſolum caſum, in quo Ioannes Antonius
& Franciſcus decederent ſine filijs maſculis, quo ca
ſu filia femina in eorum hæreditate ſucceſſiſſet, quæ
conditio cum non fuerit purificata, ex quo ſuperui-
uit Ioannes Antonius & ex Franciſco ſuperuixit Ni
colaus filius maſculus, non eſt locus diſpoſitioni d.
c.1.& filia non eſt admittenda,licet poſtea Nicolaus
obierit,vt dixi ſupra.

Vltimum minus repugnat, quoniam vocatur filia
quæ hæreditatem Franciſci & Ioannis Antonii poſſi
deret,& vt filia ad emphyteuſim admitti poſſit,requi
ritur,quod ſit hæres vtriuſq; vt dixi ſupra. Præterea
poſſet rñderi, quod ſi ſufficeret filiam eſſe hæredẽ ſeu
poſſidere hæreditatẽ Franciſci tm̃,non noceret, quia
Franciſcus in teſtõ inſtituit hæredẽ vniuerſalem Ni-
colaum filium, & licèt filiabus reliquerit certũ quid
43 iure inſtitutionis† filia hæres in re certa dato hære-

de

de vniuerſali non venit hæredis appellatione, vt ſuccedat in emphyteuſi conceſſa pro filijs hæredibus, vt quidquid dixerit Alexand. in contrarium allegatus, declarant Bal. in l.liberti libertæq; nu.26.C.de oper. libert. Alexand.conſil.44.uumer.2.libr.1. verſ.Poteſt etiam,& iu l.Quædam,§.nihil,uu.7.ff.de eden.Angel. in l.Gallus,§.etiam,col.pen.ff.de liber. & poſthum.& Sali.& alij quos refert & ſequitur Dida. Couarr.var. reſol.lib.2.c.18.uu.5.

Concluditur igitur ex prædictis bona emphyteutica, de quibus agitur, ſpectare ad dictum Dominum Ioãnem Autonium,& conſequenter ſententiam contra ipſum latam reuocari debere.

Lis eſt adhuc ſub iudice appellationis indeciſa.

ARGVMENTVM.

Dominus directus conſentiens alienationi emphyteuſis, factę ab eo qui emerat ſine conſenſu domini, an, & quando cenſeatur remiſiſſe caducitatem præcedentem.

Caducitas per receptionem canonis in quibus caſibus intelligatur remiſſa, & numquid incurſa tempore anteceſſoris declarari poſſit per ſucceſſorem contra ſucceſſorem emphyteutæ.

Prælatus ſolus numquid poſſit remittere caducitatem ſine conſenſu Capituli.

Ignorantia ſeu ſcientia caducitatis in quibus caſibus ſit præſumenda.

SVMMARIVM.

1 *Procurator per litteras ſeu epiſtolam conſtitui poteſt.*

2 *Mandatum procuratoris probatur per litteras domini.*
Intellige dummodo probetur fuiſſe ſcripta manu domini & recognoſcatur ſigillum,nu.3.

4 *Emphyteuta alienare poteſt cum conſenſu domini.*

5 *Faciens per alium per ſeipſum facere videtur.*

6 *Caducitas incurſa ob non ſolutum canonem cenſetur remiſſa ſi dominus canonem recepit.*
Intellige data ſcientia caducitatis, aliàs ſecus,nu.89.
Amplia etiam iu caducitate incurſa ob alienationem factam irrequiſito domino,nu.7.
Item amplia etiam ſi dominus illud receperit cum proteſtatione, ſaluo iure caducitatis, nu.8.
Reſtringe hanc ampliationem ſi ſoluent canonem, expreſſe aut tacitè conſentiret proteſtationi,nu.9.
Vel ſi dominus recepit canonem decurſum ante incurſam caducitatem,quo caſu proteſtatio reſeruat ius domini,numero 10.

11 *Procurator recipiens canonem ab emphyteuta,remittit caducitatem & domino præiudicat.*
Amplia etiam ſi habeat mandatum ad recipiendum canonem & ad renouandum, licet non habeat ſpeciale ad remittendum caducitatem,nu.12.
Contrarium ſi non habet ſpeciale mandatum, numero 86. cum ſequenti. niſi dominus ratum habuerit, numero 87.

13 *Dominus directus concedens licentiam alienandi emphyteuſim ei,qui emit ſine eius conſenſu,videtur declarare, quod non intendit bona eſſe deuoluta.*

14 *Caducitas cenſetur remiſſa ex licentia alienandi conceſſa ei,qui prius alienauerat ſine domini conſenſu.*

15 *Prælatus poteſt ſine aliqua ſollemnitate concedere in emphyteuſim bona ſolita concedi.*

16 *Iuramentum de non alienando inconſulto Romano Pontifice,quod ſolet præſtari per Prelatum, præſumitur delatum.*
Et operatur vt alienatio ſine licentia Pontificis fieri non poſſit etiam in caſibus à iure permiſſis,nu.17.
Intellige quod alienatio tenet non obſtante iuramento,ſed prælatus efficitur periurus, nu.18.

19 *Caducitas incurſa tempore prædeceſſoris non poteſt declarari per ſucceſſorem.*
Intellige quando prædeceſſor habuit ſcientiam caducitatis,ſecus ſi eam ignorauit,nu.91.
Fallit etiam,quando incurritur ipſo iure, nu.94.
Et non declarata contra auctorem,non poteſt declarari contra ſucceſſorem,nu.20.
Fallit ſi dominus eam ignorauit, quia tunc etiam contra ſucceſſorem declaratur,nu.92.
Item fallit,quando incurritur ipſo iure,nu.95.

21 *Emphyteuta alienans abſque licentia domini, & eo irrequiſito priuatur iure ſuo.*
Amplia etiam ſi alienatio tenderet in euidentem vtilitatem eccleſiæ,nu.22.
Et huiuſmodi priuatio inducitur ipſo iure abſque ſententia iudicis,nu.23.
Intellige quantum ad preiudicium emphyteutæ,licet fauore domini directi res non deuoluatur niſi ipſo domino volente,nu.24.

25 *Prælatus eccleſiæ collegiatæ ſine conſenſu Capituli non poteſt remittere caducitatem.*
Nec emphyteuſim renouare poteſt ei qui cecidit,num.26. & 34.

27 *Conſuetudine introduci poteſt vt ſolus Prælatus alienet bona eccleſiæ,ſeu aliàs præiudicet Eccleſiæ.*
Sed contra in Prælato eccleſiæ collegiatæ,num.28.

29 *Cap.3.de conſuetud.in ſexto.intellectus.*

30 *Conſuetudine introduci non poteſt,vt ſollemnitas iuris requiſita in alienatione rei eccleſiæ non interueniat.*

31 *Prelatus numquid præſcribere poſſit ius alienandi ſine conſenſu Capituli quando agitur de tempore cuius memoria non ſit in contrarium remiſſiuè.*

32 *Tempus,cuius memoria non ſit in contrarium,intelligitur ad minus centum annorum.*

33 *Prelatus ſine conſenſu Capituli poteſt preiudicare eccleſię in iure querendo,ſed non in iure queſito.*
Et poteſt renouare emphyteuſim non tamen ei,qui cecidit num.34.

35 *Preſcriptio non extenditur extra terminos ſuos, ſed ſolum locum habet reſpectu eius quod fuit præſcriptum & non vltra.*

36 *Conſuetudo, quę eſt contra ius,reſtringitur, nec extendi poteſt de perſona ad perſonam,de caſu ad caſum,nec de re ad rem.*

37 *Prelatus ſeu Abbas eccleſię collegiatę ſine conſenſu Capituli Monachorum alienare non poteſt res eccleſię.*
Nec eas ad longum tempus concedere in emphyteuſim ſiue ſint communes Capituli & Prelati, ſiue ſpectent ad menſam Prelati,nu.38.
Poteſt tamen concedere in emphyteuſim ſeu feudum bona ſolita concedi, nu.39.
Intellige antequam bona ſint deuoluta ad eccleſiam,ſecus poſt ius queſitum.nu.40.

41 *Bona vt dicãtur ſolita concedi in emphyteuſim ſeu feudũ, & ſine ſollemnitatibus iterum concedi valeant, opus eſt conſtare de duabus precedentibus conceſſionibus, cum curſu 40.ſeu 30.annorum.*
Et ſecundum aliquos ſufficit vna conceſſio cum curſu 40. annorum,nu.43.

Intellige primam opinionem, quando non oſtenditur prima conceſſio legitimè facta: ſed ſi de ea conſtaret, illa ſola ſufficeret. nu. 42.

44 *Emphyteuſis renouatio facta dicitur ad conſequentiam primæ conceſſionis.*

Et ſi fuit facta ab eo, qui ignorauit præcedentem caducitatem, redditur nulla, nu. 45. 47. & 90.

46 *Dominus concedens licentiam alienandi emphyteuſim ei, qui iam alienauerat, ſi habuit ſcientiam alienationis cenſetur remittere caducitatem, ſecus ſi ignorauit.*

48 *Ignorantia facti alieni in dubio præſumitur.*

Et in abſente, num. 49.

50 *Conſanguineus ſeu vicinus præſumitur ſcire facta conſanguinei ſeu vicini.*

Intellige, ſi eſt præſens, ſecus in abſente, nu. 51.

52 *Dominus præſumitur ignorare geſta à ſuo procuratore. Et caducitatem, cuius procurator habuit ſcientiam, nu. 53.*

Fallit in facto graui & notabili, de quo dominus certioratus præſumitur, nu. 54.

Reſtringitur hæc fallentia in procuratore ſpeciali, nec procedit in generali, nu. 55.

56 *Princeps Cardinalis, & ſimilis, non præſumitur ſcire ea, quorum ſcientiam habebant eorum officiales.*

57 *Officiales Principis non præſumuntur ſcire omnia quæ continentur in eorum codicibus, in quibus multa ſunt negotia, varia, & implicita.*

58 *Ignorantia præſumitur etiam in facto proprio propter multiplicationem factorum & negociorum.*

59 *Ignorantia caducitatis probatur, ſi in libris deſcriptum reperitur, alienationi factæ per emphyteutam conſenſiſſe procuratorem, qui non conſenſit.*

60 *Ignorantia ſufficiens ad petendum reſtitutionem in integrum aduerſus lapſum temporis ad redimendum bona vẽdita cum pacto de retrouendendo infra quadriennium, probatur, ſi in libro memorialium ſcriptum fuit, tempus ad redimendum durare per quinquennium.*

61 *Ignorantia eorum, quę geſta fuerunt tempore anteceſſoris, præſumitur in ſucceſſore.*

62 *Iuramento probantur ea, quę in animo conſiſtunt.*

63 *Ignorantia probatur iuramento.*

Amplia etiam in ignorantia caducitatis, quæ probatur iuramento domini, nu. 64.

Fallit, quando aduerſatur aliqua iuris præſumptio, quia tunc ſtatur iuramento, nu. 65.

Reſtringe hanc fallentiam, quando præſumptio, quæ aduerſatur, eſt grauis, nec alia pręſumptio viget pro ignorantia: aliàs ſecus, nu. 68.

Reſtringe etiam in viro probatæ vitę & bonæ famę, cuius iuratę aſſertioni ſtatur, etiam quod aduerſetur aliqua pręſumptio, nu. 71.

Fallit etiam regula, quando ignorantia eſt inueriſimilis, quia tunc non probatur iuramento, nu. 66.

67 *Scientia præſumitur ex curſu temporis in facto graui, & notabili.*

69 *Pręſumptio vna tollit aliam, & fortior tollit debiliorem.*

70 *Præſumptio ignorantiæ tollit pręſumptionem ſcientiæ.*

72 *Ignorantia non probatur iuramento, quando agitur de pręiudicio tertij.*

Limita quando agitur de magno præiudicio: ſecus ſi de modico, num. 73.

Item quando iuramentum non iuuatur alia præſumptione: ſecus ſi alia præſumptio concurrit, nu. 74.

75 *Ignorantia ſatis probata dicitur ex præſumptione, quæ pro ea viget eo ipſo quod ſcientia non probatur.*

76 *Scientia vrgentiſſimis probationibus iuſtificari debet, quãdo iuris pręſumptio eſt in contrarium.*

77 *Induſtria perſonę dicitur electa, quando aliquid committitur alicui ratione confidentiæ, quam committens de eo habet.*

Item quando committitur negotium, quod non habet certam & determinatam formam, nu. 78.

79 *Procurator non poteſt alium ſubſtituere, quando eius induſtria fuit electa.*

Amplia tam in procuratore conſtituto ad iudicia, quàm ad negotia, nu. 80.

81 *Maritus ſi tamquam procurator vxoris egit, & mandatum non habebat, non ſuſtinetur actus, tamquam factus à coniuncta perſona, licet eo nomine agere potuiſſet.*

82 *Procurator habens mandatum bonum & aliud malum, ſi appellat vigore mali mandati, non ſuſtinetur appellatio vigore boni.*

83 *Procurator non poteſt ſuſcipere nouum emphyteutam, ſed dominus per ſeipſum id facere debet.*

Intellige in procuratore generali, ſecus in ſpeciali, numero 85.

Secus eſt in inueſtitura feudi, quæ etiam per procuratorem fieri poteſt, nu. 84.

88 *Caducitatis ignorantia in dubio pręſumitur.*

93 *Ruin. conſ. 10. nu. 5. lib. 1. reprobatur.*

94 *Pœna, quę committitur ipſo iure, non declarata per prędeceſſorem, poteſt declarari, & peti per ſucceſſorem.*

Item non declarata contra auctorem, declarari, & peti poteſt contra ſucceſſorem, num. 95.

CONSILIVM LV.

FRANCISCVS Caroli, qui poſſidebat multa bona emphyteutica Abbatiæ Sanctæ Mariæ Vallispontis, ea alienauit anno 1542. Hieronymo, & Roberto cum conſenſu Gaſparis procuratoris Simonis del guanto, qui Simon conduxerat bona dictę Abbatiæ ab Illuſtriſſimo & Reuerendiſſimo Cardinali Federico Cæſio tũc præfatæ Abbatiæ Commendatario. Demum per multos annos Hieronymus & Robertus ſoluerunt debitum canonem agentibus Illuſtr. Commendatarii, & tandem mortuo præfato Illuſtr. & Reuerend. Cardinali Federico, emptores prædicti eadem bona vendiderunt magiſtro Baptiſtæ Peruſino cum conſenſu Illuſtriſſimi & Reuerendiſſimi Cardinalis Petri Donati Cæſii dictæ Abbatiæ moderni Commendatarii, qui eadem bona conceſſit in emphyteuſim dicto Baptiſtę pro filiis & nepotibus maſculis. Et quia modo præfatus Illuſtriſſimus & Reuerendiſſimus Cardinalis Petrus Donatus, prætendit bona illa fuiſſe deuoluta ad Abbatiam ob alienationem factam per Franciſcum Caroli abſque conſenſu Illuſtriſſimi & Reuerendiſſimi Commendatarii illius temporis, & modo vendicat dicta bona, quæritur an iuſtè agat. In qua dubitatione videtur reſpondendum Baptiſtam præfatum abſolui debere.

Primo quia per alienationem præfatam bona illa
non videntur deuoluta ad Abbatiam; cum enim alie
nationi conſenſerit Gaſpar procurator Simonis del
guanto, procuratoris Illuſtriſſimi & Reuerendiſſimi
Cardinalis Federici Cæſii tunc dictæ Abbatiæ Com-
mendatarii, vt de mandato in perſonam dicti Gaſpa
ris apparet per publicum inſtrumentum, & de man-
dato præfati Illuſtriſſimi Commendatarii in perſo-
nam Simonis per eius litteras patentes, quæ litteræ
1 mandatum rectè probant † quoniam procurator per
litteras vel epiſtolas conſtitui poteſt, l. 1. ff. mandati,
l. 1. §. Conſtituitur, ff. de procur. c. ſignificauit, de ap-
pellat. Pariſ. conſil. 47. nu. 14. lib. 1.

2 Et quòd † mãdatum procuratoris ſufficienter pro
betur per litteras domini illum conſtituentis maxi-
me contra ipſum dñm, probatur in Clem. 1. de pro-

curat.

curat. per Abb.Phil.Franc.& Dec.in d.c.ſignificauit,
& Ror.Rom.vt teſtatur Achil.in dec.4. in tit.de man
3 dato.inter manu ſcriptas † dummodo probetur fuiſſe
ſcriptas manu Domini & etiam recognoſcatur ſigil
lum,ſi ſigillo conſtitnentis fuerunt ſigillatæ(vt in ca-
ſu,de quo agitur,de præfatis cõſtare præſupponitur)
ſecundum Bart.in l. Si procuratorem,num.2. & 3.de
procur. Phil.Franc.in d.c.ſignificauit,n.1. & ibi Dec.
nu.1.Rot.deciſ.12. de procur.in nou.non videtur, ꝙ
per dictam alienationem alienans inciderit in pę-
nam,quoniam emphyteuta prohibetur alienare ſine
4 conſenſu domini, † ſed cum eius conſenſu alienare
poteſt,l.fi.vbi Doct.C.de iur.emphyt.cap.Potuit,vbi
omnes de locat.& ſatis conſtat Illuſtriſſimum Domi
num Commendatarium alienationi conſenſiſſe,cum
5 eius procurator conſenſerit, † quia faciens per aliũ
per ſe ipſum facere dicitur,c.Qui facit per alium,ex-
tra,de reg iur. vbi Din. l. damnum dat.& ibi Dec.&
Cagnol.ff.eo.tit.l.1. §.Deieciſſe, ff.de vi,& vi arm.

Secundo,quia poſt alienationem prædictam agen
tes Illuſtriſſimi Commendatari receperunt canonẽ
ab emptoribus,videtur remiſſa caducitas, quatenus
ea alienatione præfata fuiſſet incurſa, eſt enim regu-
6 la communiter approbata † quòd dominus recipiẽs
canonem decurſum poſt caducitatem, cẽſetur illam
remittere,quæ non ſolum procedit, quando incurſa
eſt caducitas ob non ſolutum canonem. Specu.in tit.
de emphyteut.§.nunc aliqua,num.34 glo.in cap.Po-
tuit.in verb.expelli,de loca.& ibi Io.de Imol.nu.34.
vbi de communi teſtatur, Cin. Salic. & ceteri in l.2.
C.de iur.emphyteu. Dec conſ.138 col.fi in prin.ver-
ſic.Tertio etiam dici poteſt. Cagnol.in l. ſi quis ma-
ior.nume.198. C.de tranſact Brun. conſil.110.nu.3.
quam opinionem communem eſſe dicunt etiam Soc.
ſenior conſ.66.col. fi.verſic. Tertio quia pater,lib.3.
Pariſ.conſ.108.num.43.lib.1.Cephal.conſi.222.nu.1.
lib.2.Menoch de recuper poſſeſ. remed.9 nu.152.&
de præſumpt.par.1.præſumpt.112.nu.1.lib.3. & Iul.
7 Clar.in §.emphyteuſis,q.10.ſed etiam † quando do-
minus canonem recepit ab emptore,qui rem emit ir
requiſito domino, nam cum ob alienationẽ emphy-
teuſis irrequiſito domino factam non cadat emphy-
teuta, niſi domino volente, l.2.& ibi not Doct. C.de
iur. emph. dominus recipiens canonem videtur de-
clarare nolle habere locum caducitatem, ſed illam
remittere. Inn.in d.c. Potuit. Ale.cõſ.113.nu.3. lib.4.
Bero.cõſ.116.nu.12.li.1.Ceph. d.conſ.222.nu.2. poſt
Rim.ſen.conſ.249.num.49. & eos ſequitur Corbu.in
tract.de cauſis ex quib.emphyt. iure ſuo priuet.in ti-
tulo de cauſ.priuat.ob alien. irrequiſit. dom. fact. in
8 40.limit.† Et in tantum ex receptione canonis cadu
citas incurſa remittitur, ꝙ etiamſi recipiens canonẽ
decurſum poſt caducitatem, proteſtetur ſe recipere
ſaluo iure caducitatis, hmõi proteſtatio nihil opera
tur,vt reprobata opinione Bartoli, ſentientis prote
ſtationẽ releuare proteſtantem in l.2.nu.8.in fi.C.de
iur.emphyt.dixerunt Card. Ant. de Butr. & Imol.in
dicto cap. Potuit. Iaſ. in dicta l.2. nume.124. verſic.
Item in quantum Rube. Alexand. in repet.l.Non ſo-
lum,§.morte,nu.190.ff.de nou.oper.nuncia quæ opi-
nio communiter approbatur,vt teſtantur Ruin.con-
ſil.110.nu.4.lib.1.Iul.Clar.in d.quæſt.10.circa princ.
& latius Corbul. in dicto tractat.in tit.de priua.ob
non ſolutum canonem.in 22.declaratione,num.1.&
9 ſeq.fol.475.Burſat. conſil.447.num.7.libro 4.† niſi
ſoluens canonem expreſſe ſeu tacite conſentiret pro-
teſtationi.Iaſon in dicta l.2.num.124.verſicul.Saluat
tamen, & melius num.127. poſt Imol. in dicto cap.
Potuit, numero 39. qui dicunt ſatis eſſe quòd domi-
nus proteſtetur,præſente emphyteuta ſoluente cano
nem, ſi ipſe non contradicit proteſtationi, vt eos ſe-
10 quitur Corbul.in d.21.declarat.nu.4.† vel niſi dñs re
ceperit canonem decurſum ante incurſam caducita-
tem,quo caſu proteſtatio illa reſeruat caducitatem,
quia ſtant ſimul, quod dominus prouideat ſibi pro
præterito recipiendo penſionẽ debitam, & reſeruet
ẽ ius de futuro propter caducitatẽ incurſam,vt poſt
Iaſ.& Corn.dixit Iul.Clar.in d.quæſt.10. in prin.vbi
de communi teſtatur. & eum ſequitur Menoch.in d.
præſumpt.112.nu.28. Dum igitur poſt alienationẽ
prædictam emptores ſoluerint quolibet anno debi-
tum canonem decurſum poſt caducitatem, videtur
remiſſa caducitas etiam ꝙ procuratores Illuſtriſſi-
mi Cõmendatarij receperint,quia ea,quæ dicta fue-
runt,non ſolum procedunt, quando dominus per ſe
11 recepit ſolutiones,ſed etiam ſi per † procuratorem,
cum procurator ea huiuſmodi receptione domino
præiudicet,& caducitatem remittere valeat. glo. Io.
Andr.Imo.& alij, in d.c.Potuit. Affl. deciſ.129.nu.9.
Vinc.Caroc.Tudert. in reg Cum quid prohibetur.
de reg.iu.in 6.par.1. limit.2. nu.24.vbi de communi
12 teſtatur,† & ſecundum Coro.in conſil.187. nu.1. ver.
Tamen quia,cum ſeq.lib.1.ſufficit, quòd procurator
habeat mandatum ad recipiendum canonem & ad
renouandum abſque eo quod habeat ſpeciale man-
datum ad remittendum caducitatem.

Tertio iura Baptiſtæ ſuſtineri poſſunt ex eo quod
poſt mortem Illuſtriſſimi & Reuerendiſſimi Cardina
lis Federici, illi qui emerunt à d. Franciſco Caroli,
eadem bona vendiderũt dicto Baptiſtæ cum licentia
& conſenſu Illuſtriſſimi & Reuerendiſſimi Cardina
lis Petri Donati Cæſij moderni Cõmendatarij eiuſ-
dem Abbatiæ, qui non ſolum alienationi conſenſit,
ſed etiam conceſſit eadem bona in emphyteuſim di-
cto Baptiſtæ pro ſe,filijs, & nepotibus, ea quibus vẽ
remiſſa caducitas, quatenus ea prima alienatione
fuiſſet incurſa, cum enim caducitas locum habeat, ſi
13 dominus voluerit,vt dixi. † dominus concedens li-
centiam alienandi ei, qui emit ſine cõſenſu ipſius do
mini, videtur declarare, quòd non intẽdit bona eſſe
deuoluta ſecundum Iaſon.in dicta l.2.num.129. qui
loquitur de caducitate incurſa ob non ſolutum ca-
nonem, & facit Alex.conſi.146.num.8.lib.5.qui poſt
Paul.de Caſtr.in l.Hæc conditio filiæ meæ, §. ſi ſic, ff.
14 de condit. & demonſtrat.dixit † quòd ſi emphyteu-
ta alienauit irrequiſito domino, & poſtea obtinuit
licentiam alienandi ex huiuſmodi licentia cenſetur
remiſſa caducitas incurſa ob præcedentem aliena-
tionem. Vnde ſi remiſſio caducitatis reſultat ea ſola
licentia alienandi, fortius idem fateri oportet in ca
ſu,de quo agitur,in quo Illuſtriſſimus Commendata
rius non ſolum conſenſit alienationi factæ dicto Ba-
ptiſtæ, ſed etiam dicta bona reſirmauit Baptiſtæ in
eius tertiam generationem, vt late probat Dec. in
conſilio 185.numero decimo, & ſequentibus. Et li-
cet in conceſſione facta dicto emptori non fuerint
adhibitæ aliquæ ſollemnitates, nec interuenerit licẽ
15 tia Sedis Apoſtolicæ,ea nõ fuit neceſſaria,† quia præ
latus ſine alia ſollemnitate poteſt concedere in em-
phyteuſim bona ſolita concedi capit.2. de feud. late
Redoan.de reb. eccl.non alien.rubr.33.de caſibus in
quibus fit alienat. rer. Eccle. ſine ſollemnit. caſ. ſex-
to incipie.item alio. & communiter ita concluditur,
vt poſt Didac. Couar.libro ſecundo, var.reſolut. ca-
pit.17.numero quarto. & Soc.ſen. conſil. 169. nume-
ro 11.libro 2.dixit Iul.Clar.in §. Emphyteuſis, qõ.6.
in princ.Ruin.conſil.41.numero 39.lib.1. Et quam-
uis Illuſtriſſimus Commendatarius iurauerit non

16 alienare inconſulto Romano Pontifice, † quod iura-
mentum, quia ſolet præſtari, præſumitur delatum, vt
per Rot. Rom. teſte Creſcentio Deciſ. 149. aliàs 2. de
iureiuran. & poſt eum Redoan. de reb eccl. non alien.
in 3. q. de alienat. non obſtante iuramento, num. 3.
17 & 4. † & huiuſmodi iuramẽtum vt aliquid operetur,
facit vt alienatio fieri non poſſit etiam in caſibus à iu
re permiſſis ſine licentia Pontificis. Abb. in c. vt ſuper,
num. 16. de reb. eccleſ. non alienan. Lap. alleg. 30. nu.
2. Calder. conſil. 563. aliàs primo, de rebus eccleſ. non
alien. Caſſan. de conſuetudine Burgundię rubr. 9. §. 9.
num. 56. Redoan. in dicta q. 3. num. 7. & in cap. ſequen.
18 num. 14. vbi de communi, qui alios allegat † tamen
quando à prælato fit alienatio in caſibus à iure per-
miſſis, non obſtante iuramento, tenet alienatio, ſed
prælatus incidit in periurium, vt poſt Creſcen. deciſ.
150. aliàs 3. de iureiur. dixit Redoan. in d. q. 3. c. incip.
Videtur, num. 15.

Quarto quia alienatio fuit facta tempore, quo Il-
luſtriſſimus & Reuerendiſſimus Cardinalis Federi-
cus Cæſius erat Commendatarius, & ab eo non fuit
declarata caducitas, non poteſt modo declarari per
Illuſtriſſimum modernum Commendatarium eius
19 ſucceſſorẽ, † quia caducitas incurſa tempore præceſ-
ſoris non poteſt declarari per ſucceſſorem, gl. in cap.
Imperialem, §. Inſuper, & ibi Bald. de prohibit. feud.
alienat. per Feder. Caſſad. deciſ. 3. de locat. Senat. Pe-
demon. deciſ. 132. num. 6. Ruin. qui de communi teſta
tur conſ. 35. num. 28. lib. 1. & alios huius ſententiæ re-
fert Ant. Gabr. in ſuis concluſ. in tit. de iure emphyt.
20 concluſ. 3. in fin. † ſicut caducitas non declarata con-
tra auctorem non poteſt declarari contra ſucceſſorẽ.
Cuman. conſil. 164. col. 3. Ripa in l. fin. q. vlt. num. 236.
C. de reuocan. donat. Ruin. conſ. 10. num. 4. lib. 1. Ant.
Gabriel. in tit. de crim. concluſ. 35. num. 2. & ſequen.
Rimin. iun. conſil. 22. num. 25. & ſeq. lib. 1. Hieronym.
Gabriel. conſil. 67. num. 7. 10. & ſeq. libro 2. Burſat. de
communi conſil. 447. num. 6. lib. 4. & poſt multos in
conſ. 257. num. 11. lib. 3. Rot. Roma. teſte Caſſad. dec.
2. numer. 2. de locat. Senat. Pedemon. deciſ. 29. nume
ro 13. ver. Verumtamen.

Sed prædictis non obſtantibus cenſeo Illuſtriſſimũ
& Reuerendiſſimum Cardinalem Petrum Donatum
Cæſium Abbatiæ præfatæ Commendatarium obtine
re debere, bonaque prædicta ei eſſe reſtituenda velut
ad Abbatiam deuoluta ob alienationem præfatam
factam à Franciſco Caroli, irrequiſito Illuſtriſſimo &
Reuerendiſſimo Commendatario illius temporis. Et
pro fundamento huius conſultationis præmitto per
alienationem factam à Frãciſco Caroli bona emphy-
teutica fuiſſe deuoluta ad Abbatiam, quoniam illa fa
cta fuit ſine conſenſu Illuſtriſſimi Commendatarij &
21 ipſo irrequiſito, † & emphyteuta alienans abſque do
mini licentia & eo irrequiſito, iure ſuo priuatur, l. fin.
vbi Bart. Bald. & Salic. & alij communiter, C. de iure
emphyt. cap. Potuit, & ibi Abb. Ant. de Butr. Anchar.
& Imol. de locat. Alex. conſ. 113. in princ. lib. 4. Corn.
conſil. 166. num. 4. libro 2. cum alijs allegatis per Ce-
22 phal. conſil. 195. num. 20. & ſeq. libro 2. † Et quia per
alienationem huiuſmodi priuatur emphyteuta etiã
in caſu, in quo alienatio tenderet in euidentem vtili-
tatem Eccleſiæ, cum prohibitio alienandi non ſolum
fuerit facta propter vtilitatẽ domini ſeu emphyteu-
tæ, ſed etiam ex alia cauſa, videlicet ne dominus inui
tus habeat recognoſcere alium quam emphyteutam,
& ne amittat ſuam actionem perſonalem, vt per Be-
ro. conſil. 184. num. 16. lib. 1. quem ſequitur Corbul. in
d. tract. in tit. de cauſ. priuatio. ob alien. irrequiſit. do
min. in 55. ampliat. qui refert ita fuiſſe deciſum per
Rot. Rom. coram Reueren. Patre Domino Cantucio
Anno 1575. die 21. Februarij in cauſa Romana deuo
lutionis domorum, magis priuatus fuit dictus Fran-
ciſcus Caroli, qui bona emphyteutica vendidit Hie-
ronymo & Roberto & ſic duobus, quod tendit in dã-
num eccleſiæ, quia quando emphyteuſis peruenit ad
duos, redditur deterior conditio eccleſiæ, Tum quia
eo caſu de facili emphyteuſis non eſt recaſura ad do-
minum, Tum etiam quia inter emphyteutas fieret di
uiſio, & eccleſiæ intereſt emphyteuſim conſeruari in-
tegram, vt per dictas rationes poſt Marin. Frecc. de
ſubfeud. Baron. libro 2. quæſt. 8. dixit Corbul. in d. tit.
23 ampliat. 5. † & per dictam alienationem factam irre-
quiſito domino, cecidit Franciſcus Caroli ab emphy
teuſi ipſo iure, abſque eo quod requireretur aliqua iu
dicis ſententia, ita glo. in d. l. fin. in verb. cadat, C. de
iur. emphyt. Ant. de Butr. conſil. 22. in princ. aſſerens
glo. illam à nemine eſſe reprobatam. Ang. & Sal. in d.
l. fin. quos refert & ſequitur Iaſ. ibi num. 103. & ſeq.
Redoan. de rebus eccleſ. non alien. prope fin. in tit. de
caducit. ob rei alienat. in cap. incip. emphyteuta quo
que, num. 3. Iul. Clar. in §. emphyteuſis, quæſt. 13. ver.
Adde quod emphyteuta. Corbul. in d. tit. de cauſ. pri
uat. ob alienat. in 53. ampliat. Rimin. iunior conſil.
379. num. 57. libro 4. late Tiber. Decian. conſ. 4. num.
8. & 16. libro 1. quæ opinio communiter recipitur,
quando caducitas incurritur propter alienationem,
& ſic delictum in committendo, licet quando emphy
teuta deficeret in ſolutione canonis, dubium ſit, num
24 quid priuetur ipſo iure, † & licet Alex. conſ. 106. nu. 4.
& conſ 113. nu. 3. lib. 4. quem ſequitur Corb. in d. am-
pliat. 53. dixerit emphyteutam per alienationem nõ
priuari niſi domino volente, reſpondetur, quòd ſta-
tim ſequuta alienatione ius intelligitur quæſitum ec
cleſiæ, & abſque alia declaratione emphyteuta priua
tur ipſo iure, quantum attinet ad eius præiudicium,
res ad eccleſiam deuoluta cenſetur, & in iſtis termi-
nis procedit opinio gloſſæ & aliorum, qui eam ſequũ
tur, licet quantum attinet ad eccleſiam, res non de-
uoluatur in eius præiudiciũ, niſi prælatus velit, & fa-
uore eccleſiæ prælatus poſſit non declarare caducita
tem, eamque non admittere, vt declarat Ant. de But.
in d. conſ. 22. col. 1. verſic. Puto tamen, & col. ſeq. Ruin.
conſil. 70. num. 14. verſic. Nec obſtat, libro 5. Iaſ. in d.
l. fin. num. 104. verſic. Subdit tamen, & Crauet. conſil.
797. num. 6. lib. 5. Vnde quatenus agitur de fauore ec
cleſiæ, emphyteuta priuatus fuit ipſo iure, & abſque
alia declaratione ius quæſitum fuit dicto Illuſtriſſi-
mo Commendatario.

Iſtis ſic præmiſſis dico bona illa, quæ per alienatio-
nem irrequiſito domino factã deuoluta erant ad Ab-
batiam, reſtitui debere Illuſtriſſimo D. Cõmendata-
rio, non obſtante quòd Baptiſta illa emerit cũ cõſen-
ſu prędicti Illuſtriſſimi Cõmẽdatarij ab eis, qui prius
eadem emerãt à Franciſco Caroli, & ꝙ ipſe Baptiſta
à dicto Illuſtriſſimo Commendatario renouationem
ac conceſſionẽ emphyteuſis obtinuerit pro ſe, filiis,
& nepotibus. Quoniam cõſenſus præſtitus alienatio-
ni ac renouatio emphyteuſis nullius ſunt momenti.

Primo quidem inualida eſt dicta conceſſio defectu
poteſtatis prędicti Illuſtriſſimi & Reuerẽdiſſimi Cõ-
mendatarii, cum enim bona illa fuiſſent tunc deuolu
ta ad Abbatiam ob alienationem pręcedentẽ, & Ab-
batia ipſa tũc haberet monachos, vt plene conſtat in
proceſſu, non potuit ſolus Commẽdatarius ſine con-
ſenſu Capituli refirmare, ſeu de nouo cõcedere bona
iam deuoluta, quoniam licet ſolus prælatus eccleſiæ
25 non collegiatę poſſit remittere caducitatẽ, † tñ præla
tus eccleſiæ collegiatæ non põt ſine cõſenſu capituli
tecit.

recipiendo canonem vel aliter caducitate remitte-
re,gloſ.& Doct.in d.c.Potuit,vbi Ant. de Butr.nu.19.
Imo.nu.34.Ant.de Butr.in conſil.22.col.2. ver.vbi au
tem monaſterium.Spec.in tit.de emphyt.§.Nunc ali-
qua,nu.37.Card.Alc.in c.1.in princ.nu.17.de his,qui
feud.dar.poſſ.Iaſ.qui de communi teſtatur in l.2. nu.
130.C.de iur.emphyt.Bero.in d.c.Potuit,nu.173.Alc.
qui communem dixit in conſ.5.num.19 libr.5. Ruin.
conſ.70.nu.14.verſic.Præterea,lib.5. Crau.conſi.838.
nu.1.lib.5.Burſ.conſ.26.nu.23.lib.1.Iul Clar.in §.em-
phyteuſis,q.19.ver.ſed numquid.Soc Pariſ.& alij plu
res relati per Corb.in d.tract.in tit.de cauſ.priuat.ob
non ſolut.canon.in 12.limit.nu.5. qui etiam de com-
26 muni teſtatur, † & in terminis quòd prælatus eccle
ſiæ collegiatę nõ poſſit renouare emphyteuſim ei, qui
cecidit,ſine conſenſu Capituli,tenet Bero. conſ. 122.
nu.23.lib.1.& Grat. qui teſtatur de communi in con-
ſil.2.nu.85.lib.1.

Nec intentioni Illuſtriſſimi,& Reuerendiſſimi Cõ-
mendatarij videtur obſtare quod dicitur de conſue-
tudine ſolos Commendatarios illius Abbatię conſue
niſſe reformare conceſſiones,& canonem recipere,&
27 conſuetudine † introduci potuiſſe, vt ſolus prælatus
alienet ſeu alias præiudicet eccleſiæ iuxta not.in cap.
Ceterũ,de dona.c.3.vbi Doct. de conſuetud in ſexto,
gl.& Doctor.in cap.Cum cauſa,de re iudic. Redoan.
de rebus eccleſ.non alienan.rubr.8.de rerum mobil.
modicarum alienatio.numero 17.& ſequen.quod ma
xime videtur dicendum in iſtis Commendatariis per
petuis,qui habent liberam adminiſtrationem. Abb.
in c.Querela,num.1.de electio.Huic enim fundamen
28 to reſponderi poteſt.†Primo contrarium verius eſſe,
quòd nec etiam præſcriptione ſeu conſuetudine in-
troduci valeat, vt prælatus ſine conſenſu Capituli
alienare poſſit etiam in caſu licito,Clem.2.in fi.& ibi
glo.in verb.Epiſcopum,in fin.de rebus eccl.non alie-
nan.Philip.Franc.in dict.capit.3. numero 2.de con-
ſuetud.in ſexto,Ioann.Andr.in cap.Paſtoralis, de do
nat.Redoan.in dicto tractat. rubric.33. de caſibus in
quibus fit alienat.rerum eccleſ.ſine ſollemnit.caſ.18.
29 incipien.ſilentio. num.9. & ſequent.† Cui concluſio-
ni non obſtat textus in dicto capit. 3. quia ille proce-
dit in præſcriptione conſilij omittendi, non autem
omittendi conſenſus requiſiti in alienatione ſeu alia
conceſſione bonorum eccleſiæ, vt declarant Philipp.
Franc.& Redoan.in locis ſupra proxime adductis,&
facit quod dicit Ioann.Andr. in cap. Nulli, de rebus
30 eccleſ.non alien.qui ſcripſit † conſuetudine introdu-
ci non poſſe, vt ſollemnitas iuris requiſita in aliena-
tione rei eccleſiæ non interueniat, & eum ſequuntur
ibi Abb.& ceteri communiter, prout dixit Beniutẽd.
31 dec.13.nu.7.& licet dubitabilis ſit illa opinio † num-
quid prælatus præſcribere poſſit ius alienandi ſine
conſenſu capituli,quando agitur de tempore, de cu-
ius contrario non eſſet memoria, de qua per Cardin.
Zabarel.in dicta clem.2.nu.12. & Felin. in cap.Cum
cauſa,nume.12.& ſeq.de re iud.in caſu de quo agitur
hęc inueſtigatio eſt ſuperflua, quia non conſtat Com
mẽdatarios dictæ Abbatiæ ſine capitulo conſueniſſe
per tempus,de cuius contrario non extet memoria,
cõcedere bona in emphyteuſim,ſeu emphyteuſim re-
nouare,immo in proceſſu fuerunt exhibita inſtrumẽ-
ta,ex quibus conſtat Procuratores capituli Monacho
rum dictæ Abbatiæ pluries cõſenſiſſe alienationibus,
32 ac refirmas feciſſe ab annis cẽtum citra,† & tempus,
de cuius contrario non extet memoria, illud intelli-
gitur,quod excedit metam centum annorum,Imo.&
Ant.de Butr.in c.Veniens,de teſtib. Veronenſ.de ſer-
uit.vrb.præd.c.19.nu.5.Balb.de præſcrip.in 2.part.3.
par.princ.q.6.nu.28.Capell.Toloſ.dec.439. Put.dec.
212. lib.1. vbi dicit in Rota Romana fuiſſe deciſum,
quod nec tẽpus octuaginta quinque annorum eſt im-
memorabile.Ant.Gabr.qui de comm.teſtatur in ſuis
concl.in tit.de pręſcrip.conclu.1.nu.71.in 13.effectu,
33 verſi.ſubſequitur modo. † Secundo dicitur prælatum
ſine conſenſu Capituli poſſe præiudicare eccleſiæ in
iure quærendo,non autem in iure quæſito, gl.in c de-
lictum,de reg iur.in ſexto.Imol. in cap.Tuam, de his
quæ fiunt à prælat.gl.in cap.Illud, 16.quęſt.6.Roman.
conſil.184. Alex. in l.legatum, in fin.vbi Iaſ.& alij,ff.
de leg.1.Dec.in c.Eccleſia Sanctæ Mariæ, num.241. de
conſt.Bero.in d.cap.potuit,num.173.& in conſil.122.
num.9 lib.1.Put.dec.519.lib.2.num.2.& 3.Alex con-
ſil.14.numero 12.ver.Tamen illa dubitatio,lib.2.not.
34 Gra.in dicto conſi.2.numero 85.libro 1.† qui ſcripſit
prælatum eccleſiæ collegiatæ poſſe renouare emphy-
teuſim,non tamen ei, qui cecidit, vt communiter te-
nent Doctor. claram conſtituens in hoc differentiam
inter ius quærendum,& quæſitum.Vnde ſi conſueuiſ-
ſent Commendatarij dictæ Abbatiæ recipere cano-
nem ab emphyteutis,& conſentire alienationibus bo
norum emphyteuticorum, & refirmare ſeu renouare
conceſſiones, & hoc reſpectu de iure,& ex conſuetudi
ne præſcripta haberent poteſtatem pręd icta faciendi
ſine conſenſu Capituli, non tamen conſtat de aliqua
conſuetudine pręſcripta remittendi caducitates, ac
refirmandi emphyteuſim eis, qui iam ceciderunt à
iure ſuo, & ſic præiudicandi in iure iam quæſito eccle
ſiæ,de quo nunc agitur in caſu noſtro, & magna con-
ſtituitur differentia reſpectu iuris quærendi,ſeu quæ-
ſiti, vt dixi, merito cum modo agatur de pręiudicio
eccleſiæ reſpectu iuris quæſiti, non obſtat allegata
35 conſuetudo præſcripta,† quia præſcriptio,ſi de ea cõ
ſtaret,non debet extendi extra terminos ſuos,ſed ſo-
lum locum habet reſpectu eius quod fuit præſcriptũ,
& non vltra,gloſſ.Abb.Fel.& ceteri in cap auditis,de
præſcript.l.1.§.ſi quis hoc interdicto,vbi Bartol. ff.de
itin. actuque priuat. Pariſ.conſil.114. numero 23.&
36 ſequent.libro 1.& † conſuetudo,quæ eſt contra ius re
ſtringi debet ac ad vnguem obſeruari,neque extendi
poteſt de perſona ad perſonam,de caſu ad caſum,nec
de re ad rem. Bald.in l.Quicumque,numero 20.C.de
ſeru.fugit. Bart. in Auth.Qui rem,numero 8.C.de ſa-
croſanct.eccleſ.& ibi Iaſ. colum.8. verſic.quid tenen-
dum. Bald.conſil.275.incip.quæſt.vertens,libr.2.Are
tin.conſil.44 num.1.& conſil.132.num.4. Dec.conſil.
481.num.21.& ſequen.Alex.conſil.173.num.14.lib.6.
& late alios referens Rim.iun.conſil.394 num.71.88.
cum ſeqq.lib.4.

Minus obſtat reſponſio, quæ affertur, quòd licet
37 † prælatus ſeu Abbas eccleſiæ collegiatæ ſine conſen-
ſu Capituli Monachorum alienare non poſſit res ec-
cleſiæ. Abb.in cap.1.numero 3.de his quæ fiunt à pręl.
glo.in c.1.in verb.perpetuis,de rebus eccle.non alien.
& ibi Philipp Franc.numero 16. Fel.in c.1. colum.2.
verſic.ſi tamen,de maior.& obed.Soc.conſi.29.nume
38 ro 15.& ſequent.libro 2. † neque eas ad longum tem
pus in emphyteuſim concedere,Clem.1.de reb.eccle.
non alien.ſiue illę ſint communes Capituli, & pręla-
ti, ſiue ſpectent ad mẽſam pręlati, quia omni caſu in
alienatione exigitur conſenſus Capituli, vt dixit Phi
lipp.Franc.in d.capitulo 1.nume.23. de rebus eccleſ.
39 non alienand. Nihilominus ſolus † poſſit concedere
in emphyteuſim ſeu feudum bona eccleſiæ, quæ ſunt
ſolita concedi in emphyteuſim ſeu infeudari ſecun-
dum Paul.de Caſtr.in l.etiam,numero 4.verſicu.Præ-
dicta, ff.ſolut.matrimon.Calder.conſil.11.in titul.de
feud.Fel.in cap.cum cauſa, numero 15. de ſent. & re
iudic.

iud. Zaſ. in tract. de feud. par. 5. num. 28. qui dicit ita
communiter obſeruari, quæ opinio communiter ap-
probatur, vt teſtatur Soc. ſen. conſ. 169. num. 11. lib. 2.
& poſt eum Iul. Clar. recept. ſentent. §. feudum, quæſt.
23. verſic. Item quæro. Huic quidem obiectioni dupli-
40 citer reſpondetur. Primo allegata in † contrarium
procedere poſſe antequam emphyteuſis ſit deuoluta
ad eccleſiam, & ſic reſpectu iuris quærendi, ſed poſt-
quam per alienationem vel aliter res fuit deuoluta
ad eccleſiam, ſolus prælatus ſine capitulo non poteſt
renouare emphyteuſim, ſeu aliter Eccleſiæ in iure
quæſito præiudicare ex his, quæ ſupra fuerunt dedu-
cta. & probant Alex. conſil. 14. num. 12. verſic. Tamen
illa dubitatio, libro 2. Felin. in dicto cap. Cum cauſa,
num. 15. in fin. Grat. conſil. 2. num. 85. lib. 1. Bero con-
ſil. 122. num. 23. lib. 1. & alij ſupra allegati ad oſten-
dendum prælatum ſine conſenſu Capituli non poſſe
remittere caducitatem, ſeu aliàs præiudicare eccleſię
in iure quæſito.

Secundo reſpondetur allegatos in contrarium lo-
qui de conceſſione facta à prælato rei ſolitæ concedi
in emphyteuſim ſeu feudum, & in caſu de quo agitur,
non fuit probatum bona prædicta fuiſſe ſolita conce-
di in emphyteuſim ita vt ſolus Commẽdatarius ſine
conſenſu Capituli, & abſque ſollẽnitatibus à iure re-
quiſitis potuerit illa de nouo in emphyteuſim conce
dere. Cum enim non oſtendatur prima conceſſio eo-
rumdem bonorum facta cum conſenſu Capituli, & a-
41 lijs debitis ſollemnitatibus † vt poſſit dici bona illa
eſſe ſolita concedi in emphyteuſim ſeu feudum, ad
hoc vt ſine cõſenſu Capituli, & alijs ſollemnitatibus
concedi potuerint per ſolum prælatum, opus erat o-
ſtendere duas locationes in emphyteuſim præceden
tes cũ ſpatio quadraginta ſeu triginta annorũ ſecun-
dum Iac. de Beluiſ. in cap. 1. de his, qui feud. dare poſſ.
vbi Mant. Laud. & Aluar. Io. de Imo. in c. ex parte, nu.
37. de feudis. Dec. in Auth. Qui rem, nu. 20. de ſacroſ.
eccl. vbi Addent. ad eum in littera A. dicunt hanc opi
nionem eſſe communem. Alex. conſ. 9. num. 6. lib. 3. &
conſ. 5. num. 11. lib. 5. Franc. Balb. de præſcript. in 1.
par. 5. par. prin. quæſt. vlt. Iaſ. in conſ. 155. num. 12. lib.
2. aſſerens ab iſta opinione neminem diſcrepare. Iul.
Clar. in §. feudum, q. 13. verſi. Nunc pro intelligentia,
qui dixit hanc opinionem eſſe tenendam tamquam
tutiorem, & quæ minus fauet alienationi rerum eccle
ſiarum, & alios huius ſententiæ refert Ant. Gabr. in
ſuis concluſ. in tit. de locat. concluſ. 1. licet ipſe aliud
ſentiat, Redoan. de reb. eccleſ. non alien. rub. 33. de ca
ſibus in quib. fit alien. rer. eccle. ſine ſollemnit. caſu 6.
incipien. Item alio, num. 20. Vrſil. in addit. ad Afflict.
in deciſ. 305. num. 10. vbi de communi teſtatur. Ri-
min. Capic. & alij quos refert Burſar. conſil. 127. num.
118. lib. 2. qui etiam refert ita tenuiſſe Rot. Rom. & de
42 communi teſtatur † licet ſi oſtẽderetur prima conceſ-
ſio facta cum conſenſu Capituli, & alijs ſollemnitati
bus à iure requiſitis, ea ſola ſufficeret, vt poſſet dici
res ſolita concedi in emphyteuſim ſeu feudum, & ſine
alijs ſollemnitatibus iterum cõcedi valeret ſecũdum
Franc. Curt. in tractatu de feud. par. 2. princ. q. 4. nu-
mero 4. 5. & per totam. Imol. in l. Quod dicitur, in fin.
ff. de verbor. oblig. Ruin. conſ. 41. num. 39. in fin. lib. 1.
& Vrſil. in loco ſupra allegato, qui hãc diſtinctionem
dicit eſſe communem. Immo ſi admitteremus aliam
43 opinionem non ita communem † quòd vnica præce-
dens conceſſio ſufficiat cum curſu quadraginta anno
rũ, ad hoc vt res dicatur ſolita concedi in emphyteu
ſim ſeu feudum ad effectum, de quo agitur, quam pro
bant Curt. in d. q. 4. iuncta quæſt. præcedenti, Hiero-
nym. Gabriel. conſil. 82. num. 1. libro 2. Ceph. conſi-
lio 155. num. 30. & ſeq. lib. 2. & Anton. Gabr. in d. con
cluſ. 1. num. 3. & ſeq. ea non noceret, cum nec de vnica
præcedenti conceſſione cum curſu 40. ann. doceatur.

Secundo principaliter moueor pro Illuſtriſſimo,
& Reuerendiſſimo Domino Commendatario ex eo
quod ſi refirma ac noua conceſſio per eum facta Ba-
ptiſtæ non corrueret defectu poteſtatis Illuſtriſſimi
Commendatarii, redditur ſaltem nulla defectu volũ
tatis einſdem: quoniam Hieronymus, & Robertus,
qui emerant dicta bona à Franciſco Caroli cum con
ſenſu aſſerti procuratoris, intendentes ea alienare
cũ conſenſu Illuſtriſs. Commendatarij, ea vendide-
runt Baptiſtæ præfato cum dicto conſenſu, qui Bapti
ſta ab eodem Commendatario renouationem obti-
nuit, qui quidem cõſenſus præſtitus fuit alienationi,
44 & † renouatio ſubſequens facta dicitur ad conſequẽ
tiam primi contractus, & conceſſionis emphyteuſis,
cum à primordio tituli poſterior formetur euentus,
l. 1. in fi. C. de impo. lucrat. deſcrip. lib. 10. & in dubio
quid factum præſumitur ex cauſa præcedenti. l. quæ-
dam mulier, ff. de rei vend. l. 2. ff. de acquir. poſſ. vt di-
xit in ſimili Crauer. conſil. 135. nu. 11. & 12. lib. 1 & in
terminis Anton. de Butr. conſil. 22. col. fin. verſic. ſed
poſito. Et cum illa prima conceſſio facta Hierony-
mo & Roberto, qui ſine conſenſu Illuſtriſſimi Com-
mendatarij emerunt à Franciſco Caroli, ſit nulla, &
per alienationem prædictam bona fuerint deuoluta
ad Abbatiam, quod non fuit narratum Illuſtriſs. Cõ
mendatario, & de eo ignorantiam habebat, vt mox
45 oſtendam; † conſenſus præſtitus alienationi, & refir
ma facta Baptiſtæ emptori redditur ſubreptitia, &
conſequenter nulla defectu voluntatis, quia ſi Illu-
ſtriſſimus Commendatarius veritatem perfecte no-
uiſſet, non conſenſiſſet, nec refirmam feciſſet, vt not.
omnes in cap. ex litteris, de reſcrip. Iaſ. in l. 1. num. 2.
C. ſi contra ius vel vtilit. publ. Gozad. conſil. 6. nu. 6.
& poſt eos ac alios Menoch. conſil. 103. num. 61. lib.
primo, & in terminis quòd conſenſus præſtitus alie
nationi reddatur nullus, nec noceat domino, ad quẽ
bona erant deuoluta ob præcedentem alienationẽ,
ſi de ea dominus ſcientiam nõ habebat, probat Pau.
de Caſtr. in l. ſi quis, §. irritum, nu. 4. ff. de iniuſt. rupt.
irritoq; facto teſta. qui dixit habuiſſe de facto quæ-
46 ſtionem † quòd ſi emphyteuta ſeu vaſallus vendidit
rem irrequiſito domino pro quadraginta, & ſic ceci-
derat in commiſſum, poſtea vidẽs forte male feciſſe,
requiſiuit dominũ, quod ſi vellet emere pro quadra-
ginta, daret potius ſibi quam alteri, ipſe dominus re
cuſauit accipere, & dedit licentiam, quod venderet
cuicumque ſibi placeret pro illo pretio, quia nolebat
dare niſi viginti, poſtea deuenit ad notitiã domini,
quod ante requiſitionem iam vendiderat, & ſic ceci-
derat in commiſſum, & ideo dominus volebat petere
rem tamquam ad ſe deuolutã, quærebatur an poſſet,
& allegabatur contra dñm tex. in d. §. Irritũ. quia ex
quo conſenſit, quòd poſſet rem vendere, videtur etiã
conſenſiſſe quòd poſſet venditionem factam retine-
re, ſi ſibi placeret. Concludit tamen Paul. de Caſtr.
id verum eſſe, ſi dominus tempore quo conceſſit li-
centiam, ſciebat venditionem iam factam, quia tunc
videtur renunciaſſe pęnæ commiſſæ, arg. l. 2. in prin-
cip. ff. ſi quis caut. & l. penult. ff. de leg. commiſſ. ſe-
cus ſi ignorabat, quia non eſt veriſimile, q̃ ſi ſciuiſſet,
pœnam commiſſam remiſiſſet, vt per eum, quem ſe-
quitur Alexand. conſil. 146. num. 8. lib. 5. quorum opi
nionem approbat in vltimo capite, quòd ſtante igno
rantia, licentia non noceat domino, licet in primo
capite ab eis diſſentiat Corbul. in dicto tract. in tit.
de cauſ. priuat. ob non ſolut. canon. lim. 26. nu. 3. & 4.

Vnde

Vnde idem dicendum eſt in caſu,de quo agitur,quòd
ſtante ignorantia dicti Illuſtriſſimi Commendatarij,
conſenſus , per eum præſtitus dictæ alienationi , cor-
47 ruat,nec ei noceat.&† quod ſtante caducitate ob præ
cedentem alienationem, quam Dominus ignorauit,
refirma facta emptori ſit nulla defectu voluntatis, fir
mant in terminis Anton. de Butr. in dicto conſil. 88.
col.fin. verſic.Depoſito.Salic.in l.Auctoritatem, num.
2.C.vnde vi. Paul.de Caſtr.conſil.369.num.8.libro 2.
Ruin. conſil.70.num.14. verſic. Nec obſtat quod va-
ſallus, libro 5. Barbat. conſil.17.col.9. num. 11. ver-
ſicu. & ſic ex iſto capite, libro 4. Gozad.conſil.46. nu-
me.11.in fin.verſic. Septimo alia ratione, & num.12.
Rimin.iun.conſil.1.num.89.libro 1. & data ignoran-
tia domini refirmantis,idem concludit Dec.qui in cõ
trarium allegatur in dicto conſ.185.num.10. & ſeqq.
licet in caſu ſuo dicat conſtare de ſcientia ſaltem pre-
ſumpta , ob quam ipſe dicit ſuſtineri nouam conceſ-
ſionem,& magis clarè , quod inueſtitura de nouo fa-
cta vaſallo , qui erat priuatus feudo , ſubſiſtat , ſi do-
minus ſciuit vaſallum eſſe priuatum,aliàs ſecus,quia
per nouam inueſtituram dominus ignorans non cen
ſetur remittere caducitatem,firmat ipſe Dec. in con-
ſil.530.num.11.& ſeq.

Quòd autẽ Illuſtriſſimus & Reuerendiſſimus Car-
dinalis Petrus Donatus tẽpore venditionis factę Ba-
ptiſtæ à Hieronymo,& Roberto cum eius conſenſu,&
refirmæ per ipſum factæ Baptiſtæ ignorantiam habue
rit præcedentis caducitatis ob dictam alienationem
factam à Franciſco Caroli pręfatis Hieronymo & Ro
berto,deducitur manifeſtè.

48 Primo ex regula generali, quæ habet † ignorãtiam
facti alieni in dubio præſumi , niſi probetur ſcientia ,
l.fin.ff pro ſuo,l.verius,ff.de probat. cap.præſumitur,
de reg. iur. in 6.Io. Andr.in cap.quod quis mandato,
num.6. eod.tit. Bald.in l.1. nu.2.in fin. verſic. oppono
quod non ſit neceſſe, ff.ad Maced. Caſſad.deciſ.2. nu.
2.vt lit.penden.Alex.conſ.76.num.9.lib.7.Pariſ.conſ.
20.num.64.lib.1.Cran.conſ.244.nu.4.lib.8. late Ma-
ſcard.de probat. vol.8.concluſ.879.incipien.ignoran
tia ſemper præſumitur.

Secundo quia Illuſtriſſimi Cardinales Federicus ,
& Petrus Donatus, continuè permanebant in Vrbe,
& erant abſentes à dicta Abbatia , in qua retineban-
49 tur libri & ſcripturæ ad eam pertinentes† ratione ab
ſentiæ magis in eis eſt præſumendum ignorantia , l.
Plane,ff.de excuſ. tut.l.Titius, §.Lucius,vbi Bal. Aug.
& Imol.ff.de liber.& poſth.l.Tres fratres, & ibi Ang.
ff.de pact. Dec.conſ 64.num.5.ver.Quod autem, Me-
noch.de arbit.iud.quæſt.lib.2.cent.2.caſu 186.nu.16.
nam ratione abſentiæ præſumitur ignorantia etiam
in illis caſibus,in quibus aliàs regulariter præſumere
50 tur ſciẽtia. Videmus enim†quòd licet conſanguineus
præſumatur ſcire facta eius conſanguinei , l. Octaui ,
ff.vnd.cognat.l.de tut. C.de in integr.reſtitut. minor.
l.filium, C.de liber. cauſ. & vicinus præſumatur ſcire
facta ſui vicini, l. ſi vicinus, C.de nupt.l.filium defini-
mus,ff.de his qui ſunt ſui vel alieni iur. cum alijs ple-
nè deductis , tam de conſanguineo quam vicino per
Ant.Gabr.in ſuis concluſ.in tit.de pręſumpt.concl.6.
51 in prin.†Tamen prædicta præſumptio procedit,quã-
do conſanguineus ſeu vicinus eſt præſens:ſed ſi eſt ab
ſens , in eo non præſumitur ſcientia , ſed ignorantia .
Bart.in l.Is poteſt,num.16.ver. Quandoque ille, ff.de
acquir.hæred.Ang.in l.tres fratres,in prin.ff.de pact.
Dec.in l.8.in 1.lect.in fi.C.qui admit. Fel.in c.litteris,
col.5.limit.3. de præſumpt.Ant. Gabr. qui alios alle-
gat in dicta concluſ.6.num.29.in 3.limit.& Maſcard.
in dicta concluſ.879.num.19.

Accedit tertio , quòd negotia dictæ Abbatiæ tam
tempore Illuſtriſſimi Cardinalis Federici , quàm ẽt
poſtea ante conceſſionem factam dicto Baptiſtæ , ge-
rebantur per fictuarios ſeu conductores bonorum
dictæ Abbatiæ , ac per procuratores generales Illu-
ſtriſſimi Commendatarij , qui canonem recipiebant
ab emphyteutis,& cõſentiebant venditionibus.Qui
fictuarij ac procuratores ſi caducitatis præfatæ ſcien
tiam habuiſſent (de qua nec conſtat) non propterea
argueretur ſcientia Commendatarij, ſed potius con
52 trarium : † nam geſta à procuratore dominus igno-
rare præſumitur. l.quod vulgo, ff. pro empt. gloſſ. in
l.ſi aliquam,in verb.ignorans. & Bart. nu.3. ff.de ac-
quir.poſſ.Ang.in l.8.ff.de petit.hæred.Alex. conſi.84.
num.5.lib.1.Soc.ſen. conſil.263. num.18.lib.2. Pariſ.
conſil.47.nume.103.lib.1. Natt. conſilio636. nume-
53 ro 190.li.3.† & in terminis quòd Dominus non præ
ſumatur ſcire caducitatem,cuius procurator habuit
ſcientiam; firmat Afflict.deciſ.129.nume.10. & ſeq.
54 Et licet quãdo agitur de facto graui & notabili†Do
minus de eo præſumatur certioratus à procuratore,
ſecundum Roman. conſil.481. colum.8. num.7. ver-
ſic.ſecundo quia preſumendum eſt. Abb. in conſ.18.
num.7.colum.4. verſic. Tertio dixi, lib.2. & Crauer.
in conſil.40.num.3.lib.1. Id non nocet; Tum quia fa
ctum,de quo agitur, non eſt graue & notabile inſpe-
cta qualitate Illuſtriſſimi Commendatarij , & quan-
55 titate bonorum dictæ Abbatiæ. † Tum quia præſum
ptio illa procedit tantũ in procuratore ſpeciali, pro
ut loquitur Roman.in dicto conſil.in princip.non au
tem in generali,vt declarant Capic.deciſ.4.num.83.
& poſt eum Anton.Gabriel. in ſuis concluſ. in tit.de
regul.iur.concluſ.5.in 13.limit. nume.33. & ſeqq. &
Maſcard. in allegata concl.879. num.48. & ſequen.
Sed fictuarij præfati , & alij procuratores Illuſtriſſi-
mi Commendatarij pro tempore habebant tantum
generale mandatum ad recipiendum canonem, con
ſentiendum alienationibus ac refirmandũ , ideo de
geſtis ab eis ac de his , quorum ipſos ſcientiam ha-
buiſſe conſtaret , Dominus certioratus non præſu-
mitur.

56 Quarto † quoniam Illuſtriſſimi & Reuerendiſſimi
Commendatarij præfati erant Cardinales ac Princi
pes, habentes etiam dominia temporalia ac magnã
bonorum copiam: non præſumitur ſciuiſſe etiam ea,
quorum ſcientiam habebant eorum officiales,vt per
gloſ.in cap.Cum ad ſedem.in verb. Interdictum , de
reſtit.ſpol.dixit Alex.in dicto conſil.84.num.5.lib.1.
quem ſequitur Natt. conſil.636.numero191. libro
57 tertio,†ſubdens quòd nec officiales Principis præſu
muntur ſcire omnia, quæ continentur in eorum codi
cibus, in quibus multa ſunt negotia , & varia ac im-
plicita: & bene facit quod poſt Bart.in l. quod iuſſit.
in fi.de re iudic.& Marant. in l.is poteſt . nume.287.
verſi.5.limita. ff.de acquir. hæred. dixit Maſcard. in
58 dicta concl.879. nu.53. dum ſcripſit † propter mul-
tiplicationem factorum & negotiorũ præſumi igno
rantiam etiam in facto proprio.

Quinto non ſolum ignorantia Commendatarij ,
ſed etiam eius Agentium & Procuratorum probabi
liter iuſtificatur ex eo quod Franciſcus Caroli vendi
dit bona auctoribus Baptiſtæ cum conſenſu Gaſpa-
tis procuratoris Domini Simonis del guãto fictua-
rij,qui Gaſpar non habebat ſufficiens mandatum,vt
infra in ſolutione contrariorum demonſtrabitur. In
libris autem dictæ Abbatiæ ſcriptum legitur aliena
tioni conſenſiſſe Sebaſtianum Peruſinum, qui non ſo
lum habebat mandatũ, ſed geſta per eũ fuerunt con-
firmata à dicto Domino Simone procuratore Com-
men-

59 mendatarij.† Vnde cum in libris ſcriptum fuerit cō
ſenſum fuiſſe præſtitū à dicto Sebaſtiano, indicatur
probabilis ignorantia caducitatis Commendatarij,
& eius agentium, qui credere potuerunt alienationi
coōſenſiſſe dictum Sebaſtianum, prout in libris erat
ſcriptum, vt in ſimili dixit Soc. iun. conſilio 104. nu-
60 mero 15. lib. 3. qui ſcripſit iuſtam † ignorantię cau-
ſam probari ſufficientem ad obtinendum reſtitutio-
nem in integrum aduerſus lapſum temporis ad re-
dimendum bona vendita cum pacto de retrouenden
do infra quadriennium, ſi quis in libro memorialiū
ſcriptum legit tempus ad redimendum durare per
quinquennium.

Sexto eo magis præſumenda eſt ignorantia cadu-
citatis præfatæ in Illuſtriſſimum Cardinalem Petrū
Donatum, ſtante, q alienatio, ob quam prætenditur
caducitas, facta fuit tempore, quo erat Commen-
61 datarius Illuſtriſſimus Cardinalis Federicus † & in
ſucceſſore præſumitur ignorantia eorum, quæ geſta
fuerunt tempore anteceſſoris, iuxta l. qui in alterius,
ff. de reg. iu. c. qui in ius. eodem titulo, in ſexto. Afflic.
deciſ. 37. num. 2. Ruin. conſil. 54. nu. 3. in fi. lib. 5. Nat.
conſil. 506. nume. 19. lib. 3. & de ſucceſſore in eccleſia
quod præſumatur ignorare geſta tempore anteceſſo
ris, Ruin. conſ. 267. nu. 27. lib. 1.

Poſtremo ignorantia Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſi
mi Cardinalis Petri Donati probata fuit eius aſſer-
tione iurata, cum enim ignorantia, ſeu ſcientia ſit ea
62 rum rerum, quæ in animo conſiſtunt, † & quæ in ani-
mo conſiſtunt, iuramento probentur, capit. Cum in
tua, §. fin. qui matrim. accuſ. poſſ. cap. Paſtoralis, in fi.
de excep. Gloſſ. in c. Præſumitur, de reg. iur. in 6. & in
c. ſignificaſti, el 1. in verb. ſi ita eſt, de homic. Bar. in l.
inter omnes, §. recte, nu. 2. ff. de furt. Rom. conſil. 398.
in fi. Iaſ. conſ. 84. nu. 18. lib. 1. & poſt multos Marſil. in
63 rubr. C. de probat. nu. 122. † Ignorantia recte iuramē
to probatur, c. nulli, in fi. de elect. in ſexto, dicto cap.
Cum in tua, iuncta gloſſ. & gloſ. vltim. in cap. qui di-
uinis, & humanis, 12. quæſt. 2. Doct. in cap. Cogno-
ſcentes, de Conſtit. vbi Abb. num. 9. Dec. in 1. lectu.
num. 18. Alex. conſil. 71. nume. 5. verſic. ipſa autem,
lib. 1. & conſilio 76. numero 9. lib. 7. Dec. conſil. 452.
numero 26. Crauet. conſil. 201. numero 32. lib. 2. Pa-
riſ. conſil. 95. numero 46. lib. 1. Curt. ſenior conſil. 71.
colum. penult. verſic. verum vt nihil omittatur, Ce-
phal. conſilio 242. num. 16. libro ſecundo. Senat. Pe-
demont. deciſ. 71. numero 24. Crot. qui de communi
teſtatur conſil. 307. numero 8. lib. 3. Menoch. de arb.
iudic. quæſt. lib. 2. centur. 2. caſu 186. nume. 3. & poſt
alios multos Maſcard. de probat. volum. 1. concl. 45.
numero 48. & latius volum. 2. concl. 881. in princip.
64 qui ſimiliter de communi teſtatur † & in terminis
quod dominus poſſit probare ignorantiam caduci-
tatis per proprium iuramentum firmat Marſil. in di
cta rubr. C. de probat. num. 125. verſic. & adde quod
iſta probatio. quem ſequitur Maſcar. in d. concl. 881.
num. 6. & ſeq.

Nec huic probationi ignorantiæ per iuramentū
65 aduerſatur, quod dicitur † ignorantiam non probari
iuramento, quando allegandi ignorantiam aduerſa-
tur aliqua iuris præſumptio. Barto. in d. l. Inter om-
nes, §. recte, nume. 3. in fi. ff. de furt. Dec. in d. cap. Co-
gnoſcentes, numero 18. Menoch. dicto caſ. 186. nu. 7.
& Maſcar. in alleg. concluſ. 881. num. 26. & compro-
batur per eumdem Maſcardum in eadem concluſ.
66 nu. 18. dum poſt Felin. & alios dixit † ignorantiam
non probari iuramento, quando eſt inueriſimilis: q
ſcientiæ præſumptionem hic verſari dicitur ex curſu
temporis annorum decem, & vltra poſt venditionē
factam à Franciſco Caroli, & perceptionem canonis
à Hieronymo, & Roberto emptoribus, iuxta not. per
Dec. conſil. 185. num. 12.

Huic quidem obiectioni reſpondetur pluribus
modis.

Primo negando ex curſu temporis ſcientiam præ-
67 ſumi in caſu de quo agitur, quoniam † tunc ex curſu
temporis ſcientia præſumitur, quando agitur de fa-
cto notabili, & graui, de quo veriſimile eſt dominum
fuiſſe certioratum, prout loquitur Salicet. in l. Aucto-
ritatem, in fin. C. vnd. vi. qui dixit, quòd ſi per violen-
tiam fuit inuaſum Caſtrum, cuius iuriſdictio ſpectat
ad Papam, ſi multum tempus tranſiuit, ita vt Papa ve
riſimiliter factum tam arduum & contra ſe geſtum
ſcire potuerit, ſcientia eſt præſumenda. & in eiſdem
terminis intelligendus eſt Dec. in d. conſ. 185. num. 12.
qui mouetur auctoritate eiuſdem Saliceti, cum dictū
Doctoris intelligi debeat ſecundum auctoritatem
quam allegat, iuxta doctrina Bart. in l. Non ſolum, §.
ſi liberationis, ff. de liber. legat.

Sed hæc non nocent, quia ideo in caſu Saliceti ex
curſu temporis præſumitur ſciētia, quia præſumptio
eſt, quod in facto tam graui dominus fuerit certiora-
tus, vt dixit Rom. conſ. 481. col. pen. ver. Secundo quia
præſumendum eſt.

Sed caſus, de quo agitur leuis eſt, & quia fictuarij
& procuratores generales Illuſtriſſimi Commenda-
tarij continue conſentiebant alienationibus, & refir-
mabant emphyteuſim emptoribus, non eſt creden-
dum, quòd verificauerint alienationem prædictam
dicto Illuſtriſſimo Cardinali Federico. Præterea non
obſtat conſilium Decij, quia ipſe dicit præſumendum
eſſe dominum habuiſſe ſcientiam alienationis factæ
per illos de Bugella in illos de Arichignonibus, quia
dominus inueſtiuerat prius illos de Bugella, nec eſt
veriſimile, quod voluerit reuocare inueſtiturā prius
factam illis de Bugella, niſi habuiſſet notitiam de ta-
li alienatione, & eo ipſo quod ſciuit alienationē fuiſſe
factam abſque eius conſenſu, ſciuit etiam caducita-
tem, quæ conſideratio ceſſat in caſu iſto, in quo nec Il-
luſtriſſimus Cardinalis Petrus Donatus, neque Car-
dinalis Federicus inueſtiuerant Hieronymum, & Ro
bertum de rebus, quas vendiderunt Baptiſtæ, ſed id
fecit Dominus Gaſpar procurator Simonis fictuarii,
vt ſupra fuit dictum, & ſic ignorauerunt alienationē,
& conſequenter caducitatē, & ſi alienationis habuiſ-
ſent notitiā, ex hoc non infertur ſcientia caducitatis,
quia potuerūt credere fuiſſe factam alienationem cū
conſenſu eorum, qui habebant legitimum mandatū,
prout etiam in libris Abbatiæ fuerat annotatū; ideo
caſus ſunt valde diuerſi, ex quibus non eſt inferēdum,
l. Papinianus exſuli, ff. de minor. l. Naturaliter, §. nihil
commune, cum ibi notiſ. de acq. poſſeſ. Cum igitur in
caſu illo non vigeat præſumptio ſcientiæ, ceſſat quod
dicebatur ignorantiam non probari iuramento, quā-
do vigent præſumptiones ſcientiæ.

Secundo dicitur, quod ſi ex curſu temporis aliqua
præſumptio ſcientiæ exoriretur, non propterea pro-
batio ignorantiæ per iuramentum eliditur, quoniam
68 tunc † eliditur hæc probatio per iuramentum, quan-
do præſumptio ſcientiæ eſt grauis, nec aſſertio iurata
iuuatur alia præſumptione ignorantiæ, ſed quando
præſumptio ſcientiæ eſt leuis, ſeu militat fortior præ-
ſumptio ignorantiæ, tunc ceſſant cōtraria, & ignoran
tia recte probatur per iuramētum, vt declarant Abb.
in c. fin. num. 9. qui matr. accuſ. poſſ. & in c. 2. nu. 9. de
conſtit. Mandel. de Alba. conſ. 9. num. 43. Maſcard. in
dicta concl. 881. num. 9 Sed in caſu, de quo agitur ad-
ducuntur plures vrgentiſſimæ præſumptiones igno-
rantiæ

rantiæ caducitatis tempore refirmę factę per Illuſtriſ
ſimum Cardinalem Petrum Donatum,quę omnes ſi-
ne dubio tolluot illam leuem præſumptionem,quam
69 aduerſarius elicit ex curſu temporis , † cum vna prę-
ſumptio tollat aliam, l. Diuus, ff.de io integ. reſtitut.
minor.l.Noo ſolum,ff.de rit.nupt.Crau.conſ.145.ou.
11.& cooſi.149.nu.17.lib.1.& validior,& fortior tol-
lit debiliorem,gloſ. ad d.l.Diuus,quam communitee
approbari dixit Curt.iun.conſ.35.ou.6.lib.1.c.Tranſ-
miſſa,vbi gl.& Abb.qui fil.ſiot legit. Soc.iun.conſ.76.
nu.66.lib.1.Guid.Pap.in tract.præſump.ou.32.Marſ.
in l.1.§.Diuus,nu.28.ff.ad leg. Corne. de ſicar. & poſt
alios mulios Menoch.in tract.de præſump.li.1.q.30.
70 in prioc.† & de præſump.ignorantiæ quod tollat præ
ſumptionem ſcientiæ Ceph.cooſ.142.nume.18.lib.2.
ideo ſtandum eſt dictæ aſſertioni iuratæ; præſertim
71 quia ſi ignorantia † probatur iuramẽto hooinis pro
bi ac bonæ famæ, etiam quod contra eum vigear ali-
qua præſumptio ſcieotiæ,vt poſt Anto.de Butr.Curt.
ſen.& alios dixit Senat.Pedem.in dec.72.n.75.& ſeq.
quanto ſortius probabitur in caſu, de quo agitur per
iuramentum Illuſtriſſimi , & Reuerendiſſimi huius
Cardinalis ampliſſimi concurrentibus maxime tot
præſumptionibus ignoraotiæ ſupra adductis.

Mious obſtat aliud , quod in contrarium adduei
72 poſſet,ſcilicet † ignorãtiam probari iuramento, quã
do noo agitur, de præiudicio tertij , ſecus ſi de tertij
præiudicio agitur,ita Fel.in c.cognoſceotes,no.14.de
conſt. & ibi Dec.nu.48.Menoc.de arbitr.iudic. quæſt.
73 lib.2.centu.5. caſ.186. num.9. † dummodo agatur de
magno præiudicio tertij,quia modicum oon attendi
tur.Ioann.Crot.in repetit.l.Qui Romæ,§.duo fratres,
col.32.ver.tertia ſit cooclusio.ff.de verb.oblig. Marſil.
ſing.635.circa medium.Bero.in d.c.cognoſcentes,co-
lum. fin.ver.declarant etiam moderni. Menoc. io di-
cto caſu 186.nu.9.in fin.

Quoniam huic ſundameoto reſpondetur illud pro
74 cedere † quando iuramentum alia præſumptione nõ
iuuatur,tunc eoim ſi agitur de graui prȩiudicio tertij
ignorantia non probatur iuramento, ſed qoãdo iuua
tur alia præſomptione (vt io caſu, de quo agitur, io
quo tot præſumptiones pro ignorantia concurrere
demonſtraui)tunc etiam quando agitur de graui prȩ
iudicio tertij ignorantia recte probatur iurameoto ,
ita Abb.io c.quoſdam,in fin.de præſumpt. Fel. io d.c.
cognoſcentes,ou.14.io 3.fallent.verſic. Quod intelli-
ge,Menoch.in dicto loco, & Maſcard. in alleg.concl.
881.num.12. & ſeq.

Ex prædictis igitur apparet de ignoraotia caduci
tatis Illuſtriſſimi Cardinalis Petri Dooati cooclud ẽ-
75 te conſtare,† quæ etiam ſatis probata dicitur ex præ
ſumptione, quæ proca viget, eo ipſo quod ſcientia nõ
probatur, Ang.io l.1.in fin.C.de temp.appellat.l.ſi ſu-
per ſeruis , & ibi gloſſ. C.qui mil.poſſ. vel non , libro
12. Iaſ.in l.Is poteſt , numero 88. ff.de acquir. hæred.
76 Cephal.conſilio 393.nomero 97.libro 3. † Quæ ſcien
tia in caſo iſto nullo modo probatur,nec probari po-
teſt niſi vrgẽtiſſimis probationibus,cum præſumptio
iuris ſit in contrarium . Abb. in cap. Veriſimile , in 2.
not.de præſumpt.Crauee.conſil.119.num.13.& cooſil.
134.numero 10.libro 1.& in propoſito de probatione
ſcientiæ contra præſumptionem ignorantiæ Cephal.
conſil.241.num.96.lib.2.& conſ.350.numero 11. lib.
3.& ſtante igoorantia caducitatis , refirma ſacta pee
dictum Illuſtriſſimom Commendatarium dicto Ba-
ptiſtæ nulla redditue defectu voluntatis ipſius refir-
mantis, vt dixi.

Nec prædictis obſtant contraria.

Primum quidem obiectum euitari poteſt, Primo
qoia Gaſpar, qui conſenſit alieoatiooi factæ à Frao-
eiſco Caroli erat conſtitotus procurator à Domino
Simone del guaoto , qui licet eſſet etiam procuratoe
Commeodatarij , non tamen habebat poteſtatẽ ſub-
ſtituendi. Fuit enim Dominus Simon cõſtitutus pro-
curator generalis ad conſentiendum alienationibus,
& refirmandum per litteras patẽtes , io quibus certa
forma obſeruanda in prædictis ooo ſuit data , & pee
eas ſuit conſiderata ac electa induſtria perſonæ Simo
ois,vt dicitur io dictis litteris, ibi , virtus & probitas
tua , & in gerendis negocijs accurata ſolicitudo nos
inducunt , quæ clauſula oſtendit ſuiſſe electam iodu-
77 ſtriam perſonæ † quoniam ioduſtria perſonæ dicitur
electa,quando quid committitor alicui ratione confi
dentiæ,quam committens de eo habet. Ant. de Butr.
conſ.49.prope fio.Bal.conſ.128.col.1.nu.1. ver.ſed ad
hæc reſpondetur. libr.3. Abb.io c.fin.§.ſi autem,nu.6.
78 de offic.deleg.Crau.cooſ.303.oum.2.lib.2.† & etiam
quando committitur negotium,quod noo habet cer-
tam, & determinatam ſormam ſecundum Crauet.&
poſt alios in d.conſil.303.num.3. Io.Baptiſta de Sao-
cto Seuerino in repet.l.more,ou.16.ff.de iuriſd. omn.
iud. quos ſequitur Menoch.de arbitr.iud. quæſt.libro
1.quæſt.68.numeto 11. verſic. Accedit quod quaodo,
& oum.13. Vnde cum Illuſtriſſimus ille Commeoda-
tarius elegerit induſtriam perſonæ Domini Simonis,
79 ille † cuius induſtria à domioo apparet electa, alium
ſubſtituere non potuit,maxime generaliter,prout fe-
cit dominus Simon.c.is cui,el 2.de offic.deleg.in ſex-
to.Bar.in l.ſi procuratorem, §.1.colum.3. verſic.ſecun
do caſu,ff. mandat.& in l.fio.§.acceſſio,oumer.1. ff.de
diuerſ. & temp præſcript. qui io diſtinctione ſua fir-
miter tenet procuratorem ſubſtituere non poſſe, quã
do conſtat ſuiſſe electam ioduſtriam perſonæ. eãdem
opiniooem tenet Bald.io l final. §.ne autem,numero
7. C. de caduc. tolleod. & melius Philipp. Franc. in
80 cap.1. §. fio. oumero 2. de procur. io ſexto.qui † dicit
procuratorem conſtitutum oon ſolum ad iudicia ſed
etiam ad negocia ſubſtituere noo poſſe, quoties eius
induſtria apparet electa. Secundo ſi conſtaret Domi-
num Simonem procuratorem Commendatarij ha-
buiſſe poteſtatem ſubſtituendi, ooo propterea Ga-
ſpar potuiſſet conſeotire alienationi, & refirmare em
phyteuſim emptoribus , quoniam Simoo oon ſubſti-
tuit Gaſparem vigore mandati,quod habebat à Cõ-
meodatario, ſed eum conſtituit procuratorem pro-
prio nomine , vode ſi vigore ſui mandati eum ſuſti-
tuere potuiſſet, cùm illo non ſuerit vſus , ſed proprio
nomine eum procuratorem cooſtituerit, non ſuſtine-
tur, quia actus non poteſt ſuſtineri, ex poteſtate , qua
quis non ſuit vſus, iuxta latè deducta per Roma.con-
81 ſil.446.colum. 2.qui in effectu concludit † quòd ſi ma
ritus egit tamquam procurator vxoris,deinde re per
tum ſuit eum non habuiſſe mandatũ , quòd noo va-
let iudicium tamquam agitatum à coniuncta perſo-
na,quo nomine ſi egiſſet, proceſſus ſuſtineretur,& Ro
manum ſequitur Iaſ.io l.exigeodi oumero 9. verſicu.
Et concludit Ludouicus , C. de procurat. & bene fa-
cit Achil.io deciſio. 15.in titul. de procurat. inter de-
82 ciſio. Rotæ manu ſcriptas , qui dixit † quod ſi procu-
rator , qui habet duplex mandatum vnum bonum a-
liud malum, appellat vigore mali mandati, Rota Ro
maoa ſolita eſt tenere dictom cõſiliom Romani 446.
quia quod potui , oolui, & cet. clarè ſeotiens eo caſu
appellationem vigore mali mandati ioterpoſitam
non ſubſiſtere . Tertio attentari poſſet, quòd etiam
ſi Gaſpar habuiſſet generale mandatum ad conſen-
tiendum alienationibus & refirmandum, non propte
rea conſeoſus ab eo legitime præſtitus fuiſſet, oec re-
firmatio

Digitized by Google

83 firmatio facta ſubſiſteret † quoniam ſuſceptio noui
emphyteutæ debet fieri per dominum, nec poteſt fie-
ri per procuratorem, l.fin. verſic.neceſſitatem, C.de
iur.emphyt vbi Bald.num.15. Salicet.num.14.verſic.
Item nota quod ſuſceptio.Iaſ.numero 38.Redoan.de
rebus eccleſ.non alien. quæſt.11. princ.de Laudemijs
pro alienat.& inueſtitu.ſoluen.numer.16.Nec obſtat
text.in cap.1. verſicu. ſed verum per quos fiat inueſti-
84 tura,in vſib.feud. vbi probatur † inueſtituram feudi
fieri poſſe per procuratorem; quoniam textus ille
procedit in feudo non in emphyteuſi,inter quos con-
tractus in hoc differẽtia cõſtituitur,vt dixit Caccial.
in tract.de feud.art.7. de differentia feudi,& emphy
teuſis, numer.50. quam differentiam probant etiam
Bal.& Salicet.in dictis locis. Et quia Simon erat pro-
curator generalis non autem ſpecialiter conſtitutus
ad conſentiendum alienationi factę Hieronymo, &
Roberto,& ad recipiendum ipſos pro nouis emphy-
teutis, & ſimiliter Simon conſtituit generalem procu
ratorem dictum Gaſparem,hęc concluſio videtur ma
85 gis clara † licet ſi Commendatarius dediſſet manda
tum ſpeciale ad recipiendum dictos nouos emphy-
teutas,aliud dici poſſet,per ea,quæ dixerunt Bald. &
Salicet.in dictis locis.

Secundum de remiſſione caducitatis ob receptio-
nem canonis tollitur pluribus modis.

Primo,quia non conſtat,quod Illuſtriſſimus Com-
mendatarius ſeu aliquis,qui haberet ſpeciale manda
tum recipiendi canonem ab eis, qui ob contrauentio
nem ab ipſorum iure ceciderant,illum receperit, ſed
illum receperunt conductores bonorum præfatæ Ab-
batiæ,quia à Commendatario habebant mandatum
86 generale ad recipiendum canonem; † qui licet ab em
phyteutis,qui non ceciderant, illum recipere potuiſ-
ſent,non tamen potuerunt ſine ſpeciali mandato reci
pere pro bonis, quæ ob alienationem erant deuoluta
ad Abbatiam ,et ſi illum receperunt, non potuerunt
remittere caducitatem,nec Commendatario pręiudi
cium afferre,vt dixerunt Pariſ.conſil.86.num.17.libr.
4.Bero.conſ.116.nu.10.lib.1.Afflict.deciſ.129.nu.10.
& ſeq.Grat.conſil.2.nume.82. & ſeqq.lib.1.Menoch.
conſil.460.nu.14.lib.5.Corbul.in dicto tract.de cauſ.
ex quib.emphyteut.iur.ſu.priua.in tit.de cauſ.priua-
tio.ob non ſolut.canon.in 21.limit.num.16.quia non
poteſt procurator ſine ſpeciali mandato remittere ca
87 ducitatem ſecundum eos†,niſi ſecundum Corbul.ibi
poſt Dec.conſil.329.num.3.Ruin.& Rimin.Dominus
receptionem canonis ratam habuerit,de qua ratifica
tione in caſu iſto non conſtat, ſed conductores pro ſe
canonem retinuerunt; Vel niſi is, qui recepit cano-
nem ſit pater domini directi,quia legitimus admini-
ſtrator bonorum filij recipiendo canonem domino
præiudicat ,ſecundum Soc.ſen.conſil.66.col.fin.verſi.
Nec obſtat, ſi dicatur, libr.3. quem ſequitur Corbul.
in dicto loco.

Nec obſtat Corn.in conſi.187.lib.1.ſupra in contra
rium adductus in dicto ſecundo argumento;quia ip-
ſe non dicit ſufficere, quod procurator habeat gene-
rale mandatum,ſed col.4.verſi. & ideo videtur, dicit
cenſeri remiſſam caducitatem,præſuppoſito quòd Vi
carius ille habuerit mandatum ad recipiendum pen-
ſionem,& renouandum, & conſequenter facultatem
præiudicandi in hoc eccleſiæ, cuius dictum debet in-
telligi de mandato ſpeciali,prout requiritur,ad effe-
ctum vt Eccleſiæ præiudicare potuerit, & ſi Corn.ali-
ter loqueretur,eius opinio non eſſet attendenda,cum
contraria ſit verior, & communis, vt probatur per
Doct.ſupra allegatos: & in ſpecie à Corneo diſſentit
Corbul.in d.21.limit.nu.18.& ſeq.

Secundo reſpondetur non conſtare,quod recipien
88 tes canonẽ ſciuerint caducitatem, † & quia in dubio
caducitatis ignorantia præſumitur,iuxta l.Verius,ff.
de probat.& not.in propoſito Alexand. conſ.105. nu.
14.lib.3.Ruin.conſil.70.num.14.lib.5. Dec.conſ.452.
num.26.Burſat.conſil.37. num.19. in fin. & conſil.91.
num.11.lib.1. maxime in caſu iſto,in quo in libris Ab
batiæ ſcriptum erat conſenſum alienationi fuiſſe prę-
ſtitum à Sebaſtiano, qui habebat mandatum ad con-
ſentiendum,ex quo erronee credi potuit alienationẽ
fuiſſe legitime factam, & bona non fuiſſe deuoluta,
cuius contrarium eſt verius, cum alienationi conſen-
ſerit Gaſpar,qui huiuſmodi poteſtatem nõ habebat;
dicendum eſt ex receptione canonis non fuiſſe remiſ-
89 ſam caducitatem,† quæ numquam remittitur etiam
à domino,quando recipiens non habuit ſcientiam ca
ducitatis.Specul.in tit.de emphyteuſi,§. nunc aliqua,
nu.35.Bal.in c.1.nu.5.in tit.quo temp.mil.in vſib.feu.
Din.Bal. & Imol.in l.Męuius,§.duobus, ff.de legat.2.
Alex dicto conſil.105.nu.15. Anto.de Butr.conſil.22.
col.2.Grat.conſ.2.num.75.& ſeq.lib.1.Dec.conſ.452.
num.26.Tiraq.qui alios multos allegat de retract.li-
gnagier,§.1.glo. 10.num.22.Burſ.conſil.254.num.38.
lib.3.Corbul in dicta limit.21.num.14.qui ſubdit ita
etiam fuiſſe reſolutum in Rota Romana coram Re-
uerend. Patre Domino Blancheto in vna Romana
domus, die 14. Decembris anni 1473. Tertio quia
tunc Abbatia habebat monachos, & per alienationẽ
prædictam fuerat quæſitum ius Eccleſiæ, non potuiſ-
ſet etiam Commendatarius caducitatem remittere
ſine cõſenſu Capituli, vt plene ſupra fuit oſtenſum in
primo principali fundamento huius conſultationis,
et ſi hoc non potuiſſet facere commendatarius,minus
id videtur permiſſum ipſius procuratoribus, qui ca-
nonem receperunt.

Tertium diluitur ex deductis ſupra in primo, & ſe
cundo fundamento principali, in quibus demonſtra
ui defectu poteſtatis ac voluntatis Illuſtriſſimi Com-
mendatarij conſenſum præſtitum alienationi factæ
90 per Hieronymum, & Robertum, & refirmam † factã
Baptiſtæ corruere,maxime ſtante ignorantia commẽ
datarij caducitatis præfatę, & ibi etiam fuit oſten-
ſum,Decium in conſ.185.qui in caſu ſuo concurrente
ſcientia aliud tenet, non obeſſe in noſtro,in quo igno
rantia Illuſtriſſimi Commendatarij plene iuſtificata
fuit,& ſtante ignorantia, etiam ipſe Dec. inclinat in
hanc ſententiam in d.conſi.185.num.10.& ſeq. & cla
re etiam in conſ.530.nu.11.& ſeq.

Vltimum facile remouetur. Cum enim(vt ex ſupra
deductis conſtat)Illuſtriſſimus Cardinalis Federicus
non habuerit ſcientiam caducitatis,ſed eius ignoran
tia iuſtificetur, cum omnes rationes ſupra adductæ
ad probandum ignorantiam Illuſtriſſimi Commen-
datarij,excepta ſexta,& vltima,militent etiam reſpe
ctu perſonæ Illuſtriſſimi Cardinalis Federici,licet ip-
ſe deceſſerit non declarata caducitate. Nihilominus
bona poſſunt vendicari per modernum Commenda-
91 tarium, cum ſtante † ignorantia caducitatis in præ-
deceſſore, ea declarari poſſit etiam per ſucceſſorem,
vt dixerunt Io.Andr.in addi. ad Spec.in titul.de feu.
§.Nunc dicamus, in 1. addit. magna. Iacob.de Belu.
in c.1.§.1. quib.mod feud. amitt. Cin.in l.1. C.de re-
uoc.donat. Bald.in cap.1.§.porro,quæ fuer.prim.cau.
benefic.amit. Aret. conſilio 14.numero 20. verſic.ſed
remanet.Ruin.conſil.10.numero 6.& 8.lib.1. & con-
ſil.70.num.13.in fin.libr.5.Rip.in l.fin.numer.237.C.
de reuoc.donat.Curt.in tract.de feud.part.4. in 6.li-
mitat.num.52. Igneus in l.1.§.ſi dominus mortifere,
numero 39.41.& ſequen.verſi.quarto limitabat,ff.ad

Sillan. Caſſador. dec. 2 nu. 7. de locat. Zaſ. in tract. de
feud. par. 10. de feud amiſſ. nu. 80. Rip. Paris de Put.
Celſ. Hug. & alij pluses, quos refert & ſequitur Burſ.
qui de communi teſtatus, in conſil. 23. nu. 12. & conſi.
37. nu. 19. lib. 1. & poſt alios multos conſ. 252. nu. 3.
92 lib. 3. † & ſtante ignorantia etiam contra ſucceſſores
vaſalli ſeu emphyteutæ agi poteſt, vt firmant Ioann.
And. in cap. fin. de donat. & ibi Abb. nu. 7. Aret. dicto
conſil. 14. prope fin. verſ. ſed remanet. Ruin. dicto con
ſil. 70. nume. 13. verſic. Nec obſtat. Zaſ. in dicta par.
10. num. 79. Iacob. de S. Georgio in tractat. de feu. in
ver. dictique vaſalli promiſerunt. nu. 53. verſ. Et iſtã
opioionem Bald. Aluarot. & alij pluses, quos refert
& ſequitur Anton. Gabriel. in ſuis concluſ. in tit. de
crimi. concluſ. 35. nume. 4. verſic. Tenendo primam
opinionem. Senat. Pedemont. deciſ. 29. num. 13. ver-
ſic. Veruntamen in contrarium. in fin. Riminal. iun.
conſil. 1. num. 28. lib. 1. quæ opinio communiter ap-
probatur, vt teſtatur Burſat. conſil. 23. num. 12. con-
ſil. 37. num. 19 & conſil. 91. num. 5. & ſequen. num. 9.
verſic. nec eſt verum. & nume. 10. lib. 1. & conſil. 456.
nume. 24. & 28. lib. 4. & quia allegati Doctores opi-
nionem iſtam rationibus comprobant, & alios pro
93 ea allegant, non eſt curandum † de Ruino ſibi con-
trario, qui in conſil 10. nume. 5. lib. 1. dixit, pœnam
non tranſire contra hæredes, licet Dominus ob igno
rantiam in vita emphyteutæ vel vaſalli noo decla-
rauerit caducitatem nec aliter fuerit conqueſtus.
Hæc enim opinio non eſt ſequenda, quia contraria
eſt magis recepta & etiam verior, ut oſtendunt Do-
94 ctores ſupra pro ea allegati. † Poteſt enim dici, quòd
licet quando emphyteuta vel vaſallus non priuatur
ipſo iure, pœna non tranſeat in ſucceſſores nec con-
tra ſucceſſores, ſecus eſt quando ipſo iure, & abſque
facto hominis caducitas incurritur; tunc enim actio
in ſucceſſores domini etiam non ignorantis, tranſit,
vt ſi emphyteuta vel vaſallus cecidit ob alienatio-
nem factam, irrequiſito domino, prout euenit in ca-
ſu, de quo agitur, quo caſu ipſo iure priuari latè ſu-
pra demonſtraui ita quidem, quòd ſtante caducita-
te incurſa ipſo iure ob alienationem, actio tranſeat
etiam in ſucceſſorem domini, qui illam non declara-
uit, firmant Abb. in cap. fin. numero 6. & 8. de donat.
Bald. in capit. primo. §. Inſuper, numero 7. de prohi-
bit. feud. alien. per Feder. quos ſequitur. Aret. in di-
cto conſilio 14. numero 20. verſic. ſed remanet. Paul.
de Caſtr. in l. omnimodo. in princip. numero 4. in fi.
C. de inoffic. teſta. Alios plures pro eadem ſententia
refert Anton. Gabriel. in tit. de iur. emphyteu. con-
cluſ. 3. in princip. & Burſat. conſilio 252. numero 4.
95 lib. 3. & † eo caſu pęnam tranſire etiam in hæredes
vaſalli ſeu emphyteutæ dixerunt Zaſ. in dicto tract.
de feu. par. 10. de feud. amiſſ. numero 79. verſic. Ter-
tio fallit. Iacob. de Sancto Georgio in tract. de feud.
in verſicu. Dictique vaſalli promiſerunt, numero 53.
verſicu. quod dixi, aſſerens, quòd ita tenet Bald. &
omnes ſequuntur in dicto §. Inſuper. Bero conſil. 98.
numero 38. libro primo. Burſat. conſilio 37. in fine,
libro 1. Et licet Anton. Gabriel. in dicta concluſ. 3. in
fin. referat aliquos diſſentientes à dicta opinione, &
maxime Ruin. in conſilio 35. numero 2. libro primo,
de communi teſtantem; aduertẽdum eſt, quòd Ruin.
non loquitur in caſu in quo pęna ſit commiſſa ipſo
iure, puta per alienationem, ſed quãdo vaſallus fuit
in culpa in non petendo inueſtituram intra tempus
debitum, quo caſu dicit ipſe Ruin. quòd vaſallus
non priuatur ipſo iure: ſed eſt neceſſaria ſententia,
meritò dum Ruin. teſtatur de communi non poteſt
allegari pro contraria opioione, quando caduci-
tas fuit incurſa ipſo iure, ob alienationem, in quibus
terminis opinio iſta videtur magis recepta: ſed quia
ſtante ignorantia, præcedens reſponſio eſt ſolidiſſi-
ma, in hac poſteriori neceſſariò non eſt inſiſtendũ.

Concludo igitur, non obſtantibus adductis in cõ-
trarium, dictum Baptiſtam condemnari debere ad
dimittendum, & relaxandum præfato Illuſtriſſimo
& Reuerendiſſimo Commendatario dicta bona ac il-
lorum poſſeſſionem.

Et ita pro dicto Illuſtriſſimo & Reuerendiſſimo Commendatario iudicatum fuit per Reuerendiſſ. Dominum Dominicum Ottolinum Vicarium tunc Reuerendiſſimi Epiſcopi Peruſini Anno 1578. die 14. Iunij rogato Domino Franciſco Torello Notario Peruſino.

ARGVMENTVM.

Emphyteuta in quibus caſibus iure ſuo priuetur ſi canonem non ſoluit, & an ſufficiat defectus ſolutionis per vnum annum ſi iurauit.

Et numquid excuſetur quando eſt diuerſi fori.

SVMMARIVM.

1 *Canonem fuiſſe ſolutum probari debet per emphyteutam, quia dominus id negans habet fundatam ſuam intentionem.*

2 *Emphyteuta ceſſans in ſolutione canonis priuatur emphyteuſi.*

Sed ſi eſt emphyteuta priuati, opus eſt, quòd ceſſauerit per triennium, nu. 3.

Limita quando emphyteuta non promiſit ſoluere cum iuramento, ſed ſi iurauit, priuatur per defectum vnius anni tantum, nu. 4.

Sublimita in eo, qui iurauit ſoluere, ſecus in hęrede, numero 5.

Quid ſi defecit in re modica, nu. 6. remiſſiuè.

7 *Emphyteuta diuerſi fori ſi non ſoluit canonem ex eo, quia non aderat in eius foro qui illum reciperet, excuſatur à pęna caducitatis.*

Intellige ſi proteſtatus fuit, quòd paratus erat ſoluere, num. 8.

Sed contra quod excuſetur quamuis non fuerit proteſtatus, nu. 9. & de ratione, nu. 18.

Primò fallit hęc ſecunda opinio, ſtante pacto vel conſuetudine in contrarium, nu. 10.

Secundò ſi res emphyteutica erat ſita in foro domini, numero 11.

Tertiò quando canon eſt modicę quantitatis, nu. 12.

Quarto ſi in foro emphyteutę reperiebatur procurator ſeu alius, cui potuiſſet ſoluere, nu. 13.

Quintò ſi dominus aliquando acceſſit ad forum debitoris, num. 14.

15 *Debitor qui promiſit ſoluere cum iuramento tenetur accedere ad domum creditoris, & illi ſoluere aut offerre debitum.*

16 *Iuramentum habet vim interpellationis, & operatur, quòd debitor teneatur ſponte offerre quod debet.*

Et conſtituit eum in mora abſque alia interpellatione, nume. 17.

19 *Debitor diuerſi fori ſi non ſoluit, quando fuit interpellatus, pręſumitur, quòd nec ſoluiſſet antea, etiam ſi creditor in ipſius foro fuiſſet repertus.*

CON-

CONSILIVM LVI.

Illvstrissimvs Dominns Paris de Philippenſibus, prætendens bona aliàs per eum in emphyteuſim conceſſa Domino Peregrino Caporolio de Virerbio, ad ipſum fuiſſe deuoluta, ex eo quod dictus Dominus Peregrinus canonem non ſoluit, & propterea illa ipſi dimitti, ac reſtitui debere, fundaram habet intentionem ex inſtrumento emphyteuſis, in quo Dominus Petegrinus promiſit canonem ſoluere quolibet anno.
1 bet anno. † Nam ſi ſolutio non probatur per emphyteutam, cui onus id probandi incumbit, dominus oegans illum recepiſſe, ſatis probat ſuam intentionem, ſecundum glo. in l. 2. vbi Bald. num. 29. cum ſeq. Salic. nume. 15. & Iaſ. numero 132. cum ſequent. qui de communi teſtatur, C. de iure emphyteut. quam ſententiam communem eſſe dicit etiam Bero. conſilio 152. colum. 1. lib. 1. & latius eam commonem eſſe oſtendit Corbu. in tract. de cauſ. ex quib. emphyteu. tu. ſuo priuat. in tit. de cauſ. priuat. ob non ſolut. canon. quæſt. quarta princ. nume. primo, fol. mihi 253.
2 Et propterea † cum ille emphyteuta ceſſauerit in ſolutione canonis, ab omni iure cecidit, dicta l. 2. C. de iure empbyteut. cap. potuit. locati. quæ concluſio indubitanter procedit in caſu iſto, cum præſupponatur emphyteutam defeciſſe in ſolutione per multos
3 annos, † & emphyteuta priuati ceſſans in ſolutione per trienoium priuatur te emphyteutica, d. l. 2. vbi omnes, quando ſine iuramento promiſit ſolnere ca-
4 nonem † licet quando cū iuramento promiſit ſoluere quolibet anno (prout fecit dictus Dominus Peregrinus) per defectum ſolutionis per vnum annum tātum, omni iure priuatus remanet. Bald. in cap. querelam, de iureiurao. Guiliel. de Benedict. in c. Rainutius, in verb. Teſtamentum, el 3. numero 27. de teſtamen. qui de communi teſtatur. Marſil. ſingul. 226. Bauer. de virt. iurament. in 10. caſ. Alexand. conſilio 85 lib. 1. Crot. conſil. 281. numero 12. cum ſequent. lib. 3. Natt. conſil. 479. numero 11. lib. 3. Seraphin. de Seraphin. de priuileg. iuramen. priuileg. 84 numero 2. Gozadin. qui teſtatur de communi in conſilio 57. numero 10. & 19. verſicul. non obſtant. Rolan. à Val. conſilio 25. numero 23. libro ſecundo. Menoch. conſ. 460. numero 10. lib. 5. & Lauten. Hircon. in ſuis commun. opinio. centur. 2. concl. 7. in verb. emphyteuta. A qua opinione licet diſſentiat Iul. Clar. in §. emphyteuſis, quæſtio. 8. verſic. Et hoc quidem, tamen præcedens opinio eſt communiter recepta, vt conſtat in locis ſupra adductis. quam etiam communem eſſe fatetur ipſe Iul. Clar. in dicto loco, & in eam inclinauit Rot. Rom. vt teſtatur Veral. deciſ. 300. par. 1. Et licet ab hac opinione communiter recepta in iudican-
5 do non videatur recedēdum † viuente primo emphyteuta qui canonem ſoluere promiſit, licet ſi eſſet defunctus, contra eius hæredem ceſſantem in ſolutione per annum vel biennium non procederet, ſecundum Hieronym. Gabriel. in conſilio 66. numero 25. cum ſeq. lib. 2. Tamen in caſu iſto res videtur magis clara cum Dominus Peregrinus, qui emphyteuſim recepit, ceſſauerit in ſolutione canonis ꝑ multos annos, & quia defectus non eſt in re modica, non oportet di-
6 ſcutere nunquid † emphyteuta deficiens in re modica iure ſuo priuetur, quando cum iuramento ſe obligauit, de qua dubitatione ſcripſerunt Benintend. deciſ. 6. Veral. deci. 300. par. 1. Burſat. conſilio 253. nume. 3. cum ſeqq. lib. 3. Gozadin. & alij ab eis allegati, qua de re latius non ſcribo tanquam ſuperflua.

Nec intentioni præfati Illuſtriſſimi Domini obſtare videtur, quòd Dominus Peregrinus ſit diuerſi fori, & ſi canonem non ſolnit, euenerit, quia Dominus Paris non permanebat Viterbij, vbi permanebat em-
7 phyteuta † & quando emphyteuta eſt diuerſi fori, excuſatur à caducitate, etiam quòd ceſſauerit in ſolutione per multos annos, ſi dominus non acceſſit tempore debito ad forum emphyteutæ ad recipiendum canonem, ſecundum Bar. Fulgoſ. & alios, in l. Item illa, ff. de conſtit. pecun. Doctor. in capit. ſignificante. de pignor. & in capit. ex parte de cenſibus. Iaſ. in dicta l. 2. in 37. quæſt. num. 92. Abb. in cap. licet Heli. de Simon. Ruin. conſil. 151. lib. 1. late Rol. à Vall. conſil. 87. lib. 1. & Corbul. in dicto tractatu in tit. de cauſ. priuat. ob non ſolnt. canon. limit. 9. & 15. vbi alios allegat.
8 Et licet † ſecundum aliquos debitor diuerſi fori debeat proteſtari in loco ſui domicilij, quod paratus eſt ſoluere, ſi adeſt, qui canonem recipiat, & proteſtatio debeat redigi in ſcriptis, vt dixerunt Bart. in d. l. item illa, numero 9. Bald. in l. Acceptam, nume. 38. C. de vſur. & ibi Salic. numero 9. Alexan. in l. Non hoc. numero ſexto. C. vnde cognati. & in conſil. 220. in fine, lib. 4. Crot. conſil. 114 nume. 14. lib. 1. Paul. de Caſtro in l. At diem. numero 3. verſic. vltimo, ff. de verb. obligat. Gozad. conſi. 71. num. 7. in fine. Tib. Decian. conſil. 102. num. 27. lib. 3. & latius Rimin. iun. conſi-
9 lio 171. num. 45. cum ſeqq. vſque ad nu 66. lib. 2. † Tamen dicitur, quòd hoc dictum eſt potius de conſilio quam de neceſſitate ad effectum, de quo agitur, nam etſi tutius ſit proteſtari, ad hoc vt conſtet de voluntate emphyteutæ ſoluendi, ſi in loco reperiretur, cui ſolueret, tamen ad effectum euitandi pęnam caducitatis, non eſt neceſſaria hæc proteſtatio, & etiam ea omiſſa, emphyteuta diuerſi fori, qui non ſoluit, ex eo quia in loco non aderat, qui canonem reciperet, excuſatur à caducitate. Aretin. conſil. 161. Ruin. dicto conſil. 151. num. 4. Alexand. conſil. 92. lib. primo. Dec. conſ. 566 in fine, & late Roland. à Val. in dicto conſil. 87. nume. 17. cum ſeqq. Mandoſ. in praxi ſign. grat. in verb. penſiones, verſicu. quęro deſtinata erat penſionis ſolutio. in fine, aſſerens opinionem iſtam eſſe veriorem, & cōem, & ita fuiſſe deciſum in Rota Romana anno 1529. & rurſus anno 1535. Quam opinionem ad effectum euitationis pœnæ priuationis, firmauit iterum eadem Rota anno 1540. vt teſtatur Put. in deciſ. 8. lib. 1. & eam latius rationibus & auctoritatibus confirmat Corbul. in dicta limitat. 9. & 15. Retenta igitur regulariter hac opinione, quę quādo agitur de euitatione pęnæ videtur etiam ma-
10 gis æqua, licet quoad alios effectus non ſit tuta, † niſi aliter per pactum fuerit conuentum, vel adſit conſuetudo, quòd emphyteuta diuerſi fori teneatur accedere ad forum domini, quibus caſibus opinio illa limitari ſolet, vt oſtendit Corbul. in dicta limitat. 15. nu-
11 me. 6. aut res † emphyteutica non ſit ſita in foro domini, quia tunc licet emphyteuta eſſet diuerſi fori, tamen dominus eſſet eiuſdem fori, quod ſufficeret, et ceſſaret cōtraria opinio, vt poſt Bart. in d. l. item illa. aduertit Iaſ. in l. 2. num. 92. C. de iur. empbyt. nihilominus in caſu, de quo agitur, quamuis Dominus Peregrinus eſſet diuerſi fori, non propterea à pœna caducitatis excuſatur.
12 Primo, † quia ſi canon, quem emphyteuta, tenetur ſoluere, eſt modicæ quantitatis (quod ego ignoro, cū inſtrumentum non fuerit tranſmiſſum) non tenetur dominus accedere ad forū empbyteutæ, ne plus habeat incommodi, quam vtilitatis, ſed eo caſu emphyteuta

teota illum ſoluere debet in foro domini, aliàs iure
ſuo priuatur. & ita contraria opinio limitari ſolet, vt
dixit Bald. in l. acceptuos, num. 38. in quæſtio. 12. ver-
ſiculo. Sed numquid, C. de vſur. quem ſequuntur Re-
doan. de rebus eccleſiæ non alienan. quæſtione vige-
ſima, cap. vltim. num. 26. & Corbul. in dicta limit. 15.
num. 6.

Secundo (vt præſupponitur) Dominus Peregrinus
promiſit ſoluere canonem cuidam Domino Iacobo
de Viterbio, donec viueret, pro dicto Illuſtriſſimo Do
m ino Paride, & poſt eius mortem Domini Paridi, &
alijs in inſtrumento nominatis, Ideo ſi non ſoluit Do
mino Iacobo, qui erat eiuſdem fori, non poteſt excu-
ſari, quoniam contraria opinio locum tantum obti-
net, quando in foro emphyteutæ nõ reperitur aliquis
13 cui ſolui poſſit: † Sed quando in eo foro adeſt procura
tor, ſeu alius, cui ſolutio fieri valeat, omnes ſentiunt,
quod emphyteuta non eſt excuſatione dignus, licet
ſit diuerſi fori, quod etiam explicat clare Rim. iun. in
conſ. 546. num. 18. in fi. lib. 5. & Gozad. conſ. 57. nu. 12.
in fin. cum ſeq.

14 Tertio † quia Illuſtriſſimus Dominus Paris pluries
acceſſit ad Ciuitatem Viterbij, quod tunc notum erat
Domino Peregrino, ceſſat ratio de qua ſupra, ob quã
à caducitate excoſari poſſet, cum ſaltem tempore ac-
ceſſus Domini Paridis ad illam Ciuitatem ſolutio ca
nonis fieri debuiſſet, vt in ſpecie conſiderat Gozad. in
dicto conſ. 57. num. 13.

Quarto quoniam Dominus Peregrinus perfectam
habuit ſcientiam, quod Viterbij permanebat dictus
Dominus Iacobus cui ſolutio erat facienda, & quod
multis vicibus ibidem aderat etiam Dominus Paris,
eo ipſo quod non ſoluit, fuit in mora virtute iura-
menti, cum quo ad ſolutionem canonis ſe obligauit,
15 cum debitor, † qui ſe obligauit cum iuramento, tenea
tur accedere ad domum creditoris, & illi ſoluere ſeu
ſaltem offerre debitum. Grat. conſil. 41. in fin. libro 1.
Seraphin. de Seraphio. de priuileg. iuramen. priuileg.
47. num. 2. quod etiam firmauit Gozadin. conſil. 57.
num. 12. cum ſeq. & num. 19. verſic. ad ſecundum. Quæ
16 opinio veriſſima eſt † cum iuramentum habeat vim
interpellationis, & operetur, quòd iurans ſponte of-
ferre teneatur quod debet. Specul. in titulo de aduoc.
§. 1. num. 25. Abb. Anton. de Butr. & alij in cap. breui,
de iureiuran. Iaſ. in l. Quod te, num. 23. & ſequen. ff. ſi
17 cert. petat. Natta conſ. 262. num. 20. libro 2. Et † quod
iuramentum habeat vim interpellationis, & conſti-
tuat debitorem in mora abſque alia interpellatione,
probant Dec. in dicta l. Cum te, in 2. lectur. num. 43.
Gozadin. in dicto conſil. 57. num. 11. cum ſeq. Cephal.
conſil. 118. num. 19. libro 1. quæ opinio communiter
approbatur, vt teſtantur Anton. Gabriel. in ſuis con-
cluſ. in tit. de iureiuran. concluſ. 2. Rolan. à Val. conſil.
77. num. 19. libro 1. Rim. iunior conſil. 37. num. 64 cum
ſequen. libro i. & Seraphin. de Seraphin. in dicto pri-
uileg. 47. num. 1. cum ſeqq. qui alios plures huius ſen-
tentiæ allegant. Merito ſtante eius mora non eſt di-
gnus excuſatione.

Poſtremo licet prędicta intentionem Domini Pari
dis ſatis iuſtificent, nihilominus ad maiorem corro-
borationem conſiderandum eſt, quod ſi Dominus Pere-
grinus ſtatim atque conuẽtus fuit ad inſtantiam Do-
mini Paridis, vt bona emphyteutica dimitteret, & ca
nonem pro tempore præterito ſolueret, illum nõ ſol-
uit, ſeu realiter obtulit, ex hac ſola ratione, ſi aliæ ceſ-
18 ſarent, iure ſuo priuatus eſſet, † quoniam opinio illa,
quæ habet, quòd emphyteuta diuerſi fori non incidit
in commiſſum, ſi nõ ſoluit, nec proteſtatus fuit, ea tõ-
re fundatur, quia abſque alia proteſtatione, præſumi
tur, quod fuerit paratus ſoluere, ſi adfuiſſet, qui ca-
nonem reciperet, vt dixerunt Ruin. conſil. 151 num. 6.
lib 1 Alex. conſ. 92. num. 12. verſi. Nec expedit, lib 1. &
alij qui pro opinione illa allegantur, quæ ratio ſatis
remouetur in caſu, de quo agitur, ſi emphyteuta non
19 ſoluit, nec obtulit, quando fuit conuentus, † quia præ
ſumptio exoritur, quod ſicut non ſoluit, quando iudi
cialiter fuit interpellatus, minus ſoluiſſet tempore
debito, etiamſi in eius foro fuiſſet repertus dominus
Paris, aut alius, cui ſolui potuiſſet. ar. eorum, quæ ad-
ducuntur per Roman. in ſing 401. incipien. Alio ſero.
Dec. conſilio 241. numero 2. verſicu. Et iſta concluſio.
& num. .. & in l. Qui in alterius, num. 8. cum ſeqq ff. de
reg. iur.

Ex quibus concluditur bona emphyteutica deuo-
luta fuiſſe ad dictum Illuſtriſſimum Dominum Pari-
dem, eique reſtituenda eſſe, & conſequenter in iudi-
cio moto contra dictum Dominum Peregrinum ob-
tinere debere.

*Vt audiui ita iudicatum fuit pro dicto Illuſtriſſimo Do-
mino Paride anno 1582. die 17. Septembris per Dominũ
Auditorem Reuerendiſſimi Domini Vicelegati Ciuitatis
Viterbij.*

CONSILIA XXII.

De vltimis voluntatibus.

ARGVMENTVM.

Conditio ſi deceſſerit ſine filijs, & quando deficiat per ſuperexiſtentiã feminę.

SVMMARIVM.

1 *Filia non continetur appellatione filiorum proprie, ſed per interpretationem extenſiuam.*
Sed contra nu. 23. cum ſeqq.
2 *Maſculinum non concipit femininum niſi per extenſionem.*
3 *Verba teſtatoris intelligi debent proprie.*
4 *Verba conditionis proprie & ſtricte ſunt intelligenda.*
5 *Verborum à proprietate non eſt recedendum, niſi manifeſtum ſit teſtatorem aliud ſenſiſſe.*
6 *Subſtitutio ab inſtitutione declarationem recipit. Sed contra nu. 36*
Et declaratur nu. 54. & ſeq.
7 *Teſtamenti vna pars aliam declarat, niſi adſit diuerſa ratio nu. 35.*
8 *Teſtator qui ab vniuerſali inſtitutione excluſit feminas de eis in ſubſtitutione ſenſiſſe non præſumitur.*
9 *Teſtator ſi inſtitutis maſculis vniuerſaliter, & filia in re certa, decedente altero ex filijs ſiue liberis, ſubſtituit ſuperuiuentes, cenſetur tantũ ſubſtituiſſe maſculos, quia ſicut eos prætulit in inſtitutione, cenſetur prętuliſſe in fideicommiſſo.*
10 *Teſtator, qui in vna parte teſtamenti mentionem fecit de maſculis, cenſetur de eis ſenſiſſe etiam in alijs partibus.*
Sed contra nu. 32.
Et declaratur, num 33. & ſeqq.
11 *Voluntas teſtatoris potius attendenda eſt, quam qualitas verborum, quæ protulit teſtator.*
12 *Teſtator præſumitur magis diligere filias, quam neptes, & magis filium quam nepotem.*
13 *Teſtator, qui excluſit ab vniuerſali ſucceſſione filias natas, magis cenſetur voluiſſe excludere neptes non natas, & minus dilectas.*

14 *Teſtator, qui ab vniuerſali inſtitutione excluſit filias, maſculos inſtituendo, & ſubſtituendo, cenſetur voluiſſe cōſeruare bona in agnatione. Et nu. 16.*
Declaratur nu. 66.

15 *Argumentum ex lege ad vltimas voluntates ſumitur.*

16 *Statutum excludens feminas propter maſculos cenſetur id facere vnica ratione conſeruandi bona in agnatione.*
Sed contra nu. 69. vbi declaratur.

17 *Teſtator præſumitur conformare voluiſſe diſpoſitionem ſuam cum diſpoſitione ſtatuti.*
Declaratur, nu. 71. cum ſeq.

18 *Filia cenſetur excluſa à teſtatore, quando in loco viget ſtatutum excluſiuum feminarum propter maſculos.*
Declaratur nu. 72. cum ſeq.

19 *Teſtatori & non grauato ſuccedimur in fideicommiſſis.*

20 *Teſtator reſpectu ſuæ ſucceſſionis præſumitur voluiſſe admitti illos, qui ab inteſtato ex diſpoſitione ſtatuti vocantur.*

21 *Statutum excluſiuum feminarum deſeruit ad interpretationem voluntatis teſtatoris, vt ſicut in ſtatuto conſideratur ratio agnationis, ita per teſtatorem conſiderata præſumatur.*

22 *Neptis non facit deficere conditionem illam, ſi deceſſerit ſine filijs, nec ſubſtitutum excludit, quando teſtator ab vniuerſali ſucceſſione excludit filias, & maſculos ſubſtituit, & in loco viget ſtatutum excluſiuum feminarum.*
Sed contra per totum, vbi declaratur.

23 *Maſculinum concipit femininum in vltimis voluntatibus, ſi non apparet de contraria mente teſtatoris.*

24 *Filia facit deficere conditionem illam, ſi deceſſerit ſine filijs, & ſubſtitutum excludit cum pluribus ſeq.*

25 *Conditio ſi deceſſerit ſine filijs pluralis numeri deficit etiam per ſuperexiſtentiam vnius tantum filiæ.*

26 *L. 1. C. de cond. inſert. quæ loquitur de conditione, ſi deceſſerit ſine liberis, procedit etiam in conditione ſine filijs.*

28 *Verbum continetur, oſtendit propriam ſignificationem.*

29 *Verbum, eſſe, arguit ſignificationem eſſe propriam.*

30 *Filia etiam ex proprietate verbi continetur appellatione filiorum in conditione concepta negatiuè.*
Vel ſaltem ex communi vſu loquendi, nu. 31.

37 *Nepotes ex filio naturali non ſuccedunt auo ab inteſtato, ſiue extet legitima ſoboles, ſiue non, num. 60.*

38 *Auus exiſtente legitima ſobole non poteſt plus relinquere nepotibus legitimis ex filio naturali, quam relinquere potuiſſet eorum patri.*

39 *Teſtatoris mens talis præſumitur, qualis de iure eſſe debuit.*

40 *Teſtator in portione vni ex filijs relicta præſumitur prædilexiſſe deſcendentes illius potius quam alios filios.*

41 *Patrem relicturum bona filijs præſumitur.*

42 *Teſtator præſumitur grauare hæredem minus, quam ſit poſſibile.*

43 *Grauatus defecta conditione per ſuperexiſtentiam filiorum, de bonis ad libitum diſponere poteſt. Et nu. 65.*

44 *Neptis facit deficere conditionem illam, ſi filius deceſſerit ſine filijs, etiam quod teſtator excluſerit proprias filias ab vniuerſali ſucceſſione, & per ſtatutum loci excludantur feminæ propter maſculos.*

45 *Naturales filij non conſequuntur iura agnationis, nec ſunt de domo & familia parentum.*

46 *Filij illegitimi retinent tantum iura cognationis, ita vt matri, & attinentibus ex eius latere ſuccedant dummodo non ſint nati ex damnato, & punibili coitu.*

47 *Filij nati ex filio illegitimo non retinent iura agnationis.*

48 *Auus poteſt inſtituere nepotes legitimos ex filio illegitimo, deficiente eius legitima ſobole.*

49 *Auus relinquens aliquid nepotibus incognitis, filij contemplatione reliquiſſe præſumitur.*

50 *Feminas facere deficere conditionem illam, ſi hæres deceſſerit ſine filijs indubitatum eſt, quando conſtat teſtatorem non habuiſſe rationem conſeruandi agnationem.*
Et etiam quando fuerunt ſubſtituti tranſuerſales. cum ſequen.

51 *Extranei omnes appellantur præter aſcendentes, & deſcendentes.*

52 *Communis vſus loquendi præfertur etiam propriæ ſignificationi.*

53 *Voluntas teſtatoris interpretatur ſecundum communem vſum loquendi.*

54 *Filiæ non includuntur in ſubſtitutione, quando teſtator inſtituit filios maſculos, & decedente filio ſine filijs maſculis, ſubſtituit fratres, & eorum filios.*

55 *Conditio non declaratur ex inſtitutione.*

56 *Filia excluſa, cenſetur excluſa neptis, quando coniungitur defuncto ex perſona excluſa.*
Secus ſi coniungitur ex perſona filij.
Item non excluditur neptis, quando in ea adeſt diuerſa ratio, num. 57.

58 *Grauati, & non teſtatoris ſucceſſio attenditur in conditione illa, ſi deceſſerit ſine filijs, ad cognoſcendum, numquid ſtante ſtatuto excluſiuo feminarum teſtator intellexerit de maſculis tantum.*

59 *Filijs poſitis in conditione cenſetur tantum reſeruatum ius ſuccedendi ab inteſtato patri; & bona à patre habere dicuntur, num. 62.*

61 *Nepotes legitimi ex filio naturali feminas non excludunt vigore ſtatuti.*

63 *Nepotes ex filio, qui ab auo nihil habuerunt, ſi faciunt deficere conditionem, non propterea dicuntur eſſe melioris conditionis, & magis dilecti quàm fuerint filiæ dotatæ, & in re certa inſtitutæ, licet ab vniuerſali ſucceſſione fuerint excluſæ.*

64 *Filia excluſa per ſtatutum, quamuis non fuerit inſtituta à patre, non poteſt dicere teſtamentum nullum.*

67 *Ratio conſeruandi agnationem, quæ tacite ex coniecturis elicitur, non extenditur, ſed tam excludendo quam includendo militat ſolum inter perſonas expreſſas, & caſus expreſſos.*

70 *Statutum excluſiuum feminarum non extenditur de perſona ad perſonam etiam vigore rationis expreſſæ.*

73 *Statutum Peruſinum excluſiuum feminarum, vel aliud ſimile, locum tantum habet ab inteſtato, non autem condito teſtamento.*

75 *Statuentium mens, dum excludunt maſculos propter feminas, fuit tantum prouidere maſculis in caſu, in quo ſine teſtatoris prouiſione bona deuoluebantur ad alios.*

76 *Grauatus ſub conditione, ſi deceſſerit ſine filijs, & ab inteſtato, licet filios non habeat, poteſt facere teſtamentum, & in totum excludere ſubſtitutum.*

77 *Opinio Doctoris non dicitur, quando in ſpecie articulum non diſputat, ſed aliquid perfunctorie dicit ad comprobationem eius opinionis, quam alijs fundamentis probat.*

78 *Doctores qui allegantur ad probandum neptes non facere deficere conditionem illam, ſi deceſſerit ſine filijs, in quibus caſibus loquantur vſque ad finem conſilij.*

79 *Opinioni vltimæ alicuius Doctoris eſt ſtandum.*

CONSILIVM LVII.

MAGNIFICVS Dominus Petrus Galeatius de Taſſis Peruſinus in ſuo teſtamento iure inſtitutionis reliquit eius filiabus dotes, prohibens ne plus petere poſſent. & iure legati reliquit nōnulla bona Bartholomæo eiuſdem filio naturali, & hęredem vniuerſalē inſtituit Magnificum Dñm Flammioium filium legitimum, & naturalem.

Google

ralem. Et ſi deceſſerit ſine filijs legitimis & naturali-
bus,eidem ſubſtituit filios maſculos legitimos & na-
turales dicti Bartholomæi. Et ſi filij maſculi dicti Bar
tholomæi decederent ſine filijs legitimis & naturali-
bus,ſubſtituit filios maſculos Giſberti,Caroli Mariç,
& Antonij fratrú teſtatoris. Deceſſit Bartholomæus
ſine filijs, viuente D.Flamminio, qui D. Flamminius
duas tantum filias feminas ſuſcepit.

Modo dubitatur,numquid poſt mortem dicti Do.
Flamminij locus erit ſubſtitutioni in fauorem filiorũ
fratrum teſtatoris, vel potius filiæ feminæ ipſius Do.
Flamminij,quatenus patri ſuperuiuant, faciant defi-
cere conditionem,ſub qua Dominus Flamminius gra
uatus fuit,ſubſtitutiſque ſint præferendæ.

In qua dubitatione videtur reſpondendum ſubſti-
tutos ad fideicommiſſum admittendos fore, exclusis
filiabus Domini Flamminij.

Primo quia teſtator grauauit Dominum Flammi-
nium,ſi deceſſerit ſine filijs, & licet filiorum appella-
1 tione filia contineatur,† id non eſt ex proprietate ſer-
monis,ſed per interpretationem extenſiuam,l.iuſta,
l.quiſquis, & l.pronunciatio,ff.de verb. ſignific. Bart.
in l.1.col.fin.verſic.Sed quæro,ff.de pecul.& in l.1.ff.de
verb.ſignific.Fulgoſ.conſ.18.num.1.Bart. Ang. & Sa-
lic.in l.quicumque, C.de ſeru.fug. Gem.in cap. in ge-
nerali, de elect.in 6.Goaad. conſ.89.ſub num.12. So-
cin.iun.conſ.168.num.26.& 27.lib.2.Alexan.conſ.61.
col.1.ver.Sed iſtis non obſtantibus.lib.1. Corn.conſil.
275.num.5.lib.4 Socin.ſenior conſil.73.num.3. lib.4.
2 & † maſculinum non concipit femininum niſi per ex-
tenſionem, glo. in l.ſeruis legatis, in verb. commune
nomen,ff.de leg.3.Doctores in d.l.1. ff.de verb.ſignif.
Bald.in l.vltima,col.1.verſic.Item propria locutio, ff.
de hæred.inſtit.Angel.conſ.345.num.4.Signorol.con
ſil.153.num.9.late Tiraquel.de retractu conſang.§.1.
glo.9.num.180.cum alijs adductis per Tibe Decian.
conſil.74 num.5.& ſeqq.lib.3. vbi de communi teſta-
3 tur.& quia † verba teſtatoris proprie intelligi debent,
l.non aliter,ff.de leg.3.l.3.in fi. C.de lib præterit.Bar.
in l.1.C.de condit.inſert.Socin.in l.in ambiguo,nu.7.
ff.de reb dub.Dec.in l.non omnis,ff.ſi cert.pet.præſer
4 tim in conditionibus.† cuius verba ex natura condi-
tionis ſunt proprie & ſtricte intelligenda, l.qui libe-
ris,§.hæc verba,ff.de vulg. & pupil.l.Mæuius, & l.qui
hæredi,ff.de cond.& demonſtr.Bart.in l.penult.§.bo-
norum,ff.ad Trebel.Ruin.conſ.110.num.13.lib.2.Rol.
à Vall.conſ.14.nu.6.lib.3.Femina in conditione con-
cepta ſub illis verbis non continetur,nec illam defice
5 re facit, quia † à proprietate verborum recedendum
non eſt, niſi manifeſtum ſit aliud ſenſiſſe teſtatorem,
l.non aliter,ff.de leg.3.l.1.in fi.C.de cond.inſert. Dec.
conſ.13.num.6.Cephal.conſ.306.nu.37.lib.3.& ideo
dixit Socin.iun.in dicto conſ.168 nu.27.& ſeq. lib.2.
eum qui dicit teſtatorem de filiabus quoque ſenſiſſe,
probare debere, & eum ſequitur Cephal. conſil.752.
num.11.lib.5.

6 Secundo pro ſubſtitutis facit,quod † ſubſtitutio re-
cipit declarationem ab inſtitutione,l.1.C.de impub.
& alijs ſubſtit.§.etſi ea diſparibus,Iuſtitut.de vulgar.
ſubſtit.l.quia liberis,in fi. ff.eodem tit. l.Lucius,§.pa-
ter puerum,ff.ab Trebel.Oldrad conſ.107 col.3. ver.
Sed cum omnis. Dec. conſil.480.num.12. Pariſ. con-
ſil.18.num.75.libro 2.Rolan.à Vall.conſil.34.num.34.
lib.4.Rimin.iunior conſil.147.num.60.libro 2.& con-
7 ſil.252.num. 50.libro 3.† & vna pars teſtamenti a-
liam declarat, l.verum, ff.de petit. hæred. l. qui filia-
bus,in princ.& ibi Iaſ.ff.de legat.1.Abb.conſ.36.col.
8 fin. libro 1. Dec. conſil.495. num.10.& ſequen.† Sed
in inſtitutione teſtator ab vniuerſali ſucceſſione ex-
cluſit filias propter filium maſculum, ergo in condi-
tione illa, ſi deceſſerit ſine filijs, de maſculis ſenſiſſe
præſumitur,ſecundum Iaſ.conſ.140.num.29.verſicul.
Octauo,& conſil.141.num.33.& ſeq.lib.2.Gozadin.
conſil.89.num.6.Neuizan.conſ.33.num.7.& ita poſt
eos hoc argumento vtuntur Menoch. conſil.95. num.
79.& ſequen.libro 1.& conſil.150.num.44 & ſequen.
9 libro 2. & Tob. Non. conſil.36. num.9.† Et eos quos
prædilexit in inſtitutione, cenſetur prædilexiſſe in
ſubſtitutione. Bartol.in l.fin. ff.ad Trebellian. vbi di-
xit, quod ſi teſtator habens quattuor filios inſtituit
eos vniuerſaliter, & filiam in certa quantitate, & ſi
alter ex filijs deceſſerit ſine filijs, ſubſtituit ſuperui-
uentes,iſtud vltimum verbum reſtringi debet ad ma-
ſculos, & ſub illo filia non continetur, quia ſicut teſta
tor prætulit maſculos in inſtitutione, ita videtur vo-
luiſſe eos præferre in fideicommiſſo, & ita poſt Bart.
dixerunt Dec.conſ.304.col.1.Iaſ.conſ.220.nu.9. ver-
ſic.Quinto,& num.25.libro 2.Curt.iun. conſil.11.col.
penult.& ſeq. libro 1.& Rol.à Vall.conſ.82.num.29.
& ſequen.libro 3.

Tertio eadem intentio comprobatur ex eo, quod
teſtator, dum ſubſtituit filios maſculos Bartholo-
mæi filij naturalis, & filios maſculos fratrum teſta-
10 toris, ſemper maſculinitatis mentionem fecit.† Et
quando teſtator in vna parte teſtamenti mentionem
facit maſcolorum, de eis in alijs partibus ſenſiſſe præ
ſumitur. Abb. conſil.36. colum. fin. num.3. libro pri-
mo.Iaſon conſilio 69.in fine libro tertio. Ruin. conſi-
lio 83.in fine,conſilio 99. numero 9.conſilio 134. nu-
mero 19. libro ſecundo. Curt. iunior conſilio 112. nu-
mero quarto, & conſilio 113. numero octauo libro 2.
Socin.iunior conſil.90.num.17. lib.1.Dec. conſil.370.
num.4. cum alijs adductis per Menoch. dicto conſil.
95.num.81.

Quarto eo magis hæc opinio pro maſculis videtur
11 recipiẽda,† quia in vltimis volũtatibus, & præſertim
in conditionibus & ſubſtitutionibus attendenda eſt
potius voluntas teſtatoris,quam qualitas verborum,
quæ protulit teſtator,l.in conditionib.vbi Bar.& Soc.
ff.de cõd.& demon. l.pater Seuerinam, §.condi ff.eo.
tit.l.pen.ff.de leg 1.l.fideicõmiſſa,§ hæc verba, de leg.
3.Voluntas enim totum facit, l.ex facto,la grande,ff.
de hær.inſt Et voluntas ſemper dominatur, l.cum vi-
rum,C.de fideic.l.pen.ff.de leg.1.l.quiſquis, ff.de leg.
3.not.in l.pater filium,§.penul.eo.tit. Et non intentio
verbis,ſed verba intentioni deſeruire debent,c.huma
næ aures,32.q.5.c.in his,de verb.ſign.late Rol.à Vall.
conſ.82.n.24.& ſeqq.lib.3.Sed in caſu de quo agitur,
teſtator habens filios maſculos & feminas,dum ma-
ſculum vniuerſalem hæredem inſtituit, filias vero ab
vniuerſali ſucceſſione excluſit,credendum eſt in con-
ditione illa,Si deceſſerit ſine filiis, de maſculis tãtum
12 intellexiſſe,neptesque ea filio excludere voluiſſe;† Et
enim teſtator cenſetur magis diligere filiam quam
neptem,& magis neptem quam proneptem, l.ſi viua
matre, C.de bon.mater. Et maiorem affectionem ha-
buiſſe erga filias natas,quam erga neptes naſcituras,
quæ tempore teſtamenti non erant in rerum natura,
l.qui filiabus,ff.de leg.1. l.Titius,& l.idem tutor, ff.de
13 ſuis & leg.† Vnde quia excluſit proprias filias natas
tempore teſtamenti, et magis dilectas, credendum
eſt voluiſſe excludere etiam neptes minus dilectas,ne
illæ ſint melioris conditionis, quam eſſent filiæ pro-
ximiores,l.Publius,§.1.ff.de condit.et demonſtr.d l.ſi
viua matre.Et ita in propoſito argumentatur Fulgoſ.
Paul.de Caſt.et Corn.in l.1. C.de cond.inſert. Fulgoſ.
conſ.18.col.3.Curt.iun.conſ.11.col.pen.libro 1. Dec.
conſ.15.num.5.et in l.2.num.98.verſic. Et exemplum,

ff. de regul.iur.Pariſ.conſil. 53. num. 27.& 34. libro 3.
Ruin. conſil.93.num.8.& 16. & conſ.99.num.8. lib. 2.
late Menoch. d conſil.95. num.28.& ſeqq.& Cephal.
conſ. 306.nu 61.& ſeqq.lib.3. Gerard. Mazol.conſ. 5.
num 43.& ſeqq.
14 Quinto contra feminas conſiderandum eſt,† quod
dum teſtator filias ab vniuerſali inſtitutione excluſit
filium maſculum inſtituit, & maſculos ſubſtituit, ea
tantum ratione id feciſſe cenſetur,quia volebat bona
ſua in agnatione conſeruari,quæ per maſculos, & cũ
diuitiis conſeruantur,l.pronunciatio.ff.de verb.ſign.
l.1 §.pen. ff de ventr inſpic. & in propoſito notat Iaſ.
conſ.141. col 6 ver. Tertio pro eadem parte, & col.8.
ver.Septimo prædicta,lib.2. Ruin.conſ. 139. num.17.
lib.3.Tib. Dec.conſ.74.nu.20.& ſeq.lib.3. quæ conie-
ctura confirmari videtur ſecundum Mant.in tract.de
15 coniect.vlt.vol.lib 11.tit. 14.num. 14.† ducto argumen
to ex lege ad teſtatoris voluntatem, quo argumento
vtuntur Bart.in l. 1.C.de his quib.vt indign.& alitre.
16 lati per Crau.conſil. 291. num. 5. lib. 2. † nam quando
ſtatutum ſimpliciter excludit filias à ſucceſſione pro-
pter maſculos nulla cauſa expreſſa, intelligitur id fe-
ciſſe fauore agnationis conſeruandæ, & hæc ratio tã-
quam vnica habetur pro expreſſa, ex eaque ſumitur
argumentum ad ſtatuti interpretationem, Io. Andr.
in addit.ad Specul.in rub.de ſucceſſ.ab inteſt.ver. Eſt
ſciendum.Bal.in l.quod vero,ff.de legi. Ales.conſ.89.
num.4.lib 6.Socin.ſen.de communi,conſil. 1.num.38.
39.44. & 53.lib.1. quam etiam communem appellat
Curt.iun.in conſil.87. num.1.lib.2. Vnde idem dicen-
dum eſt in diſpoſitione teſtatoris, vt ſcilicet teſtator
fauore agnationis conſeruandæ feminas excluſerit,
& maſculos inſtituerit, ac ſubſtituerit, & conſequen-
ter dum grauauit filium,Si deceſſerit ſine filiis,de ma
ſculis tantum ſenſerit, non de feminis quæ agnatio-
nem non conſeruant, cum tranſeant in alienas fami-
lias,vt ſcribunt Io.de Anan.conſ.4.nu.2.& ſeq. Doct.
in l.venia,C.de in ius vocan. Soc.iun.conſ. 1. num.44.
lib. 1.Crauet. conſ. 180.lib.1.& conſ.250. lib.2. Et ita
hanc coniecturam in ſpecie propoſitæ quæſtionis de-
ducunt Dec.conſ.15.num.2.ver.Teſtator ergo.Socin.
iun. conſ. 168. num.38. & 39. lib.2. Mant. in d.tit. 14.
num. 14.Menoch.d.conſil.95.num.51.& ſeqq.lib.1.&
conſ.150.num.33.lib.2. Tiber.Dec.conſ.74. num.20.
& ſeqq.lib.3.
Sexto quia in Ciuitate Peruſiæ viget ſtatutum ex-
cluſiuum feminarum propter maſculos, ex eo valde
17 intentio maſculorum comprobatur.† Cenſetur enim
teſtator excludendo feminas, & vocando maſculos,
voluiſſe ſe conformare cum diſpoſitione ſtatuti. Bart.
in l hæredes mei,§.cum ita,num.4 ff. ad Trebel. Bald.
in c.in præſentia,num.11.de probat. Alex.in l.3.num.
5.ff.de leg. 1.Ripa in d.§.cum ita,nu.75.Iaſ.in l.ſi quis
18 id quod,num. 18.ff.de iuriſd.omn.iud. Et† ſicut ſtatu-
tum fauore agnationis admittit maſculos excluſis fe
minis, ita teſtatorem voluiſſe filios maſculos filii gra
uati ſuccedere,filiasque excludi. Alex.in l.Gallus,§.1.
num 12. ff.de liber. & poſthum. Alciat. de præſumpt.
reg 3 præſump.32.in prin. Alber. Brun.de ſtat. quod
ſtant. maſcul.art.6. mem.3.q.5.num.89. Et in termi-
nis ita diuertunt Paul.de Caſt.conſ.409.lib.2.Iaſ.in d.
l.ſi quis id quod, num.18. & conſ.140.num.32. verſic.
Nono facit,lib.2. Dec conſ.495.nu.14. Soc.iun. conſ.
168.nu 68.& ſeqq.lib.2.Tiraq.in l.ſi vmquam, in ver.
ſuſceperit liberos, nu.101. vbi alios allegat, C.de re-
uocan.donat.Rub. Ales.conſ.150.num.4. Pariſ.conſ.
48.nu.9 lib.2. Grat.conſ.53.nu.29.cum duobus con-
filijs ſeqq lib.1.Mand.de Alba conſ.19.nu.10. Zuccar.
in l.fi.n.85.C.de edict.diui Adr.toll.Soc.ſen. conſ. 51.
num. 38 lib.4.Corn.conſil.1.nu.28.in fin.& ſeqq. li.4.
& conſ. 22.nu.13.lib. 2. Crot.conſil.1.nu.50.lib.1.Be
ro.conſ.112.num.12.& ſeqq.lib.2.Ruin.conſ.120.nu.
5.lib.1.& poſt alios multos hanc coniecturam volun
tatis teſtatoris ex ſtatuto reſultantem pro maſculis
approbauit Mant.in d.tit.14.nu.15.Menoch. d.conſ.
95.nu 60. & ſeqq.lib.1.& d.conſ.150.num.39.lib.2.
Cephal.conſ.306.num.75.& ſeqq.lib.3. & conſ.752.
nu.20.& ſeqq.lib.5.Tib.Dec.d.conſil.74.nu.20.Tob.
Non. conſ.36.num.12. & ſeq.& Sforz.Odd.in tract.
compend.ſubſtit.par.6.ar.4.in 2.limit.fol.195.
Et quamuis ſtatutum nõ excludat filiam ab hære-
ditate patris propter illos ſubſtitutos, hoc non vr
obeſſe,quia ſufficit ſubſtitutos eſſe tales, qui exclude
19 rent nepotes ab hæreditate aui teſtatoris,† cum enim
ſimus in fideicommiſſis, in quibus nõ ſuccedirur gra
uato,ſed teſtatori,l.cohæredi, §.cum filiæ, ff.de vulg.
& pup.l.vnũ ex familia,§.1.ff.de leg.2. Bar.in l.ſciã,
in fi.ff.de leg.hæred.Alex.conſ.1.col.2. verſ. Nec ob-
ſtat,li.1.Satis eſt feminam excludi per ſubſtitutos ab
20 hæreditate teſtatoris,† quia præſumitur teſtatorem
reſpectu ſuæ ſucceſſionis voluiſſe admitti illos,qui ab
inteſtato ex diſpoſitione ſtatuti vocantur, & ita fidei
commiſſo locum eſſe, vel non ſecundum quod ſuper-
ſunt perſonæ, quæ ipſi teſtatori ab inteſtato ſucce-
dunt,vel non ſuccedunt,vt declarant Soc.ſen.conſ.6.
in fi.lib.3.conſil.33.num.3.& 4. libro 4 Zuccard.in l.
fin.nu.85.C.de edict diui Adr.toll. Soc.iun. cõſ. 168.
0.70.& ſeqq.lib.2.Rui.conſ.146.n.5. in fi.li.2. Goza.
conſ.89. n.10.in fi. & ſeq. cum alijs quos referunt &
ſequuntur Menoch.d.conſ.95. nu.63. ver. Nec huic,
& nu 64.Tob. Non.conſil.36.nu.14.Tib.Decian.con
ſil.74.num.31.& ſeqq.multis vbi latè & Mantic.in d.
21 tit.14 num.16. verſic.ſecundo. Præterea† dicitur præ
ſumptionem deſumptam ex ſtatuto deſeruire ad de
clarationem voluntatis teſtatoris, conſiderando,
quod quemadmodum in ſtatuto ad excluſionem fe-
minarum conſideratur ratio conſeruandæ agnatio-
nis,ita teſtator,qui filias excluſit ab vniuerſali ſucceſ
ſione propter maſculos,videatur reſpexiſſe ad decus
familiæ,& rationem conſeruandæ agnationis, & ea-
dẽ ratione etiam nepotes excludere voluiſſe,& exclu-
ſio neptum non fit in caſu iſto per ſtatutum ſimplici-
ter,ſed per voluntatem teſtatoris, qui intuitu & con
templatione familiæ filias proprias excluſit,taléque
fecit ſubſtitutionem,ut poſt Soc.iun.conſ.168.nu.69.
ver.Nec obſtat,lib.2. declarat Mant. in d.tit.14.n.16.
Poſtremo contra nepotes multum facit auctoritas
22 Doctorum,qui reſponderunt † in conditione conce-
pta ſub illis verbis.Si deceſſerit ſine filijs, non conti-
neri neptẽ ipſamq; non facere deficere conditionẽ,
quãdo teſtator excluſis filiabus ab vniuerſali ſucceſ-
ſione maſculos inſtituit,extatq; ſtatutum excluſiuũ
feminarum propter maſculos, quam tenuerũt Caſt.
Fulg. Cuman. Soc.ſen.Cato Saccus.Iacob.Put.Aret.
Barb. Ale. Rim.ſen.Caccialup.Io.Petrut.de Monte-
ſperel.Ambroſis Opizonius.Lancel. Decius,Soc.ſen.
Cur.ſen.Calcan.Aloiſius Tintor. Ambroſius de Ad-
uocatis. Iaſ. Dec.Cur.iun.Corn.Bal. Nouel. Gozad.
Alciat. Diu. Bar. & Fel. quos refert, & ſequitur Soc.
iun.in conſ.168.n.84.& ſeqq.li.2. Eãdem opinionem
ſequitur Gerar.Mazzol.conſ.5.nu.66. qui vltra præ-
dictos ꝓ dicta opinione allegat Crot.Grat.Elephan
tutium,Saluiolum,Gammaru,Pepum,Salam,Palæot
tum.Ruin.Pariſ.& Brun. idem firmant Rolan. à Val.
conſ.82.per totum, præſertim nu.33. lib.3. Menoch.
conſ.95. lib.1. vbi num.91. dixit idem tenere Neuiz.
Mattheium,Boſſi.Corrad.Mallinm.Cepol. Alc.Hier.
Alban.Didac. Couar.& Ari. Pinel. & in conſ.150.li-
bro

bro 2. vbi nu. 54. vltra 53. Doctores ab eo allegatoa
in d.conſ.95 allegaret etiam Bal.Brun. Ruber.Duran.
Tob. Non.Hiero Gabr.Zanch.Sforz Odd.Burſat. &
Rot.Rom. Eãdem opinionem late cõprobant Mant.
de coniect.vlt.vol.lib.11.tit.14.nu.52.verſ.Et hæc qui
dem Tib.Dec.conſ.74.per totũ lib.3.& Cephal.conſ.
306.lib.3.& conſ.752. lib.5. in quibus locis multi de
communi teſtantur, referuntq; ita etiam conſuluiſſe
fere omnes aduocatos Romanæ Curiæ, & Collegiũ
Florentinum. Ex quibus apparere videtur opinionẽ
iſtam eſſe communiter approbatam, cum pro ea alle
gentur Doctores 64. & vltra eos præſupponatur ita
iudicaſſe Rotam Romanam, ac conſuluiſſe aduoca-
tos Romanæ Curiæ & Collegium Florentinum.

Verum prædictis non obſtantibus in caſu, de quo
agitur contrarium de iure reſpondendum arbitror,
quod ſcilicet poſt mortem D. Flamminij eius filiæ fa
cient deficere conditionem illam, Si deceſſerit ſine
filiis, ad exclusionem ſubſtitutorum.

Et primo ad id dicendũ moueor ex eo, quod teſta
tor ſubſtituit, ſi D. Flamminius deceſſerit ſine filijs;
Et licet verbum illud, filiis, ſit maſculini generis, ni-
hilominus ſub eo continentur etiam filiæ feminæ,
23 quia † in vltimis voluntatibus maſculinum concipit
femininum, ſi de contraria mente teſtatoris non ap
paret, l.ſi ita ſcriptum, ff.de leg 2.l.Lucius, §.quæſitũ,
ff.de leg.3.ibi, Niſi aliud ſenſiſſe teſtatorẽ probetur,
l.qui duos, in fi.& l.ſeruis legatis, in prin.eo.tit Bart.
in l.1.ff.de verb.ſign Doct.in c.generali, de elec in 6.
Soc.iun. conſil.168. nume.13. lib.2.Iaſ. in l.ſi quis id
quod, in 9.limit.ff.de iuriſd.omni.iud.Dec.in l.2.nu.
90.ff.de reg.iur.Odofred. Sal.Cuma. Corn. Pariſ. &
alij multi relati per Ant.Gabr.in tit. de verb. ſignifi.
concluſ.6.nume.7.& ſeq.Et filiorum appellatione ẽe
filiæ continentur, l.ſi quis ita, in princ. ff. de teſta.tut.
Dec.conſi.570.per totum, l.inter ſtuprum, § fin.& ibi
Alciat. ff.de verb.ſignif. Curt.ſen.conſil 63.num.10.
verſ.Sed præmiſſis tribus.Ruin. conſi.78. numer.10.
& ſeq.lib.2.Tob. Non.conſil.29 num.21. Burſat. qui
de communi teſtatur conſil.228.nu.11.lib.3. Et quia
decedens cum filiabus feminis non dicitur ſine filiis
decedere, l.non eſt ſine liberis, ff. de verbor.ſignific.
24 Qñ † quis grauatur ſub conditione, ſi deceſſerit ſine
filijs, conditio deficit per ſuperexiſtentiam filiæ femi
næ, filiaque ſubſtitutum excludit, l.1.l.iuſta, & l.quiſ-
quis, ff.de verb.ſignif.Ioan.And.Ant.de But.& alij in
c.Rainaldus, de teſta. Alexan.conſi.55.col.fin.verſic.
Præterea illa verba, num.9. lib.3.Soc.iun.conſil.100.
nu.3.lib.6.Pariſ.conſ.18.num.3. lib.2. Dec.in l.2.nu-
me.103. verſic.Et conditio, ff.de reg.iur.& conſi.15.in
princ.Soc.ſen.qui de communi teſtatur conſi.14. li.1.
& poſt eum communem dicit Bero. conſi.118.num.1.
lib.2. Grat. conſ.53. & conſ.54 lib.2. Rub.Alexand.
conſil.71.nu.7.Hieron.Gabr.conſil 97. num.8. lib.1.
Cephal.conſ.45.num.7.& conſil.46.num.14.lib.1.Et
ita omnes concludere teſtatur Sforz. Odd.in tracta.
compend.ſubſtit.par.6.art.4.fol.194 verſ.Regula igi
tur.poſt Pau.de Caſt.conſ.355.num.2.lib.2. Rui.con
ſil.142. numero 2. & conſilio 143. numero 6. libro 2.
Mant. conſilio 10. numero 1. libro 2.Roland.à Vall.
conſilio 93.num.4.lib.1.& alios quos allegat. Et hæc
concluſio procedit etiam, quando vnica tantum filia
25 ſupereſt, † cũ ſatis ſit, vt deficiat conditio illa ita con
cepta, Si ſine filiis deceſſerit, vnicam tantum filiam
extare, l.pater Seuerianam, §.1.ff.de cond.& demon.
l.cognoſcere, §.liberorum, & l.non eſt ſine liberis, ff.
de verbor.ſign.Alexand. conſilio 31.colum.1.libro 3.
Corn.conſilio 202. numero 5.& conſilio 230.Sub nu
mero 6.libro 3. Iaſ.conſilio 141.numero 18.verſiculo,

Sed præmiſſis, cum ſeqq. lib.2. Socin.ſen.conſ.55. poſt
principium, lib.3. Bald.in l.iubemus, §.ſin autem, C.
ad Trebellian. Duran.de arte teſtan. tit.5 caut.17. in
princ. cum alijs copioſe adductis per Cephal. conſil.
484. num. 25. libro 4. Et quod filia femina excludat
ſubſtitutum vocatum ſub conditione ſi hæres ſine fi-
lijs deceſſerit, probatur per textum clarum in l.1. C.
26 de condit.inſert. † qui licet loquatur de verbo, ſine li-
beris, nihilominus eius diſpoſitio procedit etiam in
ſubſtitutione facta decedẽti ſine filijs, vt ibi declarat
Corn.num.16.quod magis receptum & indubitatum
eſſe teſtatur poſt Ari.Pinell. Gozad. & alios Marzar.
conſ.7. quod ſecundum nouam impreſſionem eſt cõſ.
8.nu.4.vbi multos alios allegat, quod conſilium non
eſt ſolius Marzarij, ſed totius Rotæ Bononienſis. Idẽ-
que indubitatum eſſe, & omnes etiam qui contra ne-
ptem reſponderunt, regulariter admittere ſcripſit
27 Hieron. Gabr.conſ.100.num.5. & ſeq.lib.1. † Et quæ
ſupra dicta ſunt, procedunt ex proprietate verbi, vt
probatur in l.iuſta, ff.de verbor. ſignific. & in l.ſi quis
ita, ff.de teſt. tut. in quibus dicitur filiorum appella-
28 tione etiam filias contineri, cum † verbum, Continen
tur, propriam ſignificationem oſtendat, iuxta doctri-
nam Bar.in l.cui, §.affinitatis, verſic.Secundo nota.de
poſtul. & in l.1. & in l.liberorum, col.5. ff. de verbor.
ſignific. Iaſ.in l.1. §.fin. col.1. verſic. Et pondera, ff.de
verbor.oblig.& ita in propoſito dixerunt Dec.conſil.
570 in prin. Marzar.conſ.8.num.5.quæ etiam proba-
29 tur in l.ſi ita ſcriptum, in prin.de leg.2.cum † verbum
eſſe, in ea poſitum, arguat ſignificationem eſſe pro-
priam ex doctrina Bartol.in l.ſi maritus, §.legis, ff.ad
leg.Iul.de adult.Bald.in l.quæ fortuitis, C.de pignor.
actio. Iaſ.in l.in eo quod plus eſt, in prin. ff.de reg.iur.
& in terminis late prædicta probat Cephal. d.conſil.
484.num.32.& ſeqq. Et hæc maxime videntur admit-
tenda in caſu, de quo agitur, in quo filiorum mentio
fuit facta negatiue, quia dictum fuit, Si ſine filiis, quæ
dictio, ſine, eſt negatiua, l.ſi eum, in fin. vbi omnes, ff.ſi
30 quis caut. † Et quando filiorum mentio concipitur
negatiue, continet filias ex proprietate verbi, quid-
quid ſit, quando ponitur affirmatiue, vt poſt Virgil.
de Silueſtr. inter conſilia Rimin. ſenior in conſil.224.
num.75. libro 2. dixit in iſtis terminis Cephal. dicto
conſil.45. num.8. & conſi.46. num.14. quam differen-
tiam inter conditionem negatiue, vel affirmatiue
conceptam probat poſt eos Tiber. Decian. conſil. 11.
num.11.& ſeq.lib.1. Et ſi admitteremus filiam ex pro-
prietate verborum non contineri appellatione filio-
rum, vt dixerunt multi allegati ſupra in primo funda
31 mento contra neptes † comprehenditur ſaltem ex cõ-
muni vſu loquendi, quod nobis ſufficit. Alciat. in l.in-
ter ſtuprum, §.fin. ff.de verbor.ſignific. & in conſ.558.
num.6. in fin.poſt Bald. in cap.ad audientiam, de re-
ſcript.& not.Cephal.d.conſil.484.num.40. Et hoc de
proprietate verborum ſit ex abundanti dictum, cum
ſatis ſit nos habere deciſiones in terminis, quod filia
facit deficere conditionem conceptam ſub illis ver-
bis, ſi quis deceſſerit ſine filiis, vt dixi ſupra, & quod
ipſa excludit ſubſtitutum etiam contra verba ipſa
conditionis ſimpliciter conceptæ ſi deceſſerit, nulla
de filiis facta mentione, iuxta diſpoſitionem l.cum a-
uus, ff.de cond. & demon.& l.cum acutiſſimi, C.de fi-
deicom.vbi Bal.l.generaliter, §.cum autem, C.de inſt.
& ſubſtit.Corn.conſ.146. num.10.libro 2.& poſt eum
Marzar.in d.conſ.8.nu.5.in fin.

32 Secundo pro neptibus conſidero † teſtatorem in
ſuo teſtamento Domino Flamminio decedenti ſine
filiis legitimis & naturalibus ſubſtituiſſe filios ma-
ſculos Bartholomæi filii naturalis teſtatoris, & ſi filii

maſculi dicti Bartholomæi decederent ſine filijs legitimis & naturalibus, ſubſtituiſſe filios maſculos fratrum ipſius teſtatoris, ex cuius teſtamenti ſerie conſtat, in duabus conditinnibus filiotum ſimpliciter mentionem feciſſe, in duabus vero diſpoſitionibus filios maſculos ſubſtituiſſe, ea qua conſtat non intellexiſſe ponere in conditione maſculos tantum, ſed tam maſculos quam feminas, nam ſi aliud ſenſiſſet, id expreſſiſſet, prout duabus vicibus in diſpoſitionibus maſculos nominauit, cap. inter incorporalia, verſicu. Vnde etſi, de tranſlat. prælator. cap. ad audientiam, de decim. l. t. §. ſin autem ad deficientis, C. de caduc. tollen. quo argumento in ſpecie vtuntur Curt. ſenior conſil. 63. num. 10. verſicul. His ſic concluſis. Cephal. conſil. 484. nnm. 44. lib. 4. & in terminis notat Simon de Pretis conſil. 90. nnm. 20. verſicul. Quarto, & num. 21. & ſeq. & num. 27. & ſeq. vbi late. Et quod quando teſtator in aliqua parte teſtamenti nominauit maſculos, ſi in alia parte filiorum ſimpliciter mentionem fecit, credendum ſit intellexiſſe tam de maſculis quam de feminis, firmant Ioan. de Anan. conſil. 25. num. 3. Iaſ. conſil. 142. num. 24. & ſeq. libro 5. verſic. Quinto, & in l. qui filiabus, num. 3. ff. de leg. 1. Ruin. conſil. 93. num. 15. verſic. Non obſtat, conſil. 144. num. 17. lib. 2. Petr. de Anchar. conſil. 119. incip. Proclariori, in fin. Socin. ſenior conſil. 69. num. 5. in fin. lib. 3. Pariſ. conſil. 38. num. 27. & 32. lib. 2. & conſil. 35. num. 19. lib. 3. Curt. ſenior conſil. 63. num. 15. Socin. iun. conſil. 3. nu. 42. & conſil. 100. num. 20. lib. 1. vbi dicit opinionem Ioan. de Anan. magis communiter approbari, & ſequendam eſſe. & conſil. 158. num. 39. & ſequen. libro 2. Alea. conſ. 55. col. 5. verſic. Non obſtat quod tacite, lib. 3. Corn. conſ. 230. num. 6. in fin. verſic. Vbi autem, lib. 3. Crau. qui alios multos allegat in conſ. 589. nu. 4. verſic. Iam etiam, lib. 2. Curt. iun. conſ. 163. num. 18. lib. 2. Dec. conſ. 567. col. 1. & conſ. 581. col. 3. Alciat. in l. Herennius. ff. de verb. ſigniſ. quam opinionem ſequitur, & magis communiter approbari teſtatur Marz. d. conſ. 8. num. 12. & ſeq. Tib. Dec. conſ. 12. num. 39. & ſeqq lib. 1. & late Simon de Pret. conſ. 90. nu. 22. & 23. vbi teſtatur de magis communi opinione cum Anania, & ideo tenendam eſſe.

Et licet Abb conſ. 36. num. 3. lib. 1. & multi alij allegati ſupra in Tertio fundamento contra feminas, ab hac opinione diſſentiãt, nihilominus opinio Ioannis de Anania ſequenda videtur.

Primo quia, vt dixi, magis communiter approbatur.

33 Secundo dicitur, quod † aut agitur de filijs vnius perſonæ, quorum aliquando ſimpliciter, aliquando cum expreſſione maſculinitatis reperitur facta mentio, & tunc poſſet procedere opinio Abbat. & ſequacium, vt ea expreſſione maſculinitatis in vná parte oſtendatur de maſculis ſenſiſſe etiam in alia, in qua ſimpliciter filiorum mentionem fecit, dummodo in eadem parte teſtamenti de maſculis fuerit dictum, iuxta declarationem, de qua per Zuccard. in l. fin. nu. 83. in fin. C. de edict. diui Adrian. tollen. & Tob. Non. conſil. 36. num. 19. Et iſte non eſt caſus noſter, quia filiorum Domini Flamminij numquam cum qualitate maſculinitatis mentio facta fuit. Aut vero agitur de filijs diuerſarum perſonarum, & tunc expreſſio maſculinitatis reſpectu filiorum vnius non facit, quod dum de filijs alterius ſimpliciter eſt facta mentio, de maſculis intelligatur, & in iſtis terminis procedit opinio Ioannis de Anania, vt declarant Ruin. conſil. 234. nu. 19. in fi. & conſ. 140. num. 6. lib. 2. & conſil. 124. num. 5. prope finem, verſic. Accedit etiam, lib. 3. Rub. Aleaand. conſ. 31. num. 6. Simon de Pret. d. conſil. 90. num. 23. in fin. Tiber. Dec. conſ. 12. num. 43. & ſequen. lib. 1. & idem admittunt Menoch. qui pro contraria parte allegatur in conſ. 95. nu. 83. poſt Aemil. Ferret. conſil. 11. num. 9. Mant. in dicto tit. 14. num. 10. prope finem. Et iſte eſt caſus noſter, quia qualitas maſculinitatis fuit adiecta filijs Bartholomæi filij naturalis, & filijs fratrum teſtatoris ſubſtitutis, & filiorum Domini Flamminij in conditione poſitorum fuit facta ſimpliciter mentio.

34 Tertio † reſpondetur tunc procedere opinionem Abbatis, quando ea verbis vel coniecturis conſtat ob id teſtatorem vocaſſe maſculos, quia voluit per eos agnationem conſeruare, ſed quando verba, aut coniecturæ non oſtendunt maſculorum mentionem feciſſe pro conſeruatione agnationis, locus eſt opinioni Ioannis de Anania, ita Pariſ. conſ. 38. n. 35. lib. 2. Curt. iun. conſ. 114. col. vlt. lib. 2. Socin. iun. conſ. 103. nu. 55. lib. 1. Alciat. conſ. 632. num. 2. Rub. Alexand. conſ. 31. nu. 6. & declarant Menoch. in allegato conſ. 95. num. 82. lib. 1. & Tob. Non. conſ. 36. num. 20.

Sed in caſu, de quo agitur, neque ea verbis, neque ex coniecturis deprehenditur teſtatorem voluiſſe ſubſtituere maſculos pro conſeruatione agnationis, ſed elicitur contrarium, dum ſubſtituit filios Bartholomæi filij naturalis, qui non erant de agnatione, vt infra demonſtrabitur, ideo locus erit concluſioni Ioan. de Anania.

Quarto reſpondetur opinioni Abbatis locum eſſe, quando viget eadem ratio, vt repetitio maſculinitatis fiat, ſed quãdo ſubeſt diuerſa ratio, ſimplex mentio filiorum intelligitur tam de maſculis quam de feminis, licet in alio loco teſtator maſculos nominauerit, vt poſt Ruin. conſil. 93. num. 10. verſicul. Et hoc præcipue, lib. 2. Socin. iun. conſil. 135. num. 6. lib. 1. dixit Simon de Pret. dicto conſil. 90. nu. 24. quod voluit
35 etiam Hieron. Gabriel. conſ. 100. nu. 63. lib. 2. † dum dixit vnam partem teſtamenti nõ declarari ex alia, quando diuerſa ratio eſt in vna, quod poſt Bal. Dec. & alios probauit in propoſito Tib. Decian. conſil. 12. nu. 45. verſic. Item qualitas, lib. 1. At hic rationis diuerſitas eſt manifeſta.

Primo, quia expreſſio maſculinitatis facta reperitur in diſpoſitionibus, nempe in ſubſtitutionibus, in quibus non cadit comparatio perſonarum, l. generaliter, C. de inſtit. & ſubſtit. Mentio vero filiorũ ſimpliciter eſt facta in cõditionibus, in quib. affectio naturalis inſpicitur, & agitur de aliqua prælatione perſo
36 narum, & ſic † inter ſubſtitutionem & conditionẽ diuerſa ratio conſideratur, & ex vna alia non poteſt interpretari, vt clare dixit Bal. in conſ. 13. Punctus talis eſt, in fi. lib. 3. & poſt eum idẽ in terminis conſiderat Simon de Pret. in alleg. conſ. 90. n. 54. ꝙ ſentit etiam Hieron. Gabr. in conſ. 100. nu. 61. verſ. Primo, lib. 2.

Secundo quia decedente Dom. Flamminio ſine filijs, fuerunt ſubſtituti filij maſculi Bartholomæi filij
37 naturalis teſtatoris, † qui de iure ab inteſtato non ſucceſſiſſent auo teſtatori, l. fi. C. de natur. liber. Alex. conſ. 174. nu. 2. & ſeq. lib. 5. In conditione cenſentur poſiti tã maſculi quã feminæ, & filij Bartholomæi cẽſentur tm̃ vocati, quatenus aliquis filius ſiue maſculus, ſiue femina non ſupereſſet ex Dom. Flamminio, ne filij Bartholomæi naturalis ſuccedant extantib. nepotibus, ex filio legitimo, & eis præferantur contra
38 diſpoſitionẽ d. l. fin. verſ. In omnibus, & verſic. † filijs qm̃ exiſtente legitima ſobole, non põt auus plus relinquere filiis legitimis filij naturalis quã potuiſſet relinquere eorum patri, glo. in d. l. fin. & pro cõmuni Alex. conſ. 74. nu. 5. lib. 3. Iul. Clar. in §. teſtamentum, quæſt. 32. in fin. Ideo creditur eos voluiſſe ſubſtituere

in

Google

39 in defectum omnium deſcendentium, † quia teſtato
ris mens talis præſumitur, qualis eſſe debuit de iure
iuxta doctrinam Bal.in l. 1. C.de neg geſt.& Dec.con
ſil.43.in fin.quod etiam in diſpoſitione teſtatoris pro
cedere dixit Alexand. in l. filiusfamilias, §.diui,ff.de
legat. 1.

Tertio quia ſubſtituuntur filij maſculi fratrum te-
ſtatoris, non eſt præſumendum teſtatorem voluiſſe
tranſuerſales deſcendentibus præferri, l.cum auus,ff.
de cond.& demonſtr. & l.cum acutiſſimi, C.de fidei-
commiſſ.

Quarto quia præſumitur teſtatorem magis dilexiſ
ſe neptes ex filio quam ſubſtitutos,non ſolum ea iam
40 dictis, † ſed etiam quia dum hæredem inſtituit Do-
minum Flamminium,eum prędilexit,& omnem eius
poſteritatem, & ſic tam maſculos quam feminas in
bonis relictis Domino Flamminio prædilexiſſe præ-
ſumitur, quia etiam in portione vni ex filiis aſſigna-
ta præſumitur teſtatorem prædilexiſſe omnes deſcen
dentes ipſius filii potius, quam alium filium, d.l.cum
auus,& ibi Soc.num. 33.d.l.cum acutiſſimi, vbi Bald.
num. 5.& Salic.num. 2.Corne. 230.colum.4 prope fi-
nem.verſicu. Nec refragatur, libro 3.Curt.ſenior con
ſilio 63.numero 14. Crot.conſil.17. numero 21.libro
1.& in propoſito Hieronym.Gabriel.conſil 97.nume
ro 10.libro 1.& Cephal.conſi.46.numero 34. & ſeqq.
libro 1.

Quinto quia feminas in cōditione ponere potuit,
vel earum fauore, quia pater grauatus poteſt eis re-
linquere bona,ſi vult,vel ex teſtamento, vel permitté
41 do eas ab inteſtato ſuccedere, † prout veriſimile eſt
patrem eſſe facturum, l. pater, & l.nec in ea,ff. de adul
ter.Imol. in l.filiusfamilias,§.cum quis,in fi. ff.de leg.
1.quia parentum commune votum eſt relinquere bo
na filiis, l.ſcripto,in fi.ff. vnd.liber.Capr.conſi. 2.num.
24. verſi. Nec obſtat,vel fauore filii hæredis inſtituti,
42 quia præſumitur † voluiſſe grauare Dominum Flam
minium filium & hæredem inſtitutum minus, quam
ſit poſſibile, l.vnum ex familia,§.ſi rem,ff.de legat. 2.l.
ita ſcriptum in fi.l.qui filiabus,& ibi Caſt.ff.de leg. 1.
Crot.conſil.17.num.13.& ſeq.lib.1 Grat.conſ.64. nu.
41.lib.2.Cur.ſen.conſ.63.num.15.verſi.2.reſpondeo;
Nam ſi poſuiſſet in conditione maſculos tātum, plus
grauaſſet hæredem, quia feminæ non facerent defice
re conditionem,& bona eſſent reſtituēda ſubſtitutis,
ſed ponendo in conditione omnes filios, & ſic tam
maſculos quam feminas minus grauauit hæredem,
cum ēt feminæ excludant ſubſtituros, quod tendit in
fauorem filii grauati, vt probat tex. in l.generaliter,
ver. Viam, ibi, tam patribus quam liberis,in §.cum au
tem. ibi, humanitatis intuitu, C.de inſt. & ſubſt.& ſic ſi
non ſolum maſculi ſed etiam feminæ faciunt deficere
43 conditionem, † filius minus grauabitur & per ſuper-
exiſtentiam filiorum ab onere fideicommiſſi libera-
tus,de bonis ſibi relictis quidquid vult facere poteſt,
ſecundum Bar.in l.ſi cum dotem,in princ.nu.10.ff.ſol.
matr.& in terminis poſt Bal. & Alc. firmat Simon de
Prer.in d.conſ.90.nu.14.& ſeq. quod etiam probauit
Ceph.in conſ.527.num.44.lib.4.

Et quia prædictæ rationes,ex quibus dicimus tam
maſculos quam feminas fuiſſe in conditione poſitos
non militant in ſubſtitutionibus, in quibus maſculi
tantum vocantur,ſtante diuerſitate rationis,non pōt
dici, quòd teſtator ſubſtituendo filios maſculos Bar-
tholomæi & fratrum, voluerit in conditione ponere
filios maſculos tātum Domini Flaminii hæredis, ſed
iuxta opinionem Ioan. de Anan. in d.conſil.22.com-
muniter approbatam,dicendum eſt, quod ex quo te-
ſtator quādo de maſculis voluit intelligere,id expreſ
ſit,cenſetur tam de maſculis, quam de feminis ſenſiſ-
ſe in cōditionibus, in quibus filios ſimpliciter poſuit
& quod ſi aliud voluiſſet, expreſſiſſet, prout fecit in
ſubſtitutionibus iuxta regulam, l 1.§.ſin autem ad de
ficientis,C.de cad. tollend. & late pluribus rationib.
& auctoritatibus in terminis probat Simon de Pret.
in allegato conſ.90.num. 20. verſ.Quarto,& numero
21.& ſeq.fere per totum, & eſt de intentione Hieron.
Gabr.in d.conſ.100.nu.61. verſic.Primo, & nu.62. &
ſeq. lib. 2.

Tertio intentio feminarum comprobatur auctori-
44 tatibus eorum,qui dixerūt, † neptem facere deficere
conditionem conceptam ſub illis verbis ſi deceſſerit
ſine filijs, quamuis teſtator inſtitutis filijs maſculis
filias feminas dotauerit, & ab vniuerſali ſucceſſione
excluſerit, & non obſtante ſtatuto excluſiuo femina-
rum propter maſculos, dummodo non excludat ne-
ptem ab hæreditate patris propter ſubſtitutos, hanc
quidem opinionem tenet Ludou.Bologn.conſilio 53.
per totum,inter conſilia Alexandr.lib.4. cui ſubſcri-
pſerunt Io.Sodol. Albert.Bellua.de Peruſio, Domini-
cus de Laſſa,& Antonius Aleutius,vt in fine dicti con
ſilij. Nat.in addi.ad conſi.Barb.52. inter conſilia Ale
xand.lib.4.in littera.C.& H.& in addit.ad conſ.Ale.
38.in littera B.lib.6.Ioan.de Anan.conſil.22.Soc.ſen.
conſ.227.nu.10.lib.2.vbi dicit pro hac opinione con-
ſuluiſſe omnes Peruſinos,Bononienſes,ac Collegium
Auinonienſe, & ita iudicaſſe Collegium Auinionen-
ſe refert Caccialup. in l generaliter, §. cum autem,q.
27.C.de inſtit.& ſubſt.& poſt eum Hieron. Gabr.con
ſil. 100.nu.49 lib.2.idem tenent Soc.ſen. conſ.182.nu
mero 1.libr.2.& conſ.55.libr.3. vbi pro hac opinione
allegat Io.Andr.Ant. de Butr Petr.de Anch.& Card.
in cap.Raynutius,de teſtam. Corn.conſ.202.& conſi.
230 per totum,li.3.qui id adducit Bal.in conſ.82.in-
cipien.In cauſa teſtamenti Audreoli, & Palliarolum
de Senis.Ruin.conſ.143. per totum,maxime nume.6.
conſ.152.num.2.& ſeq.lib.2.conſ.124.nu.5.& conſil.
141.nu.8.lib.3.Cephal.conſil.45.& conſi.46. num.51.
de communi teſtatur,lib.1.& conſil 484.libr.4. Alex.
conſ.38.per totum,maxime nu.6.libro 6. quod etiam
ſenſit in conſilio 55.num 6.libr.3. Curt. ſenior conſi-
lio 44. per totum. præſertim numero 19.21. & ſeq. &
conſilio 63. per totum, vbi numero 15. de communi
teſtatur, late Rimin. ſenior conſilio 223. numero 45.
47.76.& per totum,libro 2.qui pro hac opinione alle
gat etiam Soc.Cuman.& Arer.& numero 76. allegat
etiam Barbat. in l. cum acutiſſimi, C. de fideicom-
miſſ.& in capitu.Raynaldus,in 4.nota.de teſtam.Vir
gil. de Silueſt. inter conſilia Rim. ſenior. conſil.224.
numero 16.19.& per totum,libro 2.adducens ad con
firmationem huius ſententiæ Pau.de Caſtr.Gulielmū
Peruſinum.Ang & alios.Iaſ.conſilio 142.libro 2. Be-
ro.conſil.118.libr.2.Cur.iun.conſ.39.colum.2.libro 1.
& conſil.103. per totum, præſertim numero 10. & ſe-
quen.19 in fi.& ſeq. & numero 21. libro 2.vbi allegat
Petr.de Vbaldis, & Corneum in conſiliis non impreſ
ſis,Alc.de præſumptio.reg.3. præſumpt.32. numer.4.
& latius in conſi.528.nu.5.& ſeq. vſque ad finem con
ſilii, qui ſubſcripſit conſilio Vincentii Portici, affir-
mans hāc opinionem ſemper tenuiſſe variis in locis.
Crot.conſ.17.per totum,lib.1.& numero 26.ad id al-
legat Campegium in quodam ſuo conſilio, cui dicit
ſubſcripſiſſe multos alios Doctores, dicitque vidiſſe
originale cōſilium Collegii Peruſini in illis terminis
redditum, et numero 28. de communi teſtatur, ean-
dem opinionē tenuit Pau.de Caſt. in l.filiusfamilias,
§.cū quis,ff.de leg.1.in lectura Bononienſi non impreſ
ſa,vbi ſe correxit, dicitque quod licet alias pro ſub-

ſtituto conſuluerit, tunc contrarium pro nepte con-
ſuleret,& ita Paul.de Caſtro.referunt Grat.conſil.64.
num.16. & ſeqq.& 46. & ſeq. lib. 2. Virgil. de Silueſtr.
in d. conſil.224. num.16. & Curt. ſen. in d. conſil.63.
num.13.Eamdem opinionem ſequitur Didac.Couar.
in cap.Rainaldus,in initio.de teſtam. qui num.2. vet.
Immo dicta conditio. poſt eum, qui Apoſtillas fecit
ad conſil.15. Alexan. libro 4. vere in fauorem neptis
concludit,quando grauatus deceſſit ſine filijs maſcu-
lis,eamdem ſententiam approbant Signorol. de Ho-
mod.conſil.157. Pariſ.conſ.41.lib.3.Ari. Pinell.in l.3.
num.27. C.de bon. matern. Barbat. in l.cum acutiſſi-
mi, C. de fideicomm.& in cap.Rainaldus.de teſtam.
quem refert Rimin. ſen. in allegato conſil. 223. num.
76.Idem conſulendo firmauit Rota Bononienſis, cu-
ius Auditores erant Marzarius, Stephanus Paganu-
tius,Franciſcus Maria Finius,Antonius Donatus, &
Matthæus Maria Meuſanus, vt patet inter conſil.
Marzar. 7. alias 8. in nouiter impreſſis. Torniel. in l.
hæredes mei, §.cum ita, col.2. & fin. ff.ad Trebellian.
& ibi Zanch. num.771. vbi de communi teſtatur. Al-
ciat. qui dicit ita iudicaſſe in l. ſtuprum, §. fin. ff. de
verbor.ſignific. cuius in re tam controuerſa magni fa
ciendum eſſe dixit Marzar.in allegato conſil.8. num.
17.prope finem. Hierony. Alban.conſil.23. latiſſime
eam defendit Hieronym. Gabriel. in conſil.97. lib.1.
& in conſil.88.libro 2.& latius conſil.100. libro 2.vbi
multas auctoritates pro ea allegat,& contrarijs om-
nibus reſponder,teſtaturque hanc opinionem eſſe ve
riorem,communem, & in iudicando ſequendam.Bur
ſat.conſil.64. num.13.14. 15.& ſequen. & conſil.86. à
num.7.vſque ad num.12. libro 1. vbi de communi te-
ſtatur. & in conſil.300.num.27. & ſeqq.multis, libro
3. Hanc ſequitur opinionem, quando ſtatutum non
excludit neptem ab hæreditate grauati propter ſub-
ſtitutos, qui pro ea allegat Socin. iunior.Crauet. &
Vaſq. Tiber.Decian. conſil.12. libro 1. eamdem opi-
nionem probat,& veriorem & magis communem eſ-
ſe oſtendit Simon de Pret. conſil.31. num.9. & 14. &
ſequent. & conſil.90. libro 1. & in tract. de interpret.
vltim. volunt. libro 3. dubitat. tertia ſolut. ſecunda,
num.24.& ſequen.vſque ad finem,folio 311.& ſequen.
vbi num.24.verſic. Quid dicendum, affirmat opinio-
nem iſtam eſſe magis communem, & ſecundum di-
ctum conſilium Marzar.octauum iudicauit Rot.Flo-
ren.prout teſtatur ipſe Marzar. epitom. de fideicom.
quæſt. 21. & Burſat. in allegato conſilio 64. num. 13.
quam concluſionem probanit etiam Tobi. Noni. in
conſil.29. num.19. & 20. Ex quibus apparet hanc o-
pinionem vt communem eſſe ſequendam,cum illam
tot Doctores approbauerint, & vltra eos Collegium
Peruſinum,Bononienſe,& ſecundum eam iudicatum
fuerit per Alciat. & per Rotam Florentinam,& Col-
legium Auinionenſe,& fere omnes loquuntur in for-
tioribus terminis in caſibus, in quibus ſubſtituti e-
rant de deſcendentibus teſtatoris. Et cum aliàs ca-
ſus euenerit in Ciuitate Peruſiæ, in fauorem neptis
conſuluerunt dictus Hieronym. Gabriel. vt patet in
d. conſ.100. lib.2. & Dominus Ioannes Paulus Lan-
cellotus,cui ſubſcripſerunt Domini Bernardinus Al-
phanus,Marcus Antonius Griſaldus,Petrus de Vbal
dis,Ioannes Baptiſta Fidelius, Fuluius Conſtãtinus,
Cæſar Fiumagiolius, & Galiſſus Baccialla Iuris Con
ſulti Peruſini,in qua ego etiam conſului. Et quia in il
la cauſa ſubſtitutus erat filius legitimus teſtatoris,
cauſa fuit concordata.

Quarto hæc opinio in caſu, de quo agitur, tanto
fortius procedere videtur conſiderando, quod teſta-
tor ſubſtituit Domino Flamminio, decedenti ſine fi-
lijs, filios Bartholomæi filij naturalis, ſeu ſpurij,qui
teſtatori non erant agnati, nec de agnatione aui ap-
45 pellari poterant,quoniam clarum eſt in iure † filium
naturalem non legitimatum non conſequi iura agna
tionis,nec effici agnatum, l.ſi ſpurius, ff. vnd.cognat.
§.ſi vulgo,Inſtitut.de ſucceſſ.cognat.Abb. in capitulo
per venerabilem,num.34.qui fil.ſint legitim. Petr.de
Anchar.conſil.389.Capra,conſi.90.per totum, Crau.
conſil.138. libro 1.Alex. conſil.174.num.2. & ſequen.
lib.5.Ang.& Imol.in l.ex facto,§.ſi quis rogatus, ff.ad
Trebell. Et quod filij illegitimi non ſint de domo, ſi-
ue agnatione, aut familia parentum poſt Din. in l.
cum pater,§.mater,ff.de leg.2.Bartol.in l.pronuncia-
tio,ff.de verb.ſignif.Bar.& Salic.in l.fin. C.eodem tit.
Soc. Corne. & alios multos oſtendit Tiraquel in tra-
cta. de nobilit. cap.15. num.12. quem ſequitur Burſat.
conſil.52.num.28.libro 1.Solum quidem huiuſmodi,
46 † illegitimi retinent iura cognationis,ita vt matri,&
ex eius latere attinentibus ſuccedant, l.hac parte, &
l.ſi ſpurius,& l.Modeſtinus,ff.Vnd.cognat.iuncto §.fi.
Inſtitut.de ſucceſſ.cognat. Dummodo non ſint ſpurij
nati ex damnato & punibili coitu, quia illi nec iura
cognationis retinent, neque ſucceſſibiles ſunt etiam
in bonis matris, ſeu attinentium ex latere materno.
Alexan.dicto conſil.174.num.3.libro 5.Crauet. dicto
conſil.138.num.6. quæ opinio communis eſt, vt teſta-
tur Vrſil. in addit. ad Afflict. in deciſ.96. num.14. li-
cet Sacrum Conſilium contrarium iudicauerit, vt per
Afflict.in dicta deciſ.96.Vnde ſicut Bartholomęus fi-
lius naturalis ſeu ſpurius teſtatoris nõ erat ex agna-
47 tione patris, † ita eius filij iuribus agnationis care-
bant, quia nulla conſequentia legitima poteſt eſſe ex
illegitimo naſcendi principio,& radice inſecta,ſecun
dum Bald,in dicta l.fin.in fin.C.de verb.ſignific.Petr.
de Ancharan. conſil. 389. Viſis diligenter, in 1. dub.
Alexand. dicto conſilio 174. numero 6. libro quinto.
Dec.conſilio 85.in fin. Tiraquel.in dicto capitulo 16.
numero 24. & eſt de intentione Crauet. dicto conſi-
lio 138.num.8. & ſequen. Cum igitur teſtator ſubſti-
tuerit Domino Flamminio ſine filijs decedenti fi-
lios Bartholomæi naturalis,non poteſt dici id feciſſe
fauore agnationis,quia ipſi non erant agnati teſtato
ris,nec agnationem conſeruare poterant,ſed quia te
ſtator habebat Bartholomæum filium ſpurium, quẽ
de iure communi nec ex teſtamento, neque ab in-
teſtato à patre aliquid conſequi poterat, leg.prima,
& ibi omnes, C.de natur. liber. Authen. Licet, in fin.
C.eodem titulo,§.fin. Authen.quibus mod. natur.ef-
ficiantur ſui. voluit ſubſtituere filios legitimos ipſius
48 Bartholomæi, quod † auus facere potuiſſet, ceſſante
eius legitima ſobole,dicta leg. fin. C. de natur. liber.
Bartol. Imol. Alexand. Aretinus, Iaſon. & alij in l.
Gallus,§.quod ſi is,ff.de liber.& poſthum. & late de-
Bal.conſ 186.lib.1. duas format quæſtiones, Vnam numquid in inſtitutione generali facta de filijs includatur filia nu.1. in fi. dicit, quod non, quia circa feminam aderat particularis prouiſio, nam vt ſubdit nume.5. circa medium filia erat inſtituta in re certa, & juſſa ſtare contenta. Aliam an comprehendatur in conditione, dum teſtator ſubſtituit alium ſi ipſe non haberet aliquos filios, nu.3. reſpondet negatiue. Primo quia inſtitutio vniuerſalis & ſubſtitutio ſunt copulatæ, & copula, Et, repetit eaſdem perſonas, vniuerſaliter hæredes inſtitutas, nec extraneas, ſeu remotas coniungit. Secundo quia dum in alia parte ſubſtitutionem facit feminæ, conſtat de ea non intellexiſſe in ſubſtitutione generali. Ex quibus apparet Bal. loqui in diuerſis terminis, nec poſſe in terminis quæſtionis noſtræ contra neptes allegari.

Cepol.conſi.ciuil.49.num.7. arguendo dicit filias fratris non cenſeri vocatas ad fideicommiſſum, & ad-

ducit ad comptobationem illud de conditione concepta, ſi deceſſerit ſine filijs, ſed nihil firmat, quod noceat, immo per totum conſilium concludit filiam vti vocatam admittẽdam eſſe, & ſic potius pro neptibus allegari meretur quam pro ſubſtitutis.

Didac. Couarr. in ca. Rainaldus in initio, de teſta. nu. 2. licet videatur ſentire contra neptem, nihilominus ibi verſi. Colligo deinde, in fin. pro nepte concludit, quando ſubſtitutus eſt extraneus, aut alius qui non ſit agnatus. Et in ver. Immo dicta conditio. dicit ſubſtitutum excludi, quando filius grauatus deceſſit ſine filijs maſculis, relicta femina tantum, prout tenet ille, qui additiones fecit ad Alexandrum, quem ipſe allegat.

Hier. Gabr. Burſar & Zaneh. } quos pro ſubſtitutis allegat Menoch. conſil. 150. nume. 54. libt. 2. ſolum concludunt contra neptẽ, quando clare conſtat teſtatorem voluiſſe conſeruare agnationem aliter quam ex excluſionem filiarum, & quando ſtatutum excludit filiam ab hæreditate patris propterea ſubſtitutos, quibus ceſſantibus, late probat opinionem contra ſubſtitutos, merito pro neptibus allegari poſſunt.

Ex prædictis igitur conſtat ex Doctoribus contra neptes allegaris per Modernos, ad oſtendendum neptem non excludere ſubſtitutum quando teſtator excluſit proprias filias, & ſtatutum excludit feminas propter maſculos non tamen ab hæreditate patris propter tranſuerſales paucos eſſe, qui eorum opinionem probent, quando aliæ coniecturæ non concurrunt, & conſequenter prædictis Doctoribus de numero dettactis, opinionem pro nepte eſſe magis communiter receptam, & in iudicando, & conſulẽdo ſequendam. Et quatenus res eſſet dubia, adhuc pro neptibus contra ſubſtitutos iudicari deberet, prout ſexdecim rationibus oſtendit Burſ. in conſ. 300. à num. 40. vſque ad num. 56. lib. 3.

In cauſa prædicta nihil fuit deciſum, quia adhuc viuit Dominus Flamminius hæres grauatus, ad cuius inſtantiam pro eius filiabus reſpondi.

ARGVMENTVM.

Hæres inſtitutus cum prohibitione alienationis ſub pęna priuationis, in quibus caſibus, prohibitione non obſtante, alienare poſſit; Et an pro ſua portione, ſi bona cum teſtatore indiuiſa poſſidebat, vel pro redimendis alijs bonis. Et quid in filio reſpectu legitimæ.

Hæres numquid poſſit ſuum creditum deducere, ſiue inuentarium confecerit, ſiue non.

Inſtitutio quando ſit conditionalis, & quando modalis.

SVMMARIVM.

1 *Alienationis prohibitio facta verbis prægnantibus continet omnem alienationem etiam ex cauſa neceſſariu. Declaratur, nu. 46.*

2 *Inuentarium non operatur, quin hæres voluntatem teſtatoris ſeruare teneatur.*

3 *Hæres tenetur adimplere voluntatem defuncti, licet cum inuentario hæreditatem adiuerit, quando ex hęreditate aliquid percipit.*

4 *Actiones confunduntur quoad ſubſtantiam ex aditione hæreditatis etiam cum inuentario.*

Et ſolum habentur pro non confuſis, ne hęres ſentiat damnum, & in concurſu cum creditoribus hæreditatis, & legatarijs ipſius crediti habeatur ratio, nu. 5. Declaratur, nu. 52. & ſeq.

6 *Hæres pro ſuo credito non poteſt alienare bona propria auctoritate, ſed iudicis auctoritate facienda eſt ſeparatio.*

7 *Filius non poteſt propria auctoritate ſibi eligere rem pro legitima, ſed iudicis arbitrio portio eſt adiudicanda. Et num. 63. & 94.*

8 *Dolus hæredis probatur, quando ſcienter cõtrauenit voluntati teſtatoris, & nõ paruit conditioni, cui parere potuit.*

9 *Inſtitutio conditionis in totum ac in forma ſpecifica eſt adimplenda.*

10 *Hæres contrauenięns voluntati teſtatoris, priuatur tota hæreditate, quę vocatis reſtitui debet.*

11 *Alienationis prohibitio reſtringitur ad bona teſtatoris tantum.*

Ac ad portionem tantum acquiſitam hæredi ex diſpoſitione teſtatoris, nu. 12.

13 *Teſtator non põt prohibere alienationem bonorũ hæredis.*

14 *Ratio prohibitionis alienationis principaliter attenditur, quæ prohibitionem limitat.*

15 *Alienatio ex qua non oſtenditur mens teſtatoris, ac rõ prohibitionis, non facit incidere hęredẽ in pęnam. Et nu. 98.*

Idem ſi non offenditur perſona, cuius fauore fuit facta prohibitio. nu. 16.

17 *Alienationis prohibitio bonorum omnium etiam mobiliũ non cenſetur facta fauore agnationis ſed tantum pro eorum conſeruatione in hæredem inſtitutum, & vt purificata conditione, integrum fideicommiſſum reſtituatur ſubſtitutis.*

Maximè quando ſubſtituti in caſu mortis fuerunt etiam vocati in caſu alienationis, num. 18.

19 *Filius non obſtante prohibitione alienationis alienare poteſt pro quantitate legitimæ.*

Et etiam pro quantitate Trebellianicę, nu. 20.

21 *Filius alienare prohibitus, ſi aliquid alienat, cẽſetur illud elegiſſe pro ſuis quartis, & pęnam euadit, & nu. 63.*

Et illud in eis imputare tenetur etiam contra voluntatem fideicommiſſarij, nu. 22.

Niſi alienaſſet ex rebus melioribus. nu. 95.

23 *Frater hęres fratris ſi non obſtante prohibitione alienationis aliquid alienauit, cenſetur id elegiſſe ad computum portionis proprię bonorum, quæ poſſidebat pro indiuiſis cum fratre, & nu. 60.*

Et euadit pęnam. nu. 60. 63. & 92.

24 *Alienationis prohibitio non comprehendit caſum, quem teſtator ſi fuiſſet interrogatus, veriſimiliter à prohibitione excluſiſſet.*

25 *Alienationis prohibitio ad alienationem voluntariam refertur non ad neceſſariam ſolutionẽ æris alieni. Et n. 49.*

26 *Hęres detrahere poteſt ipſius creditum ex vniuerſali fideicommiſſo, etiam ſi hęreditatem adiuit ſine inuentario. Et nu. 55.*

27 *Hæres cum inuentario poteſt ſibi ipſi ſatisfacere, & rem pro ſuo credito eligere non ſolum tempore reſtitutionis faciendę hęreditatis ſed etiam donec hęreditas eſt penes ipſum. Et num. 28. & 53.*

29 *Hęres qui poteſt alienare partem fundi, poteſt etiam alienare totum, prohibitione non obſtante, quando non patitur commodam diuiſionem.*

30 *Pars fundi reſpectu partis diuiſę minori pretio ęſtimatur, quam totus reſpectu totius indiuiſi.*

31 *Imputatio fundi alienati in legitimam ſeu aliam portionem hęredis fieri debet ſecundum eius veram ęſtimatio-*

nem, non ſecundum pretium pro quo fuit facta alienatio.

32 *Alienatio rei modici fructus, & quæ deterior efficeretur, fieri poteſt non obſtante prohibitione, & dicitur quodãmodo neceſſaria.*

33 *Alienatio contra prohibitionem non facit incidere in pœnam alienantem, ſi acquiſiuit alia bona, quæ ſubrogauit loco alienatorum, & alienatio non affert præiudicium fideicommiſſo, nec oſtendit rationem prohibitionis.*

Et ſi non ſit facta acquiſitio per modum permutationis. Et nu. 34. & 59.

35 *Alienans contra prohibitionem non incidit in pęnam, ſi non fuit in dolo, & num. 97.*

36 *Dolus alienantis contra prohibitionem non præſumitur.*

37 *Cauſa quælibet etiam iniuſta excuſat à dolo & fraude.*

Et cauſat bonam fidem, nu. 38.

39 *Faciens actum prohibitum, quem putat eſſe permiſſum, nõ punitur.*

40 *Alienans contra prohibitionem ſi non excuſatur ex vnica cauſa, excuſatur ex pluribus ſimul iunctis.*

41 *In dubijs iudicandum eſt pro reo poſſeſſore.*

42 *Interpretatio benignior ſequenda eſt.*

43 *Alienantem contra prohibitionem non incidiſſe in pęnam in dubio eſt iudicandum. Et nu. 69.*

44 *Probibitio alienationis, & pœna ei adiecta dicitur odioſa, & quantum fieri poteſt eſt reſtringenda. Et nu. 96.*

45 *Probibitio alienationis verbis prægnantibus refertur ad alienationem doloſam, quæ tenderet in præiudicium fidei commiſſi, non ad eam quæ fieret ex neceſſaria, vel alia iuſta cauſa. Et nu. ſeq.*

47 *Licentia alienandi conceſſa per contractum non cenſetur reuocata per teſtamentum.*

48 *Teſtator inſtituens hæredem ipſius creditorem, non cenſetur eum inſtituiſſe animo compenſandi cum debito.*

50 *Fructus adita hæreditate non ſunt hæreditarij ſed hæredis.*

51 *Fructus percepti ex bonis hæreditatis non imputantur in verum creditum hæredis, ſi aliud non fuit expreſſum à teſtatore.*

54 *Bona grauati non veniunt in reſtitutione fideicommiſſi vniuerſalis.*

56 *Creditor cui fuit conceſſa à debitore licentia accipiendi & alienandi bona propria auctoritate, id facere poteſt ſine alia licentia iudicis.*

57 *Actus qui ex vna cauſa licita, & ex alia illicite fieri poteſt ex cauſa licita geſtus præſumitur, vt euitetur pœna, & ſuſtineatur.*

58 *Alienatio præſumitur facta ex cauſa neceſſaria ad euitandum pœnam, licet expreſſe ex ea facta non appareat.*

60 *Filius in legitima dicitur improprie creditor. Et numero 93.*

61 *Frater in portione ſua habet potentius ius quam filius in ſua legitima. Et nu. 93.*

62 *Filius qui alienauit aliquid de bonis hæreditatis, compellitur etiam inuitus illud imputare in legitimam.*

64 *Alienatio quæ fieri non potuit propria auctoritate, ſi reperitur facta bona fide, & rei non de melioribus, rata haberi debet, & res alienata in portionem alienantis imputatur.*

65 *Alienatio facta ſine auctoritate iudicis ſuſtinetur, quando ex ea reſultat effectus, ob quẽ iudicis auctoritas exigitur.*

66 *Tranſactio ſuper alimentis, quæ non valet ſine decreto iudicis ſuſtinetur tamen, quando ex ea redditur melior conditio alimentarij.*

67 *Actus non vitiatur, quamuis iuris ſollemnitas in totum omiſſa fuerit, ſi menti legis ſollemnitatem inducentis fuit ſatisfactum.*

68 *Sollemnitas quando exigitur ad effectum remouendi fraudem & deceptionem, eius omiſſio non vitiat actum, quando fraus & deceptio ceſſat.*

69 *Legi contrauentum non dicitur, quoties ſaltem deſeruitur eius menti.*

70 *Modum non curamus, quoties habemus effectum.*

71 *Conditionalis diſpoſitio ea dicitur, quæ ſuſpenditur in aliquem futurum euentum, qui principalem diſpoſitionem præcedere debeat.*

72 *Modus dicitur, quando adijcitur onus, quod aggrauat hæredem in tempus diſpoſitionis perfectæ.*

73 *Verbum, Priuauit hæredem, importat tempus poſt aditam hæreditatem. Et idem operatur verbum, Cadat, numero 74.*

75 *Inſtitutio conditionalis non eueniente conditione ab ipſo initio reſoluitur, modalis verò ex poſt facto.*

76 *Dictio, Tunc, denotat extremitatem temporis.*

Et exponitur, id eſt, illo tempore, nu. 77.

78 *Diſpoſitio in dubio potius iudicatur modalis quam conditionalis.*

79 *Conditio quæ non eſt ſuſpenſiua, ſed reſolutiua non reddit conditionalem principalem diſpoſitionem, maxime quando reſolutio confertur in tempus poſt ius quæſitum.*

80 *Modus præſupponit ius quęſitum, & aggrauat in tempus diſpoſitionis perfectæ.*

81 *Ademptio poſt ius quæſitum dicitur pœnalis.*

82 *Hæres qui ſemel fuit, non poteſt deſinere eſſe hæres.*

83 *Conditionem etiam ficte adimpleri ſufficit, quando adeſt identitas rationis, & ex ficto adimplemento ſatisfit vno modo ſicut alio.*

84 *Alienans contra prohibitionem, nõ priuatur in totum, ſed tantum in parte alienata. Et nu. 87.*

85 *Emphyteuta alienans irrequiſito Domino priuatur parte alienata tantum, maximo attenta æquitate iuris Canonici. Et nu. 89.*

86 *Contrauenieus pro parte in quacumque materia non priuatur in totum de iure Canonico, & eius æquitate attenta, ſed pro parte tantum qua contrauenit.*

88 *Vaſallus vendens partem feudi non perdit integrum feudum.*

90 *Inſtientio non deſinit eſſe pura, quando ſit ademptio in pœnam.*

91 *Vocati in caſu alienationis ſub qua conditione inſtituto hæreditas adimitur, venire debent ex fideicommiſſo.*

99 *Cenſus ſimpliciter impoſitus ſuper prædio, cuius medietas eſt apta illum ſupportare cenſetur tantum impoſitus ſuper illa medietate, non ſuper alia, cuius alienatio prohibetur cum ſeq.*

100 *Bona alienari prohibita non veniunt in generali obligatione, quando adſunt alia, ſuper quibus poteſt verificari obligatio.*

101 *Alienans qui ob alienationem priuatur, ſi rem redemit, excuſatur, quando fuit redimibilis, ſecus ſi ab initio libere fuit facta alienatio.*

CONSILIVM LVIII.

SVPERIORI anno reſpondi pro Domino Franciſco Almerico Peruſino ex alienatione fundi olim cõmunis inter ipſum & D. Theſeum fratrem, ipſum non fuiſſe priuatum hæreditate dicti Theſei, & ita per Rotam Peruſinam iudicatum fuit.

Modo autem in cauſa appellationis infraſcripta dubia excitantur.

Primum, quod non ſuſtinetur alienatio ex aliqua cauſa neceſſaria, per dictum Dominum Franciſcum
1 allegata, †tum quia ex prohibitione alienationis verbis prægnãtibus facta, videtur omnis alienatio ẽt ex cauſa neceſſaria prohibita, ſecundũ Ceph. conſil. 53.

nom. ſ t J.l.t. Tum ēt quia nec deducitur cauſa neceſſa
ria alienationis pro ſolutione ęris alieni, cum non cō
ſtet ab aliquo creditore hæreditatis D Franciſcū hæ-
redem moleſtatum fuiſſe, ad hoc vt bona fideicōmiſ-
ſo ſubiecta, nō obſtante prohibitione, alienare potue
rint ſecundum Doct. in l. filiusfamilias, §. diui, ff. de le-
gat. 1. Nec in credito ipſius Dom. Franciſci hæredis
videtur poſſe fieri fundamentum, licet cum beneficio
2 innentarij hæreditatem adiuerit, † quoniam inuenta-
rium non operatur, quin hęres voluntatem teſtatoris
ſeruare teneatur. Bal. in l. debitori, nu. 4. verſ. Breuiter
3 reſpondeo, C. de pact. Tenetur enim † hæres volunta-
tem defuncti adimplere, nec ei contrauenire poteſt, li
cet innentarium confecerit, quando ex hæreditate ali
quid percipit. Imol. in c. ex parte, de feud. Dec. in l. ex
qua perſona, & ibi Hieron. Cagnol. ff. de reg. iur. Put.
dec. 264. nu. 2. libr. 3. Hier. Gabr. conſ. 125. num. 12. &
ſeqq. li. 1. Prout hic D. Franciſcum percepiſſe dicitur,
cum conſequutus fuerit opulentam hæreditatem, &
etiam ex fructibus bonorum hęreditatis ſatisfieri po
4 tuit. Idque eo magis procedere dicitur, † cum ex adi-
tione hæreditatis etiam cū inuentario actiones, prius
D. Franciſco hæredi competentes, cōfuſæ fuerint quo
ad ſubſtantiam, gl. in l. fi. §. in computatione, ff. de iur.
delib. quam ibi communiter Doctores ſequuntur, &
in d. l. debitori, & Phan. de inuent. hæred. par. 5. nu. 15.
5 Et † ſolum habentur pro non confuſis, quatenus hæ-
res damnum pati poſſet quoad hoc, vt in concurſu tā
tum cum creditoribus hæreditatis, & legatarijs eius
crediti ſit habenda ratio, vt aduertit Rim. ſen. in d. l.
debitori, col. 2. verſic. Aduerte tamen. Præterea ſi pro
ſuo credito Dominus Franciſcus ſibi ſatiſfacere po-
6 tuiſſet, † dicitur propria auctoritate bona hæredita-
ria alienare non potuiſſe. ſed per iudicem faciendam
fuiſſe bonorum ſeparationem. Bald. in d. l. debitori,
nu. 3. Rol à Vall. de inuent. hære. par. 4. vtilit. 10. nu. 6.
Burſ. conſ. 167. nu. 38. lib. 2.

Secundo adducitur in dubiis ex aliis cauſis, pro D.
Frāciſco deductis non euitari pęnam, quoniam teſta
tor prohibuit alienationem ob affectionem ad bona
prohibita, quod elicitur, dum alienationē prohibuit
quacumque cauſa, quouis quæſito colore, & quocum-
que tempore: & etiam id fecit, ne fideicommiſſum di-
minueretur, & vt tota hæreditas, adueniente caſu fi-
deicommiſſi inducti in caſu mortis, ad ſubſtitutos de
ueniret, & propterea, cum duplex ratio prohibitio-
nis conſideretur, licet ex cauſis ad excuſationem hęre
dis allegatis ex alienatione non offenderetur ſecun-
da ratio prohibitionis, cum tamen primæ rationi con
trauentum fuerit, pęnæ priuationis hæreditatis, à te-
ſtatore in caſu alienationis adductæ, locus eſt, præſer
tim quia ſubrogatio aliorum bonorum tempore alie
nationis facta non fuit, nec minus dictum, ex qua cau
ſa alienatio fieret.

Tertio etiam dicitur D. Franciſcum excuſari non
poſſe, ſi allegat pro ſua portione alienaſſe fundum, nā
ſimile de filio, cui licet pro ſua legitima, non obſtante
prohibitione, alienare, iuxta no. in d. §. diui, non vr̄ bo
num, cum legitima pure debeatur filio & abſque ali-
quo onere, & propterea filius poteſt bona patris reti
nere, quod non videtur permiſſum fratri, qui in bonis
fratris teſtatoris nullum ius habet, præter quā quod
7 poſſet dici communem eſſe in contrarium, † & filium
non poſſe rem pro ſua legitima eligere, ſed ei iudicis
arbitrio portionem eſſe adiudicandam, vt perſcriben
tes in d. §. diui, Soc. ſen. conſ. 57. num. 35. lib. 4. Iaſ. in l.
Marcellus, §. res quæ, col. fi. ff. ad Treb. Præterea ratio
illa de legitima filij ceſſare vr̄, cum frater pro conſe-
quenda ſua portione iudicem adire debuerit, ſepara

tionemq; obtinere ſecundū Bal. in d. l. debitori, nu. 3.
8 Quarto eo magis dr̄ prędicta procedere, quia † cō
ſtat de dolo D. Franciſci, quia ex alienatione ſcienter
facta contrauenit menti & voluntati teſtatoris, l. nec
vllam, §. fin. ff. de petit. hęred. Prout etiam quia ſciuit
onus & conditionem, cui parere potuit, & nō paruit,
Bal. in l. pupillorum, in fi. C. de repud. vel abſti. hęred.
conſ. 167. nu. 27. & ſeq. lib. 2.

Additur Quinto loco ad comprobationem prædi-
ctorum hic non agi de reſtitutione facienda in pęnā,
9 & per viam fideicommiſſi, † ſed de inſtitutione condi
tionali, quæ formaliter in totum & in forma ſpecifica
erat adimplenda, iuxta notata per Ang. in conſ. 168.
& Bero. conſi. 27. lib. 2.

Et qm̄ pręrenditur ex prædictis conſtare ex aliena
10 tione contrauentum fuiſſe voluntati teſtatoris, † dr̄
D. Franciſcum priuandum eſſe tota hæreditate iuxta
teſtatoris ordinationem, bonaque vocatis reſtitui de
bere l. 1. cum ibi not. C. de his quæ pœn. nomi. Angel.
conſ. 168. Crau. conſil. 1. num. 3. lib. 1. Et conſequenter
ſententiam Rotæ vt iniuſtam eſſe reuocandam.

Verum iſtis non obſtantibus, arbitror D. Franciſcū
abſque pęna alienare potuiſſe, & ſententiam Rotæ
confirmandam eſſe: Ad quod oſtendendum.

11 Præmitto † prohibitionē alienationis ad bona dū-
taxat hæreditaria teſtatoris referri, nec aliena cōpre
hendere, vt verba teſtamenti demonſtrāt, & ita de iu-
re prohibitio interpretari dēr ſcdm Bart. in d. §. diui,
12 nu. 8. Bologn. conſ. 17. nu. 2. † ſolumque includi portio
nem habitā ex teſtatoris diſpoſitione. Paul. de Caſtr.
conſ. 447. nu. 2. ver. Sed illi, li. 1. late Franc. Becc. conſ.
24. nu. 5. & ſeq. Et non ea quæ hæres aliunde conſequi
tur. Pau. de Caſtr. conſi. 340. col. 1. ver. Et ſic iſta, lib. 2.
cum in dubio non credatur teſtatorem bona hæredis
prohibitioni ſubiicere voluiſſe, Bal. conſ. 239. num. 1.
13 lib. 2. Crau. conſ. 144. num. 8. lib. 1. † Immo etiam ſi vo-
luiſſet teſtator bona hæredis in prohibitione inclnde
re, id facere non potuiſſet. Par. in d. §. diui, cuius opi-
nio cōiter recipitur, vt ibi teſtatur Rip. nu. 54. & Bolo
gnet. d. conſ. 17. nu. 2. Et conſequenter D. Franciſcus
hæres ex dicta prohibitione arctabatur ad non alie-
nandum, quod à teſtatore conſequutus fuerat non au
tem eiuſdem propriam portionem bonorum commu
nium inter ipſum hæredem & Teſeum teſtatorem.

14 Præmitto ēt, † quod in prohibitione alienationis
principaliter conſiderari dēt mens teſtatoris & ratio
prohibitionis. Ferd. Loaz. in repet. d. §. diui, num. 121.
Corn. conſ. 178. col. 1. ver. Præterea, lib. 1. cū ex eis pro
hibitio reguletur, & limitetur. Ang. conſ. 169. in prin.
15 Soc. iun. conſ. 29 nu. 40. lib. 1. † Et quoties mens teſta-
toris, & ratio prohibitionis non offenditur ex aliena-
tione, licet quis contra verba expreſſa cōmiſerit, pœ-
na locū non habet, vt voluerunt Ang. d. conſ. 169. col.
2. ver. Adeo, & ver. Et ſic. Iaſ. in d. §. diui, in 2. lect. nu.
78. Cor. d. conſ. 178. Soc. iun. conſ. 28. nu. 5. li. 2. & Man
del. de Alb. conſ. 97. nu. 15. & ſeq. & conſ. 109. nu. 8. aſſe
rens alienationē, quæ non repugnat rationi & menti
teſtatoris, nō cenſeri prohibitā, & Dec. idē ſentit in cōſ.
16 511. nu. 6. qui dixit, † qđ quoties nō offenditur ꝑ alie-
nationē pſona, in cuius fauorē fuit facta prohibitio,
non hēt locum pœna, quia ceſſat ratio prohibitionis.

Vlterius præmitto teſtatorē inſtituiſſe hæredem in
omnibus bonis D. Franciſcum fratrem, eiq; decedēti
ſine filiis ſubſtituiſſe filios ſororis, alienationemque
dicto hæredi generaliter prohibuiſſe, & in caſu alie-
nationis dictos filios ſororis vocaſſe. Et qđ dū teſta-
tor prohibitionē fecit generaliter de omnibus bonis
hæreditariis, inter quæ aderant ēt mobilia, iura, & a-
17 ctiones, † non poteſt dici, quod motus fuerit teſtator

ob

ob affectionem, quam haberet ad bona, quæ affectio
tunc conſideratur, quando prohibetur alienatio Tur
ris, Domus, ſeu alterius rei, quæ fuerit antiquorum,
vt conſiderant Doctores in d. §. diui. Sed præſumitur
motus ea tantum ratione, ne hæreditas diminuere-
tur, ſed conſeruaretur penes inſtitutum, & aduenien
te caſu integrum fideicommiſſum ſubſtitutis reſti-
tueretur. Soc. iun. conſ. 28. num. 5. verſic. Hoc autem,
lib. 2. Paul. de Caſtr. conſ. 169. col. 1. verſ. Sed in con-
trarium, lib. 1. Mandel. de Alba, conſ. 97. nu. 18. & 15.
idem ſentit Crot. in conſil. 65. nume. 15. & ſeq. lib. 1.
18 † Quod facilius hic fateri oportet, cum ſubſtituti fue
rint in caſu mortis & alienationis filij ſororis, qui nõ
ſunt de agnatione, adeo quod non poteſt dici teſtato
rem prohibuiſſe alienationem, vt bona cõſeruentur
in agnatione, ſed tantum præſumitur prohibitionẽ
feciſſe, ne fideicommiſſum diminueretur ſauore ſub-
ſtitutorum, cum illi, qui fuerunt in caſu mortis voca
ti, ſint etiam in caſu alienationis ſubſtituti. Dec. in
conſ. 636. col. penul. & fin. Cephal. alios adducens in
conſ. 153. nu. 19. & ſeqq. lib. 2.

Iſtis ſic præmiſſis arbitror ex pluribus ſuſtineri
poſſe ex alienatione Dominum Franciſcum non in-
cidiſſe in pœnam.

Primo, quia omnia bona teſtatoris & hæredis ma
ximi valoris tempore mortis teſtatoris erant inter
eos communia, & ex illis Dominus Franciſcus me-
dietatem cõſequi debebat iure proprio, quàm alie
nare poterat, cũ illa in prohibitione alienationis nõ
includeretur, & propterea licuit D. Franciſco ex di-
ctis bonis alienare fundũ valoris floren. 63. tantũ ad
19 computũ ſuæ portionis. † Videmus. n. in ſimili, prohi
bitione non obſtante, abſque metu pęnæ filium poſſe
alienare pro quantitate ſuæ legitimæ. Doct. cõiter in
d. §. diui. vbi Iaſ. in 1. lect. nu. 12. & ſeqq. & in 2. lect. n.
25. Rip. nu. 17. Bologn. qui cõem dicit, num. 94. & ſeq.
Soc. iun. nu. 33. Aret. conſ. 18. nu. 5. Burſ. pro cõi con-
ſil. 13. nu. 51. & ſeqq. lib. 1. Ceph. conſil. 153. num. 13. &
20 ſeq. lib. 2. Franc. Becc. conſil. 100. num. 21. † Et ẽt pro
quantitate Trebellianicæ. Rip. in d. §. diui, nu. 30. &
21 Burſat. & Ceph. in allegatis locis. † Et quoties filius
alienare prohibitus aliquid alienat, videtur id pro
dictis ſuis quartis elegiſſe. Doct. in l. Marcellus, §. res
quæ, ff. ad Trebel. vbi Rom. nu. 6. verſ. Nam videtur,
Aret. qui cõem dicit d. conſil. 18. nu. 5. quam ẽt cõem
dicit Gramm. deciſ. 93. nu. 5. Burſat. conſi. 48. nu. 25.
lib. 1. late Cephal. conſ. 189. nu. 19. li. 2. Et propterea
22 illud † in dictis quartis ſibi imputare debet. Soc. iun.
in d. §. diui, nu. 34. etiam contra voluntatem fideicõ-
miſſarij. Bar. in d. §. res quæ, nu. 2. quem ibi Doct. com
muniter ſequuntur, & in d. §. diui. Idem igitur erit
23 dicendum in caſu noſtro, † quod D. Franciſcus, qui
medietatem omnium bonorum liberam habebat dũ
alienauit fundum, illum ad computum ſuę portionis
elegerit, in eaq; ille ſit imputandus, & euitetur pęna.
ſtaote maxime quod fideicõmiſſum nõ diminuitur,
& ratio prohibitionis non offenditur, ſi ad computũ
portionis D. Franciſci reſtõni non ſubiectæ fundus
alienatus ponitur, vt eſt clariſſimũ. Imò quia proba
tum fuit fundũ illum diſtare ab alijs bonis, eſſe fere
inutilẽ, ſterilẽ, modici valoris, & deteriorẽ factũ fuiſ-
ſe. Si illũ D. Franciſcus ad computum ſuæ portionis
recepit, non contrauenit voluntati teſtatoris, cũ non
ſit credendũ teſtatorem in prohibitione hunc caſum
24 comprehendere voluiſſe. † ſed quia ſi teſtator inter-
rogatus fuiſſet, an vellet illum fundũ in portionem
D. Franciſci imputari, ſtantibus eiuſdem fundi ma-
lis qualitatib. & quod eius alienatio eſſet minus dã-
noſa quam cuiuſlibet alterius rei, ſine dubio veriſimi
liter reſpondiſſet quod ſic, habetur ac ſi idem diſpo-
ſuiſſet, & hunc caſum à prohibitione excepiſſet, iux-
ta gloſſam cõiter approbatam in l. tale pactum, ff. de
pact. & in materia prohibitæ alienationis not. Soc.
iun. d. conſ. 28. nu. 6. in fi. & 7. lib. 2. Mandel. de Alba,
d. conſil. 97. nu. 53. verſ. Et pro compendio. Phil. Por.
conſ. 38. nu. 38.

Secundo ſuſtineri põt alienatio, quia D. Frãciſcus
erat creditor teſtatoris occaſione mutui, pro quo a-
lienatio bonorum fieri potuit, nõ obſtante expreſſa
25 alienationis prohibitione, † cum prohibitio ad alie-
nationẽ voluntariam referatur, non ad neceſſariam
cauſam pro ſolutione æris alieni, l. peto, §. prædium,
ff. de leg. 2. & ibi Bar. Doct. cõiter in d. §. diui, vbi Iaſ.
in 1. lect. nu. 18. Rip. nu. 14. & ſeqq. Soc. ſen. conſil. 16.
nu. 13. lib. 3. Pariſ. qui cõem dicit conſ. 43. nu. 29. li. 3.
26 Quod † procedit ẽt in credito hæredis, quod detrahi
poteſt ab hærede ex vniuerſali fideicommiſſo, ẽt ſi hę
reditatem ſine inuentario adiuiſſet. Fulgo. conſ. 82.
Ruin. conſ. 112. nu. 19. lib. 2. Ang. conſ. 64. Pariſ. cõſ. 31.
nu. 53. lib. 1. Nat. conſ. 255. nu. 6. & ſeq. lib. 1. Crauet.
conſ. 144. nu. 5. lib. 1. Rol. à Vall. conſ. 65. per totũ, præ
ſertim num. 23. & ſeq. lib. 2. Phanuc. de inuent. hære.
p. 7. nu. 41. Menoc. cõſ. 183. nu. 33. li. 2. qui oſtendunt
hanc ſententiam eſſe cõiter receptam. Et fortius il-
lud detrahere poteſt Do. Franciſcus, qui hæreditatẽ
27 cum beneficio inuentarij adiuit, † quo caſu poteſt hę
res ex bonis hæreditarijs ſibi ſatisfacere, & rem ali-
quá, in qua velit eſſe ſolutũ, eligere. Bal. in l. fi. §. cõpu
tatione, nu. 4. C. de iur. delib. in l. debitori, nu. 4. C. de
pact. quem ibi ſequuntur Alex. nu. 4. Iaſ. nu. 3. Ruin.
conſ. 57. nu. 27. lib. 1. Pariſ. aſſerens ita omnes tenere
in conſil. 69. nu. 36. lib. 2. Phan. de inuent. hære. par. 5.
nu. 18. & ſeqq. & nu. 21. & latius Rol. à Vall. de inuen.
par. 4. in 10. vtilit. qui oſtendit hanc eſſe communem
opinionem, contrarijsq; reſpondet, quam detractio
28 nem † hæres non ſolũ facere põt tempore reſtõnis hæ
reditatis ſed ẽt donec hæreditas eſt penes ipsũ, vt eſt
de mente oĩum pręſertim Rui. d. cõſ. 57. n. 25. & ſeq.

Tertio quia ſine dubio dictus Frãciſcus dominus
erat medietatis fundi alienati, quem pro dicta rata
alienare poterat, cum prohibitio ſuam ratam non
afficeret, et probatum ſuit fundum illum non pati
commodam diuiſionem, licuit Domino Franciſco
29 † totum fundum alienare, prohibitione non obſtan
te, vt notanter conſiderat Socin. iunior in d. §. diui,
num. 35. per text. in §. ſi familiæ. Inſtitut. de offic. iu-
dic. ad quod bene facit, quod voluit Bald in l. filium
quem habentem, numero 28. C. famil. herciſc. maxi-
me, quia ex hac alienatione non offendit mentem
et rationem, quibus teſtator motus præſumitur ad
prohibitionem faciendam. Si enim Dominus Fran
ciſcus voluiſſet dictum fundum diuidere, et partem
ſuam tantum alienare, potuiſſet id libere facere,
& ſi ſolum ſuam ratam alienaſſet, remanente alia
medietate in hæreditate, redundaſſet in perniciem
30 fideicommiſſi & ſubſtitutorum, † cum minori pretio
æſtimaretur pars hæreditaria reſpectu partis diuiſæ
quam totus fundus reſpectu totius indiuiſi, glo. in l.
Mæuius, §. fin. in verbo, cum Familiæ, ff. famil. herciſc.
l. prima, §. primo, vbi glo. Bart. & Bald. C. com. diuid.
Rol. à Val. conſilio 71. nume. 16. & ſeq. libro tertio. &
in propoſito notat Bald. in d. l. filium quem haben-
tem, numero 28. verſicu. In contrarium. Vnde quia
ex alienatione totius fundi maior vtilitas reſultat
in fauorem fideicommiſſi, quia totus maiori pretio
31 æſtimatur † & in portionem Domini Franciſci impu
tari debet ſecundum eius veram æſtimationem, ſe-
cundum Rip. in l. in quartam, nu. 102. ff. ad leg. Falc.

Ex alienatione totius fundi magis ſatisfit menti te-
ſtatoris, & rationi prohibitionis, quæ fuit, ne fidei-
commiſſum diminueretur, quam ſi ſtatum medietas
fuiſſet alienata. Ideo non eſt commiſſa aliqua pœna,
ex quo menti & rationi non eſt contrauentum, ſed
potius ei ſatisfactum. Et ſi aliter diceretur, ex prohi-
bitione reſultaret effectus contrarius rõni prohibi-
tionis, quod non eſt dicendum, cũ fideicommiſſi fauo
re fuerit facta prohibitio, arg. l. quod fauore, C. de le-
gi. & in propoſito Soc. iun. in d. conſ. 28. nu. 8. lib. 2.
Accedit Quarto probatum eſſe in proceſſu fundũ
illum fuiſſe modici fructus, & paruo tempore inutilẽ
remanſurum, ſi alienatus non eſſet ob eius diſtantiã
32 ab aliis bonis, & alias malas qualitates, † quo fit, vt
alienari potuerit, licet aliàs alienatio prohiberetur.
Rom. d. §. res quæ, nu. 7. Franc. Becc. conſ. 100. nu. 20.
& iſto caſu alienatio quodammodo neceſſaria indi-
catur, & permiſſa, non obſtante prohibitione, vt per
plures rationes oſtendit Philip. Port. conſ. 38. nu. 20.
& ſeqq. 24. 27. 32. & ſeq.
Additur Quinto Dominum Franciſcum alienaſſe
fundum valoris Florenorum 63. & redemiſſe medie
tatem molendini alienati à patre, cõis cum alia me-
dietate cum ipſis fratribus, ex qua redemptione ma
ior vtilitas reſultat, tum reſpectu fructuum, tum æſti
mationis, ſi totum molendinum pertinet ad ipſos, q̃
ſi vt prius in communi poſſideretur cum extraneis
ſtãte maxime alienatione ſundi fere inutilis, & quod
Dom. Franciſcus paratus eſt molendinum ſubroga-
33 re loco ſundi alienati. † Idcirco ex alienatione nul
lam incurrit pęnam, præſertim quia ex recuperatio
ne molendini ſatisfit menti teſtatoris, vt fideicom-
miſſum magis pingue conſeruetur, & non diminua-
tur. Socin. in d. conſil. 28. nu. 5. & ſeq. lib. 2. Fel. conſil.
42. num. 4. Port. Imo. conſi. 38. nu. 31. & ſeq. Croc. con
ſil. 65. nu. 15. & ſeq. lib. 1. Mandel. de Alba d. conſ. 97.
nu. 13. & ſeqq. multis, vbi nu. 53. verſi. Et pro compen
34 dio. & nu. 54. † aſſerit nihil referre non eſſe factam ac
quiſitionem per modum permutationis, dummodo
eumdem effectum acquiſitio afferat.
Sexto comprobatur intentio Domini Franciſci,
35 † quia ex alienatione non eſt locus pęnæ, niſi hæres
alienet dolo non ſolum re ipſa, ſed ẽt conſilio & ani-
mo auertendi fideicõmiſſum, vt in terminis oſtendit
Mandel. de Alba d. conſ. 97. num. 35. & ſeq. & ſenſit
Port. Imo. in d. conſ. 38. nu. 36. & dolus ab aduerſa-
36 rijs, qui pęnæ locum eſſe dicunt, probari debet, † cum
dolus nõ præſumatur, l. quoties, §. qui dolo, ff. de pro
bat. l. merito, ff. pro ſoc. & in propoſito notat Pariſ.
conſ. 25. num. 26. & 27. lib. 2. qui dolus probatus non
fuit, imò præſumitur Dominum Franciſcũ non alie-
naſſe doloſe & animo auertendi fideicõmiſſum. Rui.
conſ. 109. nu. 12. lib. 2. ſtante maxime quod alia bona
acquiſiuit. Rui. conſ. 163. nu. 3. lib. 3. Et conſtat ẽt de
contrario, cũ facta fuerit alienatio rei modici valo
ris, & fere inutilis, quod fieri potuit pro ſua portione
vel credito, aut cauſa acquirendi alia bona, vt eſt di-
ctum. Et quamuis cauſæ iſtæ ſint iuſtiſſimæ, nihilomi
nus ſi eſſent iniuſtæ, ſufficiunt ad excluſionem doli &
37 fraudis, † cum quælibet cauſa etiam iniuſta à dolo &
fraude excuſare ſoleat, l. igitur, §. qui poteſt, ff. de lib.
cauſ. Curt. iun. qui de communi teſtatur conſ. 19. nu.
5. lib. 1. Dec. conſ. 452. num. 4. Soc. iun. conſ. 37. nu. 33.
38 lib. 2. Cephal. conſ. 110. nu. 11. lib. 1. † Et bonam fi-
dem cauſat. Bal. in l. 1. C. vbi cauſ. ſtat. Alc. conſ. 127.
nu. 11. lib. 4. Cur. iun. conſi. 28. nu. 31. lib. 1. Et conſe-
ſequenter pęnæ priuationis locus nõ eſt ex iã dictis,
39 Et † quia faciens actũ, quem putat permiſſum, licet
eſſet prohibitus, non punitur. Bal. conſ. 243. in fi. li. 4.
Dec. conſil. 605. nu. 4. Crauet. conſil. 8. num. 31. lib. 1.
Rim. iun. conſil. 70. nu. 27. lib. 1.
Septimo adduci poteſt, quod ſi quælibet ex dictis
40 rationibus nõ ſufficeret, † ex omnibus ſimul iunctis
omnino D. Franciſcus tutus redditur, cum quæ non
proſunt ſingula, iuncta iuuent. glo. in l. 2. in verb. legi
timis, ff. de excuſat. tut. late Gabr. in ſuis concluſ. in
tit. de probat. conclu. 1. in princ. per quam ita in iſtis
terminis tenent Soc. iun. d. conſil. 28. num. 11. verſ. Et
licet, lib. 2. Mandel. de Alba in d. conſ. 97. nu. 40.
Poſtremo licet credam ex prædictis cauſam in fa-
uorem D. Frãciſci reddi clariſſimam, adhuc ſi dubia
41 eſſet, in dubio pro eo eſt iudicandũ, † tum quia reus
& poſſeſſor eſt. c. ex litteris, de probat. Iaſ. in l. de die.
in ſi. princ. ff. qui ſatiſd. cog. Pariſ. conſil. 64. nu. 53. &
ſeq. lib. 1. & conſ. 88. nu. 48. lib. 3. Tũ ẽt quia interpre
42 tatio iſta eſt magis benigna, & ęqua, † & in re dubia
benigniorẽ interpretationẽ ſequi non minus iuſtius
eſt, quã tutius, l. proxime, ff. de his quæ in teſta. delẽt.
l. ea quæ, §. in re dubia, ff. de reg. iur. l. ſi fuerit, in fi. ff.
de leg. 3. Rol. à Vall. conſ. 64. nu. 17. lib. 3. Rim. iun. cõ
43 ſil. 285. nu. 121. lib. 3. † Et in terminis quod in dubio
iudicandum ſit ex alienatione contra prohibitionẽ
non eſſe cõmiſſam pęnam, tenent Soc. iun. d. conſ. 28.
nu. 11. ver. Et licet, li. 2. Mand. de Alba d. conſi. 97. nu.
40. Quod ſine dubio faciendũ puto ab iſtis doctiſſi-
mis Iudicib. appellationis, vt admonet Por. Imo. in
d. conſ. 38. nu. 37. præſertim quia aduerſarij eum ma-
ximo rigore contra oẽm æquitatem & iuſtitiã quæ-
runt priuare D. Franciſcum hæreditate fraterna ob
alienationẽ modicæ rei fere inutilis & ſterilis, quæ tẽ
pore magis deterior facta eſſet, quã dicunt D. Franci
ſcũ non potuiſſe alienare pro ſua portione vel credi-
to, vel pro recuperatione rei magis vtilis, ẽt quod in
actis obtulerit ſe paratum eam in portionem ſeu cre
ditũ imputare, aut rem redemptã ſubrogare ad libi-
tũ aduerſariorum, fundantes ſe in rigore verborum
prohibitionis, qui nullo modo ſunt audiendi ex iam
44 dictis, † Et ẽt quia alienationis prohibitio, & pęna ei
adiecta dr̃ odioſa, & quantũ fieri põt reſtringenda.
Doct. in d. §. diui, vbi Soc. iun. nu. 15. & in conſ. 13. n. 9.
lib. 4. Rol. à Val. conſ. 43. nu. 45. & ſeq. lib. 4. aſſirmans
ita oẽs tenere, Hier. Gabr. in conſ. 121. nu. 18. & conſ.
132. in 1. q. nu. 5. lib. 1. Cephal. conſ. 296. nu. 32. lib. 2.
Et ſtantibus prædictis, non obſtant dubia per Do
minos Iudices in contrarium excitata.
Et primo non obſtat prohibitionem conceptã fuiſ
45 ſe verbis prægnãtibus, † quia verba illa remouent tm̃
alienationẽ doloſam, & in fraudem fideicõmiſſi, non
aliã, quæ fideicõmiſſum non diminuit, vel aliàs ea iu
ſta cã fieret, vt declarat Port. Imol. d. conſ. 38. nu. 36.
aliàs. n. abſurditatem induceret prohibitio, ꝑpea ita
interpretari dẽt, ẽt ſi verba reſtringerentur, aut eciã
adderentur ſuperflua, ſecundũ Barth. Rom. in trac.
de reſt. præcept. bon. extr. fam. non alie. nu. 144. ver.
46 Nam ſupra. † Quę vero dicit Ceph. in allegato conſ.
53. n. 21. poſt Rui. procedere poſſent in cã neceſſaria
prouenientem ex perſona hr̃dis, vt pro dote filiarũ hæ
redis, alimentis, redẽptione à carcerib. vel ſimili cã,
quæ à teſtatore originem non traheret, & per quã fi-
deicommiſſum diminueretur, ſed non hñt locum in
alienatione facta ex cauſa neceſſaria à teſtatore ꝓue
niente, vel alia q̃ fideicõmiſſũ non diminuit, cum hęc
inter ſe valde differant, vt colligitr ea adductis ꝑ Iaſ.
ĩ l. Marcellus, §. res q̃. n. 3. ff. ad Treb. & in auth. res q̃,
o. 2. ver. 6. lim. C. com. de leg. & ꝑ Ceph. conſ. 346. nu.
10. li. 3. Nec deductioni pro credito D. Franciſci hæ-
redis eſt impedimẽto, qđ ipſe hæreditatẽ Theſei adi
uerit, vt ſupra fuit oſtẽſum. Et Bal. ex aduerſo allega

tus

rus in l.debitori,nu.4.loquitur, quando hæres inuentarium non confecit,quo caſu dixit confundi actioné, ſed non reſpectu retentionis,vt in ver.Extra oppone. At quando eſt confectum inuentarium, aliud ſentit nu.3. Put.vero & Hier.Gabr.in alijs terminis loquuntur quando ſcilicet hæres expreſſe impugnat factum defuncti,reuocãdo alienationem ab eo factam,quod non accidit in caſu noſtro,ſi Dominus Franciſcus ſuũ creditum deduci,quia teſtator,quando recepit pecunias mutuo à Domino Franciſco, ei dedit licentiam alienandi pro quantitate mutuata bona ipſius teſta-
47 toris, † quæ licentia Teſeo conceſſa per contractum, ex teſtamento non cenſetur reuocata, cum de ea non fuerit facta ſpecialis mentio ſecundum Iul.Clar.in §.
48 teſtamentum,q.71.ver.ſed pone.† Nec pręſumitur teſtatorem feciſſe D.Franciſcum hæredem animo compenſandi cum ſuo credito,& teſtatoris debito, l.ſi ab eo.C.de nego.geſt.l.ſi compenſandi,C.de hæred.inſt. Ale.in l.cum hęres,in 2.not.ff.ad Treb.& alij,quos late refert & ſequitur Rol.à Vall.cõſ.65.nu.18.& ſeqq.
49 lib.2.† Minuſque in prohibitione voluiſſe comprehẽdere alienationem, quæ fieret pro ſoluendis debitis teſtatoris,iuxta notata per Doct.in d.§.diui, vbi Rip. nu.24.& ſeq.Iaſ.in 1.lectu.nu.18 & alij omnes admittunt,& late ſupra demonſtraui Fuit enim hæc prohibitio facta fauore fideicommiſſi in caſu mortis inducti,ac correſpectiue ad illud. Dec.conſ.636.col.pen. & fin.& dixi ſupra. Et quia de fideicommiſſo vniuerſali in caſu mortis hæres poteſt ſuum creditum deducere,vt dicetur,ad dictam cauſam prohibitio non extenditur, quæ vt dixit alienationem tãtum doloſam, & in fraudẽ fideicommiſſi faciendam includit. Quod
50 de fructibus dicitur,non eſt cõſiderabile,† cum enim fructus adita hæreditate non ſint hæreditarij, ſed hæredis,l.in fideicommiſſaria,vbi Bart.& alij,ff.ad Tre-
51 bell. † in verum creditum hæredis non imputantur, quando hoc non eſt à teſtatore expreſſum,iuxta communem Doctorum opinionem,de qua teſtantur Rol. à Val.d.conſ.65.nu.24.& ſeq.lib.2.Hier.Gabr.conſil. 124.nu.7.& ſeqq.lib.1.& Phanuc.in d.tract.de inuen. hæred.part.7.nume.46. alios multos huius ſententiæ adducentes.

Minus verũ eſt actiones eſſe confuſas taliter,quod
52 nocere poſſit hæredi, † nam licet quoad ſubſtantiam admitteretur confuſionem eſſe factam, nihilominus adita hæreditate cum inuentario, actiones habentur pro non confuſis quoad effectũ,& quoties hæredi aditio incõmodum afferre ſeu aliàs præiudicare poſſet, ei ſuccurritur,ac ſi hæreditas non eſſet adita, & nulla eſſet facta confuſio ſecundum Curt.ſen.in d.l.debitori,nu.12.C.de pact.& ibi Curt.iun.nu.25.de communi teſtatur:Et propterea admittunt Doctores hæredem cum inuentario ſuum creditum cõſequi, illudq; ſeparare poſſe à ceteris bonis hæreditarijs, vt de eo ad libitum diſponat, Bal.in d.l.debitori, & ibi Alex. nu.4 aſſerens ita ſeruari feciſſe.Ruin.conſ.57.nu.27. libr.2. Rol.à Vall.in d.10.vtilit.per totam,præſertim nu.7.& latius Phanuc.in d.tract.de inuent.par.5.nu. 16.& ſeqq.19.& ſeq. in quibus locis alias adducunt auctoritates,& de communi teſtantur.

Nec poteſt reſtringi dicta concluſio ad caſum tantum,in quo agitur de computatione,in concurſu cum creditoribus & legatarijs,vt dicebat Rimin.ſen.Quo
53 niam communis eſt in contrarium:† Volũt enim Doctores hæredem non ſolum poſſe retinere ſuum creditum in computatione,vt ſupra facienda, ſed etiam illud cõſequi poſſe agendo, vt de eo diſponere valeat, vt in terminis firmauit Curt.ſenior, qui de communi teſtatur in repet.d.l.debitori,nu.8.& ſeq.& poſt eum hanc opinionem communem appellat Rol. à Vall. in d.10.vtilit.num.7. Quorum opinio veriſſima eſt, nam etiam illi,qui volunt per aditionem hęreditatis actiones ſubſtantialiter confundi,concedunt in effectu haberi pro non confuſis,quoties hæres damnificatur, & ſatis eſſet in damno, ſi agendo non poſſet ſuum creditum conſequi,vt de eo diſponere poſſit, poſtquam hæreditas oneri reſtitutionis eſt ſubiecta,vt ſentiunt omnes,& magis clare explicat Alex.in d.l.debitori, nu. 4.ver.Quo ad ſecundam.

Vlterius quia Dominus Franciſcus grauatus eſt reſtituere hæreditatem,ſi ſine filijs deceſſerit, & vt dixi, prohibitio alienationis cenſetur facta pro conſeruatione fideicommiſſi, non poteſt conſiderari aliqua actionum confuſio, etiam ſi Dominus Franciſcus hære
54 ditatem ſine inuentario adiuiſſet,† nam cum in fideicommiſſo vniuerſali non veniant bona grauati,l.cohęredi,§.cum filię,ff.de vulg.& pup.grauatus reſtituere hæreditatem põt ſuum creditum deducere,etiã quod abſque beneficio inuentarij hæreditatem adiuiſset, licet enim omiſſio inuentarij præiudicet hæredi quoad hoc vt creditoribus & legatarijs in ſolidum teneatur,nihilominus reſpectu fideicommiſſi vniuerſalis e-
55 ius † omiſſio hęredi nõ nocet, quin ſuum creditum ex fideicõmiſso detrahere ſeu retinere poſſit, l.debitor, & ibi Caſtr.ff.ad Treb.Caſtr.in l.ita tamen,§.ex Trebelliano,ff.eodem,quem ibi Ale. & alij ſequũtur,Bal. Ale.& ceteri,in d.l.debitori,Soc.ſen.conſ.44.col.2.li. 3.Iaſ.conſ.28.li.3.Grat.conſ.160.in fi.lib.2.Bero.conſ. 97.lib.2.Bertrand.conſ.238.libr.4. & dixi ſupra.Nec reſiſtit quod dicebatur non potuiſſe Do.Franciſcum propria auctoritate pro ſuo credito bona alienare, ſed ſaltẽ iudicem adire debuiſſe, Reſpondetur enim, quod Teſeus,quando pecunias mutuo accepit à Domino Franciſco, ei licentiam dedit accipiendi bona ipſius Teſei, illaque ſine licentia alicuius iudicis alienandi pro ſatisfactione ſui crediti,vt in chirographo
56 manu dicti Teſei apparet, † & propterea non fuit opus aliquam iudicis licentiam obtinere,iuxta l.creditores,vbi Bar.& alij,C.de pig.& not.Mandel.de Alba in d.conſ.97.nu.49.ver.Ad tertium. Nec vt dixi ſupra per prohibitionem alienationis in teſtamento dicta licentia cenſetur reuocata,poſtquam eius non fuit facta ſpecifica mẽtio, præterea obiectum tollitur etiam ex dicendis infra in ſolutione Tertij dubij.

Secundum dubium de duplici ratione prohibitionis tollitur ex his,quæ ſupra fuerũt adducta in tertio præmiſſo, vbi oſtẽdi vnicam tm̃ rõnem prohibitionis conſiderari poſſe,ne fideicommiſſum diminueretur. Et quamuis tempore alienationis alia bona loco fundi alienati ſubrogata non fuerint,nec dictum,ex qua cã alienaretur fundus,non refert,poſtquam D.Frãciſcus in actis obtulit ſe paratum fundum in ſuam portionem, vel pretium in ſuum verum creditũ imputare,ſeu alia bona cõmunia, & etiam molendinum per ipſum redemptum,loco fundi alienati ſubrogare, ſatis erit. Et cũ prædictis cauſis licite alienatio fieri potuerit,ex eis præſumitur facta,& non ex alia cã prohi
57 bita,vt pœna euitetur.Etenim† actus qui ex vna cauſa licite, & ex alia illicite fieri potuiſset, ad euitandũ delictum, ex cauſa licita geſtus præſumitur,l.merito, cum ibi not.ff.pro ſoc.prout etiam præſumitur ex cauſa permiſsa factus,vt diſpoſitio per hanc pręſumptionem valeat,& non pereat,l.quoties,la 2.ff.de verbor. oblig.Pariſ.conſil.21.num.52.lib.3.& in ſimili notat
58 Rim.iun.conſil.147.num.19.& ſeq.libr.2.† qui dixit alienationem cenſeri factam ex cauſa neceſsaria dotis, ex qua fieri poterat ad euitandam pœnã,licet ex ea cauſa expreſſe facta non appareat. Præterea dico,

59 quod in hoc † effectus tantum computationis, ſeu
ſubrogationis eſt attrendendus, non autem quid tūc
factum, ſeu dictum fuerit, ſecundum Mandel. de Al-
ba d.conſ.97.nu.53.& ſeq.

Tertia dubitatio minus nocet, nam quando fra-
ter alienans conſentit alienata in portionem ſuā im
putari, nulla conſtituitur differentia inter eum & fi-
lium reſpectu ſuæ legitimæ, immo magis id videtur
permiſſum fratri quam filio, cum frater in bonis cō-
munibus reſpectu ſuæ portionis potentius ius ha-
beat, quam filius in hęreditate patris pro ſua legiti-
60 ma, quia † filius in legitima improprie illius credi-
tor dicitur. Alcia.in l.in quartam, nu.85. ff.ad leg. Fal
cid. Iaſ. conſi.181. lib.2. Et frater ſuæ portionis vere
61 dominus eſt; † ideo potentius ius habet, vt per not.
in l.ab eo, C.de fideicom. dixit Soc. ſen. conſ.16.n.23.
lib.3. qui licet in caſu ſuo nu.24. concludat ſimile de
filio non procedere, loquitur in caſu diuerſo, vt non
imputentur alienata in portionem fratris alienātis
62 contra eius voluntatem, † nam etſi filius alienana
etiam inuitus cogi poſſit ad imputādum alienata in
legitimam, vt notant Doct.in l.in quartam, ff.ad leg.
Falcid. vbi Ang col.3. & Dominus Cæſar Fiumagio-
lius Iuriſconſultus celeberrimus Peruſin. ibi in repe.
num.494. Cephal.conſ.189.nu.20.lib.2. Dicit tamen
Soc. id non procedere in fratre, qui potentius ius ha-
bet, ſed compellitur tantum pretium reſtituere, ne
detrimentum ſentiat ex alienatione bona fide facta,
ſi cogeretur alienata in portionem imputare, quæ
non nocet, cum frater conſentiat ſibi fundum in par
tem imputari.

Nec obſtat, dum dicitur videri, quod cōis ſit in cō
trarium reſpectu filij, qui non pōt rem pro ſua legiti-
ma eligere, ſed ei portio Iudicis officio eſt adiudican
da, quoniā vt ſupra demonſtraui in primo fundamē-
to oēs conueniunt, quod licet non poſſit filius vnam
rem eligere, ſi tamen aliquid alienat bona fide, non
eſt locus pœnæ, ſed id in legitimā imputatur. Et in
hoc Doct. in contrariū adducti non diſſentiunt. Solū
63 enim dicunt filiū non poſſe † propria auctoritate rē
eligere, ſed officio iudicis conſequi debere legitimā,
quod ego admitto, & dico idem tenere Bart. Alex. &
alios in d.l.in quartā. vbi Rip. nu.112. cōem eſſe teſta-
tur. Soc. iun. nu.103. & Cæſar Fiumagiol. in d.repet. d.
l.in quartam, nu.511. qui pariter de commun teſta-
tur. Menoc. de arbit. iud. qō. lib.2. cent.5. caſ.163. nu.
16.& ſeq. Clem. de patr poteſt. ca.6. effect.16. nu.41.
Et hanc opinionem cōiter receptam eſſe teſtantur ēt
Burſat. conſ.13. nu.48. lib.1. Didac. Couar. in cap. Rai
naldus, §.2. nu.5. de teſta. quod pro nobis facit, nam
ſicut filius, qui non poteſt rem pro legitima eligere,
ſed iudicē adire tenetur, vt rem aſſignet, vt dicut præ
dicti Doctores, & magis clare Bart. Romul. in tract.
de teſt. præcept bon. extr. famil. alien. nu.48. verſ. Vl-
timo probatur. Ruin. conſ.57. nu.85. & ſeq. lib.2. Fiu
magiol. in d.repe. l.in quartam, nu.495. vbi cōem di-
cit, ſi alienat bona fide, non incidit in pęnam adie-
ctam probibitioni, vt omnes in dicto ſecundo funda
mento allegati admittunt. Ita pariter dicendum eſt
in fratre reſpectu ſuæ portionis, vel crediti, quamuis
& ipſe iudicis auctoritate ſeparationē obtinere de-
buiſſet, pręſertim cum eadem ratio in vtroque caſu
vigeat. Ea enim dictæ cōcluſionis affertur ratio, quia
etſi adiudicatio fieri debeat per iudicē, in cuius ar-
64 bitrio reſidet, in qua re portio aſſignetur, † nihilomi-
nus ſi eſt facta alienatio propria auctoritate, bona fi
de, non in fraudem, & de re non meliori, æquum pu-
tatur, vt alienatio non retractetur, ſeu aliàs alienans
puniatur, ſed iudex arbitretur alienationem ſubſi-
ſtere, & alienata in portionem alienantis imputari
debere. Bart. in d.l. Marcellus. §. res quæ, num.2. ff. ad
Trebel. Paul. de Caſtr. nu.3. Bald. in l filium quem ha
bentem, nu.58. verſ. In contrarium, C. famil hercisc.
& Burſat. conſ.13. nume.49. lib.1. vbi alios adducit.
Suadet enim æquitas iudicem debere habere ratam
alienationem, ex iuſta cauſa & bona fide factā, man-
dando rem illam in portionem alienātis imputari.
Dec. conſ.236. nu.16. Menoch. d. caſ.163. nu.55. Quæ
ratio conſiderabilis eſt ēt in caſu, de quo agitur; nā ſi
Dom. Franciſcus debuiſſet iudicem adire, poſtquam
conſtat rē minus damnoſam, fere ſterilem, & modici
valoris alienaſſe, non erit locus pęnæ, ſed alienatio
per iudicem rata haberi debet mandando fundū in
portionem Do. Franciſci, ſeu in creditum imputari,
aut rem meliorē redemptā eius loco ſubrogari, pro-
ut melius videbitur, cum Do. Franciſcus omnia face
65 re ſit paratus. † Vlterius ego conſidero, quod non po
teſt dici Do. Franciſcum ex alienatione incidiſſe in
pęnam, quia clarum eſt eum potuiſſe alienare prohi
bitione non obſtante pro ſua portione, vel pro credi
to, aut pro recuperatione molendini, aut ex alijs cau
ſis adductis ſupra, & hoc non videtur controuerti.
Solum dicitur, quod non debet propria auctoritate
eligere rem, ſed iudicē adire, & ſeparationem bono-
rum obtinere, quod non facit cōmitti pęnam, quæ tā
tum incurritur, qū doloſe contra prohibitionem fit
alienatio in caſu prohibito, vt dixi. Et adducta in cō
trarium non arguunt culpam ſeu dolum in alienan-
do & contrauenīendo prohibitioni, ſed tantum cul-
pam in omittendo adire iudicem, & in eligendo rē
propria auctoritate, quod nullo modo poteſt nocere
reſpectu pœnæ adiectæ prohibitioni, & hoc puto eſſe
clariſſimum, præſertim in caſu noſtro, qm̄ vt conſi-
derant Doctores pro conſignatione facienda iudex
adeundus eſt ad effectū, vt res arbitrio boni viri abſ-
que fraude conſignetur, cui rationi hic fuit ſatisfa-
ctum, cum Dominus Frāciſcus elegerit rem deterio-
rem, merito licet ordo ille adeundi iudicē non ſit ſer
uatus, non nocet eius omiſſio, poſtquam effectus con
ſideratus reſultat & ſatisfit menti, & rationi, ex qua
iudicis auctoritas exigebatur. argum. text. in l cum
66 hi, §. eam, ff. de tranſact. vbi † probatur tranſactionē
ſuper alimētis, quæ ſine decreto Prætoris valide fieri
non poterat ea ratione, ne per tranſactionem alimē
ta interciperentur, valere etiam ſine decreto, ſi per
eam conditio alimētarij melior fieret, per quem tex
tum Caſſad. deciſ.5. nu.2. in tit. de iud. poſt Rom. con
67 ſil.433. col.5. verſic. Septimo conſidero, dixit † non vi
tari actum, quamuis iuris ſollēnitas omittatur in to-
tum, qū menti legis ſollemnitatem inducentis ſatiſ-
68 factum eſt, † hinc etiam Pariſ. conſ.33. nu.34 & ſeq.
lib.2. dixit, quod quando ſollemnitas exigitur ad ef
fectum remouendi fraudem & deceptionē, actus ſu-
ſtinetur etiam ea non ſeruata, quando ſumus certi,
quod fraus & deceptio ceſſet. Satis enim eſt ſatisfie-
69 ri menti legis, nec dicitur † veniri contra legem, quo
ties ſaltem deſeruitur menti. Corn. conſ.26. col. fin.
num.21. in fi. verſic. Quandoque petuntur, lib.3. Bur-
70 ſat. conſ.74. num.127. lib.1. & quia † non curamus de
modo, quando habemus effectum, l Gallus, §. ſi eius,
& ibi Bart. ff. de lib. & poſthum. Dec. conſ.385. Ceph.
conſ.209. nu.4. lib.5. & conſ.225. num.25. eodem lib.
Menoch. conſ.35. nu.25. lib 1.

Quarta obiectio de dolo præſumpto tollitur ex
adductis ſupra maxime in Sexto fundamento. Addu
cta aut in contrarium poſſent admitti, ſi Dom Fran-
ſcus contraueniſſet voluntati teſtatoris, ſeu non fe-
ciſſet, quod debuit, abſque aliqua cauſa, quod hic
non

non euenit, cum Dominus Franciſcus ex iuſta cauſa
alienauerit in caſu licito, nec in electione fuit in do-
lo, cum deteriorem rem elegerit.

Pro reſponſione ad Quintum argumẽtum dicitur
inſtitutionem ſactam a Theſeo non eſſe conditiona-
lem, quoniam teſtator inſtituit Dominum Franciſcũ
cum onere, quod non poſſet alienare, et ſi alienaret,
71 eum hæreditate priuauit, † quæ quidem inſtitutio nõ
poteſt dici conditionalis, ſed potius modalis, cum
non fuerit ſuſpenſa in aliquem futurum euentum, qui
principalem diſpoſitionem, præcedere debeat, quo
caſu conditionalis appellari poſſet. Bart. in l. 1. col. 2.
ff. de condit. & demonſt. & in l. quibus diebus, §. Ter-
milius, num. 6. eo. tit. Simon de Pret. de interpret. vlt.
vol. lib. 3. Interpret. 2. dub. 1. ſolut. 10. nu. 2. Fuit enim
hic facta inſtitutio pure, ſed adiecto onere, vt aliena-
tio fieri non poſſet, & onus non ſuſpendit effectum
principalis diſpoſitionis, ſed eum limitat, & reſtrin-
git, & aggrauat hæredem in tempus diſpoſitionis per
72 fectæ, & aditæ hæreditatis. † Et propterea modus &
non conditio dicitur. Bar. in d. §. Termilius, nu. 1. Aret.
in conſ. 149. col. 1. vt in fortioribus terminis loquitur,
quando fuit dictum cum conditione, & onere, ſequi-
tur Alex. conſ. 102. num. 2. libro 1. not. Menoch. conſ.
131. num. 1. & 2. lib. 2. Fran. Mant. de coniect. vlt. vol.
lib. 10. tit. 5. nu. 15. & ſeq. qui alios multos adducunt.
Quod autem onus reſpiciat tantum tempus poſt adi
tam hæreditatem, & emolumentum quæſitum, ſatis
apparet ex eo, quod pure fuit facta inſtitutio cum o-
nere, vt hęres alienare non poſſet, quæ quidem aliena
tio fieri tantum de facto potuiſſet poſt aditam hære
ditatem, & non antea. Idque etiam oſtenditur, dum
teſtator in caſu alienationis priuauit hæredem hære-
73 ditate, † cum verbum, Priuauit, importet tempus poſt
aditam hæreditatem, & præſupponat hæreditatem
eſſe quæſitam. Bar. in l. paterfamilias teſtamẽto, nu. 6.
74 ff. de hæred. inſtit. Ruin. conſ. 47. num. 4. lib. 2. † qui di-
cit idem importare verbum, cadat, cum enim priua-
tio, præſupponat præceſſiſſe habitum, l. decem, §. decẽ,
ff. de verb. oblig. fateri oportet teſtatorem voluiſſe pri
uare hęredem alienantem poſt hæreditatem quæſi-
tam, quia aliàs hæres priuari non potuiſſet, vt ſentit
Menoch. in d. conſ. 131. num. 2. verſic. Quod autem, &
magis clare Ceph. in conſ. 52. num. 24. in fi. 25. & 27.
75 lib. 1. † Et comprobari poteſt conſiderando, quod ſi
inſtitutio fuiſſet conditionalis, non eueniente condi-
tione, ab ipſo initio reſoluta diceretur. Sed ſi eſt mo-
dalis, ex poſt facto reſoluitur, vt dicit Menoch. conſil.
134. num. 31. & 32. lib. 2. Sed ex verbis teſtamenti con
ſtat, quod reſolutio ex mente teſtatoris, fit non ab ip-
ſo principio, ſed ex poſt facto, eo ſcilicet tempore, quo
alienatio ſequeretur, quia tunc hæres priuatur, & tũc
76 filij ſororis hæredes inſtituũtur, quod oſtenditur † ex
dictione, tunc, quæ extremitatem temporis deſignat,
l. 4. §. fi. ff. de cond. & demonſt. vbi Soc. not. l. in ſubſtitu
tione, in fi. ff. de vulg. & pupil. Ruin. conſ. 200. num. 9.
77 lib. 1. † Et exponitur id eſt, illo tempore, glo. in l. Gal-
lus, in prin. in verb. Tunc, & ibi Ang. ff. de lib. & poſth.
late Rol. à Vall. conſ. 56. num. 19. & ſeqq. lib. 3. Rimin.
iun. conſ. 247. nu. 26. & 27. lib. 3. Et ad aliud tempus
referri non poteſt ſecundum eos, & Rim. iun. late con
ſil. 97. nu. 7. & ſeq. lib. 1. Ideo non poteſt dici teſtatorẽ
feciſſe inſtitutionem conditionalem, ſed potius mo-
dalem, quod videtur clariſſimum. Et ſi de hoc dubita
78 retur, † in dubio fateri oporteret diſpoſitionem non
eſſe conditionalem, ſed modalem. Aret. d. conſil. 149.
col. 1. Alex. de communi, d. conſ. 102. col. 2. ver. Confir
mo, lib. 1. Natta conſ. 373. nu. 26. & ſeqq. lib. 2. Soc. ſen.
conſ. 21. num. 18. lib. 3. Grat. conſ. 102. num. 1. libro 2,

alios refert Menoch. conſ. 131. num. 2. lib. 2. Nec ex eo
quod conditio fuit adiecta priuationi hæreditatis in
79 caſu alienationis inſtitutio redditur † conditionalis,
quia illa conditio eſt reſolutiua in caſu alienationis,
non ſuſpenſiua, propterea principalem diſpoſitionẽ
conditionalem non reddit, l. 2. ff. de in diem adiect. l.
hæc venditio, §. ſi ff. de contrah. empt. Patiſ. conſ. 5. nu.
12. lib. 4. Bero. conſ. 153. nu. 5. lib. 3. & in vltima volun
tate. Rim. iun. conſ. 244. nu. 169. & 185. lib. 3. præſertim
cum reſolutio & priuatio conferãtur in tempus poſt
ius quæſitum hæredi, & poſt hæreditatem aditam, vt
dixi, quo caſu ſine dubio ex conditionali reſolutione
ipſa principalis diſpoſitio redditur conditionalis.
Rot. Bononien. in deciſ. inſer. poſt conſ. 244. Rim. iun.
num. 43. lib. 3. & poſt Ceph. quem allegat in conſ. 52.
num. 13. 21. & ſeqq. lib. 1.

Cum igitur reſtitutio non eſſet conditionalis, ſed
modalis, ex ea etiam antequam modus adimplere-
80 tũr, hæredi ius quæſitum fuit in hæreditate, † cum mo
dus pręſupponat hæreditatem pure quęſitam, ex quo
modus aggrauat hæredem in tempus diſpoſitionis
perfectæ, vt habetur per Doctores ſupra adductos, &
magis clare explicat Pau. de Caſt. in l. qui abſenti, §. ſi
quis, nu. 3. ff. de acq. poſſ. & late Menoch. in conſil. 78.
num. 15. & ſeq. lib. 1. & in conſil. 134. num. 32. 33. & 36.
81 lib. 2. † Merito ademptio, quæ fit in caſu alienationis,
dicitur pęnalis, cum ex ea ius quęſitum auferatur, §. fi.
& ibi Port. & Io Fab. Inſt de leg. Ceph d. conſ. 52. nu.
13. & in his terminis notat etiam Pau. de Caſt. l. . . nu.
1. C. de his quæ pęn. nom. & admittit Bero. in allega-
to conſ. 27. num. 14. ver. Secundo, & num. 22. ver. Præ-
terea, lib. 2. Et hæreditas non ipſo iure, & via directa
ſed per fideicommiſſum reſtituenda eſſet in caſu con
82 trauentionis, † nam cum Dominus Franciſcus ſemel
hæres & pure effectus fuerit, non poteſt deſinere eſſe
hæres, l. ei qui ſoluendo, ff. de hæred. inſtit. l. nemo po-
teſt, ff. de leg. 1. & in propoſito Bar. in l. paterfamilias
teſtamento, nu. 6. ff. de hæt. inſt. quem ſequitur, eius o-
pinionem comprobando ibi Imo. nu. 8. & eamdem o-
pinionem tenet Pau. de Caſt. in d. l. 1. num. 3. C. de his
quæ pęn. nom. & conſequenter non poteſt dici, quod
in caſu noſtro non agatur de reſtitutione facienda
per fideicommiſſum, & in pœnam, & ſic recte ſupe-
rius adducta pro hac opinione illam probant.

Præterea ſi vere inſtitutio redderetur conditiona-
lis ex onere ei iniuncto (quod ſtantibus prædictis nul
lo modo admitti poteſt) adhuc ſuperius adducta pro
Domino Franciſco non ceſſarent, ſi alienatio ex ali-
qua ex prædictis cauſis ſuſtineretur, cum quo ad hũc
effectum Doctores differentiam non conſtituant, nec
ita ſtricte proceditur in diſpoſitione conditionali, vt
tantum verborum ſonus ſit attendẽdus, vt ex aduer-
83 ſo pręſupponitur, † ſed ſufficit etiam illam adimpleri
ficte, quando idẽtitas rationis adeſt, & ex ficto adim-
plemento voluntati teſtatoris ſatisfit vno modo, ſicut
alio, vt not. Rom. in l. in teſtamento, col. 2. verſ. Ad hoc
tamen reſpondetur, C. de teſt. mili. & late Mant. in d.
tract. de coniect. vlt. vol. lib. 11. tit. 16. num. 8. qui alios
multos adducens id probat, oſtenditque non ſemper
neceſſarium eſſe conditionem in forma ſpecifica ad-
impleri, ſed ſatis eſſe etiam ficte quoad effectum ei ſa
tisfieri, non offendendo mentem diſponentis.

Ex prædictis tollitur etiam vltimum obiectum, cũ
ſatis oſtenſum fuerit Dominum Franciſcum alienan
do non contraueniſſe, ita vt pœnæ locus ſit.

84 Præterea dicitur, † quod ſi ex alienatione fundi cõ-
traueniſſet, (quod nullo modo poteſt admitti) non eſ-
ſet propterea priuandus tota hæreditate, vt præſup-
ponitur, ſed tantum ea medietate fundi alienati, quæ

ad hæredi tatē Theſei ſpectabat cum prohibitus alie-
nare, ſi contrauenit priuetur tantum parte alienata,
vt firmant Iaſ. in l. ſi prætor, num. 4. & ſeqq. ff. de iu-
reiur. Soc. iun. qui dicit opinionem illam æquiorem eſ-
ſe in d. §. diui, num. 550. & ſeqq. & ita Ferd. Loaz. in re
pet. num. 192. vbi latiſſime eam comprobat. Menoch.
qui hanc probabiliorem & magis receptam teſtatur
in conſ. 164. num. 28. lib. 2. Ruin conſ. 119. nu. 18. lib. 2.
Pariſ conſ. 6. num. 19. lib 4. Burſat conſ. 13. nu. 38. lib.
1. poſt Fort Garzi. ab eo allegat.

85 Et comprobatur † ex eo, quod dicitur de emphy-
teuta, partem rei alienante, qui non tota emphyteu-
ſi, ſed parte tantum alienata priuatur. iuxta commu-
nem de qua teſtatur Michael de Graſſ. in tract. com.
opin. lib. 1. c. 26. in verb. emphyteuſis, quæſt. 3. & licet
hæc opinio impugnetur ab Angel. quem ſequuntur
Crot. in d. §. diui, num. 154. & ſeq. & Romul. in d. tra
ctā de præcept. teſtam. rem extr. famil. alien. num.
203. & ſeq Dec. in Auth. Qui rem, C. de ſacroſ. eccleſ.
Grat. reſponſ. 93. num. 80. lib. 1. Attamen præcedens
opinio videtur magis recepta & verior. Et ſi Ang. opi
nio ſequenda eſſet, locum tantum haberet de rigore
iuris ciuilis, non antē de iure canonico, & eius æqui-
tate attenta, quoniam in caſibus in quibus de iure ci-
uili contraueniens pro parte priuatur in totum, ta-
men de iure canonico in ſtatu Eccleſiaſtico & in hac
ciuitate Perusiæ obſeruando, & eius æquitate atten-
ta pro parte tantum alienata priuandus eſt, non au-
tem tota hæreditate; Et in hoc inter Ius ciuile & cano
nicum maxima conſtituitur differentia, vt dixerunt
Bald. in c. 1. §. et ſi libellaria, num. 1. ver. Secundo, quib.
mod. feud. amit. in c. 1. num. 3. in fi. de vaſall. qui cont.
conſtit. Lotha. benef. alien. & melius in c. 1. §. ſi vero,
nu. 1. qual. feud. alien. poſſ. & ibi eum ſequuntur Mar-
tin. de Laud. & Præpoſit. Iaſ. in l. fi. nu. 155. ver. Intel-
lige prædicta, C. de iure emphyt. Gram. deciſ. 49. nu.
2. bero. conſ. 196. num. 14. lib. 1. & idem ſentiunt Go-
zad conſ. 86. num. 80. Cephal. conſil. 239. num. 24. lib.
1. Dum conſtituunt differentiam inter emphyteutam
priuati & Eccleſiæ. Et generaliter in quacunque ma-
86 teria recipitur † iura diſponentia ex contrauentione
pro parte pœnam in totum committi, non procedere
de æquitate canonica, qua ſancitum eſt pœnam non
egredi delictum, vt firmant communiter Doctores in
l. 4. § Cato, ff. de verb oblig vbi Alex. nu 42. & Iaſ. nu.
40. de communi teſtantur, licet ipſe Iaſ. à dicta com.
opin. diſſentiat.

Cauſa iſta introducta fuit in Rota Romana Corā
R. P. D. Orano illius Rotæ Auditore, & per Dominos
Auditores illius Rotæ reſolutum fuit in fauorem Do
mini Franciſci prout in infraſcriptis Deciſionibus.

Deciſio Rotæ Romanæ.

PEruſinæ hæreditatis ſeu fideicommiſſi de Ameli
cis die Veneris 16. Nouembris 1584.

Cum Theſeus teſtamento hæredem Franciſcum
cum expreſſa prohibitione de non alienādo bona hę-
reditatis, inſtituiſſet, atque alias in euentum contra-
uentionis hæreditatem ad filios Pamphiliæ ſuæ ſoro-
ris deuenire voluiſſet Facta per Franciſcum partis a-
lienatione, Dubium fuit, An à tota hæreditate propte
87 rea cecidiſſet † Domini tenuerunt tantū à parte alie-
nata cecidiſſe, moti doctrina Iaſ ad l. ait prætor, la 2.
nu. 4. cum ſeq. de iureiur. quam tamquam æquiorem
ſequuti ſunt Marian. ad l. filiusfamilias, §. diui, num.
220. de leg. 1. Ferdin. Loaz. num. 198. Ruin. conſil. 119.
libro 2. nouiſſime Menoch. conſ. 164. num. 82. libro 2.
& Burſat. qui de magis communi teſtatur conſil. 13.
88 num. 38. libro 1. Sic enim † Vaſallus, vendens partem
feudi, non perdit integrum feudum, cap. 1. de vaſall.
qui cont. conſtit Lothar. Bal. in c. 1. §. callidis, de pro-
89 hib alien. feud. Corn. conſ. 67. lib. 2. † Et emphyteuta
alienans partem ſine conſenſu Domini, priuatur tan-
tummodo parte alienata. Cum. in l. quodam iure, §.
donationem, de donat. Iaſ. in l. fi. num. 185. C. de iure
emphyt. Alex conſ. 99. num. 17. lib. 1. Gramm. deciſ. 4.
Nec obſtat dictum Ang. conſ. 58. vbi per ademptio-
nem ſub conditione facta, intelligitur inſtitutio facta
ſub conditione contraria, ſi ſcilicet non alienabit ali
quando, de condit. & demonſt. l. ſi legatum pure, ff. de
adim leg. quod ſequitur Crot. d. §. diui, nu. 155. refert
Dec. in c. de app. & in c. maioribus, de præben. Tiraq.
90 tit. de iud. in reb. exig. num. 54. † Nam hoc Angeli di-
ctum non eſt ſimpliciter verum, quia quando fit adē-
ptio in pęnam, inſtitutio prima non deſinit eſſe pura,
quia poteſt interim hæreditas adiri, quod non eſſet, ſi
fuiſſet conditionalis, l. cedere diem, de verbo. ſignif. l.
is qui hæres, in prin. de acq. hæred. Bart. in l. 1. §. item
ſi ita, ad leg. Falcid. Cephal. conſ. 55. lib. 1. Aliàs ſeque-
retur, quod ſub contraria conditione inſtituti cenſe-
rentur vocati ad hæreditatem iure directo, ex quo in
91 ſtitutionis conditio defecerat, † Et tamen venire de-
bent ex fideicommiſſo. Bat. in l. paterfamilias, de hęr.
inſtit. Ruin. conſ. 49. num. 4. lib. 2. Nam cum alienatio
non poſſit fieri niſi poſt aditam hæreditatem, illa adi
ta, non eſt locus illius ademptioni, niſi per viam fidei
commiſſi. Soc. in rub. ff. de his quæ pęn. nom. ſub nu. 2.
Crau. conſ. 1. nu. 6. Reſeruauerunt tamē Domini viden
dū, an ſit locus excuſationi à pęna, & an ex vltima di-
ſpoſitione Theſei conſtet voluiſſe Franciſcum hęredē
tota hæreditate priuari, in euentum quod ſuæ vltimæ
voluntati circa alienationem contrauenerit.

Alia deciſio eiuſdem Rotæ.

ET Rurſus Die Mercurij 26. Februarij 1586. Con-
92 cluſum fuit † alienationem prædij & impoſitio-
nem cenſua ſuper re communi, cedere in portionem
Frācifci, ita quod prohibitioni alienationis per The-
ſeū teſtatorem non cenſeatur ita contrauenisse, quin
a caducitate ſit excuſandus, quemadmodum enim a-
lienatio ab hærede grauato facta ſemper imputatur
in portionem, quam grauatus detrahere poteſt. Cin.
in Auth. res quę, in fi. C. com de leg. Bal. in l iubemus,
col. 1. ver. Item fallit, C. ad Trebell. Doct. in l. Marcel-
lus, §. Res quæ, ff. ad Treb. cum alijs hic adductis. Et vi
demus in legitima & Trebellianica, in quibus ſemper
fit imputatio rei alienatæ, ita etiam dicendum eſt in
Franciſco habente portionem bonorū liberam, quod
alienationem fecerit eius portionis, quę fideicommiſ
93 ſo obnoxia non eſt, idque eo magis † quo potentius
ius in portione ſua habet, quā filius in legitima, qui
impropriè illius creditor dicitur. Alc. in l. in quartā,
nu. 25. ad leg. Falcid. Iaſ. conſ. 181. lib. 2.

Nec obſtant in contrarium adducta. Primo quod
qui in communi poſſidet, non poſſit propria auctori-
tate vnam rem potius, quam aliā in portionem ſuam
94 accipere, † quia nec filius pro ſua legitima pōt aliquā
rem eligere. Sal. in l. filium quem habentem, C. famil.
hercif. Dec. conſ. 236. nu. 9 & 10. Sed arbitrio iudicis
eſt aſſignatio facienda. Alex. in d. l. Marcellus, §. res
quæ, col. pen. & conſ. 117. vol. 5. Soc conſ. 36. vol. 3. Pa-
riſ. conſ. 17. in fi. vol. 1. Prout etiam fit in diuiſione re-
rum cōmunium, in qua non aſſignatur medietas cuiuſli-
bet rei, ſed iudicis officio vna vni, & alia alteri adiu-
dicatur Qua ergo æquitate iudex mouetur ad impu-
tandum alienata in legitimam, debet etiā moueri ad

impu-

impntandum alienata bonorum communium in por
rionem alienantis. Neque repugnat,quod hoc modo
95 aperta erit via fraudibus, † quia hoc quidem verum
eſt, quando alienatum electum eſſet ex rebus meliori
bus hæreditatis, eo enim caſu nec habet locum impu
tatio in legitimam. Alcaand. dicto conſilio 117. num.
20. volum. 6. Nec habenda eſt ratio Soc. conſil. 16. nu-
mero 13. lib. 3. qui negat hanc interpretationem repe
riri iure cautam, quia licet facilis ſit ad illud reſpon-
ſio, ſtante diſpoſitione l. Marcellus, & quod in iure de
ſimilibus ad ſimilia procedatur, tamen non poteſt ne
gari, quod non applicetur, quia in ſuo caſu alienans
nollet imputari, & fideicommiſſarius omnino conten
deret ipſum eſſe cogendum, ſecundo non loquitur ad
96 effectum euitandi pœnam, prout hic, † nam certum
eſt prohibitionem alienationis vti odioſam ſtricte eſ
ſe intelligendam, & eam ſemper capiendam interpre
tationem, per quam contrauentio, & pęna excludan-
tur, vt poſt Dec. & alios tradit Alba. conſilio 97. nu-
mero 41. maxime cum hic non poſſit conſiderari ali-
quis dolus alienantis, vel animus ſubuertendi fidei-
97 commiſſum, † quod tamen ad effectum pęnæ requi-
ritur, Soc. iun. conſil. 28. libro 2. Alb. vbi ſupra. Quod
enim ceſſet iſte dolus, demonſtratur ex eo quod res
alienata non eſt de melioribus rebus hæreditatis, ſed
98 eſt res potius ſterilis, † adeo quod ex hoc ſolo poteſt
dici non eſſe contrauentum, quamuis etiam fiat con
tra verba prohibentia alienationem. Angel. conſil.
269. Iaſ. in l. filiusfamilias, §. diui, in §. lectu. numero
78. de legat. 1. Socin. iun. conſil. 28. numero 5. libro 2.
Alba d. conſil. 97. numero 15. Negari autem non po-
teſt, quin hoc caſu non oſtendatur mens teſtatoris,
quia iſta alienatio fuit potius facta ad commodum
fideicommiſſi, cum propter ſubrogationem factam
de molendino, quod tamquam prius commune cum
Dominis de Monte Sperello erat minus vtile, ex quo
quod commune eſt facile negligitur, tum quia vtilius
eſt illam partem, quam fideicommiſſarius potuiſſet
in illa re parui momenti alienata prætendere habere
in alijs bonis melioribus. Accedit quod Franciſcus
habet filium, qui eſt vocatus ad fideicõmiſſum, adeo
quod etiam ex hoc capite pręſumitur non adfuiſſe a-
nimum in Franciſco illud euertendi, vt conſiderat Al
ba, dicto conſil. 97. numero 36. Nec obſtat conſilium
Caſtrenſ. 77. numero 4. lib. 1. quia ibi alienatio legiti
mæ expreſsè prohibita fuerat ad certam ætatem, &
propterea bene concludit, quod licet valeat aliena
tio, quod tamen incidit in pœnam rerum, non appli-
catur, quia hic non adeſt prohibitio reſpectu bonorũ
propriorum alienantis. Neque fieri poteſt fundamẽ
99 tum in impoſitione cenſus, quia † cum ſit ſimpliciter
impoſitus ſuper prædio, cuius medietas eſt apta il-
lum ſupportare, cenſetur tantum impoſitus ſuper il-
100 la medietate, † quia in generali obligatione non ve
niunt bona prohibita alienari, quando adſunt alia
bona, ſuper quibus verificari poteſt obligatio. Bartol.
in l. codicillis, §. inſtitutos, de legat. 2. Alexand. conſil.
16. numero 17. libro 2. Ruin. conſil. 93. numero primo,
libro primo, Dec. conſil. 422. numero ſeptimo. Gabr.
101 concluſ. 12. de regul. iur. † & quando huiuſmodi im-
poſitio cenſus comprehenſa eſſet ſub prohibitione a-
lienationis ſtante illius redemptione ſubſequuta, lo-
cus eſſet excuſationi, quidquid dixerit Curt. iunior.
conſilio 210. numero 21. nam id procedit in aliena-
tione ab initio libere facta, ſecus ſi fuit redimibilis,
iuxta tradita per Cagnol. qui alios allegat. in l. 2. C.
de pact. inter empt. & vendit. num. 174.

Et ita reſolutum.

ARGVMENTVM.

Diuiſio bonorum facta à patre inter filios, an, & quando valeat.

Trebellianica filijs primi gradus numquid prohiberi poſſit.

An, & quando ex poſſeſſione pro diuiſo præſumatur diuiſio.

Homicida quo caſu inteſtabilis reddatur, ſi nondum fuit pro homicidio condemnatus.

SVMMARIVM.

1 *Diuiſio bonorum facta à patre inter filios ſuſtinetur in uim vltimæ voluntatis.*
Declaratur, num. 21.
Sed quando conſtat patrem conſignaſſe bona filijs, vt ſtatim habeat locum diuiſio, cenſetur facta donatio, numero 2.
3 *Donatio facta à patre filijs exiſtentibus in poteſtate, regulariter non valet, & num. 29.*
Confirmatur tamen morte patris, qui in eadem voluntate perſeuerauerit vſque ad mortem, num. 4.
Intellige ſequuta traditione vera vel ficta in vita patris, num. 5.
6 *Bona quæ pater diuiſit, & conſeruauit filijs inter viuos, non veniunt in reſtitutione fideicommiſſi facti à patre in eius teſtamento.*
Sed contra, nu. 45.
Et declaratur, nu. 46.
7 *Filius grauatus ſub conditione, vel in diem ex fideicommiſſo vniuerſali detrahere poteſt duas quartas.*
8 *Trebellianica filijs primi gradus non poteſt prohiberi.*
Sed contra, nu. 37.
9 *Legitima conſideratur iuxta numerum filiorum tempore mortis patris.*
10 *Legitima filiorum ſi ſunt quinque aut plures, eſt medietas; Si vero infra quinque tertia, inter eos diuidenda.*
11 *Grauatus tenetur reſtituere ſubſtituto bona omnia relicta in hæreditate teſtatoris, quæ ad ipſum grauatum peruenerunt.*
12 *Bona alienata per hæredem grauatum in ipſius legitimam imputantur.*
Amplia etiam quoad bona mobilia, quæ ſi fuerunt voluntarie alienata eorum pretium imputatur in legitimam, ſiue conuerſum ſit in vtilitatem hæredis, ſiue non, numero 14.
Sed ſi fuerunt alienata ex neceſſitate, imputatur tantum pretium ex eis redactum nu. 15.
13 *Bona alienata cauſa ſoluendi æs alienum teſtatoris, vel legata, non imputantur filijs in legitimam.*
16 *Hæres præſumitur factus locupletior ex pretio redacto ex vendicione bonorum hæreditatis.*
17 *Pariſ. conſil. 25. numero 73. & ſeqq. libro 2. reprobatur cum ſeqq.*
18 *Animalia hæreditaria mortua abſque culpa hæredis, non imputantur ei in quartam.*
19 *Pater non tenetur reddere rationem filio niſi de adminiſtratione doloſa.*
20 *Hæres tenetur fideicommiſſario etiam de culpa.*
22 *Diuiſio facta à patre inter filios, quando ſuſtinetur in uim vltimæ voluntatis, tunc ſuſtinetur vt prælegatum.*
23 *Prælegata quæ abſorbent maiorem partem patrimonij, veniunt in reſtitutione fideicommiſſi.*

Pater

24 *Pater quando ſimpliciter conſignat bona filijs inter viuos non cenſetur ea donaſſe, ſed conceſſiſſe in peculium, & ad vſum, regimen, & adminiſtrationem filiorum, retinet tamen pater dominium penes ſe, & de bonis diſponere poteſt. Et nu 25. & ſeqq.*

28. *Diuiſio bonorum facta à patre inter filios, quos habet in poteſtate, non valet, maxime ſi non fuit confirmata iuramento.*

30 *Pater donec viuit dominium bonorum in filios transferre non poteſt.*

Intellige quando filius eſt in poteſtate; ſecus ſi eſt emancipatus, nu. 46.

31 *Donatio excedens ſummam quingentorum ſolidorum legalium non valet, ſi non eſt inſinuata.*

32 *Iuramentum ſupplet defectum inſinuationis donationis, dummodo in ſpecie renunciatum ſit inſinuationi. numero 33.*

34 *Donatio facta à patre filijs, ſi non eſt inſinuata, non confirmatur morte patris, cum nulla ſit duplici defectu, videlicet perſonarum, & rerum.*

Niſi expreſſe à patre per teſtamentariam diſpoſitionem confirmetur, nu. 35.

36 *Donatio facta à patre filijs non inſinuata, confirmata per teſtamētariam diſpoſitionem fideicommiſſi partibus fungitur, & valet vt ex nunc à tempore mortis.*

38 *Hæres filij in dubio cenſetur grauatus per fideicommiſſum non ipſe filius.*

39 *Trebellianica prohiberi poteſt imperſonaliter hæredi filij, etiam retenta opinione illa, quod filio prohiberi non poſſit.*

40 *Trebellianica detrahi non poteſt etiam per filium primi gradus, quando fuit expreſſe prohibita, & filius approbauit teſtamentum.*

Amplia ſiue verbis ſiue factis approbauerit teſtamentum. num. 41.

Nec etiam detrahitur, quando fuit prohibita, & hæres adiuit hæreditatem ſine inuentario, num. 42.

43 *Reciprocum onus facit multa ſuſtineri, quæ aliter non ſuſtinerentur.*

44 *Trebellianica non detrahitur à grauato in ſecundo, vel vlteriori gradu ſubſtitutionum.*

46 *Corn. conſ. 228. lib. 4. declaratur.*

47 *Donatio facta à patre filio emancipato ſtatim valet.*

48 *Rotæ Romanæ deciſiones in re dubia ab alijs iudicibus ſunt ſequendæ.*

49 *Diuiſio facta à patre inter filios eſt ſeruanda, nec filij de ea conqueri poſſunt, licet æqualitas ſeruata non fuerit.*

50 *Diuiſio præſumitur inter fratres per poſſeſſionem, prædiuiſio per decem annos inter preſentes, & viginti inter abſentes.*

Siue æqualibus ſiue inæqualibus partibus pro diuiſo poſſederunt, num. 51.

Et de ratione, nu. 59. Sed contra, nu. 58.

52 *Læſio vltra dimidiam probari debet, vt fratribus læſis in diuiſione ſuccurratur.*

Declaratur, num 69. cum ſeq.

53 *Diuiſio bonorum fieri debet ad petitionem fratris, ſeu conſortis, cum nemo cogatur ſtare in communione.*

Extende etiam ſi per longiſſimum tempus, cuius initij memoria non extſtet in contrarium, bona fuerint poſſeſſa cōmuniter.

55 *Diuiſio peti non poteſt, quando vnus ex fratribus per annos triginta bona fide poſſedit bona pro diuiſis.*

56 *Diuiſio cum ſit quid facti, non preſumitur, niſi probetur.*

57 *Diuiſio non præſumitur facta inter fratres, quando continuauerunt poſſeſſionem bonorum, quorum regimen, & adminiſtrationem pater eis conceſſit.*

60 *Aequalitas ſeruanda eſt inter liberos.*

Et etiam inter fratres, nu. 61.

62 *Aequalitatis ſeruandæ gratia multa includuntur in diſpoſitione, quæ aliàs non includerentur.*

63 *Aequalitas, vt ſeruetur, reſtringitur diſpoſitio generalis.*

Et fit etiam extenſio de vno caſu ad alium, nu. 64.

65 *Inæqualitatem inter fratres leges maxime abhorrent.*

66 *Opinio illa in dubijs opinionibus ſemper amplectenda eſt, quæ maiore innititur æquitate.*

67 *Opinio communis in iudicando eſt ſequenda.*

Fallit quando contraria eſt magis æqua. num. 68.

70 *Diuiſio non præſumitur ex poſſeſſione pro diuiſo, concurrente inæqualitate etiam pro tertia parte.*

71 *Homicida eſt inteſtabilis ſtantibus maxime Bullis Pontificum.*

72 *Legitimi actus illi appellantur, qui ſunt inuenti, vel approbati ab aliqua quacumque parte iuris ſcripti.*

73 *Teſtamentum eſt de iure ciuili, ſaltem approbatione.*

74 *Statutum quod excludit bannitum ab omni actu legitimo, eum excludit à ſucceſſione tam ex teſtamento, quam ab inteſtato.*

75 *Homicida ſuſpenſus ab omni actu legitimo per Bullas Pontificum, cenſetur excluſus, ſiue fuerit condemnatus pro homicidio, ſiue non.*

76 *Morte extinguitur crimen, & eius pœna.*

77 *Delictum de delicto quæri poteſt, etiam poſt mortem delinquentis reſpectu bonorum, & vt teſtamentum ab eo factum annulletur, & etiam quando pena imponitur ipſo iure, nu. 79.*

Verbum, ſiut, præſentis temporis, intelligitur ipſo iure.

CONSILIVM LIX.

PLVRES ſe offerunt dubitationes in cauſa Illuſtriſſimi Domini Comitis Vguuioni de Bigazzinis, contra Illuſtrem Dominum Comitem Ioannem fratrem.

Prima quidem, nūquid bona Caſtri Couorani reſtitui debeant Illuſtri Domino Comiti Vguuioni vigori teſtamenti Comitis Hieronymi patris, & fideicommiſſi in eo appoſiti purificati per mortem Capitanei Bigazzini ſine filijs, & quæ bona veniant in huiuſmodi reſtitutione, & pro qua parte.

Et videtur dicendum bona Couorani in reſtitutione fideicommiſſi non venire, cum Dominus Comes Hieronymus communis pater, illa inter Comites Vguuionem, Ioānem & Bigazzinum filios diuiſerit, & ipſo viuente cuilibet ſuam portionem tradiderit, per quam conſignationem videtur eadem bona filijs do-
1 naſſe; † nam etſi quando pater inter filios bona diuidit, ſuſtineatur diuiſio in vim vltimæ voluntatis, l. ſi filia nupta, § ſi pater, & ibi ſcribentes, ff. fam. herciſc. l. quæ pater, & l. ſi pater, co. tit. Bal. Iaſ. & ceteri in authen. quod ſine, C. de teſta. Pariſ. conſil. 34 num. 13. & ſeqq. & per totum, lib. 2. Tiber. Dec. conſ. 41. num. 152. lib. 1. Senat. Pedemon. dec. 125. in princ. Cephal. con-
2 ſil. 494. num. 22. lib. 4. † Nihilominus quando elicitur patrem bona diuiſiſſe & conſignaſſe filijs, vt ſtatim diuiſio locum haberet, aliud dicendum eſt, & tunc cenſetur facta bonorum donatio. Put. deciſ. 84. num. 3. & ſeq. lib. 2. Corn. conſ. 228. per totum, lib. 4. Pariſ. dicto conſil. 34. num. 41. & ſequen. Sed Comes Hieronymus conſignauit bona filijs, voluitque conſignationem ſtatim habere effectum, & filios etiam ipſo viuente fructus conſequi debere, ideo bona illa donaſſe cēſetur
3 & huiuſmodi donatio ſuſtineri videtur, † nam etſi donatio facta filijs in poteſtate exiſtentibus regulariter nō valeat, l. donationes quas parentes, C. de don. in-

ter

Digitized by Google

ter vir & vro & cõiter firmant Doctores, vt teſtãtur
Alb. in l. ſi pater cit. a fi. C. de inoffic. teſta. Pariſ. con-
ſil. 16. nu. 19. li. 2. & poſt eos Iul. Clar. in §. donat. q. 8.
in princ. Attamen quia Comes Hieronymus perſeue
4 rauit in eadem voluntate vſque ad mortem, † dona-
tio quæ à principio non valuit, morte patris confir-
mata fuit, d. l. donationes quas parentes. Corn. conſi.
a 52. lib. 3. Dec. conſ. 239 col. 2. Crauet. conſ. 19. nu. 2.
lib. 1. & cõiter admittunt Doctores, teſte Iul. Clar.
in d. q. 8. verſ. Scias etiam, & quia pater conſignauit,
& tradidit bona filijs, non nocet quod Crauet. in cõ-
5 ſil. 141. nu. 1. lib. 1. poſt Bal. Corn. Dec. & alios † dixit
morte patris donationem confirmari, ſequuta tradi
tione vera vel ficta & non aliter. Cum igitur per hãc
diuiſionem & cõſignationem bonorum factam filijs
bona donata intelligerẽtur, & morte patris donõ cõ
6 firmata fuerit, † & filij ea non habuerint vigore teſta
menti, ſed per contractũ inter viuos, illa in reſtitutio
ne fideicõmiſſi non veniunt, vt per tex. in l. ſeq. qõ. ff.
de leg. 2. & not. per Bar. & alios in l. Marcellus, §. qui
dam liberis, ff. ad Treb. in terminis firmat Corn. con
ſil. 228. nu. 9. & per totum, lib. 4. quem refert & ſequi
tur Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 7. tit. 8 nu. 29.

Quatenus vero bona diuiſa reſtitutioni fideicom
miſſi ſubiicerentur, videtur dicendum reſtitutionem
faciendam eſſe pro medietate tantum, retenta alia
medietate pro legitima, & Trebellianica Capitanei
7 Bigazzini, † cuius filius grauatus ſub conditione vel
in diẽ ex hæreditate aſcendentis duas quartas detra
here poſſit ſecundũ cõem, & de conſuetudine appro
batam opinionem, de qua teſtatur Alex. in l. cohære-
di, §. cum filiæ, nu. 9 ff. de vul. & pup. & in l. ratione, §.
quod vulg. nu. 10. in fi. ff. ad leg. Falc. Dec. conſ. 236.
nu. 8. conſ. 320. nu. 4. Gozad. conſ. 103 nu. 24. Rimin.
iun. conſ. 9. nu. 113. & ſeq. & conſ. 75. num. 14. & ſeqq.
lib. 1. Et quamuis Comes Hieronymus expreſſe pro
hibuerit detractionem Trebellianicæ, nõ videtur no
8 cere, † cum Trebellianica filijs primi gradus prohibe
ri non poſſit Bal. Salic. Corn. in l. iubemus, per illum
tex. C. ad Treb. Rom. & Iaſ. in l. Marcellus, ff. eod. tit.
Guid. Pap. deciſ. 51. Ro. conſ. 206. Curt. iun. conſ. 160.
col. fin. lib. 2. & conſ. 70 col. fin. lib. 1. Gozad. conſ. 81.
nu. 15. & conſ. 92 in princ. Didac. Couar. in c. Raynu
tius, §. 11. nu. 7 ante finem, de teſta. Alba. conſ. 7. nu. 6.
Soc. iun. conſ. 131 num. 58. conſ. 136. nume. 8. lib. 1. Et
hanc opinionem magis cõiter approbari poſt alios
multos, quos allegant, teſtantur Hier. Gabr. conſ. 93.
num. 26. verſ. Contrariam, lib. 1. qui per totum conſi-
lium illam comprobat, & contrarijs omnibus reſpõ
det. & conſ. 121. nu. 52. eo. lib. Rim. iun. conſ. 9. nu. 117.
& ſeqq. multis, lib. 1. Tiber. Decia conſ. 28. nu. 38. &
ſeq. lib. 1. Rol. à Vall. conſ. 12. num. 6. & 8. lib. 1. & illi
præſertim Tib. Decian. Rol. & Gabr. dicunt opinio-
nem alteram procedere, & communiter approbari e-
tiam quando duæ quartæ eſſent detrahendæ.

Re tamen maturius conſiderata, arbitror in reſti
tutione fideicommiſſi venire bona omnia dicti Co-
mitis Hieronymi, ex eiſque legitimam tantum reti
neri poſſe, quæ eſt tertia tantum, cũ tres filij ſuperui-
9 xerint dicto Comiti Hieronymo: † nam ad cognoſcẽ
dum ad quam quantitatem aſcendat legitima, atten
ditur numerus filiorum tempore mortis patris, licet
alios habuerit, qui deceſſerint patre viuente. Bal. in
l. non pronum. ff. ad S.C. Orfic. Iaſ. in auth. nouiſſima,
nu. 50. C. de inoff. teſta. Marc. Ant. Cuccus in tract. de
10 legit. fol. 19. † Et quando tempore mortis patris ſu-
perſunt quinque filij vel plures, tunc legitima aſcen-
dit ad medietatem inter omnes filios diuidendam.
Sed qñ ſuperſũt quattuor vel pauciores (vt in caſu de
quo agitur) tertia tantum pars, pro legitima conce-
ditur filijs inter eos diuidenda, §. 1. auth. de trient. &
ſemiſ. d. auth. nouiſſima, C. de inoffic. teſtam. Pariſ.
conſil. 45. nu. 2. & conſ. 25. nu. 34 lib. 2. Cephal. conſi.
309. nu. 30. lib. 1. Menoch. conſ. 88 nu. 9. lib. 1. Fiuma-
giol. in repet. l. in quartam num. 313. ff. ad leg. Falc.
Marc. Ant. Cuccus in allegato loco.

Et quod bona omnia relicta in hæreditate Comi-
tis Hieronymi ſubiiciantur reſtitutioni fideicõmiſ-
11 ſi, deducitur ex eo, quòd † hæres grauatus tenetur re
ſtituere fideicommiſſario omnia bona in hæreditate
teſtatoris relicta, quæ ad hæredem peruenerunt. l. cũ
tale, §. Titius, ff. de cond. & demon. vbi glo. in ver. Nõ
interponendæ, & Bald. nu. 2. Bar. nu. 2. Ioan. de Imo.
nu. 3. Bal. in l. filium quem habentem in fi. C. fam. her
ciſc. Pariſ. conſ. 45. lib. 2. late Mantic. de coniect. vlt.
12 volunt. lib. 7. tit. 6. per totum. † Si quæ tamen aliena-
ta ſunt, in legitimam debitam filio grauato pro con
currenti quantitate imputantur. Doctores in l. Mar-
cellus, §. res quæ, ff. ad Trebell. notant omnes in l. fi-
liusfamilias, §. dict. ff. de leg. 1. Doct. in d. l. in quartã,
vbi Bar. nu. 9. Ang. col. 3. Alex. nu. 17. Rip. nu. 105. Pic.
in repet. nu. 119. Soc. iun. nu. 88. & 90. & Corn. Capr.
Pariſ. & alij, quos ibi refert & ſequitur Fiumagio. nu
nu. 276. & Ceph. conſ. 189. nu. 20. & ſeq. lib. 2 Et in di
ctam legitimã imputantur non ſolũ bona immobi-
lia, ſed ẽt mobilia, & ſe mouentia, nam qñ mobilia,
13 ſeu ſe mouentia alienantur ab hærede grauato, † ſi
pretiũ redactũ cõuerſum non eſt in vtilitatẽ heredis,
ſed ſolutũ eſt legatariis ſeu creditorib. hæreditaris,
bona illa alienata in quartã non imputantur, glo. in
d. §. res quæ, in verb. res quæ, quã ſequuntur eo in loco
Bar. in princ. Ro. nu. 6. verſ. Primus eſt. Ang. nu. 2. ver.
glo. 1. & Io. de Imo. nu. 9. Soc. ſen. conſ. 16. nu. 13 lib. 3.
14 † Sed qñ pretium creditorib. aut legatariis nõ eſt ſo-
lutũ, ſi voluntarie bonorũ eſt facta alienatio per hæ-
redem, pretium in quartam detrahendam imputa-
tur, ſiue pretium ſit cõuerſum in vtilitatem hæredis,
ſiue non, vt quia ſit de pretio fides habita, nec tempo
re purificati fideicommiſſi reperiatur exactum, vt gl.
Bar. Bal. Paul. de Caſt. Ro. & ceteri omnes declarant
15 in d. §. res quæ. † Si uero eſſet facta alienatio rerum
neceſſitate cogente, vt quia fuiſſent alienatæ tales
res, quę ſeruando ſeruari non potuiſſent, licet Pariſ.
conſ. 25. nu. 73. & ſeqq. lib. 2. quem ſequitur Tiber. De
cia. conſ. 44. nu. 84. lib. 3. crediderit in quartã non eſ-
ſe imputandas, nihilominus dicitur, quod quamuis
poſſit hæres alienare ea, quæ ſeruando ſeruari non
poſſunt, tñ pretium ex eis redactum in quartã hæredi
imputatur, vt declarãdo glo. in d. § res quæ, in ſpecie
de hmõi alienatione loquentem, dixerunt ibi Ange.
nu. 2. verſ. in gl. 1. Io. de Imol. nu. 9 quod ſine contro-
uerſia procedit, qñ pretiũ redactũ ex alienatione re-
rũ, quæ ſeruando ſeruari non poterat conuerſum eſt
incomodũ & vtilitatẽ hæredis, vt in d. §. res quæ, de-
clarant Bar. in princ. Paul. de Caſtr. nu. 1. Ro. nu. 6. in
fi. aſſerens ita oẽs tenere. Iaſ. num. 6. in 2. Fallen. Cap.
16 conſ. 32. nu. 8. † Quod de iure præſumitur, nã ex pre-
tio hæres locupletior factus cenſetur, glo. in l. verũ, &
ibi Ang. nu. 4 ff. de petit. hære. Alex. cõſ. 63. nu. 5. verſ.
De naturalib. lib. 2. Soc. ſen. cõſ. 82. num. 8. in fi. lib. 4.

Sunt igitur reſtituenda bona ſubſtitutis, retẽta le
17 gitima, coputatis in ea bonis alienatis; † Et quicqd
dixerit Pariſ. in d. cõſ. 25. quẽ ſimpliciter refert Dec.
dicendũ eſt bona ẽt mobilia & ſe mouentia, alienata
per d. Capitaneũ Bigazzinum, ſeu pretium ex eis re-
dactũ, quod non ſit legatarijs ſeu creditoribus hæredita
tis ſolutũ, in legitimã ipſius Capitanei Bigazzini im
putari debere, cũ opinio Pariſ. ex prædictis falſa de-
tegatur,

tegatur,nec eam in terminis,in quibus ipſe loquitur,
18 probant Doctores ab eo allgati.† Quoniam Dec.con
ſil.81. num.4. verſicul De quinto d bio, loquitur de
animalibus mortuis abſque culpa hæredis, quæ, ſeu
eorum pretium hæredi in quartam non imputantur.
Socin. ſen. conſil. 16. num. 13. libro 3. dixit pretium
non imputari, quando alienatio eſt facta, vt ſatisfie
ret legatarijs ſeu creditoribus hæreditatis. Corn.con
ſil.105.col fin.num.19 & ſeq libro 3. non loquitur de
19 hærede ſed de patre.† & concludit patrem non teneri
ad reddēdum rationem filio niſi de adminiſtratione
doloſa,quod non nocet,cum differat pater ab hærede
20 grauato,† qui tenetur fideicommiſſario etiam de cul
pa,vt dicit text.in d.l cum tale, § Titius, ff.de condit.
& demonſtr. Præterea Corn. prope finem d. conſilij,
ver. Et cum pecunia, concedit hæredem patris omni
caſu teneri ad reddendum rationem, quando res fi-
lij,ſeu pecunia ex ea redacta, conuerſa eſt in vtilitatē
patris: Vnde cum Dec. Soc.& Corn. quos Pariſ. alle-
gat,non probent ſuam opinionem,illa non eſt in caſu
noſtro attendenda.

Et fideicommiſſatijs reſtituenda ſunt etiam bona
Caſtri Couorani. Fuit enim clare probatum bona il-
la fuiſſe Comitis Hieronymi patris, qui inter filios
fideicommiſſum fecit, & ab eo in ſua hæreditate fuiſ-
ſe relicta. Et licet ante mortem Comitis Hieronymi
eius filij dicta bona Couorani per ſpatium duorum
annorum poſſederint pro diuiſis, non propterea ſe-
quitur,quin fuerint hæreditaria patris; Tum quia nō
conſtat fuiſſe diuiſa à patre, & filijs conſignata, ſed
multi teſtes dicunt, quod pater noluit huiuſmodi di-
uiſionem approbare: Tum etiam quia ſi id probare-
tur,non noceret, nam Aut volumus dicere diuiſionē,
& conſignationem valere in vim vltimæ voluntatis,
& hoc non poteſt admitti, quia filij perceperunt fru-
21 ctus etiam patre viuente.† Nec poteſt dici patrem vo
luiſſe ſuſtineri diuiſionem per vltimam voluntatem,
quando effectus diuiſionis,& conſignationis non fuit
collatus poſt mortem Put.deciſ 84.nu.3. & ſeq.lib.2.
Pariſ.conſ.34.nu.41.& ſeq.lib.2. & ſupra demonſtra-
22 ui.† Etſi admitteremus valere in vim vltimæ volunta
tis,ſuſtineretur vt prælegatum. Pau.de Caſt.in l.quo-
ties,C.famil.herciſcun.Corn.conſ.218.col.2. in prin.
lib.4.Pariſ.d.conſ 34. nu.27 lib.2. Cephal conſ.495.
num.27. lib.4. Verum quia diuiſio facta fuit fere de
omnibus bonis, in reſtitutione fideicommiſſi huiuſ-
23 modi bona veniunt, † ſicut veniunt prælegata, quæ
maiorem partem patrimonij abſorbent. Bart. & Iaſ.
in l.quid ergo,la 2.ff.de leg.1.Port Imo.conſ.6.nu.26.
Pariſ.conſ.18.num.18.lib.3.Dec qui de communi te-
ſtatur conſ.254.num.1.ver. Vlterius. Tib Dec conſ.3.
num. 32.lib.1.Mant.de coniect.vlt.vol.lib 7.tit.7. nu.
9.Simon de Pret.de interpret.vlt.vol.lib.3.interpret.
vlt.dubit.5.ſolut.1.num 4.

Aut vero dicitur ſuſtineri in vim donationis,& hoc
verum non eſt,quoniam non probatur,quod pater di
uiſerit bona,& filijs conſignauerit titulo donationis.
24 † Et quando pater inter viuos conſignat bona filijs
ſimpliciter,nulla facta mentione donationis,non cen
ſetur illa donaſſe,ſed conceſſiſſe in peculium,l. ſi.ff.de
pecul.leg.Bar.in l.ſi donatione,in fi.ver.ſi vero pater,
C.de collat.& ibi latius Iaſ.col.1.& 2. Dec.nu.38.ver.
Tertius caſus,& alij ſequuntur in l.quod ſeruus, ff.de
acq.rer.dom.Bald.in Auth.Ex teſtamento,col.3.ver.
25 Quartū capitulum,C.de coll. Ac† ad vſum,regimē,&
adminiſtrationē filiorum. Iaſ.in d.l ſi donatione,col.
1.ver.Propter has difficultates,& col.2.ver. In prima
parte gloſſæ.& ibi Dec.num.38.verſic. Tertius caſus,
26 Rui.conſ.130.nu.8.li.3. † Sed eorum dominiū penes
ſe retinuiſſe creditur, & ſic pater de dictis bonis di-
ſponere poterat,l.id autem,ff.ad leg. Falc.Bar.& alij
quos refert & ſequitur Cephal.d.conſi.494 nu.26. &
propterea illa in eius hæreditate reliquit, & ob id in
ter hæredes conferenda,& diuidenda ſunt,ſicut con-
feruntur,& diuiduntur cetera hęreditatis bona,l.cer
tum,C.fam.herciſc.Doct.in d.l.ſi donatione.Soc.iun.
in l.in quartā,nu.96.vbi de cōmuni teſtatur,ff.ad leg.
27 Falcid † Et in terminis diuiſionis,& ſimplicis conſi
gnationis factæ à patre,quod non ſit donatio, quan-
do de donatione non eſt facta expreſſa mentio, aut
pater filiis donare non tenebatur, ſeu bona illa pro
filijs prius non acquiſiuerat, ſed illorum intelliga-
tur tantum facta conceſſio in peculium firmat Dec.
conſ.86.nu.8.verſ.Nec obſtat quod talis diuiſio. Ce-
phal.conſ.494.nu.25.& ſeq.conſ.495. nu.10. & ſeqq.
& nu.38.& ſeqq.lib.4.Ruin.conſ.130. nu.8. lib.3. Et
probare videntur hoc teſtes examinati pro parte co
mitis Vguinioni,deponentes Comitem Hieronymū,
dum filii poſſidebant bona pro diuiſis, dixiſſe, quod
ipſe erat dominus, & volebat de eis diſponere ad
eius libitum, & quod diuiſio poſtea deberet fieri æ-
qualiter, ex qua probatione oſtenditur patrem con-
ceſſiſſe filijs illorum vſum, & adminiſtrationem tan
tum, non autem bonorum dominium.

Si autem probaretur patrē diuiſiſſe bona, & filijs
conſignaſſe animo donandi, non propterea ſequere-
tur,quod bona illa non fuerint in hæreditate patris,
28 quoniam † diuiſio bonorum, facta à patre inter fi-
lios,quos in poteſtate habet,non valet,glo.in l.ſi an-
cillam,§.ſi pater, ff.pro ſuo. & ibi Alb. eam ſequitur,
Bal.in l.3.col.1.C.pro donat.Socin.ſen.conſil.4.nu.4.
lib.1. Dec.conſil.86.nume.8. Natt.conſ.473. num.1.
lib.2.Corn.conſ.218.num.1.lib.4.Marſil.ſingul.674.
Cephal.d. conſil.494. num.17. lib.4: Et quando non
eſt iuramento confirmata, eam ſequitur Sen. Pede-
mont.deciſ.125.num.2.& per totam. Cuius conclu-
ſionis ea eſt ratio,quia diuiſio,& conſignatio iſta vi-
29 detur donatio, † quæ inter patrem, & filios,quos in
poteſtate habet,non valet,l. donationes quas paren
tes,C.de donat.inter vir.& vxor.l.2. C. de inoffic.do
nat.Bart.in l.frater à fratre,colum.fi. & ibi ceteri ſe-
quuntur,ff.de condict.indeb.Salic.in l.ſi quando,§.&
generaliter,C de inoff.teſtam.Alexand. conſil.27.in
fin.lib.5.Tiraquel.in d.l ſi vnquam, C. de reuoc.don.
in verb.donatione largitus, num.19.cum alijs allega
30 tis per Cephal.d.conſ.494.num.18.† Nec pater,do-
nec viuit, in filios dominium transferre poteſt, l.2.
C.de inoffic.donat. Corn.d.conſil.228.num.2.lib.4.
Et quamuis donatio facta à patre filiis in poteſtate,
morte patris in eadem voluntate perſeuerantis con
firmetur, & ſi non valuit à principio, ſubſiſtat ſaltem
ſequuta confirmatione per mortem, d. l.donationes
quas parentes, & ibi omnes,& dixi ſupra.In caſu,de
quo agitur,ſuſtineri nullo modo poteſt,quia non ſo-
lum hæc donatio patitur defectum reſpectu perſonę,
cum ſit facta inter perſonas prohibitas,ſed etiam pa
titur defectū reſpectu rerum,cum bona illa diuiſa,&
filiis conſignata, excedant valorem ſcutorum qua-
31 draginta millium, † & donatio excedens ſummam
quingentorum ſolidorum legalium, ſi nō eſt inſinua
ta,non valet,l.penult. §.fin. C.de donat. §. perficiun-
tur,Inſtit.de dona.Bar. & Ang.in d.l.ſancimus,C.de
don.Bellon.conſ.74.num.22.Pariſ.conſi.25.num.53.
conſ.69.num.93.lib.3.Socin.iun.conſ.69. num.37. &
conſ.77.num.55 lib.1.Ruin. conſ.159.num.6.& 15.
lib.4.Gabr.in ſuis concluſ.in tit.de donat.concluſ.1.
in princ.Iul.Clar.de communi teſtatur in d.§. dona-
tio.q.15.Pet.Duen.de reg.& fallen,in verb.donatio.

excedens

32 excedens,reg.534.in prin.vbi alios allegat. † Et licet
quando eſt iuramento confirmata, defectus inſinua-
tionis ſuppleatur ex iuramento.Io.Andr.in addit.ad
Speculat.in titul. de inſtr.edit. §.pone, in vlt. apoſtil,
Feder.de Senis.conſil.281.Cald.conſil.1.in tit.de do-
nat.Bald.Abb.& Imol.in c.cum contingat, de iureiu-
ran.Abb.conſ.107.in 2.dub.lib.2.quæ opinio commu
niter approbatur,vt teſtantur Corn.conſ.221.lib.1.&
conſ.69.lib.2. Grat.conſ.70.col.fin.lib.1.Iul. Clar.in
d.§.donatio.q.18.in prin.& Ant.Gabr.in d.concluſ.1.
33 num.66.& ſeqq.qui alios multos allegant, † Videli-
cet quando in ſpecie cum iuramento fuit renunciatũ
inſinuationi iuxta communem declarationem Do-
ctorum,de qua teſtantur Cor.conſ.69.lib.2.Iul.Clar.
q.18.ver.Retenta.& Phanuc.de inuent.hær.par.7.nu.
293.In caſu noſtro hoc non nocet,quia ſi Comes Hie-
ronymus conſignauit bona filijs, de cõſignatione nul
lam fecit ſcripturam,nec probatur,immo nec allega
tur ipſum conſignationem iureiurando confirmaſſe,
vnde conſignatio ſi fuiſſet facta per viam donatio-
nis,eſſet nulla ex duplici defectu videlicet rei,cum nõ
fuerit inſinuata, & perſonarum ex quo inter patrem
& filios, & propterea quamuis pater in eadem volun
tate perſeueraſſet vſque ad mortem, confirmata non
34 fuiſſet,† vt in terminis,quòd donatio excedens quin-
gentos ſolidos legales,facta à patre filijs in poteſtate
exiſtentibus,ſi non eſt inſinuata,morte patris nõ con
firmatur, probat textus clarus in d.l.donationes
quas parentes.& ibi Sali.C.de don.inter vir. & vxor.
Socin. ſen.conſ.115.num.5.lib.4. aſſerens conſuluiſſe
pro hac parte, eiuſque conſilium fuiſſe approbatum
à toto Collegio Piſano. Pariſ.conſ.62. num.20. lib.1.
Cephal conſ.61.num.3.lib.1.& conſ.194.num.7.lib 2.
Fiumagiol.in repet.d.l.in quartam,num.24.verſic. Si
35 vero. † Ad hoc enim vt huiuſmodi donatio non inſi-
nuata confirmari potuiſſet, debebat à patre confir-
mari per expreſſam teſtamentariam diſpoſitionem,
36 d.l.donationes.Cephal.d.conſ.194 num.7. † Et tunc
confirmatio non retrotrahitur, ſed valuiſſet tantum
vt ex nunc à tempore mortis,& donatio ita confirma
ta fideicõmiſſi partibus fungeretur, d.l.donationes,
§.ſi vero,l.ſi quando,in prin.& ibi Bar.ff.de leg.1.Fiu-
magiol.in d.repet.nu.24.ver. Et tunc.Sed hæc confir-
matio per teſtamentariam diſpoſitionem facta non
fuit,ſed potius elicitur contrarium,quoniam Comes
Hieronymus pater fecit teſtamentum,in quo pro me
dietate filios æquali portione, & pro alia medietate
vxorem hæredes inſtituit, & poſtea filijs conſignauit
fere omnia bona partibus inæqualibus,& differenti-
bus à partibus,pro quibus in teſtamento fuerant hæ-
redes inſtituti, & poſt prætenſam conſignationem
Comes Hieronymus ſuperuixit per duos annos, infra
quos potuit teſtamentum prius factũ reuocare,quod
cum non reuocauerit, videtur cum eadem voluntate
deceſſere voluiſſe illamque confirmaſſe,iuxta notata
per glo.in l.tractabatur, in verbo,nihil, ff.de teſt.mil.
& in l.Athletæ, §.dat remiſſionem,in verb.in fin. ff.de
excuſ.tut.Paul.de Caſt.in l.1.nu.3.C.de poſth.hæred.
inſtit.& conſ.200.in fi.lib.1.Rom.conſ.122.col.2.ver.
Primo quia.Et conſequenter diuiſionem,& conſigna
tionem bonorum diuerſam ab inſtitutione,de qua in
teſtamento,non ſolum non confirmaſſe, ſed potius re
uocaſſe cenſetur. Præterea, ſi pater per vltimam vo-
luntatem confirmaſſet donationem, Comes Vguiuio
nus haberet intentum,quoniam confirmatio ſuſtine-
retur in vim fideicommiſſi & bona illi venirent in re
ſtitutione vniuerſalis fideicommiſſi, vt dixi.

Debent igitur omnia bona prædicta fideicommiſ-
ſario reſtitui,retenta tãtum legitima, nec Trebellia-
nicæ eſt habenda ratio,quia eius detractio à teſtatore
37 fuit expreſſe prohibita, † quæ etiam filijs primi gra-
dus prohiberi poteſt ſecundum communem Docto-
rum opinionem,de qua teſtantur Rub. Alexan. conſ.
2.col.penul.& fin.& conſ.43.nu.12.Betran.conſ.152.
num.12.lib.1. Pariſ.conſ.93.num.46.lib.2.& conſ.1.
num.82.lib.3.Curt.iun.conſ.120.nu.12.lib.2. Claud.
de Seiſel.in l.in fideicommiſſariam, col.2. ff.ad Treb.
Alciat.in l.cum proponas,in gloſſa ſuper verb.portio
ne,in fi.C.de pact.Pic.in repet. l.in quartam,nu.273.
& 385.Marzar.in conſ.85.num.5.& ſeq.& conſ.12. &
alij multi eam ſequuntur quos refert,& ſequitur Do-
minus Tob.Non.in conſ.90.nu.24.ver.Ex contrario,
qui in eadem cauſa reſpondit,communicato conſilio
cũ Excellentiſſimis Dñis Ioanne Paulo Lãcelloto, &
Marco Antonio Eugenio, & teſtatur opinionem iſtã
non ſolum eſſe veriorem, ſed etiam à Doctoribus ma
gis communiter approbatam. Et quando duæ quar-
tæ detrahendæ ſunt,eamdem opinionem approbat
poſt alios multos Ceph.cõſ.153.num.67.lib.2.illam-
que canonizatam eſſe in Rota Romana teſtatur Mar
zar.epitom.de fideicom.par.2.q.49.ver Et quoniam.
Et vere Rota Romana opinionem iſtam affirmatiuã
pluries approbauit,videlicet, bis in vna Romana de
Bubalis,& poſtea per tres alias vices, vt teſtãtur Cre
ſcent.deciſ.129.lib.1. alias 2.in tit.de teſt. in impreſ-
ſis,& Ant.Aug.deciſ.524.lib.3. Gomeſ.Satnen.deciſ.
93.lib.1. In Deciſionibus, quæ manuſcriptæ circum-
feruntur,quod etiam teſtantur, Hieron.Gabr. conſil.
92.num.20.lib.2.& Marzar.in allegato loco, & hanc
ſententiam ſequitur Borgnin.Caualcan. in ſuo reper
torio,in verb.Trebellianica poteſt prohiberi, num.3.
vbi alios multos pro ea allegat,& ſecundum eam iu-
dicauit Sacrum Conſ.Neap. vt teſtatur Franc.in de-
ciſ.11.num.19.par.2.

Et ſi admitteremus contrariam opinionem, quæ
habet Trebellianicam filijs primi gradus prohiberi
non poſſe,eſſe veriorem,& magis communem,adhuc
opinioni affirmatiuæ adhærendum eſſet in caſu, de
quo agitur.

Primo,quia opinio negatiua procedit,quando par
ticulariter relinquitur fideicommiſſum à filio, & ipſe
de reſtituendo grauatur, ſed quando fideicõmiſſum
impetſonaliter relinquitur, puta diſponendo, quod
ſi filius decederet ſine filijs, hæreditas reſtituatur ſu
perſtitibus, vel quod hæreditas deueniat ad ſuperſti
tes (prout in caſu iſto factum præſupponitur) tunc
quia hæres filij, & non ipſe filius cenſetur grauatus
38 de reſtituendo,prout regulariter† in dubio hæres fi-
lij grauatus intelligitur,l.ſi fuerit.& l.ſeq.ff.de leg 3.
Bar in l.quæ duos,in fin.& ibi Imo.ff.de vulg.& pup.
Cuman.& Alexan.in l.1.§.fin.ff.eod.tit. Doctores in
l.cohæredi,§.cum filio, vbi Iaſ.num.16. de communi
teſtatur, ff de vulgar.& pup.& alij infra allegandi,
39 ipſi hæredi filij Trebellianica cẽſetur prohibita,†cui
prohiberi potuit, licet filio prohiberi non valuiſſet,
vt notabiliter declarant Alex.conſi.67.num.2.lib.1.
Ruin.conſi.147.nu.3. & 4 & conſil.149.num.5.lib.3.
Tob.Non.conſil.32.nu.47.& ſeq. & conſ.90.nu.26.
Cephal.conſil.153.nume.66.& ſeqq.lib.2.Rip.in l.
nemo poteſt,nume.52 ff de leg.1.Galiaul.in l.Centu
rio,num.101.ff.de vulg.& pupil. Pariſ. Grat. Dec. &
alij, quos refert, & ſequitur Hieronym. Gabr. in con
ſil.86.num.11.& ſeq.lib.2. vbi num.13 de communi
teſtatur, & eamdem declarationem amplectuntur
Ant.Gab.in tit.ad Treb.concl.1.num.13.& Creſc.in
d.deciſ.129 lib.1.
40 Secundo,† quia teſtator expreſſe prohibuit detra-
ctionem Trebellianicæ, & filij teſtamentũ approba-
uerunt

uerunt abſque aliqua proteſtatione modo hæres dicti Capitanei Bigazami illam detrahere non poteſt, nam ſi regulariter prohiberi non potuiſſet nihilominus iuncta prohibitione cum approbatione teſtamenti detrahi non poteſt, cum ex approbatione teſtamenti filij ſibi præiudicauerint. Petr. de Anchar. conſ. 15 t. aliàs 152. Plura dubia, col. 4. & ſeq. Cagnol. in l. Papinianus, §. meminiſſe, num. 17. in fin. ff. de inoffic. teſtam. Pariſ. conſ. 17. nu. 19. lib. 2. Signorol. de Homod. conſ. 80. col. 1. in fin. Bellon. conſ. 64. num. 4. Curt. iun. conſ. 260. num. 13. lib. 3. Iaſ. conſ. 108. col. penul. lib. 4. Ant. Gabr. d. concluſ. 1. num. 15. Tob. Non. conſil. 90. num. 27. Cephal. conſ. 153. num. 73. & ſeqq. lib. 2. Rol. à Vall. conſ. 78. nu. 13. & ſeq. lib. 1. Simon de Pret. de interpret. vlt. vol. lib. 3. fol 363. nu. 7. in fi. Rim. iun. conſ. 331. nu. 55. & ſeq. lib. 2. Et licet Dec. conſ. 257. & Curt. ſen. conſ. 75. nu. 6. & ſeq. diſſentire videantur, eorum opinio procederet, quando non eſſet prohibita Trebellianica, ſed quando expreſſe reperitur prohibita ex approbatione teſtamenti præcluditur via detractioni, & locus eſt opinioni Anchar. vt declarant Pariſ. Cephal. Simon de Pret. & Rim. iun. in allegatis lo-
41 cis. † Et quoniam hæc cõcluſio locum habet, ſiue filius approbauerit teſtamentum verbis ſiue facto per ſolam hæreditatis aditionem ex teſtamento, vt dixerunt Signorol. d. conſil. 80. Bellon. conſil. 64. num. 4. & alij quos allegant, & ſequuntur Rimin. iun. conſ. 379. num. 103. & ſeqq. multis, lib. 4. & Tib. Dec. cõnſ. 59. nu. 37. & ſeqq. lib. 2. illi omnino locus erit in caſu, de quo agitur, cum filij teſtamentum patris approbauerint, hæreditatem ex eo adeundò, & multa de contentis in eo adimplendo.

Tertio dicitur (& hoc confirmat ſecundam præcedentem declarationem) quod filij adiuerunt hæreditatem Comitis Hieronymi nullo confecto inuenta-
42 rio † & per omiſſionem inuentarij perditur Trebellianica, etiamſi aliàs detrahi potuiſſet ſecũdum communem, de qua teſtantur, Fulgoſ. in Auth. Sed cum teſtator, C. ad leg. Falcid. Dec. conſ. 236. num. 10. Corn. conſ. 168. col. penul. & fi. lib. 3. Crot. & alij quos adducit, & ſequitur Anton. Gabriel. in tit. ad Trebell. concluſ. 10. num. 2. & ſeqq. vbi dicit iſtam opinionem hodie videri magis communem. Et licet non deſint, qui contrariam ſequũtur opinionem, & illam veriorem, & magis communiter approbatam eſſe teſtantur, vt per Rolan. à Vall. in tract. de inuent. hær. fol. 181. & ſeqq. c. incip. Quia in præcedenti quæſtione, ver. Quarto. & Phanuc. de inuent. hær. par. 7. num. 31. & ſequen. Adhuc dicitur præcedentem opinionem, quod hæres non conficiens inuentarium, Trebellianicam non detrahat, procedere in caſu noſtro, in quo ſimul concurrunt expreſſa prohibitio, & omiſſio inuentarij, vt declarant Curt. iunior conſil. 54. num. 11. libro 1. Grat. conſil. 160. num. 26. libro 2. Anton. Gabriel. in d. concluſ. 10. num. 6.

Quarto pro confirmatione huius concluſionis conſidero teſtatorem inſtituiſſe tres filios maſculos, eoſque ad inuicem ſubſtituiſſe, & Trebellianicæ detractionem prohibuiſſe: Et quia prohibitio fuit facta omnibus, & ſic onus, & emolumentum erat reciprocum, magis ea prohibitio ſuſtineri debet, licet regu-
43 lariter Trebellianica prohiberi non poſſet, † quoniam videmus ratione reciproci oneris multa ſuſtineri, quæ aliàs prohiberentur. Paul. de Caſt. in l. ſi pater puellæ, in fin. C. de inoffic. teſtam. & ibi Iaſ. & ceteri ſequuntur. Marſil. ſingul. 333. Senat. Pedemont. deciſ. 100. num. 1. & ſeqq. Iaſ. conſil. 173. num. 11. verſi. Quinto, libro 4. & inter conſilia Brun. conſ. 8. num. 41. & conſil. 9. num. 12. & ſeqq. Et licet credam ſtantibus prædictis Trebellianicam detrahi non poſſe, ex abundanti dico, quod ſi detraheretur de medietate hæreditatis, in qua fuerunt inſtituti filij, de alia medietate, in qua fuit inſtituta mater, detrahi non poteſt, cum enim filij medietatem illam fuerint conſequuti non vti hæredes, ſed tamquam ſubſtituti matri,
44 non eſt locus detractioni Trebellianicæ, † illa quidem detrahitur ab hærede, qui primo gradu grauatus eſt, non autem à grauato, in ſecundo, vel alio vlteriori gradu, qualis eſt legatarius vel fideicommiſſarius, l. ſancimus, §. fin. & ibi Doctores, C. ad Trebellian. Capra conſil. 65. num. 20. & conſ. 78. num. 22. Corn. conſil. 197. num. 3. in fin. & 4. lib. 1. Crauet. conſil. 131. num. 11. lib. 1. Hiſpan. de ſucceſſ. progreſſ. §. 5. nu. 67. & 74. Fiumagiol. in repet. dictæ l. in quartam, num. 46. & 49.

Nec prædictis obſtant ea, quæ in contrarium adducebantur, illa quidem ſatis ex ſupra adductis ſublata apparet, cum oſtenſum fuerit bona Caſtri Couorani remanſiſſe in hæreditate Comitis Hieronymi, ipſumque filijs conceſſiſſe vſum, & adminiſtrationem tantum bonorum, non autem eorum dominium, conceſſionemque feciſſe, in peculium, non in vim donationis, quæ vt donatio nec valere potuiſſet. Vnde cum filij non fuerint conſequuti bona alio titulo, quam vti hæredes, non poteſt negari, quin in re-
45 ſtitutione fideicommiſſi veniant. † Nec obſtat Corn. in d. conſ. 228. libro 4. quoniam opinio illa eſt dubitabilis, & de ea dubitat Socin. iun. conſ. 72. num. 67. lib. 1. & poſt eum Manc. in d. lib. 7. tit. 8. num. 29. Et ſi vera
46 eſſet, non noceret, † quia Corn. in caſu ſuo, vt dicit nu. 9. & ſequen. conſiderat multas clauſulas inſtrumenti, ex quibus elicit bona conceſſa fuiſſe filijs titulo donationis, non autem in peculium, quę in caſu noſtro non concurrunt. Præterea ipſe loquitur de conceſſione facta filijs emancipatis, in quos proprie non cadit peculium, aliud ſentiens, ſi filij eſſent in poteſtate, vt declarat num. 12. Et vere adeſt inter illum caſum, & noſtrum maxima diuerſitatis ratio, quia filio in poteſtate non poteſt fieri donatio à patre, nec in eum per patrem dominium transferri, ſed in eo cadit peculium, cuius contrarium dicitur in emancipato, in quem pater poteſt in vita dominium transferre, & in eo proprie non cadit peculium, vt ipſe Corn. dicit, nu. 7.
47 & 12. † Et donatio emancipato facta ſtatim valet, l. donationes quas parentes, C. de donat. inter vir. & vxo. Bartol. in d. l. in quartam, colum. penult. verſic. Si vero eſt donatio ſimplex. Corn. conſil. 238. num. 6. libro 3. Fiumagiol. in d. l. in quartam, num. 390. Cephal. conſ. 494. num. 18. Cuius contrarium dicitur in donatione facta filio in poteſtate, vt dixi. Et propterea Mant. in allegato tit. 8. num. 29. limitat opinionem Corn. non procedere in filijs non emancipatis, prout vere ſentit etiam ipſe Corn. in diſtinctione, quam facit in dicto conſil. . . num. 12.

Quòd vero dicitur de Trebellianica, fuit ſimiliter remotum ex ſupradictis, quoniam opinio affirmatiua, quod prohiberi poſſit etiam filijs primi gradus, eſt non ſolum verior, ſed hodie eſt etiam magis communis, & quia illam approbauit per quinque vices Rota Romana, in qua hodie habetur pro canoniza-
48 ta, videtur omnino ſequẽda ab alijs iudicibus, † cum deciſiones illius Rotæ ob tot Illuſtrium Doctorum auctoritatem, & eorum præeminentem dignitatem tamquam magiſtrales, & communem opinionẽ conſtituentes in re dubia, omnino ſint ſequendæ, vt dixerunt Sebaſt. Vant. in tract. de nullit. in tit. de nullit. ex defect. iuriſdict. deleg. nu. 20. Grauar. ad practi. Veltr. libro 6. cap. 1. num. 18. & latius Marzar. epitom. de fidecom.

dei com.

fideicomm.par.2.quæſt.4 prope finem. Accedente e-
tiam,quod ita ſuit iudicatum per Collegium Medio
laoenſe, vt teſtatur Catell. Cotta io ſuis memoriali-
bus.in verb.Trebellianica,quem refert etiam Tob.in
d.conſ.90.nu.24.ver.Ex contrario,in fio. Inſuper ſi o-
pinio negatiua regulariter eſſet ſequenda,ceſſaret in
caſu noſtro,in quo pluribus rationibus ab ea recedē-
dum eſſe demonſtraui.

Secunda principalis eaoritur difficultas,numquid
bona per dictos fratres pro diuiſio poſſeſſa, debeant
diuidi, ita vt quilibet æqualem portionem conſe-
quatur,

49 In qua dubitatione videtur diceodum, † quod ſi
bona ſuerunt diuiſa à Comite Hieronymo patre, di-
uiſio,illa eſt ſeruāda, nec filij de ea conqueri poſſint,
licet æqualitas non fuerit ſeruata, l. quoties, & ibi
Paul.de Caſt. C.famil.herciſc. Pariſ.conſ.34.nu.27.
lib.2.Tib.Dec.conſ.41.num.153.& ſeq.lib.1.

Si vero de diuiſione facta à patre non appareret,
non propterea alia diuiſio faciēda eſſet, quia filij poſ
50 ſiderunt bona pro diuiſis per annos 16. & vltra, † &
per poſſeſſionē decē annorū inter præſentes, & vigin
ti inter abſentes præſumitur fratres ad bonorum di
uiſionem deueniſſe.glo.in l.ſi maior, C.comm. diuid.
quam ibi ſequuntur Bart.Bald. Paul.de Caſt.Alber.
Salic.& alij,Bar.Bald.Ang.& alij in l.qui in alienam,
in princ.ff.de acquir.hæred.Roman.conſ.205.num.3.
ver.Tertio principaliter.Grat.conſ.121.nu.7. libro 2.
Alciat.conſ.94.num.7.Socin.ſen.conſ.164.col.penul.
lib.2.Dec.conſil.79.in 3.vlt.dob. Quæ opinio magis
communiter approbatur, vt teſtantur Alex. conſ.92.
num.1.lib.2. Boer.deciſ.58.num.1. & 3.par.1. Franc.
Balb.de præſcript. in 2.par.3. par.prin. quæſt.10. nu.
39. & ſeq. Paul.de Caſtr. Iaſ.& alij, quos refert, & ſe-
quitur Anton. Gabriel. in ſuis concluſ. in tit. de præ-
ſumpt. concluſ. 1. num. 28. in 14. illatio. vbi multas
auctoritates pro hac opinione adducit,& latius eam
probant Menoch.de præſumpt. par.1. lib.3. præſum-
prio.60. num.3. vbi per totam præſumptionem hanc
concluſionem extendit,& Maſcard.de probat. vol.1.
in verb. diuiſio. concluſ.526. num.2. qui alios addu-
51 cunt,& de communi teſtantur. Et hæc † opinio pro-
cedere videtur non ſolum,quando fratres æqualibus
portionibus bona pro diuiſis poſſederunt, ſed etiam
ſi inæqualibus. vt reprobata opinione Bald.contra-
rium ſentientis in d.l.ſi maior,num.2.ver. Ego diſtin
guo.& num.5.tenent Salicet.in d.l.ſi maior. Alexan.
d.conſ.92.num.4. & 5.Ang. Aret.in §.fin.num.14. In-
ſtit.de ſociet Iaſ.conſ.128.nu.5. lib.1.& conſ.2. num.
35.lib.3.Crot.conſ.409. num.6.lib.3.Cephal.conſil.
396.num.15.lib.3. & conſ.737.num.14.& ſeqq. lib.5
vbi de communi teſtantur..

Licet igitur Comes Vguiuionus pretendat non
poſſidere portionem æqualem alijs portionibus poſ-
ſeſſis per ipſius fratres, præſumitur nihilominus in-
ter eos facta diuiſio, nec ei ſubueniri poteſt aduerſus
52 illam,† cum non probetur læſio vltra dimidiam,pro-
ut requiritur, ad effectum vt fratribus maioribus in
diuiſione læſis ſuccurratur,ſecundum glo. Bald. & a-
lios in l. maioribus, C.comm.vtr.iudic. iuxta termi-
nos l.2.C.de reſcind.vendit. Quæ etiam in contractu
diuiſionis locum habet.Bald.& alij in d.l.maioribus.
Bald.& Salic.in d.l.2.ille col.4.ver.Tertio quæro, iſte
col.3.ver. Quarto quæro.Corn. Imol.& Gozad. quos
refert & ſequitur Ant.Gabriel.in tit.de empt. & ven-
dit.concluſ.1.num.25.

Quibus tamen non obſtantibus, cenſeo bona diui-
53 di debere inter iſtos fratres, † cum bona communia
diuidi debeant ad petitionē alterius fratris ſeu con-
ſortis,& nemo cogatur in communione ſtare, l.ſi ma
ior,l.fin.& tot.tit.C.com.diuid.l.1.l.quæ patres, l.in-
ter cohæredes,in princ.& tot.tit.ff.fam.herciſc. Etiā
54 ſi† per longiſſimum tempus,et cuius initij memoria
in contrarium non extaret, bona communiter poſſe
diſſent, quia aduerſus diuiſionem non præſcribitur,
quo minus fieri debeat. Bart.& Doct. in l.1.§.ad hæc.
C.de annal.excep.Bal.in l.fi.C.fi.regun.Ang. cōſ.55.
in fi.Curt.ſen.conſ.53.col.3.Iaſ.& alij, quos refert &
ſequitur Crauet.conſ.60.nu.1.lib.1.late Franc. Balb.
55 de præſcrip.io 4.par.4.par.princ.q.3.per totam.†Et
licet quando frater triginta annis pro diuiſo rē poſ-
ſediſſet,alter amplius diuiſionē petere non poſſit.gl.
in l.fi.in verb.in cōionē.& ibi Ang. & alii, C.com.di-
uid.Bal.in l.fi. C.fin.regund. Dummodo alter ſolua
bona fide poſſederit,vt declarat Franc. Balb. io d.q.
13. in d. 4.par.4.par.princ. de hac poſſeſſione pro di-
uiſo per annos triginta in caſu noſtro non conſtat.

Nec verum eſt probari diuiſiooem factam fuiſſe,
quoniam de diuiſione in vita patris non conſtat, ſed
pater permiſit,quod filii haberent vſum, & admini-
ſtrationem bonorum, dum ipſe viuebat, ſed voluit,
quod bona poſtea diuidi deberent ęqualiter, vt mul
ti teſtes dicunt, & ſic filiis in peculium bona conceſ-
ſiſſe vr, & eo mortuo inter hæredes erant conferēda,
& diuidenda,vt ſupra late deduxi.Minus apparet fa
56 cta diuiſio per filios poſt mortem patris, quæ † cum
ſit quid facti,non præſumitur, niſi probetur. Petr.de
Rauen. Cin. & Salicet.in l.penult.C.commun.diuid.
57 Maſcar.de probat. in d. conclu.526. nu.1. Nec † illa
ea poſſeſſione longi tēporis pro diuiſo præſumitur,
tum quia præſumitur fratres poſſeſſionem cōtinuaſ-
ſe ex eadem cauſa,ea qua in vita patris poſſidebant,
& ſic ratione vſus regiminis,& adminiſtrationis,do
nec diuiſio fieret,arg.l.cum nemo, C.de acquir. poſ-
58 ſeſ.& l.non ſolum,§.quod vulgo, ff.de vſucap. † tum
etiam quia ſtante notabili inæqualitate portionum,
per dictos fratres poſſeſſorum, ex poſſeſſione nō prę
ſumitur facta diuiſio,quoniam opioio gloſſæ in d.l.ſi
maior,procedit, qn̄ inter partes pro diuiſis poſſeſſas
adeſt proportio,quæ poſſit adaptari ad æqualitatem
diuiſionis, ſed ſi partes ſunt inæquales ootabili inæ-
qualitate,ex longa poſſeſſione diuiſio noo præſumi-
tur,vt declarat Bald.in d.l ſi maior,oum.2.verſi.Ego
59 diſtinguo,& n.5.Cuius opinio comprobatur, † quia
ratio, propter quam ea longa poſſeſſione præſumi-
tur facta diuiſio ſecūdum gloſſam io d. l.ſi maior, ea
eſt,quia ibi tractatur de modico præiudicio,vt dixe-
runt Bar. in l.cum de in rem verſo. oum.5. ff.de vſur.
Paul.de Caſt.in l.filiusfamilias,nu.3. C.de pet.hære.
Franc.Balb.de præſcrip.in d.1.par.3.par. princ.q.10.
num.44.verſ. Comprobatur. Iaſ. in l.1. num.15.verſ.
Quarto limita.C.qui admitti. Meoocb.in dicta præ-
ſumpt.60.nu.3. in fi. Quæ ratio locum ſibi vendicat,
quando partes ſunt æquales, ſeu inter eas adeſt mo
dica inæqualitas, ſed quando ſunt inæquales magna
inęqualitate,quia tunc non agitur de modico,ſed de
magno præiudicio,ceſſat ratio,ea qua recipitur opi-
nio illius gloſſæ, & conſequenter ceſſat etiā præſum-
ptio tituli diuiſionis, licet enim quādo agitur de mo
dico præiudicio ex longa patientia titulus præſuma
tur, non tamen præſumitur quādo agitur de magno
præiudicio,l.nullo, C.de rei vendic.l.diuturna,C.de
præſcript.long.temp.Bar.in diſput.incip. Mulier ha
bens amplum patrimonium,nu.18. verſ. Ad ſolutio-
nem.Iaſ.qui alios allegat in d.l.1.nu.15.verſ. Quarto
limit. Et conſequenter ſtante magno præiudicio ob
inæqualitatem ex longa poſſeſſione titulus diuiſio-
nis non præſumitur,vt dixit Bald.in d.l.ſi maior.cu-
ius

Google

ſus opinionem ſequuntur Paul.de Caſtr. in d.l. ſi ma-
ior,num.2. & in d. l.ſi filiusfamilias , num.3. Alexan.
conſil. 25.num.16.lib. 5.Felin.in c.ſicut, num.29. vec
ſic. Multa etiam ſimilia,de ſentent. & re iud. Boer.de
ciſ.58.nu.3.& 8.par.1.Tiraquel.in tract.de pręſcript.
§.1.glo.4.q.14.ver. Sed illam gloſſam,& verſic.Sed ad
uerte,in fin. Ioan.Ant.Trigon.ſing.123.num.2. Man-
del.de Alba conſil.11.num.24.Simon de Pretis de in-
terpret.vlt.volun.lib.3.fol.203.num.28.verſic. Intel-
lige.Franc.Balb.in d.q.in.num.44.qui num.45.in fin.
concludit limitationem Bal ad dictam gloſſam tam-
quam veram,& communem eſſe tenendam in conſu-
lendo,& iudicando,quam etiam communem eſſe di-
cit Ioſeph Ludou. in deciſ. Rot. Lucenſ.48.nu.25. &
ſeq.& eam ſequitur etiam Menoch.in d.præſump.60.
num.9.& poſt alios quos allegat, communem appel-
lat. Maſcard. de probat. in allegata concluſ.526.nu-
me. 8. Et quando agitur de magno præiudicio, cum
eadem opinione concordare videtur Iaſ.in d.l.1. nu-
me.15. verſicul.Quarto limita, & pro limitatione di-
ctæ gloſſæ eandem declarationem ponit Ant. Gabr.
in d. tit. de præſumpt. concluſ.1. num.30. licet etiam
diſſentientes alleget.

Nec huic concluſioni obſtant ea, quæ in contrariũ
adducuntur,quoniam de diuiſione facta à patre non
apparet, nec præſumenda ęſt diuiſio inter filios poſt
mortem patris.Et licet contra Bald.teneant Salic. &
alij ſupra allegati, nihilominus ab opinione Bald.
non eſt recedendum, quia illa verior eſt, & fundatur
optima ratione, vt deduxi. Et eſt etiam magis com-
muniter approbata, vt ex auctoritatibus ſupra addu
ctis elicitur,& de communi teſtantur Balb. & Ioſeph
Lud. Nec verum eſt contrariam opinionem eſſe com
munem,prout dicebat Cephal.in conſilijs in contra-
rium allegatis,quia Cephal.dicit,quod Iaſ.in d.con-
ſil 2.lib.3.de communi teſtatur, & Iaſ.hoc non dicit,
ſed tantum allegat Sal.& nonnullos alios diſſentien-
tes a Baldo. Et eo magis opinioni Baldi adhærendũ
60 videtur, quia reducit fratres ad æqualitatem, † quæ
ſeruanda eſt inter liberos,l.inter liberos,C.famil.her
ciſc.l.1.C.vnd. liber.l.fin.C.comm.vtr. iudic.l.vt libe-
ris, C.de collat. Dec.conſ.536. num.10.verſic. Secun-
do poteſt reſponderi.Tiber.Dec.conſ.54 num.21.li-
61 bro 1.Crauet.conſ 393.num.8.lib.3.† Et etiam ſerua-
ri debent inter fratres,l.cum pater,§.euictis,ff. de leg.
2.l.fin.C.com.vtr.iud.Pariſ.conſ.2.num.27.lib.3.Cor
ne.conſ.228.num4.lib.4.Crau.conſ.605.num.1.lib.4.
62 † Et propterea iura vt æqualitati faueant,admittũt,
quod ratione æqualitatis ſeruandæ aliqua includan-
tur in diſpoſitione,quæ aliàs non includerẽtur,l.quę-
ſitum,§.ſed etſi Papinianus,ff.de fund.inſtr.Bart.in l.
63 ſi pater,in princ.ff.de donat. † Et quod diſpoſitio ge-
neralis reſtringatur,vt æqualitas ſeruetur.Socin.con
64 ſil.98. col.3.lib.1. Et eius ratione fit † etiam extenſio
de vno caſu ad alium,§.illud.Inſtit.pro Soc.l.fin.C.de
fruct.& lit.expenſ. prout plene deducit Crauet. conſ.
133.num.7. & ſeq.lib.1. Et quia opinio Salic. iniqui-
tatem ſapit, cum ea retenta reſultet inter fratres in-
65 æqualitas,† quam leges maxime abhorrent, vt dici-
tur in d.§.euictis,& in d.l.fi.& not.Tib. Dec.conſ.54.
nu.24 prope finem,lib.1.Opinio autem Baldi eſt ma-
gis æqua,quia æqualitati fauet, propterea præferen-
66 da eſt opinioni contrariæ, quia † in dubijs opinioni-
bus ſemper illa opinio eſt amplectenda, quæ maiori
innititur æquitati, l.ſi me, & Titium, in fin. ff. ſi cert.
per. l.ſi quis mancipij,§. fin.ff.de inſtit. l.qui filium, §.
fin. ff.ad Treb. Tib.Dec. conſ.53.nu.32. & ſeqq.lib.1.
67 † Quod in tantum verum eſt,quod licet in iudicando
ſit ſequenda communis opinio, vt per Doctores in c.1.
68 de conſtit.& in l.1.ff.ſi cert.pet.nihilominus† opinio
magis æqua tenenda eſt in iudicando, licet contra-
ria eſſet magis communis, vt dicunt Abb. & alij in c.
ſi vir,per illum textum,in ver. Humanius, de cognat.
ſpirit. Silua nupt.lib.5. num.78. Port.Imol. qui alios
allegat conſ.42.num.3.Cephal.conſ.93.num.6.lib.1.
conſ.166.num.17.& 18.lib.2.Tob.Non.conſ.94.num.
11.conſ.13.num.20.& conſ.23.num.15.Tiber. Dec.d.
conſ.54.nu.35.Etſi ſequenda eſt opinio magis æqua,
licet contraria ſit magis communis, ſine difficultate
erit ſequenda opinio Baldi, quæ vere eſt magis æqua
& magis communis.

Minus obeſſe poteſt quod dicebatur hic non con-
ſtare de lęſione vltra dimidiam,quia reſpondetur,qđ
69 † ſi vere fuiſſet facta diuiſio,& pars prætendens ſe lę-
ſam,ageret ad reſciſſionem, tunc deberet probari læ-
ſio vltra dimidiam,iuxta terminos l.2. C. de reſcind.
vend.& in iſtis terminis loquuntur glo. Bal. & alij in
d.l.maioribus,C.com.vtr.iudic. Sed iſte non eſt caſus
noſter,quia non agitur pro reſciſſione diuiſionis, ſed
petimus diuiſionem fieri, & negamus diuiſionem fa-
ctam,& ex poſſeſſione pro dubio iſtam reſultare ſtan-
70 te inæqualitate partium. † Et iſto caſu ſufficit partes
eſſe inæquales notabili inæqualitate,etiam quod pro
tertia parte tantum,l.vnde,cum l.ſeq.ff.pro ſoc. Alex.
conſ.92.nu.5.lib.2.Boer.d.deciſ.58.nu.8.ver.Sic etiã.
Nec requiritur,quod ſit vltra dimidiam, quando in-
æqualitas non allegatur ad effectum reſciſſionis, ſed
ad tollendum præſumptionem tituli diuiſionis, qui
reſultat ea poſſeſſione longi temporis, quando par-
tes ſunt æquales vel inæquales modica inæqualitate,
vt Bal.& alij eum ſequentes declarant.

Tertio & vltimo dubitatur, nũquid homicida,qui
non fuit pro homicidio cõdemnatus, ſit inteſtabilis.
71 Et concluſiue procedendo dico,† homicidam eſſe in-
teſtabilem,quoniam Bullis Pij Papæ Secundi, & Sia-
ti Papæ Quarti homicidæ ab oĩ actu legitimo perpe-
tuo ſuſpenduntur, per quam ſuſpenſionem reddun-
72 tur inteſtabiles, † quoniam actus legitimi illi appel-
lantur, qui ſunt inuenti,vel approbati ab aliqua lege
quacumque parte iuris ſcripti,§.conſtat, Inſt.de iure
natur. gent.& ciuil. l.legitima, ff.de pact.l.Gracchus,
C.ad leg.Iul.de adul Dec.in l.actus legitimi, num.2.
& ibi Hieron.Cagnol.num.2.ff de reg.iur.Alex conſ.
75.nu.1.& 4.lib.1.Port Imo.conſ.124.num.8.Et actua
73 teſtandi eſt talis, † Vel quia teſtamentum eſt de iure
ciuili,ſecundum Bartol.in l.ex hoc iure,num.17.ff.de
iuſt.et iur.Bald.in d.l.decernimus,nu.10.C.de ſacro-
ſan.eccleſ.Vel ſaltem ſi teſtamenti factio non eſt iuris
ciuilis origine,eſt ſaltem approbatione,cum à iure ci
uili approbetur,& forma teſtandi tradatur,facultas-
que teſtandi concedatur,& auferatur,l.3. & ſeq. ff.de
teſta.Inſt.quib.non eſt permiſ.fac.teſtam.per totum,
& de teſtam.§.1.Iaſ.in d.l.hoc iure,nu.36.& ſeq.Iccir-
co dum Bullæ ſuſpendunt perpetuo homicidas ab
omni actu legitimo, eos ſuſpendunt etiam à faculta-
te teſtãdi,qui eſt actus legitimus, & propterea Alex.
in d.conſ.75.num.4.& ſeq.et Cagnol.in d.l.actus legi
74 timi,num.3 dixerunt,† ſtatutum,quod excludit ban-
nitum ab omni actu legitimo, excludere etiam à ſuc-
ceſſione tam ab inteſtato,quam ex teſtamento. Et hęc
procedunt etiam in homicida, qui nondum fuerit
75 pro homicidio condemnatus, quoniam † Pontifices
in dictis Bullis loquuntur de homicidis, quorum de-
lictum fuerit notorium,vel de homicidio fuerint infa
mati ſeu cõdemnari. Et qa Bullæ loquuntur alternari
ue,vt diſpoſita in eis locum habeãt,ſufficit homicidiũ
eſſe notorium, vel quod homicida ſit infamatus de
homicidio, Vel condemnatus, cum in alternariuis

ſufficiat

ſufficiat alteram partem verificari,c.in alternatiuis,
de reg.iur.in 6.l.ſi hæredi plures,in vlt.reſponſ.de cō-
dit.inſt.l.cum pupillus,§.diſiunctiuo modo, de cond.
& demon.Bar.in l.ſi is qui ducenta,§.verum,ff.de reb.
dub.cum alijs per Ceph.conſ.473.n.3.& 10. lib.7.Vn
de quamuis homicida non eſſet condemnatus, dum-
modo delictum ſit notorium, vel de homicidio ſit in-
famatus, locum habent diſpoſita in dictis Bullis, vt
ab omni actu legitimo,& conſequenter à facultate te
ſtandi perpetuo ſuſpenſus ſit. Et quamuis homicida
76 ſit mortuus ante condemnationem,† & crimen & pę
na morte exſtinguātur, l.defuncto, ff.de publ. iud.l.1.
& 2.C.ſi reus vel auus mor.fuer.e.accuſatus,§.ſi vero,
77 de hær.in 6.poteſt nihilominus † de eo queri poſt mor
tē in multis caſibus de quibus per M.Ant. Eugenium
conſ.21. lib.1. & præſertim bonorum ad effectum, vt
teſtamentum nullum reddatur ſicut in ſimili de teſta
mento facto ab vſurario manifeſto dixerunt Abb. in
c.eum in dioceſi,num.6.& ibi Card.de vſur.Fed.de Se
nis,conſ.8.num.1.in fin.& ſeq.Abb.conſ.2.& conſ.81.
lib.2. Præſertim quia Bullæ dum ſuſpendunt perpe-
tuo ab omni actu legitimo homicidas, quorum deli-
ctum fuerit notarium, vel de homicidio fuerint infa-
mati, etiam ſi condemnati non ſint ipſo iure pœnam
illam imponunt,dum dicunt: Sint ab omni actu legi-
78 timo perpetuo ſuſpenſi; † Et verbum illud, Sint præ-
ſentis temporis, intelligitur ipſo iure ſecundum Bar.
in l.iubemus,la 2. §.ſi Sane,nu.12. C.de ſacroſ. eccleſ.
& Fel.qui dicit ita omnes tenere in c. Rodulphus, nu.
33.in princ.& verſic.Verbum præſentis temporis, de
79 reſcript.† Et quando pęna ipſo iure imponitur, licet
in vita delinquentis non ſit lata ſententia ſuper deli-
cto, poteſt poſt mortem proferri declaratoria facti,
vt pęna,quæ ipſo iure imponebatur,locum habeat, vt
poſt Parpal.l.ſi quis maior,in 5.q.C.de tranſact.Dec.
in l.pupillum,§.in hęredes,ff.de reg.iur. & alios con-
cludit Boſſ.in tract.cau.crim.in tit.de ſent.num.47.&
Eugenius in d. conſ.21.nu.9. vbi refert Gomeſ. tom.
3.delictorum.Cap.1. ſub num.80.ver. ſextus caſus eſt
teſtantem de communi.

Cauſa iſta fuit terminata die decima Octobris anni 1586. per Tertium Arbitrum iudicialiter electum iuxta formam ſtatuti Peruſini cum voto Excellentiſſimi Domini Sfortiæ Oddi Conſultoris,rogato Domino Rainaldo de Rubeis notario Peruſino. Et Comes Vguinonus vigore laudi iudicialis, facientis rem iudicatam vigore dicti ſtatuti,& à partib.approbati, pro omnibus quæ ipſe prætendebat, conſequutus fuit bona valoris ſcutorum ſex millium in circa.

ARGVMENTVM.

Filijs grauatis nūquid intelligantur grauati nepotes poſiti in conditione. Et an & quando filiorum appellatione contineantur nepotes, & pluralitas reſoluatur in ſingularitates.

Conditio ſi deceſſerit ſine filijs, an expiret, ſi filius ſuperuixit, & parum poſtea deceſſit ſine filijs. Et in quib. caſib. ſubſtitutio facta vltimo decedenti inducat reciprocum fideicommiſſum.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum reciprocum inducitur ex ſubſtitutione facta vltimo morienti nō ſolum inter vocatos expreſſe, ſed etiam inter poſitos in conditione, qui ex coniecturis intelliguntur vocati.*

Amplia etiam ſi non fuit facta ſubſtitutio expreſſe in tota hæreditate, dummodo teſtator ſenſerit de tota, nu.2. Sed contra nu.50.

3 *Filiorum appellatione continentur nepotes, quando non agitur de incommodo ipſorum.*

4 *Verba teſtamentorum intelligi debent, vt ceſſet vitium ſuperfluitatis.*

5 *Conditio ſi deceſſerit ſine filijs, exſpirat per ſuperexiſtentiam filij, licet poſtea filius decedat.*

Fallit quando ex coniecturis conſtat teſtatorem aliter ſenſiſſe, & voluiſſe grauare etiam poſitos in conditione, nume.6. Declaratur nu.81. exemplificando.

Primo quando teſtator digreſſus eſt ad plures gradus ſubſtitutionum num.7. Sed contra nu.82. cum ſeq. vbi etiā declaratur.

Secundo ſi filij poſiti in conditione fuerunt vocati. num.8. Declaratur, nu.84.

Tertio ſi teſtator prohibuit alienationem bonorum, nu.9. Declaratur, nu.85.

Quarto ſi teſtator ita reſpondiſſet, ſi fuiſſet interrogatus, num.10.

Intellige, vt num.48. & 86. cum ſeq.

12 *Conditionē fideicommiſſi eueniſſe qui dicit, id probare debet.*

12 *Fideicommiſſarius agens ad fideicommiſſum, clare probare debet ſe fuiſſe vocatum in caſu illo, aliàs ſuccumbit.*

13 *Fideicommiſſum excludi in dubio iudicandum eſt.*

14 *Conditio adiecta diſpoſitioni præciſe attenditur, quæ ſi in minimo deficiat, ceſſat diſpoſitio.*

15 *Conditio in totum & formaliter adimpleri debet aliàs diſpoſitio habetur pro non facta.*

16 *Subſtitutio quando concipitur ſub duplici conditione copulatiuè poſita, non ſufficit alteram adimpleri, ſed vtraque impleri debet.*

17 *Conditionis natura ea eſt, vt in totum impleatur nec ſatis eſt impleri pro parte.*

18 *Verba conditionum potius impropriantur, reſoluendo copulam in alternatiuam, quam quod vna dictorum conditionum reddatur ſuperflua.*

19 *Subſtitutio quando fuit facta pluribus copulatiue, vt ex ea ſubſtitutus admittatur, opus eſt conditionem ſubſtitutionis in perſona vtriuſque purificari.*

20 *Dictio, Ambo, exigit diſpoſitionem verificari in omnibus, nec ſatis eſt in vno verificari.*

Fallit ex mente teſtatoris, nu.21.

Et quando eadem ratio militat in vtroque, nu.22.

23 *Pluralitas non reſoluitur in ſingularitates, vbi pluralitas eſt de forma.*

Item ſi ſunt verba conditionalia, nu.26.

Nec pluralitas in conditione voluntaria appoſita à teſtatore, nu.28.

Prout quando in vno capite non reſoluitur, minus reſolui poteſt in alijs, nu.30.

Neque quando plures improprietates concurrere deberent, nu.35.

24 *Dictio, Si, conditionem facit.*

25 *Conditio inducit formam.*

27 *Conditio voluntaria, per teſtatorem appoſita, reſtringitur ad terminos ſuos, nec porrigitur ad alium caſum, & formaliter prout verba ſonant impleri debet.*

29 *Subſtitutus poſt mortem plurium ſine filijs, non admittitur poſt mortem vnius tantum ſine filijs.*

30 *Pluralitas debet omnes caſus æqualiter determinare, & ſi in vno non reſoluitur in ſingularitates, nec reſoluatur in alio, Et econtra.*

31 *Pluralis numerus quando reſoluitur in ſingularitates,*

eſt contra ſermonis proprietatem.

32 Filiorum appellatione quanda continentur nepotes, id non accidit ex propria verbornm ſignificatione, ſed per interpretationem & improprie.

33 Improprietates plures in eadem diſpoſitione concurrere non poſſuat.

Amplia etiam in materia fauorabili. nu. 34.

36 Repetio magis oſtendit enixam ac deliberatam mentem teſtatoris, quam ſi diſpoſitio eſſet ſimplex.

37 Verbum, Quilibet eſt diſtributiuum, & attribuit actum omnibas inſolidum.

38 Filiorum appellatione non veniunt nepotes, quando teſtator in aliqua parte teſtamenti mentionem ſecit etiam de nepotibus, & num. 64.

39 Teſtator ſi aliquid ſenſiſſet in vno caſu, id expreſſiſſet, ſicat expreſſit in alio.

40 Conditio, Si deceſſerit ſine filijs, expirat per ſuperexiſtentiam filij.

Amplia etiam, quod filius deceſſerit ſtatim poſt mortem pareatis. nam. 41.

Et etiam quamuis filius ille extractus fuerit ex ſecto ventre matris. nu. 42.

Dummodo extractus faerit tali tempore, quo naturaliter viaere potuiſſet, aliàs ſecus. num. 43.

44 Verba conditionis proprie, ſtricte, & ad litteram intelligenda, ac interpi etanda ſunt.

45 Sabſtitutionum gradas non ſant multiplicaudi.

46 Subſtitutio facta filijs non porrigitur ad nepotes.

47 Grauamen fideicommiſſi noa extenditur de perſona ad perſonam etiam ex veriſimili meute diſponentis, & quamuis ſi teſtator fuiſſet interrogatus, ita veriſimilites reſpondiſſet.

48 Meni veriſimilis teſtatoris, & quod teſtator, ſi ſuiſset interrogatus, ita reſpondiſset, non attenditur reſpectu caſus omiſsi.

49 Fideicommiſſum reſultat ex ſabſtitutione facta poſt mortem plurium, quando facta ſuit poſt mortem plarium vltimo morienti, & in tota hæreditate.

51 Voluntatis teſtatoris coniecturæ elici debent ex eo, quod eſt expreſſum in teſtamento, & non aliter.

52 Fideicommiſſam reciprocam non reſultat ex ſubſtitutione facta vltimo morieati, quando teſtator fecit particularem ſubſtitutionem.

53 Relatiuam quibas, reſertar ad præcedentia ſapra relata.

Et quando apponitar ſine copula ſtat reſtrictiue, & determiaatiae præcedentiam. uam. 54.

55 Dictio, Dicti, eſt repetitiaa præcedentium cum qualitatibas ſuis.

56 Nepotes non continentur in diſpoſitione, quando habita ſuit relatio ad filios cum illa dictione, Dictot.

57 Subſtitutio reſtriagitur per verba relatiaa.

58 Subſtitutio facta vltimo morienti reſtringitur ad eos, qui fuerunt poſiti in diſpoſitione, nec extenditur ad poſitos in conditione tantum.

59 Filij poſiti in conditione, qui ex coniecturis cenſentur vocati, intellignatur tantum vocati ad portionem patris, caius reſpecta fuerunt poſiti in conditione, non autem ad portionem patrui.

60 Fideicommiſſum reciprocum non inducitur ex ſubſtitutioae facta vltimo decedenti, quando non fuit factaiu tota hæreditate, ſed in parte.

61 Nepotes continentur appellatione filiorum in ſabſtitutione directa, qaæ nemini eſt onerosa, ſecas in fideicommiſſaria, iu qua etiam in actiua ſignificatione nõ iacluduntur.

Et de ratione ibi.

62 Nepotes non continentur appellatione filiorum in paſſiua ſignificatione, vt graaati intelliguntur cum ſeq.

63 Nepotes contineatur appellatione filiorum, quando agitur de fideicommiſſo excludendo, ſecut ſi de fideicommiſſo includendo.

64 Nepotes non continentur appellatione filiorum, quando in teſtamento fuit facta mentio de nepotibus, vel de deſcendentibus. Et num. 65.

Nec quando teſtator loquutus fuit de filijs reſtrictiue. numero 66.

Vel ad certos filios expreſsos habuit relationem. num. 67.

68 Nepotes in caſa in quo vocati intelligantur, non cenſentur grauati, qaando relatio ſubſtitutionis ad filios facta reperitur.

69 Reciproca ſubſtitutio continet fideicommiſſariam.

70 Subſtitutio fideicommiſſaria continet onus.

71 Filioram appellatione non continentur nepotes in ſabſtitutione reciproca, quæ eſt etiam onerosa, licet aliquo reſpectu ſit faaorabilis.

72 Superfluum non dicitur, quod operatur etiam quid minimum.

Vel quando profertar ad maiorem declarationem, & tollẽdum omnem dubitationem. uum. 73.

74 Superfluitas tolleratur, quãdo in diſpoſitione, quæ pretenditur ſuperflaa, fait additum aliquid noui.

75 Nepotes ſuccedunt in locum patris cum patruo in fideicõmiſſo facto ab aſcendente.

Limitatur, quando à teſtatore fuit adiecta clauſula, ſalua gradas prærogatiua. num. 76.

Sublimitatur, qaando dictum fait in ſtirpes, & non in capita ſecandam gradus prærogatiuam. nam. 77.

78 Clauſula, ſalaa gradus prerogatiua, maltos operatur effectus, remiſſiue.

Item quando nepos concurreret cum patruo, quo caſa excladitur. num. 79.

Et qaando concurrunt vtrinque coniuncti tum conſanguineis, quo caſu vigore dictæ clauſulæ æqualiter ſuccedant. num. 80.

83 Filij poſiti in conditione cenſentur vocati, quanda teſtator digreſſus eſt ad plares gradas ſubſtiturionum expreſſe honorando poſitos in conditione in vltimo gradu ſubſtitationis.

84 Filij poſiti in conditione quando cenſentur vocati, quo caſu dicantur etiam grauati.

86 Verba, quoties non poſſunt adaptari ad vuum ſenſum, non debemus eum capere, licet præſamptio vigeret apud nos, teſtatorem illum voluiſſe.

87 Teſtatorem aliquid expreſſurum fuiſſe, ſi eſset interrogatus, quomodo intelligatar.

CONSILIVM LX.

DOMINVS Nicolans de Beroardis de Caſtilione Florentino, in ſuo teſtamento prohibuit hæredibus inſtitutis & ſubſtitutis alienatione domus, adiecta ratione, quia volebat illam permanere penes hæredes inſtitutos & ſubſtitutos dicti teſtatoris poſteros & deſcendentes, & in caſu alienationis voluit deuenire ad Dominam Flammettam filiam teſtatoris, & eius filios maſculos, & eius & eorum deſcendentes maſculos, hæredesque inſtituit Cappatinum & Ioannem Baptiſtam filios. Etſi aliquis eorum decederet ſine filiis legitimis & naturalibus, & ex legitimo matrimonio & ſuo corpore procreatis, ſobſtituit alium ſuperuiuentem, et eius filios taliter procreatos vt ſupra. Ipſiſque ambobus decedentibus abſque filiis etc. ipſis et vltimo decedenti ſubſtituit Dominam Flammettam et eius filios maſculos, & ab ea & eis deſcendentes maſculos ſecundum gradus prærogatiuam. Etſi Cappatinus & Ioannes Baptiſta ambo decederent cum filiis & filii ipſorum, ſeu alicuius eorum decederent

ſine

ſine filijs &c. Vltimo decedenti ex dictis filijs Cappa
rini & Ioannis Baptiſtæ ſubſtituit filios ſuperuiuẽtes
d. Capparini, ſeu Ioannis Baptiſtæ. Et ſi dicti Cappa
rinus & Ioannes Baptiſta ambo decederent cum fi-
lijs, & dicti eorum filij decederent, & quilibet eorũ
decederent quandocũque ſine filijs, dictos filios Cap
parini, ſeu Ioannis Baptiſtæ ad inuicem ſubſtituit ſe
cundum gradus prærogatiuam. Quibus omnibus &
ſingulis filijs dicti Capparini & Ioannis Baptiſtæ, ta
liter vt ſupra procreatis, & vltimo decedenti ex præ
dictis ſubſtituit Flammettam, & eius filios maſcu-
los, & ab ea & eis deſcendentes vt ſupra, ita vt effe-
ctus ſit, quod deficientibus Capparino & Ioanne Ba
ptiſta ſine filijs, Vel filii ipſorum omnes ſine filiis, hæ
reditas dicti teſtatoris deueniat ad dictam Flãmet-
tam, & ab ea deſcendentes.

Deceſſit Capparinus ſine filijs, poſtea obiit Ioan-
nes Baptiſta, ſuperſtitibus Domina Smiralda & Eli-
ſabetha filiab. Succeſſiue obiit Eliſabeth relicto po-
ſthumo ex ſecto vtero extracto, qui paulo poſt ex hac
vita receſſit, ſuperſtite Domino Gioia patre & hære-
de. Domina Smiralda prætendit per mortem dicti
poſthumi purificatum eſſe dictum fideicommiſſum
in eius fauorem: Quod negat Dominus Gioia. Et
cauſa introducta fuit in Rota Florentina. Et licet in
cauſa illa pro Domino Gioia plures Excellentiſſimi
Iuriſconſulti reſponderint, ita vt adducta per eos ra
tionibus & auctoritatibus confirmare ſuperfluũ vi-
deatur, nihilominus vt ſatisfaciam Domino Gioiæ,
& rem deguſtaſſe videar, Dico quod

Videtur adhuc contra eum dubitandum, quoniã
multis coniecturis elicitur filios filiorum Ioannis Ba
ptiſtæ, in conditione poſitos, fuiſſe vocatos, & ſi vo-
cati fuerunt, intelliguntur etiam grauari.

1 Primo, quia fuit facta ſubſtõ vltimo morienti.† Et
quãdo ſit huiuſmodi ſubſtõ in tota hæreditate, indu
citur reciprocum fideicommiſſum non dum inter ex-
preſſe vocatos, ſed etiam inter poſitos in condõne,
qui ex coniecturis vocati cẽſentur, vt in terminis tra
dit Soc. conſ. 104. lib. 3. Rip. in l. hæredes mei, §. cum
ita, num. 29. ff. ad Trebel. Pariſ. conſ. 37. nu. 38. lib. 2.
Tiber. Dec. inter conſilia Port. conſ. 44. nu. 5. & con-
ſil. 45. num. 2. Ioſeph de Ruſti. alios referens in tract.
an & quando filij poſiti in condõne cenſeantur voca
2 ti. lib. 6. c. 5. nu. 17. †Nec videtur referre, quod non ſit
dictum in tota hæreditate, quia ſatis eſt teſtatorem
intellexiſſe de tota abſque formali expreſſione dicti
verbi, vt poſt alios tradit Port. Imo. in conſil. 46. nu.
29. & 30. Mant. de coniect. vlt. vol. lib. 7. tit. 5. nu. 15.

Secunda ſubſtitutio facta fuit filijs Ioannis Bapti
3 ſtæ, †& filiorum appellatione etiam nepotes continẽ
tur, quando non agitur de incõmodo nepotum, pro-
ut hic agi non videtur, quia ſumus in ſubſtitutione
reciproca, quæ principaliter cõtinet commodum vo
catorum, licet in conſequentiam etiam incõmodum
continere poſſit, vt firmat Pariſ. conſ. 52. num. 37. &
ſeq. lib. 3. Quod maxime in caſu iſto videtur dicen-
dum, ſtante clauſula, Secundũ gradus prærogatiuã,
quæ oſtendit teſtatorem non intellexiſſe de filiis pri-
mi gradus, inter quos non poteſt cadere prærogati-
ua gradus, ſed de aliis deſcendentibus, & ſi aliter di
ceretur, clauſula illa redderetur ſuperflua, quod non
4 eſt dicendum, † cum verba teſtamentorum ita intel-
ligi debeant, vt ceſſet vitium ſuperfluitatis, l. ſi qñ,
in princ. ff. de leg. 1. Bart. in l. generali, §. 1. per illum
tex. de vſufru. leg. cum late congeſtis per Mantic. de
coniect. vlt. volun. lib. 3. tit. 6.

Præterea quia poſthumus ille parũ vixit, cõdõ ſub
5 qua vocabatur Domina Smiralda, non defecit: † nã

etſi regulariter ſuperexiſtentia filii faciat deficere cõ
ditionem ſecundum Oldrad. conſ. 21. nec reuiuiſcat,
quamuis momento vixerit, vt per Tiraquel. in l. ſi vn-
quam, in verb. ſuſceperit liberos, nu. 188. C. de reuoc.
6 donat. & Mant. in d. tract. lib. 11. tit. 6. num. 6. †A dictæ
regula receditur, quando ex coniecturis conſtat teſtã
torem aliter ſenſiſſe. Crauet. conſ. 98. col. 1. ver. Vide-
tur dicendum, lib. 1. Dec. conſ. 477. circa finem, verſic.
Non obſtat, cum aliis allegatis per Ant. Gabr. in tit.
de fideicom. concluſ. 7. nu. 4. Rim. iun. conſ. 20. nu. 19.
& 33. lib. 1. & fuſius per Marza. conſ. 4. in 2. dub. Prout
7 hic cõſtare videtur. †Primo quia teſtator digreſſus eſt
ad plures gradus ſubſtitutionum. Marzar. d. conſil. 4.
nu. 33. ver. Confirmatur. Tiber. Dec. conſ. 28. num. 25.
8 lib. 2. †Secundo quia filii poſiti in conditione fuerunt
vocati, ex hoc elicitur mens teſtatoris pro ſubſtituta.
Crau. inter conſilia Marzar. conſ. 5. nu. 44. Tiber. Dec.
9 d. conſ. 28. nu. 25. † Tertio idem videtur dicendum ex
eo, quod teſtator alienationem prohibuit. Crau. con
10 ſil. vlt. num. 16. lib. 2. † Quarto ſtante quod teſtator, ſi
fuiſſet interrogatus, reſpondiſſet velle admitti Smi-
raldam defuncto dicto poſthumo, habetur pro diſpo
ſito. Ioſeph de Ruſt. in conſilio poſito poſt dictum træ
ctatum, nu. 47. præſertim quia ſubſtitutio facta fuit in
ter deſcendentes Port. Imol. conſ. 46. nu. 26.

Ceterum prædictis non obſtantibus, puto Domi-
num Gioiam abſoluendum eſſe, Et vt id clarius oſten
datur, Præmitto tres concluſiones in iure noſtro cla-
11 ras. Quarum prima ea eſt, quod †qui dicit condõnem
eueniſſe id probare debet, l. ex his, C. quand. dies leg.
ced. Bal. & Salic. in l. cum te, C. de probat. Cephal. con
12 ſil. 631. num. 26. lib. 5. †Et petens fideicommiſſum, iu-
ſtificare debet ſe vocatum fuiſſe in caſu illo, aliàs ſuc-
cumbit, l. ei qui dicit, ff. de probar. & l. actor, C. eodem
titul. Et in ſpecie de agente ad fideicommiſſum, Cor-
ne. conſilio 161. numero octauo, verſic. Et conſtat, li-
bro 2. Craue. conſ. 208. num. 3. lib. 2. Quia ſemper ad
excluſionem actoris reo ſufficit opponere, quod eo ca
ſo non loquitur ſubſtitutio. Oldr. conſ. 21. Io. Andr. in
addit. ad Specu. in tit. de teſtam. §. 1. ver. Occurrit. Soc.
ſen. conſ. 62. num. 4. ver. Et in primis, lib. 3. Socin. iun.
conſ. 102. num. 23. lib. 1. Rimin. iun. conſil. 110. num.
15. & ſeq. libro 1. & conſ. 171. num. 87. & ſeq. libro 2.
Burſat. qui de communi teſtãtur conſ. 337. num. 4. lib.
3. Secunda vero concluſio eſt, quod ad effectum vt a-
gens fideicommiſſum obtinere poſſit, eius proba-
tio debet eſſe clara ac concludens. Corn. conſil. 186.
col. fin. verſic. Confirmantur præmiſſæ, lib. 3. Crau. d.
conſ. 208. nu. 3. late poſt alios multos Simon de Pret.
13 conſil. 122. nu. 9. Nec dubia probatio releuat, † quo-
niam ſtante dubia probatione fideicommiſſarii, ea
eſt ſumẽda interpretatio, per quam fideicommiſſum
excluditur. Bald. in l. cum virum, C. de fideicomm.
Grat. conſil. 68. num. 8. libro 1. Natta conſ. 200. num.
8. libro 1. Rimin. ſen. conſ. 223. num. 56. & ſeq. Rimin.
iunior conſil. 50. num. 55. libro 1. Cephal. conſil. 46.
num. 15. & ſeq. libro 1. & conſil 430. num. 17. & conſil.
447. num. 13. & ſequen. libro 3. Quia in dubio decla-
randum eſt fideicommiſſum non extare. Bartol. in l.
cum auus, ff. de condit. & demonſtr. Socin. ſen. conſil.
213. num. 8. libro 1. Crau. conſ. 180. num. 4. in fin. lib. 1.
Simon de Pret. conſ. 39. nu. 22. Alba, conſ. 31. nu. 9. in
fi. Ceph. conſ. 394. nu. 26. lib. 3. cum aliis adductis per
Rim. iun. conſ. 42. num. 118. & ſeq. lib. 1. & conſil. 173.
14 nu. 44. lib. 2. Alia autem & tertia eſt concluſio, †quod
quoties aliqua diſpoſitio conditionaliter loquitur,
præciſe attenditur conditio, quæ apponitur, quæ ſi in
minimo deficiat, ceſſat diſpoſitio, ſicut poſt Dec. in c.
de appellationibus, num. 3. de appellat. dixit Cephal.

15 conſil. 480. num. 30. lib. 4 Equidem † conditio in to-
tum adimpleri debet, alias diſpoſitio habetur pro nõ
facta, & hæc ſimul parificantur aliquid non eſſe fa-
ctum, vel ſub conditione, quæ non ſit formaliter puri-
ficata vt debuit, l. pecuniam quam, ff. ſi cert. pet. Cra-
uet. conſil. 15. num. 3. lib. 1. Socin. iun. conſil. 4. num. 16.
lib. 2. conſ. 83. num. 6. lib. 1. Cephal. conſ. 455. num. 56.
& 497. num. 39. & ſeqq. lib. 4. Rimin. iun. conſil. 171.
num. 19. & conſ. 192. num. 53. lib. 5.

Iſtis ſic præmiſſis, deueniendo ad reſolutionẽ pro-
poſitæ dubitationis, Dico Dominam Smiraldam non
ſolum non probare ipſam fuiſſe vocatam ad fideicõ-
miſſum per mortem dicti poſthumi pronepotis te-
ſtatoris, (quod ſolum ſufficit Domino Gioiæ ad vi-
ctoriam) ſed contrarium apparere, quoniam teſtator
fecit quinque gradus ſubſtitutionum, & in quarto,
in quo Domina Smiralda prætendit ſe vocatã fuiſſe,
ita diſpoſuit teſtator: Si dicti Capparinus & Ioannes
Baptiſta ambo decederẽt cum filijs, & dicti eorum fi-
lij decederẽt ſine filijs, dictos filios Capparini ſeu Ioã
nis Baptiſtæ ad inuicem ſubſtituit ſecundum gradus
prærogatiuam; Sed ex eo nullo modo obtinere po-
teſt. Fuerunt enim ſubſtituti ad inuicem filij Cappa-
rini ſeu Ioannis Baptiſtæ ſub duplici conditione co-
pulatiue poſita, Si Capparinus & Ioannes Baptiſta
ambo decederent cum filijs, & dicti eorum filii de-
16 cederent ſine filijs. † Et quando ſubſtitutio conci-
pitur ſub duplici conditione copulatiue poſita, vtra-
que purificari ac adimpleri debet, nec ſufficit alterã
ex eis purificari, l. ſi hæredi plures, vbi Bart. ff. de con-
dit. & demonſt. l. ſi is qui ducenta, § vtrum. & ibi Bar.
col. 5 ff. de reb. dub. Ancbar. conſ. 566. incip. Iſte ma-
giſter Gerardus, in fin. Iaſon in l. generaliter, num. 1.
& 3. C. de inſtit. & ſubſtit. Roman. conſil. 131 & conſi.
238. col. 1. verſic Primo quia. Crauet. conſil. 344 num.
5. lib. 3 Rimin. iun conſil. 117. num. 52. conſil. 208. nu.
37 libro 2. & conſil 567. num. 44. libro 5. Sed altera
ex conditionibus deficiente, nihil actum cenſetur.
Ruin. conſil. 110. num. 3. libro 4. Port. Imol. conſil. 1.
17 num 68. † quia natura conditionis ex ea eſt, vt in to-
tum impleatur, nec ſatis eſt eam impleri pro parte, l.
qui duobus, ff. de condit. & demonſtr. l. cui fundus, ff.
eod. tit. & bene comprobatur per Tiber Decian con-
ſil. 129 num 47 libro 3 qui poſt Caſtren. in conſil 43.
num. 2. verſic. Sed in contrarium, libro 2. & Socin. in
d. l. ſi is qui ducenta, §. item ſi pater, nu 8 dixit in tan-
tum plures conditiones purificari debere, vt diſpoſi-
18 tio ſortiatur effectum, † quod etiam ſi oporteret im-
propriare verba, reſoluendo copulam in alternatiuã,
potius impropriatio verborum ſit facienda, quam
quod vna conditio reddatur ſuperflua. At in caſu de
quo agitur, nulla ex dictis duab. conditionib. purifica
ta fuit, vt mox oſtẽdam, ideo res clara redditur, quod
ſubſtitutioni non ſit locus.

Prima quidem conditio, ſub qua filij Ioannis Ba-
ptiſtæ ad inuicẽ fuerunt ſubſtituti, ea eſt, Si dicti Cap-
parinus & Ioannes Baptiſta ambo deceſſiſſent cum
filijs, quæ conditio defecit, cum ex Capparino nullus
ſuperfuerit filius, & ſolus Ioannes Baptiſta deceſſerit
19 cum filijs, merito non habet locum ſubſtitutio, † nam
quando plurib. copulatiue facta fuit ſubſtitutio ſub
aliqua conditione ad hoc vt ſubſtitutus admittatur,
opus eſt conditionem ſubſtitutionis in perſona vtri-
uſque purificari, ſecundum Bar. & alios communiter,
in l. penult. C. de impuber. & aliis ſubſtit. Pariſ. con-
ſil. 44 num 9. libro tertio. Riminal. iunior conſil. 518.
20 num. 20. libro quinto. † Et quod illa dictio collecti-
ua, Ambo, à teſtatore expreſſa exigat conditionem
verificari debere in omnibus, nec ſatis ſit in vno tan-
tum verificari, poſt Bart. in l. hæredes mei, §. cum ita,
colum. fin. ff. ad Trebel. & alios firmat Pariſ. conſ. 14.
nu. 9. lib. 2. qui dicit ita omnes communiter tenere,
& idem tenet Rip. in d. §. cum ita, nu. 3.

Et huic fundamento non obſtat, dũ dicitur in du-
21 bijs dictionem † illam collectiuam, Ambo, reſolui in
ſingularitates ex mẽte teſtatoris, quæ præponderat
propriæ ſignificationi, iuxta not. in d. §. cum ita, quæ
mens ſatis verificari dicitur eo ipſo, quod non ſuper
ſunt aliqui, qui ex præſumpta mente ſubſtitutum ex-
22 cludant, † & quando eadem ratio militat in vtroque
caſu de per ſe, vt per Tiraquel. in l. ſi vnquã, in verb.
ſuſceperit liberos, numero 260. & Mantic. in d. tract.
lib. 11. tit. 5. numero 29. Quoniam vltra reſponſum
datum per primum Dominum Conſulentem per cõ
ſiliũ Ruin. 121. num. 4. lib. tertio. & alias rationes ad-
ductas tam per dictum primum Dominum Conſu-
lentem quam per Dominum Subſcribentem, qui etiã
adducunt diuerſitatem rationis, vt per eos. Dicitur
etiam quod vt ſubſtitutus admitti potuiſſet, condi-
tio purificari debuiſſet in perſona omnium ſaltem
ex proprietate ſermonis, quod nec negat Mant. ſub
d. num. 29. Nec in caſu iſto pluralitas poteſt reſolui
in ſingularitates.

23 Primo, quia † pluralitas nõ reſoluitur in ſingulari-
tates, vbi pluralitas eſt de forma. Bald. conſil. 123. nu
me. 3. in fine, verſic. Concludendo, lib. 5. Tiraq. in d.
loco, nume. 165. Euerard. in cent. loc. leg. in loco à vi
numeri. ſub numero ſeptimo. verſic. Hinc etiam eſt,
ſed verba illa: Et ſi dicti Capparinus & Ioannes Ba
ptiſta ambo deceſſerint, &c. important cõditionem
24 cum † dictio, Si, conditionem faciat ſecundum Bar.
& alios communiter in l. prima, ff. de condit. & de-
25 monſt. † Et conditio inducit formam, l. qui hæredi, &
l. Mæuius, ff. de condit. & demonſtrat. Ideo nullo mo
26 do concedendum eſt, † vt verborum conditionalium
reſolutio fiat in ſingularitates, vt declarat Franc. Bec
ci. conſ. 39 nu. 17. & ſeq.

Secundo dicitur verba illa appoſita fuiſſe à teſta-
tore in conditione voluntaria ex mera voluntate te-
27 ſtatoris adiecta; † Et quia conditio voluntaria per
teſtatorem appoſita reſtringitur ad terminos ſuos,
nec ad alium caſum porrigitur. Bart. in l. Gallus. §. &
quid ſi tantum, ff de liber. & poſthum. Dec. conſil. 63.
colum. 5. Roland. à Vall. qui de communi teſtatur
conſilio 56. nume. 22. libro tertio. Formaliter ac ſpe-
cifice prout verba ſonant, adimpleri debet. Dec. con
28 ſilio 89. numero tertio, Roland. ibi numero 43. † plu
ralitas in dicta conditione voluntaria appoſita à te-
ſtatore non reſoluitur in ſingularitates, vt poſt Rui.
& alios declarat Burſat. conſilio 19. numero decimo
nono, libro primo.

Tertio conſiderandum eſt teſtatorem in ſecundo
capite ſubſtitutionis ſubſtituiſſe Flãmettam filiã am
bobus videlicet Capparino & Ioanni Baptiſtæ dece
dentibus ſine filijs, & quia dictio illa collectiua, Am-
bo, in dicto capite ſubſtitutionis retinet ſuam natu-
29 ram, nec reſoluitur in ſingularitates, † quia Flam-
metta ſubſtituta Capparino & Ioanni Baptiſtæ, am-
bobus decedentibus ſine filijs, non poterat admitti
poſt mortem vnius tantum ſine filijs, ſed mors oĩum
erat exſpectanda, l. pen. C. de impub. & alijs ſubſti. l.
quamuis, vbi Bart. in 5. not. C. eod. tit. Ang. conſi. 80.
numero quinto. Dec. conſ. 594. numero ſecundo, &
3. quam opinionem poſt alios admittit Mãtic. in d.
lib. 11. tit. 5. nume. 29. Et procedit ſine difficultate in
caſu iſto, in quo non repugnat volũtas teſtatoris, qui
noluit bona deuenire ad Flammettam, niſi poſt mor
tem Capparini & Ioannis Baptiſtæ ſine filijs, etiã ſi

vnus

Digitized by Google

vnus tantum ſine filijs deceſsiſſet, quo caſu eos ad in-
30 uicem ſubſtituit.† Cum igitur dictio illa, Ambobus,
in dicto capite ſubſtitutionis poſita, non reſoluatur
in ſingularitates, minus reſolui debet in ſequentibus
gradibus ſubſtitutionum, cum pluralitas debeat æ-
qualiter determinare omnes caſus, ad quos poteſt
referri. Ruin. conſ. 171. num. 6. libro 2. quem ſequitur
Cephal. conſ. 662. num. 19. lib. 5. qui poſt Dec. in conſ.
50. col. 1. infert in tantum pluralitatem debere om-
nes caſus æqualiter determinare, quod ſi in vno caſu
reſolui deberet in ſingularitates, etiam in alijs huiuſ-
modi reſolutio ſit facienda. Vnde cum in illo præce-
denti gradu ſubſtitutionis huiuſmodi reſolutio fieri
non poſſit, minus erit facienda in ſequentibus gradi-
bus, vt æqualis fiat determinatio.

Quarto tanto minus dictio illa, Ambo, in ſingula-
31 ritates eſt reſoluenda,† quia quando pluralis nume-
rus verificatur in ſingulari, id eſt improprie ac cõtra
ſermonis proprietatem. Dec. in l. quamuis, in fi. C. de
impuber. & alijs ſubſtitut. Felin. in cap. omnes leges,
col. 1. & 2. diſtinct. 1. in §. 1. in gloſſa, in verb. negotio-
rum, Inſtit. de obligat. quæ ex quaſi contr. naſcunt.
Cephal. conſil. 752. num. 13. libro 5. Tiber. Decian.
conſil. 74. num. 50. libro 3. Sed contra Domina Smi-
ralda, vt admittatur ad fideicommiſſum, non ſolum
intendit dictionem illam, Ambo, reſolui in ſingula-
ritates, ſed etiam dicit appellatione filiorum, de qui-
bus in eodem capite ſubſtitutionis, in quo ipſa ſe fun
dat, venire nepotes, nec poſſet obtinere, niſi dictio il-
la reſoluatur in ſingularitates, & appellatione filio-
32 rum contineantur nepotes. † Et in caſu in quo filio-
rum appellatione continentur nepotes, id non acci-
dit ex propria verborum ſignificatione, ſed per inter
pretationem & improprie. Salic. in l. 2. q. 21. C. de iur.
emphyt. Ioan. Andr. in c. ad extirpandas, de fil. pres-
byter. Corn. conſil. 207. num. 13. libro 2. & conſil. 90.
colum. 2. libro tertio. Socin. iunior conſil. 116. num. 18.
libro 1. & conſil. 30. num. 10. libro 3. Dec. conſil. 95.
in 2. dub. Soc. ſen. conſil. 152. in 1. & 2. ſubſcriptione,
libro 1. vbi de communi teſtatur. Curt. iun. conſil. 57.
colum. 3. libro 1. Gozadin. conſil. 36. colum. 2. Alex.
conſil. 1. num. 12. libro 1. Ruin. conſil. 187. num. 3. lib.
3. Port. Imol. conſil. 15. num. 34. Tiraquel. de iur. pri-
mogenit. quæſt. 40. num. 49. & 50. Anton. Gabriel. qui
de communi teſtatur in ſuis concluſ. in tit. de verbor.
ſignif. concluſ. 1. num. 3. Rimin. iun. conſil. 246. num.
41. libro 3. Menoch. conſil. 215. num. 11. libro 3. & con
ſil. 347. num. 3. libro 4. Cephal. conſil. 607. num. 54.
libro 4. Ideo non poteſt fieri reſolutio dictionis, Am-
33 bo, in ſingularitates, † quia plures improprietates in
eadem diſpoſitione concurrere non poſſunt, l. 1. cum
ibi not. C. de dot. promiſſ. Ruin. conſil. 66. nu. 20. lib. 3.
34 † etiam in materia fauorabili. Soc. conſ. 94. num. 3. in
fin. lib. 3. Cephal. conſ. 752. num. 15. & ſeq. lib. 5. & in
propoſito Rimin. iun. conſil. 246. num. 41. & 55. lib. 3.
35 † qui dixit pluralitatem non reſolui in ſingularitatẽ
etiã in materia fauorabili, quando plures improprie-
tates concurrere deberent. Quibus non obſtat quod
dicitur de præſumpta mente teſtatoris in contrariũ,
ex qua huiuſmodi reſolutio fieri ſolet, quia de ea non
conſtat, & à verbis non videtur recedendum, niſi eui-
denter appareat de contraria voluntate, l. ſi alij, de v-
ſufr. leg. l. penul. C. de impuber. & alijs ſubſtit. Immo
ex ſerie teſtamenti elicitur teſtatorem noluiſſe in di-
ctis caſibus ſubſtitutos admitti, niſi Capparinus &
Ioannes Baptiſta ambo cum filijs deceſsiſſent: Tum
quia in pluribus gradibus ſubſtitutionum dixit, Si
36 ambo decederent cum filijs, quæ geminatio & † re-
petitio magis oſtendit conceptum mentis teſtatoris
eiuſdemque enixam voluntatem, quam ſi eſſet ſim-
plex diſpoſitio, ſecundum Bald. in capit. eam te. col.
ſecunda. de reſcrip. cum alijs adductis per Curt. ſen.
conſil. 52. col. prima. Ac eius deliberatam & appen-
ſatam mentem patefacit, vt per Pariſ. conſi. 89. num.
22. & ſeq. lib. 3. Tum etiam quia quando teſtator vo-
luit cõditionem purificari per mortem vnius ex gra-
uatis, id declarauit, vt patet in tertio gradu ſubſtitu
tionis factę vnius lineæ ad aliam, vbi non ſolum di-
xit, ſi filij ipſorum decederent, ſed addidit, ſeu alicu
ius eorũ. Et pariter in quarto gradu ſubſtitutionis,
in quo ſe fundat Dom. Smaralda, non ſolum dixit, &
ſi dicti Capparinus & Ioannes Baptiſta ambo dece-
derent cum filijs, & dicti eorum filij decederent &c.
ſed etiam ſubiunxit. Et quilibet eorum decederet ſi
37 ne filijs, quod† verbum, Quilibet, eſt diſtributiuum,
& attribuit actum omnibus in ſolidum. Bart. in l. hoc
articulo, ff. de hæred. inſtit. Alex. in l. ſi mihi & Titio.
col. 7. ff. de verb. obligat. Bero. conſ. 72. num. 15. lib. 1.
Ex quibus conſtat teſtatorem inter verba collectiua
pluralis numeri, & diſtributiua differentiam conſti
tuiſſe, & accepiſſe dictam dictionem collectiuam plu
ralis numeri ſecundum propriam ſignificationem,
non improprie, vt in ſingularitates reſoluatur ex his
quæ in ſimili dicunt Corn. conſil. 47. numero quinto,
in fine, & 6. libro 4. Ruin. conſil. 131. nume. 4. lib. 2. &
38 alij infra allegandi, qui dicunt† filiorum appellatio
ne non venire nepotes, quãdo teſtator in aliqua par
te teſtamenti etiam de nepotibus mentionem fecit,
& conſequenter hic conſtat teſtatorem noluiſſe ſub-
ſtitutiones purificari niſi Capparino & Ioanne Ba-
ptiſta ambobus decedentibus cum filijs, iuxta pro-
priam naturam dictæ dictionis collectiuæ, ambo, &
39 ſi teſtator aliud ſenſiſſet, † ſicut quando grauauit fi-
lios Capparini & Ioãnis Baptiſtæ non ſolum eos per
verba pluralis numeri, ſed etiam quemlibet eorum
onerauit, idem diſpoſuiſſet, ſi eodem modo graua-
re voluiſſet Capparinum & Ioannem Baptiſtam, ſi
ambo vel eorum quilibet cum filijs deceſsiſſet, quod
cum non fecerit, præſumitur quoad Capparinum &
Ioannem Baptiſtam aliud ſenſiſſe, voluiſſeque di-
ctas ſubſtitutiones locum tantum habere ſi ambo
cum filiis deceſsiſſent arg. l. vni. §. ſin autem ad defi-
cientis, C. de caduc. tollen. & cap. ad audientiam. de
decim. iunctis notatis per Ioann. de Anan. conſil. 22.
Socin. ſen. conſilio nono, numero ſeptimo, in fine, &
ſeq. lib. 3. Corn. conſil. 230. nu. 6. verſi. Vbi autem vo-
luit ſe reſtringere, lib. 3. & alios adductos per Socin.
iun. conſ. 100. num. 20. libro primo, & conſilio 13. nu
me. 26. lib. 3.

Secunda conditio, dictæ ſubſtitutioni adiecta, Si
filij Capparini & Ioannis Baptiſtæ decederent ſine
filijs, minus fuit purificata, ſed defecit, quia Domi-
na Eliſabeth filia Ioannis Baptiſtæ deceſſit ſuper-
40 uiuente dicto poſthumo eiuſdem filio. † Et condi-
tio illa. Si deceſſerit ſine filijs, expirauit per ſuper-
exiſtentiam filij, & ſubſtitutus excluſus fuit, l. filius-
familias, §. cum quis, ff. de legat. primo, l. ex facto, §.
penultimo, ff. ad Trebell. Oldrad. conſilio 21. & con
ſilio 141. Alexan. in l. Centurio, numero ſexto, ff. de
vulgar. & pupil. Iaſon in l. ſubſtitutione, colum. pe-
nult. verſiculo Credo indubitanter, ff. eodem titulo.
Socin. in l. cum auus, in tertio notab. ff. de conditio.
& demonſtr. & paſſim Doctores id admittunt. Quæ
41 concluſio procedit, † etiam quod filius poſtea de-
ceſſerit. Crauett conſilio 98. numero quarto, libro
primo. Menoch. conſilio 85. numero 46. & ſequenti
libro primo Rimin. iun. conſilio 20. numero primo.
& ſeqq. libro primo. Anton. Gabriel. in ſuis con-

cluſio.in tit.de fideicom.conclu.7. in princ. qui alios
multos allegant. Et momento vixerit, ſtatimq; poſt
mortem matris ſine filijs obierit. Bal.in cap.1.§.cum
etiam Epiſc.vel Abb.in vſib.feud. Iaſ.in d.l.ſubſtitu-
tione.col.penult.in princ.verſ. Adde ſecundo. Ruin.
conſ.153.nu.5.lib.5.Ceph conſ.551.nume.3. lib.5.&
conſ.514.nume.11. lib. 4. Burſat.qui teſtatur Docto-
res id communiter firmare in conſil.51. nu.37. lib.1.
Mantic.de coniect.vlt.volunt.lib.11.tit.6.nu.6. Dec.
in cap.de cauſis,nu.45.de offic.deleg.Port.Imol.con
ſil.13.nu.19.& conſi.46.nume.5. & poſt multos Sfor.
Odd.in tract.compend. ſubſtit. par.6.fol.189. verſic.
Tertius caſus.vbi de communi teſtatur. Anto.Gabr.
45 in tit.de fideicom. concluſ.7. nu.3. † Et licet poſthu-
mus ille extractus fuerit exſecto ventre matris,nihi-
lominus conditionem illam fecit deficere. Bald.in l.
fin.nu.8.C.de ſuis & legit.& conſ.125. lib.1. Mantic.
in d.tit.6.nu.11.Tiraquel. in d.l.ſi vnquam. in verbo,
ſuſceperit liberos. nu.188.C.de reuoc.donat. & alij
à Domino conſulente allegati, cum natus ſit tali tẽ-
pore, quo qui naſcuntur, ſecundum naturam viuere
poſſunt, & ſic ipſe vitalis fuerit,vt per ſententiã Cla-
riſſimorum Conſiliariorum declaratum præſuppon-
43 tur, † licet ſi non fuiſſet extractus ex ventre tali tem
pore, quo naturaliter viuere potuiſſet, puta ante ſe-
ptimum menſem,vel in octauo, & ſic vitalis non fuiſ
ſet, poſtquam illico deceſſit, aliud dicendũ eſſet, nec
conditio intelligeretur defecta, vt poſt Socin. ſen in
cõſil.275.nu.20.lib.2. & in l.cum auus. nume.110.ff.
de condit.& demonſt.& Tiraq. in d.verb. ſuſceperit
liberos,num.167.firmauit Mantic.in d.tit.6.num.10.
& poſt alios Sforz.Odd. in d.tract.compend.part.6.
fol.190.ver.Secundus caſus.& verſic.Aut nati erant.
Ex prædictis igitur apparet Dominam Smiraldam,
vocatam ſub duplici conditione, Si Capparinus, &
Ioannes Baptiſta ambo deceſſiſſent cum filijs, nullo
modo obtinere poſſe, cum nulla ex dictis conditio-
nibus purificata fuerit, ſed omnes exſpirauerint per
mortem Capparini ſine filijs,& per obitum Eliſabe-
thæ cum filio. Et licet non videatur neceſſarium re-
ſpondere allegatis in contrarium, quoniam ſtante
defectu primę conditionis. Si ambo deceſſerint,quã
uis aliàs conditio purificata eſſet,non propterea Do
mina Smiralda ad fideicommiſſum admitteretur;
Nihilominus vt præſens cõſultatio magis clara red
datur, Reſpondetur.

Non eſſe verum filios Capparini,& Ioannis Bapti
ſtæ fuiſſe vocatos, & conſequenter etiam dictum po-
ſthumũ fuiſſe oneratum; Quoniam ex lectura teſta
menti elicitur teſtatorem ſubſtituiſſe ad inuicem fi-
lios Capparini,ſeu Ioannis Baptiſtæ,ſi dicti filij ſine
filijs deceſſiſſent, non tamen fuerunt grauati filij fi-
liorum Capparini & Ioannis Baptiſtæ, qui fuerunt
tantum in conditione poſiti ad exclusionem ſubſti-
tuti; ideo onus fideicommiſſi non poteſt extendi ad
44 dictos filios filiorum. † Etenim verba conditionis
ſunt proprie,ſtricte, ac ad litterã intelligenda,ac in-
terpretanda,l.qui liberis, §. hæc verba, ff.de vulg. &
pupil.Bart.in l.1.§.bonorum,ff.ad Trebel. l.Mæuius,
& l.qui hæred.ff.de condit.& demonſtr. Ruin.conſil.
210.nume.13. lib.5.Franc.Marc. deciſ.170.nume.8.
par.5.Cephal.conſ.306.num.52. lib.3. & conſil.484.
numero ſecundo, libro quarto. Rimin. iunior conſil.
245.numero 73. & ſequen.libro tertio. Menoch. con
ſil 97. numero 47. lib. primo, merito cum conditio
loquatur de filijs Capparini, & Ioannis Baptiſtæ
eos grauando, ſtricte de filijs tantum eſt intelligen-
da, nec afficit filios filiorum, quoniam verba id non
45 important. † Et gradus ſubſtitutionũ non ſunt mul-
tiplicandi. Oldrad.conſilio 221.Ioan.And.in addit.
ad Specul.in tit.de teſtam.§.1.ver.Occurit,in fin. Cra
46 uet.conſil.161. per totum, libro 1. † Et ſubſtitutio fa-
cta filijs, non porrigitur ad nepotes ſecundum opi-
nionem magis communiter approbatam, de qua per
Crauet.conſil.98. num.13. verſicul. Septimo conſide-
ro, libro 1.Dec.conſil.465.num.15.verſiculo,Quinto,
Tiber. Decian.conſil.1. num.146. libro 2. Rimin. iu-
nior conſil.567. num.25. libro 5.Roland.à Vall.con-
ſil. 30. num. 27. libro 4. Nec dum teſtator grauauit
filios eis ſubſtituendo, cenſetur voluiſſe grauare ne-
potes exiſtentes in vlteriori gradu, vt not.dixit Nat-
ta conſil.191.num.9.libro primo, qui concludit ſub-
ſtitutionem factam omnibus filijs & hæredibus de-
cedentibus ſine filijs, non cenſeri factam filijs filio-
rum, & eum ſequitur Cephal. conſil.433. num.41. &
ſequen.libro tertio. Et quia ex verbis à teſtatore pro-
latis nõ elicitur facta ſubſtitutio filijs filiorum Cap-
parini & Ioannis Baptiſtæ, minus ea eſt inducenda
47 per extenſionem, † quoniam grauamen fideicom-
miſſi non extenditur de perſona ad perſonam etiam
ex veriſimili mente diſponentis. Et quamuis ſi teſta-
tor fuiſſet interrogatus, veriſimiliter ita reſpondiſ-
ſet, vt per text. in l.ſi quis ita, §. penultim. ff. de te-
ſtamen.tutel.& glo.in l.Titius,ff.de libe & poſthum.
dixit Iaſon in conſil. 220. num. 10. libro ſecundo, &
conſil. 558. numero 5. eodem libro. & Franc. Becci.
in addit. in littera B. concordantes allegat, & eum
ſequitur Riminald.iunior conſil.80. num.16. libro 1.
eamdem opinionem probant Aretin. in l. Gallus, §.
& quid ſi tantum, colum. 4 ff. de liber. & poſthum.
Rube. Alexandr.conſil.31. num.5.Crauet. dicto con-
ſil.98. numero 7. Dec conſilio 287. col.4. Hieronym.
Gabriel. qui de communi teſtatur conſil. 111. nume-
ro 15. libro 1. & comprobatur per Ruin.conſilio 177.
numero 11. libro 2. & Burſat. conſil. 337. numero 11.
48 libro 3. † aſſerentes non attendi veriſimilem men-
tẽ teſtatoris, & quod teſtator ſi fuiſſet interrogatus,
ita reſpondiſſet reſpectu caſus omiſſi & non expreſſi
à teſtatore.

Nec obſtat, dum dicitur filios filiorum Cappa-
rini & Ioannis Baptiſtæ in conditione poſitos intel-
ligi tacite vocatos, & per ſubſtitutionem factam vl-
timo morienti reſultare tacitum fideicommiſſum
tam inter grauatos, quam inter poſitos in conditio-
ne. Quoniam huic fundamento pluribus modis re-
ſpondetur.

49 Primo † quod ad effectum vt ex ſubſtitutione fa-
cta poſt mortem plurium reſultet tacitum fideicom-
miſſum, tria copulatiue requiruntur, Primum quod
fiat poſt mortem plurium, Secundum quod vltimo
morienti, Tertium quod in tota hæreditate. Docto-
res, in l.poteſt, ff.de vulgar. & pupill. & in l. hæredes
mei,§.cum ita,ff ad Trebell. Crauet.conſil.161. num.
7.libro 1.Rolan.à Vall.conſil.34.num.57. & ſequen.
libro 4. Simon de Pret. de interpret.vltim.volun. lib.
3.interpret.3.dubit.4.ſolut.1.num.24 folio 322. Quæ
opinio magis communiter approbatur, vt teſtatur
Iaſ. in d.l. poteſt, num. 15. & poſt alios Mant. in di-
50 cto tract.libro 7.tit.5.num.15. † Et quod non reſultet
tacitum fideicommiſſum ex ſubſtitutione, niſi facta
ſit in tota hæreditate, vel in omnibus bonis cum ſi-
gno vniuerſali, probatur in l.Titia Seio, §. Seia liber-
tis. vbi Doctores communiter, ff.de leg.2. & per Iaſ.
in l.quidam teſtamento, in fin. ff.de vulgar. & pupil.
Ripa in dicto §.cum ita,num.17.Duran.de art teſtan.
tit.5.caut.16.num.2.Socin.iun.qui teſtatur hanc opi-
nionem magis communem conſ.164.num.4.& 5.lib.
2. Ruin. conſil.126.num.5. & conſil.134. num.11. li-
bro

bro 3.Gozad conſil.64.nu.12.Ceph conſil.522.nu.1.
libro 4. Mantic. in dicto titulo quinto, numero 15.
qui pariter de communi teſtatur. Sforz Odd. in d.
tract.compend.par.5.fol.70.verſic.Primus caſus.An
ton Gab.in ſuis concluſio.in tit.de ſubſtit. concluſ.1.
num.14 Roland. à Valle qui dicit hanc opinionem
eſſe indubitatam in d.conſilio 34. nu.57. Sed in caſu
de quo agitur, teſtator non fecit ſubſtitutionem in
tota hæreditate cum ſigno vniuerſali, ſed hæredita-
tis ſimpliciter & indefinite mentionem fecit, dum ra
tionem addidit, quia volebat hæreditatem ipſius te
ſtatoris deuenire ad Flammettam; ideo nõ reſultat
reciprocum fideicommiſſum, quamuis indefinite hæ
reditatis ſit facta mentio, cũ vltimo morienti cenſea
tur facta ſubſtitutio in eius tantum portione, in qua
honoratus fuit, iuxta l.1.C.de impub.& aliis ſubſtit.
l.ſi Titius ea parte, ff.de leg.3 l.Lucius, iuncta gloſſa,
in verb.beſſem, ff.de leg.1.vbi Bar. Ang. & Imo.& in
terminis ita dixerunt Rip.in d.§.cum ita, nu.18. ver-
ſicu. Tertia per ſubſtitutionem. Soc.ſen.conſil.69.co
lum ſi verſi.Igitur fortius, lib.3. Alex. conſil.501.nu-
me.11. lib.6.late Rimin.iun.conſil 415. nume.15.&
ſeqq. libro 4. Cephal.conſil.522.num.2. & 8. libro 4.
Sforz. Odd.in dicto loco, fol 72.verſic.Aut facta eſt,
quæ opinio cõiter approbatur, vt teſtatur Zanch. in
dicto §.cum ita, numero 606. & 614. & poſt eum Si-
mon de Pret.in ſolut.1.nume.55.verſic. Adeo enim,
fol.355.qui etiam opinionem iſtam late defendunt,
& contrarijs reſpondent. Et iſto caſu non nocent
Port. et Mant.in locis in contrarium allegatis, quia
dicunt aliud dicendum eſſe, quando conſtat de volũ
tate teſtatoris, & ipſi ex aliis huiuſmodi volũtatem
eliciunt, de qua non conſtat in dicto teſtamento. Et
51 coniecturæ † voluntatis elici debent ex eo, quod eſt
expreſſum in teſtamento & non aliter. Bal. in l.1.C.
de his qui ant.aper.tabul. Dec.conſil.397.nume.ſex-
to, Soc.iun. conſil.117. num.33.lib.1. Nec ſufficit dice
re teſtatorem ſic veriſimiliter voluiſſe, niſi id expreſ-
ſe demonſtretur. Burſat.conſ.51.nu.52.lib.1.

Secundo dicitur teſtatorem feciſſe expreſſam reci
procam ſubſtitutionem inter Capparinum et Ioan-
nem Baptiſtam, ac eorum filios, ſi deceſſerint ſine fi-
lijs, vt legitur in dicto teſtamento. Poſtea vero dece-
dentibus dictis filijs Capparini & Ioannis Baptiſtæ
vltimo morienti ex prædictis ſubſtituiſſe Flãmettã.
52 Cum † igitur teſtator fecerit reciprocam ſubſtitutio
nem inter dictos eius filios, & nepotes, non eſt quæ-
rendum nũquid ex ſubſtitutione facta vltimo dece-
denti reſultet inter eos reciprocum fideicõmiſſum,
quoniam de hoc dubitari poſſet, ſi teſtator nullum fi
deicommiſſum feciſſet inter honoratos, & grauatos.
Sed quando reciprocam ſubſtitutionem fecit, quia
expreſſum facit ceſſare tacitum, l.cum ex filio, §.1.ff.
de vulgar.& pup.l.2.§.ſi duo.ff.de bon. poſſeſ. ſecun-
dum tabul.expreſſa ſubſtitutio attẽditur, nec ex ſub-
ſtitutione facta vltimo reſultat aliud tacitum fidei-
commiſſum Zanch.in d.§.cum ita. par.6. nu.517. Ri-
min.iun.conſil.542.numero 76.& conſil.563.nume-
ro 58.lib.quinto. Cephal.conſilio 522. numero quar
to, lib.4.

Tertio reſpondetur fuiſſe factam ſubſtitutionem
vltimo decedenti ex filijs Capparini, & Ioannis Ba-
ptiſtæ, & ad eos tantum habitam fuiſſe relationem,
dum teſtator dixit. Quibus omnibus filiis dicti Cap
parini & Ioannis Baptiſtæ, & vltimo decedenti ex p̃
dictis ſubſtituit, quia in dicta ſubſtõne ſubintelligi
tur conditio, Si deceſſerit ſine filiis, iuxta l.cum auus,
cum ibi notatis per Doctores, ff.de condit. & demõ.
l.cum acutiſſimi, C.de fideicomm. Ideo non cenſetur
facta ſubſtitutio filijs filiorum Capparini, & Ioannis
Baptiſtæ, in tacita & ſubintellecta conditione rãtum
poſitis, quoniam verba illa relatiua, Quibus filijs di-
cti Ioannis Baptiſtæ & Capparini, reſtringunt diſpo-
ſitionem ad filios primi gradus Capparini & Ioãnis
Baptiſtæ, quorum ſupra mentionem fecerat, nec ex-
tenditur ad filios filiorum, quos ſupra nunquam vo
cauerat pro filijs Capparini & Ioannis Baptiſtæ, ſed
53 pro filijs filiorum diuerſo modo acceperat. † Etenim
relatiuum, quibus, refertur ad præcedentia ſupra
relata, l.omnes populi, ff.de iuſtit.& iure, l.ex tamen
adiectio, ff.de leg.3.l.1. vbi Doctores, C.de ſum. Tri-
54 nit.& fid. cathol. † Et quia appoſitum fuit ſine copu-
la, ſtat reſtrictiuè & determinatiuè præcedentium.
Bartol.in d.l.ex tamen adiectio, Bartol.& Iaſon.in d.
l.prima. Prout etiam quia teſtator grauauit filios di-
55 cti Capparini & Ioannis Baptiſtæ. † Et dictio, Dicti,
eſt repetitiua præcedentium cum qualitatibus ſuis,
& eorum quæ dicta ſunt ſuperius. Bart. in l.1.§. hoc
edicto, per illum textum, ff.de poſtuland. & in l.talis
ſcriptura, §.fin. verſic. Quæro ergo, ff.de legat.1. Pariſ.
conſil.86.num.36.libro 2. Roland. à Vall.conſ.56. nu-
mero 27 libro 3. clare elicitur ſolum grauare voluiſ-
ſe vltimum morientem ex filijs primi gradus Cappa
rini & Ioannis Baptiſtæ, ad quos relationem habuit,
non autem vltimum decedentem ex eorum nepotib.
vt bene probant Ruin.conſ.157.nu.5. libro 5. Burſat.
conſ.337.num.15.in fin libro 3.& Rim.iun. conſ.173.
56 nu.23.& ſeq.lib.2.† aſſerentes in diſpoſitione non in-
cludi nepotes, quando habita fuit relatio ad filios cũ
illa dictione, Dictos, &c. de quo inferius dicetur, & cõ
57 probatur per Crauet.conſ.98. per totum libro 1.† vbi
late oſtendit propter ſimilia verba relatiua ſubſtitu-
tionem reſtringendam eſſe.

Quarto quia filij filiorum Cappatini & Ioannis
Baptiſtæ fuerunt tantum poſiti in coditione, nec vn-
58 quam fuerunt diſpoſitiue vocati, † ſubſtitutio facta
vltimo morienti reſtringitur ad eos, qui fuerunt poſi
ti in diſpoſitione, nec extenditur ad poſitos in condi-
tione tantum, vt declarat Ruin. conſ.108. num.2 lib.
2. qui dicit Doctores tenentes ex ſubſtitutione facta
vltimo morienti reſultare reciprocum fideicommiſ-
ſum, loqui de pluribus in diſpoſitione poſitis, non de
poſitis in conditione, & eum ſequitur Rim.iun. conſi.
502.nu.49. lib.5. quam opinionem, quod ſubſtitutio
non includat poſitos in conditione, probant etiam
Soc.ſen.conſ.104.nu.9.ver. Ad ſecundum, lib.3.& poſt
Alex. Anch.& alios multos Ant.Gabr.in d.tit.de ſub-
ſti.concl.1.nu.54.ver. Vltimus caſus. Et ſi admittere-
mus filios poſitos in conditione intelligi tacite voca
tos, vt præſupponitur in dubijs, id non noceret.

59 Primo, quia † quando ex coniecturis filii in condi-
tione poſiti cenſerentur vocati, id intelligitur quoad
portionem tantum relictam eius patri, cuius tantum
reſpectu fuerunt poſiti in conditione, non autem quo
ad totam hæreditatem, & portionem aliorum cohæ-
redum patris. Ripa in l prima, C.de pact. Zanch in §.
cum ita, num.294.& ſequen. Natta conſil.551.num.7.
libro 3. Rimin. ſen.conſil.280. num.10. & 16.libro 1.
Burſat.conſ.64.num.18 lib.1 Hier. Gabr.conſ.115.nu.
9.lib.1.vbi alios allegat.& Ceph.conſ.419.n.56.lib.3.
60 † Et quando hæredes non ſunt vocati ad totam hære
ditatem licet vocati fuiſſent ad partem, inter eos nõ
inducitur reciprocum fideicommiſſum ex ſubſtitu-
tione facta vltimo decedenti, vt declarat Ripa in con
trarium allegatus in d.§.cum ita, nu.29.ver. Sed quid
ſi poſiti, & poſt eum Ant. Gabriel. in dicta concluſ.1.
num.55. Et in iſtis terminis non diſſentiunt allegati
in contrarium, qui non loquuntur, quando poſiti in

cõditione fuerunt tm̃ vocati ad partem hæreditatis.
Secundo dicitur ſubſtitutionem fuiſſe factam vlti-
mo decedenti ex filijs dicti Capparini, & Ioannis Ba
ptiſtæ, & ad dictos filios primi gradus tantũ, qui fue
runt in diſpoſitione poſiti, reſtringitur ſubſtitutio, vt
dixi. Ideo non includit filios filiorum in conditione
poſitos, & in caſu iſto non nocent Doctores in cõtra-
rium allegati, qui non loquuntur in ſubſtitutione ita
reſtricta, ſed in alijs ſubſtitutionibus, quæ comprehẽ-
debant omnes, & etiam poſitos in conditione.
Minus nocet aliud obiectum, quod ſubſtitutio fa-
cta filijs comprehendat etiam nepotes, quoniam ad-
uertendum eſt in quarto gradu ſubſtitutionis, ex quo
Domina Smitalda prætendit fuiſſe vocatam, teſtato-
rem in effectu ita diſpoſuiſſe. Et ſi dicti Capparinus,
& Ioannes Baptiſta ambo deceſſerint cum filijs. Et
dicti eorũ filij decederent ſine filijs, dictos filios Cap-
parini, ſeu Ioannis Baptiſtæ ad inuicem ſubſtituit, in
qua ſubſtitutione nullo modo puto filiorum appella-
tione contineri nepotes, ita vt filij filiorum Cappari-
ni & Ioannis Baptiſtæ intelligantur grauati.
61 Primo † quia licet in directa ſubſtitutione quæ ne-
mini eſt oneroſa, ſed tantum fauorabilis nepotibus,
filiorum appellatione contineãtur nepotes, aliud eſt
in ſubſtitutione fideicommiſſaria, in qua etiam in a-
ctiua ſignificatione nepotes non includuntur; nam
etſi in ea agatur de commodo & fauore nepotum, vt
ex ea vocati intelligantur, nihilominus quia ex hac
vocatione hęredis grauati, agitur de præiudicio & in
commodo hæredis, quo caſu filiorum appellatione
non continentur nepotes, ita Bart. in l. libe totum, nu-
mero 10. & 11. ff. de verbor. ſignific. Roman. conſ. 438.
num. 14. Bald. conſil. 347. lib. 4. Dec. conſil. 95. num. 5.
Corn. conſil. 199. lib. 2. aſſerens pro iſta opinione mul
tos Doctores Italiæ conſuluiſſe, & ſecundum eam
fuiſſe iudicatum. Natta conſil. 191. num. 10. libro 1.
Mandel. de Alba conſil. 29. num. 12. Tob. Non. conſil.
33. num. 22. Bolognet. conſil. 15. num. 30. Gerard. Ma-
zol. conſil. 108. num. 59. & ſeqq. Tiber. Decian. conſil.
44. num. 31. lib. 3. Rimin. iun. conſ. 75. num. 43. & ſeqq.
lib. 1. Cephal. conſ. 607. num. 56. lib. 4. Rol. à Val. conſ.
43. num. 25. & ſeq. lib. 4. quæ opinio communiter ap-
probatur, vt teſtantur Bello. conſ. 50. nu. 5. Alciat. con
ſi. 479. nu. 34. Mandoſ. in addit. ad dictum conſ. Rom.
438. Rim. iun. conſ. 173. nu. 37. & ſeqq. lib. 2. conſ. 358.
num. 220. & ſeqq. multis, lib. 4. Burſat. conſ. 337. num.
10. lib. 3. Soc. iun. conſ. 104. in prin. lib. 3. qui alios mul
tos pro hac ſententia allegant.
Secundo dicitur, quod ſi in actiua ſignificatione ap
pellatione filiorum continerentur nepotes ad effectũ
62 vt intelligerentur vocati, † clarum tamen eſt in paſſi-
ua ſignificatione non contineri, ita vt grauati intelli-
gantur cum onere reſtituendi. Paul. de Caſt. conſ. 97.
num. 3. libro 2. Curt. iunior conſil. 111. num. 1. & 2.
libro 2. Alciat. conſil 98. num. 12. Natta conſil. 191.
num. 10. libro 1. Roland. à Vall. conſil. 43. num. 26 &
ſequen. libro 4. qui dicit opinionem iſtam magis
communiter approbari. Tiber. Decian. conſil. 47. nu-
mero 20. libro 3. Marzar. epitom. de fideicom. par. 2.
q. 17. in fin. Cephal. conſ. 194. num. 28. lib. 2. conſ. 433.
num. 41. in fin. & ſeq. lib. 3. Hieron. Gabr. conſ. 121. nu.
37 lib. 1. & comprobatur per Ceph. in conſ. 107. nu. 16.
63 lib. 1. † qui dicit nepotes appellatione filiorum conti-
neri, quando agitur de fideicommiſſo excludendo, ſe
cus, ſi de fideicomiſſo inducendo, & conſequẽter aut
nepotes nullo modo in dicta ſubſtitutione includun-
tur, aut ſi in ea comprehenderentur in actiua ſignifi-
catione, ita vt cenſeantur vocari ſaltẽ non intelligun-
tur grauati ex iam dictis, quod etiam firmat Alciat.
qui de magis communi teſtatur in d. conſ. 98. nu. 10.
& conſil. 526. nu. 2. quem ſequitur Burſat. conſil. 337.
num. 16. lib. 3.
Tertio eo magis dicendum eſt in diſpoſitione di-
cti teſtatoris appellatione filiorum non contineri ne
potes nec actiue, neque paſſiue conſiderando, quod
teſtator dum nominauit filios nũquam intellexit eo
rum appellatione contineri nepotes, quod ſatis elici
tur in eodem teſtamento in pluribus locis. Et primo
dum prohibuit alienationem domus, & in caſu alie-
nationis ſubſtituit Flammettam, & eius maſculos, &
eius & eorũ deſcendentes maſculos, & maſculis defi
cientibus feminas, & earum deſcendentes. Item in
ſecũdo gradu ſubſtõnis, in quo deficientibus Cappa
rino & Ioanne Baptiſta ſine filijs, ſubſtituit Flammet
tam & eius filios maſculos, & ab ea & eis deſcenden
tes maſculos. Pariterque in vltimo gradu, dum vlti-
mo decedenti ſubſtituit Flamettam & eius filios, &
ab ea & eis deſcendentes. Ex quibus ſatis elicitur, ꝙ
teſtator, quando nominauit filios, non intellexit eo-
rum appellatione comprehendere nepotes, ac alios
deſcendentes, cum deſcendentium particularem fe-
cerit mentionem, quando eos vocare voluit; Merito
quando in tertio & quarto gradu ſubſtitutionum fi-
liorum tantum Capparini & Ioannis Baptiſtæ eos
grauando ac onerando mentionem fecit, nec vlte-
rius progreſſus fuit, non cenſetur intellexiſſe graua-
re & onerare nepotes & ceteros deſcendẽtes Cappa
rini & Ioannis Baptiſtæ, nã ſi id intellexiſſet, expreſ-
ſiſſet, prout fecit in primo, ſecundo, & quinto gradu
ſubſtitutionis. argumen. l. vni. §. ſin autem ad deficiẽ-
tis, C. de cadu. tollend. capit. ad audientiam. de de-
64 cim. † Et quod quando teſtator in aliqua parte teſta
menti filiorum & nepotum diſcretiue mentionem fe
cit, in alia parte in qua filios nominauit, eorum ap-
pellatione non contineantur nepotes, etiamſi aliter
contineri potuiſſet ratione ſupra proxime adducta,
firmat Soc. col 5. in fi. lib. 1. Soc. iun. conſ. 168. nu. 77.
lib. 4. Corn. conſ. 47. nu. 5. in fi. & ſexto. lib. 2. & con-
ſil. 122. nu. 18. & ſeq. eod. lib. Pariſ. conſil. 86. num. 47.
lib. 2. Ruin. conſil. 131. nu. 4. lib. 2 Tiber. Decian. con-
ſil. 29. nu. 26. lib. 1. & conſil. 47. nu. 16 lib. 3. Menoch.
conſil. 110. num. 26. lib. 2. Anton. Gabr. in titu. de ver
bor. ſigniſ. concluſ. 1. num. 92. verſic. Vigeſimo primo
65 limit. † Quæ concluſio procedit non ſolum quando
filiorum & nepotum fuit facta explicita mentio, ſed
etiam quando filij & deſcendentes, & ſic implicite
etiã nepotes à teſtatore ſunt nominati, vt explicant
Tiber. Decia. in conſil. 44. nu. 32. & ſeq. lib. 3. & Cio-
fus conſil. 7. nu. 8.
Accedit Quarto ex verbis teſtamẽti concludenter
conſtare teſtatorem reſtrinxiſſe ſubſtitutionem ad fi
lios primi gradus Capparini & Ioannis Baptiſtę Di
xit enim: Et ſi dicti Capparinus & Ioannes Baptiſta
ambo decederent cum filijs, & dicti eorum filij dece
derent ſine filijs, ſubſtituit ad inuicem dictos filios
Capparini & Ioannis Baptiſtæ. Dum igitur teſtator
dixit, & dicti eorum filij decederent ſine filijs intel-
lexit de filijs primi gradus, non autem de filiis filio-
rum qui in conditione ponebantur ad excluſionem
ſubſtituti. Et pari modo dum ſubſtituit dictos filios
Capparini & Ioannis Baptiſtæ, intellexit de eiſdem
filijs grauatis ad inuicem, quorum in ſubſtitutio-
ne mentionem fecerat, quod oſtendit dictio repe-
titiua, Dictos, vt ſupra demonſtraui. Vnde cum
teſtator reſtrictiue relationem habuerit ad dictos
filios Capparini & Ioannis Baptiſtæ eos onerando
& vocando, non ad filios filiorum, quos tantum in
conditione poſuit ad excluſionem ſubſtituti, ſe-
quitur

Google

quitur teſtatorem,nominando dictos filios,non intel
66 lexiſſe de nepotibus,† quoniam nunquã nepotes con
tinentur appellatione filiorum quando teſtator de fi-
liis reſtrictiue fuit loquutus, Soc.in l.Gallus,§.inſti-
tuens,in fi.& ibi Iaſ.nu.9.ver. Adde,ff.de libe.& poſt-
hum.quos refert,& ſequitur Menoch.conſ.347.num.
67 10.lib.4 † Et quando teſtator ad certos filios expreſ
ſos relationem habuit, vt poſt Alexan. conſ.56.lib.5.
Corn.& alios late oſtendit,Rim.iun.conſ.173.num.8.
& ſeq.lib.2.& bene facit Burſ.conſ.337.num.15. in fi.
68 lib.3.qui poſt Ruin.conſ.187.nu.5.lib.2.dixit,† quod
etiam in caſu, in quo nepotes vocati intelliguntur,
non cenſentur grauati,quando relatio ſubſtitutionis
ad filios facta reperitur,vt quia ſit dictum,ſi dicti filij
&c.quod etiam propter dictionem relatiuam, Dicit,
firmat Rim. iun. conſ.173.nu.23. & ſeq.li.2.& faciunt
deducta per Crauet.conſ.98.per totum,lib.1.vbi late
oſtendit ſimiles dictiones relatiuas reſtringere fidei-
commiſſum ad perſonas expreſſas.

Et quia ex prędictis clare apparet appellatione fi-
liorum non contineri nepotes in caſu, de quo agitur,
parum nocet, quod dicebatur reciprocæ ſubſtitutio-
69 nis, præter quam quod poteſt dici, quod cum † reci-
proca ſubſtitutio contineat fideicommiſſariam, Bar.
in l.Lucius,colum.penult. verſic. Quæro verum, ff.de
70 vulgar.& pup.Dec.conſil.86.in princ. † Et fideicom-
miſſaria contineat onus, l.cohæredi,§.cum filiæ, ff.de
vulg. & pup. licet reciproca aliquo reſpectu ſit fauo-
71 rabilis, nihilominus eſt etiam oneroſa, † propterea
in ea appellatione filiorum non continentur nepotes,
vt dixerunt Mandel. de Alba conſilio 29. numero 12.
Dec.conſil.465.numero 10.Rim.iun.conſil.75.nume.
49.lib.1.

Nec clauſula illa, Salua gradus prærogatiua, ali-
quid operatur in fauorem Dominæ Smiraldæ.

Primo,quia decedentibus filijs Capparini, & Ioan
nis Baptiſtæ ſine filijs,ſubſtituit filios Capparini, ſeu
Ioannis Baptiſtæ ſecundum gradus prærogatiuam.
Videlicet ſi deceſſiſſet vnus ex filijs Capparini ſubſti
tuit alios filios Capparini, ſeu Ioannis Baptiſtæ ſecũ
dum gradus prærogatiuam,ſcilicet filios Capparini,
ſi ſupereſſent, alios filios Ioannis Baptiſtæ, & idem
e contra, quatenus deceſſiſſet aliquis ex filiis Ioannis
Baptiſtæ,& iſtũ puto fuiſſe verum ſenſum illius ſubſti
tutionis,& ita eam intelligendo, clauſula, ſecundum
gradus prærogatiuam ſuum operatur effectum,& re-
cte ſubſtitutio fuit concepta alternatiue per dictio-
nem, ſeu. Nec ex iſto intellectu hæc diſpoſitio reddi-
tur ſuperflua,licet in tertio gradu ſubſtitutionis fue-
rit facta ſubſtitutio inter filios Capparini,& Ioannis
Baptiſtæ de vna linea ad aliam, quia in præcedenti-
bus diſpoſitionibus non erat facta ſubſtitutio inter
filios eiuſdem lineæ,quam teſtator fecit in dicto quar
to gradu ſubſtitutionis, vbi ſubſtituit ad inuicem fi-
lios eiuſdẽ lineæ,& etiam illos de vna linea ſubſtituit
aliis de alia linea Capparini ſeu Ioannis Baptiſtæ,de
clarauitque quomodo ſuccedere deberent, ſi filij v-
triuſque lineæ concurrerent. Ex quibus nulla reſul-
72 tat ſuperfluitas ſaltem intolerabilis,† quia ſuperfluũ
non dicitur,quod operatur etiam quid minimum,gl.
in l.1. C.de rapt.virg. Dec.in l. cum quidam,numero
2.C.de inſtit.& ſubſtit.Cephal.conſil.734.numer.19.
lib.5.Simon de Pret.de interpret.vltim.volunt. lib.2.
interpret.3.dubit.2.ſolut.5.nume.13.fol.169.Vel ſal-
73 tem † profertur ad maiorem declarationem, & tollẽ
dum omnem dubitationem, l.quæ dubitationis, vbi
Doctores,ff.de reg.iur.l.1.§.ſed ſciendum,ff.de edilit.
edict.Ruin.conſil.136.numero 11.libro 3.Tobi.Non.
conſil.7.num.4.Cephal.conſil.375.numer.29.lib.3.&
ideo dixit Abb.in c.ſolite, in gloſſa in verbo tamquã,
in fin.de maior.& obed. tolerari ſuperfluitatem,quæ
tollit dubitationem,& eum ſequitur Rim.iun. conſil.
563.num.58.lib.5. Nec eſt nouum, vt idem etiam bis
dicatur ratione tollendę dubitationis, l.1.§.ſed ſcien
dum,ver.Ego puto,ff.de edil.edict. Mant.in d.tracta.
lib.6.tit.1.num.15. Nec teſtator intelligitur ſuperflua
loqui,quando id quod ſenſit, verbis expreſſit ad cla-
riorem mentis ſuę teſtationem,ſecundum Mant.in d.
tract.lib.3.tit.6.num.3. Et ſine dubio ſequens diſpoſi
tio non redditur ſuperflua,licet contineat etiam ſub
ſtitutionem filiorum Capparini & Ioannis Baptiſtæ
ad inuicem, & ſic vnius lineæ ad aliam, qui caſus e-
rat comprehenſus in præcedenti ſubſtitutione, quo-
niam ſequens ſubſtitutio plus continet, quam præce-
74 dens,† & ſuperfluitas toleratur,quando in diſpoſitio
ne,quæ prætẽditur ſuperflua,eſt additum aliquid no-
ui,l.raptores,iuncta glo.ff.de rapt.virg.Doctor.in l.ſi
tibi,poſt glo.ibi,de pręb.in 6.Ruin.conſ.192.num.13.
lib.3.quem ſequitur Ceph.conſ.171.num.29.libr.2.&
idem firmat Tob.Non.conſ.7.numero 7.Et intelligi-
tur id iterum expreſſum à teſtatore cauſa omnis du-
bitationis tollendę, prout præſumi ſolet, quando re-
petitur id quod iam eſt diſpoſitum per ipſum profe-
rentem,vel per ius commune, vt poſt Crau.in conſil.
25.in fin.libro 1.dixit Simon de Pret.in dicta ſolut.5.
num.34.

Secundo dicitur,quod ſi in dicto quarto capite ſub
ſtitutionis facta fuiſſet ſubſtitutio inter filios eiuſdẽ
lineæ tantum,videlicet Capparini ſeu Ioannis Bapti
ſtę,non propterea clauſula illa,ſecundum gradus pręą
rogatiuam,de neceſſitate oſtendit fuiſſe vocatos ẽt ne
potes,immo per dictam clauſulam non ſolum non cẽ
ſentur vocati nepotes,ſed potius per eam excludun-
tur,quoniam defuncto fratre ſine filijs, ſuperſtitibus
fratre Germano, & nepotibus ex alio fratre præmor
tuo,de iure ad fideicommiſſum factum ab auo admit
tuntur frater,& nepotes ex fratre præmortuo iuris di
75 ſpoſitione attenta, † cum in fideicommiſſo facto ab
aſcendente nepotes ſuccedant in locum patris, & cũ
patruo admittantur, iuxta opinionem communiter
approbatam,de qua teſtantur Alexand.conſil 88.lib.
1.conſil.26.num.13. verſic.Præterea, lib.3. Iaſ.conſil.
159.numer.2. verſic.Tertio,lib.4 Soc.iun.conſil.146.
76 num.17.libr.2.† Sed quando fit ſubſtitutio cum dicta
clauſula,Salua prærogatiua,clauſula illa operatur vt
nepotes non ſubintrent in locum patris,nec cum pa-
truo ſuccedant,Paul.de Caſtr.in authen.defuncto,C.
ad Tertul.& ibi Fulgoſ.& Corne.Dec.conſil.1.nume.
8.Pariſ.conſ.37.nume.17.lib.2. Crauet.conſil.66.nu-
mero 5.lib.1.Gozad.conſil.4.nume.3. Durant.de ar-
te teſtan.tit.5. cap.27. num.2. Didac.Couar.pract.q.
cap.vltim.colum.7. verſic.Quarto.Soc.iun. conſil.20.
in fin.lib.3.Ferret.conſ.232.numer.4.Rim.iun.conſil.
499.num.34.lib.5.Tiber.Decian.conſ.10. numer.16.
lib.3.Marzar.epitom.de fideicomm. par.2. quæſt.33.
Menoch.conſil.200.numero 40. libr.2. & conſil.277.
77 numer.34. & ſeq. libr.3.† Licet quando dictum eſſet,
quod ſuccederent in ſtirpes,& non in capita ſecundũ
gradus prærogatiuam,res eſſet dubia, numquid clau
ſula prædicta dictum effectum operetur, & nepos cũ
patruo admitteretur,vt per Pariſ.Torniel.& alios al-
legatos per Menoch.conſ.357.num.30.lib.4. & Mar-
zar.de fideicomm.par.2. q.34 de qua hic non eſt tra-
ctandum,cum in ſubſtitutione adſit ſola clauſula,ſal-
ua gradus prærogatiua, ex qua non ſolum non pro-
batur intentio Dominæ Smiraldæ, ſed contra eam re
torquetur, conſiderando quod teſtator noluit proui-
dere nepotibus Capparini, & Ioãnis Baptiſtę, immo

voluit

volult eos à fideicommiſſo eacludere etiam in caſu,io
quo per ſucceſſionem in locum patris eum patruo ad
mitti potuiſſent ea diſpoſitione iutis abſque patticu-
lari prouiſione teſtaroris.

Tertio dicitur, quod ſi nepotes per dictam clauſu-
lam non excluderentur, non tamẽ redderetur ſupet-
flua, ſi ſubſtirutio reſtringererur ad filios Capparini,
78 & Ioannis Baptiſtæ, † quoniam clauſula illa poteſt
operari multos effectus relatos pet Tib. Deci. in con-
79 ſil. 10. num. 65. & ſeq. li. 3. † Et inter ceteros operatur,
quando nepos concurreret cum parruo, vt per Decia.
80 ibi. nu. 65. † Item ſi ſupereſſent tres fratres filij Cap-
parini ſeu Ioannis Baptiſtæ, quorum duo eſſent vtrin
que coniuncti, & alter cõſanguineus tantum, quo ca-
ſu vtrinque cõiuncti de iure præferrentur conſangui-
neo tantum. Auth. Itaque, C. com. delegat. Anth. poſt
fratres, C. de legit. hæred. Sed quando in ſubſtitutio-
ne adiecta fuit dicta clauſula, conſideratur gradus
prioritas reſpectu agnationis teſtatoris, nec attendi
tur coniunctio materna, & dummodo fratres ſint con
iuncti ex patre ſimul admittuntur. Et etiam hoc re-
ſpectu inter filios primi gradus, clauſula prædicta nõ
redderetur ſuperflua ſecundum Tib. Decian. d. con-
ſil. 10. num. 65. verſic. Item & tertius. Cum igitur clau
ſula prædicta operari poſſit etiam quod ſubſtirutio
intelligatur facta filijs primi gradus tantum, & ali-
quid non dicatur ſuperfluum, quando tollit dubita-
tionem, vel poteſt etiam quid minimum operari, non
eſt extendenda ſubſtitutio ad euitandum ſuperfluita
tem, vt illa comprehendat etiam nepotes. Prætetea
ex abundanti dicitur, quod ſi nepotes intelligerentur
vocati ad fideicommiſſum, vt infertur ea dicta ratio-
ne in contrarium adducta, non propterea ſequitur,
quod appellatione filiorum nepotes intelligãtur gra
uati, de quo nunc dubitatur, ſed concludendum eſt
quod quamuis nepotes fuiſſent vocati, non propte-
rea cenſentur grauati onere fideicommiſſi, quod ſuffi
cit Domino Gioiæ ad victoriam.

Vltimum dubium, quod licet Domina Eliſabeth
deceſſerit, ſuperſtite poſthumo, conditio non exſpira-
uerit, cum ille ſine filijs deceſſerit, ſatis ſublatum fuit
per primum Dominum Cõſulentem. Et ad confirma
tionem deductorom per eum, dico, quod allegata io
contrarium ad hoc tendunt, quod etiam filij filiorum
Capparini, & Ioannis Baptiſtæ in conditione poſiti
intelligãtur vocati: Quod nullo modo in caſu de quo
agitur, admittendum eſt, cum ea iam dictis ſatis de-
monſtratum fuerit nepotes Capparini, & Ioannis Ba
ptiſtæ non fuiſſe grauatos. Nec coniecturæ in contra-
rium adductæ ad limitationem conſilij Oldrad. 21.
81 obeſſe poſſunt, † quoniam omnes ea reſponſione tol-
luntur, quod teſtatot per verba reſtrictiua filios tan-
tum Capparini, & Ioannis Baptiſtę onerauit, vt dixi,
& ita reſpondet Crauet. conſ. 98. nu. 14. ver. Ad ſecun-
dum, li. 1. quem ſequitur Mant. in d. tract. lib. 11. tit. 6.
nu. 6. in fi. Et ad maiorem corroborationem iutium
Domini Gioiæ particulariter reſpondetur.

Non obſtare, quod teſtatot digreſſus fuerit ad plu
82 res gradus ſubſtitotionum, † quoniam coniectora il-
la non ſolum non eſt ſufficiens ad inducendum graua
men in perſonam filiorum poſitorum in conditione,
vt dicunt Menoch. conſil. 347. numero 35. verſicu. Re-
ſpondetut, libr. 4. & alij per Dominum Conſulentem
adducti, imo nec inducit præſumptionem vocationis
poſitorum in conditione ſecundum Soc. in d. §. cum
ita, colum. 1. verſic. Primus caſus, Rip. in l. centurio, nu
mero 165. ff. de vulg. & pup. qui dicit coniecturam il-
lam communiter damnari, & de communi teſtantur
Roland. à Vall. conſ. 51. nume. 9. libr. 3. Cephal. conſil.
420. numero 24. libro 3. conſil. 517. numero 76. libr. 4.
& Burſar. conſil. 1. numero 9. lib. 1. qui alios allegant,
83 ſolum quidem ea cõiectura † induceret præſumptio-
nem vocationis poſitorum in conditione, ſi teſtaror
feciſſet plures gradus ſubſtitutionum ſub eadem con
ditione, ſi ſine liberis deceſſerit, expreſſe honorando
filios in conditione poſitos in vltimo gradu ſubſtitu-
tionis, qui tunc pręſumeretur voluiſſe etiam honora
re poſitos in conditione in prioribus gradibus, vt de-
clarat Rip. in d. l. Centurio, num. 165. ver. Quarta con
iectura, quam ſequitur Anto. Gabriel. in ſuis conclu-
ſio. in tit. de fideicomm. concluſ. 4. numero 16. verſic.
ſecundo ſublimita, ſed quia decedentibus filijs Cap-
parini, & Ioannis Baptiſtæ cum filijs, nulla alia à te-
ſtatore fuit facta ſubſtitutio, nec poſiti in conditione
fuerunt ex expreſſa diſpoſitione vocati, ita vt poſſet
ſumi coniectura vocationis nepotum Capparini, &
Ioannis Baptiſtæ in conditione tantum poſitorum,
merito coniectura illa adduci non poteſt contra Do-
minum Gioiam.

Secunda coniectura, deſumpta ea eo, quod poſiti
in conditione intelligantur vocati, & conſequenter
& in eorũ perſona præſumatur repetitum grauamẽ,
quam probauerunt Dec. conſ. 270. in fi. Guid. Pap. de
ciſ. 531. quorum auctoritate moti idem dixerunt Tib.
Decia. conſ. 28. nu. 25. li. 5. & Cran. inter conſilia Mar
zar. conſ. 5. num. 44. qui in contrarium allegantur, ſim
84 pliciter intellecta, vera non eſt, † licet enim poſiti in
conditione quando ſunt vocati, potuiſſent grauari,
non propterea ſequitur, ſunt vocati, ergo grauati in-
telliguntur, quia vt ſupra demonſtraui nepotes Cap-
parini, & Ioannis Baptiſtæ in conditione poſiti, licet
ex coniecturis intelligerentur vocati, non propterea
poſſunt dici grauati. Et in ſpecie quod dicta opinio
Dec. & Guid. Pap. ſimpliciter intellecta, non ſit vera,
oſtendit Crau. conſ. 98. nu. 14. ver. Tenendo hanc opi
nionem, li. 1. Solum quidem opinio illa procedere poſ
ſet, quando ex alijs conſtaret teſtatorem habuiſſe ra-
tionem conſeruandi agnationem, & non aliter, vt de
clarat ipſe Cran. in contrarium allegatus inter conſi
lia Marzar. conſ. 5. nu. 37. Et in iſtis terminis loquun-
tur Guid. Pap. & Dec. recte eorum dicta conſideran-
do. Vnde quia in caſu iſto non conſtat teſtatorem, ex-
cepta domo, voluiſſe hæreditatem ſuam conſeruari
in agnatione, merito cõiectura illa repetitionem gra
uaminis non inducit.

85 Tertia cõiectura † ob prohibitionem alienationis
facile remouetur conſiderando, quod teſtator nõ pro
hibuit alienationem omnium bonorum relictorum
in hæreditate, in quibus terminis dubitare ſolent Do
ctores, numquid fideicommiſſum cenſeatur repeti-
tum in perſona filij in conditione poſiti, ſed ſolum
prohibuit alienationem ſuæ domus; vnde quoad ce-
tera bona hæreditaria coniectura illa adduci non po
teſt, nec hoc caſu Crauet. in contrarium allegatus diſ
ſentit. Præterea, ea prohibita alienatione coniectura
ſumi poſset, ſi conſtaret teſtatorem voluiſse vocare
etiam deſcendentes, vt inter ſe intelligerentur graua
ti reſtituere, ſecundum Menoch. in dicto conſil. 347.
numero 47. verſic. Reſpondetur primo, libr. 4. Teſtato
rem prohibuiſse alienationem non ſimpliciter ſed
extra familiam, vel cum clauſula, quia vult perpetuo
bona conſeruari in familia, vt pet Corn. Curt. iun. &
Soc. relatos per Anton. Gabr. in d. concluſio. 4. nume-
ro 34. verſic. Decimo limita, quæ omnia ceſſant in ca-
ſu iſto, & prohibitio alienationis comprehendit do-
mum tantum, merito huius coniecturæ nulla eſt ha-
benda ratio.

Parui etiam faciendum eſt Vltimum obiectum pre

ſumptæ

Digitized by Google

ſumptæ voluntatis teſtatoris.

Primo quia voluntas teſtatoris potius elicitur in contrarium, vt ſcilicet filios filiorum Capparini & Ioannis Baptiſtæ grauare voluerit, vt ſupra demonſtraui, maxime ſtantibus verbis reſtrictiuis, quibus teſtator vſus fuit, quæ oſtendunt grauare voluiſſe dictos nepotes, poſitos in conditione, vt etiam reſpondit Crauet. dicto conſil. 98. numer. 14. verſicu. Ad ſecundum.

Secundo dicitur, quod cum ex verbis à teſtatore prolatis elici non poſſit, voluiſſe grauare nepotes Capparini & Ioannis Baptiſtæ quos in conditione
86 poſuit, non debemus id dicere; † quoties enim verba non poſſunt adaptari ad vnum ſenſum, non debemus illum capere, poſito quod præſumptio vigeret apud nos teſtatorem illum voluiſſe, Paul. de Caſtr. conſilio 152. libro primo. Neuizan. conſilio 31. numero
87 21. † Nec releuat dicere, ſi teſtator fuiſſet interrogatus, ita reſpondiſſet, quoniam argumentum illud fallax eſt, ſecundum Bero. conſil. 63. numero 36. lib. 2. Et quando concludenter non conſtat de contraria mente teſtatoris, quia multæ cauſæ potuerunt eum mouere, variæque ſunt hominum voluntates, non debemus diuinare, nec à verbis recedere, cum illud tãtum voluiſſe præſumatur, quod verbis expreſſit, vt late probat Mant. de coniect. vltim. volunt. lib. 3. titul. 19. numero 5.

Ex quibus iura Domini Gioiæ clara redduntur, & ſi dubia eſſent, in dubio contra Dominam Smitaldam, quæ in ſubſtitutione ſe fundat, iudicandum eſſet, vt dixi.

Et ita iudicatum fuit pro dicto Excellenti Domino Gioia per Excellentiſſimum Dominum Galuanum Caſtaldum Rotæ Florentinæ Auditorem anno 1589. die 15. Martij. Poſtea per alios tres Auditores eiuſdem Rotæ iudices appellationis die 4. Iunij 1590.

ARGVMENTVM.

Legatum quando per alienationem ſeu exactionem rei legatæ ademptum intelligatur.

SVMMARIVM.

1 *Res iudicata retractari poteſt per reſtitutionem à Principe conceſſam.*

2 *Legatum nominis debitoris per eius exactionem factã per teſtatorem, cenſetur ademptum, & ſi à ſponte ſoluente exegiſſet, ſi tamen pecunias conſumpſit.*
Declaratur, nu. 20. & 37.

3 *Legatum extinguitur alienatione rei legatæ.*
Declaratur, num. 24.
Etiam per inutilem alienationem, nu. 4.
Et quod non ſit ſequuta traditio rei alienatæ, nu. 5.
Et quamuis res alienata redimeretur, nu. 6.

7 *Legatum dicitur ademptum per traditionem rei legatæ viuo teſtatore.*

8 *Legatum adimit ſola & nuda voluntas teſtatoris.*

9 *Res iudicata pro veritate habetur, et facit de albo nigrum, & nigro album.*
Et executioni eſt demandanda, nu. 10.

11 *Sententia Conſiliariorum Principis, veluti ſi ab ipſo Principe prolata eſſet, ſeruanda eſt.*

12 *Laudum à partibus emologatum habet vim tranſactionis, & vt tranſactio obſernandum eſt.*

13 *Sententia per inſtrumenta de nouo reperta non retractatur ipſo iure, ſed beneficio reſtitutionis in integrum.*

14 *Reſtitutio in integrum per inſtrumenta de nouo reperta retractat ſententiam, quando petens reſtitutionem ante ſententiam ignorauit inſtrumenta, illiſque etiam adhibita diligentia vti non potuit.*
Aliàs ſecus, & num. 15.

15 *Reſtitutio in integrum ex clauſula generali ob negligentiam non conceditur.*

16 *Ignorantiæ allegatio non eſt iuſta, quando quis perquirendo per ſe vel alium certiorari potuit, ſed ſcientiæ æquiparatur.*

17 *Legatum non adimitur ſola alienatione rei legatæ, ſi teſtator non alienauit animo illud adimendi.*
Dummodo id probetur per legatarium, nu. 24.

18 *Legatum non cenſetur ademptum alienatione facta ex neceſſitate, niſi hæres probet teſtatorem illud adimere voluiſſe.*
Amplia ſiue facta ſit alienatio ex neceſſitate rei familiaris, ſiue ex neceſſitate impoſita per legem, vel ſponte, ſi tamen compelli potuiſſet, nu. 19.

21 *Voluntatis mutatio non præſumitur.*

22 *Alienatio facta titulo oneroſo, in dubio cenſetur facta ex cauſa neceſſaria.*

23 *Legatum non cenſetur ademptum in dubio per alienationem factam titulo oneroſo, niſi hæres probet contrarium.*

25 *Legatum non cenſetur ademptum, quando teſtator ſponte liberauit debitorem, cuius nomen legauerat, ſi pro credito recepit bona in ſolutum.*

26 *Reſtitutio in integrum per Principem concedi poteſt aduerſus rem iudicatam, quamuis victus non habuerit iuſtam cauſam ignorantiæ inſtrumentorum de nouo repertorum.*

27 *Reſcriptum interpretatur ſecundum ius commune.*

28 *Reſcripti verba debens conformari iuri & æquitati, licet natura verborum non pateretur.*

29 *Reſcriptum in dubio numquam cenſetur conceſſum ad alterius læſionem.*

30 *Reſtitutio in integrum aduerſus rem iudicatam per ſolum Principem conceditur.*

31 *Reſcriptum Principis, vt cauſa cognoſcatur non obſtante re iudicata, in caſu, in quo non eſt concedenda reſtitutio, eſt gratiæ non iuſtitiæ.*

32 *Reſcriptum gratioſum continet tacitam conditionem, ſi preces veritate nitantur, & non aliter.*

33 *Reſcripto gratioſo qui vult vti, probare debet veritatem narratorum in precibus, ſed ſi prætenditur non fuiſſe narrata narranda, onus id probandi incumbit id aſſerenti.*

34 *Reſcriptum gratioſum qualibet ſubreptione vitiatur ipſo iure.*

35 *Cenſus annui perpetui ſequuntur naturam bonorum immobilium, & inter immobilia imputantur.*

36 *Legatum non cenſetur ademptum, quando res legata permutatur, ſed res, cum qua fuit facta permutatio, debetur loco rei legatæ.*

37 *Legatum non cenſetur ademptum, quando teſtator pecuniam exactam depoſuit, aut ex ea rem emit, vel aliter in patrimonij vtilitatem conuertit.*

38 *Alienatio rei legatæ ex ea cauſa in dubio facta intelligitur, per quam legati ademptio non inducitur.*

39 *Legatum non fuiſſe reuocatum ſemper capienda eſt interpretatio, quando alia coniectura ſumi poteſt.*

40 *Legatum non fuiſſe reuocatum præſumptio ſumitur ex ſanguinis coniunctione, & charitate erga legatarium.*

41 *Legatum quando ex alienatione cenſetur ademptum, intelligitur pro parte tantum, pro qua fuit facta alienatio, ſed pro non alienata ſubſiſtit.*

CON-

CONSILIVM LXI.

PRAESVPPOSITO prælegato facto à
Reuerendo Domino Carolo Vanner-
to de Terra Vrciani Capitaneo Gui-
do eius nepoti ex fratre ſcurorũ 835.
ex quibus annuos cenſus emerat,& a-
lienatione dictorum cenſuũ facta per
teſtatorẽ, aut alias de eius commiſſione. Et quod ver-
tente lite inter dictum Capitaneum Guidum, ac Ex-
cellentem Domioum Hieronymum hęredes dicti Do
mini Caroli, Illuſtres Domini Conſiliarij Sereniſſimi
Domini Vrbini Ducis differentiam illam terminaue
rint de conſenſu partium , declarando prælegatum
pro medietate cẽteri reuocatum, pro alia vero medie
tate deberi . Et quod Dominus Hieronymus præten-
dat reperiſſe de nouo inſtrumenta alienationum di-
ctorum cenſuum, & ob id litteras à præfato Sereniſſi-
mo Duce impetrauerit, quibus mandauit per Arbi-
tros inter partes electos decidi, numquid declaratio
præfata ſit obſeruanda , aut retractanda ex allegatis
per Dominum Hieronymum. Et viſis dubitationibus
contra dictum Capitaneum Guidum excitatis.

Videtur dicendũ, cauſam eſſe reuidendam per in-
ſtrumenta de nouo reperta, nec declarationem illam
attendi debere, ſtante dicti Sereniſſimi Principis reſti
1 tutione,† per quam etiam res iudicata retractari po-
teſt, l. diui fratres, ff. de pœn. l. 1. circa finem, ff. de quæ-
ſtio. Abb. in c. ſuborta, nu. 10. & ſeq. de re iud. cum cete
ris cumulatis per Anton. Gabr. in ſuis concl. in tit. de
reſtit. in integr. concl. 2. nu. 6.

Et quoad merita cauſæ, dicitur Dominum Hiero-
nymum optimum ius fouere , quoniam teſtator cen-
ſus prædictos pro maiori parte, alienauit per exactio
2 nẽ ſortis principalis † per quem exactionẽ legatũ prę
ſumitur ademptum, l. filio ea parte, §. fin. & ibi notat
Bar. ff. de adim. lega. cũ concordantibus adductis per
Ceph. conſ. 144. nu. 31. & ſeq. lib. 1. Mantic. de coniect.
vlt. volun. lib. 12. tit. 2. nu. 10. quod procedit ſecundum
eos etiam ſi teſtator à ſponte ſoluente pecunias exe-
giſſet, ſi tamen illas conſumpſit. Et licet Dominus Ca
rolus teſtator pro parte dictorum cenſuum acquiſiue
rit domunculam, & quædam alia bona , nihilominus
etiã pro illa parte videtur ademptum legatum, quia
prius partem dicti cenſus , cum quo poſtea dicta bo-
3 na acquiſiuit, alienauerat Ioanni Nouello,† qua alie-
natione extinctum fuit legatum , l. rem legatam, vbi
Bart. ff. de adim. leg. etſi alienatio illa non ſit ſortita
4 effectum , † quoniam legatum adimitur etiã per inu-
tilem, ſeu inualidam alienationem, l. legatum, §. pater
hortos, ff. de adim. legat. Mant. in d. lib. 12. tit. 6. nu. 2.
5 † qui nu. 3. extendit , etiam quod non ſit ſequuta tra-
6 ditio, & nu. 6. ampliat etiam ſi res alienata † redime-
retur, per text. in l. cum ſeruus, vbi Bar. ff. de adim. le-
gat. quod placuit etiam Hieron. Gabr. conſil. 103. nu.
13. & 14. lib. 1.

Et eo magis prælegatum ademptum prætenditur,
quia Capitaneus Guidus prælegatarius maiorẽ par-
tem pecuniarum exactarum percepit, & in mercatu-
7 ram pannorum erogauit, & † ex traditione rei lega-
tæ viuente teſtatore legatum magis ademptum dici
tur ſecundum Ferd. in l. filiusfam. §. diui, nu. 4. verſic.
Ex quibus, de leg. 1. quam refert, & ſequitur Mantic.
d. lib. 12. tit. 2. num. 1. Accedente inſtrumento, in quo
Capitaneus Guidus conſtituit ſe debitorem pręfati
Domini Caroli in ſumma per eum exacta pecunia-
rum prælegatarum, ex quo videtur mutata præle-
8 gandi voluntas , quæ † ſola & nuda adimit legatum,
l. ſi iure , ff. de legat. 3. l. 3. §. fina. ff. de adim. legat.

Dubitationibus prædictis non obſtantibus cenſeo
declarationem Illuſtrium Dominorum Conſiliario-
rum Sereniſſimi Ducis ſeruari debere, quoniam ab il-
la non fuit appellatum, ſed tranſiuit in rem iudicatã,
9 † Et res iudicata pro veritate habetur, l. res iudicata,
ff. de reg. iur. l. ingenuum, ff. de ſtat. homi. facitque de
albo nigrum, & de nigro albũ, Bal. in c. noſtri, de elec.
Cur. iun. conſ. 177. nu. 13. li. 2. Et ſuper re iudicata eſt
impoſſibilis à modo cõtrouerſia, vt dixit Bal. in l. prę
ſcriptione, col. 8. ver. Et præmitte ad euidentiam, C. ſi
contra ius vel vtil. publ. Nat. conſ. 524. nu. 28. li. 3. Exe
10 cutionique † demandanda eſt, l. 2. & per totam, C. de
execut. rei iud. Pariſ. conſ. 116. nu. 4. lib. 4. & conſ. 105.
11 nu. 29. li. 1. † Et quia dicta declaratio emanauit à Cõ
ſiliarijs Sereniſſimi Ducis, veluti ſi ab ipſo Sereniſſimo
Principe emanaſſet, magis ſeruanda eſt , vt poſt Me-
noch. de arbitr. iud. quæſt. lib. 2. cent. 1. caſ. 68. nu. 21. &
ſeq. dixit Burſ. conſ. 244. nu. 18. lib. 3. Quibus accedit
acceptio, l. declarationis ab ipſis partibus, cuius vigo
re declaratio illa vim tranſactionis habet , & velut
12 tranſactio ſeruari debet, † vt de laudo emologato di
xerunt Dec. conſ. 60. nu. 3. Pariſ. conſ. 89. nu. 10. libr. 1.
Caccialup. in tract. de tranſact. q. 3. in fin.

Et quamuis Dominus Hieronymus prætendat de
nouo reperijſſe inſtrumenta , quibus eius verificatur
intentio, & per inſtrumenta de nouo reperta retracta
ri poſſe ſententiam , quæ in iudicatum tranſiuerit :
13 † Eſt nihilominus aduertendum, quod per inſtrumẽ-
ta de nouo reperta non retractatur ſententia ipſo iu-
re, l. ſub ſpecie, & ibi omnes, C. de ſent. & rei iud. l. Im-
peratores, ff. de re iud. c. ſuborta, extr. eo. tit. cum alijs
allegatis per Dominum Sforz. Odd. in eius pulcherri
mo ac miro ordine & ingenio congeſto tractatu de
reſt. in integ. par. 2. q. 73 art. 1. Sed ſolum in tractatu
ope reſtitutionis in integrum, petita reſtitutione ex
clauſula generali, Si qua mihi iuſta cauſa, &c. Bald. in
l. 1. C. de condict. inde. cuius opinionem communem
eſſe teſtatur Sfor. Odd. in d. q. 73. art. 2. nu. 34. Quãdo
14 † ſcilicet ante ſentẽtiam ille, qui reſtitutionem petit,
ignorauit dicta inſtrumenta, illiſq; vti non potuit ad-
hibita diligentia, Io. And. Innoc. Bal. Abb. & ceteri in
c. vltra tertiã, de reſt. Abb. in c. ſuborta, n. 16. de re iud.
vbi Fel. nu. 15. de communi teſtatur, quam opinionẽ
communem dicunt Ale. in d. l. ſub prætextu, nu. 5. Soc.
ſen. conſ. 86. nu. 14. lib. 1. Soc. iun. conſ. 128. nu. 158. lib.
1. Ant. Gabr. in ſuis concl. in tit. de in integr. reſtit. cõ-
cluſ. 2. num. 1. vbi alios allegat, & ſequuntur alij multi
relati per Sforz. Odd. in d. q. 73. art. 3. nu. 53. Sed quia
Dominus Hieronymus ante declarationem Domino
rum conſiliariorum Sereniſſimi Ducis habuit claram
ſcientiam inſtrumentorum prætenſæ alienationis cẽ-
ſuum, in quibus modo ipſe ſe fundat, quod enũciatur
in declaratione præfata, in qua dicitur à Domino Ca
rolo cenſus fuiſſe alienatos; Et ſpecifica ſcientia etiã
inſtrumenti celebrati cũ Ioanne Nouello, melius pro
bari poſſe prætenditur, & conſequenter ſi Dominus
Hieronymus ante declarationem inſtrumẽtum illud
non exhibuit, id ſua culpa euenit, & ei non eſt ſubue-
niendum contra dictam rem iudicatam, remedio re-
15 ſtitutionis in integrum ex clauſula generali, † quæ ob
negligentiam non conceditur, l. nec enim , ff. ex qui.
cauſ. maior & firmat Sfor. Odd. in d. q. 73. art. 2. nu. 5.
ver. Et ad contrarium. Sed ſolum ſubuenitur, quando
adfuit iuſta cauſa ignorantiæ, vt ipſe ibi ſubdit num.
34. ver. Sed pro deciſione, & art. 3. num. 54. & etiam
Anton. Gabr. in d. concluſ. 2. numero 1. qui numero
5. poſt Caſtr. in l. ſub ſpecie, colum. 1. verſicul. Tu dic.
C. de re iudic. dixit, quod ſi victo poteſt imputari ne-

gligen-

Google

gligentia, quare antea inſtrumentum non produxit, ei non ſubuenitur beneficio reſtitutionis in integrũ. Et non ſolum non eſt ſubueniendum Domino Hieronymo, ſtante eius clara ſcientia præfati inſtrumenti, ſed etiam ſi de ſcientia clare non doceretur, idem dicendum eſſet, ſi ipſe adhibita diligentia potuiſſet in-
16 ſtrumentum præfatum inuenire. † Non enim iuſta eſt ignorantiæ allegatio, quando quis perquirendo per ſe vel alios certiorari potuit, Petr. de Anch conſi. 169. aliàs 170. Card. in clem. 1. §. fin. num. 6. de conceſ. præben. Curt. ſen. conſ. 58. num. 4 in fin. Ari. Pinell. in auth. niſi, nu. 60. C. de bon. mater. Rolan. à Vall. conſ. 72. nu. 23. & 24. li. 3. quia tunc huiuſmodi ignorantia vti craſſa & ſupina ſcientiæ æquiparatur, l. ſi Titius, in princ. ff. de fideiuſſ. Abb. in c. Apoſtolicę, nu. 3. de cler. excom. Dec. in l. quamdiu, num. 13. C. qui admitt. Tiraq. de retract lignag. §. 11. glo. 1. num 8. ver Et ad id. Merito declaratio præfata, quæ in iudicatum tranſiuit, ac à partibus acceptata fuit, obſeruari debet, nec eſt retractanda, neque amplius de eius iuſtitia eſt diſcutiendum.

Et ſi de iuſtitia dictæ declarationis cognoſci poſſet, adhuc pro Capitaneo Guido eſſet concludendũ, cum declaratio illa in ea parte in qua dicitur legatũ non eſſe reuocatum, ſit iuſtiſſima. Quoniam Dominus Carolus teſtator prælegauit Capitaneo Guido cenſus ſcutorum 835. quos licet dictus Dominus Carolus poſtea alienauerit ac retrouendiderit, non pro-
17 pterea cenſetur reuocaſſe prælegatum, † quoniam ſola alienatio nõ ſufficit vt legatum intelligatur ademptum, ſi teſtator non alienauit animo adimendi, §. ſi rem ſuam. Inſtitut. de legar. Etenim alienatio non eſt cauſa adimendi legatum, ſed voluntas adimendi pręcedit, quæ poſtea oſtendi ſolet ex actu alienationis, Bartol. in l. cum ſeruus, ff. de adim. legat. Soc. iun. conſil. 162. numero 2. lib. 2. Mant. de coniectur. vlt. volunt. libro 2. titu. 6. numero 1. Et propterea non ſufficit dicere legatum fuit ademptum, quia res legata alienata fuit, ſed inſpiciendum eſt, numquid teſtator voluerit legatum adimere, quod in caſu, de quo agitur, noluiſſe cenſeo.

18 Quoniam † ex alienatione ea neceſſitate facta legatum non cenſetur ademptum, l. fideicommiſſa, §. ſi rẽ ſuam. ff. de leg. 3. l. rem legatam, vbi Barto. ff. de adim. legat. Doctores omnes in l. 3. C. de leg. Crauet. conſil. 784. numero 1. verſic. Argumentis his, libro 5. Cepha. conſil. 84. lib. 1. Mant. in dicto titul. 6. numero 13. nam ea alienatione neceſſaria non præſumitur teſtatorem voluiſſe reuocare legatum. Alexand. conſil. 157. nu. 1. lib. 7. Aochar. quæſt. fam. libro 1. q. 57. numer. 4. Etiam ſi teſtator alienaſſet rem legatam in ipſum legatarium, ſecundum Cephal. conſil 84. per totum, libro 1. & conſil. 767. in princ. libr. 5. Niſi hæres probet teſtatorem mutaſſe voluntatem, legatumque adimere voluiſſe, tex. in d. §. ſi rem ſuam. Alex. in addi. ad Bart. in l. rem legatam, ff. de adim. legar. Soc iun. conſil. 162. num. 24. & ſeq. lib. 2. Mant. in dicto titul. 6. numer. 13. Sed in caſu, de quo agitur, alienatio partis cenſuũ facta ex eorum retrouenditione venditoribus cenſuum ex neceſſitate facta fuit, quia cenſus erant perpetui, & illi qui cenſus impoſuerant, non poterant compelli ad reſtituendum pretium cenſuum, ſed ſolum ipſis ſponte ſoluentibus emptores cenſuum tenebantur illos retrouendere, vt eſt clariſſimum. Ideo ex huiuſmodi retrouenditionibus, legatum non cenſetur adem-
19 ptum, † nam quod dicitur ea alienatione neceſſaria non induci reuocationem legati, intelligitur, non ſolum de neceſſitate rei familiaris, ſed etiam de neceſſitate impoſita per legem. Rip in l. Lucius, nu. 27. verſi. Hanc etiam, ff. de vulg. & pup. Mant. in d. titu. 6. nu. 18. Et ideo Bal. in l. fideicommiſſa, §. ſi rem, dixit neceſſitatẽ in propoſito conſiderari propter debitũ, vel alimenta, vel propter coactionem ſuperiorum, vel metum, ne compelleretur, quem ſequuntur (dum ad eum ſe remittunt) Ancbar. in d. q. 75. nu. 5. Simon de Pret. de interpr. vlt. volun. lib. 4 fol. 474. nu. 10. Hier. Gabr. conſ. 103. nu. 5. lib. 1. Vnde cum Dominus Carolus teneretur pretium recipere, cenſuſque retrouendere, & ad id per ſuperiores compelli potuiſſet, dum id fecit, ea neceſſitate feciſſe dicitur, non autem animo adi-
20 mendi legatum. † Quod etiam probatur, quia quando teſtator legauit nomen debitoris, quod poſtea exegit, ſi illud recepit à debitore, ſponte debitum offerente à quo etiam inuitus ad recipiendum compelli poterat, nõ cenſetur reuocaſſe legatum, ſed pecunia exacta peti poteſt. ita Bald. in d. §. rem, quem ſequuntur Coro. conſil. 26. nu. 19 lib. 2. Capr. conſi. 112. in fin. qui dicit ita communiter teneri, per gloſ. & Doctores, & Simon de Pret. in dicto loco, fol. 474. num. 15. Niſi hęres aliter probet teſtatorem voluiſſe adimere legatũ,
21 vt Capr. in dicto loco † Quod confirmatur, quia mutatio voluntatis non præſumitur, l. qui teſtamentum, ff. de prob c. maiores, de Baptiſmo. Natt conſil. 483. nu. 14. libr. 3. niſi qui dicit mutatam voluntatem probet. Aoch. d. q. 75. nu. 8.

Et quia alienatio partis cenſuum ex eorum retro-
22 uenditione facta fuit titulo oneroſo, † etiam ſi non cõſtaret, an ea voluntaria vel neceſſaria cauſa facta fuerit, in dubio cenſetur facta ex cauſa neceſſaria, & legatum non cenſetur reuocatum, Iacob. Butrig. in l. 3. C. de legat. Alex. conſil. 168. num. 5. ver Et ita verificatur, lib. 6 Soc. iun. in conſil. 162. numero 24. & ſequent. lib. 2. Anchar. d. quæſt. 75. nu. 7. & ſequen. Bero. conſil. 50. in 1. dub. lib. 2. Barto. Soc. de regu. & fall. reg. 276. in verb. legatum per rei alienationem, in 8. fallene. Chriſt. Porc. in §. ſi quis rem, num. 1. verſic. 1. in fin. glo. Inſt. de legat. Simon de Pret. de coniectur. vlt. volunt.
23 libr. 4 fol. 474 nu. 10. † Et quod ex alienatione titulo oneroſo in dubio nõ cenſeatur reuocatum legatum, probant Alexand. conſ. 169. nume. 4. & ſeq. lib. 5. Menoch. conſ. 254. num. 5. libr. 3. Hieronym. Gabr. conſil. 105. nu. 4 lib. 1. Niſi hæres probet teſtatorem voluiſſe illud adimere, cui bocca ſit onus id probandi incumbit, d. §. ſi rem ſuam, iuncta glo. in verb. alienauerit. Alex. & Soc. iun. in dictis locis, Bero. conſi. 50. in 1. dub. libr. 2.

Et non ſolum cenſeo legatum non fuiſſe reuocatũ pro parte cenſuum retrouenditorum, ſed nec etiam pro alia parte, pro qua teſtator à venditoribus cenſuum recepit bona in ſolutũ: licet enim pro hac parte intelligatur voluntarie facta alienatio, cum Dominus Carolus non potuerit compelli recipere bona in ſolutum, et ſic aliud pro alio, iuxta l. 2. §. mutui datio, ff. ſi cert. pet. Et ex voluntaria alienatione rei legatæ extinguatur legatum, l. rem legatam, ff. de alim. leg. Cum ex huiuſmodi alienatione, ſine neceſſitate facta, teſtatoris animus reuocandi legatum probetur, gloſ. in d. l. fideicommiſſa, §. ſi rem ſuam, in verb. non adimendi. Prout etiam ſi teſtator exegit nomen debitoris, quod legauerat prouocando ſponte debitorem ad ſoluendum, pariter legatum extinctum præſumitur, d. l. fideicommiſſa, §. ſi rem. Attamen in caſu iſto aliud dicendum eſt, quoniam vt dixi ſola alienatio non eſt ſufficiens ad inducendum reuocationem lega-
24 ti, ſed attenditur qualis fuerit teſtatoris voluntas. † Et licet ex alienatione voluntaria animus reuocandi præſumatur, hæc præſumptio viget in dubio, ſi legatarius coniecturis non probat perſeuerantiam ani

nitc

mi teſtatoris,d.§.ſi rem,Hieronym.Gabr. conſil. 103.
numero 3.lib.1.Mant.d.tit.6.nume.13.in fin.Cum il-
la præſumptio transferat in legatarium onus probã-
di voluntatem teſtatoris non eſſe mutatam, d.§ ſi rẽ,
l.Lucius,la 2.ff.de leg.1.Capr.conſil.112.in fin.Conſti
to igitur de voluntate teſtatoris non adimendi lega
tum, ex alienatione voluntaria illud non cenſetur a
demptum:Quod euenit in caſu,de quo agitur,cum te
ſtator pro pretio dictorum cenſuum à Domino Aure
lio de Beccolis,qui cenſum impoſuerat,inſolutum re
25 ceperit nonnulla bona. † Et quando teſtator debito
rem ſponte liberauit, & pro credito bona quædam in
ſolutum recepit, tunc non cenſetur voluiſſe adimere
legatum,vt firmant Bald. in l. qui poſt teſtamentum,
nu.13.C.de legat.Roman.conſil. 229. colum.2.verſic.
Vltimo præſuppono,Menoch. conſ. 254.nu.8.verſ.Et
accedit,& num.9.lib.3.Mant.in d.libro 12.titu.2.nu-
mero 21.

Nec prædictis obſtant allegata in contrarium. Nã
quod dicitur declarationem ante dictã retractari de
bere per inſtrumenta de nouo reperta,ſtante Sereniſ-
ſimi Principis reſtitutione,diluitur cõſiderando,quod
aut prætenditur de iure ſubueniendum eſſe remedio
præfato, & hoc eſt à veritate alienum, cum ſupra de-
monſtrauerim reſtitutionem non eſſe concedendam
D.Hier.qui prętenſorum inſtrumentorum perfectam
habuit ſcientiam ante dictam declarationem.Aut ve
ro dicitur de iuſtitia dictæ declarationis eſſe cogno-
ſcendum, ſtante quod Seren. Dux reſtitutionem con-
26 ceſſit, † quam Princeps indulgere poteſt aduerſus rẽ
iudicatam,quamuis victus non habuerit iuſtam cau-
ſam ignorantiæ inſtrumentorum de nouo repertorũ,
vt per Imo.in d.l.Imperatores, nu.2. prope fin. ver.Si
autem,de re iud. quem ſequitur Anto.Gabr.in tit.de
reſtit.in integr.concl.2.nu.2.

Neque id admitti poteſt, quoniam Sereniſſimus
Dux non conceſſit abſolute reſtitutionem aduerſus
rem iudicatam, ſed ſolum cõmiſit, vt cognoſceretur,
numquid declaratio eius Conſiliariorum facta de cõ
ſenſu partium obſeruari, aut retractari deberet,quæ
commiſſio interpretatur iuxta formam iuris,vt ſcili-
cet cognoſcatur, numquid per prætenſa inſtrumenta
de nouo reperta,ſit concedẽda reſtitutio Dom. Hier.
& ea mediante declaratio retractanda,non aũt quod
Dominus Hieronymus reſtituatur,ſi de iure reſtituẽ-
27 dus non eſſet,†quoniam reſcriptum interpretatur ſe
cundum ius commune,ca.cauſam quæ,de reſcript.Et
28 verba in eo appoſita debent † cõformari iuri & æqui
tati, licet etiam natura verborum non pateretur, vt
poſt glo.in cap.paratus,in verb.ſi verum, 23.q.1.dixit
29 Dec.in rub.de reſcrip.nu.13. & 14. † Nec vnquam in
dubio cenſetur conceſſum ad alterius læſionem, arg.
l.2.§.ſi quis à Principe, ff.ne quid in loc.public. Et ea
iſta intelligentia commiſſio illa non redditur ſuper-
flua,ſed neceſſaria erat,cum enim per inſtrumenta de
nouo reperta aduerſus rem iudicatam quis non re-
ſtituatur ipſo iure,ſed beneficio reſtitutionis in inte-
30 grum,vt dixi, † quæ reſtitutio à ſolo Principe conce-
ditur,etiam qñ victus ex iuſta cauſa prætendit ſe fuiſ
ſe impeditum exhibere inſtrumenta, vt per Alex. in
d.l.Imperatores,nu.8.ver.Aut vero interuenit,neceſ-
ſaria fuit illa commiſſio, & ſi vere prætenſa inſtrumẽ-
ta fuiſſent de nouo reperta. Quatenus vero admitte-
retur Sereniſſimum Principem commiſiſſe reuiſionẽ
cauſæ, licet de iure reſtitutio non eſſet concedenda
(quod nullo modo admittendum puto) nihilominus
31 Dominus Hieronymus ea vti non poſſet, † quia com
miſſio ita intellecta non eſſet iuſtitiæ, ſed gratiæ, vt
poſt Boſſ.in tit. ſi aduer.rem iud.num.8. dixit Storz.
Odd de reſtit.in integ.par.2.quæſt.73.art.2.nume.8.
Et quia Dominus Hieronymus narrauit Sereniſſimo
Duci, quod ante dictam declarationem,non viderat
dictas ſcripturas, quæ ſufficiunt ad victoriam, cuius
contrarium verius eſt, in gratia obtenta ſe fundare
32 non poteſt, † quoniam reſcriptum gratioſum tacitã
continet conditionem, ſi preces veritati nitantur, &
non aliter,c.2.de reſcrip.in 6.l.fi.C.ſi cont.ius, vel vti
lit.publ. Docto.in cap.1.de litis conteſt.in 6. Soc.ſen.
conſi.164.nu.5.ver.Confirmatur, lib.2.Senat.Pedem.
in dec.171.nu.22.vbi de communi teſtatur, Menoch.
33 conſ.103 nu.22.lib.1.†Et qui illud obtinuit,vt eo vti
poſſit,probare debet vera eſſe omnia narrata in preci
bus,cum impetranti gratioſum reſcriptum incumbat
onus probandi veritatem narratorum, licet ſi de ob-
reptione tãtum narratorum obijceretur, aduerſario
incumberet onus probandi non fuiſſe narrata narrã
da,Oldrad.conſ.255.verſic.Videtur,Abb.in cap.quo
circa,num.3.de conſang.& affi.Abb.& Fel.in c.conſti
tutus,vbi Deci.numer.2. & ſequent.de reſcript.Port.
34 Imo.conſil.66.num.7.†Et illud qualibet ſubreptione
ipſo iure vitiatur, nullumque redditur, gloſ. in cap.
ſuper his, in verb.dediſſemus, de reſcript. Dec.in d.
cap.conſtitutus,num.2.& ſeq.Soc.in d.conſ.154.num.
1.& ſequen.qui de communi teſtatur.Port.Imo.conſ.
161.num.7. Rolan.à Vall.conſ.72.num.72.& ſequen.
libro 3.

Et ex abundanti dicitur nec obſtare alia, quæ de
ademptione legati in contrarium adducuntur, quia
fere omnia ex adductis ſupra remouentur.

Et quod dicitur de alienatione facta Ioanni No-
uello,cui Dominus Carolus ceſſerat partem dictorũ
cenſuum, tollitur, quia Dominus Carolus ceſſionem
fecerat ad computum partis pretij bonorum,quæ di-
35 ctus Ioannes vendidit Domino Carolo:Et quia † illi
annui & perpetui cenſus naturam bonorum immobi
lium ſequebantur,& inter immobilia erant computã
di,iuxta deducta per Tiraq.de retract.lignag.§.1.glo.
6.num.4 & Pret.Foller.in pract.cenſuali, in ver.Hu-
iuſmodi cenſus ſuper rebus, num.27. & ſeqq.multis,
q̃ui alios allegat, pro eorum concurrenti quantitate
cenſebatur facta permutatio cum bonis dicti Ioãnis,
& conſequenter legatum nullo modo ademptum in-
36 telligitur, nam quando † res legata permutatur,non
dicitur alienata ad effectum adimendi legatum, nec
permutatione legatum cenſetur ademptum, ſed res,
cum qua eſt facta permutatio,debetur.Soc.iun.conſi.
162.nu.22.& ſeqq.li.2.Com.in l.1.circa medium,ver.
In dubijs autem,C.de leg.Ceph.conſ.599.nu.23.li.4.
Mant.de coniect. vlt.volunt.lib.12.tit.6.nu.13.Præte-
rea quia venditio facta per Ioannem Nouellũ,& ceſ-
ſio cenſuum non habuit effectum, legatum in ſuis iu-
ribus ſubſiſtebat,& ſi effectum habuiſſet,non propte-
rea legatum fuiſſet reuocatum, ſed bona cum dictis
cenſibus acquiſita eorum loco ſucceſſiſſent,& ad lega
tarium ſpectaſſent.

Minus nocet,quod Capitaneus Guidus partem pe
cuniarum ex cenſibus prælegatis exegerit, illamq; in
ſocietatem pannorum erogauerit, & omnia poſtea
ceſſerit, ac conſignauerit Domino Carolo, vt conſtat
ꝑ publicũ inſtrumentũ,quoniam ex illa ceſſione non
video,quo modo elici poſſit animus adimendi legatũ
quia pecuniæ exactæ reſtitui debebant Domino Ca-
rolo, quo viuente legatum non ſortiebatur effectum,
nec legatario debebatur. Nec ex dicta exactione lega
tum dicitur ademptum, tum rationibus ſupra addu-
ctis, tum etiam quia pecuniæ exactæ cõuerſæ fuerunt
in ſocietatem pannorum,& ex pecunijs dictæ ſocieta
tis Dominus Carolus emit alium cenſum à Domino

Iulio

Google

37 Iulio Vannetto.† Et quando teſtator pecuniam exa-
ctam depoſuit, aut ex ea rem emit, vel aliter in patri-
monij vtilitatem conuertit, legatum ademptum non
cenſetur, l. fideicommiſſa, §. ſi rem, ff. de leg. 3. late Me
noch. conſ. 254. nu. 8. & ſeqq. multis lib. 3. Mantic. d.
lib. 12. tit. 2. num. 19. Sed notandum quod negat Ce-
phal. in contrarium adductus, in alleg conſil. 143. nu
me. 39. & ſeq. lib. 1.
Concluditur igitur ex iam dictis prælegatũ debe-
ri, nec fuiſſe ademptum, quod fateri oporteret, etiam
38 ſi res eſſet dubia, † cũ in dubio præſumendum ſit alie
nationem, ex ea cauſa factam, ex qua legati reuoca-
tio non inducitur. Iacob. But. in l. 3. C. de lega. Alex.
conſ. 168. num. 5. lib. 6. & conſi. 157. nu. 1. lib 7. Crau.
39 conſi. 784. nu. 6. & 8. in fin. lib. 5. † Et quando poteſt
ſumi alia coniectura, ea ſemper recipienda eſt inter-
pretatio, ſecundum quam ſuſtinetur legatum, ne di
catur reuocatum. Curt. iun. conſil. 103. num. 2. lib. 2.
Alex. conſil. 169 nu. 4. lib. 5. Menoch. conſ. 254 nu. 5.
lib. 3. Hieron. Gabr. conſ. 118. num. 30. lib. 2. Maxime
quando diſpoſitio, ex qua prætenditur reuocatio le-
gati, aliud operari poteſt, ſecundum Hieron. Gab d.
conſ. 118. nu. 31. Idque in caſu iſto magis fateri opor
tet, ſtante ſanguinis coniunctione inter teſtatorem
40 & Capitaneum Guidum, † cum ex ſanguinis cõiun
ctione neceſſitudine ac charitate erga legatarium ſu-
matur interpretatio voluntatis teſtatoris pro nõ a-
demptione legati. Natt. conſ. 483. nu. 15. lib. 5. Mant.
conſ. 150. num. 4. lib. 2. Vnde cum fuerit declaratum
prælegatum pro medietate ſubſiſtere, non poteſt cõ-
queri Dominus Hieronymus, maxime quia probabi
liter concludi poteſt non fuiſſe reuocatum in aliqua
41 parte, ſed totũ deberi.† Et ſi pro parte eſſet facta ta
lis alienatio ex qua reſultaret eius adẽptio, pro eius
tantum parte intelligeretur reuocatum, pro alia ve-
ro ſubſiſteret, §. ſi rem ſuam, Inſtit. de legat. l. ſi ex to
to, ff. de leg. 1. Bart. in l. rem legatam, numero octauo,
ff. de adim. legat. Iaſ. in l. ſi poſt, numero 6. C. de lega.
Perr. de Petra in tract. de fideicom. ex prohib. alien.
q. 10. nu. 37. Merito dicta declaratio exequi debet ex
iam dictis.

Ignoratur an, & quomodo cauſa fuerit terminata.

ARGVMENTVM.

Si hæres grauatus reſtituere hæreditatẽ ſub conditione, Si deceſſerit ſine filijs, profiteatur religionem incapacem bonorum, nũquid ſubſtitutus ſtatim admittatur ad fideicommiſſum.

Mors ciuilis in quibus caſibus æquiparetur naturali.

SVMMARIVM.

1 *Ingreſſus & profeſſus religionẽ habetur pro mortuo mũdo. Et nu. 19. & 20. Declaratur nu. 5.*

2 *Mortis mentio ſimpliciter facta, in dubio intelligitur de naturali non de ciuili.*

Intellige quando eumdem effectum non operatur mors ciuilis. Aliàs ſecus, nu. 39.

3 *Mortis appellatione continetur naturalis non ciuilis, niſi in caſibus à iure expreſſis.*

4 *Mors ciuilis æquiparatur naturali in ſolis caſibus à iure expreſſis.*

Intellige quando non viget eadem ratio. Secus ſi eadem ratio viget in morte ciuili, nu. 41.

4 *Stipulatio concepta in caſu mortis non committitur deportato rem promittendi.*

Declaratur, num. 42. cum ſeq.

7 *Deportatus habetur pro mortuo ciuiliter.*

8 *Grauatus reſtituere certa bona in caſu mortis, non tenetur ſequuta deportatione, ſed expectanda eſt mors naturalis.*

Et de ratione, num. 44.

9 *Fideicommiſſum relictum in diem mortis, non debetur ante diem mortis naturalis.*

Declaratur, nume. 33. & 46.

10 *Fideicommiſſum non purificatur ſtatim ſequuto banno grauati cum publicatione bonorum, ſed expectanda eſt mors naturalis, & interim bona retinentur per fiſcum.*

Fallit quando vltra fideicommiſſum fuit prohibita alienatio bonorum, num. 11.

12 *Mors ciuilis numquam æquiparatur naturali, quando non operatur omnes effectus, quos mors naturalis produceret.*

13 *Mors ciuilis per ingreſſum religionis, & profeſſionem nõ æquiparatur naturali ratione maioris dilationis, quæ conſideratur in expectatione mortis naturalis. Sed contra, num. 49.*

14 *Fideicommiſſum relictum in caſu mortis non purificatur per profeſſionem grauati religionis incapacis bonorum.*

Sed contra per totum.

15 *Monaſterium, quod ingreſſus fuit grauatus, excludit ſubſtitutum ſub conditione, Si grauatus deceſſerit ſine filijs.*

Limitatur, nu. 50. cum ſeqq.

16 *Conditio, ſi deceſſerit ſine filijs tamquam impeditiua vitæ contemplatiuæ, habetur pro non appoſita in præiudicium monaſterij.*

17 *Bona grauati ingreſſi religionem incapacem bonorum retinentur per venientes ab inteſtato, donec grauatus naturaliter viuit. Sed quod ſint reſtituenda ſubſtituto infra per totum.*

18 *Regula diui Frãciſci tam Capucinorum, quam Minorum de obſeruantia eſt incapax bonorum etiam in communi.*

21 *Mors ciuilis eſt quæ de iure ciuili pro morte habetur.*

22 *Societas ſoluitur etiam morte ciuili.*

23 *Filius liberatur à patria poteſtate etiam per deportationem parentis.*

24 *Subſtitutio neptis in caſu mortis filij verificatur in morte ciuili per deportationem filij.*

25 *Deportato priori in gradu admittitur ſequens, ac ſi prior naturaliter mortuus eſſet.*

26 *Relictum ſub conditione extinguitur per mortem eius, cui relictum fuit, & etiam per pœnam irrogantem ſeruitutem.*

27 *Fideicommiſſi dies cedit, quando grauatus damnatur in metallum, & nu. 47.*

28 *Maritus lucratur ex pacto dotem, etiam ſi vxor profeſſa fuerit religionem, non aliter expectata morte naturali.*

29 *Statutum de lucro dotis locum habet fauore viri etiam ſi vxor profitetur religionem, nec eſt expectanda mors naturalis vxoris.*

39 *Interpretatio lata ſumitur in teſtamentis, quoad omnia in eis contenta.*

31 *Teſtamenta latius interpretantur, quam contractus.*

32 *Teſtamentum eius, qui profeſſus eſt religionem fratrum minorum, qui non ſunt capaces bonorum etiam in communi, ſtatim confirmatur, non aliter expectata morte naturali teſtatoris.*

34 *Rationum plurium vna ceſſante, non ceſſat diſpoſitio.*

35 *Mors ciuilis æquiparatur naturali, quãdo habet effectum mortis naturalis quoad id, de quo quæritur.*

36 *Mors reſultans ex profeſſione regulę incapacis bonorum, habet effectum mortis naturalis quoad omnia reſpectu purificationis conditionis.*

Subſti-

37 *Subſtitutus ſub conditione, ſi quis deceſſerit ſine filijs, ſta-*
tim admittitur ſequuta profeſſione grauati religionis in-
capacis. Secus ſi profeſſus eſt religionem capacem bono-
rum in communi.
Amplia etiam in præiudicium eius, cui grauatus donaue-
rat ante ingreſſum religionis, nu. 38.
40 *Mors ciuilis æquiparatur naturali, quando militat eadem*
ratio.
43 *Tempus in dubio cauſa differendæ ſolutionis adiectum præ-*
ſumitur.
45 *Filij nati ex deportato poſt reſtitutionem excludunt ſub-*
ſtitutum.
48 *Papa poteſt facere de monacho non monachum.*
50 *Monaſterium in multis caſibus non excludit ſubſtitutum*
remiſſiue.
Maxime ſi eſt incapax bonorum, nu. 51.
Vel aliud monaſterium fuit ſubſtitutum, num. 52.
Item ſi fuit ſubſtituta eccleſia, ſeu alia pia cauſa, licet non
ſit monaſterium, num. 53.
Et quamuis non ſit priuilegiata ſicut monaſterium, nu-
me. 54.

CONSILIVM LXII.

REQVISITVS, vt dicã quid vere ſen-
tiam in propoſita difficultate, nũquid
per profeſſionem Ioãnis Franciſci de
Cãtagallina religionis Capucinorũ,
purificata fuerit conditio illa, ſi deceſ-
ſerit ſine filijs, ſub qua ipſe grauatus
fuit ab eius patre in ſuo teſtamento, & euenerit caſus
reſtitutionis fideicommiſſi in fauorem Monaſterij di-
ui Auguſtini, & Hoſpitalis de Miſericordia de Peru-
ſia ſubſtitutorum. Primo aſpectu reſpondendum mi-
hi videbatur contra ſubſtitutos.

Primo quia monaſterium Diui Auguſtini & Hoſpi-
tale vocantur poſt mortem Ioannis Franciſci hære-
dis decedentis ſine filijs, & quia hæres adhuc natura-
1 liter viuit, † licet poſt profeſſionem habeatur pro mor-
tuo mundo, c. placuit, 16. q. 1. l. Deo nobis, C. de epiſc.
& cler. Doct. in c. in præſentia, de prob. Non propte-
rea ceſſit dies fideicommiſſi reſtituendi, nam, quan-
2 do † in aliqua diſpoſitione fit mentio de morte, in du-
bio intelligitur de naturali, non de ciuili, glo. in d. ca.
placuit, & in c. ſuſceptum, de reſcrip. in 6. Bar. & cete-
ri in l. ex ea parte, §. in inſulam, ff. de verb. oblig. Alex.
conſ. 2. num. 1. lib. 1. Imol. in Rubr. extr. de teſtam. nu.
24. late Phann. de luce. dot. circa prin. c. inci. Pet mor-
tem, num. 12.

Secũdo licet quis poſt profeſſionem mundo mor-
tuus ſit, hæc mors, quæ ciuilis appellatur, non habe-
3 tur pro naturali, etenim † appellatione mortis intel-
ligitur de naturali, non de ciuili, niſi in caſibus à iure
expreſſis, Gomeſ. de reg. Cancel. in reg. de impetr. be-
nefic. per obitum fam. Card. q. 5. ver. ſi. Simon de Pret.
de interp. vlt. vol. li. 2. interpr. 1. dub. 1. ſol. 7. nu. 8. f. 95.
4 Phan. in d. loco, nu. 13. † Et mors ciuilis æquiparatur
naturali in ſolis caſibus, in quibus in iure hoc expreſ-
ſum reperitur, gl. in d. c. ſuſceptum, in verb. non mor-
te, Iaſ. in l. 1. col. 1. ver. Septimo limita, C. de hæred. in-
ſtitut. Pariſ conſil. 5. numero 149. & ſequent. libro 4.
& Alexand. conſilio 139. numero 4. libro 2. qui dixit
5 † ingreſſum monaſterium non haberi pro vero mor-
tuo niſi quo ad ea, in quib. hoc reperitur expreſſum,
ſed in iure non ſolum non reperitur expreſſum, vt di-
cta conditio purificetur per mortem ciuilem, ſed po-
tius contrarium, vt ex iuribus mox allegandis elici-
tur, ideo ſubſtitutus excluditur, vt dixit Sforz. Odd. in
tract. compend. ſubſtit. par. 4. art. 3. ſol. 40.

Tertio contra ſubſtitutos facit tex. in l. ex ea par-
6 te, §. in inſulam, ff. de verb. oblig. † qui probat depor-
tato reo promittendi ſtipulationem ita conceptam,
cum morieris dari, non niſi eo moriente committi;
7 Et quia † deportatus habetur pro mortuo ciuiliter.
Caſtren. in l. 1. §. penul. de contrat abul. Imol. in l. cum
pater, §. hæreditatem, el primo, nu. 6. ff. leg. 2. Ripa in
l. ex facto, num. 11. ff. ad Trebellian. Bero. quæſtio. fa-
mil. quæſt. 41. num. 4. Ex eo recte probatur mortem
ciuilem non æquiparari naturali ad effectum, de quo
agitur.

Quarto facit etiam textus in l. cum pater, §. hære-
8 ditatem, el 1. ff. de legat. 2. † vbi probatur, quod gra-
uatus reſtituere certa bona in caſu mortis, non tene-
tur reſtituere ſequuta deportatione, ſed mors natu-
ralis exſpectari debet.

Quinto pro eadem opinione adduci poteſt textus
9 in l. Statius, §. Cornelio Felici, ff. de iu. fiſci. † in quo di-
ſponitur fideicommiſſum relictum in diem mortis
non deberi ante diem mortis naturalis, duplici ra-
tione, & quia ſubſtitutus poſſet prius mori, vel con-
demnatus alias res acquirere.

Sexto hæc pars comprobatur per Bero. in d. quæ-
10 ſtio. 41. qui pluribus rationibus probat † fideicom-
miſſum relictũ in caſu mortis, intelligi de morte na-
turali, non de ciuili, reſultante ex banno cum publi-
catione bonorum, ſed exſpectandam eſſe mortem na-
turalem & interim bona reſtitutioni ſubiecta tranſi-
re in fiſcum cum onere illa reſtituendi poſt mortem
naturalem grauati, quam etiam probat latè Cepha.
conſil. 395. per totum, lib. 3. Quæ opinio veriſſima vi-
detur, quando (vt in caſu de quo agitur) fuit factum
ſimplex fideicommiſſum ſub conditione, ſi hæres de-
11 ceſſerit ſine filijs. † licet ſi vltra fideicommiſſum te-
ſtator expreſſe prohibuiſſet alienationem bonorũ,
aliud dicendum eſſet, tunc enim bona non tranſirẽt
in fiſcum, ſed ſtatim non exſpectata aliter morte gra-
uati ſubſtituto reſtituerentur, l. Imperator, vbi Bart.
nume. 1. ff. de fideicom. libert. Bero. in d. quæſtio. 41.
nume. 1. quæ opinio communiter approbatur, vt te-
ſtantur Iul. Clar. in pract. criminal. § fin. quæſtio. 78.
verſic. Item quæro. & Hieronym. Gabr. conſil. 184.
per totum, lib. 1.

12 Septimo conſiderandũ eſt; † quod mors ciuilis nũ-
quam æquiparatur morti naturali, quã mors ciuilis
non operatur omnes effectus, quos mors naturalis
produceret, Gin. Bal. & ceteri in d. l. Deo nobis, C. de
epiſcop. & cler. Bartol. & alij in dicto §. in inſulam,
Natt. conſil. 282. nu. 8. lib. 2. Soc. iun. in l. Gallus, §. &
quid ſi tantum, nume. 13. verſic. Quando autem, ff. de
liber. & poſthum. qui de communi teſtatur. Pariſ. cõ-
ſil. 5. nume. 150. lib. 4. Subdens non ſufficere, vt pro-
ducat eumdem effectum, quoad vnum caſum tan-
tum, ſed neceſſarium eſſe, vt illum producat quoad
omnia, quod ẽt firmant Crot. in repet. d. l. Gallus, §. &
quid ſi tantum, num. 23. & Iaſ. in d. §. inſulam, num. 3.
qui dicit opinionẽ iſtã eſſe cõem. Sed in caſu de quo
agitur, mors iſta ciuilis nõ habet eũdem effectũ, quẽ
naturalis propter conditionem meliorem, quę eſt in
exſpectatione mortis naturalis ratione dilationis
medij tẽporis, quia tardius poterit conueniri reus ꝓ
13 fideicommiſſo. † Ideo mors iſta ciuilis nõ æquipara-
tur naturali, vt dixerũt Imo. in d. §. hæreditatem, nu.
6. Ale. in l. ex facto, nu. 5. ff. ad Trebel. Fel. in c. in præ-
ſentia, nu. 56. verſic. Ad ſecundum, de probat. & in c.
licet vndique, nu. 2. verſic. Dixit Bartolus per prædi-
cta. de offic. deleg. Iaſ. in d. §. in inſulam, nu. 3. verſi-
culo, Ad idem textus not. & Pariſ. in dicto conſilio 5.
numero 150. verſiculo, In caſu autem præſenti. Crot.
in

in repet.d.l.Gallus,§.& quid ſi tantum,num.15.& 16.
14 Octano † quod non ceſſerit dies fideicommiſſi re-
ſtituendi ante mortem naturalem hæredis grauati,
licet ipſe hæres profeſſus fuerit religionem incapa-
cem bonorum, firmant in terminis Salic. in l. 1. num.
6. verſic. Item vt dies fideicommiſſi, C.de hæred. in-
ſtit. Imol.in d. l.cum pater, §.hæreditatem,el 1.num.
6.ff.de leg. 2. Felin. in c.in præſentia, num.56. verſic.
Ad ſecundum.& in d. c.licet vndique, num. 2. verſic.
Dixit Bartholus.Cuman.in d.§.hæreditatem, & in l.
2.ff de teſtam.Bart.Soc.in l.cum auus quæſt.9. princ.
in 1.concluſio. col.70. verſic. Sed tenendo aliam opi-
nionem, ff.de condit. & demonſtr. Alex.in d. l.ex fa-
cto,num.5.prope fin. & ibi Ripa num.18.Ioan. Crot.
in dicta repet.l.Gallus, §.& quid ſi tantum, num.27.
& ſeq.

Poſtremo ſi ille hæres haberetur omnino pro mor
tuo, non propterea videntur admittendi ſubſtituti,
quia hæres grauatus fuit ſua conditione, ſi ſine filijs
moreretur,quæ conditio videtur defeciſſe per ingreſ-
15 ſum monaſterij,† & monaſterium,in quo ipſe profeſ-
ſionem fecit,ſubſtitutum excludit,§.ſed & hoc præſen
ti, Auth. de ſanct. epiſcop. cap.in præſentia, de pro-
bat.Doctores in Auth.niſi rogatus, C.ad Trebellian.
Bartol.in Auth.Ingreſſi,num.52.C.de ſacroſanct. ec-
cleſ. Specul. in titul. de ſtat. monach. num. 12. & in
glo. fin. in d. cap. in præſentia, & ibi Innocen. in fin.
Abb.num.36. Felin.num.29. & ſeqq. Bern. num.475.
& 487. Pariſ. num.129.131. & 135. Socin.ſen. conſil.
81.num.14.libro 3.Calder conſ.43.in titu. de teſtam.
Crauet.conſil.152.in princ.lib. 1. quæ concluſio com-
muniter approbatur, vt teſtantur Burſat. conſil 97.
num.23. libro 1. & Sfor.Odd. in tract.compend.par-
16 tic.6.fol.200. verſic.Regulæ igitur. † Et ea principali
ratione fundatur,quia conditio illa tamquam impe-
ditiua vitæ contemplatiuæ habetur pro non appoſi-
ta d.§.ſed & hoc præſenti,Cin.in d.Authen.niſi roga-
tus Bart.in l.ſi ita quis, §.penultim.ff. de verbo. oblig.
cum alijs adductis per Rimin. iunior. in conſil. 270.
num.6.libro 3.

Cum igitur dies fideicommiſſi reſtituendi non ceſ-
17 ſerit ante mortem naturalem hæredis grauati † bo-
na illi ſubiecta interim retineri debent per hæredes
Ioannis Franciſci grauati ab inteſtato venientes, cum
enim monaſterium,quod eſt ingreſſus, nõ ſit incapax
bonorum,ſuccedunt venientes ab inteſtato.Io.Andr.
in addit.ad Spec.in tit.de ſtat.monach.§.1. ſuper ver.
Tertio,& in c.1.de relig.dom.in 6.Imo.in l.1.in fin.ff.
de teſtam. Feder.de Senis.conſ.26. Clemen. de patr.
poteſt.effect.vlt.num.75. & in propoſito ita dixerunt
Alex.in d.§.ex facto,num.6.prope finem. Crot.in d.§.
& quid ſi tantum,num.28.

Quamuis prædictæ dubitabilem reddant intentio
nem ſubſtitutorum,attamen illis non obſtantibus,in
ea ſum ſententia, vt monaſterium Diui Auguſtini &
Hoſpitale præfatum admitti debeant ad fideicõmiſ-
ſum,nõ aliter expectata morte naturali Ioãnis Fran-
ciſci hæredẽs grauati.Conſtat enim dictum hæredem
ingreſſum eſſe religionem Capuccinorum Diui Fran
18 ciſci,† regula autem Diui Franciſci tam Capuccino-
rum quam Minorum de obſeruantia incapax eſt bo-
norum,nõ ſolum in particulari,ſed etiam in commu-
ni.Clem.exiui de paradiſo,de verb.ſig.& determina-
tum fuit per Concilium Tridẽtinum,ſeſſ.25. in tit.de
19 reg.& monial. c.3. † Et conſequenter Ioannes Fran-
ciſcus habetur pro mortuo, quia ingreſſus religionẽ
mortuus eſt mundo, cap. placuit, 16. q.1. l. Deo no-
bis,C.de epiſc. & cler. maxime quando profeſſus eſt
regulam aliquam incapacem bonorum, vt hic, tunc
enim omnino pro mortuo habetur,ſicut ſi vere mor-
tuus eſſet Bar.in tract.Minoricarum,lib 4 diſt.3.c.1.
nu.8.Pau.de Caſt.in l.ex facto,§.ſi quis rogatus, el 2.
nu.2.ff ad Trebel.Dec.conſ.419. nu.2. Quæ quidem
mors licet non ſit naturalis, nihilominus ad effectũ,
de quo agitur, æquiparatur naturali.

20 Primo,quia † ille qui ingreditur religionem,habe
tur pro mortuo ciuiliter.Bart.in l.cum pariter,§.hæ-
reditatem,el 1.nu.3.ff.de leg.2.vbi Bal. Abb. in cap.
21 in præſentia,num.58.de probat. & mors ciuilis, † id
eſt ea quæ de iure ciuili pro morte habetur ſecũdum
declarationem Soc.iun.in d. §. & quid ſi tantum,nu-
mero 15. æquiparatur naturali, & idem operatur
quod mors naturalis. Videmus enim quod ſocietas,
22 † quæ morte finitur, §.ſoluitur. Inſtit. de ſociet. ſol-
uitur deportatione, & ſic morte ciuili,l.actione,§.pu
blicatione, ff.pro ſocio, ſicut ſoluitur morte natura-
23 li.Item filius, † qui morte parentis à patria poteſta-
te liberatur, Inſtit.quib.mod. ius patr. poteſt. ſoluit
in prin.ab ea eximitur per deportationem parentis,
perinde ac ſi eo mortuo deſineret in poteſtate eius
eſſe,§.cum autem. Inſtit.eodem tit. Parique ratione
24 † nepos ſubſtitutus à teſtatore in caſu mortis filij,ip
ſo teſtatore viuente, ſubſtitutio verificatur in morte
ciuili per deportationem ipſius filij, d.l. Gallus.§. &
25 quid ſi tantum. Prout ẽt † quando prior in gradu de-
portatur, quia deſinit eſſe in poteſtate patris, ſicut
naturaliter mortuus, vt dixi, admittitur ſequens in
gradu,ac ſi prior naturaliter mortuus eſſet, ex rõne,
quia mortui loco habetur,l.1.§.fi.ff.de bon.poſ.contr.
tabul.l.ſi necem,§ ſi deportatus,ff.de bo.lib Quod ẽt
26 probatur ex eo,† quia ſicut relictũ ſub conditione ex-
tinguitur,ſi ille cui relinquitur, deceſſerit pendente
conditione,l.vni.§.ſin autem,C.de caduc.tollen. Eo-
dem modo extinguitur per pœnam irrogantem ſer-
uitutem ea ratione, quia ſeruitus morti aſſimilatur,
l.intercidit, in fi.ff.de condit.& demonſt.& idem habe-
tur in l.ex facto,§.ſi quis rogatus, el.2.ff. ad Trebell.
27 vbi dicitur,† quod ſi hæres grauatus damnatus eſt in
metallum,qui amittit bona & poteſtatem acquiren-
di & eligendi,& ſic moritur ciuiliter, cedit dies fidei
commiſſi ea ratione, quia videtur deceſſiſſe ſine libe
ris.Sicut igitur in caſibus prædictis diſpoſitio loquẽs
de morte,ſortitur effectum etiam in morte ciuili,ita
ſubſtitutio illa facta in caſu mortis hæredis ſortitur
effectum ſtante morte ipſius per ingreſſum religio-
nis, & profeſſionem ſubſequutam.

Secundo pro ſubſtitutis facit textus in leg. Deo
nobis, in fin.prin.C.de epiſ.& cler. in quo clare pro-
28 batur † pactum de lucro dotis, conceptũ in caſu mor
tis vxoris,locũ habere ſi ipſa vxor ingreſſa fuerit mo
naſteriũ, & in eo profeſſionem fecerit,ea rõne ſecun-
dum Bar.& ceteros ibi,quia ingreſſus religionis, æ-
quiparatur morti naturali, quam concluſionem ſe-
quuntur etiam Ang in §.ſi vero conſtante, in 1 nota.
Auth.de ſanct.Epiſc.Bald. in d.l.Deo nobis,in 3.col.
& Calli.in ſummario. late Iaſ.conſi.135. num. 5.lib.
1.qui nu.6. ſubdit in iſtis terminis non inueniſſe ali-
quem Doctorem authenticum,qui contrariũ teneat,
& late eam probat Rol.à Vall.de lucr.dot. q.95. nu.
10.& ſeq.Et virtute hmôi pacti vir conſequitur dictũ
lucrum, ſtatim facta profeſſione, non autem exſpe-
ctata morte naturali mulieris, gloſ. in l.ſi cum dotẽ,
ff.ſolut matrim. Bald. Nouel. in tract.de dot.par.7.
priuil 11.num.8.ver. Quando autem ſeparatur, ſub-
dens in caſu illo mortem ciuilẽ æquiparari naturalẽ
29 ẽt quoad conditionis implementum.† Et licet reſpe
ctu lucri dotis debiti vigore ſtatuti, ab hac opinio-
ne diſſentiat Phanuc.in tract.de lucr.dot.circa prin-

cip.cap.incip. Per mortem,num.12. & ſeq. oihilomi-
nus præcedens opinio etiam in lucto debito vigore
ſtatuti videtur magis communiter recepta, vt elici-
tur ex adductis per Iaſ. & Rolan.in dictis locis, & ex
allegatis per ipſum Phanuc.ibi num.4.Sed quidquid
ſit reſpectu ſtatuti, de quo nunc non oportet differe-
re reſpectu lucri debiti ex pacto, etiam ipſe Phanuc.
num. 18. ſequitur eamdem opinionem, quod nobia
ſufficit, nam ſi verbum, mors, prolatum in contracti-
bus, in quibus fit ſtricta interpretatio, l.veteribus, ff.
de pact.l.quidquid aſtringendę,ff.de verbor.obligat.
verificatur in morte ciuili, quæ cauſatur ex ingreſſu
religionis, d.l.Deo nobis. Multo magis dicendum eſt
diſpoſitionem teſtatoris factam in caſu mortis veri-
30 ficati in morte per ingreſſum religionis,† quia in te-
ſtamentis lata ſumitur interpretatio, l. in teſtamen-
tis, ff. de reg. iur. Quæ regula procedit non ſolum re-
ſpectu Inſtitutionis hæredis ſed etiam quoad omnia
contenta in teſtamento. Corn. in Auth. ex cauſa, col.
7.C.de lib.præter.vbi de communi teſtatur, & latina
id probat Cagnol.in d.l.in teſtamentis,nu.1. & nu.7.
31 ver.Sed huiuſmodi, & ſeqq. † Et quod in teſtamentia
fiat plenior interpretatio quam in contractibus pro-
bat glo.in d. l.in teſtamentis. & textus clatus in cap.
cum dilecti, in fin. extr.de donat. Cagn.vbi ſupra nu.
4.ver.Quidquid ergo.

Tertio bene faciunt ontata per Bart.Bald. & alius
32 in l.1.ff.de teſtam.†dum concludunt, quod ſi teſtator,
qui teſtamentum condidit, poſitetur religionem fra-
trum minorum, qui nõ ſunt capaces bonorum etiam
in communi, confirmatur ſtatim eius teſtamentum
abſq; exſpectatione mortis naturalis, & ex eo ſtatim
poteſt adiri hæreditas, & legata debentur, quam ſen-
tentiam probant etiam Bart. in Auth. Si qua mulier,
col.3.num.10.& 11.ver.Ex prædictis venio.& ibi Bal.
ſub ver.Quarto teſtamentum, C.de ſacroſ.eccleſ.Rui.
conſ.98.col.penul.& fin.libro 2.Simon de Pret.de in-
terpret. vlt volun. lib.2. interpret.1. dubit.1. ſolut.7.
num.6.ſol.95 & communiter approbatur, vt teſtan-
tur Socin ſen.conſ 92.num.2.lib.1.Alex.conſ.13.num.
12.ver.Bene facit, lib. 3.& Capra conſ 83.nu.1.& ſeq.
Si igitur teſtamentum quod ſola morte confirmatur,
nec ante mortem naturalem effectum habet, d.l.1.iũ-
cta glo.in verb.mortem, confirmatur per profeſſionẽ,
ſatis conſtat mortem illam ciuilem operari effectum
mortis naturalis eique æquiparari.

Adducitur quarto tex.in l.Statius, §.Cornelio feli-
33 ci. ff. de iur.fiſci, † in quo diſponitur per condemna-
tionem matris grauatæ de reſtituendo hæreditatem
poſt mortem, diem fideicommiſſi nõ veniſſe, quia poſ
ſet prius ſubſtitutus mori, vel etiam mater grauata
alias res acquirere. facit igitur pro hac opinione tex.
ille, dum dicit, potuit interim res acquirere à contra-
rio ſenſu, & à ceſſante ratione, nempe, quod cum iſte
profeſſus non poſſit aliquid acquirere nec in particu
lari neque in communi ob incapacitatem regulæ, per
profeſſionem venerit caſus fideicommiſſi, & ita text.
illum inducunt Alex. in d.conſ.13.nu.2.& Soc.d.conſ.
92.num.1.in fi.Qui tex.magis probat in caſu, de quo
agitur, cum ceſſet etiam alia ratio, quod ſubſtitutus
poſſet prius mori, ex quo hic non fuit ſubſtituta par-
ticularis perſona, ſed monaſterium Diui Auguſtini
& Hoſpitale, quorum reſpectu ceſſat veriſimiliter ra-
tio illa caducitas, vnde licet quando ceſſat vna ratum
ex rationib.expreſſis in d.§.Cornelio, opinio iſta red-
34 datur dubitabilis, †quia duarum rationum vna tan-
tum ceſſante, non ceſſat diſpoſitio, §.affinitatis. Inſti.
de nupt. l.ſi non lex Aelia Sentia, ff.de hære.inſt. Ale.
in l.1.num.43.ff.de offic.eius. Tiraq.de cauſ.ceſſan.li-
mit.22.& in propoſito firmat Sfor. Odd.in d.trac.cõ-
pen.par.4.art.3.ver.Sed hoc, fol.41.In caſu tamen iſto,
in quo illæ rationes ceſſant, res magis clara redditur.

35 Confirmatur quinto relata concluſio ex eo † quia
quando mors ciuilis habet effectum mortis natura-
lis quoad id, de quo agitur, tunc mors ciuilis ęquipa-
ratur naturali, & verbum mors, etiam in ciuili verifi-
catur, ita Cin.Bal.in d.l.Deo nobis.Bart.& alij in l.ex
ea,§.in inſulam, vbi Iaſ.de communi teſtatur, ff.de ver
bo.oblig.Rip.in d.l.ex facto,§.ex facto,num.11. verſi.
Aliter reſpondet, qui pariter communem appellat.
Rui.in d.§.& quid ſi tantum,nu.11.quam opinionem
communem eſſe dixerunt etiam Crot. in conſ.92.nu.
7.lib.1. & Rim.iun. conſ.416. lib.4. & eam ſequuntur
Grat.conſ.21.num.69.lib.2.Menoch.conſ.227. num.
45.& ſeqq.lib.3.Tib.Dec.conſ.86.nu. 39. lib. 3. Ceph.
conſ.395.nu.32.lib.3.Clem.de patr.poteſt.effect. vlt.
36 num.3. Natta conſ.282. num.8.lib.2. † Sed mors iſta
reſultans ex profeſſione quoad caſum, de quo agitur,
habet effectum mortis naturalis, quia huiuſmodi fra
tres non poſſunt habere aliquid nec in particulari, ne
que in communi, & ingreſſus amplius filios ſuſcipere
non poteſt, vt dixerunt Bart. in Auth.Si qua mulier,
num.10, C.de ſacroſ.eccleſ.Angel.in d.l.ex facto, §.ex
facto, nu.3.Imo.in d.l.ex facto, §.ſi quis rogatus, el 2.
num.23. Dec.conſ.419.num.1. ver.Sed quia ingreſſi,
& alij omnes infra allegandi, Accedente quod etiam
reſpectu caducitatis operatur eumdem effectũ, quia
fideicommiſſum nõ poteſt effici caducum, ex quo fuit
ſubſtitutum Monaſterium & Hoſpitale, & non parti-
cularis perſona, quæ poſſit decedere ante mortem na
turalem hæredis grauati, ideo mors iſta æquiparan-
da eſt naturali, & venit appellatione mortis, de qua
in dicto teſtamento.

Poſtremo vt huius ſim ſententiæ, valde etiam mo-
37 neor auctoritatibus eorum, qui dixerunt † quod aut
hæres grauatus profeſſus eſt religionem capacem bo
norum in communi, & ſubſtitutus excluditur ante
mortem naturalem grauati; Aut profeſſus eſt religio
nem incapacem non ſolum in particulari, ſed etiam
in communi, & etiam ſubſtitutus admittitur, non ali-
ter exſpectata morte naturali ipſius hęredis grauati,
cum eo caſu taliter profeſſus habeatur pro mortuo,
& huiuſmodi mors operetur omnes effectus mortis
naturalis quoad caſum, de quo agitur. Hanc quidem
ſententiam tenuerunt Bart.in d.l.cum pater, § hære-
ditatem, el 1.ff.de leg.2.& ibi Bald.num.3 in fin.Ang.
in d.l.ex facto,§.ex facto,num.3.Imo.in eadem l.ex fa
cto,§.ſi quis rogatus, el 2.nu.23.Ruin.in repet.l. Gal-
lus,§.& quid ſi tantum,nu.23. ff.de lib. & poſth. & ibi
Soc.iun.nu.23.Abb.inc.in præſentia,num.58.& ſeqq.
multis, de probat.vbi Dec.nu.260.& ſeqq.& Bero.nu.
554.Pau.de Caſt.in d.§.ſi quis rogatus.in lectura Pa-
duana. & Paul. de Liaz. in diſput. incip. ſubſtitutia,
quos refert Alex.in d.§.ex facto,nu.5. in fi.& n.6. quã
opinionem conſulendo ſequuntur Alex. in conſil. 13.
col. 1.lib.3.Soc.ſen.conſ.92.nu.1.& 2.lib.1.Capra con
ſil.83.nu.4.Port.Imo.conſ.23.nu.18.& ſeq. qui vltra
alios pro ea allegat etiã Nicol.de Vbald.Mattheſ. &
Bologn. Dec.in conſ.259.circa fi. & conſ.419. num.1.
verſic.Sed quia ingreſſi, & num.2. Pariſ. in conſil.65.
num.7.& ſeqq.lib.2.Paneirol. conſ.114.num.3. Grat.
38 conſ.68. num.13. & ſeq. lib.1. † qui reſpondet ſubſti-
tutum eſſe admittendum etiam in præiudicium eius,
cui hæres donauerat ante ingreſſum religionis. Iaſon
conſil.135.num.9.lib.1.Rimin.ſenior conſi.481. in fin.
lib.3.Bero.conſil.114.in fin.lib.2. Rolan.à Vall.conſil.
97.num.41.libro 2. Boſſ. in tract. cauſ. crimin. in tit.
de bon publicat.num.35.verſic. Et concluſio eſt eam-
dem

Google

dem probat Rol. à Vall. de lucro dot. quæſt.95. num.
18. Burſat. dum Pariſium & Capram allegat in conſ.
48. num. 27. lib. 1. Clement. de patr. poteſt. effect. vlt.
oum. 72. & Simon de Pret. de ioterpret. vlt. vol. lib. 2.
interpret. 1. dubit. 1. ſolut. 6. ou. 5. & ſeq ſol. 95. Ex qui-
bus clariſſime apparet opinionem illam cõmuniter
approbari, prout de communi atteſtaotur in dictis
locis Alex. Soc. ſen. Dec. Pariſ. Rol. à Val. Boſ. & Clem.
& conſequeoter io iudicando & conſulendo eſſe ſe-
quendam, vt dixerunt Alex. io d. cooſ. 13. nu. 3. io fi. &
Soc. ſen. cooſ. 95. col. 2. in fin.

Nec huic concluſioni ita comprobatæ obſtant coo
traria.

39 Primum quidem argomentum † procedit regula-
riter, quaodo mors ciuilis non habet eumdem effe-
ctum, quem babet mors naturalis, ſecus quando eũ-
dem effectum importat ciuilis, quem naturalis, vt re
ſpoodent Grat. cooſil. 51. oum. 80. libro 2. & Rolan. à
Vall. de lucro dot. q. 95. num. 15. Prout in caſu iſto,
io quo oſtendi mortem iſtam operari effectum mor-
40 tis naturalis. † Præterea dicitur mortẽ ciuilem æqui-
parari naturali, quando militat eadem ratio, vt fir-
manr Soc. iun. d. §. & quid ſi tantom, num. 16. & ceteri
communiter, & poſt eos Menoch. conſ. 388. num. 23.
lib. 4. At in caſu iſto militat eadẽ ratio, vt dixi ſupra,
etiam conſiderando, quod teſtator voluit quod poſt
hæredem prius habeat bona fideicommiſſarios, quã
hæres grauati, aut alius quilibet, & cum bæres graua
tus deſinat habere per profeſſionem religionis, ſequi
tur quod fideicommiſſarius dicitur vocatus etiam in
caſu iſtius mortis, in qua viget eadem ratio conſide-
rata à teſtatore, vt dixit Soc. iuo. in d. §. & quid ſi tao-
tum, nu. 53. ver. Itaque io hoc articulo.

Non obſtat ſecundum, quoniam ſopra demonſtra
ui in iure expreſſum reperiri, mortem reſultantem ex
41 profeſſiooe religionis æquipsrari naturali: † reſpoo-
detor etiam, quod licet regula illa, quæ habet, quod
mors ciuilis oon æquiparetur naturale in caſibus à
iure expreſſis, communiter non approbatur, vt dixit
Aret. in d. §. in inſulam, & poſt eum Crot. in repet. d.
§. & quid ſi tantum, oum. 15. verſic. Prima fuit, nihilo-
minus regula illa limitari ſolet, quando in morte ci-
uili concurrit eadem ratio, & illa operatur omnes ef-
fectus, quos operatur mors naturalis, vt dixi ſupra in
quinta ratione, pro ſubſtitutis adducta, & io ſolutio-
ne primi argumeoti.

Minus nocet tertium, quoniam vt dixit Soc. iun. io
d. §. & quid ſi tantum, num. 17. verſicul. Quod primo,
42 † ideo in termiois d. §. in inſulam, deportatio æqui-
paratur morti, quia non eſt eadem ratio, quoniam in
ea ſtipulatione fuit adiectum tempus mortis princi-
qui potuit mutare teſtamentum, & non mutauit, vide
41 tur approbare, & facit † quod dicitur in illa quæſtio-
ne, numquid clauſula codicillaris operetur poſthu-
mo ignoranter præterito, in qua concluditur, quod ſi
nato poſthumo teſtator ſuperuixit, ita vt teſtamentū
mutare potuerit, ſi illud non mutauit credendum eſt
voluiſſe decedere cum illo teſtamento in ea forma, in
qua ſtat, & per clauſulam prædictam conſeruari vni-
uerſale fideicommiſſum, vt firmant Dec. conſ. 490. nu.
7. & 8. Pariſ. conſ. 61. nu. 14. & conſ. 64. num. 9 lib. 2. Ce
phal. conſ. 138. num. 32. lib. 1. & latiſſime poſt multos
Rol. à Vall. conſ. 7. nu. 30. verſi. Et eo magis, cum ſeqq.
lib. 4. Et quia ibi ex non facto ob non mutatum teſta-
mentum elicitur dicta præſumptio, fortius recipien-
da eſt præſumptio volūtatis teſtatoris in caſu, de quo
agitur, in quo non ſolum non mutauit teſtamentum,
ſed fecit codicillos, in quibus de bonis poſt teſtamen
tum acquiſitis nihil dixit: Ex quibus declaratur teſta
torem tempore teſtamenti non intellexiſſe diſponere
de rebus acquirendis, quia actus ſequens declarat vo
luntatem præcedentem fuiſſe à principio, l. ſed Iulia-
nus, §. proinde, ff. ad Senat. Conſul. Maced.

Quibus ſic contra legatariam firmatis, Non ob-
ſtant ea, quæ ſupra in contrarium fuerunt adducta.

Primum quidem obiectum facile remouetur, licet
enim reſpectu validitatis, & roboris teſtamenti atten
datur tempus mortis teſtatoris, vt dixit Ceph. in al-
legato conſi. 773. num. 12. & ſeqq. nihilominus ad co-
gnoſcendum, quæ bona in eo contineantur, atten-
ditur tempus teſtamenti, quando fuit factum per ver
ba præſentis temporis, vt plene ſupra fuit demonſtra
tum, & latius oſtendetur infra in ſolutione ſexti ar-
gumenti.

Nec obſtat ſecundum, nam etſi teſtator legauerit
omnia petia terrarum, nihilominus quia addidit,
quæ habet in Villa Ceglioli, verba illa, Quæ, deno-
tant tempus præſens, & operantur, vt in legato bo-
na poſtea acquiſita non contineantur, vt late ſupra
demonſtraui, quæ procedunt etiam, quando teſtator
vſus eſt verbis vniuerſalibus, quia verba vniuerſalia
reſtringuntur per verba ſequentia, quæ ad ea quæ te-
ſtator habebat tempore teſtamenti, referuntur, ita di
xit Bar. in l. fin. §. 1. num. 2. ff. de legat. 2. per illum tex-
42 tum, † qui dicit quod quoddam eſt legatum vniuer-
ſale, quod relinquitur ſub aliquo nomine appellati-
uo de ſui natura collectiuo, vt peculium, grex, & ſi-
mile,

Digitized by Google

mile,& tunc iſtud recipit augmentum,& diminutio
nem: quoddam eſt legatum generale per aliquod ſi-
gnum,quod ei apponitur,vt lego omnes res & ſimi-
lia,& tunc refertur ad tempus teſtamenti,vt in dicto
§.fi.vbi dicitur propter res vniuerſas, quæ mihi cum
fratre meo patruo veſtro communes ſunt, non autē
inſpicitur tempus mortis. Idem probat Bar. in d.l.ſi
ita legatum,nu.4.verſic.Si vero diceret,qui in termi-
nis ſcripſit legatum ſolum referri ad præſens tēpus
quamuis teſtator dixerit, lego omnes res, quæ ſunt
in tali Villa,Vel omnes res mobiles,cum eadem opi
nione concordant Bal.in rubr. C.de verb.ſign.nu.6.
Corn.conſ.14.num.7.lib.1.aſſerens verba illa vniuer
ſalia habere terminum reſtrictiuū ex verbis ſequen-
tibus, quam etiam probant Soc.iun.conſil.99.nu.5.
& nu.9.verſic.Septimo,lib.3.Capr.conſ.45.num.7.&
12.verſ.Nam ad hoc.Albert.Brun.in d.tract.de aug-
ment. & reb.addit.concl.15.num.11. Menoch.con-
ſil.97.nu.128.lib.1.

Quibus non obſtant adducta in dicto ſecundo ar-
gumento,nam etſi qui omne dicit, nihil excludat, id
non nocet,quia admittimus legatum omnium bono
rum,quæ teſtator habebat in Villa Ceglioli, omnia
illa continere,nec aliquid excludere, non tamen in-
cluduntur in legato ea, quæ teſtator non poſſidebat.
43 †Et licet qui habet partem, dum totum fundum,vel
omnem fundum legat, videatur legare etiam partē
Socij,& etiam pars illa in legato includatur,vt dici-
tur in dicto argumento, id poſſet procedere,quando
ſimpliciter quis legat totum vel omnem fundū, pro-
ut loquuntur Doctores in dicto ſecundo argumento
allegati. Sed quando additur pronomen meū, quod
denotat præſens tempus,tunc in legato venit ea tan
tum pars,quæ teſtatoris erat tempore teſtamenti,vt
dicunt in d.l.ſerui electione,§.fin.ff.de leg.1.Iaſ.nu.
24.& Rip.nume.14.Vnde cum teſtator legauerit om
nia petia terrarum, quæ habebat in dicta Villa, ea
tantum in legato continentur, non autem poſtea ac-
quiſita quæ declaratio veriſſima eſt,non obſtantibus
44 adductis in dicto ſecundo argumento.† Nā etſi ver-
ba vniuerſalia ſint vniuerſaliter intelligēda, vt Dec.
& Ceph.in contrarium allegati dicunt, id verum eſt,
quando ſimpliciter ponuntur, ſed quando eis adiun
gitur aliquod verbum reſtrictiuum, & ad quod ver-
ba vniuerſalia referuntur, tunc etiam verba vniuer-
ſalia reſtringuntur,l.hæres meus,§.1.ff.de leg.3.l.1.
in princ.vbi Bar.ff.de aur.& arg.leg.Bar.& ceteri in
l.1.§.nunci.ff.de oper.nou.nunc.Bero.conſ.20.nu.15.
lib.3.Crauet.conſil.426.numero 15.& melius conſi-
lio 472.num 6.lib.3. Ex quibus tollitur quod Ioan.
Bapt. Ceph.in d.conſil.773.nume.27.& 84.dicebat
ſignum vniuerſale non recipere reſtrictionem, quia
id verum eſt regulariter, quando per ſe ponitur, ſe-
cus ſi cum alijs verbis reſtrictiuis, tunc enim ratione
adiuncti reſtringitur,vt dixi,prout etiā in alijs mul-
tis caſibus reſtringitur ſecundum Cephal.conſ.370.
num.100.& ſeq.lib.3.

45 Nec obſtat † Dec.in d.conſ.69.nu.4.

Primo, quia reſpondet ipſe in legato contineri ēt
partem poſt teſtamentum acquiſitam, ne verbum v-
niuerſale, Omnem,reddatur ſuperfluum, ſi reſtrin-
geretur ad partem,quæ tunc erat teſtatoris, quæ ra-
tio hic ceſſat,quia verbum,omnia, adiectum legato,
operatur effectum reſpectu incluſionis omnium fun-
dorum, quæ teſtator tempore teſtamenti habebat in
dicta Villa, licet bona poſtea acquiſita non inclu-
deret.

Secundo dicitur Deciū conſuluiſſe in caſu, in quo
teſtator legauit omnem partem eidem obuentam,vt
ipſe dicit nu.2.quæ verba,Eidem obuentam,reſtrin-
gunt verbum vniuerſale,Omnem, ad eam partē,quę
ante teſtamentum obuenerat teſtatori,& partem po
ſtea acquiſitam non includunt rationibus ſupra ad-
ductis; Ex quibus conſtat Decium conſuluiſſe contra
veram & receptam Doctorum ſententiam,& propte
rea eius opinionem non eſſe attendendam, à qua o-
pinione Decij in ſpecie diſſentit Alcia.in l.edita act.
numero 6.in fi.C.de eden.& in l.nihil aliud colum.2.
ff.de verb.ſignific. & poſt eum addentes ad Decium
46 in dicto conſilio in litera A.& D. † Ex quibus etiam
conſtat non obſtare Neuiza. in allegato conſilio 71.
nu.5. Tum quia ipſe mouetur ſola auctoritate Decij
in dicto conſilio; Tum etiam quia ipſe Neuiz.loqui-
tur de legato facto verbis indefinitis non reſtrictis
ad tempus teſtamenti,vt in d.conſil.nu.3.& 5.quod
differt, quia legatum verbis indefinitis factum faci-
lius poteſt comprehendere futura, quia indefinita
vniuerſali æquipollet, l.ſi pluribus, ff.de leg.2.l pla-
cet,ff.de lib.& poſthum.& poſt Bar. in d.l.ſi ita lega-
tum. Menoch.conſ.97.num.133.lib.1. Neque nocet
Ioan. Bapt.Ceph.in d.conſil.773.num.25. quoniam
ipſe concludit partem domus poſt teſtamentum ac-
quiſitam cedere legato,quia erat annexa rei princi-
pali & acceſſoriæ ad eam,nec ſtabat de per ſe,vt in d.
conſ.nu.96.111.& 114. Et licet cum alijs rationibus
vtatur illa de verbis vniuerſalibus, in ea principali-
ter non fundat ſuam opinionem,& ſi aliter ipſe dice
ret,eius opinio non eſſet attendenda ex iam dictis.
47 Tertium facile remouetur, † licet enim augmentū
quod accedit rei legatę per modum additamenti,&
velut eius pars, nec ſtat per ſe, debeatur legatario,
prout loquitur Io.Bapt. Ceph.in allegato conſi.773.
num.96.111.& 114. Secus eſt in caſu, de quo agitur,
in quo bona fuerūt acquiſita æque principaliter, nec
ſunt addita rebus legatis velut additamentum rei
legatæ,vt dixi ſupra in tertia ratione contra legata-
riam adducta.

Quartum quoque obiectum euitari poteſt plurib.
48 rationibus.Prima quia† licet legatum factum coniū
cto latam recipiat interpretationem, vt valeat iuxta
l.cum alienam. cum ibi not. C.de legat. Vbi quando
legatur res aliena, & dubitatur de validitate legati
reſpectu ſcientiæ vel ignorantiæ teſtatoris,cōiunctio
inducit præſumptionem, per quam legatum valeat,
non tamen operatur,vt declarant Pari.conſil.58.nu
mero 28.lib.3. Hieronym. Gabriel.conſil.98.nu.44.
lib.1. Rota Florent.teſte Magon.in deciſ.146.nu.18.
49 & ſeq.† Et propterea quando non dubitatur de va-
liditate legati, ſed ſolum quid in eo contineatur, an
plus minusve,coniunctio regulariter nihil operatur,
quod probatur in l.ſi mihi Mœuia, ff. de leg.3.Vbi in
legato facto à patre filiæ fundorū cum vniuerſis ſpe-
ciebus,quæ in eiſdem fundis, quove eorum tempore
mortis teſtatoris vti optimi maximique ſunt,non cō
tinentur inſtrumenta emptionū, & nomina debito-
50 rum,quæ in eis ſunt,& per illum textum, † quod le-
gatum omnium & quorumcunque mobilium pecunia-
rum,& c quæ in domo fuerint,nomina debitorum in
uenta in domo non contineat, nec aliquid operetur
cōiunctio & dilectio,firmauit Rota Romana, vt teſta-
tur Put.deci.20.lib.3.in fi. Nec id ibi ſtatuitur ex eo,
quod alia filia teſtatoris eſſet cohæres, quia ſi rō con
iunctionis operaretur pleniorem interpretationē le
gati,ea ſumenda eſſet, ēt ſi legatum relictum fuiſſet
à pariter coniuncto, iuxta tex.in l.Aurelius, §.Titius
teſtamento,ff.de lib.leg. vbi fauore patris fit lata in-
terpretatio legati,quamuis filij teſtatoris fuerint hæ
redes inſtituti, & ita poſt alios explicat Mantic. de
conie\&.

coniect. vltim. volun. lib. 6. tit. 11. num. 23. in fin. & 24.
Eadem opinio, quod coniunctio nihil operetur, pro-
batur in l. pediculis, §. item cum quæritur, ff. de aur. &
51 argent. legat. † in qua diſponitur legatum relictum à
matre filiæ his verbis: filia mea dulciſſima è medio ſu
mito ornamentum meum, omne muliebre cum auro
& ſi qua alia muliebria apparuerint, nõ continere ar
gentum, quod in domo fuerit venale, niſi teſtatricem
de eo quoque ſenſiſſe probetur. Probatur etiam in l.
52 quæſitum, §. 1. ff. de leg. 3. † in qua ſimiliter diſponi-
tur legatum factum filio de fundo Semproniano cũ
ſuis inhabitantibus, id eſt familia, & quę ibi erunt, nõ
extendi ad pecunias, & nomina debitorum, quæ ha-
bebat etiam in fundo legato, vt ibi declarat gl. in ver
53 bo, nummos. Ex quibus conſtat † Rom. in d. ſing. 649.
male reſpondiſſe merces includi in legato facto filio
ratione coniunctionis, per tex. in l. quæſitum, §. ſed &
ipſe Papinianus, ff. de fund. inſtr. quoniam textus in
d. §. ſed & ipſe Papinianus, procedit concurrentibus
alijs coniecturis, non autem ob ſolam coniunctionẽ
quando ſumus in dubio, vt ibi declarat gloſ. in verb.
æſtimatur, & ibi reprobata opinione Romani dixit
Hieron. Gabr. in d. conſ. 98. num. 45. & contra Roma-
nũ renuit Rota Romana, vt teſtatur Put. in d. deci. 20.
54 in fin. lib. 3. Nec obſtat prædictis † textus in l. Aure-
lius, §. Titius teſtamento, ff. de lib. leg. quia ille conti-
net caſum ſpecialem fauore pietatis paternæ, ſecun-
dum gloſſam ibi in verb. præſumptio. in fi. & in eo tã-
tum procedit, ſed in alijs ius commune eſt in contra-
rium, vt dixerunt Dec. in conſ. 92. in fi. ver. Tertio non
obſtat, Cephal. conſ. 14. num. 20. lib. 1. Hieron. Gabr.
in d. conſ. 98. num. 44. Rim. iun. conſ. 672. num. 54. lib.
6. Et quod legatum factum per verba præſentia tem-
poris non comprehendat futura, quamuis factum ſit
filio vel alteri coniunctæ perſonæ. firmant etiam Bal.
conſ. 284. num. 1. lib. 2. quem refert, & ſequitur Mant.
in d. tract. lib. 3. tit. 11. nu. 2. Menoch dum à Bar. diſſen
ait in d conſ. 97. num. 145. & Alber. Brun. in d. tract. de
augment. concluſ. 15. num. 12. per textum in l. fi. §. t.
ff. de leg. 2. & eamdem opinionem videtur approba-
re Paul. de Caſt. in d. l. ſi cognatia, nu. 1. & 4. ff. de reb.
dub. dum differentiam conſtituit inter perſonas lega
tariorum & res legatas. Quatenus vero legatum fa-
ctum filio ratione coniunctionis laiè ſit interpretan-
dum, vt per l. pater, §. 1. ff. de except. doli, ſentit glo. in
55 d. §. ſi Titius. in verb. præſumpt. Aliter &c. † Secundo
reſponderi poteſt coniunctionem non facere vt lega-
tum late interpretatur in caſu, de quo agitur, cum te-
ſtator filiabus non fecerit vnum tantum legatum bo
norum Villæ Ceglioli, ſed alia multa eis legauerit, vt
conſtat ex ſerie teſtamenti, nam quando teſtator vnũ
tantum fecit legatum coniuncto, tunc dubitari opor-
tet, numquid ob præſumptam affectionem erga lega
tarium legatum pinguius interpretetur. Sed quando
eidem coniuncto fecit plura legata, ſecus eſt, cum e-
nim ex pluralitate legatorum ſatis demonſtretur te-
ſtatoris affectio erga legatarium, non eſt opus exten-
dere legata, contra regulam l. nummis, ff. de leg. 3. ob
eãdem præſumptionẽ charitatis, & affectionis vt ex-
plicat Dec. in conſ. 92. in fi. ver. Tertio nõ obſtat, quẽ
ſequuti ſunt Ceph. d. conſil. 14. num. 21. Rim. iun. conſ.
672. num. 53. & ſeq. lib. 6. & Rot. Floren. teſte Magon.
in deciſ. 146. num. 20. quibus non aduerſatur textus
in l. prædia, §. affin. ſuo, ff. de fund. inſtr. quem contra
Dec. & Ceph. adducit Mant. in d. lib. 6. tit. 11. num. 26.
quoniam textus ille dicit, cum pleniſſima teſtatoris
erga affinem voluntas ab eo quoque manifeſtetur,
quod reliqua colonorum ad eum pertinere voluerit,
good etiam concedunt Dec. & Ceph. ſed ſecundũ eos
poſtquam teſtatoris voluntas ex pluribus legatis ma
nifeſtata eſt, non debet vlterius manifeſtari ex exten
ſione legati, cuius contrarium nõ probat ille textus,
cum illa pleniſſima voluntas non operetur extenſio-
nem legati, niſi manifeſte appareat defunctum id de
quo quæritur, dari voluiſſe, vt dicitur in d. §. affinit.
56 † Tertio dicitur pleniorem interpretationem dicti le
gati ceſſare, cum teſtator, ſi deceſſerit Antonius filius
ſine filijs maſculis, ſubſtituerit filios maſculos Domi
ni Iulij de agnatione & familia ipſius, & dicto caſu le
gauit filiabus multa bona, & quia teſtator poſuit in
conditione filios maſculos Domini Antonij ad exclu
ſionem ſubſtitutorum, etſi filias feminas habuiſſet, il-
læ non feciſſent deficere cõditionem, vt eſt clariſſimũ,
id à teſtatore non poteſt cenſeri factum alia ratione,
quam pro conſeruatione bonorũ in familia & agna-
tione, quæ per maſculos & diuitias cõſeruatur, l. pro-
nunciatio, ff. de verbor. ſignific. Iaſ. conſil. 141. num. 18.
verſic. Tertio pro eadem parte, & num. 26. verſic. Se-
ptimo prædicta, lib. 2. Socin. ſen. conſ. 63. num. 17. lib.
3. Dec. conſil. 15. num. 2. Ruin. conſil. 139. num. 17. lib.
3. Tib. Dec. conſil. 9. num. 6. & conſi. 74. num. 20. lib. 3.
57 † Vnde ſumenda eſt interpretatio, quæ agnationi fa-
uet etiam contra alias perſonas coniunctas. Anchar.
conſil. 356. incip. Ex ſerie teſtamenti, col. fin. Afflict.
deciſ. 44. num. 27. quoa ſequitur Simon de Pret. de in-
terpret. vlt. vol. lib. 1. interpret. t. dubit. 4. ſolut. 5. num.
4. fol. 30. Et verba legati non ſunt amplianda, ſed re-
58 ſtringenda, quia † vt bona conſeruentur in agnatio-
ne, verba teſtamenti reſtringuntur etiam contra pro-
priam ſignificationem. Ruin. conſil. 89. num. 11. lib. 2.
Rolan. à Vall. conſil. 70. num. 61. lib. 3. Rot. Florent. in
59 d. deciſ. 146. num. 20. † Et in terminis quod legatum
factum coniunctæ perſonę non interpretetur late ſed
ſtricte quando hæres eſt de agnatione, ſcripſit Ceph.
d. conſ. 14. nu. 21. ver. Tertio dictus §. Titius teſtamẽto.
60 † Quarto conſiderandum eſt tunc legatum late inter
pretari, quando interpretatio fit ſecundum propriã
verborum ſignificationem, vt conſtat in d. §. Titius te
ſtamento, in quo in legato liberationis ab actione ex
tulæ continetur reſtitutio reliquorum fauore patris,
quæ interpretatio ſumitur ſecundum propriam natu
ram verborum, quia actio tutelæ, à qua pater fuit li-
beratus, continet etiam reſtitutionem reliquorum.
Idem in l. ſi ſeruus plurium, §. fi. ff. de leg. 1. legato nu-
mero nummorum, ſi non conſtat de quibus, attenta
charitate, ac teſtatoris affectione, fit interpretatio
pro legatario, quia omnes nummi tam maiores quã
exigui, nummi proprie ſunt, & idem dicitur de alijs
iuribus, in quibus ob cõiunctionem fit lata interpre-
tatio ſecundum naturam & proprietatẽ verborum,
vt late explicat Ceph. in allegato conſ. 14. num. 22. &
ſeqq. Verum quia à propria ſignificatione verborum
non eſt recedendum, niſi cum manifeſtum eſt aliud
ſenſiſſe teſtatorem, l. non aliter, ff. de leg. 3. lata inter-
pretatio legati ob præſumptam affectionem erga le-
gatarium coniunctum fieri non debet cõtra propriã
verborum ſignificationem, vt per Cephal. in dicto lo-
co. Sed in caſu, de quo agitur, teſtator dixit, Reliquit
61 omnia petia terræ, quæ habet in Villa Ceglioli, † Et
dum per verba præſentia temporis legauit, de futuris
non videtur actum, ſecundum propriam ſignificatio
nem verborum, l. ſi ſeruitus, ff. de ſeruit. vrban. præd.
Cepol. in tract. de ſeruit. vrban. præd. cap. 50. de Fur-
62 no. num. 22. prope finem. Et † tempus præſens ſui na-
tura non comprehẽdit futurum, l. cum ſtipulamur, &
l. ſi à colono, ff. de verbor. oblig. Ang. conſ. 260. incip.
Punctus eſt, col. 2. ver. Contrarium credo verum. Iaſ.
in d. l. cum ſtipulamur, num. 1. circa medium, verſic.
Et

Et potuit moueri, & poſt alios Menoch. in d. conſil.
97.num.70.lib. 1.Ideo legatum, de quo agitur, factu
per verba præſentis temporis, ad bona futura, poſt
teſtamentum acquiſita, non trahitur fauore coniun-
ctæ perſonę contra naturam & proprietatem verbo-
63 rum. Quinto dicitur, † quod etiam in caſibus in qui
bus fauore patris regulariter poſſet fieri lata inter-
pretatio legati, ea ceſſat, quando conſtat de contra-
ria voluntate teſtatoris, vt probat textus in d.§.Ti-
tius teſtamento,in fi. & generaliter dicitur legatum
late non interpretari etiam fauore coniunctæ perſo-
næ,quando ex aliquibus coniecturis de contraria mẽ
te teſtatoris conſtat Afflict.deci.44.nu. 24.verſ.Octa
uo tunc pro legatario. Hiero. Gab.d.conſ.98.nu.44.
verſ.Immo in hac materia. Rot. Florent.in allegata
deciſ.146.nu.20.verſic.Præterquam quod. At hic plu
res contrariæ coniecturę eliciuntur.

Prima eſt, quia teſtator expreſſit legare petia ter
rę, quæ habebat in Villa Ceglioli, quæ verba nõ com
64 prehendunt futura.† Et præſumitur teſtatorem id tã
tum voluiſſe,quod verbis expreſſit,& non aliud,l La
beo.verſic.Idem Tubero, ff.de ſupel. legat. cum alijs
per Menoch. in propoſito adductis in dicto conſ.97.
num.42. & ſeq.

Secunda quia ſi legatum non continet futura,mi-
65 nus grauatur hæres. † Et præſumitur quod teſtator
minus grauare voluerit hæredem, quam fieri poſſit,
l.Titia,§.qui in vita, l.vnum ex familia, §. ſi rem tuã,
ff.de leg.2.l.qui concubinam, §.qui in vita, & l.num-
mis, ff de leg.3.

Tertia & magis proxima præſumptio voluntatis
teſtatoris contra filiam ſumitur ex eo,quod teſtator
priuauit ipſam omni portione legitimę vel dotis ma
tris ad eam pertinente,prouiditq; vt aliud vltra bo-
na in legato expreſſa non conſequeretur, & ſi eã pri-
uauit portione, quæ ſibi debita eſſet, vel deberetur,
fortius credendum eſt noluiſſe eam lucrari poſſe bo
na, quæ ipſe teſtator in futurum acquireret, ſed vo-
luiſſe ea deuenire ad ſubſtitutos de agnatione pro
eius conſeruatione.

Quarta etiam præſumptio voluntatis contra filiã
depromitur ex eo, quod teſtator, poſtquã acquiſiuit
bona,ſuperuixit,& codicillos fecit,in quibus bonorũ
acquiſitorum nullã fecit mentionem,vt dixi ſupra in
vltimo fundamento cõtra legatariam. Accedit quin-
ta,quia bona acquiſita poſt teſtamentum, vt præſup
ponitur ſunt maximi valoris, & lõge maioris quam
eſſent alia bona, quæ teſtator poſſidebat in villa Ce-
glioli tempore teſtamenti,quo fit,vt non ſit præſumẽ
dum teſtatorẽ voluiſſe bona tam magni valoris ce-
66 dere legato,† cũ tunc ob coniunctionem fiat lata in-
terpretatio legati, qñ agitur de modico præiudicio,
ſecus ſi de magno, vt ſentit Bart.Soc. in l.ſi cognatis,
nu. 13.ante medium,ver. Pręterea ſi recte conſideren
tur,& melius Bero.in allegata q.29.circa medium.

Ex prædictis igitur apparet bona poſt teſtamentũ
acquiſita non comprehendi in legato,quamuis illud
factum ſit filio,vel alteri coniunctæ perſonæ. Quibus
non obſtant Doctores in contrarium allegati ad pro
bandum legatum factum coniuncto extendi etiã ad
67 bona acquiſita poſt teſtamentum. † Non enim ob-
ſtat Bart. in d.l.ſi cognatis, quoniam ibi loquitur in
alijs terminis,quod ſcilicet,vocatis cognatis, cõpre-
henditur ille, qui tẽpore mortis erat cognatus ratio
ne coniunctionis, & ſic loquitur ipſe de perſonis qui
bus aliquid relinquitur ſub aliqua qualitate,vt ſuffi-
ciat illam adeſſe tempore mortis. Sed aliud eſt in re-
bus legatis, vt reſpõdet Paul.de Caſtr.in d.l.ſi cogna
tis.nu.1.verſ.Et ideo teneo aliã. Neque nocet Bart.
in d.l.ſi ita legatum,nu.4.in fin. quoniam præterquã
quod ipſe non bene aperit, quid ſentiat,vt cõſiderat
Brun.in d.tract. de augment.& reb.addit. conclu.15.
nu.12.ibi non loquitur de legato facto per verba pręs
ſentis tẽporis, ſed de indefinito, quod differt, vt per
eũdem Bart. in ead.lege, nu.2.& ſeq. & Menoch.cõ-
ſil.97.nu.133.lib.1. Ex quo tunc facilius poteſt com-
prehendere futura, cum indefinita æquipolleat vni-
uerſali, vt dixi ſupra. Euitatur ẽt dictum Barth. Soc.
quoniam in l.1.ff.de reb. dub. loquitur de legato pon-
deris, in quo dicit comprehendi poſtea acquiſita, ſi
fuit relictum coniunctæ perſonæ, quod differt à quæ-
ſtione noſtra, in qua agitur de legato non ponderis,
ſed particulariũ fundorũ,inter quæ maxima conſide
ratur diuerſitatis rõ, vt dixi ſupra. In l.ſi cognatis,
loquitur de perſonis,prout loquitur Bart & ſic eadẽ
reſponſione eius auctoritas euitatur. Præterea Soc.
in d.l.ſi cognatis,verſic. Secunda limitatio; videtur
loqui de legato generali, nõ reſtricto ad tempus pręs
ſens, & quando agitur de modico præiudicio, quæ
hic non concurrunt facile ẽt euitatur auctoritas Rui.
qui loquitur de perſonis iuxta terminos quæſtionis
Bart.in d.l.ſi cognatis. nihil aũt dicit de rebus lega-
tis,nunquid poſtea acquiſita cedant legato. Hieron.
Gabr.conſ.120.lib.1.loquitur de legato omnium bo
norum immobiliũ, mobilium ac ſe mouentiũ, quod
æquipollet legato vniuerſali, in quo futura veniunt,
maxime ſtantibus coniecturis ab eo põderatis.Rim.
iun.in conſ.672.num.51.lib.6.licet id ſimpliciter di-
cat, inferius tamen num.52.& ſeq.diſſentit, maxime
qñ coniuncto fuerunt facta plura legata. Caſus in
quo reſpondet Menoch. conſ.142.lib.2. eſt valde di-
uerſus, vt ex eius conſilio apparet, & quia mouetur
auctoritate Barth. Soc. & aliorum ſupra adductorũ,
ſecundum terminos, in quibus ipſi loquuntur Me-
noch.intelligi debet, cum dictum Doctoris intelligi
debeat ſecundum legem vel auctoritatem quam al-
legat,iuxta doctrinam Bart.in l.non ſolum,§.libera-
tionis,ff.de lib.legat.& Dec.conſ.622.num.2. Minus
nocet Neuiz.in d.conſ.71.nu.3.quoniam ipſe loqui-
tur de legato indefinito ac generali,non reſtricto ad
tempus præſens,& mouetur auctoritate Bart.& Soc.
quibus iam fuit reſponſum. Ex quibus conſtat Do-
ctores in contrarium allegatos non obeſſe,quoniam
loquuntur in diſſimilibus terminis,& in caſu noſtro
vigent multæ rationes,ex quibus recedendum eſt ab
opinione illa, quæ habet fauore coniunctæ perſonæ
legatum plenius interpretari debere, in quibus ter-
minis Doctores in contrarium allegati non loquun
tur, merito eorum auctoritates ad deciſionem quæ-
ſtionis,de qua agitur allegari non poſſunt.

Minus nocet quintum argumentum de legato fa-
cto in recompenſationem, quod etiam futura conti-
nere dixit Bero.in locis allegatis in dicto quinto ar-
68 gumento,† quoniã Bero. mouetur auctoritate Pauli
de Caſtr.in l.ſi.§.qui in diuerſam, ff.de leg 2.nu.2.&
ſeq.qui dixit legatum referri ad tempus teſtamenti.
iuxta l.ſi ita legatum,ff.de aur.& argen. leg. quando
relinquitur gratis, ſecus ſi pro iuſto pretio, vt in d.§.
qui in diuiſam,videlicet,ſi det iuſtam æſtimationem,
quia tunc etiam poſtea acquiſita debentur,dummo-
do illorum æſtimatio offeratur, & hoc ẽt dixit Bar-
thol.Socin. in l.ſi cognatis, num.13.verſic.Præterea,
quem Bero.allegat,ſed hæc non nocent, quoniam in
terminis d.§.qui in diuiſam,ideo futura continentur
in legato, quia legatarius tenetur dare æſtimationẽ
bonorum poſtea acquiſitorum, & ſic agitur eo caſu
69 de modico præiudicio,vt dixit Socin. in d. loco.† Et
quando agitur de modico præiudicio etiã bona poſt
teſta-

Digitized by Google

teſtamētum,acquiſita cedunt legato,vt declarat Bar.
in d.l.ſi ita legatum,nu.3.ver.aut contingit,nu.4. ver.
Similem diſtinctionem, & ver.Si vero eſſet oratio in-
definita, per textum in l.fina.C.quæ res pignor.oblig.
poſſ.iuncta glo.1.Sed ſi poſſet dici teſtatorem reliquiſ
ſe bona legata in recompenſationem legitimæ ac do-
tis maternæ,quarum petitionem prohibuit, quod nō
videtur tutum, cum vigore ſtatuti Cortonenſis filia
dotata eſſet excluſa à petitione legitimæ & bonorum
matris, nihilominus quia legatum reſtrinxit ad bo-
na,quæ tunc babebat,illa quæ tunc habebat,intellige
rentur relicta animo compenſandi, non tamē in lega
to venirent bona poſt teſtamentum acquiſita, quia ſi
illa cederent legato, ageretor de magno præiudicio,
cum ſint maximi valoris, & legataria non teneretur
aliquid dare in eorum recompenſationem, prout in
terminis d.§.quin diuiſam. Et quando agitur de ma-
gno præiudicio,tunc bona poſtea acquiſita non com
prehenduntur in legato,gl.in d.l.fin.C.quæ res pign.
oblig.poſſ.Bar.in d.l.ſi ſic legatum,num.3. & 4.quem
ceteri ſequuntur, & eſt de intentione Caſtr. & Socin.
in locis in contrarium allegatis. Ex quibus conſtat,
quod ſi opinio Beroi intelligitur,ſecundum auctorita
tes,quas ipſe allegat (prout intelligi debet iuxta do-
ctrinam Bar.in d.l.non ſolum,§.liberationis,ff.de lib.
legat.)illa nullo modo obſtat,cum Caſtr.& Socin. lo-
quantur in terminis diſſimilibus,ſed ſi Bero.aliter in
telligeretur,eius opinio non ſubſiſteret, & propterea
eius auctoritas parui facienda eſſet.

Sextum obiectum, quod in legato conditionali at-
tenditur tempus expletæ conditionis, remoueri po-
teſt conſiderando, quod hic ex verbis teſtamenti con
ſtat teſtatorem habuiſſe reſpectum ad bona, quæ ha-
70 bebat tempore teſtamenti. Et quando † ex verbis te-
ſtamenti elicitur teſtatorem ſenſiſſe de tempore præ-
ſenti,tunc euentus conditionis non attenditur ſecun-
dum Pariſ.conſ.39.num.16.lib.2.quem ſequitur Me-
noch.conſil.2 t t.nume.95.lib.3. Præterea quando ſit
legatum per verba præſentis temporis etiam ſub con
ditione,ad cognoſcendum quid veniat in legato,attē
ditur tempus teſtamenti, non autem tempus adim-
pletæ conditionis,vt probat Ruin.in l.Gallus,§ inſti-
tuens,num.33.ff.de lib.& poſt. Albert. Bruo. in tract.
de augment.& diminutione monetarum in 9 parte
princ.num.5.& Socin.iun.in conſil.142.num.7.libro
2.qui dixit id procedere non ſolum, quando teſtator
vſus fuit verbis præſentis temporis, ſed etiam in du-
bio ea ratione,quia teſtator dicitur habuiſſe reſpectū
ad tempus teſtamenti circa res legatas, non autē co-
gitaſſe de futuro. Nec obſtat,quod dies legati cedat à
die purificatæ conditionis, & ad illam diem effectus
differatur, & propterea tempus illud attendi debeat
ſecundum Mant. & Rolan. in locis in contrarium al-
legatis, quoniam illud intelligitur ſolum quo ad ve-
ram & efficacem obligationem,& quoad tranſmiſſio
nem, ſed quoad quantitatem debitam,& ſolutionem
faciendam, inſpicitur omnino voluntas teſtatoris, ſi
eſt expreſſa,& vbi non eſt expreſſa,inſpicitur tempus
teſtamenti,vt dixit Soc.iun.in dicto conſil.142.nume.
7.in princip. & in fin. Quæ opinio (licet diſſentiant
Mantic.& Roland.) veriſſima videtur,quoniam intel
lectus verborum prolatorum per aliquem,ſumitur ſe
cundum tempus prolationis ipſorum verborum, &
ſecundum tempus quo diſpoſitio applicatur ad ſctū,
71 Et † ideo in teſtamentis fit interpretatio ſecundū tē-
pus mortis teſtatoris, quo tēpore eius diſpoſitio per
fectionem recipit,l.1.C.de ſacroſ.eccleſ.l.1. ff. de teſt.
§.poſteriore,Inſtit.quib.mod.teſta.infir.attamen hæc
fit habita conſideratione ad intellectum verborum
tempore conditi teſtamenti,vt bene explicat Soc.ſen.
in conſil.6.num.5.libr.1.& ante eum Goffred.in l.in-
teruenit,ff.de legat. præſtan. & Socinum ſequitur Si-
mon de Pret.de interpr.vltim.volunt.lib.4.interpr.1.
dub.9.nu.35. aſſerens quoad interpretationem & in-
tellectum verborum tempus teſtamenti eſſe inſpiciē-
dum, quo verba fuerunt prolata, quod eſt etiam de
intentione Mant.in d.lib.3.tit.11.nume.21. & hoc ea
ratione ſecundum Soc.ſen. quia interpretatio verbo-
rum non poteſt ſumi poſt actum perfectum, & ſic in-
ſpecto tempore futuro,cum diuinare non potuerit di
ſponens,quod illa ſignificatio variaretur, atque mu-
taretur,quia futurum eſt incertum, & ſoli Deo cogni
rum,ergo voluntas teſtatoris,ſua morte confirmata,
interpretatur iuxta tempus ſuæ diſpoſitionis, vt cla-
re dixit ipſe Soc. Unde cum voluerit teſtator filias le-
gatarias admitti ad bona legata in euentum mortis
Antonij hæredis ſine filijs maſculis, quoad caſum &
tempus admiſſionis filiarum attenditur tempus mor
tis Antonij,& ſic expletæ cōditionis,& ita procedunt
iura in contrarium allegata. Sed ad interpretandam
voluntatem teſtatoris,& percipiendum,quæ bona vo
luerit legare,attendi debet tempus conditi teſtamen
ti,cum vt dixi, obſeruari debeat interpretatio verbo
rum illius temporis,& non futuri,vt poſt Goffred. &
Soc.ſen.clare explicat Meno.conſ.97.nu.149.& ſeqq.
lib.1.& conſ.106.num.328.verſic.Hanc coniecturam,
& num. ſeqq. lib.2.

Nec in aliquo obſtat Vltimum argumentum. Tum
quia nos non verſamur in caſu dubio, ſed certum eſt
teſtatorem reſtrinxiſſe ſuam diſpoſitionem ad ea tan
tum bona, quæ tempore teſtamēti poſſidebat in Vil-
la Ceglioli, quo caſu clarum eſt bona futura non in-
cludi in legato. Tum etiam quia ſi res eſſet dubia, ita
72 etiam in dubio iudicādum eſſet,† quoniam in dubio
illud videtur legatum, quod eſt minus, l.nummis, ff.
de leg.3.l.apud Iulianum,vbi gloſſ.& Doctores,ff.de
73 leg.1.& not.Pariſ.conſ.58.nume.27.lib.3. † Et quod
etiam in dubio verba interpretētur, vt referantur ad
tempus teſtamēti,probatur in d.l.ſi ita, in l.vxorem,
& alijs multis adductis ſupra in prima ratione cōtra
legatarium adducta,& per Ari.Pinell.in l.2.C.de re-
ſcin.vend.in 1.par.Rubricæ,nu.23.& latius per Me-
noc.in d.conſ.97.num.137.ver.Non obſtat quintum,
cum pluribus ſeq.qui particulariter reſpondet omni
bus dictis iuribus ſupra in dicto vltimo argumento
in contrario adductis.

Alia principalis ſuboritur difficultas, ſtante quod
per mortem Antonij ſine aliquibus filijs purificatum
fuit fideicommiſſum in fauorem filiorum Domini Iu
lij, & etiam conditio adiecta pręfatis legatis relictis
filiabus teſtatoris: Numquid Dominę Angelica & Lu
cia ſorores & hæredes Antonij vltra legata eis relicta
poſſint ex perſona Antonij conſequi legitimam An-
tonio debitam in bonis patris, & etiam dotem ma-
ternam.

In qua difficultate videtur dicendum eas legiti-
74 mam conſequi poſſe, † quoniam cum filius grauatus
reſtituere hæreditatem in legitima grauari non poſ-
ſit,l.quoniam in prioribus, C.de inoffic.teſta. c.Rai-
nutius,§.dilectus filius, de teſtam.Cin. in l.ex tribus,
C.eod.titul.Bar.in l.1.§.fin.ff.de vulgar.& pup. Ruin.
conſil.58.num.8.libr.2.Bald.in l.filium quem haben-
tem,colum.10.verſic.Vlterius quæritur,C.fam.herci-
ſcun.Roland.à Vall.conſil.78.nume.2.lib.1. Michael
de Graſſ.in ſuo tracta.de ſucceſſ.in §.legitima, quæſt.
75 38.nume.2.& ſeq.qui de communi teſtatur. † Potuit
Dominus Antonius ex bonis paternis detrahere le-
gitimam,ſiue grauatus fuiſſet pure,ſiue ſub conditio-

ne,

ne,Bart,in l.Papinianus,§.meminiſſe,ff.de inoffic.te-
ſtam.Ang in l.in ratione,§.quod vulgo,ff.ad leg.Fal-
cid.& in l.cohæredi,§.cum filiæ,ff.de vulgar.& pupil.
Alex.in d.§.quod vulgo,num.9.& 10. Dec.conſ.320.
numero 4.Rimin.iun.conſil.9.num.113.& 127.& ſe-
quen.lib.1.Hieronym.Gabr.conſil.93.num.6.& ſeq.
lib.1.quæ opinio communis eſt, & per totum orbem
obſeruatur, vt per Alex.& Dec.teſtatur. Et cum eam
non detraxerit Antonius, detrahi poteſt à ſororibus
76 ipſius hæredibus, † cum legitima & Trebellianica
non detracta per filium grauatum, per eius hæredes
detrahi poſſit,l.quamquam,vbi Bal.Salic.& Corn.C.
ad leg.Falcidia.Port.Imo.conſil.9.num.7.in fi.& 8.
Burſat.conſil.19.num.37.lib.1. Et non ſolum legiti-
mam, ſed etiam dotem maternam conſequi debere
clariſſimum videtur,nam ſi dos conſiſtit in bonis ſta
bilibus, & cum ea non fuerint teſtatoris, ſed matris,
& conſequenter eiuſdem Antonij hæredis,non veni
77 unt in reſtitutione fideicómiſſi,† quoniam hæres gra
uatus nõ tenetur reſtituere fideicommiſſario ea, quæ
non fuit conſequutus ex ſubſtantia teſtatoris ac ex
eius iudicio, ſed aliunde, l. cohæredi, §. cum filiæ, ff.
de vulg.& pup.l.ſequens qõ.ff.de leg.2. Dec conſ.81.
in fi. Gozad. conſil 92. nume.2. late Mantic.de con-
iect.vlt.volunt.lib.7.tit.8.in princ. Si vero dos conſi-
78 ſtit in pecunijs, & idem videtur dicendum,† cum hæ
res etiam ſi adiuiſſet hæreditatem ſine inuẽtario,ſuũ
creditum ex bonis vniuerſali fideicómiſſo ſubiectis,
detrahere ſeu retinere poſſit, l.debitor, vbi Caſtren.
ff.ad Trebellian.& ibi Bald. Alexand.& ceteri.Grat.
conſil.160.in fi.lib.2.Socin.ſen.conſil.44.col.2.lib.3.
quæ opinio communiter approbatur, vt elicitur ex
adductis per Rolan.à Vall.conſil.65.num.13.& ſeq.
79 lib.2.& Phanu.de inuent.hære.par.7.nu.41.† qui nu
me.42.in ſpecie dixit hæredem etiam ſine inuenta-
rio deducere poſſe aduerſus fideicommiſſarium vni-
uerſalẽ dotes maternas ſibi à defuncto debitas,poſt
Dec.Alex.Alcia.Nat.& alios multos, & latius idem
in dote materna firmat Marzar.conſil.25. nume.4.
vbi alios multos allegat.

Nec intentioni dictarum mulierum obſtare vide-
tur teſtamentũ dicti Domini Ioãnis Baptiſtæ in quo
iore legati reliquit multa bona dictis mulierib.& de
clarauit,vt verbis teſtamenti vtar,præfata legata fa-
cere caſu, quo infraſcripti eius hæredes decederent
abſque filijs maſculis,ſubdens.Et ſi aduenerit caſus,
quod dictæ filiæ conſequerentur dicta legata,tali ca-
ſu ipſe teſtator voluit eas non poſſe petere alias por
tiones legitimæ vel dotis matris,& eas priuauit qua
cũque portione eiſdem contingente,quia voluit di-
cta bona eiſdem vt ſupra relicta ſufficere pro omnib.
pręfatis portionibus, quæ ad eaſdem pertinerent.
80 †Quoniam dicta legata cenſentur relicta pro portio
nibus legitimæ ac dotis matris,quæ dictis filiab.de-
berentur ex proprijs perſonis, non autem pro illis
portionibus quas ipſæ vt hæredes Antonij fratris,
ac ex eiuſdem perſona conſequi poſſent, vt firmare
videtur Ruin.conſ.58.nu.24 & ſeq.lib.2.

Verum prædictis non obſtantibus, puto dictas
Dom.Angelicam & Luciam non poſſe conſequi lega
ta eis relicta, & ex perſona Antonij fratris legitimã
ac dotem maternam, quoniã teſtator expreſſe diſpo
ſuit,quod filiæ non poſſint petere alias portiones le-
gitimæ vel dotis matris, declarans velle bona eiſdẽ
relicta ſufficere pro omnibus pręfatis portionib.quę
81 ad eas pertinerent, † & ſic in effectu legata reliquit
aĩo compẽſandi cum portionibus legitimæ, & dotis
matris,quod ſatis conſtat,dum diſpoſuit eas plus pe
tere non poſſe.Bal.in l.ſi adulta.nume.3.C.de hæred,
actio.Crau.conſ 131.nu.17.lib.1.Duran.de art.teſtan.
tit.6.de leg.caut.3.Simon de Pret.de interpr.vlt.vo-
lunt.lib.4.dub 6.nu.36.f.385. Et etiam cum declara-
uerit velle legata ſufficere pro omnibus dictis portio
nibus,quod idem importat,ac ſi mandaſſet filias de-
bere eſſe contentas legatis ipſis relictis pro omni eo,
82 quod petere poſſent pro dictis portionibus,† quo ca-
ſu animus compenſandi probatur,Pau.de Caſt.conſ.
193.nu.3.lib.2.Ruin.conſ.79.nu.1.& ſeq.lib.2.& poſt
eos Mant.de coniect.vlt.volunt.lib.10.tit.2.nu.17.cir
ca medium,& confirmatur per Ruin.conſ.60.num.6.
& ſeq.li.2.aſſerentem,quod quando aliquid relinqui
tur pro eo quod quis petere poteſt &c. idem eſt, ac ſi
dictum fuiſſet lego animo compẽſandi cum eo, quod
petere poteſt &c. & eãdem concluſionem ſequuntur
Burſ.conſ 48.nu.18 lib.1.vbi Parpal.Dec.& alios al-
legat,& Simon de Pret.in d.dubit.6.nume.38.& Me-
noch.conſ.206.nu.94.lib.2.Et quia puto hoc eſſe cla-
riſſimum,ſolum videndum eſt,numquid teſtator lega
ta reliquerit pro portionibus legitimæ & dotis ma-
tris ad filias pertinentium ex proprijs perſonis,& a-
nimo compenſandi cum eis,vel portionibus eis debi
tis ex perſona Antonij fratris vt eius hæredibus. In
qua dubitatione dico teſtatorem dixiſſe velle ſuffice-
re legata pro omnibus portionibus, quæ pertinerent
ad eas,quod verbum,Pertineret,trahitur etiam ad fu
83 turum † quia verbum præteriti imperfecti ſubiuncti
ui,trahitur etiam ad futurum,l.cum certus,ff de triti
co,vino,& oleo lega.l.ſi debitor,§.veriſimile,ff.de cõ-
trahen empt Coro.conſ.192.nu.3.lib.2.late Burſat.
alios adducens conſilio 89.numero 43.& ſeqq.lib.1.
maxime ſecundum eum,quãdo vt hic,adijcitur aliud
verbum futuri temporis,& ſic trahitur ad tempus pu
rificati fideicommiſſi per mortem Antonij ſine filijs
maſculis, in quod etiam confertur diſpoſitio teſtato-
tis reſpectu legatorum, cum illa reliquerit ſub condi
tione,ſi Antonius filius deceſſerit ſine filijs maſculis.
84 † Merito huiuſmodi diſpoſitio teſtatoris conſideran
da eſt ſecundum tempus, in quod confertur, l. Titio
cum morietur,ff.de vſufruct. Bart.& Bald. in l. quod
ſponſæ, C.de don.ante nupt. Menoch.conſ.106.num.
323.libro ſecundo.Maxime quia eſt conditionalis,&
in conditionibus tempus exiſtentis conditionis inſpi
citur,l.cum qui poſt apertum,ff.de cond.& demonſt.
l.mea res,ff.eod.tit.Crau.conſ.11.numero 9.libro 1.
& conſequenter intelligi debet teſtatorem legaſſe fi-
liabus dicta bona pro omnibus portionibus legitimę
& dotis matris,quæ tempore purificatæ conditionis,
adiectæ legato per mortem filij ſine filijs maſculis,ad
eas pertineret. Et quia eo tempore eis debentur por-
tiones legitimæ & dotis matris ex perſona fratris,cu
ius ipſæ ſunt hæredes,intelligendum eſt,etiam pro il-
lis portionibus legata fuiſſe relicta animo compen-
ſandi,Quod oſtenditur.

Primo quia Angelica & Lucia ante teſtamentũ fue
rant nuptui traditæ & dotatę à patre,de bonis patris
85 & matris cõpetẽter,prout de iure præſumitur,† quia
dos à patre conſtituta congrua præſumitur, Dec.con
ſil.505.num.4.Alexand.conſ.33 num.4.lib.4.Soc.ſen.
conſil.288.num.21.libro 2. Alciat.de præſumpt.reg.
1.præſumpt.2.Iaſ.in l.voluntatis, numero 2. C. de fi-
deicomm. Burſat.conſilio 48.numero 5.& ſequent.
libro 1. Menoch.conſilio168 numero17.libro 2. Al-
bert.Brun.in ſuo conſilio impreſſo poſt tract.de ſtat.
quod ſtant.maſc.numer.4.Et ex proprijs perſonis eis
nullum ius competebat conſequendi legitimam aut
dotem matris, quoniam filia competenter dotata à
patre per ſtatutum Ciuitatis Cortonæ excluditur ab
hæreditate patris & matris, & etiã à iure petendi le-
gitimam,

gitimam, ſen ſupplementum, quod teſtatori notum
86 fuiſſe præſumitur,† cum in Ciue præſumatur ſcientia
ſtatuti ſuæ Ciuitatis.iuxta notata in cap.1. de conſti-
tut.in 6.& in l.omnes populi,ff.de iuſtit. & iur. & per
Alex.conſ.165.num.3.lib.6.& Gozad.conſ.6. numer.
46. Et quod in teſtatore præſumatur ſcientia ſtatuti
ſuæ Ciuitatis probat Mant.de coniect.vlt.volun.libr.
5.tit.14. nume. 33. Cum igitur Angelicæ & Luciæ non
deberetur legitima,nec portio dotis maternæ ex pro
priis perſonis,ſed tātum vt hæredibus fratris eis ius
competere potuiſſet, quod teſtator cogitare potuit,
cum effectū legatorum cōtulerit in tempus poſt mor
tem Antonij, & veriſimiliter credere potuit, quod ſi
Antonius ſine filijs deceſſiſſet, ſorores ei ab inteſtato
eſſent ſucceſſuræ, dum ipſe teſtator reliquit dicta le-
gata pro omni portione legitimę et dotis matris,quę
ad dictas filias pertineret,& ſic per verba, quæ habēt
tractum in futurum, intelligi debent de portione ad
eas pertinēte ex perſona fratris,cum enim in alia por
87 tione verificari non valeat diſpoſitio, † quæ non po-
teſt niſi in vno verificari, ad illud de neceſſitate refer-
tur,l.fundus qui locatus,ff.de fund. inſtruct. Cephal.
88 conſ.556.nume.10.& ſeq.lib.4.†Et ideo dicitur,quod
licet verba generalia renunciationis non trahantur
ad ius de futuro,l. quod Seruius, vbi not.ff. de cond.
ob cauſ.l.Paulo Callimacho, §.primo, ff.de leg.3.ta-
men clauſula generalis refertur etiam ad ius futurū,
quando nulla alia ſuberat cauſa, ad quam referri poſ
ſet, Bal.in l.qui Romæ, §.duo fratres,ff.de verborum
obligat. Alexan.conſ.68.num.7.lib.5. Simon de Pret.
de interpe.vltim.volunt.lib.4.dubit.10. num.88. cir-
89 ca medium,fol.417. † Prout etiam licet generalis re-
nunciatio non referatur ad legitimam,niſi de ea ſit fa
cta ſpecifica mentio,l.ſi quando,§.& generaliter,C.de
inoffic. teſtam. tamen quando renunciatio non po-
teſt in alio verificari quam in legitima, tunc eam cō-
prehendit,ac ſi nominatim ei renunciatum fuiſſet,vt
probat Socin.iunior conſilio 136.num.17.& ſeq.mul
tis, libro 1. quem ſequitur Tiraquel. de lege connub.
gloſ.7.numero 144 & Franc.Becci.conſil.34 num.14.
& bene facit Bald.in l.liberti libertæque,num.34.ver
90 ſicu.ſi autē teſtator,C.de oper.liber. † qui dixit quod
ſi filia cedit omnia iura,quę habet ſuper bonis patris,
non intelligitur cedere ius dotis maternæ, ſi ius ali-
quod habebat ſuper bonis patris,ad quod referri poſ
ſet renunciatio, ſed ſi non habebat aliud ius,tunc in-
telligitur cedere ius dotis maternæ,quamuis non ſit
ex bonis patris, & Baldum ſequitur Mantic. in dicto
tractat.libro 10.tit.2.num.25. verſic. Nam ſimiliter.
91 Ad quod bene facit, quia † quando verba teſtatoris
non poſſunt proprie in aliquo verificari, tunc verifi-
cantur etiam improprie, l.quibus dieb. §. Dominus,
vbi Soc.in quarto not. ff.de condit. & demonſtr. Im-
mo etiam impropriiſſime accipiuntur, ne ſint ſuper-
flua,l.cum filio,vbi Raphael Cuman. ff.de lega.3 Al-
ciat.conſil.75.nume.8.libro 9. Mant.de coniectur.vl-
92 tim.volunt.lib.3. tit.6. num.1. in fine † Et quod quan
do diſpoſitio in vno tantum poteſt verificari, tunc il-
lud contineat, licet aliàs non contineret, ſi ad aliud
poſſet referri, late probat Tiraquell. in dicta gloſſ.7.
numer.128.& ſeqq.multis. Cum igitur diſpoſitio te-
93 ſtatoris non poſſit in alia portione verificari, † in-
telligi debet de legitima & dote materna,quam eius
filiæ petere poſſent poſt mortem Antonii fratris ea
eius perſona, æquè ac ſi expreſſe teſtator reliquiſſet
dicta bona ꝓ portione legitimæ & dotis matris, quæ
ad eas pertineret,vt hæredes fratris ex eiuſdem per-
94 ſona, quia † diſpoſitio generalis, quæ ſolum poteſt
verificari in vna ſpecie, cenſetur eſſe ſpecialis, Natt.
conſil.3?4.num.2.& conſil.446.nu.6. lib.2. Et relatio
facta ad aliquod, quod ad vnum tantum referri po-
teſt, perinde eſt, ac ſi expreſſe ad illud facta eſſet. Be
ro.conſ.129.num.11.lib.2. Paria enim ſunt, quod ali
quid exprimatur nominatim in ſpecie, vel quod ex-
primatur generaliter, & illud genus non verificetur
95 niſi in vna ſpecie. Iaſ.conſil.15.nume.2. lib.1. † Quæ
concluſio procedit etiam in illis caſibus, in quibus
aliquid non venit in diſpoſitione, niſi de eo fiat ſpe-
cialis mentio, quia etiam illud ſatis expreſſum dici-
tur, quod in genere diſponitur, & genus non poteſt
verificari niſi in vna ſpecie,l.2. ff.de lib. & poſth.quæ
loquitur in materia exhæredationis odioſa.Signoro.
de Homod.conſil.30.nume.6. Curt.ſen.conſil.49.nu-
me.28.in fi.& ſeq.Mantic.de coniect. vlt.volunt.lib.
7.tit.12.num.11.Crauet.conſil.795.nume.11.lib.5.&
Franc.Becc. in dicto conſ.34. num.14. qui dicit hanc
regulam eſſe communem, & alios pro ea allegat. Et
quia ſi aliter diceretur, prouiſio teſtatoris, de qua ſu
pra, redderetur ſuperflua,& fruſtratoria,cum dictis
Angelicæ & Luciæ ex propriis perſonis nulla por-
tio debeatur,ideo intelligentia,de qua ſupra, recipi
96 debet,quia † quælibet diſpoſitio etiam quantumuis
ſtricti iuris, interpretari debet vt aliquid operetur,
& ne ſuperfluè facta cenſeatur. Crauet.conſ.272.nu.
97 7.lib. 2. † Et verba numquam intelliguntur ſuper-
flua,ſi alium ſanum intellectum recipere poſſunt,l.ſi
quando,ff.de leg.1. & not. Paul.de Caſtr.conſil.222.
in princ. Verba autem, lib.2. & late Mantic.in dicto
lib.3.tit.6. num.1. Et ita in ſimilibus ſed fortioribus
terminis firmauit Sacrum Concilium Neapolitanū,
vt teſtatur Vincentius de Franchis, in deciſio. 307.
per totam. in 2.par.deciſio. illius Conſilij, & conſe-
runt notata per Ruin.conſ.79.nu.8. ver.ſecundo. re-
ſpondetur,lib.2.& Rom. conſ.32. in fin.
98 Secundo ad id dicendum moueor ex eo, † quod di
ſpoſitio teſtatoris ſemper trahitur ad cauſam magis
neceſſariam, ita vt per eam cauſæ magis neceſſariæ,
magisque vtili prouiſum dicatur. Bald.conſil.35.nu
me.2. circa medium, lib.2. per textum in l.1.§. quid
ergo,ff.de ventr.inſpic.& in l.Labeo,ff.de Carbon.e-
dict.Bart.in l.triticum,ff.de verbor. oblig. & in l.vlt.
C.de alimen.pupil.præſtan. Crauet.conſil.25. nume.
29.& conſ.149.num.12.lib.1. Rimin.iun.conſil.31.nu
me.79.lib.1. & Menoch.conſil.56. nu.29. & 31.lib.1.
conſil.133.num.7.& conſil.195.num.5.& 22.libro ſe-
cundo. Sed ſi intelligimus teſtatorem voluiſſe relin-
quere bona pro portione,quæ Luciæ & Angelicæ hæ-
redibus Antonij deberetur, per hanc diſpoſitionem
prouiſum dicitur cauſæ neceſſariæ. Sed ſi legata fuiſ-
ſent relicta pro portione filiabus debita ex propriis
perſonis, alicui neceſſariæ cauſæ prouiſum non eſſet,
quia, vt dixi, eis nihil debetur ex propriis perſonis:
ideo diſpoſitio ad cauſam illam neceſſariam referri
debet, præſertim, quia, vt dixi, conſtat teſtatorem re-
99 liquiſſe legata animo compēſandi; † & animo com-
penſandi ad id præſumitur, quod debitum neceſſa-
rium eſt. Crauet.conſil.966. nu.25. lib.5. Et regula-
riter dicitur in dubio relictum numquam cenſeri fa-
ctum animo compenſandi etiam cum debito volun-
tario, ſed ſolum cum debito neceſſario, vt per Sebaſt.
Med.in tract.de compenſat.par.1.quæſt.31. in princ.
& plene Mantic.in dicto lib.10.tit.2.num.1. & 2.qui
alios allegat.
Accedit tertio regula gloſ. in l.tale pactum, §.fin.
100 ff.de pact.per quam dicitur† illud cenſeri à teſtato
re diſpoſitum, quod veriſimiliter ſtatuiſſet, ſi de eo
fuiſſet interrogatus. Doctores in l.Titius, §.Lucius,
ff. de liber. et poſthum. Pariſ. conſil.57. numero 14.
libro

libro ſecuodo Iaſ. conſilio quarto nnmero 3. libro 1.
Et ob illam præſumptam mentem fit etiam extenſio
de caſu ad caſum. Dec. conſ.89. numero 1. verſic. Et
licet. Menoch.conſ. 339.nu.18.lib.4. & etiam de per-
ſona ad perſonam. Soc.iuo. conſil.117. numero 5. &
ſequent. lib.1. Menoch. coοſil.452. numero 25.lib.5.
Sed in caſu iſto, quatenus Antonius deceſſiſſet ſine
filijs maſculis, teſtator voluit eius bona deuenire ad
filios Domioi Iulij de teſtatoris familia, & agnatio-
ne,& eorũ filios & deſcendentes maſculos in infini-
tũ, & deficiente linea maſculina dicti Do.Iulij,inſti-
tuit pręfatas Angelicam & Luciam, ac earum filios,
quos maſculos pro conſeruatione agnationis,præſu
mitur vocaſſe,vt dixi ſupra in prima dubitatione, ip
ſisque Angelicæ, & Luciæ bona maximi valoris reli-
quit cum prohibitione, ne plus petere poſſent,quæ ſi
legata & præter ea legitimã & dotem maternam ex
perſooa fratris conſequerentur,fideicommiſſum val
de diminueretur in pręiudicium illorum de agnatio
ne:ideo dicendum eſt,quod ſi teſtator fuiſſet interro
gatus, numquid ſi eius filiæ ſuccederent Antonio,vel
let eas conſequi debere legata, & etiam legitimã &
dotem maternam debitam Antonio, veriſimiliter di
ſpoſuiſſet mulieres illas debere eſſe cõtẽtas legatis,
nec legitimam, aut dotẽ matris vltra legata cõſequi
poſſe, cum hæc interpretatio tendat in fauorem ma-
ſculorum de agnatione teſtatoris,quib.teſtator pro-
uidere voluit, & propterea hæc interpretatio eſt ſu-
101 mẽda præſertim, quia † fideicommiſſum factum fa
uore agnationis velut fauorabile late interpretatur.
Gozad.conſil. 89.num.12. in fi. Cuman. conſil. 2.no-
me.4 & 5. Cur.iun.conſil.111.num.12.verſic. Ergo in
propoſito.lib.2.Pariſ.conſ.63. num.87.lib.2. quos &
alios refert Ceph conſ.446.nu.30.& ſeqq.lib.3.

Quarto quod hæc fuerit teſtatoris intentio,perci-
pitur ex eo,quod teſtator legata reliquit filiabus ſub
conditione,ſi hæredes teſtatoris decederẽt ſine filijs.
Et ſi aduenerit caſus, quod filiæ cõſequerentur dicta
legata,tali caſu eas priuauit omni portione ipſis de-
bita,iubens dicta legata ſufficere pro omni portione
&c. Et quia legata,& prohibitio aliud petendi eſt cõ
102 ditionalis, & conditio nihil ponit in eſſe, antequã
impleatur. l. ſi quis ſub conditione dandorum de-
cem, ff. ſi quis omiſſ. cauſa teſtam. l.cedere diem. de
verborum ſignificat. Sed diſpoſitionem ſuſpendit iu
eius euentum,vel defectum, l.1.vbi Bartol. ff.de con-
dit. & demonſtr. Socin.iunior conſilio primo.nume-
ro 33. libro primo. Et ante purificationem impedit
ortum obligationis. Socin. iun.conſil.172.nume.16.
lib.2. Cephal. conſil.395. numero decimooctano, &
ſequent.lib.3. Et prohibitio petendi portiones præ-
dictas reſtricta fuit ad caſum, in quo filiæ, purificata
conditione conſequerentur dicta legata, vt denotãt
103 verba illa,tali caſu,&c.† quæ reſtringunt prohibi-
tionem & priuationem ad caſum ſupra expreſſum
mortis hæredum ſine filijs, ita vt ad alium extendi
non poſſit. Dec.conſ.336.num.2.io fine. Grat.conſil.
224.num.38.lib.1.Pariſ.conſil.92.num.11.lib.2.Cra-
uet.conſil.98.nu.6.li.1. clare conſtat,quod filiæ ante
purificationem conditionis, & ea defecta non fuiſ-
ſent impeditæ petere portiooes, quæ eis deberentur
ex proprijs perſonis. Vnde cum teſtator legata &
prohibitionem contulerit in tempore adimpletæ di-
ctæ conditionis,quo tempore filiabus ex perſona fra
tris, portiones illæ potuiſſent deberi, conſtat de illis
ſenſiſſe, nam ſi aliorum debitorum filiabus ex pro-
prijs perſonis habuiſſet rationem vel reliquiſſet le-
gata pure,vel ſimplicem prohibitionem feciſſet,non
autem ſub conditione prædicta.

Cum igitur teſtator reliquerit dictis filiabus mul
ta bona pro dictis portionibus, & cum prohibitione
104 plus petendi,debent eſſe altero contentæ.† Nã ſi le
gata agnoſcere intẽdunt, tenentur, illa agnoſcere cũ
onere ſuo, & illud adimplere, l.ſi cui legatum, ff.de
condit.& demonſt. l.Titia, §.qui in vita, iuncta gloſſa
in verb.portione, ff.de leg.ſecundo, l.vni. §.pro ſecun
do, C.de caduc.tollen. Cur.iun.conſ.199 nu.12.lib.3.
Dec.conſ.299.nu.13. Sed ſi petere intendunt portio-
nes legitimæ & dotis matris, quarum petitio fuit à
teſtatore prohibita,nõ poſſunt petere legata, ſed eis
priuantur. late Mand. de Alba conſ.17.nu.1. & ſeqq.
Soc.iun.conſ.113.nu.48. lib.1.

Quibus non obſtant allegata ſupra in contrariũ.
Verum quidem eſt legitimam ac dotem maternam
debitam Antonio non venire io reſtitutione fideicõ
miſſi, ſed hoc non nocet, quia dicimus teſtatorem re-
liquiſſe iure legati multa bona prõ dictis portionib.
animo compenſandi, et conſequenter filias legata-
rias ac hæredes fratris, non poſſe conſequi legata, le
gitimam, et dotem maternam contra expreſſam di-
ſpoſitionem teſtatoris.

105 Minus nocet † Rui.in d.conſ.58.nu.24.et ſeq.li.2.

Primo quia in caſu, in quo ipſe conſuluit, vt dicit
in principio conſilij, teſtator ſimpliciter reliquit ne-
ptibus ex filio tertiam partem hæreditatis, nec ex-
preſſit dictam tertiam partem reliquiſſe pro legiti-
ma ſeu animo cõpenſandi cum ea, & propterea ipſe
reſpondit non cenſeri relictam animo compẽſandi,
ſed hic conſtat legata fuiſſe relicta pro portione legi
timæ, ac animo compenſandi, vt dixi, ideo ceſſat diffi
106 cultas,† quia ẽt in caſibus, in quibus in dubio lega-
tum non cenſetur relictum animo cõpenſandi, aliud
dicendum eſt, quando non ſolum expreſſe, ſed etiam
tacite ex coniecturis conſtat de animo teſtatoris cõ-
penſandi. Signorol.de Homod.conſil.176. nu.3. ver-
ſic. Idem in tertio caſu. Bald. in l. quoniam nouella,
nu.9. circa finem, C. de inoffic. teſtam. Mantic.in d.
lib.10.tit.2.nu.16.

Secundo dicitur Ruinum concludere tertiam par
tem non cenſeri relictam animo compenſandi cum
eo, quod non eſſet debitum nepti ea ratione, quia in
eo ceſſat illa neceſſitas legalis, ob quam præſumitur
animus compenſandi poſt Alex. in l. huiuſmodi, §.
cum pater, numero quinto, verſico. Tertio poteſt li-
mitari, ff.de leg.1. quem Ruin. allegat. Quæ ratio po-
tius probat intentionem filiorum Domini Iulij, quo
niam in caſu, de quo agitur clarum eſt legata fuiſſe
relicta animo compenſandi cum portione legitimæ
& dotis matris, quia hoc expreſſit teſtator, & ſolum
dubitatur, de qua legitima teſtator intellexerit, &
quia filiabus ex proprijs perſonis nulla debebatur
portio legitimæ ſeu dotis maternæ, vt dixi, ſed mor-
tuo Antonio fratre ſolũ eis debebatur ex fratris per-
107 ſona vt eius hæredibus, † quia legitima, & ius illam
detrahendi ſeu petendi ad quoſcuque hæredes tranſ
mittitur. Salic.io l.ſcimus, in princ.in prima quæſtio.
C.de inoffic.teſtamen. Bald. in l.2.in vltim quæſtio.
C. eodem tit. Iaſon, in l.ſi arrogator, numero 18.ff.de
adopt. Alexand.conſilio 150. numero octauo, libro
ſecundo. Dec.conſilio 81.numero primo. verſic. Ve-
nio ad ſecundum. Bald.conſilio 432.colum.2. verſic.
Et ſi dicatur, lib. 3. Port. Imol. conſilio 9. numero
octauo. Roland. à Vall.conſilio 78. numero 6. lib.1.
Fabian.de Gioch.in repet.Authen. nouiſſima, nume
ro 268. C.de inoffi.teſtam. late Menoch.conſilio 77.
numero 8. & ſequent. lib.1. & etiam ius detrahendi
ſeu petendi dotem maternam in hæredes fuit tranſ-
latum, quia adita hæreditate omnia iura in hæredes

tranſeunt,l.com hæredes,in prin.ff.de acq.poſſ. & ibi
Doctores.Bero.conſ.177 nu.11.lib.2.Ideo cũ hac por-
tione debita Antonio,& conſequẽter Angelicæ & Lu
ciæ eius hæredib pro qua neceſſitas concurrebat,præ-
ſumendum eſt voluiſſe compenſare,non aũt cum por
tione, quæ dictis Angelicæ & Luciæ nullo modo erat
debita, & cuius reſpectu nulla neceſſitas concurrit &
hoc caſu Alex.& Rui.pro hac parte allegari poſſunt.

Tertio dicitur, quod Ruinus loqui in caſu, in quo
teſtator inſtituit hæredem Auguſtinum filium, & ca-
ſu quo Auguſtinus & Simon filius Auguſtini deceſſiſ-
ſent ſine filijs maſculis, in tertia parte ſubſtituit fi-
lias Auguſtini,& in alijs duab partibus alios teſtato
ris agnatos. Auguſtinus deceſſit ſine filijs maſculis,
inſtituta filia,& ſic euenit caſus fideicommiſſi,vt ipſe
dicit in principio conſilij, Dubitat Ruinus numquid
tertia pars relicta filiabus teſtatoris cenſeatur reli-
cta animo compenſandi cum legitima debita Augu-
ſtino eius patri,& teſtatoris filio. & nu.54. concludit
negatiue ea ratione,quia legitima non erat debita fi-
liæ Auguſtini in bonis teſtatoris, nec ex perſona pro-
pria nec ex perſona aui.

Sed hæc opinio Ruini non videtur vera,quia in ca-
ſu illo præſumitur teſtatorem reliquiſſe tertiam par-
tem hæreditatis neptibus ex Auguſtino filio animo
compenſandi cum legitima Auguſtino debita, quam
eius filias & hæredes detrahere debere veriſimiliter
cogitauit teſtator,cum veriſimiliter credere potuerit
108 filias Auguſtini futuras eſſe patris hæredes, † quia
naturale votũ parentum eſt, vt filij ſuccedant in bo-
nis eorum,l.ſcripto, in fi ff.vnd. liber.l.de emancipa-
tis,§.cum enim,C.de legitim.hæred.l.nam etſi paren
tibus,ff.de inoff.teſtam. cum alijs plene adductis per
Tib.Dec.conſ.61.nu.25.& ſeqq.lib.2.Prout in caſu il-
lo eueniſſe conſtat,cum teſtator filium hæredem inſti
tuerit, & conſequenter in caſu Ruini filiæ Auguſtini
tempore purificati fideicommiſſi,& ſic adimpletæ cõ
ditionis,ſub qua erat vocata ad tertiam partem, de
bebatur legitima ex perſona Auguſtini patris,qui il
lam in filiam hæredem tranſmiſit,vt dixi,cu qua com
pẽſari poterat tertia pars hæreditatis, & ſic ceſſabat
ratio per Ruinum in contrariũ conſiderata. Et quam
uis legitima non fuiſſet debita filiæ tempore teſtamẽ
ti,& mortis teſtatoris, ſatis eſt reperiri debitam tem
pore purificatæ conditionis, in quod confertur diſpo
ſitio teſtatoris fauore filiæ Auguſtini vocatæ ad tertiã
partem hæreditatis, vt dixi ſupra. Nec opinio Ruini
probatur per Alex.in allegato §.cum pater,nu.5. ver.
Tertio poteſt limitari,quia Alex.loquitur de legato.
puro & ſimplici,non autem de conditionali. Ex qui
bus etiam in hac ſecunda dubitatione concludo Do-
minas Angelicam & Luciam non poſſe conſequi lega
ta,legitimam,& dotem maternam.

109 Tertio principaliter dubitatur,ſtante quod † filius
grauatus ſub conditione poteſt detrahere de bonis
reſtitutioni ſubiectis legitimam & Trebellianicã iux
ta opinionem communiter approbatam in cap. Rai-
nutius,de teſtam.quam ſequuntur, & in practica ſer-
uari teſtantur,ac communem appellant Alex.in l.co-
hæredi,§.cum filiæ,num.9. ff.de vulgar.& pupill.& in
l.in ratione, §.quod vulgo, num.10. ff.ad leg. Falcid.
Dec.conſil.320.num.4. Gozad.conſil. 104.num. 24.
Ruin. conſil.84.num 4. libro 3. & poſt alios Rolan. à
Vall.conſil.25.num.9.libro 1.Riminal.iunior conſil.
9.num.113.& ſequentibus, & conſil. 75. num.14. &
ſeqq.lib.1. quæ per totum orbem obſeruatur, vt poſt
Guid. Pap.deciſ.52. & alios dixit Cephal. conſ.677.
110 num.1. libro 5. † & ius illam detrahendi tranſmit-
titur ad hæredes,l.quamquam, vbi Bal.Salic. Fulgoſ.
& ceteri,ff.ad leg.Falcid.Ruin.conſil.143.nu.12.lib.5.
Port.Imo.conſ.9 nu.8.Rol à Val. d.conſ.25.nu.8.lib.
3. Numquid Dominæ Angelica & Lucia hæredes An
tonij ex eius perſona detrahere poſſent non ſolum le
gitimam ſed etiam Trebellianicam. In qua difficulta
te omiſſis argumentis,quæ pro vtraque parte poſſent
adduci, quæ per Doctores infra allegandos referun-
tur,& concluſiue procedendo,Dico in caſu,de quo a-
gitur,Trebellianicam detrahi non poſſe.

Primo quia Antonius immiſcuit ſe hæreditati pa-
ternę,nullo confecto inuentario bonorum teſtatoris,
111 reſtitutioni ſubiectorum.† Et quando hæres graua-
tus reſtituere hæreditatem non facit inuentarium,a-
mittit ius detrahendi Trebellianicam,quam opinio-
nem tenent Cin.Gulielm.Rainer. Riccard.Mal.& Al
ber.in Auth.Sed cum teſtator,C.ad leg.Falcid.Iacob.
de Aret.Bal.Imo. & Raphael Cuman.in l.cum tale,§.
Titius,ff.de condit.& demonſt.Ang.Aret.in §.extra-
neis, num.12. in fin. Inſtit.de hæred.qualit. & differ.
qui dicit quod Florentiæ ipſo aduocante ita fuit iudi
catum.Bartol.Socin.in l.Marcellus, §.quod autem,in
vltim. quæſt. ff.ad Trebellian. qui in fine dicit, quod
ipſe hanc opinionem ſequeretur in conſulendo,& iu-
dicando. Dec. conſil.536. num.10. qui pro ea alios
multos allegat, & teſtatur hanc opinionem eſſe ma-
gis communem,ac etiam veriorem, quam magis cõ-
muniter approbari dixerunt omnes infraſcripti. Cor
ne.conſ.186.num.10. lib.3.Io.Crot.in reper.c. Rainu-
tius,de teſtam.col.104.Bertran.conſ.53.col.16.lib.1.
& conſ.75.col 1.lib 2.Pariſ.conſ.126.num.37.lib.1.&
conſ.57.num.18.lib.3. Grat.conſ.15.num.13.& conſ.
88.in prin.lib.2.Ruin.conſ.80.nu.26.lib.3. Phanu.in
trac.de in lit.iuran.par.2.cap.2 nu.25.Ant.Gabr.in
ſuis concluſ.in tit.ad Trebellian.concluſ.10.vbi num.
2.relatis Doctoribus pro hac opinione, tandem nu.
3.verſic. Amplia hanc vltimam, teſtatur eam hodie
eſſe magis communem.Viu.in ſuis comm.opinion.in
verb.hæres extraneus,nu.4.Tib. Dec.conſ.44.nu.88.
lib.3.Maluaſ.cõſ.16.nu.16 lib.1. qui omnes non ſolũ
dicunt hanc ſententiam magis communiter appro-
bari,ſed pro ea alios multos allegant.

Secundo dicitur ceſſare detractionem Trebellianicę,
quoniam Dominus Antonius hæres grauatus pẽden
te conditione percepit fructus ex bonis teſtatoris, &
112 regulariter † hæres grauatus reſtituere hæreditatẽ,
tenetur imputare in Trebellianicam fructus perce-
ptos pendente conditione ex bonis reſtitutioni ſub-
iectis,l.in fideicommiſſariam,vbi omnes, ff.ad Treb.
l.quod de bonis,§.fructus,ff.ad leg.Falc.l.mulier, §.ſi
hæres,ff.ad Trebel.cum alijs adductis per Pariſ.conſ.
25.nu.53.lib.2.Bellon.conſ.30.num.8.Cor.conſ.158.
num.6.ver.Tamen fructus,lib.3.

Et quamuis D. Antonius eſſet filius teſtatoris, &
regula prædicta limitari ſoleat in liberis primi gra-
113 dus, qui † non tenetur imputare fructus in Trebel-
lianicã,l.iubemus, C.ad Treb. nihilominus ex duob.
in caſu, de quo agitur,ceſſat diſpoſitio d.l.iubemus.
114 Primo quia textus in l.iubemus, † loquitur quan-
do filius primi gradus grauatus fuit reſtituere hære-
ditatem alteri filio, ſed quia Antonius grauatus eſt
reſtituere filijs Domini Iulij extraneis, ceſſat diſpo-
ſitio d.l.iubemus. Cum Imperator ibi in fine prohi-
buerit legem illam extendi ad alias perſonas,ſeu ca-
ſus. Et quamuis videretur maior ratio, vt filius non
imputet fructus in Trebellianicam, quando tenetur
reſtituere extraneo,quam ſi alteri filio, vt conſiderãt
aliqui, qui ab hac opinione diſſentiunt,tamen vt di-
cunt Alber in dicta l.iubemus,in fin. Cum. conſ.123.
in fin.verſic.Præterea ſecundum. Ruin.conſil.91.nu-

n.c.5.

me.5.ver. Non obſtat igitur, lib. 3.& Rol.conſ.78. nu. 11.lib.1.Hæc ratio non debet attendi.

Primo quia Imperaror expreſſe prohibuit legem illam trahi ad conſequentias.

Secundo nam quando filius rogatus eſt reſtituete alteri filio, fructus non imputantur io Trebellianicam ratione æqualitatis ſeruandæ inter filios, ac inuidiæ & diſcordiæ tollendæ, quæ facile inter eos exoriri poteſt, quæ ratio ceſſat, quando reſtitutio facienda eſt extraneo.

Tertio ſecundum Ruin.in d.conſ.91.num.5.verſic. Vel tertio poteſt dici, quod quaodo eatraneus rogatus eſt reſtituere filio, impurat ſructus in quartam, & in hoc ipſe grauatur, ideo etiam io eius fauorem fructus debeut imputari filio grauato, arg.l.eum qui, in prin.ff.de iureiurau.quę rario ceſſat inter filios ipſius teſtatoris, quouiã alter ea eis grauatos reſtituere alteri filio, non impotat fructus, & in hoc commodum ſeutit, quia ad eius commodum dicta imputatio non haberet locum, quia ſratri non imputarētur ſructus, à quo capere deberet, & eſſet bonoratus, & ſic inter ipſos fratres teſtatoris filios ſeruatur æqualitas, quoad imputationem fructuum, quæ locum non haberet inter filium & eatraneum, quia filius ſibi non imputaret, & eatrancus grauatus reſtituere filio, ſibi in Trebellianicam fructus imputare renetur. Et ita in terminis quod filius teneatur imputare fructus io Trebellianicam, quando rogatus eſt reſtituere eatraneo, firmant Cin. Rain.Franc.de Rampon. Alber.Fulgoſ. Corn. & Ioan. Petruc. de Monre Spetello.in d.l.iubemus.Aleaan.in d.l.in fideicommiſſariam, numero 2. verſicu.Sed dubium eſt, qui dicit opinionem Ciui eſſe vetiorem, & rationibus in conttarium adductis per Salic. iu d. l.iubemus, reſpondet Claud. de Seiſel. in d.l. iu fideicommiſſariam, qui dixlr opiuionem iſtam eſſe veriorem, & commuuiorem, & quod pro ea conſuluit, cui conſilio ſe ſubſcripſere plures Doctores Papienſes.Roman. conſil.232.in 3.dub.Cuman. conſil. 123.iu vltim.dub.Abb.couſil.79.num.1.par.1.Cattel. Cotta in ſuis memotial.in verſic. Trebellianica. Corne.conſ.321.num.21.verſic.Sio autem, lib.3.vbi dicit, quod ita Romæ fuit obrentum. Pariſ.couſ.25. uu.57. lib.2. Et eam dicit magis communiter approbari in couſil.93.uum.55.lib.2. & conſ.21.uum.55.& conſil. 27.num.19.lib 3. Et eamdem opinionem communiorem eſſe teſtaotur etiam Rolan. à Vall. conſil.78. uu. 21.libro 2. qoi etiam rationibus Saliceti reſpondet. Ruin.conſil.84.col.3.verſicul.Et ex alio etiam, & conſil.91.uum.5.lib.3.Rimin.iun.conſil.23.num.337. lib. 2.Rube.Alea.conſil.2.num.26.Rip.iu reſpon.1. num. 10.iu tit.ff.ad Trebel.Tibet.Dec.conſil.120.uum.25. verſic.Item quando etiam eſſemus, lib.3. Ant. Gabr. in ſuis concluſ.in tit.ad Trebel. concluſ.12.uum.5. in 2. ampliat. vbi præter alios pro ea allegat etiam Iacob.de Rauen.Caccialup.Barbat. & Hercul.iu locis, de quibus per eum. Ea quibus conſtat ſeotentiam iſtam magis commuuiter approbari, licet aliqui ab ea diſſentiant.

115 Secundo reſpondetur, † l.inbemus locum habere, quando filius intendit detrahere vnam tantum quartam, vt iodicant verba textus ibi, reteuta quarta, dodrans reſtituatur. Sed quãdo vult detrahere legitimã & Trebellianicam, lea illa quæ uon eſt eatendēda ad conſequentias, vt diait Imperarot ibi iu fiue, non habet locum, ſed tunc filius renetur imputare ſructus in Trebellianicam, ſicut quilibet eatraneus, ea ratione, quia vbicumque filius detrahit legitimam & Trebellianicam tunc detrahit Trebellianicam tamquam extraneus, c. Rain.de teſt.Rub.Alex.in conſ.73. nu.12.& Bellon.conſ.80. nu.10.ver. Secundo reſpondeo. Et ſi eatraneus hæres, qui nullam aliã quartam detrahit, tenetur imputare fructus in Trebellianicã, multo magis filius eos imputare tenetur, quia ipſe habet legitimam, & ſic in alio eſt priuilegiatus, arg.l.eum qui, ff. de iureiu.& in l.1.cum ibi not.C.de dot.promiſ.quas rationes in terminis adducunt Crot. in l.qui Romæ, §.duos fratres, num.41.ff.de verb.oblig.Cephal.conſ. 153.uum.70.lib.2.& Rim.iun.conſ.23.num.336.lib.1. qui in terminis diaeruot fructus imputari debere in Trebellianicam filio ſicut eatraueo, quando filius vltra Trebellianicam vult retiucre etiam legitimam. Et quod fructus ſiut impotandi in Trebellianicam filio, quãdo vult detrahere duas quartas, & l.iubemus, ſolum procedat, quando vna tantum quarta detrahitur, præter Crot. Ceph.& Rim. ſupra proxime adductos, firmant Paul de Caſtr.in l.quod de bonis, §.fructus, n.4.ff.ad leg.Falc.& in l.mulier, §.cum proponeretur, n.6.ver. Dico etiam, ff.ad Treb.dicens, quod ita aliàs couſuluit, & multis placuit. Et vere ita cõſuluit in conſ.188.nu.3. lib.2. aſſerens imputari debere fructus in Trebellianicam qũ duæ quartæ detrahuntur, & non imputari, qñ vna tantum retinetur, ponderando verba tea.ibi: dodrãs reſtituatur ea ratione ſecundum eum, quia tunc Trebellianica computatur in legitimam.& idem firmat ipſe Paul. de Caſtr. in l. ſcimus, iu prin.num.9.C.de inoff.teſtam. ſubdens quod ſi eſſet iudex, ita iudicaret. Odofred.iu d. l.iubemus, prout eum refert ibi Alb.in fi. Alea.iu l.mulier, §.cum proponeretur, num.13.circa medium, ff.ad Trebel.qui dicit boc dictum uumquam tradendum eſſe obliuioni. Cum.in l.cohæredi, §.cum filio, ff.de vulg. & pupil. Et conſulendo eam ſequuntur Cum.couſil.25. prope finem, ver.credendum eſt, & conſ.52.col.fi ver. Pater etiam. Curt.ſen.couſ.51.num.27.Iaſ.couſ.231.num.8. libro 2.& conſil.43.num.28.lib.3.Cephal.conſil.153. num.68.& ſeqq. lib.2. vbi pro ea vltra alios allegat etiam Pic.Ant.Corſet.iu tract. de Ttebel.§.3.uum.3. Gozad.couſ.46.uu.22.Pariſ.conſ.27.nu.15.& ſeq.lib. 3.Aret.conſ.67.in fi.Dec.couſ.480.num.13.Rub.Alexan.conſ.73.uum.11.Tib.Dec.conſ.44.uum.87.lib.3. & Menoch conſ.164.uum.33.lib.2.& conſ.277.uum. 67.lib.3. qui dicit opinionem iſtam eſſe veriorem, & magis receptam & Francus in deciſ.Neapol.11.n.19. par.2. Et licet non ignorem Doctores multos reſpondere Trebellianicam non amitti, quamuis inuentarium non ſuerit confectum, & in ea per filium non cõputari fructus, etſi rogatus fuerit reſtituere eatraneo, & duæ quartæ detraherentur. Nihilominus in caſu iſto ſecundum prædicta concludendum eſt non ſolum quia pro bac parte Doctores magis cõmuniter cõueniunt, vt elicitur ea auctoritatib.ſupra adductis, ſed ēt quia quidquid dubitent Doctores in quolibet ex dictis articulis de per ſe in caſu, de quo quæritur, in quo non fuit confectum inuentarium, fructus, vt creditur, abſorbent Trebellianicam, & Autonius fuit rogatus reſtituere extraneis, & eius hæredes intendunt detrahere ēt legitimam, concludendum eſt Trebellianicã detrahi non poſſe pro concurrenti quãtitate valoris fructuũ perceptorũ, iuxta regulam illã, quę non proſuut ſingula, multa iuuant.de qua per gl. in l.1. in prin.in verb.legitimis, ff.de excuſat.tut. Et bene facit quod dixerunt Bal.conſ.349.iu fi.lib.3.Cur.ion.conſ. 54.n.11.lib.1.Grat.cõſ.160.n.23.& 26.lib.2.Tob.Non. conſ.44.col.2.ver.Et licet hoc.& Ant.Gab.in d.tit.ad
116 Treb concl.10.in fi. †Quod quando concurrunt prohibitio Trebellianicæ facta per teſtatorem, & omiſſio inuentarij. Licet in vtroque articulo ſeparatim conſiderato ſit inter Doctores diſcrepantia, tamen quan

do prohibitio & omiſſio inuentarij ſimul cõcurrit,ſa
cilius poteſt dici,quod Trebellianica detrahi nõ poſ
ſit, arg. Auth. Itaque,C.de ſucceſſio. Vnde dicendum
videtur in occurrenti caſu,quod licet in prædictis ar-
ticulis,ſeparatim conſideratis Doctores diſſentiant,
nihilominus quia in caſu iſto prædicta ſimul concur-
runt,Trebellianica detrahi non poſſit.Et huic conclu
117 ſioni magis adhærendum eſt, licet res eſſet † dubia,
quia in dubio tenenda eſt ea opinio, quæ eſt pro volũ
tate teſtatoris,etiam ſi ſit contra filium, l.ſi pars iudi
cantium,ff.de inoff.teſtam. Marzar.conſ.1.nu.50.Sed
ſi detraheretur Trebellianica,id fieret contra volun-
118 tatem teſtatoris;† Tum quia de iure etiam hodie de
trahitur contra voluntatem teſtatoris, ſi ea expreſſe
non fuit à teſtatore permiſſa, vt per tex.in l. Titia,ff.
ad leg.Falcid.& in c.Rainaldus,in fi.iuncta gl.de teſt.
dixerunt Rip.in l.in quartam,nu.48. ff.ad leg.Falcid.
vbi de communi teſtatur,& ibi Excellentiſſimus Do-
minus Cæſar Fiumagiolius Iuriſconſultus Peruſinus
magni nominis,in repet.nu.58.& 89. Ruin.conſ.159.
num.15.lib.3.Bero.conſ.93.num.57.lib.2. Marzar.d.
conſ.1. nu.50. Tum etiam,quia dum teſtator reliquit
legata filiab. pro omni portione, quæ ad eas pertine-
ret,& expreſſe fecit mentionem etiam de legitima,vi
detur voluiſſe,quod aliud petere non poſſent,Ideo ẽt
ſi res eſſet dubia, concludẽdum eſſet Trebellianicam
non deberi,iuxta ea quæ ſupra fuerunt dicta.

Alia & vltima dubitatio conſiſtit in cognoſcendo,
quæ portio ex bonis teſtatoris detrahi poſſit pro legi
tima, quatenus Dominæ Angelica & Lucia nollent
acceptare legata.

In qua ſimiliter concluſiue procedendo, ne multa
folia relatione argumentorum ab alijs relatorum im
pleam: dico quod ſi ipſæ non fuiſſent excluſæ à iure
petendi legitimã ex proprijs perſonis, poſſent ex per
ſona Antonij & ipſarum detrahere tãtum tertiã par-
119 tem bonorum teſtatoris.† Cũ enim ex teſtatore tres
ſuperuixerint filij, videlicet Antonius, Angelica, &
Lucia,legitima erat tertia pars inter omnes filios di-
uidenda,§.1.Auth.de trien.& ſemiſſ.Auth.nouiſſima,
vbi omnes,C.de inoff.teſt. Nulla facta ſexus differen
tia,quia in hoc numerus filiorum ita verificatur in fi
liabus feminis ſicut in maſculis ſecundum Doctores
in d.Auth. nouiſſima, & de communi teſtatur Pariſ.
120 conſ.53.nu.70.lib.3.† In qua legitima filiarum,qua
tenus eis deberetur ex proprijs perſonis,imputandæ
eſſent dotes pro eis à patre ſolutæ, l.quoniam nouel-
la,& l.omnimodo,§.imputari,C.de inoff.teſtam. Do-
ctores in l.in quartam, vbi Bart.num.10. Rip.nu.148.
Soc.iun.num.123.Curt.iun.conſ.180.num.2. libro 2.
Ang.conſ.76.nu.1.Tiraq.in l.ſi vmquã,in verb.ſuſce-
perit liberos,num.174.C.de reuocan.donat. Vaſq.in
tract.de ſucceſſ.crear.§.30.nu.156. Port.Imo. conſ.9.
121 num.10.† Ac etiam imputari deberent veſtes pre-
tioſæ,iocalia,arredium,& ſimilia data filiab. tempo-
re nuptiarum.Rip.in d.l.in quartam,num.152. Alex.
conſ.27.num.10.lib.5.Dec.conſ.628.num.5.Quæ opi
nio communis eſt, vt teſtatur Torniel. in d.l.in quar-
122 tam,† attento valore præſentis temporis,& dũmo-
do non fuerint vſu conſumptæ, vt in d.l.in quartam,
dixerunt Berengar.in 3.art.n.67.ver. Amplia primo.
Pic.nu.182. Soc.iun.nu.124. Torniel.num.98. & poſt
eos Fiumagiol.num.419.

Verum,quia,vt dixi,Angelicæ,& Luciæ ex proprijs
perſonis nulla debetur legitima, quia ab ea per ſtatu
tum fuerunt excluſæ ob ſuperexiſtẽtiam Antonii fra-
tris,& ſolum conſequi debent legitimam ex perſona
fratris,cuius ſunt hæredes. Videndum eſt, quanta ſit
legitima eis debita ex fratris perſona, & an in eam
imputari debeant dotes, & alia prædicta, quæ pater
dedit filiabus, per ſtatutũ à fratre excluſis. In qua du
bitatione reſpondendum cenſeo pro legitima detra-
123 hi poſſe ex bonis teſtatoris tertiam partem,† ex qua
detrahi debent dotes & alia prædicta per Ioannẽ Ba
ptiſtam teſtatorem tradita dictis filiabus, ſeu earum
Viris,quoniam quando ſtatutum excludit filias pro-
pter filios maſculos, ex legitima filiorum maſculorũ
detrahitur quantitas ſoluta pro femina à ſtatuto ex-
cluſa,& ſic legitima eſt tertia ſeu medietas iuxta nu-
merum filiorum, deductis ex ea dotibus filiarum te-
ſtatoris, quoniam iura ſtatuunt legitimam filiorum
eſſe trientem, ſeu ſemiſſem inter eos diuidendam, d.
Authen. nouiſſima, & §.1.Authen. de trien.& ſemiſſ.
Et quia ſtatutum non tendit ad grauandum patrem
vltra diſpoſitionem iuris communis, ſed ad inuitan-
dum maſculos ad excluſionem feminarum,& de iure
communi pater non tenetur ex ſuis bonis relinquere
filiis vltra legitimam, l.omnimodo,& l.quoniam no-
uella,C.de inoff.teſt. Sed de ceteris bonis ad libitum
diſponere poteſt, l.parentibus,vbi Bart. Caſtr.& Iaſ.
C.eo.tit. ſi in legitimam detrahendam per maſculos
non imputarentur dotes filiarũ,ſequeretur, quod pa-
ter teneretur dare filiis vltra legitimam,contra iuris
diſpõnem,quod non eſt dicendum, cũ ſtatutum id nõ
dicat,nec æquum videtur maſculos ex perſona exclu
ſarum plus petere poſſe, quam petere potuiſſent ipſæ
filiæ ſi non eſſent excluſæ; & ita in terminis, quod le-
gitima maſculorũ ſit triens, aut ſemis,iuxta eorũ nu
merum,deductis dotibus feminarũ,dixerunt Ant. de
Butr.in conſ.40.incip. In quæſtione iſta,ver. Aut ergo.
Cuman.conſ.45.in 2.dub.Fabian.de Mont. in repet.
d.Auth.nouiſſima,in 2.art.prin.in 2.q.Cor.conſ.197.
col.2.& 3.lib.1.vbi alios multos allegat.Fulgoſ.Rom.
Socin.& alii multi relati per Alber. Brun.in tract. de
ſtatut. quod ſtant maſcul.art.13.quæſt.3.num.23.&
124 ſequentibus.† Et licet in hoc variæ fuerint opinio-
nes Doctorum, & multi dixerint contrarium,aſſerẽ-
tes dotes prius detrahi debere,vt æs alienum ex om-
nibus bonis hæreditatis, & legitimam maſculorum
eſſe tertiam partem, vel medietatem reſidui bono-
rum hæreditatis, vt late probant Socin. ſenior conſil.
82. num.36. verſic. Tertia opinio fuit,libro 4. Socin.
iun.conſil.25.num.13.verſic. Tertia & vltima opinio
fuit,libro 1. Alber.Brun. in dicto artic.13.num.31. &
ſequentibus,& Hieronym.Gabr.conſil.11.num.10.&
ſequentibus, verſic. Quarta eſt, libro 1.nihilominus
in caſu iſto non videtur recedendum à dicta prima
125 opinione,† quoniam diſſentientes ab ea dicunt do-
tes feminarum non detrahi ex legitima,quando dos
à ſtatuto præſeruata feminis non ſuccedit loco legiti-
mæ, ſed quando dos ſuccedit loco legitimæ, tam ipſi
quam alii communiter admittunt dotes illas non de
trahi tamquam æs alienum, ſed ex tertia ſeu medie-
tate debita maſculis pro legitima,vt declarant Bru.
in dicto artic.13.num.35. & Hieronym.Gabriel. qui
de communi teſtatur in d.conſ.11.num.10.vbi ẽt pro
ea alios allegat.Sed in caſu,de quo agitur,dos præſer
126 uata ſuccedit loco legitimæ: quoniam† regulariter
de iure dos ſuccedit loco legitimæ, l.quoniam nouel-
la,C.de inoff.teſtam.Iaſ.in d.Auth.nouiſſima, nu.60.
Rip.in l.1.num.54.ff.ſol.matr.Afflict.deciſ.111.nu.10.
ver.Et per hoc.Alciat.de præſumpt.reg.1.præſumpt.
26.num.4.Cepli.conſ.280.num.11.lib.2. & conſ.642.
127 nume.42.libro 5.† Quæ concluſio procedit etiam
in dote præſeruata feminæ excluſæ a ſtatuto propter
maſculos,quia etiã illa loco legitimæ ſuccedit, & ita
in effectu videtur firmare Bart. in l. Titio centum, §.
Titio genero,num.6.ff de condi.& demonſt. dum lo-
quens

Google

quens de dote, debita filiæ excluſæ, dicit ſtatutum
poſſe legitimam diminuere non ſolum in quantitate,
ſed etiam in tempore, quam opinionem firmāt clare
Bal. in Auth. Res quæ, num. 17. C. com. de legat. Albet.
in l. quoniam prioribus, col. fin. verſic. Ad propoſitum
itaque redeundo, C. de inoff. teſt. Cur. ſen. qui de com
muni teſtatur conſ. 5. num. 1. & 3. Corn. conſ. 197. nu.
2. lib. 1. vbi pro eadem ſententia allegat Richar. Gu-
liel. Bal. Salic. & quamplures alios, Soc. ſen. conſil. 75.
num. 11. lib. 3. Soc. iun. conſil. 104. num. 17. lib. 5. Pariſ.
conſil. 53. num. 77. lib. 3. vbi dicit communem. Dec. con
ſil. 106. num. 3. & conſil. 505. num. 3. Grat. conſi. 21. nu.
51. lib. 1. Menoch. conſil. 327. num. 157. lib. 4. & conſ. 3.
128 num. 13. lib. 1. Capr. conſil. 76. in prin. † Et quamuis
Hieron. Gabr. in d. conſil. 11. num. 5. in fi. & 5. dixerit
opinionem iſtam veram & communem eſſe, retenta
opinione illa, vt legitima non poſſit tolli per ſtatutū,
ſed minui, ſed quia receptius eſt eam poſſe in totum
tolli, ſolum procedere, quando ſtatutum excludit do
tatam, ſed quando excludit dotatam, & nō dotatam,
ſed eam mandat dotari, tunc dotem non ſuccedere
129 loco legitimæ. † Hoc dictum euitari poteſt, quia dos
ſuccedit loco legitimæ non ſolum quando ſtatutum
excludit dotatam, ſed etiam quando diſponit, quod
non dotata debeat dotari. Bald. conſil. 184. in prin. &
num. 2. verſi. Item non obſtat, lib. 1. Salic. quem refert
& ſequitur Alex. conſil. 7. num. 5. in fin. & 6. lib. 2. Soc.
ſen. conſil. 30. num. 3. verſi. Circa tertiam, lib. 1. addit.
ad Rot. deciſ. 1. num. 10. de conſuetud. in Nouiſ. Iaſ. in
l. voluntatis, nu. 1. C. de fideicom. Ruin. conſil. 26. nu.
17. lib. 3. Alc. conſ. 4. lib. 2. num. 25. Cum. conſ. 45. in s.
dub. Ceph. conſi. 245. num. 30. & 31. lib. 2. vbi alios al-
130 legat. † Ea vero, quæ allegantur in contrarium, poſ-
ſetur procedere, quando ſtatutum ſimpliciter exclu-
dit feminam, ſiue dotetur, ſiue non. Sed quando exclu
dit dotatam, & etiam non dotatam, ſi dotetur, & ſic
ſtatutum mandat dotari feminam non dotatam, vt
ex dotatione à ſucceſſione excludatur, & tunc dos ſuc
cedit loco legitimæ, vt declarant Dec. conſil. 106. nu.
3. ver. Secundo reſpondetur. Boſſ. qui de communi te-
ſtatur in tract. cau. crim. in tit. de bonor. public. num.
3. prope finem, ver. Et quia expedit. Ceph. conſil. 578.
num. 13. lib. 4. Nec ab hac declaratione diſſentit ipſe
Hier. Gabr. in d. conſil. 11. nu. 5. Sed ſtatutum, de quo
agitur licet filiam non dotatam mandet dotari, nihi
lominus videtur eā excludere, ſi erit dotata, & ſic dos
à ſtatuto reſeruatur ad effectum excludendi filiam,
vt elicitur circa principium verſicul. Et dotatæ ab
voa & cet. Et reſpectu legitimæ ſeu ſupplementi in-
ferius clare explicat excludi filiam ſub conditione,
ſi fuerit dotata à patre, auo, vel alio aſcendente, vt
dicitur in verſic. Et ſi tales mulieres, & cap. Ideo vide
tur dicendum per ſtatutum prædictum requiri dota-
tionem in vita patris, vel poſtea ad effectum excludē
di filiam etiam à legitima, & ſic dotem ſuccedere lo-
co legitimæ, quod etiam videtur affirmandum, quo-
131 niam † omnes admittunt dotem ſuccedere loco legi
timæ, quando ſtatutum legitimā in totum non tollit,
ſed tantum eam diminuit, quod fatetur etiam Hier.
132 Gab. in d. conſi. 11. num. 2. Sed † ſtatutum prædictum
non tollit legitimam in totum, ſed illam diminuit, vt
conſtat in eius principio, ver. Et ſi tales mulieres, vbi
dr̄, quod ſi dictæ mulieres, fuerint dotatæ à patre, vel
alio aſcendēte, nihil petere poſſint ꝓ legitima ſeu ſup
plemento. Et rurſus in fine ver. Et ſi nihil relictū fue-
rit. vbi diſponitur. Quod ſi quis deceſſerit teſtatus, &
feminis nihil relictum fuerit, tunc tales mulieres ha-
bere poſſint, quod eis deberetur vigore dicti ſtatuti,
ac ſi ab inteſtato deceſſiſſet, Et nihil vltra petere poſ-

ſint ratione legitimæ bonorū ſubſidij aut ſupplemen
ti. Ex quibus ſatis conſtat ſtatuentes noluiſſe in totū
tollere legitimam filiarum, ſed tantum eas diminue-
re, & dotem ſeu aliud, quod fuerit datum, ſeu eſſet
dandum mulieri excluſæ vigore dicti ſtatuti, ſuccede
re loco legitimæ, vt in ſimili ſtatuto conſiderat Socin.
ſen. d. conſil. 30. num. 3. verſi. Circa tertiam, & num. 4.
lib. 1. Rim. ſen. conſil. 257. num. 13. lib. 5. Rot. Romana
in cauſa Romana de Lante coram Illuſtriſſimo Aldo
brandino. die 1. Februarij 1577. Merito concludendū
eſt dotes Angelicæ & Luciæ detrahi debere de legiti-
ma detrahenda ex perſona Antonij filij teſtatoris, &
huic ſententiæ in caſu iſto libēter inhæreo: tum quia
opinio iſta, vt dos filiæ excluſæ detrahatur de legiti-
ma maſculorum eſt magis æqua, ne retenta ea opinio
ne, vt dos detrahatur tamquam æs alienum, cōtingat
patrem in plus teneri pro legitima, quam de iure cō-
muni teneatur, ſcilicet ad dotes excluſarum, & legiti
mam integram nō excluſarum, vt fatetur Albe. Brun.
in d. art. 13. num. 34. in fin. Tum etiam quia hodie non
agitur de fauore Antonij filij maſculi, ſed ipſarum fi-
liarum excluſarum, quæ intēdunt habere dotes & vl-
tra eas legitimā integram ex perſona fratris. Ideo ſe
quenda eſt ea opinio vt legitima ſit tertia pars om-
nium bonorum imputatis in ea dotibus, quoniā ſta-
tutum excluſiuum feminarum conditum fuit fauore
maſculorum, & vt maſculi detrahant legitimam, nec
teneātur in ea imputare dotes, ſimiliter inducitur fa
133 uore maſculorum, vt admittūt omnes. Ideo † ceſſan-
te cauſa fauoris maſculorum ob eorum mortem, ceſ-
ſat etiam diſpoſitio eorum fauore introducta. Bald.
in l. 2. num. 1. C. qui non poſſ. ad libert. peruen. Angel.
conſil. 97. in fi. ver. Mortuis igitur. & facit textus in l.
in omnibus, ff. de regul. iur. vbi dicitur, quod in omni-
bus cauſis id obſeruatur, vt ibi perſona conditio lo-
cum facit beneficio, ibi, deficiēte ea, beneficium quo-
134 que deficiat. Quæ opinio † comprobatur ex his quæ
poſt Bald. in Authen. Sed etſi quis, nu. 18. ver. Tertius
caſus, C. de ſecun. nupt. late ſcripſit Soc. iun. conſ. 114.
nu. 23. & ſeqq. multis lib. 3. qui dixit, quod licet ſecun
dum conſuetudinē Martini, dos à patre profecta, de-
cedente filia cum liberis, retineatur per eorum patrē
pro ipſis liberis, tamen ceſſantibus liberis etiam poſt
mortem matris, non videtur, quod procedat amplius
conſuetudo, cum ceſſet eorum fauor, qui etiam ad id
probandum adducunt textum in Auth. de nupt. §. quā
infirmas. ibi, quis enim hoc ēt infringat filijs, quibus
135 videlicet ſolis hoc ſeruauimus, nō exiſtentibus. † Et
bene facit quod dicitur de conſuetudine Bulgari, quę
reſtringit legatū vſusfructus factum vxori ad alimen
ta, ſtantibus filijs eiuſdem matrimonij, iuxta ea quæ
late deducit Ant. Gabr. in ſuis concluſ. in tit. de vſufr.
concluſ. 2. in prin. Et tamen quia conſuetudo illa fuit
introducta fauore filiorum, ſi filij poſtea deceſſerint,
legatum quod ipſis viuentibus reſtringebatur ad ali-
menta mutat ſuam naturam, & importat plenum v-
ſumfructum ea ratione, quia ceſſante fauore filiorum,
ceſſat etiam conſuetudo eorum fauore introducta ſe
cundum Ang. in d. conſ. 97. col. fi. ver. Sed an mortuis
filiis. Soc. iun. qui de communi teſtatur in conſ. 94. n.
2. lib. 1. quam opinionem vt communem ſequitur etiā
Ant. Gabr. in d. concluſ. 5. in fin.

*Cum cauſa fuerit compromiſſa in ſex Auditores Ro-
tæ Florentinæ, & quattuor Aduocatos eiuſdem Ciuita-
tis, tandem die 10. Nouembris 1589. quattuor Audito-
res & duo Aduocati, ceteris diſſentientibus declarauerunt
eſſe in electione dictorum Dominarum Angelicæ & Lu-
ciæ, vtrum conſequi mallent legitimam, Trebellianicam,
& reſiduum dotis matris tantum ex perſona Antonij*

fr..ris, vel illis dimiſſis, legata eiuſdem facta in teſtamento & codicillis cum eorum acceſſibus & augmentis, non tamen poſſe conſequi vtrumque ſimul, nec vnum poſt aliud. Et laudum confirmatum fuit nomine Sereniſſimi Magni Ducis per clariſſimum Locum tenentum & Conſiliarios Reipublicæ Florentinæ die 26. Ianuarij 1590. Nec aliter declaratum fuit quæ bona ſint de acceſſibus & augmentis bonorum legatorum.

ARGVMENTVM.

Legitimatus ſeu naturalis an & quando excludat ſubſtitutum.
Cõſtitutio Pij Quarti reuocatoria facultatum legitimandi in præiudicium fideicommiſſi, quomodo intelligenda.
Remedium l. fi. C. de edict. diui Adr. toll. qñ competat ante verbalem reſtitutionem. Et numquid Trebellianica detrahi poſſit de relicto ad pias cauſas.

SVMMARIVM.

1 *Legitimatus excludit ſubſtitutum, ſi grauatus deceſſerit ſine filijs legitimis & naturalibus.*
2 *Naturalis excludit ſubſtitutum vocatum, ſi aliquis deceſſerit ſine filijs.*
Declaratur num. 49. & ſeqq.
3 *Remedium l. fi. C. de edict. diui Adri. tollen. non competit fideicommiſſario ante reſtitutionem ſaltem verbalem fideicommiſſi.*
Declaratur. num. 55. cum ſeq.
4 *Statutum Peruſinum non excludit filiam niſi habita dote.*
5 *Filius grauatus, detrahere poteſt ex hæreditate patris legitimam & Trebellianicam.*
6 *Copula, Et, inducit repetitionem præcedentium.*
7 *Dictio, Sic, ſtat illatiue ad præcedentia, & eſt relatiua præcedentium.*
8 *Repetitio inducitur ex coniecturata voluntate teſtatoris.*
9 *Grauati in dubio illi cenſentur, qui fuerunt honorati.*
10 *Grauatum ſine filijs deceſſiſſe in dubio præſumitur.*
Intellige ſi numquam filios ſuſcepit, aliàs qui dicit deceſſiſſe ſine filijs probare teneretur. nu. 11.
12 *Teſtes contra producentem plene probant.*
13 *Spurius dicitur filius natus ex muliere retẽta pro famula.*
14 *Confeſſioni factæ in precibus ſtãdum eſt contra confitentẽ.*
15 *Nothi ſunt filij ex prohibito & damnato coitu.*
16 *Naturalis quis appellari poſſit.*
17 *Subſtituto, mortuo teſtatore pendente adhuc conditione, ius quæſitum dicitur ſpe probabili.*
18 *Comes Palatinus habens poteſtatem legitimandi non poteſt legitimare in præiudicium ſubſtituti etiam pendente conditione.*
19 *Princeps non præſumitur velle nocere tertio etiam in iure ſpe tantum competente.*
20 *Clauſula ſine preiudicio venientium ab inteſtato, intelligitur ſine alicuius præiudicio.*
21 *Comes Palatinus habens poteſtatem legitimandi cum clauſula ſine præiudicio venientium ab inteſtato, non poteſt præiudicare ſubſtituto.*
22 *Clauſula, Sine præiudicio venientium ab inteſtato, præſeruat ius in ſpe ſuccedendi ex fideicommiſſo ex pacto & prouidentia in feudo & emphyteuſi.*
23 *Citatio non requiritur, quando pater facit legitimare filium.*
Intellige quoad bona, de quibus pater ad libitum diſponere poteſt. Secus reſpectu bonorum ſubiectorum fideicommiſſo. num. 24.
25 *Legitimatus à Comite Palatino non excludit ſubſtitutum non citatum, licet dubium ſit de legitimato à Principe.*
26 *Imperator non poteſt legitimare ſubditum in temporalibus Pontifici quoad bona ſita in ſtatu eccleſiaſtico ſine Pontificis conſenſu.*
Fallit quando legitimatio fuit obtenta patre petente. numero 27.
Sed contra num. 28. vbi declaratur.
29 *Legitimatus ab Imperatore non excludit Eccleſiam ſubſtitutam.*
30 *Legitimatus poſt mortem teſtatoris numquam excludit ſubſtitutum, niſi conſtet aliter quam per legitimationem legitimantem voluiſſe & potuiſſe legitimare in præiudicium ſubſtituti.*
31 *Principem beneficium conferre cum alterius iniuria non præſumitur etiam reſpectu iuris ſpe competentis.*
32 *Legitimatio non præiudicat ſubſtituto non citato cuius Princeps non habuit ſcientiam.*
33 *Legitimatio facta à Principe ſubſtituto non præſata ſubſiſtit, ſi in precibus fuit facta mentio fideicommiſſi, Et conſtat aliter quam per legitimationem Principem voluiſſe præiudicare ſubſtituto.*
34 *Legitimatio ſecunda, non facta mentione primæ, velut ſubreptitia corruit.*
Sed contra num. 35.
Prima tamen opinio procedit, quando ſecunda eſt plenior prima. num. 36. cum ſeq.
37 *Habilitatus pro certa parte, ſi petit ſe in totum habilitari, non facta mentione de prima gratia, non valet ſecunda.*
38 *Princeps non præſumitur voluiſſe facere in genere, quod in ſpecie facere non potuiſſet, vel veriſimiliter non feciſſet.*
39 *Legitimationes in præiudicium fideicommiſſorum annullantur per conſtitutionem Pij Quarti.*
40 *Bulla Pij Quarti reuocatoria legitimationum & facultatum legitimãdi in præiudicium fideicommiſſi, in quibus caſibus loquatur cum ſeqq. multis.*
41 *Verba generalia extenduntur ad omnes caſus, & ſi in vno militaret maior ratio quam in alio.*
42 *Subſtitutum excludere per legitimationem, cui pendente conditione competit ius ſpe probabili, eſt iniuſtum.*
43 *Legitimatio per reſcriptum appellatur odioſa, & eſt contra ius.*
44 *Ius competens ſubſtituto etiam pendente conditione, mortuo iam teſtatore, ab eo de iure auferri non poteſt.*
45 *Intellectus ille in dubio recipitur, qui minus deuiat à iure communi.*
Et qui magis innititur æquitati.
46 *Præfatio & verba in ea appoſita declarant mentem diſponentis.*
47 *Spurij nomen in genere omnes in vniuerſum comprehendit, qui non iuſte, vel ex coitu non approbato à lege nati ſunt, Et ſic etiam naturales.*
48 *Dictio, Quibuſcumque, eſt vniuerſalis, nec aliquem excludit, comprehenditque omnem ſignificationem verbi, cui adiicitur, etiam ſi ſit impropriiſſima.*
49 *Naturalis an excludat ſubſtitutum, percipitur ex voluntate teſtatoris.*
50 *Naturalis ille excludit ſubſtitutũ, qui eſt proprie naturalis, natus ex concubina, & eſt ſucceſſionis capax cũ ſeq.*
51 *Spurius non excludit ſubſtitutum.*
Nec eſt ſucceſſionis capax. num. 52.
53 *Naturalis in diſpoſitione legis accipitur tantum ille, qui natus eſt ex concubina.*
54 *Naturalis non excludit ſubſtitutũ, ſi non fuit expreſſe poſitus*

ſitus

ſitus in conditione, ſed prætendit ſe poſitum in conditione ſubintellecta.

Nec quando fuit ſubſtituta Eccleſia.num.55.

56 *Fideicommiſſario vniuerſali competit vtile remedium l.fi. C.de edict. diui Adr.toll. quando ei fuit facta reſtitutio verbalis.*

Vel ſi in aliquo caſu habetur pro facta, quia iura & actiones tranſeunt ipſo iure in fideicommiſſarium.nu.57.

Et attenta æquitate canonica.nu.59.

58 *Eccleſiæ fauore in eam tranſeunt iura & actiones abſque aliqua reſtitutione fideicommiſſi.*

60 *Hæres ſeu fideicommiſſarius ex remedio l.fi. C.de edict.diui Adrian.tollen.debet immitti in poſſeſſionem omnium bonorum, quæ defunctus poſſidebat tempore mortis.*

61 *Grauatus tenetur reſtituere etiam portionem, quam acquiſiuit per mortem fratris vigore reciprocæ ſubſtitutionis.*

62 *Filius grauatus reſtituere hæreditatem, ſi aliquid alienauit, illud cenſetur elegiſſe pro ſua legitima, & in eam imputare tenetur.*

Amplia etiam ipſa filio inuito.num.63.

Et eo caſu tenetur imputare pretium bonorum alienatorum.num.64.

Videlicet verum valorem, ſi minoris vendidit.num.65.

66 *Trebellianica non detrahitur de relicto ad pias cauſas.*

Amplia etiam in filijs, qui illam detrahere non poſſunt aduerſus piam cauſam.num.68.

Limitatur quando reſtitutio fit mediate.nu.69.

Sublimitatur quod detrahitur pendente conditione, ſed ea purificata fauore piæ cauſæ, tunc portio retenta pro Trebellianica reſtituitur.num.70.

67 *Filius grauatus reſtituere hæreditatem, poteſt detrahere legitimam etiam aduerſus piam cauſam.*

CONSILIVM LXIV.

MONIALES Monaſterij Diuæ Catharinæ Ciuitatis Peruſiæ, agentes cõtra Dominum Aſcanium Domini Franciſci Peruſinum occaſione fideicommiſſi facti per Ser Simonem patrem dicti Domini Franciſci, ſuccumbere debere ex infraſcriptis dubitatur.

Primo quia Moniales prædictæ non poſſunt prætendere fuiſſe ad fideicommiſſum vocatæ niſi ſub ea conditione, ſi Dominus Franciſcus deceſſiſſet ſine liberis legitimis & naturalibus. Verũ quia Dominus Franciſcus deceſſit, ſuperſtite Domino Aſcanio ipſius filio naturali legitimato à Comite Palatino auctoritate Apoſtolica, & ab Imperatore, conditio defe-
1 cit, † Cum legitimatus excludat ſubſtitutũ ſub ea conditione, Si quis deceſſerit ſine filijs legitimis & naturalibus, Siue legitimatus ſit per ſubſequens matrimonium, quod omnes admittũt, ſiue per reſcriptum iuxta opinionem magis communiter receptam Io.And. in addit.ad Specul. in tit. de ſucceſſ.ab inteſtat. §.fin. in addit.in littera x.in fin. Alb.in l.generaliter, §.cum autem, num.6. C.de inſtitut.& ſubſtitut.vbi Alexan. et ceteri communiter. Anton. de Butr.in cap.per venerabilem, num.17.prope finem, verſic. Alius eſt effectus, quia ſi patre habente naturalem, qui fil.ſunt leg. Soc. ſen.in l.Gallus, §.ſi eius, nu.5.in 2. et 4.caſu et ibi Aret.col.4.et Alciat.num.39.ff.de lib.et poſthum.Doctores communiter in l.ex facto, §.ſi quis rogatus, el 1.ff.ad Trebel.Petr.de Anchar.conſ.225.nu.2.et ſeq. Dec.conſ.258.Pariſ.conſ.1.num.64.libro 2.late Tiraquel.in l.ſi vmquam, in verb.ſuſceperit liberos, nu.84. C.de reuocan.donat.quæ concluſio communis eſt, vt teſtantur Gozadin. conſil. 29. num. 19. Bero.conſil. 180.num.7.libro 2. Crot.conſil.144.num.35.libro 1. Rolan.à Vall.conſil.67.in princ. et conſil.83.num.19. verſicul. Non obſtat quoque, libro 3. et latius Burſat. conſ.18.num.6.et ſeqq.multis libro 1. qui alios multos pro ea allegat, et inter ceteros Dominum Bernardinum Alphanum Peruſinum Iuris Cæſarei interpretem celeberrimum, ac magni nominis Iuriſconſultum in ſuis collect.ad Bart. collect.120.in fin. ſuper l. origo, ff.de offi.quæſtor.Marzar. epitom.de fideicom. par.2.q.30.Mant.de coniect.vlt.vol.libro 11. titu.11. per totum.

Secundo quia Moniales præfatæ videntur vocatæ in eo capite ſubſtitutionis, dum teſtator dixit, Et deficientibus maſculis deſcendentibus ex dicto teſtatore ſubſtituit &c. Dominus Aſcanius filius naturalis Domini Franciſci, licet non eſſet legitimatus admittitur ad excluſionem Monialium, quoniam ſubſtitutio illa habet tacitam conditionem deficientibus maſculis deſcendentibus ex dicto teſtatore ſine filijs, l. cum auus, cum ibi notatis, ff.de condit. & demonſtr.
2 quæ deficit per ſuperexiſtentiam filij naturalis, † quia naturalis excludit ſubſtitutum vocatum ſub conditione, Si quis deceſſerit ſine filijs, l.ex facto, §.ſi quis rogatus, el 1.ff.ad Trebel.vbi Bart. & ceteri communiter. Ioan.And.in cap.Rainutius, col.6.de teſtam. Bal. & ceteri in d.§.cum autem.Abb.Fel.ac alij communiter in c.in præſentia, de probat.vbi Dec.nu.107.teſtatur illam eſſe communem, & quod durũ eſſet ab ea in practica recedere.

Tertio ſi conditio fideicommiſſi purificata eſſet in gratiam Monialium, adhuc Dominus Aſcanius videtur abſoluendus ſaltem ab obſeruatione præſentis iudicij, quoniam Moniales prædictæ egerunt reme-
3 dio l.fi.C.de edict.diui Adrian.toll. † quod remedium non competit fideicommiſſario ante reſtitutionem fideicommiſſi realem, ſeu verbalem, vt ibi not. gloſſ. Bart.num.9. Albet. num.10. Bald. num.46. Alex.quẽ de communi teſtatur, num.7. Corn.num.15. Dec.nu. 24. in fin. Iaſ. num.8. Gozad. conſil.93. num.8. Tiraquel. in tract. le mort ſeiſit. par.2. declarat. 10. nu.5. Ripa qui de communi teſtatur in l.Centurio, num.51. ff.de vulg. & pupil. quam late defendit ab impugnationibus Zuccardi Menoch. de adipiſcen. poſſeſſ. remed.4.num.166. & ſeqq. & eam ſequitur Rimin.iun. conſ.80.num.35.& ſeq.lib.1.

Quatenus vero Moniales obtinere poſſent D.Aſcanius hæres Domini Franciſci hæredis grauati retinere poteſt ex bonis olim teſtatoris.

Primo medietate omnium bonorum ex perſonã
4 Dominæ Gregoriæ ſororis teſtatoris, † cum præſupponatur eam non fuiſſe dotatã à patre, & conſequenter per ſtatutum Peruſinum numquã fuiſſe excluſam, cum ſtatutum illud non excludat filias, niſi habita dote, vt in terminis dicti ſtatuti dixit Iaſ. in conſil.105. nu.6.lib.3. Et quia prætenditur bona, de quibus agitur, fuiſſe patris Gregoriæ, & Ser Simonis teſtatoris, in ea ipſa æqualiter ſucceſſit cum Ser Simone fratre. iuxta l.maximum vitium, C.de liber.præterit.Et eius bona ſpectant ad hæredem D. Franciſci, cum ipſa in ſuo teſtamento hæredem vniuerſalem fecerit dictum Dominum Franciſcum.

Secũdo medietatem bonorum Ser Simonis ex perſona Ioannis Hieronymi alterius filij dicti teſtatoris qui fuit hæres inſtitutus in eodem teſtamento vna cũ Domino Franciſco, & poſt aditam hæreditatem deceſſit ſine filiis, ſuperſtite Domino Franciſco fratre & hærede.

Tertio ex portione recepta per Dominum Fran-
5 ciſcum vti hæredem patris, † retinere poteſt non ſo-

lum legitimam. Bart. in d. l. Papin. §. meminiſſe, ff. de
inoff. teſt. Ang. in l. in ratione, §. quod vulgo, ff. ad leg.
Falcid. Dec. conſ. 320. num. 4 Hieron. Gabr. conſ. 93.
num. 6. & ſeq. lib. 1. Sed etiam Trebellianicam, cum fi-
deicommiſſum ſit conditionale, & filius ſub conditio
ne grauatus ex bonis, vniuerſali fideicommiſſo ſubie
ctis, retinere poteſt legitimam & etiam Trebelliani-
cam, ſecũdum opinionem communiter approbatam
in cap. Rainutius, de teſtam. quam vt communem ſe-
quuntur, & in practica ſeruari teſtantur Alex. in l. co-
hæredi, §. cum filio, nu. 9. ff. de vulg. & pupil. & in d. §.
quod vulgo, num. 10. Dec. conſ. 320. nu. 4. Gozad. conſ.
504. num. 23. Ruin. conſil. 84. num. 4. lib. 3. Rol. à Vall.
conſ. 25. num. 9. lib. 1.

Ceterum re mature conſiderata, cenſeo Moniales
prædictas eſſe in ſtatu victoriæ, quoniam teſtator in-
ſtituit eius hæredes Dominum Franciſcum, & Do-
minum Ioannem Hieronymum eius filios legitimos
& naturales, & poſthumos maſculos legitimos & na-
turales. Etſi aliquis ex dictis ſuis filiis deceſſerit in
pupillari ætate, ſeu aliàs quandocumque, ſubſtituit
ſuperuiuentem, vel ſuperuiuentes ex eis, & præmor-
tui vel præmortuorũ filios maſculos legitimos & na-
turales in ſtirpes & non in capita, & ſic in infinitum
durantibus maſculis hæreditas & bona dicti teſtato-
ris deueniant. Et deficientibus maſculis deſcenden-
tibus ex dicto teſtatore, in effectu ſubſtituit Monia-
les diuæ Catherinæ, ex cuius teſtamenti ſerie conſtat
teſtatorem inſtituiſſe & ſubſtituiſſe filios & nepotes
legitimos & naturales. Et dum dixit, Et ſic in infini-
tum durantibus maſculis hæreditas & bona dicti te-
ſtatoris deueniant, intellexiſſe pariter de maſculis
6 legitimis, & naturalibus, † vt oſtendit copula, Et, quæ
repetitionem præcedentium qualitatum inducit, l.
Seia, §. Caio, ff. de fund. inſtr. glo. in §. item lapilli, In-
ſtit. de rer. diuiſ. Fulgoſ. conſ. 40. col. 5. ver. Nam con-
ditio. Bero. conſil. 32. num. 8. libro 5. Iaſ. conſil. 558.
num. 15. libro 5. Angel. Aret. in tract. de teſtam. glo.
38. Simon de Pret. de interpret. vlt. vol. libro 5. inter-
pret. 4. dubit. 5. ſolut. 2. num. 141. fol. 169. Et etiam di-
7 ctio illa, Sic, quę ſtat † illatiue ad pręcedentia tantum,
Ruin. conſil. 184. num. 6. libro 2. & eſt relatiua præce-
dentium. Bar. in l. ſi quis ſeruum, §. fi. ff. de leg. 2. Ruin.
conſil. 170. num. 2. lib. 2. Rim. iun. conſ. 515. num. 106.
lib. 5. Et ſimiliter dum incontinenti ſubiunxit, Et de-
ficientibus maſculis deſcendentibus ex dicto teſtato
re, ſubſtituit & c. intellexit de defectu eorumdem ma
ſculorum legitimorum & naturalium, quos ſupra in
infinitum ſubſtituerat: Et etiam in iſto capite ſubſti-
tutionis eadem qualitas legitimatis cenſetur repeti-
ta: Tum quia dixit, Et deficientibus maſculis, & co-
pula, Et, repetitionem inducit, vt dixi, & teſtator plu
ribus vicib. repetiit hanc qualitatem legitimatis, quę
oſtendit teſtatorem non habuiſſe rationem de illegi-
8 gitimis ſed de legitimis tantum. † Et ex coniecturata
voluntate teſtatoris repetitionem inducimus. Bart.
in l. Seia, §. Caio, ff. de ſund. inſtr. Oldrad. conſil. 141.
Capra conſ. 60. nu. 8. Anch. Regienſ. in ſuis quæſt. lib.
2. q. 53. num. 5. Tum etiam quia cum ſubſtitutio facta
de omnibus deſcendentibus maſculis in infinitum,
intelligatur de neceſſitate de legitimis, ſubſtitutio fa
cta vltimo decedenti ibi, Et deficientibus maſculis,
cenſetur facta eiſdem maſculis deſcendentibus legi-
timis, qui in infinitum ad inuicem fuerunt ſubſtitu-
9 ti, quia † in dubio illi cenſentur grauati, qui fuerunt
honorati, arg. l. ab eo, C. de fideicom. l. ſed ſi ſic, §. fin. ff.
de leg. 3. cum alijs adductis per Cephal. conſ. 529. nu.
36. & ſeqq. lib. 4. Ex hoc conſideratis verbis teſtamen
ti, ac teſtatoris voluntate, puto eſſe clariſſimum Vn-
de purificata fuit conditio fauore dictarum Monia-
lium, cum deceſſerint Dominus Ioãnes Hieronymus
& Dominus Frãciſcus, quod nec reuocatur in dubiũ,
deceſſerintque nullis relictis filijs legitimis & natura
libus, & ſic defecerint omnes maſculi deſcendẽtes ex
dicto teſtatore, prout in proceſſu plene probarũ fuit,
Et ſatis etiam probatum diceretur eos deceſſiſſe ſine
10 filijs, ſi non probatur contrarium, † cum de iure præ-
ſumatur filios non ſupereſſe, grauatumque ſine filiis
deceſſiſſe, l. ex facto, §. ſi quis autem, in fin. ff. ad Treb.
vbi Bartol. & Paul. de Caſt. Ruin. conſ. 109. nu. 37. lib.
3. qui dicit concluſionem iſtam generaliter eſſe verã,
Alexan. conſ. 20. num. 12. libro 1. Socin. iun. conſil. 64.
num. 3. lib. 4. Capic. deciſ. 159. num. 11. quæ præſum-
ptio communiter approbatur & teſtatur Bero. in c.
in præſentia, num. 348. verſic. Et in contrarium. cum
ſequen. de probat. & Dec. conſil. 655. num. 6. & poſt
alios multos concluſionem probat Maſcard. de pro-
11 bat. colum. 2. concluſ. 801. in verb. filium. † Quæ præ-
ſumptio clare in caſu iſto locum obtinet, cum nõ con
ſtet dictos Ioannes Hieronymum & Franciſcum ali-
quos habuiſſe filios legitimos & naturales, quos ſi ali
quãdo habuiſſe appareret, ceſſaret dicta præſumptio
& adhuc viuere præſumerẽtur, niſi qui prętendit gra-
uatum deceſſiſſe ſine filijs, probaret eorum mortem,
& poſt Ang. Alexan. & Hercul. in d. §. ſi quis autem,
dixit Capic. in d. deciſ. 159. num. 11. Et licet conſtet
ex Domino Frãciſco ſupereſſe Dominum Aſcanium
eius filium, ſuperexiſtentia illius non attenditur, quo
niam ipſe non eſt filius legitimus & naturalis Domi
ni Franciſci, & ſic deſcẽdens legitimus teſtatoris, qui
ſolum impedire poſſet implementum conditionis fa
uore Monialium, vt dixi, ſed eſt filius Domini Fran-
ciſci natus ex Benedicta, quæ retinebatur in domo
Domini Franciſci pro famula, & velut famula ſe ge-
rebat, & ibat per Ciuitatem, vt probant teſtes plures
à Domino Aſcanio inducti, quibus plena eſt adhiben
da fides, quia ſunt plures, l. vbi numerus, ff. de teſtib.
12 † Maxime contra Dominum Aſcanium, qui eos pro-
duxit. Roman. conſ. 104. in fin. cum alijs adductis per
Gabriel. in ſuis concluſ. in tit. de teſt. concluſ. 1. num.
14. verſic. Contrarium, & num. 11. qui ſcripſit etiam
vnicum teſtem plene probare contra producentem,
& conſequenter erat Domini Franciſci filius ſpu-
13 rius, † qualis eſt filius natus ex muliere retenta pro
famula, ſecundum Bartol. in l. fin. ff. de concub. & in
l. fin. numero 2. ff. de his quib. vt indign. Bald. con-
ſilio 506. numero primo, verſicul. Et ideo videtur,
libro 3. Palęot. de noth. & ſpur. fil. cap. 16. num. 8.
Cagnol. in l. ſi qua illuſtris, numero tertio, C. ad S. C.
Orfic. Cephal. conſilio 101. numero 59. libro primo,
& Rimin. iunior conſil. 689. num. 82. & ſequen. libro
6. Et quod ſit filius ſpurius probatur ex confeſſione
patris facta in precibus porrectis Comiti Palatino
auctoritate Apoſtolica creato, qui legitimauit dictũ
14 Dominum Aſcanium, † cui confeſſioni contra Do-
minum Aſcanium eſt ſtandum, cum ipſe inſtrumen-
tum dictę legitimationis in iudicio produxerit. iuxta
l. pretium, C. de lib. cauſ. Grammat. conſil. ciuil. 89. co
lum. 1. & poſt eum Ant. Gabr. in ſuis concluſio. in tit.
de confeſſ. concluſ. 4. num. 14. in 8. ampliat. Narra-
uit enim Dominus Frãciſcus dicto Comiti Palatino
ſe habere D. Aſcanium filium naturalem nothum &
15 illegitimum. Et † quia nothi ſunt filij nati ex prohibi-
to & damnato coitu ſecundum Ripam in l. ex facto, §.
ſi quis rogatus, el 1. num. 5. ff. ad Trebellian. Cagnol.
in dicta l. ſi qua illuſtris, num. 1. ſatis conſtat eum eſſe
filium ſpurium, nec etiam naturalem appellari poſſe,
16 † quia ille dicitur naturalis, qui natus eſt ex concubi
na

na retenta in domo indubitato affectu loco vxoris in
eadem menſa & eodem lecto cauſa procreandi libe-
ros,& ſic ex coitu de iure ciuili permiſſo,& non prohi
bito,gl.in c.niſi cum pridem,in verb.manſeres, de re-
nuncia.Ioan.Andr.in addi.ad Spec.in Rub.qui fil.ſint
legit.Rip.in d.§.ſi quis rogatus,nu.4. Ange.Aret.in §.
fin.Inſtit.de nupt. Alcia.de præſumpt.reg.2.præſum.
5.numero 4.& 5.Ruin.conſilio 88.numero 6. & ſeqq.
lib. 3.Deci.conſilio 433.numero 13. & ſequen.Rolan.
à Vall.conſ.67.numero 12. & ſequent.libro 3. & poſt
alios multos Burſat. conſilio 62.numero 5.libro 1.
Vnde cum Dominus Aſcanius eſſet filius ſpurius Do
mini Franciſci, non excludit Moniales ſubſtitutas à
præfato fideicommiſſo,vt demonſtrabitur infra in ſo
lutione eorum, quæ in contrarium fuerunt adducta.
Et quia ex prædictis videtur recte fundata intentio
Monialium,tota vis conſiſtit in remotione contrario
rum,quibus remotis, bonum ius Monialium clariſſi-
mum remanebit.

Non obſtat igitur Primum fundamentum, quod
Dominus Aſcanius velut legitimatus excludat Mo-
niales ſubſtitutas,quoniam conſideratis legitimatio
nibus,de quibus agitur, cõſtat Dominum Aſcanium
non fuiſſe taliter legitimatum, vt ſubſtitutum exclu-
dere poſſit.Et vt id clare percipi poſſit, conſiderandũ
eſt eum fuiſſe legitimatum poſt mortem Ser Simonis
teſtatoris,quo tempore, quia non agebatur de hære-
ditate viuentis,ſed Ser Simonis teſtatoris iam defun
cti,cui per fideicommiſſum ſucceditur, l.cohæredi, §.
17 cum filiæ,ff.de vulg.& pup.† Monialibus ſubſtitutis,
mortuo iam teſtatore etiam viuẽte hærede grauato,
ius quæſitum erat ſpe probabili ex cauſa de præteri-
to.Bart.in l. is poteſt, numero 12.ff.de acquir.hęred.
Pet.de Anch.conſ.428.incipi.Circa primum, verſ.Itẽ
tempore,Alex.conſi.67.num.6.ver. Nec obſtat ſecun-
dum,lib.1.& conſi.187.num.13.lib.5.Crot.conſ.60.nu
me.24.& ſeq.lib.1.Ruin.conſ.3.in fin.lib.1.conſi.106.
numero 6.libro 3.& conſ.28.numero 6. libro 5. Aret.
conſilio 164.nũme.4.colum. fin. verſ. Intelligo quan-
do. Pariſ.conſi.9.numero 32.libro 2.Socin.iun.conſil.
12.numero 6.& ſequen.libro 4.& late Rimin.iun.con
ſilio 46.numero 68. & ſeqq. libro primo, cui iuri per
prætenſas legitimationes præiudicium aliquod fa-
ctum non fuit.

Nam quantum attinet ad legitimationem prius
obtentam à Comite Palatino,qui à Summo Pontifice
habebat auctoritatem legitimandi cum clauſula,ſine
præiudicio venientium ab inteſtato,dicitur illam nul
lo modo obeſſe Monialibus ſubſtitutis.

18 Primo quia † Comes Palatinus,qui habet poteſta-
tem legitimandi,non poteſt legitimare in pręiudiciũ
ſubſtituti, cui ius quæſitum erat ſpe probabili condi-
tione pendente,Petr.de Anchar. d. conſil. 428. Deci.
conſilio 425.num.5.Alexand.conſi.67. numero 6.lib.
1.Crott.conſil.60.nume 23.& ſeqq.conſil.144.nume.
41.& ſeqq.lib 1.& latius Cephal.conſilio 186.numero
31.& ſeqq.multis,libr.2.Et licet Princeps poſſit hanc
poteſtatem concedere, hoc non nocet dictis Moniali
19 bus:Tum quia non cenſetur in dubio conceſſa,† quia
in dubio non præſumitur Principem velle nocere ter
tio etiam in iure,quod ille habet in ſpe tantum,l.2.in
fi.ibi,ideo Imperatores non facile ſolent, ff.de natal.
reſtituen.Felin.in c.cum olim,num.8.de ſent.& re iu-
dica.Tum etiam quia ex tenore priuilegij, conceſſi à
Summo Pontifice dicto Comiti Palatino, conſtat eũ
voluiſſe, vt Comes ille Palatinus non poſſet præiudi-
care tertio,cum in eo appoſuerit clauſulam,ſine præ-
20 iudicio venientium ab inteſtato,quæ † intelligitur ſi-
ne alicuius iuris præiudicio ſecũdum Ang. conſ. 264.
verſi.Ego credo,& operatur,quod Comes Palatinus,
21 † cui fuit conceſſa poteſtas legitimandi cũ dicta clau
ſula,non poſſit legitimare in præiudicium ſubſtituti,
ita vt legitimatus ab eo ſubſtitutum excludat.Ange.
conſilio 263.in princ.Alexand.dicto conſil.67. nume.
6.verſicu.Sed Papa,libro 1.& conſil.187.nume.12. in
fin.libro 5.Ruin.conſil.3.num.3.& in fi.lib.primo,Ca
pic.deciſ.22.num.3.Hieron.Gabr.conſil.22. nume.7.
22 lib. 2. qui ſubdit † clauſulam illam præſeruare ius in
ſpe ex cauſa de præterito, videlicet ſuccedendi ex fi-
deicommiſſo,ex pacto & prouidentia in feudo & em
phyteuſi,poſt Siguorol.conſil.218. Ruin. conſil.3.col.
pen.& fi.lib.1.& alios.

Secundo quia legitimatio obtenta à Comite Pala-
tino abſque eo, quod Moniales ſubſtitutæ citatæ fue-
rint,eis non nocet,nec ipſæ,per legitimatum excludũ
23 tur à fideicommiſſo, † quoniam licet quando pater
facit legitimare filium ſpurium, alij non ſint citandi,
quia hoc principaliter tangit patrẽ,qui poteſt diſpo-
nere de bonis ſuis quomodo vult,vt dixit Bartol.in l.
Gallus, §. & quid ſi tantum, numero 14. verſicul.Re-
ſpondeo quandoque,ff.de liber.& poſthum, quem ſe-
quuntur Curt.ſen.conſilio 16.numero 24.Iaſ.in d.§.&
quid ſi tantum,num.130.& ſeqq.& opinio Bartol.per
Doctores communiter approbatur, vt teſtatur Socin.
ſen.in conſil.251.num.10.verſ. Sed præmiſſis non ob-
24 ſtantibus,libr.2.† Id tamen intelligitur quoad bona
patris, de quibus ipſe ad libitum diſponere poteſt,
ſed reſpectu bonorum ſubiectorum fideicommiſſo,
quorum reſpectu pater grauatus poſt mortem teſta-
toris etiam pendente conditione, non poteſt præiudi
care ſubſtitutis,l.fin.§.ſed quia, C.com.de leg.l.peto,
25 §.fratre,ff.de legat. 2. † non ſuſtinetur legitimatio in
præiudicium ſubſtituti non citati, nec taliter legiti-
matus ſubſtitutum excludit.Petr.de Anch.d.conſilio
428.incip.Circa primum.Socin.ſen.qui hanc opinio-
nem comprobat multis fundamentis in d. conſil.251.
numero 10. verſic.ſed præmiſſis cum ſeqq.& in d.§.&
quid ſi tantum, numero 32. qui refert ita conſuluiſſe
Franciſcum de Ramponibus,Deci.conſil.85.numero
7.poſt medium,verſic.Nec huic concluſioni,& conſil.
425.numero 5.verſic. Et tali caſu, Crot. dicto conſil.
60.numero 18. & idem ſentit Iaſon in dicto §. & quid
ſi tantum,numero 133.& 134.Pariſ.conſilio 14. nume
ro 32.libro ſecundo,Barbat. Bolognin.& ceteri,quos
refert, & ſequitur Neuizan. conſilio 99.numero 20.
Alexand.conſilio 67.numero quarto,& ſeptimo,libr.
1.Cephal.dicto conſilio 186. numero 41. libro ſecun-
do,vbi dicit ita tenere Doctores magis communiter,
latius Rimin. iunior conſilio 46.numero 37. & ſeqq.
& 62.& ſequentibus,libro primo,& conſilio 222. nu-
mero 50.libro 2.Anchar.Regienſ.in ſuis quæſtion.li-
bro tertio, quæſtio.25.numero 20. & ſequent.qui de
communi teſtatur,quæ opinio fortius procedit in le-
gitimatione facta per Comitem Palatinũ, quidquid
dicendum ſit in legitimatione facta per Principem,ſe
cundum Anchar.in dicta q.25.numero 21. & Mantic.
de coniect.vltim.volunt.libro 11.titul.11.numero 11.
& ſequent. vbi alios allegat, maxime in caſu, de quo
agitur, in quo Pontifex non conceſſit Comiti Palati-
no poteſtatem legitimãdi de plenitudine poteſtatis,
& ſubſtitutis non citatis,immo reſtrinxit eius priuile
gium per illam clauſulam,ſine præiudicio veniẽtium
ab inteſtato,per quam vt dixi,oſtẽditur Pontificẽ no-
luiſſe legitimationem fieri cũ præiudicio tertij, licet
qñ Princeps conceſſit illam facultatem de plenitudi-
ne ptãtis ex certa ſcientia,et cum clauſula Etiam ſub
ſtitutis non citatis, Doctores diſſentiant, numquid
eo caſu requiratur citatio, ac cauſæ cognitio, vt per
Mantic.

Mantic. in dicto titulo, numero vndecimo, & ſeqq.
Alia vera legitimatio poſtea obtenta ab Impera-
tore nullum affert præiudicium dictis monialibus
ſubſtitutis.
26 Primo quia † Imperator nõ potuit legitimare Do-
minum Aſcanium ſubiectum in temporalibus Ponti
fici reſpectu bonorum, de quibus agitur, exiſtentium
in ſtatu Eccleſiaſtico, ſed tam quoad perſonam, quã
bona Pontifici ſubiecta legitimatio facta ab Impera-
tore ſine Pontificis conſenſu defectu poteſtatis nulla
redditur, ſecundum Bal. in l. 1. num. 6. & ſeq. C. de iur.
aureor. annul. Per. de Auch. conſ. 321. incipit. Primum
dubium in 1. quæſt. Innocent. Hoſtienſ. Ioan. Andr. &
Anton. de Butr. in cap. per venerabilem, qui fil. ſint le-
git. Alexand. conſil. 67. num. 8. lib. 1. vbi dicit ita ſe ha
bere magis communem opinionem, à qua in iudican
do non eſt recedendum. Thom. Ferrat. caut. 1. nume. 1.
Fulgoſ. conſil. 23. colum. 2. verſic. amplius, Dec. conſil.
250. num. 4. & ſeqq. & conſilio 557. num. 9. & ſequent.
Ruin. conſil. 67. num. 1. & 3. vbi dicit communem & ab
ea in iudicando non eſſe recedendum, & conſilio 77.
num. 3. libro 3. affirmans opinionem iſtam eſſe etiam
veriorem. Rot. deciſ. 1. in titu. qui fil. ſint legit. in No-
uiſ. Put. deciſ. 91. num. 2. libr. 1. vbi de communi teſta
tur, quam opinionem communem dixit etiam Socin.
iun. conſil. 100. num. 15. & ſeqq. lib. 2. Cephal. conſ. 23.
num. 77. & ſeqq. lib. 1. Bertaz. conſi. Ciuil. 43. num. 38.
lib. 1. vbi dicit hanc eſſe frequentiorem, & idem latius
conſ. 91. num. 14. cum ſequent. & conſil. 92. eodem lib.
& eam latiſſime vti veriorem & communem defen-
dit Roland. à Vall. conſil. 88. per totum libro primo,
& poſt eum Mantic. de coniect. vltim. volunt. libr. 12.
tit. 10. num. 42. & ſeqq. vbi oſtendit opinionem iſtam
27 magis communiter approbari. † Et licet Bal. in proœ-
mio, C. num. 32. & ſeqq. & in d. l. 1. Soc. ſen. conſil. 47.
numero 31. ver. Non tamen omitto, lib. 4. dicant opi-
nionem illam non procedere, quando viuente patre,
& ipſo petente fit legitimatio, ſentientes Imperato-
ris iuriſdictionem hoc reſpectu prorogari poſſe, quã
opinionem dixit Crot. conſ. 325. num. 4. & ſeq. libr. 3.
Hieronym. Gabr. conſil. 29. num. 7. verſic. Tamen, li-
bro primo. & Veral. deciſ. 74. cum tribus ſeqq. lib. 2.
28 & Put. deciſ. 222. lib. 2. † Non propterea videtur re-
cedendum à præcedenti opinione: Cum enim legiti-
matio ſit de reſeruatis Principi, nec fiat per patrem,
ſed per Principem, nihil operatur conſenſus patris,
niſi etiam adſit iuriſdictio in legitimante & propte-
rea etiam quando legitimatio fit ab Imperatore in-
ſtante patre, eo caſu nulla redditur, ſecundum Anch.
in dicto conſil. 321. colum. 2. Abb. in dicto cap. per ve-
nerabilem, colum. 3. & 7. Dec. conſil. 150. numer. 5. &
conſil. 557. num. 13. & ſeq. vbi de communi teſtatur,
Ruin. conſil. 66. numer. 3. & ſeqq. lib. 3. Imol. qui hanc
opinionem communem appellat in c. paſtoralis, nu-
mer. 5. de offic. ordin. Afflict. in cap. 1. §. naturales, co-
lum. 2. in 2. not. ſi de feud. fuer. controuer. inter dom.
& agnat. Alciat. de communi, conſil. 9. num. 7. et ſeq.
libro 5. late Iaſ. qui eam vt communem & verã oſten-
dit in conſil. 70. per totum, libro 3. & ibi Franc. Becci.
concordantes adducit, quam etiam in iſto caſu verio
rem eſſe, ac magis communiter approbatam dixerũt
Socin. iun. dicto conſ. 100. numer. 23. 25. 27. 29. & ſeq.
lib. 2. Roland. dicto conſil. 88. numero 33. & ſeqq. qui
nume. 25. dixit opinionem iſtam eſſe communem, &
ab ea non recedendum, nec in iudicando, neque in cõ
ſulendo. Mantic. dicto titul. 10. numero 42. & ſeqq. &
in eamdem opinionem inclinat Hieron. Gabr. in di-
cto conſil. 29. num. 9. affirmans omnes Doctores, qui
dicunt Imperatorem non poſſe legitimare in ſtatu
eccleſiaſtico quoad perſonas, & bona ſubiecta Eccle-
ſiæ loqui, quando fit legitimatio conſentiente patre
& filio, quia alias legitimatio non valeret, & Bertaz.
in dicto conſ. 91. nu. 17. ex quibus conſtat opinionem
iſtam eſſe magis communiter receptam. Contraria
autem opinio procedere poſſet in legitimatione fa-
cta per Imperatorem, vel habẽtem poteſtatem ab eo
extra eius territoriũ, ſed inter ſubditos, in quibus ter
minis videtur loqui Bal. ex aduerſo allegatus, prout
aduertit Dec. in conſ. 557. nume. 7. Et etiam procede-
ret, quando ageretur de bonis ſubiectis Imperatori,
ſecus quando perſonæ & bona ſunt ſubiecta Pontifi-
ci, vt declarant Roland. in d. conſ. 88. nu. 41. & Mant.
29 in d. tit. 10. num. 42. & ſeqq. † Cui opinioni in caſu no
ſtro adhærendum videtur, cum legitimatus ab Impe-
ratore velit excludere Moniales ſubſtitutas, et ſic aga
tur de præiudicio eccleſiæ ſubſtitutæ, quo caſu etiam
ſi legitimatio facta ab Imperatore ſubſiſteret, non ta
men operatur vt legitimatus ab eo, excludat eccleſiã
ſubſtitutam ſecundum Bal. in c. in præſentia, num. 35.
de probat. quem ibi ſequitur Fel. num. 21. verſi. Fallit
primo, & Tiraq. de priuil. piæ cauſ. priuil. 94. qui in
ſpecie dixerunt legitimatum ab Imperatore non ex-
cludere Eccleſiam ſubſtitutam, quibus addi poſſunt
Rip. in l. ex facto, §. ſi quis rogatus, el primo, num. 46.
ff. ad Treb. Ceph. conſ. 111. num. 32. & ſeq. li. 1. Pancir.
conſ. 59. num. 72. & Burſ. conſ. 390. num. 64. lib. 4. aſſe-
rentes, quod licet regulariter legitimatus excludat
ſubſtitutum, nihilominus regula limitatur, quando
ſubſtituta fuit Eccleſia. Et quamuis Alexand. in d. §. ſi
quis rogatus, num. 7. ver. 6. fallit, & Iaſ. conſi. 39. num.
1. & 21. lib. 3. ab opinione Baldi diſſentiant, & Alexan
dri opinionem communem dixerit Rip. in d. §. ſi quis
rogatus, num. 25. aduertendum eſt, quod quæſtio duo
habet capita. Primum numquid in caſibus in quibus
regulariter naturalis excludit ſubſtitutum, ſi fuit ſub
ſtituta Eccleſia, ipſa excludatur per naturalẽ, de qua
infra ſuo loco dicetur, & de iſto primo capite tãtum
loquitur Rip. aliud eſt, numquid in caſibus in quibus
naturalis nõ excludit ſubſtitutum filius legitimatus
excludat Eccleſiam ſubſtitutam, in qua concluditur,
quod ſi filius fuit legitimatus à ſolo Imperatore, tũc
per eum Eccleſia ſubſtituta non excluditur non ſolũ
ratione dignitatis Eccleſiæ, conſiderata per Bal. & ſe-
quaces, ſed etiam quia Imperator per legitimationẽ
à ſe factam non potuit afferre aliquod præiudiciũ Ec-
cleſiæ ſubſtitutæ iuxta notata per Doctores in ca. quæ
in eccleſiarum, de conſtitut. vt etiam aduertit Mant.
in d. tit. 10. nume. 26. Et licet ipſe Mantic. dicat poſſe
forte reſpõderi, quod Eccleſia ſubſtituta excluditur,
quia intelligitur conditio defeciſſe; hæc reſponſio nõ
aduerſatur, tum quia Mantic. illam non firmat, ſed
30 loquitur per dictionem forte, tum etiam quia † num
quam legitimatus poſt mortem teſtatoris per reſcri-
ptum excludit ſubſtitutum, niſi conſtet aliter quam
per legitimationem legitimantem potuiſſe, & voluiſ-
ſe legitimare in præiudicium ſubſtituti, ſecũdum opi
nionem communem, de qua per Hieronim. Gabr. in
conſil. 21. num. 6. & ſeq. lib. 2. quam probat etiam Ber-
taz. conſil. Ciuil. 3. nu. 32. lib. 1. & latius infra demon-
ſtrabitur, & etiam ſupra fuit oſtenſum, & cõditio non
deficit per ſolam ſimplicem legitimationem, niſi etiã
qui legitimauit, voluerit, & potuerit præiudicare ſub
ſtituto. Vnde cum Imperator non poſſit præiudica-
re Eccleſiæ, veriſſima eſt opinio, quod legitimatus à
ſolo Imperatore non excludit Eccleſiam ſubſtitutã.
Et ſi declaratio Mantic. reciperetur, quando conſtat
teſtatorem ſenſiſſe etiam de filijs legitimatis, prout
ipſe loquitur, non propterea obeſſet dictis Moniali-
bus,

bus, cum in caſu iſto non conſtet Ser Simonrm reſta-
torem de eis ſenſiſſe. Nec huic opinioni aduerſantut
Ale.& Iaſ.io locis in contrariom adductis, quoniam
recte eorum dicta perpendendo, conſtat eos diſſenti-
re reſpectu generalis limitationis, quæ ex doctrina
Baldi aſſertur, vt legitimatus nõ excludat Eccleſiam
ſubſtitutã et illis caſib.in quib.regulariter ſubſtitutus
excluderetur.Sed qñ agitur de legitimatione facta ab
Imperatore tantum, nõ videtur recedendum ab opi-
ninne Baldi, q̃ eo caſu videtur vera & magis recepta.

Secundo dicitur legitimationem fuiſſe factam ab
Imperatore nulla in precibus facta mentione Monia
linm ſubſtitutarum, ipſiſque minime citatis, quo fit
vt etſi legitimatio in ſe ſit valida, tamen quoad Mo
niales ſubſtitutas Dominus Aſcanius non habeatur
31 pro legitimato, nec ipſas Moniales excIndat.† Cum
coim non ſit credendum Priocipem iuſtitiæ plenum
voluiſſe beneficium conferre cum alterius iniuria &
damuo l.2.§.ſi quid à Principe, ff.ne quid in loc. publ.
c.quamuis,de reſcri.in 6.l.nec auus,de emancip.libe.
l.quoties,C.de preci.Imper.offer.l.impuber.ff.de ad-
mi.tut.Pau.de Caſtr.conſ.178.nu.2.lib.1.Etiam reſpe
ctu iuris ſola ſpe competentis,l.2.io ſi.ff.de natal. re-
ſtir.Et vt Princeps cẽſeatur velle præiudicare iuribus
tertij, oporter illorum babere ſcientiam. Aret. con-
ſil.164.num.4.Soc.iun.conſil.99.num.4.& ſeq.libr.2.
32 † ſequitur quod legitimatio etiam à ſupremo Princi
pe obtenta,non præiudicet ſubſtitutis,quorum legiti
mãs nullam habuit ſcientiam, & quorum citatio fuit
omiſſæ,vt late probant Cepb. conſ.186.nu.31.33.34.
40.& ſeq.libr.2. & Rim.iun.conſ.46.nu.32.& ſeq.37.
33 & ſeqq.li.1.† Et licet ea opinio, quod legitimatio nõ
noceat ſubſtituto non citato,non ſit tuta,quando fuit
obtenta à Principe ſupremo,iuxta ea,quæ late dedu-
xit Mant.de coniect.vlt.volunt.lib.11.tit.11. per totũ.
Contraria opinio poſſet admitti,quando in precibus
oblatis Principi facta fuiſſet mẽtio fideicommiſſariæ
ſubſtitutionis factæ ſub ea conditione, ſi granatus de
ceſſerit ſine filijs legitimis & naturalibus, conſtaret-
que Principem, qui baber ſupremam poteſtatem,vo-
luiſſe præiudicare ſubſtituto ex plenitudine poteſta-
tis, aliàs non creditur fuiſſe intentionis præiudican-
di ſubſtituto,qui tunc per legitimatum non excIndi-
tur,vt declarat Mant.in d.tit.11.nu.3.9. verſi.Tertio.
10.& 14.vbi rationes plures & auctoritates ad id ad-
ducit, quæ intelligentia recte comprobatur per Hie-
ronym.Gabr.in conſi.21.num.6.& ſeq.libru ſecundo,
qui dixit quod ſecundum magis communem opinio
nem non ſufficit legitimatio ad excluſionem ſubſtitu
ti,niſi ſubſtitutus citatus fuerit, vel conſtet euidenter
aliũde quam per legitimationem de voluntate præiu
dicandi ea ratione,quia etſi quando petente patre ſit
legitimatio quoad ea,de quibus pater ſuo arbitrio di
ſponere poteſt, & ius in ſpe & prorſus de futuro à li-
bera poteſtate patris dependet,legitimatio etiã ſim-
plex ſufficiat,tamen quando ius,de quo agitur, eſt in
ſpe probabili ex cauſa de preterito, de quo pater di-
ſponere non poteſt, communiter receptum eſt neceſ-
ſe eſſe Principem,qui legitimat,ſcire adeſſe eos,quib.
præiudicium ſit,& velle illis præiudicare. Quare cum
nulla fuerit facta mentio in precibus de monialibus
ſubſtitutis aliterque non conſtet id ſciuiſſe Imperato
rem, minuſque ex legitimatione eliciatur Imperato-
rem fuiſſe ea intentione vt præiudicaret Monialibus
ſubſtiturts, concludendum eſt legitimationem illam
monialibus ſubſtitutis non obeſſe.

Tertio conſiderandnm eſt in caſu, de quo agitur,
Dominum Aſcanium fuiſſe legitimatum à Comite
Palatino anno 1563. cuius legitimationis vigore di-
ſpenſatus fuit,& ſuccedere poterat patri in omnibus
eius bonis fideicommiſſo non ſubiectis; Poſtea vero
anno 1574. fuit obtenta plenior legitimatio ab Impe
ratore,nulla facta mentione prioris legitimationis,
34 † quæ ſecunda legitimatio velut ſubreptitia corruit,
quia ſi fuiſſet expreſſum Imperatori,quod iam fuerat
legitimatus ſeu diſpenſatus, effectuſque babilis ſuc-
ceſſionis paternæ, vel non legitimaſſet,quia potuiſſet
dicere, ſufficiat tibi prima gratia,vel cum maiori dif
ficultate legitimaſſet, vt per plura fundamenta oſten
dit Soc.ſen.in l.Gallos,§.& quid ſi tantum,nu.8. verſ.
Quarto limita,& inter conſilia Curt.ſen.conſ.18.col.
2.ver.ſecundo principaliter cum col.ſeqq.Ruin.conſ.
80.nu.16.& ſeqq.conſ.87.nu.6.& conſ.103.nu.11. lib.
3.Rim.iun.conſ.109.nu.49.lib.2. Hier.Gabr.conſ.30.
nu.19.& ſeq.lib.1. qui alios huius ſententiæ allegant.
35 † Et huic opinioni non aduerſantur Ruin. conſ.161.
numero 16.17.31.cum ſequent.libr.2. Gozad. conſ.6.
numero 78.& ſeq.& numero 86. & Eugenius in conſ.
57.num.57.& ſeq. lib.1. qui ſcripſerunt legitimatio-
nem ſecundam valere, licet non fuerit facta mentio
primæ,quoniam quidquid dicendum ſit,quando quæ-
36 libet legitimatio eſt pleniſſima, † tamen quando ſe-
cunda eſt plenior prima,ſecũda velut ſubreptitia red
ditur nulla ex notabili doctrina Innoc. in c.veniens,
col.2.circa finem,in gloſ.in verb.mentionem, de præ-
37 ſcri. qui dixit † quod ſi quis totaliter incapax alicu-
ius rei aliquando fuit habilitatus ad certam partem
& poſtea petijt ſe ad totum habilitari, nec fecit men-
tionem de prima gratia conceſſa, non valet ſecunda,
quia præſumitur, quod ſi reſcribens habuiſſet notitiã
de prima, maiorem conſiderationem habuiſſet, & ſic
vel non ita de facili conceſſiſſet, vel repulſam dediſ-
ſet,& Innocentium ſequitur ibi Abb.nume.13. Felin.
num.2.poſt Card.ibi, & communiter approbatur, vt
teſtatur Eugeni. in dicto conſil.57.numero 6. Ex qua
cõcluſione infertur, quod ex quo Dominus Aſcanius
fuerit legitimatus à Comite Palatino cum clauſula,
ſine præiudicio venientium ab inteſtato,per quam ef
fectus fuit capax ſucceſſionis paternæ, ſed non pote-
rat excludere Moniales ſubſtitutas,ſi id fuiſſet expreſ
ſum Imperatori facile dicere potuiſſet, ſufficiat tibi
primæ gratia, & non legitimaſſet iterum in ampliſſi-
ma forma: ideo illa velut ſubreptitia redditur nulla,
& hoc caſu opinionem iſtam veriſſimam puto, a qua
nec diſſentit Eugeni.in dicto conſ.57.numer.64. Quæ
fortius procedit, ne per legitimatum ab Imperatore
excludatur Eccleſia ſubſtituta, cui cum Imperator
præiudicare non poſſit, vt dixi, non eſt præſumendum
38 quod ſi id ſciuiſſet, eis præiudicare voluiſſet, † quia
Imperator non præſumitur voluiſſe in genere, quod
facere non potuiſſet in ſpecie; Vel veriſimiliter non fe
ciſſet,l.Lucius Titius,§.Imperatores,ff ad munic.Ho-
ſtien.in c.ma nos,de decim.Bald.in l.fin. §.in compu-
tatione,in fin. C.de iur. delib. Abb.in c.à nobis,per
illum tex.de decim. cum alijs adductis per Curt. ſen.
conſ.73.num.15.

39 Præterea dicitur † legitimationes prædictas non
obeſſe ſubſtitutis, quoniam per conſtitutionem Pij
Papæ Quarti editam anno 1562.Kalendis Ianuarij,le
gitimationes omnes annullantur in præiudicium fi-
deicommiſſi, declaraturque legitimationes intelligi
debere ſine præiudicio fideicommiſſi,quæ conſtitutio
afficit omnes legitimationes tam factas auctoritate
Apoſtolica,quam ab Imperatore,vt dicitur in fine di
ctæ conſtitutionis,per quam ius dictarum monialium
ſubſtitutarum recte conſeruatum fuit.

Nec intentioni Monialium obſtat, dum Eugenius
40 in conſ.52. numer.65. & ſeqq. mult is libro 1. † dixit
con-

Digitized by Google

conſtitutionem illam Pij non infriogere legitimatio-
nes in caſibua, in quibus regulariter legitimatus ex-
cludit ſubſtitutum, ſed eas tantum quæ ſunt cõtra ius
& æquum, quales ſunt illæ, quæ fiunt io præiudicium
fideicommiſſi, per quas legitimari excluderent ſubſti
tutos etiam in caſibus, in quibus regulariter eos non
eacluſiſſent. Hæc quidem intelligentia oon videtur re
eipienda, quoniam nunquam ſimpliciter legitimatua
excludit ſubſtitutum, niſi conſtet fuiſſe legitimatum
ab eo, qui potuerit & voluerit præiudicare ſubſtituto,
& ſic niſi conſter per legitimationem fuiſſe pręiudica
tum fideicommiſſo, vt ſæpius ſupra diai. Er ideo dum
Ponriſex per verba generalia annullauit omnes legi-
timationes, per quas fieret præiudicium fideicommiſ
41 ſo † verba generalia extendunrur ad omnes caſus, e-
tiam ſi in vno militaret maior ratio quam in alio, l. r.
§. quod autem, ff. de alea, & aleator. Dec. coosil. 5. nu. 2.
Comptehendir igitur cooſtitutio Pij omnes legitima
tiones, per quas fideicommiſſo fieret præiudicium, &
ſic omnem legirimationem, per quam legitimatus po
tuiſſet excludere ſubſtitutum ſi ceſſaret Bulla, quod
oſtenditur non ſolum vi dictorum verborum genera-
linm, ſed etiam conſiderata mente Pontificis, quæ fuir
prouidere, ne vocatis ad fideicommiſſum per huiuſ-
modi legitimationes, fieret præiudicium, quæ mẽs in
quacumque legitimatione quæ non fieret ex expreſ-
ſa voluotate teſtatoris, verificatur, quoniam ſubſtitu
to poſt mortem teſtatoris quæſitum erat ius ſpe pro-
babili & conſiderabili eriam pendente conditione,
cui præiudicium fieret per omnem legitimationem,
per quam excludi poſſet, vt dixi ſupra, nec verba illa
Bullæ cootra ius & æquum repugnant, quoniam etiã
illa verificantur in quacumque legirimatione noo fa
cta ea permiſſione teſtatoris, per quam ſubſtitutua
42 excludi poſſet, † quoniam non eſt iuſtum eacludere
ſubſtirutum, cui etiam pendente conditione ius pro-
babile competit, vt diait Angel. in conſ. x63. in princ.
quem ſequitur Alc. conſ. 187. nu. 15. io fi. li. 5. Et ideo
43 † legitimatio per reſcriptum odioſa annullatur ex in
tenrione Docto. quos adducit Porc. Imol. conſil. 106.
num. 81. Eſtque eriam huiuſmodi legitimatio contra
ius, prout eam talem appellat Dec. in conſil. 453. nu.
7. ver. Er ideo. Non ſolum quia filius illegitimus, qui
de iure eſt incapax ſucceſſionis paternæ, l. 1. vbi om-
nes, C. de oatural. liber. ad eius ſucceſſionem admitti
tur, ſed etiam quia per legitimationem, quatenus tali
ter fieret, vt per eã ſubſtirurus excluderetur, ius quod
ei ſpe probabili ex cauſa de præterito competebat, au
fertur, contra regulam l. id quod noſtrum, ff. de regul.
44 iur. quæ viget etiam io caſu noſtro, † quoniã nec ius,
ſubſtituto competens mortuo teſtatore, pendẽte ad-
huc conditione, ab eo de iure auferri poteſt, vt ſcripſit
Soc. iun. cooſ. 1x. oum. 7. lib. 4. quem ſequitur Rimin.
iun. in allegato conſ. 46. oum. 73. in fin. libr. 1. & eſt de
intentione omnium, quos adduxi ſupra, ad oſtenden
dum Comitem Palarinum non poſſe legitimare in
præiudicium ſubſtituti. Nec obſtant rationes in con-
trarium adductæ per Eugeoium, quoniam t. x. 3. & 4.
facile remouentur conſiderando, quod ſimplex legiri
matio non eacludit ſubſtitutum, niſi is qui legitimat,
habens ad id auctoritatem, legitimauerit in præiudi
cium ſubſtituti, vt dixi, quo caſu legitimatio tendit in
præiudicium tertij, videlicet ſubſtituti, cui ius quæſi-
tum erat ſpe probabili, quod ab eo de iure mortuo te
ſtatore auferri oon poterat, & propterea eo caſu le-
gitimatio dicitur contra ius & ęquum. Quinta minus
nocet, nam etſi Pontifex narrauerit quandoque etiã
fieri legitimationex, per quas legirimari ſuccedunt
non obſtantibus voluntatibus teſtaturis, noo propte
rea reſtrinxit ſuam conſtitutionẽ ad illas tantum le-
girimationes, ſed generaliter annullauit omnex, per
quas tertio fieret præiudicium cootra ius & æqonm.
Sexta retorqueri poreſt io contrarium cooſiderando,
quod potius tendit contra ius, vt quis legitimetur ta-
liter, quod ſubſtitutum excludat, maxime quia eo ca-
ſu auferrur ius ſubſtituto quæſitum ſpe probabili, vt
dixi, quam quod annulletur omnis legirimatio facta
mortuo teſtatore, per quã ſubſtitutus excludi potuiſ-
ſet, merito conſtitutio Pootificis generaliter eſt intel
ligeoda, cum per talem intelligenriam magis reduca
mur ad ius commune, quo cauetur illegitimum non
ſuccedere, & iuri quæſito ſubſtituto etiam ſpe proba-
bili præiudicari non poſſe, niſi per Principem de ple-
nitudioe poreſtatis, vel per habentem ſpecialem po-
45 teſtatem ab eo, vt ſupra latè fuit oſtenſum. † Et in du
bio intellectus ille recipitur, qui minus deuiat à iure
communi, cap. cum dilectus, de conſuetud. l. ſi ſerui ve
ſtri, vbi Doctor, C. de noxal. cum alijs per Ceph. conſ.
642. num. 69. lib. 5. præſertim quia eſt magis æquus,
eum per illum prouideatur, ne per legirimantes auſe
ratur ius quæſitum ſubſtituto ex cauſa de prærerito,
Et in dubio ille intellectus, ſiue illa interpretatio ſu-
menda eſt, quæ magis ęquitati innititur, l. in omnibus
quidem, vbi Dec. & Cagnol. ff. de regul. iur. l. placuit,
vbi Iaſ. & ceteri, C. de iudic.

Minus obſtat, quod dicebatur conſtitutiooem il-
lam aonullare legitimationes ſpuriorum, non autem
naturalium.

Primo quia Dominus Aſcaoius eſt ſpurius non na
turalis, vt diai ſupra, merito etiam ſi de legitimatio-
ne ſpuriorum tantum loqueretur legitimatiooem de
eo factam comprehendit.

Secundo dicitur conſtitutiooem comprehendere
legitimationem omnium filiorum illegitimorum, &
ſic tam naturalium, quam ſpuriorum, quod conſtat
quia dum Pontiſex in præfatione dixit. Cum intelle-
xerimus Romanos Pootifices ac Comitea Palatinos
multos ſpurioa & oaturales, & forſan inceſtuoſos le-
gitimaſſe &c. & demũ ſubiunxit, Nos illa vtpote con
tra ius & æquum exiſtentia, ne de cetero fianr oppor-
tune prouidere voleotes, motu proprio, &c. quatenus
infra annullauit omnes legirimationes de quibuſcũ-
que naturalibus ſpurijs, intellexit tã de ſpurijs quam
de naturalibux. Tum quia ſupra io præfatione dixe-
rat, quod intendebat prouidere, ne huiuſmodi legiti
mationes de ſpurijs, & oaturalibus fierent, & ſic etiã
46 de naturalibus loquutus fuerat. † Er præfationes ac
verba in eis appoſita declarant mentẽ diſponentis, l.
fi. ff. de hæred. inſt. Alc. conſ. 75. nu. 3. li 6. Pariſ. cõſ. 33.
nu. 17. li. 3. & præcedentia declarant ſeqnentia, l. ſi ſer
uus plurium, §. fin. & l. qui filiabus, ff. de leg. 1. Tum ẽt
quia ſi Pontifex de naturalibus non feciſſet mentio-
nem, adhuc ẽr legitimationes naturalium includeret,
quoniã aooullauit legitimationea factas de quibuſ-
47 cumque ſpurijs. † Er quia oomen ſpurij accipirur in
genere & in ſpecie, in genere autem omnes io vniuer
ſum comprehendit, qui non iuſte, vel ex coitu oõ ap-
probato à lege nati ſunt, vt per Bar. in l fi. nu. x. & 4. ff.
de his quib. vt iodign. & Paloęt. in tracta. de noth. &
ſpur. fil. c. 16. num. 4. Et ex eius generali ſignificatione
capitur etiam pro naturalibus ſecundum Crau. con-
ſil 138. nu. 5. ver. Quarto probatur, libr. 1. dum Ponti-
fex loquutus fuit de quibuſcumque ſpurijs, cõſtat in
tellexiſſe de ſpurijs in genere pro omnibus non iuſte
natis, qui egent legitimatione, quod ſatis oſtenditur
48 ea † dictione illa, Quibuſcumque, quæ eſt vniuerſalis,
nec aliquem excludit, l. qui autem, § fi. ff. de conſt. pe-
cu. Bald. in l. 1. quæſt. 34. ff. de rer. diuiſ. Dec. conſ. 529.

num.

num.5.Tiber.Decian.conſil.41.num.48. lib. 5. Com-
prehenditque omnem ſignificationem verbi, cui adij
citur,etiamſi ſit improprijſſima,vt poſt Bald.in c.1.in
princ.colum.penult.ver. Sed quid ſi conceſſum eſt fen
dum,de prohib.ſeud. alien.per Fed. dixit Tib.Decia.
conſil.35.num.53.lib.3.

Secundum, quod Dominus Aſcanius ſit filius na-
turalis Do.Franciſci, & naturalis excludat ſubſtitu-
tum facile ſoluitur.

49 Primo quia † text.in l.ea facto, §.ſi quis rogatus,el
2.ff.ad Trebel. in quo fundatur illa opinio, loquitur
quando teſtator dixit,ſi deceſſerit ſine liberis, nec eo
caſu indiſtincte diſpouit naturalem excludere ſubſti
tutum,ſed inquit ibi Iuriſconſultus,quod ad natura-
les liberos attinet, voluntatis quæſtio videtur eſſe,de
quibus liberis teſtator ſenſerit,quæ voluntas ſi atten-
datur in caſu noſtro, conſtat teſtatorem non ſenſiſſe,
quod filij naturales Domini Franciſci excluderēt ſub
ſtitutos:tū,quia non poſuit in additione liberos Do
mini Franciſci,ſed de eius filijs ſemel tantum mentio
nem fecit, vocādo filios legitimos & naturales in ſub
ſtitutione reciproca facta inter Franciſcum & Ioan-
nem Hieronymum, filios & hæredes teſtatoris, tum
etiam quia teſtator in omnibus capitibus ſubſtitutio
num vocauit legitimos & naturales, quæ ſatis oſten-
dunt teſtatorem de legitimis tantum ſenſiſſe,quo ca-
ſu naturalis non excludit ſubſtitutum,vt probat tex-
tus in d.§.ſi quis rogatus,& ibi omnes,præſertim Ri-
pa nu. 30.

50 Secundo dicitur† in terminis dic.§.ſi quis rogatus,
eos tantum excludere ſubſtitutum, qui ſunt natura-
les,concurrentibus

Primo quod nati ſint ex concubina.

Secūdo quod pater & mater cohabitauerint ſimul
in eadem domo.

Tertio quod mater fuerit ſoluta & vnica.

Quarto quod retenta fuerit in ſchemate id eſt figu
ra concubinatus,hoc eſt affectu indubitato, ita vt eſ-
ſet vxoris loco,in eadem menſa,& eodem lecto,nō vt
ancilla, & pediſſequa.

Quinto quod tempore cōceptionis potuerit cum
ea contrahi matrimonium,vt declarant Rip. in d.§.ſi
quis rogatus,num.4.& Mant.de coniect. vlt. volunt.
51 libro 11.titul.9. num.22. Spurij † autem nullo modo
ſubſtitutum excludunt. Bartol.in d.§.ſi quis rogatus,
num.4. Aug.in l.generaliter,§.cum autem, C.de inſt.
& ſubſtit.Ale.in d.§.ſi quis rogatus, numero 7.Mant.
in d.tit.9 num.23. Maluaſ.conſ.116. num.49.libro 1.
Et ideo Rip.in eodem §.ſi quis rogatus,num.5. verſi.
Ceteri,autem dixit conceptos extra figuram matri-
monij non facere deficere conditionem, quia ij tan-
tum excludūt ſubſtitutū, qui ſunt ſucceſſibiles, quod
probat etiam Glo.in l.filiusfamilias, §. cum quis, ff.
de leg. 1. & in terminis Mant.in d.loco, & latius Pa-
leo t.in d.c.57.num.3.& 4.Sed Dom. Aſcanius non eſt
natus ex muliere ita retenta,ſed ex Domina Benedi-
cta famula Domini Franciſci,& ſic eſt ſpurius,non na
52 turalis,vt dixi ſupra, † & conſequenter non eſt talis,
qui poſſit ſuccedere, Afflict. deciſ.203.Gozad.qui de
communi teſtatur, conſ.51.nu.53.Ideo non excludit
Moniales ſubſtitutas.Et huic propoſitioni nō obſtat,
quod audio replicari ſecundum communem vſum lo
quendi,natos ex ſoluto & ſoluta,etiam nō retenta in
concubinam,indubitato affectu appellari naturales,
quoniam præter quam quod de huiuſmodi vſu loquē
di non conſtat, tamen quia non agitur de diſpoſitio-
ne hominis,ſed legis admittentis naturales ad exclu
53 ſionem ſubſtituti,per dictum §.ſi quis rogatus,† in di
ſpoſitione legis non ita accipitur, ſed quoties lex lo-
quitur de naturali,intelligitur de nato ex concubina,
vt ſupra retenta,ſecundum Bar.in d.l.fin.num.5.ff.de
his quib.vt indig. & poſt eum probat Natt. cōſ.623.
nu.7.lib.2.& comprobatur per Ripam & Mant.in di-
ctis locis,aſſerentes textum in d.§.ſi quis rogatus.lo-
quentem de naturali, intelligi de eo tantum, qui na-
tus eſt ex concubina,vt ſupra retenta.

Tertio conſiderandum eſt filium Domini Franci-
ſci non fuiſſe in conditione poſitum,ſed Dominus A-
ſcanius poſſet tātum prætendere ſe excludere Monia
les ſubſtitutas ob tacitam cōditionem ſubintellectā,
iuxta l.cum auus,ff.de cond.& demonſt.vt dicitur ſu-
54 pra in dicto ſecundo argumento,ſed eo † caſu natura
lis non excluderet ſubſtitutum, nam etſi eum exclu-
dat,quando liberi ſunt poſiti in conditione expreſſa,
iuxta terminos d.§. ſi quis rogatus, ſecus eſt,quando
agitur de cōditione ſubintellecta à lege,niſi aliud ex-
preſſerit teſtator,ſecundum gloſſam in d.§.ſi quis ro-
gatus,in verb.ea voluntate,circa finem,& in l.genera
liter,§.cum autem, in verb.ſobole, C.de inſt. & ſubſt.
Ale.in dicto §.ſi quis rogatus,num.7. ver.Quinto fal-
lit,& ibi Rip.num.27.& 28.vbi de communi teſtatur,
rationeſque pro hac opinione adducit, & contrarijs
reſpondet.

Quarto quia teſtator ſubſtituit Moniales Monaſte
rij Sanctæ Catharinæ, eorumque Monaſterium & Cō
uentum,& ſic perſonas eccleſiaſticas,ceſſat diſpoſitio
55 d.§.ſi quis rogatus, † & naturalis non excludit Eccle
ſiam ſubſtitutam ob dignitatem Eccleſiæ ſubſtitutæ
ſecundum Bal.in c.in præſentia,nu.35. de probat. Et
licet à Baldo diſſentiat Ale. in d.§.ſi quis rogatus,nu.
8.ver.Sexto fallit,& ibi Rip.nu.25.qui dicit opinionē
Alexandri eſſe veriorem & communem ea,ratione,
quia ad interpretandam voluntatem teſtatoris,attē-
ditur ipſius dignitas tantum,nō autem dignitas ſub-
ſtituti,defendēdo opinionem Baldi,dicitur, quod ad
cognoſcendum,numquid teſtator voluerit ſubſtitutū
excludi debere per naturalem,attenditur dignitas ſe
hęredis inſtituti,ſecundum glo.in d.§.ſi quis rogatus,
quam ſequuntur ibi Auge.& Imo.& poſt eos Ale. nu.
6.verſ.Item fallit. Paul.de Caſtr.numero 8.Tiraq.de
leg.connub.leg.1.nume.45.Ergo pari ratione atten-
di debet dignitas ſubſtituti,& ſic Eccleſiæ, vt Alexan
dro reſpondet Dec.in cap.in præſentia, num.152.ver.
Sexto, ſecundum Baldum de probat.Præterea ſequen
da eſt opinio Baldi non ſolum ob rōnē per eum addu
ctā, & defenſam per Deciū, ſed etiam quia in Eccle-
ſia ſubſtituta agitur de ſalute animæ teſtatoris, & cū
anima ſit cunctis alijs rebus antepouēda,l.ſancimus,
C.de ſacroſ.eccleſ.conſonat vt mens & intentio teſta
toris fuerit, quod Eccleſia ſubſtituta pro ſalute ani-
mæ non excludatur per filium naturalem grauati,cō-
ceptum cum peccato, & cum res dubia videatur, in
fauorem Eccleſiæ eſt iudicandum, l.ſunt perſonæ, ff.
de relig & ſump.funer.& ita clare dixit Dec.in d.c.in
præſentia,num.152.quam opinionem ſequuntur etiā
Fel. in eodem cap.in præſentia, num.51. verſic. Fallit
primo.Tiraq.de priuileg.piæ cauſ. priuileg.94. & la-
tius Mant.de coniect.vltim.volunt.lib.11.tit.9. num.
58.qui alios etiam allegat,& contrarijs reſpōdet.Ex
quibus conſtat,opinionem Baldi eſſe magis receptā,
nec verum eſſe, quod opinio Alexandri ſit commu-
nis, prout Ripa teſtatur.

56 Tertium facile diluitur,† quoniam etiam fideicom
miſſario vniuerſali competit vtile remedium l.fin.C.
de edic.diui Adr.tollen.vel quando ei facta fuerit ver
balis reſtitutio fideicommiſſi, vt ibi dixerunt Bartol.
nume.9.Alexand. nu.7.Dec.nu.54.in fin.qui de com-
muni teſtatur, Socin.iun.conſ.91.num.8.libro 1.Go-
zadin.

Digitized by Google

zadin.conſil.93.num.8.Rip.in l.centurio, num.5 c.ff.
de vulg.& pup.late Menoch in allegato remed.4 adi
57 piſcen.poſſ.nu.181.& ſeq. † Vel ſi non eſt facta verba
lis teſtitutio,ſi in aliquo caſu habetur pro facta,& in
fideicommiſſarium iura & actiones tranſeunt ipſo iu
re.ita Bar.in d.l.fin.nu.9.vet.Adde,& in l.penultim.§.
cum autem,nu.7.C.ad Treb.Ang conſ.137.in fin.ver.
ſuper hoc.Arer.conſ.37.in fi Rip.qui de communi te-
ſtatur in d.l.centurio,num.51 Iaſ.conſ.214.num.8.lib.
2.Sed caſus,de quo agitur,eſt huiuſmodi,quia fideicō
58 miſſi reſtitutio facienda eſt Eccleſiæ, † cuius fauore
iura & actiones tranſeunt in fideicommiſſarium abſ-
que vlla reſtitutione,Bartol. in repetit.l.1.in 6.q.5.q.
princ. C.de ſacroſ.eccleſ.Bal.in d.§.cum autem,num.
9.Capr.conſ.32.nu.17.Ioan.de Imol. Pet.de Auchar.
& alij,quos refert & ſequitur Alexan.in l.t.§.ſed quo
sies,num.2.ff.ad Treb.aſſerens quod licet Roman.ibi
teneat contrarium,tamen opinio Bart. & ſequacium
eſt magis communis,& tenenda,per textum in l. fin.
C.de ſacroſ. eccleſ. eamdem opinionem communem
eſſe,ac in iudicando ſequendam teſtatur etiam Iaſ.in
d.conſil.214.num.8.& ſeq.Vnde cum fauore Eccleſiæ
in eam tranſeant iura & actiones abſque aliqua fidei
commiſſi reſtitutione,recte ei competit remedium d.
l.fin.vt Doctores proxime allegati oſtendunt. Præte-
rea quia cauſa terminãda eſt in ſtatu eccleſiaſtico, in
quo diſpoſitio iuris Canonici ſeruatur, quidquid di-
59 cendum ſit de iure Ciuili.† De iure canonico, & eius
æquitate attenta,vt euitetur circuitus,fideicommiſſa
rius indiſtinctè agere poteſt pro conſequendis bonis
fideicommiſſo ſubiectis, illorumque poſſeſſione, etiã
nulla facta fideicommiſſi reſtitutione,ſecundum Bal.
in cap.in præſentia,numer.31. verſic.ſolutio dicas,de
probat.per illum textum,vbi Dec.num.9.verſic.Non
obſtat quod dictis Pariſ.conſil.12.numer.115.libr.2.
Guilielm.de Benedict.in reper.cap.Rainutius,de te-
ſtam.in verſic.Si abſque liberis moreretur, el 2.num.
85. vbi dicit de æquitate iuris canonici opus non eſſe
aliqua teſtitutione reali, vel verbali, & hodie ceſſare
multas vanas ſubtilitates & circuitus inanes,quæ cir
ca hæreditatum reſtitutionem ex Senatuſconſulto
Trebellianico ſeruabantur,& ſecundum hanc ęquita
tem vidiſſe iudicari in parlamento Toloſæ, idemque
ipſe Guil.repetit in eadem repetitione in verſi.Mor-
tuo itaque teſtatore,el ſecundo,num.74.verſic.Adde
quod Curia.

Circa detractiones faciendas, dicitur ex perſona
Dominæ Gregoriæ nihil detrahi poſſe,quia non con-
ſtat bona,de quorum poſſeſſione agitur,fuiſſe Domi-
næ Gregoriæ,ſeu eius patris, ſed ſolum probatur fuiſ
ſe poſſeſſa per Ser Simonem, donec vixit, & vſque ad
mortem,& in eiuſdem hæreditatis remanſiſſe; Et pro
pterea Moniales immittendas eſſe in poſſeſſionem
60 dictorum bonorum ex vtili remedio,d.l.fin.† cũ miſ-
ſio in poſſeſſionem ex illo remedio fieri debeat om-
nium bonorum, quæ teſtator tempore mortis poſſide
bat,gloſſ.in d.l.fin.vbi Dec.num.17. Zuccard.numero
546.Ruin.Socin.iun. Tiraquell. & alij, quos referr &
ſequitur Menoch.in d.remed.4 num.363. vbi de rece
ptiſſima Doctorum ſententia teſtatur,& numer.368.
poſt Salic.Caſtr.Alexand.& Iaſ.in eadem l.fin.exten-
dit etiam ad bona,quæ teſtator ſolum detinebat tem
pore mortis.

Minus ex perſona Domini Ioannis Hieronymi a-
liud retineri poteſt,quam legitima,prout ex perſona
Domini Franciſci retineri poteſt, vt mox oſtendam,
quoniam teſtator fecit reciprocam ſubſtitutionem
inter Dominum Franciſcum & Dominum Ioannem
Hieronymum, & quia prius deceſſit Ioannes Hiero-
nymus ſine filijs, per cuius mortem purificatum fuit
fideicommiſſum fauore Domini Franciſci. Modo pu-
61 rificata † alia cõditione in gratiam dictarum Monia
lium per mortem Domini Franciſci,reſtitui debet ip-
ſis Monialibus non ſolum portio Domini Franciſci,
ſed etiam illud quod Dominus Franciſcus conſeco-
tus fuit per mortem Domini Ioannis Hieronymi vi-
gore eiuſdem fideicommiſſi ob reciprocam ſubſtitu-
tionem,Bar.in l.Marcellus,§.quidam liberi,num.9.ff.
ad Treb.quem ibi ſequuntur Doctores communiter,
Bal.& Corn.in l.cum virum,C.de fideicom.& de com
muni teſtantur Dec.conſ.81.num.2. & Hieron.Gabr.
conſ.121.nu.50.lib.1.

Legitima ex perſona Domini Franciſci & Ioannis
Hieronymi, & pro ea tertia pars bonorum teſtatoris
retineri poteſt, ſed in ea imputari debent bona olim
62 teſtatoris per Dominum Frãciſcum alienata. † Cum
filius grauatus,ſi aliquid ex bonis paternis alienauit,
cenſeatur illud elegiſſe pro ſua legitima,Bar in l.iube
mus,col.1.ver.Item fallit in legitima,C.ad Treb.Cin.
in auth.res quæ, in fin. C.comm.de leg.Doctores in l.
Marcellus,§.res quæ,ff.ad Treb.Aret.qui communem
dicit in conſ.18.nu.5. quam communem appellant et
Gram.deciſ.93.num.5.Burſ.conſ.48.num.25.lib.1.&
poſt alios multos eam ſequuntur Ceph.conſil.189.nu
63 me.19.lib.2.† qui poſt Ang.& Corne.ſubdit num.20.
procedere etiam inuito hærede alienante,Ant.Gabr.
in ſuis concluſio.in titu.de legitim.concluſ.4.num.8.
64 ver.Quarto limita.† Tenetur igitur imputare preciũ
bonorum alienatorum in ipſam legitimam,Bar.in d.
§.res quæ nobis,num.2.quem ibi ceteri ſequuntur. So
cin.iun.in l.filiusfamilias,§.diui, nu.34.ff de legat.1.
Bart.Angel.& ceteri in l.in quartam,ff.ad legem Fal-
cid.& ibi Dominus Cæſar Fiumagiolius in repet.nu-
65 me. 276. † Videlicet verúm valorem bonorum alie-
natorum,non quanti vendidit,ſi minoris vendiderit,
quia hæres diſtrahendo minori precio eſt in lata cul-
pa, pro qua tenetur fideicommiſſario, vt clare dixit
Oldra.conſ.107.in 3.dub.nu.7.quem ſequitur Rip.in
d.l.in quartam,nu.102.

66 Trebellianicæ autem detractio ceſſat, † cum fidei-
commiſſum ſit reſtituendum Eccleſię,& de relicto ad
pias cauſas non ſolum non detrahitur Falc. authent.
ſimiliter, C.ad leg.Falc. Sed nec Trebellianica, Din.
in l.1.§.in filij, ff.ad Trebell. Cin. in authen. ſed cum
teſtator,C.ad leg.Falc.Bart.in d.authen.ſimiliter,nu
me.3.& in conſil.6.num.5. & 6.Ang.in l.Marcellus,§.
quod autem,ff.ad Trebell.qui dixit opinionem illam
communiter practicari,& quod ipſe illi ſemper adhæ
ſit legendo & conſulendo tamquam æquiori & beni-
gniori.Roman.conſil.239.colum.1. verſic. Quoad ſe-
cundum, aſſerens opinionem iſtam eſſe communem,
ab eaque in iudicando & conſulendo non eſſe recedẽ
dum, quam communiter approbari & ſeruari teſtan-
tur Abb.conſil.59 num.3.lib.1.Alexand.conſil.20.in
fin.libro 3. Tiraquell. de priuileg. piæ cauſ.priuil.27.
Francus Neapo.in deciſ.157.num.7.part.2. Michael
Craſſ.in §.Trebellianica,quæſt.6.Anton.Gabr.in ſuis
concluſio.in titu.ad Trebell.concluſ.11. numer.2.qui
67 alios multos allegant. † Quæ concluſio communiter
recepta procedit etiã in filijs, qui licet de relictis ad
pias cauſas detrahere poſſint legitimam, iuxta nota-
ta in l.ſi quis ad declinandum, C.de epiſcop. & cler.
Ruin.conſil.57.nume.5.lib.2. Anton.Gabr.in d.con-
68 cluſ.11. in fine, † tamen aduerſus piam cauſam non
detrahunt Trebellianicam. Doctores in l. Marcellus,
in princ. Corne.conſil.168.nume.9.lib.3.& poſt alios
Hieronym.Gabr.in conſil.93.numero 14. lib. 1.Craſſ.
in dicta quæſt.6.numero 2.vbi de communi teſtatur,

Et

Et licet Moniales prædictæ non fuerint vocatæ imme diate, ſed mediate poſt mortem aliarum perſonarũ
69 ſubſtituta cum † & Trebellianica detrahi poſſit, quando reſtitutio non fit incontinenti piæ cauſæ, ſed mediate ac ex interuallo, Rom. conſilio 206. in fi. Ale. Iaſ. & Claud. in l. Marcellus, ff. a † Treb. & alij plures adducti per Ant. Gabr. in d concl. 11. num. 5. verſic. Hoc
70 tamen: Intelligi † debet quod detrahatur retinenda per grauatum, donec pendet conditio, ſub qua reſtitutio facienda eſt piæ cauſæ, ſed purificata poſtea conditione fauore piæ cauſæ, reſtituitur etiam portio retenta pro Trebellianica, & propterea concluditur, quod quando pendente conditione detrahitur, grauatus cauere tenetur de reſtitue idoneam, in euentum quod fideicommiſſo ſit locus quoad piam cauſam vt dixit Ale. in l. cum dotem, ff. ad leg Falc. & in conſ. 20. col. fin. nu. 14. in fin. lib. 3 Soc in d. l Marcellus, § quod autem, colum. 5. Hercul in l. 1. §. ad mancip. col vlt. ff. ad leg. Falc. Ant. Gabr. d. concl. 11. num 6. ver. Et dicit Alex Burſ. conſ. 55. num. 34. ver. etenim reſpondetur, li. 1. Vnde cum ante mortem Domini Franciſci deceſſerint omnes, qui vocati fuerũt ante Moniales, & per mortem ipſius Franciſci euenerit caſus reſtitutionis faciendæ Eccleſiæ, res clara redditur, quod Trebellianica detrahi non poteſt.

Ex quibus omnibus concludo Moniales & Monaſterium Sanctæ Catharinæ immitti debere in poſſeſſionem omnium bonorum, relictorum in hæreditate dicti Ser Simonis, retenta per Dominum Aſcanium tertia parte tantum pro legitima ex perſona Domini Franciſci, & Domini Ioannis Hieronymi, computatis in ea bonis per ipſum Dominum Franciſcum alienatis.

Et ita iudicatum fuit die 15. Iunij 1589. per Reuerendiſſimum Dominum Io. Baptiſtam de Rubeis Rotæ Romanæ decanum & Peruſiæ Gubernatorem, rogato Domino Ioſepho Maſcio notario Peruſino, & vigore dictæ ſententiæ Moniales prædictę fuerunt immiſſæ in poſſeſſionẽ vt ſupra.

ARGVMENTVM.

Pater & filius ad fideicommiſſum vocati numquid ſimul vel ordine ſucceſſiuo admittantur.

An poſiti in conditione cenſeantur diſpoſitiue vocati.

Et ſi vocati ſunt, an maſculi tantum, vel etiam feminæ.

Et quando filia, excluſa à ſtatuto, deficiẽte linea maſculina ſit redintegranda & ad quam portionem.

SVMMARIVM.

1 *Nepotes ordine ſucceſſiuo vocati cenſentur, quando auus vocauit filios & nepotes, inter quos cadit ordo neceſſitatis & charitatis ſimul.*

Amplia etiam ceſſante neceſſitate inſtituendi, dummodo cadat ordinata charitas prius in filios quam in nepotes, num. 2.

Sed contra, num. 7.

3 *Nepotes cum filio ordine ſucceſſiuo vocati admittuntur tãtum per vulgarem ſubſtitutionem, ſi filius non ſuccedit. Sed ſi filius adiuit hæreditatem, non admittuntur, ſed filius ad libitum de bonis diſponere poteſt cum ſeq.*

Sed declaratur, num. 15. cum ſeq.

4 *Subſtitutio vulgaris exſtinguitur poſt aditam hæreditatẽ.*

5 *Copulæ propria natura eſt vocatos omnes æqualiter & eodem tempore admittere.*

6 *Patre & filijs ſimul ad fideicommiſſum vocatis, illi æqualiter & ſimul admittuntur.*

Licet ad certos filios non fuerit habita relatio. nu. 14.

Intellige ſi inter eos non concurrit neceſſitas relinquendi, ſed ordo charitatis tantum. nu. 7.

Secus ſi etiam concurreret neceſſitas relinquendi, ne rumpatur teſtamentum, nu. 8.

9 *Pater & filius ſimul inſtituti ab auo, cenſentur inſtituti ordine ſucceſſiuo, cum in inſtitutione cõcurrat ordo etiam neceſſitatis.*

10 *Filij cum patre ad fideicommiſſum vocati non admittuntur, ſi tempore purificatæ conditionis non erant nati ſeu concepti.*

11 *Liberi, cum patre vocati ad fideicommiſſum, non admittuntur ſimul cum patre, ſed ordine ſucceſſiuo.*

12 *Subſtitutio liberorum facta dicitur ſub nomine collectiuo.*

13 *Subſtitutio facta ſub nomine collectiuo, cenſetur facta ordine ſucceſſiuo.*

15 *Subſtitutio habens tractum temporis in futurum, intelligitur ordine ſucceſſiuo per fideicommiſſum.*

16 *Inſtitutio facta de pluribus ordine ſucceſſiuo non continet ſubſtitutionem fideicommiſſariam, ſed vulgarem tãtum.*

17 *Filij poſiti in conditione non cenſentur diſpoſitiue vocati.*

Contra, nu. 18. cum ſeqq. multis.

18 *L. Lucius, la 2. ff. de hæred. inſtit. intellectus.*

19 *Lucrum ei debetur, cuius fauore alter ab illo lucro excluditur.*

20 *Inſtitutio hæredis fieri debet vel per ſcripturam in teſtamento, in ſcriptis, vel per expreſſam teſtatoris nuncupationem in teſtamento nuncupatiuo.*

Nec coniecturis induci poteſt, nu. 21.

22 *Fideicommiſſum inducitur etiam per coniecturas.*

Et per mentem tantum, licet verba illud non importent, num. 23.

24 *Verba conditionalia diſponunt, quando teſtator potuit diſponere, & conſtat diſponere voluiſſe.*

25 *L. 1. C. de pact. intellectus cum ſeq.*

26 *Legitima filij grauati reſtituere hæreditatem non venit in reſtitutione fideicommiſſi.*

27 *Opinio communis ſequenda eſt in dubio, ſecus ſi contraria eſt verior ſeu æquior.*

28 *Filij poſiti in conditione, etiam ſi regulariter non intelligerentur diſpoſitiue vocati, tamen vocati intelliguntur concurrentibus coniecturis.*

Amplia etiam ſi coniecturæ extrinſecus & præter verba teſtamenti ſumerentur, nu. 29.

Et quamuis eſſent leues, nu. 30.

Maxime quando filij poſiti in conditione ſunt de deſcendentibus teſtatoris, nu. 31.

Et non vna tantum ſed plures præſumptiones concurrunt, num. 32.

33 *Filij poſiti in conditione cenſentur diſpoſitiue vocati ex cõiectura ta mente teſtatoris, quando ſubſtituit ſuperſtites & eorum filios.*

34 *Teſtamenti vna pars aliam declarat etiam quoad voluntatem teſtatoris.*

35 *Filij poſiti in conditione cenſentur vocati, quando teſtator excluſis feminis maſculos inſtituit.*

36 *Agnationis conſerua dæ ratio habita præſumitur per teſtatorem, qui excluſit feminas, & vocauit maſculos.*

37 *Subſtitutio compendioſa continet vulgarem & fideicommiſſariam.*

38 *Filij poſiti in conditione cenſentur vocati, quando fuit fa-*

ſta ſubſtitutio compendioſa.
Maxime quando filij poſiti in conditione fuerunt etiam ſubſtituti patruis, nu.39.
Item cenſentur facilius vocati, quando fuerunt poſiti in conditione deſcendentes teſtatoris, ſecus ſi tranſuerſales, num.40.
Et etiam vigore clauſulæ, Omni meliori modo, appoſitæ in teſtamento vocati intelliguntur, nu.41.
Et quando teſtator poſuit in conditione filios natos de legitimo matrimonio, nu.42.
43 *Coniecturæ plures ſimul iunctæ operantur, vt filij poſiti in conditione intelligantur vocati, etiam ſi quælibet ſola non ſufficeret.*
44 *Coniecturæ quales eſſe debeant, vt filij poſiti in conditione præſumantur vocati, remittitur arbitrio iudicis.*
45 *Filij etiam extranei, poſiti in conditione, cenſentur vocati concurrentibus coniecturis, licet deſcendentes facilius vocati intelligantur.*
46 *Feminæ continentur in conditione, in qua de liberis ſeu filijs ſimpliciter fit mentio.*
47 *Filiorum appellatione in vltimis voluntatibus continentur etiam feminæ.*
48 *Filiæ etiam vocata cenſentur, quando filij ſimpliciter fuerunt ſubſtituti.*
49 *Teſtator præſumitur voluiſſe conformare ſuam diſpoſitionem cum ſtatuto ſuæ patriæ.*
50 *Teſtator vocans filios ad fideicommiſſum, cenſetur voluiſſe præferre maſculos, quando à ſtatuto feminæ excluduntur. Et num.53.*
51 *Emphyteuſis recepta pro filijs maſculis & feminis, ſtante ſtatuto excluſiuo feminarum, prius pro maſculis, & illis deficientibus pro feminis recepta intelligitur.*
52 *Teſtatori ſucceditur per fideicommiſſum.*
54 *Filia temporaliter excluſa, deficientibus maſculis, redintegratur ad ſucceſſionem.*
55 *Statutum Peruſinum Rub.45.lib.2. numquid excludat, dotatam à fratre temporaliter vel perpetuo, cum ſeq.*
56 *Femina per ſtatutum ſimpliciter excluſa, remanet perpetuo excluſa.*
57 *Filia redintegranda, extincta linea maſculina, admittitur ad portionem, in qua ſucceſſiſſet, ſi per ſtatutum fauore maſculorum non fuiſſet excluſa.*
58 *Filij tam maſculi quam feminæ de iure communi æqualiter ſuccedunt parentibus.*
59 *Grauatus debet reſtituere ſubſtituto non ſolum eius portionem, ſed etiam quod acquiſiuit vigore compendioſæ ſubſtitutionis per mortem cohæredis. Intelligendo tamen vt ibi declaratur.*

CONSILIVM LXV.

FACTVM ſic ſe habet. Dominus Antonius ſuum condidit teſtameotum, & Dominæ Catharinæ filiæ iure inſtitutionis certam portionē reliquit, prohibens plus petere: Suoſque hæredes vniuerſales inſtituit Dominam Magdalenam vxorem, Petrum, Simonem, & Matthæum filios. Et ſi quis dictorum filiorum & hæredum decederet ſine filijs legitimis & naturalibus, ſubſtituit ſuper uiuētes, & eorum filios, bonaque alienare prohibuit. Deceſſit teſtator, poſtea obierunt Magdalena, Petrus, & Matthæus abſque filijs, ſuperſtite Simone. Succeſſiue defunctus eſt Simon, relictis Martino, & Maria filijs quæ Maria fuit nuptui tradita à fratre.

Vltimo mortuus eſt Martinus, nullis ſuperſtitibus filijs, extraneo hærede relicto, ſuperſtite dicta ſorore, quæ modo prætendit reintegrari debere ad ſucceſſionem patris, à qua per fratrem ſtatuto Peruſino Rub. 45. libro ſecundo, fuit excluſa.

Quæritur, an iuſte petat, & ad quam portionem veniat reintegranda. Pro cuius quæſtionis reſolutione de pluribus dubitatur.

Primo an ad fideicommiſſum ob mortem patruorum & auiæ Martinus ſit vocatus ſimul cum patre, vel ordine ſucceſſiuo.

Secundo numquid filij Simonis, poſiti in conditione, cenſeantur vocati ad portionem patris poſt eiuſdem patris mortem.

Tertio ſi vocati fuerunt, an fuerint vocati maſculi tantum, vel etiam feminæ.

Quarto an Maria debeat reintegrari ad ſucceſſionem patris, & ad quam portionem.

Accipiendo Primum, Videtur dicendum ſubſtitutionem factam ab auo de ſuperuiuentibus filijs & eorum filijs, gradatim, & ordine ſucceſſiuo factam fuiſſe, quoniam creditur teſtatorem maiorem charitatē habuiſſe ad filium proximiorem in gradu, quā ad nepotes ex eodem filio remotiores, ac etiam quia concurrit neceſſitas relinquendi filijs, & ipſis defunctis,
1 nepotibus. † Et quādo concurrit ordo neceſſitatis &
charitatis ſimul, copula naturā ſuam mutat, & ordine
ſucceſſiuo, non autem æqualiter filius & nepotes admittuntur, vt poſt gloſſam dicit Bar. in l. Gallus, §. quidam recte, ff. de lib. & poſthum. quem ibi Pau. de Caſt. Bal. Ang. Sal. Rube. & alij ſequuntur, & ita communiter teneri teſtantur Iaſ. in §. quidam recte, nu.11. & 19. Corn. conſ.159 col.4. nu.5. libr.4. Curt. iun. conſ.128. num.1. lib.2. poſt alios Iul. Clar. recept. ſentent. §. teſtamentum, q.80. ver. Secunda concluſio. Quæ concluſio
2 procedit † non ſolum, quando concurrit neceſſitas in
ſtituendi, ſed ēt ſi ſola ordinata charitas ſit prius in filium, quam in nepotes, vt hic, prout clare dixit Bar. in d. §. quidam recte, & in terminis ſubſtitutionis factæ de filio & nepotibus ex eo, vt cenſeatur facta ordine ſucceſſiuo, videtur conſuluiſſe Ioan. de Riccis. inter conſilia Ang. conſ.38. quem ſequitur ibi Ang. in conſ. 39. Dec. conſ.205. conſ.248. colum.2. Cur. iun. d. conſ. 118. & Menoch conſ.85. num.73. & ſeqq. lib.1. Intelli
3 guntur igitur vocati, & admittuntur, † nepotes ex ſi-
mili ſubſtitutione ordine ſucceſſiuo per vulgarem, ſi filius non ſuccedit, ſed ſi filius purificata conditione ſuccedit, nepotes non veniunt, ſed exſpirat ſubſti-
4 tutio, quia † poſt aditam hæreditatem vulgaris ſub-
ſtitutio exſtinguitur, l. poſt aditam, C. de impuber. & alijs ſubſtitut. Et ſubſtitutio quæ in perſona primi ſubſtituti locum habuit, ceſſat in perſona ſequentis, l. cum in teſtamento, in princ. ff. de hæred. inſtit. l. mater, §.1. ff. de vulgar. & pupill. Alexand. conſil.13. num. 6. lib.4. Nec pater videtur grauatus per fideicommiſſum reſtituere filijs, ſed potuit de bonis ad libitum diſponere, Bartol. in dicto §. quidam recte, late Dec. conſilio 205. numero 5. & ſeqq. & conſilio 248. colum. 3. numero 5. Pariſ. conſ.82. numero 10. & ſequen. libr. 2. qui poſt Iaſ. Alexan. Socin. Aretin. & alios de communi teſtatur, & Iul. Clar. in dicta quæſt.80. verſicu. Sed quæro. Cum igitur, quando mater & fratres Simonis deceſſerunt, viueret ipſe Simon, qui hæreditates adiuit, non potuit Martinus ad illud fideicommiſſum admitti.

Quibus non obſtantibus, cenſeo Martinum filium Simonis æqualiter cum patre ad fideicommiſſum factum ab auo, & per mortem Dominæ Magdalenæ & patruorum purificatum, vocatum fuiſſe, cum enim vno prædecedēte ſuperſtes & eius filij fuerint vocati
5 copulatiue, † & de propria natura copulæ ſit voca-
tos omnes æqualiter & eodem tempore admittere, l. reos, §. cū in tabulis, ff. de duobus reis, l. ſi duobus, ff.

de l. g.

Digitized by Google

de leg. 1. l. 1. §. his ita, C. de cadnc. toll. Bart. in d. §. quidam recte, num. 3. Soc. iun. num. 25. & alij omnes ibi communiter Dec. conſ. 236. nu. 3. & conſ. 320. num. 7. Cepbal. conſ. 432. num. 19. lib. 3. Senat. Pedemon. De-
6 ciſ. 81. num. 1. † pater & eius filij copulatiue vocati æqualiter admitti debebant, prout etiam clare probatur in c. Rain. de teſta. maxime in fin. in quo diſponitur filiam & nepotes ex ea copulatiue ad fideicommiſſum vocatos per aſcendentem, æqualiter non autem ordine ſucceſſiuo admitti debere.

7 Confirmantur prædicta, † quoniam clara eſt concluſio, quod ceſſante neceſſitate relinquendi magis vni quam alteri, & ſtante ſolo ordine charitatis & affectionis abſque vlla neceſſitate relinquendi, relictũ alicni & eius filijs, non cenſetur relictum ordine ſucceſſiuo, ſed æqualiter patri & filijs, reprobata opinione Bart. in d. §. quidam recte, contrarium affirmantis, vt dicit ibi Bal. num. 8. & 9. Alexan. num. 6. Bart. Soc. col. 3. num. 5. vbi dicit ab opinione contra Barto. non eſſe in iudicando ſeu conſulendo recedendum, & ibidem Iaſ. num. 24. de communi teſtatur. eamdem ſequuntur Corn. conſ. 159. num. 5. lib. 4. Ceph. conſ. 432. num. 16. & ſeqq. lib. 3. quam opinionem communiter approbari poſt alios multos atteſtantur Senat. Pedemon. d. deciſ. 81. num. 3. & 4. Cepol. conſ. ciuil. 52. n. 4. in fin. Dec. Soc. Ruin. Guid. Pap. & alij multi allegati per Iul. Clar. in d. q. 80. ver. Prima concluſio. in quibus locis tot aliæ adducuntur auctoritates, vt fateri opor-
8 teat opinionem iſtam eſſe cõmuniter receptam. † Sed quando vltra ordinem charitatis & affectionis concurrit etiam neceſſitas inſtituendi, & relinquendi, ne teſtamentum rumpatur, communiter concluditur patrem & filios non cenſeri vocatos ſimul, ſed ordine ſucceſſiuo, & in iſto ſecundo caſu tantum procedunt ea, quæ ſupra fuerunt in contrarium adducta. In caſu autem præſenti non poteſt conſiderari neceſſitas reſpectu teſtatoris vocando ad iſtud fideicõmiſſum nec filium nec nepotes, quia Simon filius fuerat hæres inſtitutus, & teſtamentum rumpere non poterat, prout nec etiam Martinus nepos, quia eum præcedebat Simon pater, ideo in fideicommiſſaria illa ſubſtitutione non poterat aliqua neceſſitas conſiderari, l. iam hoc iure, & l. Lucius, ff. de vulg. & pupil. l. in teſtamento. C. de teſtam. milit. Alex. in conſ. 13. num. 5. ver. For-
9 tificantur, lib. 4. † licet aliud dicẽdum ſit in inſtitutione facta de filio & nepote ex eo, in qua neceſſitas conſideratur, ne rumpatur teſtamẽtum, vt Doctores pro contraria parte allegati loquuntur, & in terminis, de quibus agitur, recte procedit text. in d. c. Rainutius, de teſtam. & ita declarant Bald. in d. §. quidam recte, num. 8. & 9. vbi Socin. iun. num. 26. ver. Sed tuendo, & ver. Præterea, & poſt Imo. Raphael. & alios idẽ tenet ibi Alex. nu. 6. ver. Vbi autem, & melius in conſ. 13. nu. 5. ver. Fortificantur, lib. 4. Senat. Pedem. deciſ. 81. in fi. ver. Non mouet. & Lancillot. Galiaul. in d. §. quidam
10 recte, num. 20. & 21. † Quæ concluſio hic recte procedit, cum tempore purificatæ conditionis Martinus filius Simonis iam eſſet natus, licet ſi eo tp̃e nec natus neque conceptus fuiſſet, quoad eum ſubſtitutio haberetur pro non ſcripta, & Simon pater in totum ſucceſſiſſet, vt declarant Alex. d. conſ. 13. nu. 2. & ſeqq. Dec. conſ. 253. nu. 5. Soc. ſen. conſ. 113. nu. 5. lib. 1.

Nec obſtant ea, quæ in contrarium fuerunt adducta, quia ex prædictis remouentur. Et quamuis Dec. Cur. iun. & Menoch. in allegatis conſilijs loquantur
11 etiam de ſubſtitutionibus et fideicommiſſis, † caſus tamen, in quibus ipſi reſponderunt, differunt, quia conſuluerunt in caſibus, in quibus erat ſubſtitutus aliquis & eius liberi, quo caſu ſecũdum eos poſt Soc. in d. §. quidam recte, quem ipſi allegant, cẽſentur vocati ordine ſucceſſiuo, cum enim appellatione liberorum veniant non ſolum filij, ſed nepotes & pronepo-
12 tes, l. liberorum, ff. de verb. ſign. † dicitur facta inſtitutio ſub nomine collectiuo ſecundum Cuman. & Aret. in d. §. quidam recte. Ang. conſ. 38. cum duob. ſeqq. Et quando facta eſt inſtitutio ſub nomine collectiuo,
13 † videtur facta ordine ſucceſſiuo. Bart. in d. §. quidam recte. & ibi Soc. col. 4. ver. ſecundo principaliter infertur. & ita declarant Dec. in d. conſ. 248. nu. 2. & Curt. iun. in d. conſ. 128. nu. 2. Sed quando & filij ſunt ſubſtituti, contrarium dicendum eſt, vt dicunt omnes allegati Doctores, & etiam ipſi Dec. & Cur. iun. qui inter vnum caſum & alium in propoſito differentiam con-
14 ſtituunt. † Et hæc declaratio procedit etiam, quando ad certos filios relatio non habetur, vt communiter ſentiunt Doctores, qui loquuntur de ſubſtitutione facta de filijs ſimpliciter & generaliter, prout etiam loquitur tex. in d. c. Rain. & voluit Soc. ſen. in conſ. 113. col. 3. nu. 4. lib. 1. ſequitur Rub. Alex. in repet. d. §. quidam recte, nu. 48. & ibi Lancil. Galiaul. num. 24.

Nec curandum eſt, dum Bart. & Io. de Riccis. indiſtincte dicunt patrem & filios vocatos cenſeri ordine ſucceſſiuo, etſi nulla neceſſitas relinquendi concurreret, ſed tantum ordo charitatis & affectionis, quia eorum opinio eſt communiter reprobata, vt Doctores pro noſtra opinione allegati oſtendunt. Et quatenus admitti poſſet eos vocatos cenſeri ordine ſucceſſiuo, adhuc Martinus ad fideicommiſſum fuiſſet admittendus mortuo Simone patre, quia id intelligeretur per fideicommiſſum, per quod pater cenſetur rogatus reſtituere filijs, cum enim teſtator ſimpliciter non dixerit filijs ſeu hæredibus inſtitutis ſubſtituit, ſed fecerit ſubſtitutionem poſt mortem hæredum inſtituto-
15 rum, & ſic cum tractu temporis, † talis ſubſtitutio habens tractum temporis in futurum, intelligitur ordine ſucceſſiuo iure fideicommiſſi, vt poſt Soc. ſen. conſ. 12. in 3. dub. & conſ. 43. col. 5. poſt medium, verſi. Aliquando quinto & vltimo, lib. 3. Dec. conſ. 205. nu. 7. & conſ. 228. col. 1. in fi. ver. Et quia etiam declarant. Cravet. in conſ. 22. nu. 7. & conſ. 131. nu. 10. lib. 1.

Nec in caſu iſto obſtant Bar. Dec. & alij in contrarium allegati, quoniam ipſi loquuntur de inſtitutione per verba directa, & non habente tractum temporis in futurum, quæ licet cenſeatur facta ordine ſuc-
16 ceſſiuo, † non continet ſubſtitutionem fideicommiſſariam, ſed vulgarem tantum, caſu quo contingeret filios teſtatoris non eſſe hærẽdes ex capite impotentię, vel ex capite volũtatis, vt dixerunt Dec. conſ. 253. nu. 4. in fi. Alex. conſ. 13. nu. 7. & ſeq. lib. 4. Soc. ſen. conſ. 113. nu. 6. lib. 1. Pariſ. conſ. 82. nu. 10. & ſeq. lib. 2. vbi de communi teſtatur, quam opinionem communem eſſe fatentur etiam Soc. iun. conſ. 180. nu. 53. lib. 2. Burſat. conſ. 236. nu. 4. lib. 3. Sed nos loquimur de ſubſtitutione per verba obliqua et tractum temporis in futurũ habente, ideo inter vnum caſum & alium maxima adeſt diuerſitas, vt Crau. & alij declarant in allegatis conſilijs. Ex quibus pro reſolutione primi dubij concludo, Martinum ex propria perſona vigore fideicommiſſi facti ab auo pro eius rata ſucceſſiſſe auiæ & patruis ſaltem poſt mortem Simonis patris.

Aggredior ſecundum dubium, in quo maior conſi-
17 ſtit difficultas ob varietatem opinionum. † Videtur dicendum Martinum fuiſſe tantum poſitum in conditione ad exclusionẽ ſubſtituti, nec poſt patris mortem fuiſſe vocatũ. Et omiſſis multis argumentis, quæ pro hac parte adduci poſſent, relatis per Alex. conſil. 158. libro 2. vbi pro ea 13. adducit fundamenta, hæc pars probari videtur.

Primo ſecundum Anchar. in conſil.73.incip. Contra Philippum. Alexan. dicto conſil.105.num.13. per text. in l.ex facto etiam, ff. de hæred.inſtitu. vbi probati videtur verba conditionaliter prolata non inducere diſpoſitionem, & poſitum in aliqua conditione non cenſeri vocatum, & ea teſtamento non admitti.

Secundo quia filij fuerunt tantum poſiti in conditione, & conditio non diſponit, l.ſi quis ſub conditione, ff.ſi quis omiſſ. cauſ.teſt. vocati non cenſentur, & ita iſto argumento vtuntur Socin.iun.conſ.118 num. 20.lib.1.Pariſ.conſ.18.nu.10.conſ.86.nu.6.lib.2.Rip. in l.1.num.7.C.de pact.

Tertio in terminis hoc probati videtur ſecundum Alex. in d.conſ.185.num.12. & Imol.in l.Lucius, la 2. num. 4. ff. de hæred. inſtit. per text. in l.1. C. de pact. vbi habetur, quod ſi ille, qui erat rogatus de reſtituendo partem hæreditatis ſub conditione, Si deceſſerit ſine liberis, faciat pactum tempore, quo non habebat liberos, & de reſtituenda indiſtincte minori parte, in quam fuerat grauatus, etiam ſi cum liberis deceſſerit: Et contingat eum poſtea habere filios tempore mortis, propter quos deficit conditio fideicommiſſi, non propter hoc minus ſeruabitur pactum, & ſic debet reſtitui pars, de qua fuit conuentum, non obſtante, quod eſſent liberi ex rogato de reſtituendo, quod non contingeret, ſi liberi intelligerentur ſubſtituti, quia tunc in præiudicium eorum non tenuiſſet pactũ, vt dicunt Imol. & Alex. Sed liberi ſubſtituti mortuo patre bona recuperare potuiſſent, iuxta tex. in l.fin.§. ſin autem ſub cõditione. & ibi notant omnes C.com. de leg. Zanch. in l.hæredes mei, §.cum ita, nu.706. qui alios recenſent, ff. ad Trebel. Menoch.conſ.105.nu.88. lib.1. Vnde cum ibi contrarium diſponatur, probari videntur liberos non fuiſſe vocatos.

Quarto hanc partem contra filios tenuit glo. in d. l.Lucius, la 2.ff.de hære. inſt.quam ibi ſequuntur Bar. Bal.Ang.Cum.& alij.Petr.de Anch.Oldr. Alb.& alij multi relati ab Ant.Gab.in ſuis concl.in tit.de fideic. concl.4.in prin.vbi alios plures allegant, etiam de cõmuni teſtantes, quam & ipſe nu.2. in fi.dicit eſſe magis communem, quam magis communiter approbari teſtatur etiam omnes infraſcripti Io.de Imol.Cor. Alex.Socin.iun.Crau.Bertr.& Guid.Pap.quos refert ipſe Ant. Gab.& vltra eos Iul.Clar.recep.ſen.§.teſtamentum, q.77.Rol.à Vall.conſ.6.nu.29.lib.4.Burſat. conſ.51.nu.21.lib.1.latiſſime Sfor.Odd.in tract.comp. ſubſt.par.5 art.3.lim.2.per diſcurſum.fol.168.& ſeq. Marz.epit.de fideic.q.20. Rim.iun.conſ.21.nu.11. & ſeqq.lib.1.& Ceph.conſ.268.nu.17.conſ.293.num.11. lib.2.& conſ.749.nu.1.lib.5.vbi hanc opinionem crebriorem appellat. Burſat.conſ.300.n.32.lib.3. Simon de Pret.de interpr.vlt.vol.lib.3.interpr.3.dub.1.ſolu. 2.per totam, ſol.297.& ſeqq.latius Ioſeph de Ruſt.in tract.an, & qñ liber.in cond.poſit.voc.lib.1.par.1 c.1. vbi innumeros pro ea allegat. & par.2. c.2. eã magis communem eſſe teſtatur.nu.80.& ſeq.

His tamen minime refragantibus, in caſu præſenti 18 † concludendum cenſeo, filios Simonis poſitos in cõditione fuiſſe etiam vocatos ad fideicommiſſum. Et omiſſis fundamentis multis, quæ pro hac parte adduci poſſent, relatis per Caſſan.conſ.14.qui 14.fundamẽta pro eo adducit, & per Mant.de coniect. vlt.vol.lib. 11.tit.2.& alios infra allegandos.

Primo probari videtur per textum in l. Lucius, la 2.in fi.ff.de hæred.inſt.vbi dicitur teſtatorem ſubſtitutis prætuliſſe non ſolum fratrem hæredem, ſed etiam eius liberos, quos in conditione poſuit: ideo vt dicũt Pet.de Anch conſ.73.incip. Contra Philippum. Cor. conſ.306.col.2.nu.4.lib.4: Paul.de Caſtr. in conſ.263. col.2.lib.2.Barbat.in conſ.55.col.4.ver. Reſtat, lib. 2. & conſ.27.col.14.lib.1.Soc.iun.conſ.141.nu.7.lib.2.& melius in conſ.174 eo.lib.Tob. Non.in conſ.31. nu.4. Si filios in conditione poſitos prætulit ſubſtitutis, clarum eſt, quod etiam ipſos vocauit, & quòd veniunt ea diſpoſitione teſtatoris, quia ſi eos ita prætulit ſicut eorum patrem inſtitutum neceſſario videtur concludẽdum, quod eodem modo prætulit & ſic ex teſtamento vt poſt Barbat.in d.conſ.27. tex. illum inducit Socin. iun. in dictis locis. Nec ſecundum præfatos Doctores obſtat, dum glo.ibi dicit, prætulit non ex teſtamento, ſed ab inteſtato, quia ſi ſolum cõſeruaretur legitima ſucceſſio ab inteſtato, prælatio illa videretur fieri per legem, non per prudens conſilium teſtatoris contra verba & mentem illius legis. Et quod iſta declaratio gloſſæ non ſit bona, videtur probari, nam aut dicitur, quod eos prætulerit ab inteſtato, quia iſti liberi ab inteſtato patri ſuo ſuccedunt, & hæc intelligentia non poteſt admitti, quia prælatio liberorum fratris poſitorum in conditione, de qua in d.l.Lucius, dicitur facta, ſi ille frater deceſſerit ante aditam hæreditatem, vt dicitur in textu. ibi. Si frater priuſquam hæreditatem adiret, deceſſiſſet, & conſequẽter in caſu, quo hæreditas teſtantis non reperiebatur inter bona fratris inſtituti, propter quod filij fratris in conditione poſiti, patri eorum ſuccedentes ab inteſtato, non potuerunt bona teſtatoris mixta cum bonis eorum patris reperire, & ſic videtur impoſſibile prælationem illam fieri ab inteſtato; ideo videtur neceſſario dicendum, quod prætulerit ex teſtamento. Etſi dicatur, quod imo ab inteſtato ipſi teſtatori ſuccedunt, excluſo fratre inſtituto, Reſpondetur nec iſtam intelligentiam eſſe bonam, quia tunc eſſet opus præſupponere, quod filij fratris eſſent nati, aut ſaltem concepti viuo teſtatore, cum poſtea concepti ei non poſſent ſuccedere ab inteſtato, l.Titius, cum l.ſeq.ff.de ſuis & legit. In illo autem contextu nullibi præſupponitur illos liberos, qui ſubſtituti præferuntur, conceptos fuiſſe viuo teſtatore, immo Iuriſconſultus ibi potius cõtrarium innuit, vt ibi. Et liberos aditæ hæreditatis tempore non habuerit, prout etiam ea illa intelligentia opus eſſet etiam præſupponere, quod illi liberi ſoli reperirentur teſtatori proximiores, cum poſſibile ſit cum illis adeſſe pariter coniunctos teſtatori, vel etiam forte proximiores. dicendum eſt igitur prælationem liberorum cenſeri factam ex teſtamento, non ab inteſtato, quidquid dixerit ibi gloſſa, vt formaliter reſpõdet Soc.iun.conſ.141.num.7. & conſ.174.num.2.libro 2.Tob.Non.conſil.31.num.4.Anchar.& Barbat.in allegatis locis. & quod in dicta l.Lucius, probetur liberos in conditione poſitos vocatos eſſe in ipſo teſtamento diſpoſitiue, docuit etiam Barbat. in l.cum acutiſſimi, num.208. & ſeqq. C.de fideicom. & poſt eum Menoch.conſ.325.num.26.& ſeq.lib.4. Secundo facit regula illa, quod ſi vinco vincentem te, magis vinco te, de qua per glo.& Doctores in l.de acceſſionibus, ff. de diuer.& temp.præſcript. Cum enim filij in conditione poſiti, ſubſtitutum excludant, qui vocatus erat ea teſtamẽto, oportet vt etiam ipſi ſint vocati, ex quo vocatur ille, qui ab ipſis excluditur, & ſicut ipſi ſubſtitutum excludunt, oportet, quod etiam ſint vocati ad excluſionem eius qui per ſubſtitutum excluderetur, vt formaliter dicit Soc.iun.conſ.158.num.58.in fin.& in conſ.174.num.4.lib.2.

Tertio opinio hæc probatur ſecundum Barbat. in conſil.55.colum.4.libro 2. Socin.iun. d.conſil.158.nume.59.& in conſil.174 num.5.& ſeq.libro 2. Curt.iunior conſil.87.num.4.libro 2.& Tob.Non.in conſ.31. num.3.

19 num. 3. Ex eo quod quotieſcumque † quis remouetur à lucro alterius fauore & contemplatione, illud lucrum ei debet applicari, cuius fauore & contemplatione ille excluditur, iuxta textum in l.poſt legatum, §.amittere, ff.de his qoib.vt indign. l.penultim. C.de legat. firmat Bartol.in l.2. §.videndum, ff.ad Tertul. & Roman. conſil.32. col.2. Sed ſubſtituti excluduntur à lucro ſubſtitutionis fauore & contemplatione filiorum in conditione poſitorũ, merito eis lucrum applicari debet. Nec poteſt dici, quod teſtator, ſi hæres inſtitutus haberet filios, confidit de affectione paterna in eos, & ideo ita confiſus, voluit eſſe liberum ab omni fideicommiſſo, & ius legitimæ ſucceſſionis conſeruare filijs heredis inſtituti in conditione poſitis, vt Bartol. & alij ſentire videntur in d.l.Lucius. Quia reſpondetur hoc credi non debere, Tum quia cum teſtator fauore ſubſtitutorum ademerit hæredi inſtituto hanc facultatem diſponendi de rebus fideicommiſſo ſubiectis, multo magis cenſetur eam ademiſſe fauore filiorum in conditione poſitorum, quos magis dilexit quam ſubſtitutos, per locum de minori ad maius, iuxta Auth. multo magis, C.de ſacroſ.eccleſ.cum ſim. Tum etiã quia poſſet contingere, vt iſti filij in conditione poſiti, etiam patre volente, non poſſent habere bona teſtatoris, ſi forſan hæres inſtitutus viuens alienaſſet bona, vel ex delicto eſſent publicata, non enim poſſent per filios recuperari, ſi non dicerentur vocati ex teſtamento, & tamen eis non exiſtentibus poſſent per ſubſtitutos peti, l.fin.§.ſin autem ſub conditione., C.comm.de lega. quod certe eſſet contra mentem teſtatoris, qui filios in conditione poſito magis dilexit quam ſubſtitutos, ne ergo hoc ſequatur, quod contra mẽtem teſtatoris fiat, cui ſemper inſeruiendum eſt, l.3.C.de liber.præterit.l.in conditionibus, ff.de condi.& demonſtr. dicendum eſt tales filios in conditione poſitos, ex teſtamento fuiſſe vocatos, vt in terminis dixit Soc. iun. d. conſ.158. num.59.lib.2. & poſt eum Tob. Non.conſ.31.num.3.

Quarto hanc opinionem pro filijs, vt diſpoſitiue vocati intelligantur ex teſtamento poſt mortem patris, tenuit gl.in l.filiusfamilias, §.cum quis, ff.de leg.1.in verſic.extiterint, dum dicit conditionem illam, filiorum cauſa appoſitam videri, vt habeant, prout illam inducit ibi Pau.de Caſt.qui pro eadem opinione allegat Bald.in l.1.in antiq.lectur.C.de condit.inſer. &n.4. dicit hanc eſſe veritatem, eamdem opinionem tenent Bald.in conſ.306.lib.4. Petr.de Anchar.conſi. 73.incip. Contra Philippum.Corn. conſil.306. col.2. nu.4.vbi allegat etiam Ponta.& alios.& in conſ.320. col.2.num.6.& 7.lib.4.in quibus locis adducit etiam dictam gloſſam in d.§.cũ quis.& Soc.ſen. Sali.Bened. de Plumb.Oldrad.Raph.Fulg.& alios. Paul.de Caſt. in conſ.263.col.2.lib.2. qui etiam oſtendit glo. in d. l.Lucius, in qua contraria opinio fundatur, eam nullo modo probare.ſed bene glo. hanc opinionem tenere in d.§.cum quis, late Barbat.in conſ.55.libro 2.vbi col.5.allegat Bart.in pluribus locis hanc opinionem firmantem, oſtendit etiam gl.in d.l.Lucius, non dicere id, ad quod pro contraria opinione allegatur, & col.5.verſ.& licet, teſtatur hanc eſſe veriorem, & magis communem opinionem, quã etiam approbat in conſ.27.col.13.& 14.lib.1.in 4.art. Curt.ſen.conſ.51. col.8.& 9. vbi dicit iſtam opinionem communem, magis æquam, & in iudicando & conſulendo ſequendam, idem dicit Pariſ.conſil.6.in princ. & in fin. & in conſ.66.num.15.& ſequen. libro 3.Socin. iun.conſ.4. nu.6.& ſeq.lib.1.aſſerens eam eſſe commonem, & ſuſtentabilem.Grat.conſ.48.col.2.lib.1. & conſ.32.lib. 2.Soc.ſen.conſ.77. nu.4.lib.1. referens pro hac parte

conſuluiſſe omnes aduocatos [illegible] oes Doctores Bononienſes, [illegible] tempore fuiſſe communem, late [illegible] libro 2.vbi multos pro ea allegat.& [illegible] cit hodie eſſe magis communem. Et [illegible] contraria haberetur pro communi, tamen [illegible] conueniens communem curſu temporis mutari [illegible] ſe, & ſic quod hodie iſta eſt cõmunior, verior, [illegible], & magis tenenda, vt ipſe oſtendit d.num.71. & ſeqq. ploribus.& in conſ.174.vbi idem dicit.& multos [illegible] num. 21. allegat lib. 2. late iſtam opinionem per 14. fundamenta defendit Caſſan.in conſil.14.hanc eamdem opinionem tenuerunt etiam Oldrad.Salic. Fulgoſ. Flori.de Sancto Pet. Roma Benedict. de Plumb. Alb.de Roſ.Io.Andr.Iacob.de Beluiſ.Iacob.de Aret. Cio. Din.Lodou. de Sardin. Cuman.Anton.de Prat. Franc.de Alberg. & Bart. prout eos referunt Anton. Gabr.in ſuis concluſ. in titul.de fideicomm. concluſ. 4.no.2.& Soc. iun.in d.conſ.158.lib.2. hanc eamdem opinionem ſequitur Tob. Non.in conſil.31. maxime num.5.& ſeqq.& in conſ.32.num.8.in quibus multos alios allegat, eamque communem eſſe affirmat Cephal.conſ.251. num.72.lib.2. dicens quod quidquid eſſet olim, hodie eo dum verior, ſed etiam magis communis opinio eſt, vt poſiti in conditione cenſeantur vocati.Corraſ. Miſcellan. lib.2. cap.19. qui tenet affirmatiuam velut veriorem, æquiorem, & magis conſonam voluntati teſtatoris. Menoch.conſ.135. num. 4.lib.2. aſſerens hanc opinionem eſſe magis veram, ac magis æquam, & receptam, Idem dixit Marzar.conſ. 9.num.1.& late Mant.de coniect.vlt. vol.libro 11. tit. 2. per totum, vbi eam velut veriorem & magis receptam ſequitur.& pro ea alios multos allegat. Ex quibus apparet opinionem iſtam non ſolum veriorem, ſed etiam magis receptam videri. Supereſt modo allegatis in contrarium reſpondere.

Non obſtat igitur Primum, dum per textum in l.ex facto etiam, ff. de hæred. inſtit. dicebatur poſitos in conditione non cenſeri vocatos, quoniam Textus ille
20 procedit in inſtitutione prout loquitur, † quæ exigit ſui natura, vt vel fiat per ſcripturam in teſtamento in ſcriptis, vt Inſt.de teſta.in prin. vel per expreſſam teſtatoris nuncupationem in teſtamento nuncupatiuo
21 iuxta tex.in l.hæredes palam, ff.de teſta. † Et coniecturis induci non poteſt, l.iubemus, C.de teſta. Nos autẽ
22 loquimur de fideicommiſſo, quod † etiam cõiecturis inducitur, l.hæredes mei, §.cũ ita, & ibi Doctores omnes, ff.ad Treb.l.ex facto proponebatur, §.rerum, ff.de hæred.inſt.Soc.inter conſilia Curt.ſen.conſ.40.Pariſ. conſ.6.nu.7.lib.3. & Soc.iun.conſ.158.num.60. lib.2. late Marzar.in conſ.4.in 1.dub.vbi Soc.iun. Torniel.
23 et alios multos allegat: † immo inducitur ex mente tantũ, licet verba illud non importent, l.fideicommiſſa, §.hæc verba, ff.de leg.3.Corn.conſ.66.nu.3. et conſil.146. nu.14. lib.2. Ideo non nocet d.l.ex facto, quæ loquitur in diuerſis terminis, & ita in terminis reſpondet Tob.Non.in conſ.31.num.7.& hæc reſponſio eſt de intentione Soc. iun. in d.conſ.158. nu.60. et in conſ.174. nu.7. et 8. lib.2. et per iſtam reſponſionem ſecundum Tob.Non.et Soc.iun.in dictis locis euitari poſſunt fere omnia argum.ẽta, quę pro contraria parte adducuntur, quæ procedunt in inſtitutione vel ſub ſtitutione directa, quæ per coniecturas regulariter non inducitur, nõ in ſubſtitutione fideicommiſſaria, quæ coniecturis inducitur.

Secundæ obiectioni reſpondetur, quod etſi regula-
24 riter verba conditionalia non diſponãt, ceſſat, † dicta regula, quando, vt hic, teſtator, qui talia verba protulit, diſponere potuit, et colligitur diſponere voluiſſe,

Digitized by Google

quo caſu etiam verba conditionalia diſpoſitionem in
ducunt,vt poſt Bartol.in l.ſ.§.videndum,ff.ad Tertul.
in terminis reſpondet Socin. iun.in dicto conſil. 158.
num.64. & ſeq.in conſil.174.num.72. & ſeqq.libro 2.
quem ſimpliciter refert & ſequitur Tob. Non. in di-
cto conſil.31.num.8.verſic.Non obſtat quarta.& poſt
eos Mant.in d.titu.2.num.3.& ſequen.vbi etiam alijs
modis reſpondet.

Tertium (quod magis vrgere videtur,) ſubuer-
titur.

25 † Primo quia in l. prima, C. de pact. erat tantum
contentio, núquid pactum initum inter Frótonem &
Philinum,eſſet iniquum,& tamquam iniquum reſcin
di deberet,ex quo Philinus cum liberis deceſſerit, &
reſpondet Imperator pactum non idcirco iniquum
cenſeri debere,quod ſacta,ſicut placuit,diuiſione,diē
ſuum,te filio ſuperſtite,defunctus eſt,& ſic contextus
ille ſolum dicit pactum illud non poſſe dici iniquum
ea hac cauſa, an vero alia via poſſit filius reuocare a-
lienationem,Imperator non decidit, nec ea verbis e-
ius dici poteſt,vt clare oſtendit Tob. Non.in d.conſil.
31.num.8.verſic.ſecondo principaliter.poſt Zuccard.
ibi,quem ipſe allegat contra Curt. iun. aliter textum
intelligentem.

Secundo reſpondetur in d.l.1.à fratre fuiſſe remiſ-
26 ſum tantum ſextantem,qui erat † legitima grauari in
reſtitutione fideicommiſſi non comprehenſa.Barbat.
in conſ.27.col.13.in 4.art.lib.1.poſt Rom.in d.l.ſi cum
dotem,ff.ſoluto matrim.Tob.Non.in d.conſil.31.nu.
8.vbi reſpondet etiam obiectionibus Alexan.& alio-
rum contra iſtum intellectum. Et ita textum illum
intelligendo ſecundum Barbat. ex eo potius proba-
tur, quod poſiti in conditione intelliguntur vocati,
quam contrarium, quia in caſu dictæ leg.primæ, fra-
ter alienauit ſextantem, & ſic legitimam portionem,
de qua diſponere poterat,merito alienatio non pote
rit reuocari à filijs poſitis in conditione. Sed ſi vltra
ſextantem alienaſſet,alienatio reuocari potuiſſet, &
iſtum eſſe verum intellectum illius contextus affir-
mat Barbat.dicens ex d.l.1. probari filios in conditio
ne poſitos,vocatos fuiſſe,& pro opinione Barba.facit
Corn.in conſ.306.col.2.nu.4.verſic.His tamen, lib.4.
qui dicit Lud. Pont. hanc tenuiſſe opinionem contra
gloſſam, & pro ea vltra alia fundamenta induxiſſe e-
tiam dictam l.1.C.de pact.

Non obſtat etiam Quartum & Vltimum, quia vt
ſupra deduxi in Quarto fundamento,multi ſunt, qui
hanc opinionem contra dictam gloſſam tenent, &
aliqui veriorem, æquiorem, magis communem,& in
iudicando ſequendam atteſtantur. Præterea ſi con-
traria eſſet magis communis, cum hæc ſit verior, &
27 magis æqua, eſt ſequenda, non autem † contraria,
quia cómunis opinio ſequenda eſt in dubio,& quan
do non conſtat quænam ſit verior, ſed quando id
apparet, veriorem opinionem ſequi oportet, prout
etiam ſequenda eſt magis æqua opinio, etſi contra-
ria eſſet communior, & ita in terminis multis aucto-
ritatibus comprobantes,dixerunt Curt.ſen.conſil.51.
num.20. & ſequen. Socin.iun. conſil.158.num.72. li-
bro 2. & latius Tob. Non. in dicto conſil.31.num.9.
& ſequentibus.

Inſuper ſi contraria opinio regulariter eſſet ſequē-
28 da, † tamen locum non haberet, quando de coniectu-
rata mente teſtatoris, vocando filios poſitos in con-
ditione,conſtaret, Tunc enim ab opinione contraria
recedendum eſſet,& alia pro filijs eſſet amplectenda.
Socin.ſen.in l.cum auus,in fin.ff.de condit.& demon-
ſtrat. late Socin. iun.conſil.174. num. 12. libro 2. qui
etiam Curt.ſen.Dec.& alios allegat.& in conſil.158.
nu.73.eod.lib. vbi dicit ita communiter teneri.Ruin.
conſil.198. num.7.libro 2. Paul.de Caſtr. conſil.263.
libro 2.Gozadin. conſil.64.num.2.verſicu. Secundo,
multos refert huius ſententiæ Anton. Gabriel. in tit.
de fideicomm. concluſ.4.num.25. Rolan.à Vall.con-
ſil.6.num.28. & 29.libro 4. Crauet. conſil.62.num.6.
libro 1.Iul.Clar.recept.ſentent.§.teſtamentum,quæſt.
77.in fin.vbi de communi teſtatur.Sfor.Odd.in dicto
tract.compend.ſubſtit.par.5.art.3.in fin.Cephal.con
ſil.188. num. 8.& ſequen.& in conſil.251.num.73.
libro 2.& in conſ.383.num.9.lib.3. Ioſeph de Ruſtic.
in d.tract.an & quando liberi poſit.in condit.vocent.
libro 2.c.1. vbi pro hac declaratione multos allegat.
& Tib.Dec.conſ.41.nu.23.lib.1.qui dixit, quod con-
currentibus efficacibus coniecturis, hæc opinio affir-
matiua indubitata redditur, & idem repetit in con-
ſil.34. num.117. libro 3. & conſil.89. num.13. eodem
lib. vbi de communi teſtatur. Burſar. qui ſimiliter
communem dicit in conſil.301. num.20.libro 3. Me-
noch.conſil.135. num.15.lib.2. & conſ.325. num.36.
29 libro 3. † vbi plus dixit, admitti etiam coniecturas,
quæ extrinſecus & præter verba diſpoſitionis aſſu-
30 muntur.Quod in tantum verum eſt,quod etiam † cō-
iecturæ leues pro coniecturanda mente teſtatoris ſuf
ficiunt,ſecundum Corn.conſil.97.col.4. num.3.verſi.
Tamen,lib.1.Curt.iun.conſ.87.num.8. lib.2.Soc. iun.
conſ.174.num.23.lib.2.& conſ.110.num.20.verſi. Ve-
rum,lib.3.vbi de communi teſtatur. Pariſ.conſ.6. nu.
3.libro 3.Rolan. à Vall.conſ.6.num.29. lib.4. Rimin.
iun.conſ.21.num.58.lib.1.& conſ.456.num.37. libro
4.Maluaſ.conſ.76. num.12.libro 1.Cephal. conſ.251.
num.74.libro 2. Doctores communiter in d.l.1. C.de
pact.& poſt alios Tob.Non.in d.conſil.31.num.13.&
in conſ.35.num.9.Zanch.in d.§.cum ita,num.257.vbi
multos refert,dicens leues,minimaſque ſufficere con
iecturas. Crau.poſt conſ.6.Marzar.fol.62.verſic.Con
trouerſia igitur,quam opinionem vt quælibet conie-
ctura etiam leuis ſufficiat, firmant etiam Put. deciſ.
215.num.1.lib.3.Tib.Dec.d.conſ.41.num.23.lib.1.&
conſ.34.num.117.lib.3. vbi alios multos concordan-
tes allegat, quam ſequitur etiam Marzar. conſil. 5.
num.5.Mant.in d.lib 11.tit.2.in fi. Ex quibus conſtat
non obſtare,quod poſt Pariſ. Ripā & alios dixit Tib.
Dec.conſ.26.num.87.lib.2.coniecturas, ex quibus di
cimus liberos cenſeri vocatos, eſſe debere concluden
tes & neceſſarias,& quæ ex verbis expreſſis colligan-
tur.Primo quia etſi regulariter ad inducendum fidei
commiſſum exigantur coniecturæ concludentes &
neceſſariæ,prout Ripa & alij,per Decian.allegati,lo-
quitur,in caſu iſto ſecus eſt, cum enim habeamus vr-
gentem coniecturam voluntatis teſtatoris pro filijs,
ex eo quod ipſos in conditione poſuit,leui alia conie
ctura adiuncta debemus illi parti inhærere, vt cēſean
tur vocati, vt Corn.d.conſ.97.num.3.ver. Tamen ſem
per,lib 1.& ceteri allegati concludūt,quorum opinio
communis eſt,& propterea ſequenda, quidquid Tib.
31 Dec.ſibi contrarius dixerit, † præſertim quando, vt
hic,filij poſiti in conditione ſunt de deſcendentibus,
quo caſu leuior coniectura ſufficit ſecūdum Iul.Clar.
in §.teſtamentum, q 79. in fin.& Mant. in d.libro 11.
tit.2.in fi.& quod quando agitur de deſcendentib.in
conditione poſitis, verior & communior ſit opinio,
quæ coniecturas quaſcumque etiam leues admittit,
teſtatur Ioſeph de Ruſtic.in dicto tract.an & quando
libe.in condit.poſit.vocent.lib.2.cap.1.nu.5.& 11 qui
in extraneis aliud concludit,num.14.& ſeq.poſt mul
31 tos quos allegat. Secundo † dicitur quod coniectura
vrgens & neceſſaria exigi poſſet ſecundum opinionē
Tiber. Dec. quando vna tantum adduceretur, prout
loqui-

loquitur Ripa à Deciano allegatus in d. §. cum ita, num.17. & declarat Cephal. conſil.749. num.3. lib.5. Sed quando, vt hic, plures coniecturæ voluntatis teſtatoris concurrunt, illæ quamuis leues eſſent, ſufficiunt, vt poſt Zancb. in d. §.cum ita, in 7.par. nu.21. & 22. ſcripſit Menoch.in conſ.393. num.34. lib.4. & eſt de intentione Cephal. in dicto conſ. 749. Et inferius demonſtrabitur.

In caſu autem præſenti multæ concurrunt coniecturæ, vt infra deducam, ex quibus ad hanc opinionẽ ſequendam principaliter inducor, merito ab iſta opinione affirmatiua non videtur recedendum.

33 Prima quidem coniectura † colligitur, quoniam teſtator dixit, quod ſi aliquis dictorum ſuorum filiorum & hęredum decederet ſine filijs, ſubſtituit ſuperuiuentes, & eorum filios, & conſequẽter ad fideicommiſſum purificandum per mortem patruorum, filij filiorum fuerunt diſpoſitiue vocati. Vnde cum teſtator ipſos in vna parte teſtamenti diſpoſitiue vocauerit, cenſentur etiam vocati ad eam portionem, cuius reſpectu fuerunt in conditione poſiti. Gozad. conſil. 64.num.10.quem refert & ſequitur ita regulam limitando, Gabriel. in dicta concluſ.4. num.36. Crauet. conſil.62.num.10. lib.1.poſt Curt.iun. quam allegat Ruin.conſil.140.num.14.libro 3.Rimin. ſen.in conſil. 289.col.3. & 5. Corne.conſil.226.col.4. in fin. verſic. Facit, libro 4.Ruin.conſil.160.num.24.libro 2.Quam coniecturam ab impugnatione Zanch.contrarium tenentis defendit Ioſeph de Ruſtic.in dicto tract. libro 5.cap.3.num.1. & 2. Quæ ſine dubio procedit, cum non in diuerſa parte teſtamenti illos vocauerit, & in conditione poſuerit, cuius opinionis ea affertur ratio ſecundum Guzadin. & Crauet.quia cum dubium ſit, numquid teſtator voluerit vocare poſitos in conditione, hæc dubietas ex alia parte clara, in qua illos
34 diſpoſitiue vocauit, interpretationem recipit, † cum vna pars teſtamenti ex alia declaretur, etiam quo ad voluntatem teſtatoris, l. ſi ſeruus plurium, §. fin. & l. qui filiabus, ff.de leg.1.l.cum filius, & ibi Bartol.ff.eodem titu.Guid.Pap.q.485.per totum.Crauet. conſil. 297.num.5.lib.2.Dec.conſ.15.num.3.Ruin. conſ.118. num.10.lib.3.Cephal.conſ.28.nu.12.lib.1.Tob.Non. conſil.40.num.4.

35 Secunda elicitur coniectura † quia teſtator Dominæ Catherinæ filię certum quid reliquit, ipſamque ab vniuerſali inſtitutione excluſit, & prohibuit, ne plus peteret, nam quando teſtator maſculos inſtituit, feminas vero ab vniuerſali ſucceſſione excluſit, tunc filij poſiti in conditione, cenſentur vocati, vt tenent Pariſ.conſ.6.num.9.libro 3. & Zanch.in l.hæredes mei, §.cum ita, num.770.ff.ad Trebellian. Marzar.conſ.4. fol.39.in fi.& fol.40.in princ. ver.Præterea, vbi Cagn. & alios allegat, & in conſ.6.fol.54.in fin. Tob.Non.in conſ.31.num.18.& in conſ.32.nu.13.Cephal.conſ.114. nu.25.libro 1.quod eſt etiam de intentione Crau.conſil.62.nu.9.libro 1.Rim.iun.conſ.21.n.42.lib.1. & conſil.456.nu.41.& ſeq.libro 4.Grat.conſ.106.col.penul. libro 2.& Gabr.in d.conclu.4.nu.44. Ea ratione quia quotieſcumque teſtator, intentionem habuit conſeruandi agnationem, filij in conditione poſiti cẽſentur vocati, nam ſi contrarium diceretur, grauatus, qui filios ſuſcepiſſet, poſſet de bonis diſponere, eaque extraneis relinquere, & ſic agnatio non conſeruaretur, vnde ne id accidat contra mẽtem teſtatoris, dicendũ eſt, poſitos in conditione eo caſu cenſeri vocatos, vt dixit Ruin.conſ.111.nu.15.lib.2. quem refert & ſequitur Ant.Gab.in d.conclu.4.nu.45.Grat.conſ.106.col. pen.lib.2.poſt Corn Soc.& alios Ceph.conſ.251. nu. 81.lib.2.Burſat. conſ.13.nu.53.lib.1. vbi de communi teſtatur. Pariſ.conſ.6.col.1.& 2.lib.2.Socin. iun.conſ. 110.num.24. libro 3.Menoch. conſil.325. num.14. li-
36 bro 4.In caſu autem † præſenti ſecundum aliquos cõſtare videtur teſtatorem habuiſſe rationem conſeruandi agnationem, quia filios maſculos vniuerſales hæredes inſtituit, eoſque ad inuicem ſubſtituit, excluſa Catharina filia femina tam ab vniuerſali ſucceſſione, quam à ſubſtitutione, quod ratione conſeruandi agnationem factum præſumitur, cum illa per maſculos tantum conſeruetur, vt dixerunt Pariſ.conſ.6.nu. 9.libro 3.Dec.conſ.574.num.5.Socin.iun. conſil.168. num.38.lib.2.Ruin.conſ.139.num.17.libro 3.Gozad. conſil.89.num.8. poſt Alexan. & alios Cephal.conſil. 306.num.71.libro 3. Iaſ.conſ.141.col.6. & 8. libro 2. poſt alios Tob. Non.conſil.36.num.11. Marzar.conſil.4.& multos huius opinionis refert Menoch.in conſil.95.num.51.libro 1.

Accedit Tertio teſtatorem feciſſe compendioſam ſubſtitutionem, cum decedenti ſine filijs legitimis, & naturalibus ſubſtituerit ſuperuiuẽtem, & eius filios,
37 in qua † continetur tam vulgaris quam fideicommiſſaria, iuxta notata per Bar.& alios in l.Cẽturio, ff.de
38 vulg.& pup. † Sed reſpectu vulgaris operatur, quod filij vocati intelligantur, ergo idem dicẽdum eſt reſpectu fideicommiſſariæ, vt informis fiat determinatio, iuxta l.iam hoc iure, ff.de vulg.& pupil.& ita late probat Socin.iun.conſ.174.num.24.& ſeqq.multis, lib.2. quem ſequuntur in terminis Tob.Non.in conſ.31.nu. 14.& in conſ.32.num.12. Rim.iun.in conſ.21. nu.48. lib.1.& Cephal.in conſ.419.nu.8.& ſeq.lib.3. qui etſi contrarium teneat nu.74. verſic. Quarta coniectura,
39 † mouetur, quia in caſu, in quo ipſe reſpondit, prędecedenti fuerunt ſubſtituti hæredes teſtatoris, non autem filij in conditione poſiti, quod non nocet in caſu, de quo agitur, in quo filij in conditione poſiti fuerũt etiam ſubſtituti patruis ſine filijs decedentibus, cum teſtator decedentibus filijs, & hæredibus ſine filijs ſubſtituerit ſuperuiuentes, & eorum filios.

40 Quartam addo coniecturam, † ex eo quod in conditione poſiti fuerunt deſcendentes ipſius teſtatoris, quo caſu cenſentur diſpoſitiue vocati, licet ſecus ſit in tranſuerſalibus, vt declarant Salic.in l.1.num.5. C.de condit.inſert. Socin.ſen. conſ.73.num.30. lib.4. & late Tibet.Dec.conſ.9.num.1.& conſ.44.num.5. & ſeqq.lib.3.Et licet ab hac opinione, quando alia non concurrunt, recedant multi, vt teſtatur Iul. Clar. in §.teſtamentum, q.79.ver. Tertia coniectura, qui dixit hanc coniecturam communiter damnari. Nihilominus fateri oportet deſcendentes, multo facilius videri ſubſtitutos, quam collaterales extraneos, cũ enim hæc tacita conditio inſit, l.cum auus, ff.de cond.& demonſtr. non tamen videtur ineſſe ex neceſſitate, ſed ex voluntate, & ideo cum exprimitur, poteſt, & debet aliquid operari, l.ſi in diem, §.vlt.& l.ſi ita expreſſum, ff.de condit.& demonſt.et ita dixit Mant.in d.titu.3. num.1.quem ſequitur Rim. iun.conſ.456.num.46. et ſeqq.et conſ.476.num.16.et ſeq.lib.4.

Quinta ratio vocationis poſitorum in conditione
41 † adducitur ex clauſula, Omni meliori modo, appoſita in fine teſtamenti, qua teſtator declarauit velle ſuam diſpoſitionem ſortiri effectum omni modo meliori, quæ ſane clauſula operatur, vt filii, in conditione poſiti intelligantur vocati. Pariſ.conſ.21.num. 53.lib.3.Cuman.conſil.25.col.2.Curt. iun. conſil.73. num.22.et conſ.114.num.9.et ſequen.lib.2.Put.deciſ. 215.in fin.libro 3.Socin.ſen.conſ.12.num.19. et conſ. 63.num.20. verſic.Poſtremo, libro 3.Rimin.iun.conſ. 583.num.14.lib.5. Sim. de Pret.de interpret.vlt.vol. lib. 3. ſolut. 3.num.6. folio 300. et Ioſeph de Ruſtic. in d.

in dicto tract. libro 5. cap 6. num. 3. in 39 coniectura.
42 Vltimo quia teſtator dixit, † ſi aliquis ſuorum fi-
liorum deceſſerit ſine filijs legitimis & naturalibus,
& de legitimo matrimonio natis, colligitur coniectu
ra. vt ipſos filios legitimos & naturales, in conditio-
ne poſitos, diſpoſitiue vocare voluerit, cum legitima-
ti excluderentur, & ſecundum diſpoſitionem teſta-
toris legitimi & naturales tantum eſſent admitten-
di, vt late oſtendit Soc. iun. in conſ. 110. nu. 25. & ſeqq.
lib. 3. affirmans huic coniecturę nihil opponi poſſe. cũ
refert, & ſequitur Tob. in conſ. 32. num. 11. & Rimin.
iun. in d. conſil. 21. num. 44. & ſeqq. quam opinionem
approbauit etiam Menoch. conſ. 325. nu. 10. lib. 4. &
poſt multos alios Mant. de coniectu. vlt. volun. lib. 11.
tit. 3. nu. 7. & ſequen. & eamdem coniecturam veram
ac concludentem eſſe cenſuit etiam Simon de Pret. d.
ſolut 3. num. 11. & ſeqq. fol. 301. & Ioſeph de Ruſtic.
in d. tract. an, & quand liberi in condit. poſit. vocent.
lib. 3. c. 3. qui etiam Pariſ. Bertran. Menoch. & alios
plures concordantes allegat. & nu. 5. dicit Rotam Ro
manam in vna Bononieoſ. de Pepulis coram R. P.
D. Robuſterio die 13. Nouembris 1566. firmaſſe fi-
lios poſitos in conditinne cenſeri vocatos, quando
legitimi & naturales, & de legitimo matrimonio na-
ti fuerunt poſiti in conditione, ſecus ſi legitimi & na
turales tantum.

Ex quibus coniecturis clare apparet recedendum
eſſe ab opinione gloſſæ in d. l. Lucius, & eſſe conclu-
43 dendum filios in conditione poſitos fuiſſe† vocatos.
Et quatenus quælibet ex prædictis cõiecturis ſola nõ
ſufficeret, omnes ſimul iunctæ ſufficere deberẽt, ſecun-
dum Grat. in conſ. 106. col fi lib. 2. Ant. Gab. in d. con
cluſ. 4. num. 49. Cephal conſil. 251. num. 87. lib. 2. Ri
min. iun. d. conſil. 21. num. 51. Mant. in d. libro 11. tit.
3. nu. 18 & poſt Ripam, Soc. iun. Crau. Celſ. Hugo. Be-
ro. & alios multos, idem Ioſeph de Ruſtic. in d. tract.
lib. 5. cap 8. Animumque iudicis ad credendum hanc
fuiſſe voluntatẽ teſtatoris inducere debent, quod ſuf-
44 ficit, cum† quales eſſe debeant coniecturæ voluntatis
teſtatoris in propoſito, circumſpectioni Iudicis relin
quatur. Curt. iun. conſ. 43. num. 7. lib. 1. Marzar. conſ.
9. col. 2. & poſt Zanch in d. §. cum ita, in 7. par. nu. 21.
cum ſeqq Rimi. iun. conſ. 456. num. 38. lib. 4. Et quan-
do duæ vel plures coniecturæ concucurrunt, & con-
ſcientia ita ſuadeat, vt hic, poterit Iudex intrepide iu
dicare contra opinionem gl. in d. l. Lucius, ſecundum
Iul. Clar. in d. § teſtamentum, q. 79. in fin. quem in hoc
ſequitur Rimi. iun. in d. conſ. 456 nu. 49. Et quia Mar-
tinus eſt de deſcendentibus teſtatoris, facilius id eſt
dicendum ſecundum Iul. Clar. in dicto loco. & Mant.
45 in d. tit. 2. in fin. † licet quando concurrunt coniectu-
ræ voluntatis teſtatoris vocandi liberos poſitos in
conditione, idem concludendum in extraneis dixerit
Mant. in eodem lib. 11. tit. 3. in fi. reprobata opinione
Iul. Clar. in d. q. 79. in fine aliud ſentientis, quando li-
beri in conditione poſiti, non ſunt de deſcendentibus
teſtatoris, licet verum ſit leuiores coniecturas in de-
ſcendentibus ſufficere quam in collateralibus.

Quantum attinet ad Tertiam difficultatem, vi-
detur dicendum, quod ſi filij in conditione poſiti, fue
runt vocati, intelliguntur vocati tam maſculi quam
feminæ.
46 Primo quia† ſimpliciter teſtator prædecedenti ſub
ſtituit ſuperuiuentes, & eorum filios, nulla facta dif-
ferentia inter maſculos & feminas, ideo omnes com
prehenduntur, quod probatur per textum, in l. 1. C. de
conditio. inſert. vbi aperte dicitur verba, Sine libe-
ris, conditionalia comprehendere maſculos & femi-
nas. Vnde idem dicendum videtur de ſubſtitutione
facta decedenti ſine filijs, quæ idem importat, vt de-
clarat ibi Corn. num. 16. Ari. Pinell. in l. 3. num. 27.
C. de bon matet. & poſt Io. Andr. Soc. Bologn. Mant.
47 Curt. iun & alios late Marzar. in conſil. 7. † Et etiam
quia in vltima voluntate filiorũ appellatione veniũt
etiam feminæ, & maſculinum concipit femininum, l.
ſi ita ſcriptum, ff. de leg. 2. l. ſi quis ita, ff. de teſta. tut.
Gozad. conſ. 80. in prin. Dec. conſ. 414. nu. 3. & in conſ.
570. Soc. iun. conſ. 100. nu. 3. lib. 3. Ceph. conſ. 45. n. 10.
lib. 1. Rol. à Vall. conſ. 93. nu. 3. & ſeq. lib. 2.
48 Secundo† idem in terminis probare videntur Dec.
in conſ. 570. num. 3. vbi dicit ita communiter Docto-
tes tenere. Pariſ. conſ. 18. num. 3. lib. 2. Socin. iun. con-
ſil. 158. num. 31. & ſeqq. lib. 2. Ruin. conſ. 142. num. 2.
& conſ. 146. num. 1. lib. 2. & poſt Petr. de Anchar. Ant.
Burr. & alios ita firmat Anto. Gabr. in ſuis concluſ. in
tit. de verbo. ſign. concluſ. 6. nu. 8. aſſerentes filiorum
appellatione, in cõditione poſitorum, tam maſculos
quam feminas contineri.

His tamen non obſtantibus contrarium cenſeo. Et
omiſſis argumentis, breuiter dico allegata in contra
rium procedere regulariter, quando non conſtat de
voluntate teſtatoris in contrarium, prout conſtat in
caſu noſtro, quoniam ſtatuto loci feminæ propter ma
49 ſculos excludũtur, † cum quo præſumitur teſtatorem
voluiſſe diſpoſitionem ſuam conformare. Bart. Alex.
& alij in l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Treb. Alex. in
l. Gallus, §. 1. in fi. ff. de lib. & poſthum. & conſequen-
50 ter † filios maſculos feminis excluſis vocare, prout ſta
tuto vocantur. Iaſ. in l. ſi quis id quod, nu. 18. ff. de iu-
riſdict om. iud. qui Petr. de Anch. Bal. & Pau. de Caſt.
allegat Tub. Non. in conſil 36. nu. 13. Ripa in dicto §.
cum ita, num. 75. vbi multos allegat, & de communi
teſtatur, & Hieron. Gabr. conſil. 115. num. 2. lib. 1. qui
dicit ita Doctores cõmuniter tenere. Ideo cum vigo-
re ſtatuti maſculi feminas excludant dum teſtator
ſimpliciter filios in conditione poſuit, de maſculis
ſenſiſſe creditur in caſu iſto, in quo agitur non de ſim
plici conditione, ſed de vocatione, & ſic maſculi tan-
tum, excluſis feminis, ad fideicommiſſum admittun-
tur, vt concludunt Gozad. conſ. 59. num. 6. poſt Caſt.
& Socin. quos ipſe allegat. Socin. iun. conſ. 168. nu. 68.
& ſeq. lib. 2. Tob. Non. in d. conſ. 36. num. 13. ver. Ergo
teſtator. Menoch. conſ. 95. num. 60. & ſeqq. lib. 1. Rim.
iun. conſ. 47. num. 20. lib. 1. Ceph. conſ. 306. num. 75.
& ſeq. lib. 3. Grat. Cuman. Crot. & alios recenſet. & in
terminis idem tenet Curt. iun. conſ. 171. col. 2. lib. 2. &
Cephal conſ. 45. num 17.
51 Comprobatur prædicta, quoniam videmus, † quod
emphyteuſis recepta ab aliquo pro ſe, & filijs maſcu-
lis & feminis, prius defertur maſculis excluſis femi-
nis, & maſculis non extantibus feminis, quando ma-
ſculi, attenta diſpoſitione ſtatuti, excludunt feminas,
cum quo contrahentes ſe conformare voluiſſe præ-
ſumitur, vt dicit Barto. in l. vt iuriſiurandi, §. ſi liberi,
num. 5. ff. de oper. libert. cuius opinio communiter
approbatur ſecundum Curt. iun. in conſil. 171. co-
lum. 2. num. 3. poſt multos Albert. Brun. in tracta. de
ſtat. quod ſtant. maſcul. art. 8. q. 22. num. 104. & ſeqq.
Iul. Clar. recept. ſentent. §. emphyteuſis, quæſtio. 32.
verſicu. Sed pone, qui communem eſſe affirmat. In
caſu vero noſtro ſtatuto Peruſino feminæ per maſcu-
los excluduntur, ſiue attendamus perſonam aui te-
52 ſtatoris, cui† per fideicommiſſum ſucceditur, l. cohæ-
redi, §. cum filiæ, ff. de vulgar. & pupill. glo. & Bartol.
in l. 1. C. de pact. & poſt alios Cephal. in conſilio 306.
num. 77. libro 3. ſiue perſonam granati, cum fratres
excludant ſorores tam ab hæreditate patris, quam
53 aui, quam etiam patrui, † merito ſine controuer-
ſia

Google

ſia feminæ non continentur in dicta conditione, nec
in ſubſtitutione, vt habetur in dictis locis, & admit-
tit etiam Cephal. qui in contrarium fuit adductus in
d.conſ.45. num.3. & 17.& ſeqq.& in conſ.46. num.1.
26.& 43.vbi concludit, quod quando maſculus velut
vocatus vigore fideicommiſſi vult excludere femi-
nam, quæ etiam per eius exiſtentiam per ſtatutum ex
cludebatur, abſque difficultate maſculus ſolus ad-
mittitur, licet ſi femina ſtatuto non excluderetur, a-
liud ipſe concludat.

Ex quibus concluditur Martinum vocatum fuiſ-
ſe ad fideicommiſſum vna cum patruo pro virili, &
cum fuerit in cōditione poſitus, cenſetur etiam voca
tus, & admitti debet ad portionem patris, excluſa
Maria ſorore.

Supereſt modo Quartum principale dubium, in
54 quo, omiſſis argumentis, vt breuitati conſulam, † di-
co, quod etſi ſtatutum Peruſinum, ſtantibus maſcu-
lis, mulieres excludat tēporaliter, durante linea ma-
ſculina, & linea maſculina extincta, feminæ ſint ad-
mittēdæ ad ſucceſſionem eius à cuius hæreditate per
exiſtentiam maſculorum fuerunt excluſæ iam de iu-
re Communi ſtante dicta excluſione temporali, vt di
cit Bart. in l.fi.§.1.ff.ad Tertull. Bald. Alex. & alij in l.
a.C.de lib.& poſth.Pet.de Anch.conſ.221.Tob.Non.
conſ.8.num.2.Cephal.conſ.251. num.9.lib.2. Burſat.
conſ.80.nu.8.lib.1.Alber.Brun.in tract. de ſtat. quod
ſtant.maſcul.art.10.q.5.num.67.& ſeq.& eſt commu-
nis opinio, de qua teſtantur Soc.iun.in conſ.1.num.1.
lib.1.& Ant. Gabr.in ſuis concluſ.in titu.de ſtat.con-
cluſ.4. num.9. Quam etiam ſecundum formam dicti
ſtatuti Peruſini in rub.45.lib.2.§.& ſaluo in veteri ſta
tuto. Et in noua reformatione, §.Item ſtatuimus.& c.
& propterea videtur dicendum Dominam Mariam
redintegrādam eſſe ad hæreditatem Simonis patris,
55 à qua per exiſtentiam Martini fratris fuit † excluſa.
Tamen non improbabiliter poſſet dubitari redinte-
grationi locum non eſſe in caſu noſtro, quia ſtatutum
loquitur de excluſione temporali, quando filia à pa
tre, vel alio aſcendente dotata fuit, quod hic non acci
dit, cum Maria fuerit dotata à fratre, quo caſu ſoror
non excluditur temporaliter, ſed ſimpliciter, vt habe
56 tur in dicto ſtatuto in §.Item ſi aliquis pater, & † quā-
do femina ſimpliciter excluditur, remanet perpetuo
excluſa, vt dicit Bar.in d.l.fi.§.1.n.2.in fi.ff.ad Tertul.
Bald.& Ang.in l.Gallus, §.& quid ſi tantum, ff.de lib.
& poſthum.Alber.Brun.in d.tract. art.10.q.5.nu.63.
vbi Paul.de Caſt. Alex.Soc.& alios allegat, teſtatur-
que hanc eſſe veram & communem opinionem, & ita
in terminis huius ſtatuti, quod ſorori à fratre dotatę
non competat ius reintegrandi, conſuluit Bar. in con
ſil.20.nu.2.lib.1.& Corn.conſ.7.in 2.dub.num.5. ver.
Tamen his non obſtantib.lib.2. qui de Bartholo nul-
lam facit mentionem & reſpōdet etiam rationibus,
quæ pro muliere adduci poſſent.

Verum quia hæc poſſent recipere dubitationem,
ſtante quod in ſtatuto expreſſe vocantur feminæ ad
57 redintegrationē, extincta linea maſculina. † Dicitur
quod ſi Maria eſſet redintegranda, conſequi deberet,
collatis tamen dotibus, illam portionem, quam de iu
re communi habitura fuiſſet, ſi propter ſtatutū à fra-
tre non fuiſſet excluſa Soc.iun.in conſ.82.nu.7. lib.4.
Capra conſ.76.in fin.de communi Soc.ſen.conſ. 10.in
prin.lib.3.Alber.Brun.in d.art. 10. q.5.num.82. in fi.
quod ſentit etiam Aret.conſ.143.in prin.& Corn.con
ſil.233.num.12.lib.4.Rim.iun.conſ.31.num.9.libro 1.
Et conſequenter conſequi deberet medietatem bono
58 rum relictorum in hæreditate patris, † cum duo tan-
tum eſſent filij, qui æqualiter ſuccedere debebant, de

iure communi, iuxta l.maximum vitium, C.de liber.
præterit.vbi Alex.Iaſ. & alij, Auth.in ſucceſſionibus,
C.de ſuis & legit.Corn.conſ.49.num.1.lib.1.

Sed vti bona hæreditaria Simonis non debent iu-
dicari omnia bona Antonij patris, quæ Simon poſſi-
debat tempore eius mortis, quia pars dictorū bono-
rum reſtituenda erat Martino filio Simonis virtute fi
deicommiſſi facti ab Antonio auo, quoniam ipſe An-
tonius auus Martini vxorē & tres filios hæredes inſtī
tuit, & prædecedēti ſine filijs ſubſtituit ſuperuiuentē
& eius filios, & vt ſupra demonſtraui in primo dubio
Martinus filius vna cum Simone patre ſucceſſit vigo-
re dicti fideicommiſſi Magdalenæ auiæ, Petro & Mat
thæo patruis, videlicet patruis pro quarta parte, cum
detractis duabus quartis pro legitima & Trebellia-
nica eis debita, iuxta textū in c.Rainutius, & in c.Rai
naldus, de teſt. & not.communiter per Doctores in l.
cohæredi, §.cum filiæ, vbi Alex.nu.9.ff.de vulg. & pup.
& in l.in ratione, §.quod vulgo.& ibi Alex.nu.10 ff.ad
leg. Falci.in alijs duabus quartis Simon & Martinus
filius æqualiter ſuccederent. Auiæ autē ſucceſſit Mar-
tinus in tribus partibus ex octo, ſtante quod velut ex
tranea Trebellianicam tantum detrahere poterat. Si
moni patri ſucceſſit Martinus ī medietate portionis
eiuſdem nam detracta legitima & Trebellianica vt
ſupra, reſiduum bonorum ſubiectorum fideicōmiſſo
Martino filio in conditione poſito, velut vocato, reſti
tui debebāt, vt in ſecundo dubio oſtēdi. Et in reſtōne
fideicōmiſſi venit ēt quod ex portionib.aliorum præ-
dicti habuerunt. Hic enim fuit facta reciproca ſubſti-
tutio, quoniam diſpoſuit teſtator, quod ſi aliquis de-
ceſſerit ſine filijs, eius portio reſtitui deberet ſuperui-
uentibus, ſeu ſuperuiuenti, & eorum filijs, & conſe-
quenter conſiderauit ēt caſum, in quo vnus tm̄ ſuper-
59 uiueret, quo caſu † in reſtitutione fideicommiſſi non
ſolum venit portio hæreditaria, quā quis ex propria
perſona fuit conſequutus, ſed ēt illa quam acquiſiuit
per mortem fratrem ſeu alterius cohæredis vigore
eiuſdem fideicommiſſi, vt in terminis ſcripſit Bar.in l.
Sceuola, nu.4.& 5.ff.ad S C.Treb.& in l.Marcellus, §.
quidam liberis, ver.Quęro an id, ff.ad Treb.& ibi Soc.
Alex.& alij cōiter. Alex.conſ 66.col.penul.nu.8. & 9.
quam opinionem cōiter approbari teſtatur Natt. in
conſ.320.num.1.lib.2. Dec.conſ.81.nu.2. qui pariter
cōem dicit & in conſ.86.nu.1.Ripa in l.hæredes mei,
§.cum ita, nu.36.ff.ad Treb.Matz.epit.de fideic. par.
2.q.36.Ruin.conſ.120.lib.3. & multos refert Zanc.in
rep.in d.§.cum ita, nu. 369.& ſeqq. Et licet aliqñ non-
nulli contradixerint, loquuntur in diuerſis terminis;
Vel quando non fuit facta reciproca ſubſtitutio. Aut
quādo quis fuit rogatus reſtituere ſuam portionem
vel hæreditatem. Seu qñ conſtabat de mēte teſtatoris
in contrarium. Quæ omnia ceſſant hic, cum fuerit fa-
cta reciproca ſubſtitutio de ſuperuiuentib. vel ſuper-
uiuente, nulla facta mentione portionis ſeu hæredi-
tatis, & teſtator conſiderauit ad vnum tantum bona
peruenire poſſe. Quibus ſtantibus in caſu præſenti
ceſſat dubitatio, & ita in terminis poſt Pariſ. & alios
tenet etiam Hier.Gabr.in conſ. 115 per totum, lib.1.

Ex quibus concluditur ex bonis olim Antonij aui
ſex vncias cum dimidia alterius vnciæ pertinuiſſe ad
Martinum filium Simonis vigore antedicti fideicom
miſſi per mortem auiæ, patruorum, & patris in eius
fauorem purificati. Reliquum vero videlicet vncias
quinque cum dimidia diuidendas eſſe inter Mariā,
& hæredes Martini, ex quibus Maria medietatem,
collatis tamen dotibus, conſequi poteſt.

Reſpondi pro hærede grauato adhuc viuente,
Et propterea nihil reſolutum fuit.

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

An teſtamentum, de quo infra, ſit validum, ita vt ex eius nota, non reperta inter alias rogationes Notarij, ſumi poſſit validum inſtrumentum, ſtante maxime ſtatuto Peruſino. Rub. 41. lib. 2.
Quæ ſollemnitates requirantur ad validitatem inſtrumenti. Et
An & quãdo ex productione & approbatione teſtamenti nulli, pręſertim à Procuratore facta, Dño fiat præiudicium.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum, de quo apparet inſtrnmentum, præſnmitur validum, niſi eins inualiditas probetur.*
Et etiam præſumitur verum & ſollemne, num. 2.
Declaratur. num. 38.
3 *Teſtamentnm ſuſtinetur, licet in eo non fuerit appoſitus anuus, indictio, & nomen Pontificis, Si tamen Notarius de eis in totum non fuit oblitus.*
4 *Indictio falſa per errorem appoſita iu inſtrumento, non vitiat inſtrnmentum, licet ſecus ſit quando fuit omiſſa.*
Declaratnr. unm 41.
5 *Teſtamentum inter liberos ſuſtinetur, licet ſollemnitatibus probatorÿs careat, dummodo ſubſtantialia teſtamenti interuenerint.*
Sed contra num. 45. vbi declaratur.
6 *Sollemnia & non ſubſtantialia inſtrumenti reſpiciunt tempus, indictio, & uomen Pontificis.*
7 *Inſtrumentum nullum ob defectum temporis, aliarumve ſollemnitatum, mortuo Notario, plene probat.*
Et ſi eſt antiqnum, ob antiquitatem temporis facit plenã probationem num. 8.
Sed contra num. 46. cum ſeqq. vbi declaratur.
9 *Tempns antiquum dicitur, quod excedit centum annos.*
Et num. 51.
Secnndum alios ſi excedit 30. 40. 70. ſiue 90. annos. n. 10.
Et tamen arbitrarium iudici. num. 11.
Et inſpecto communi curſu hodierna hominis vitæ tempus 80. annorum eſt antiquum. num. 12.
13 *Producens inſtrumentum fatetur omnia in eo contenta eſſe vera Declaratur. num. 52.*
14 *Inſtrumentũ productnm contra producẽtem plene probat.*
Etiam ſi careret ſollemnitatibus, num. 15. & 20.
Nec amplius impugnari poteſt. num. 16.
17 *Inſtrumento annullato, non annullatur contractus qui aliter probari poteſt.*
18 *Teſtatoris voluntas ſeruari debet, licet inſtrumentum teſtamenti eſſet imperfectnm.*
19 *Volnntas probatur etiam ex inſtrumento, ſollemnitatibus probatorÿs carente.*
20 *Confeßio maior eſt omni alia probatione.*
21 *Inſtrumentum careus die & Conſule, ſuſtinetur, & pro publico habetur contra illum, qui faſſus fuit vera eſſe contenta in eo.*
Sed contra. num. 65. vbi declaratur.
22 *Confeßio procuraroris nocet domino.*
23 *Maritns habet mandatum à lege, & facere poteſt omnia, quæ etiam requirunt ſpeciale mandatum.*
Declaratur, num. 86. cum ſeqq.
25 *Protocollum approbatũ per Priores Collegÿ Notariorum Ciuitatis Peruſiæ, habet vim publici inſtrumenti vigore ſtatuti.*
Intellige vt numero 102.
25 *Domini innocatio pro ſubſtantia inſtrumenti requiritur, & eins omiſsione redditur inſtrumentum nullum.*
26 *Annus debet apponi in inſtrnmento, aliàs eſt nullum.*
27 *Indictionis expreſſio reqniritur pro ſnbſtantia inſtrumenti, & ſine ea eſt nullum.*
28 *Pontificis nomen debet deſcribi in inſtrumento confecto in terris Eccleſiæ, aliàs vitiatur.*
29 *Imperatoris nomen, ſi non apponitur in inſtrumento, condito in terris Imperÿ, illud eſt nullum.*
30 *Teſtamentum non probatur ex inſtrumento, carente ſollemnitatibns, nec eius habenda eſt aliqua ratio, neque fideicommiſſnm eius vigore peti poteſt.*
31 *Inſtrumentum, vt fidem faciat, prius conſtare debet Notarium de eo fuiſſe rogatum.*
32 *Rogitns Notarÿ in dubio non præſumitur.*
Maxime quando ſcriptura non reperitur inter alias ſcripturas Notarÿ. nnm. 33.
34 *Verbum, actnm, appoſitum in inſtrumento, denotat perfectionem actus.*
Non tamen probat teſtamentum eſſe perfectum, maxime qnando in principio ponitur. Et de ratione ibi.
35 *Inſtrumentum ſumi non poteſt ex ſcriptura non reperta inter alias rogationes Notarÿ.*
Sed illud præſumitnr imperfectum. num. 96.
36 *Inſtrnmentum etiam authenticum non facis fidem, quando reperinntur protocolla Notarÿ einſdem temporis non lacerata, & inter ea illud non inuenitur. Et quando id procedat, ibi aeclaratur.*
37 *Notarinm non fuiſſe rogatum de aliquo inſtrumento, probatur ex inſpectione protocollorum eiuſdem temporis.*
38 *Inſtrumentum præſnmitur validum, quando non caret aliqua ſollemnitate.*
Limitatnr quando fuit redactum in publicam formam.
Aliàs ſecus. nnm. 39.
Item niſi conſtet de inualiditate, cum præſnmptio illa validitatis admittat probationem in contrarium. numero 40.
42 *Indictionis omißio infringit inſtrumentum, etiam ſi in eo fniſſet appoſitus annns, & dictnm, Indictione & c.*
43 *Inſtrumentum redditur nullum ex omißione ſollemnitatũ, quamuis ex imperitia, ignorantia, & negligentia Notarÿ fuiſſent omiſſæ.*
44 *Inſtrumentũ, in quo aliqnid deficit ſuppleri poteſt ex præcedentibus, ſi reperitur in libro protocollorum. Secus ſi in in filo, ſeu folio de per ſe.*
47 *Bannitus amittit tantum iura Ciuitatis, non communia, & propterea teſtamentum facere poteſt.*
Fallit quoad bona ſita in diſtrictu Ciuitatis, à qua fnit bãnitus. num. 48.
Item etiam quoad alia ſubiecta eidem Principi. num. 49.
Item in bannito ex crimine rebellionis, & læſæ maieſtatis, qui amittit etiam iura communia. num. 50.
51 *Tempus antiquum ad effectum ſnpplendi defectum probationnm, eſt centum annornm ad minus.*
52 *Producens ſcripturam cenſetur fateri, qnatenns ſcriptura producta probat, & non vltra.*
Et quando ſcriptura prodncta eſt nulla, ſibi non præiudicat, quin poſsit dicere de eius nullitate num. 53.
54 *Confeſſio eſt inefficax, quando eſt relatiua ad inſtrumentum, quod caret ſollemnitatibus maxime ſi fnit facta productio à procuratore.*
55 *Prodncens ſcripturam inualidam ſcienter, ſibi præiudicat, ſecus ſi ignoranit eins inualiditatem, vt quia contineret factum alienum.*
56 *Protocollum non ſollemne, ſeu non repertum inter ſcripturas Notarÿ, non probat, nec in publicam formam recipi poteſt etiam per comparationem litterarum.*

Con-

57 *Confeſſio etiam per errorem iuris non nocet, quando de errore conſtat, & tractatur de damno euitando.*

58 *Confeſſio ficta reſultant ex productione alicuius ſcripturæ, non nocet in alio iudicio etiam inter eaſdem perſonas.*

59 *Confeſsio nulliter facta coram iudice incompetente, non nocet coram iudice competente.*

60 *Productio ſcripturæ coram iudice incompetente, vel non coram omnibus iudicibus delegatis, ſeu aliàs nulliter, non nocet producenti.*

61 *Teſtamentum nullum nec conſenſu partium, neque per pactum expreſſum fieri poteſt, vt ſit validum.*

62 *Voluntas teſtatoris recipit fomentum ex teſtamento valido, aliàs non attenditur, nec inducit efficacem obligationem.*

63 *Teſtamentum ac voluntatem teſtatoris non impugnat, qui dicit illud fuiſſe factum, ſed non iure factum.*

64 *Teſtamentum poteſt dici nullum etiam per eum, qui faſſus fuit illud fuiſſe factum, ſi non dixit eſſe validum.*

65 *Bald. in l. alia, num. 3. C. de his qui. vt indign. reprobatur, & etiam declaratur.*

66 *Confeſſio erronea, docto de errore, non nocet confitenti.*
Amplia etiam in errore iuris, maxime ſi fuit facta à procuratore, nu. 67.
Et ſaltem reuocari poteſt, nu. 68.

69 *Error ſatis probatur, ſi conſtat rem aliter ſe habere, maxime quando confeſſio eſt procuratoris, nu. 71.*
Et quando quis produxit inſtrumentum nullum vt validum, nu. 70.

72 *Confeſſio procuratoris ſpontanea non nocet Domino, ſi non habet ſpeciale mandatum cum ſeq.*

73 *Mandatum ad confitendum debet eſſe ſpecialiſsimum ad ſic & ſic confitendum.*
Nec ſufficit generale, nu. 78.

74 *Confeſſio procuratoris facta in vno iudicio ad unum finem, non nocet domino in alio iudicio. Et de ratione ibi. cum ſequen.*

75 *Confeſſio procuratoris reſpectu domini non eſt vera confeſſio, ſed ficta.*

76 *Mandato carens, confitendo ſeu aliter, alterius conditionem deteriorem facere non poteſt.*

77 *Mandatum præſumitur etiam ex ſpacio longiſsimi temporis, ſi aliæ præſumptiones non concurrunt.*

79 *Mandatum ſpeciale requiritur ad alienandum, nec ſufficit generale etiam cum libera.*

80 *Procurator non poteſt remittere iura domino competentia ſine ſpeciali mandato.*
Amplia etiam ſi conſtitutus fuiſſet procurator ad faciendum quidquid poſſet facere verus dominus, numero 81.
Et etiam ſi haberet mandatum cum libera, nu. 82.
Nec exceptionem peremptoriam, domino competentem, remittere poteſt, & ſi ſit procurator cum libera, numero 83.

84 *Mandatum ſpeciale requiritur ad donandum, nec ſufficit generaliſsimum.*

85 *Mandatum generale non ſufficit in caſibus, in quibus requiritur ſpeciale.*

86 *Maritus non habet mandatum à lege, quando in aliquo caſu fuit conſtitutus procurator ab vxore.*
Nec extra bona dotalia, num. 87.
Nec ad alienandum bona vxoris, nu. 88.

89 *Statutum Peruſinum lib. 2. Rub. 41. declaratur cum ſeqq. vſque ad finem conſilij.*

90 *Teſtamentum de iure per ſolam comparationem litterarum non comprobatur.*

91 *Statutum, quod ſimpliciter loquitur de rogationibus, & protocollis, non extenditur ad teſtamenta.*

92 *Statuti verba verificari ab eo & probari debent, qui in ſtatuto ſe fundat.*

93 *Publicare qui poteſt imbreuiaturas Notarij, poteſt tantum publicare validas, & eas de quibus Notarium rogatum fuiſſe conſtat.*

94 *Statutum loquens de protocollis ſeu inſtrumentis intelligitur de validis tantum.*

95 *Protocolla requirunt omnes ſollemnitates requiſitas ad validitatem publici inſtrumenti.*

96 *Inſtrumentum authenticum ſumi non poteſt ex protocollo carente tempore, Indictione, ſeu alia ſolemnitate.*

97 *Statutum loquens de protocollis, intelligitur de repertis inter alias ſcripturas Notarij, non de alijs.*

98 *Protocollum, vt faciat fidem, & ex eo inſtrumentum authenticum ſumi poſſit, requirit ſubſcriptionem Notarij de eo rogati.*

99 *Comparatio litterarum quos effectus operetur, & quando fieri debeat protocollorum.*

100 *Verba ſtatuti correctorij iuris communis ſunt ſtricte intelligenda, ac reſtringenda, vt quanto minus fieri poſsit, ius commune corrigatur.*

101 *Inſtrumẽtum, ſumptum ex protocollo, non facit maiorem fidem, quam faciat protocollum, ex quo fuit ſumptum, Et ſi protocollum eſt nullum, pariter eſt nullum inſtrumentum.*

103 *Inſtrumentum nullum defectu ſollemnitatum, Princeps de poteſtate ordinaria validum reddere non poteſt.*

104 *Indefinita legis maxime relata ad perſonas, æquipollet vniuerſali.*

105 *Iudices duo ex tribus quod faciunt, nulliter faciunt. Et quomodo id intelligatur.*

CONSILIVM LXVI.

DVBIVM, de quo quæritur, An teſtamentum Domini Agamemnonis de Penna Peruſini ſit validum, & eius vigore Dominus Fabritius petere potuerit bona ſubiecta fideicommiſſo. Videtur affirmatiue reſoluendũ, quo-
1 niam de teſtamento conſtat ex inſtrumento in † actis exhibito, & in dubio teſtamentum, de quo apparet inſtrumentum validum præſumitur, niſi eius inualiditas probetur, l. ſi poſt diuiſionem, vbi glo. & Bartol. numero 5. C. de iur. & fact. ignor. Bero. conſil. 1. nume
2 ro 24. libro 2. † & vbi de teſtamento conſtat ex inſtrumento, in publicam formam redacto, ex eo nedum præſumptio validitatis exoritur, ſed probatio. quod verum ſit & ſollemne, Bald. in capitulo primo, §. ſi inſtrumentum, de nat. feud. in vſib. feud. Iaſ. in d. l. ſi poſt diuiſionem, num. 2. & Hieron. Grat. conſil. 87. nu. 11. libro 1.

Et quamuis in inſtrumento non repetiantur annus, indictio, & nomen Pontificis, ſed tantum menſis & dies, & conſequenter nullum videatur iuxta notata per Bartol. & alios in l. ſi quis ex argentarijs, §. ſi initium, ff. de eden. per textum in §. ſi quia, authent. vt præpon. nomen. Imper. Tamen videtur ſuſtineri poſſe.

Primo quia in principio inſtrumenti teſtamenti dicitur, eiſdem milleſimo, Indictione, Pontificatu, &
3 Die nona Septembris &c. & quando † in totum prædicta non ſunt omiſſa, & Notarius eorum oblitus nõ eſt, ſuſtinetur teſtamentũ, vt ſentit Bero. in conſ. 203. numero 10. li. 1. nam potius errore cenſentur omiſſa, quã dolo, vel obliuione totali, ideo vitiari inſtrumentũ non debet, ex not. in ſimili per Bar. in l. ſi librarius,
4 ff. de reg. iu. qui dixit, † quod omiſſio indictionis vitiat inſtrumentum, ſed ſi fuerit erratum, & falſa indictio fuerit appoſita, non vitiatur, ſed error corrigitur, & eum ſequuntur Natt. conſil. 47. num. 3. libr. 1. & Socin.

iun.

iuu.conſil.127.num.24 lib.3. & licet Bartol.loquatur
de omiſſione iuriſdictionis tantum, idem videtur di-
cendum,quando omittũtur alia , cum etiam indictio
de neceſſitate ad validitatem inſtrumenti apponi de
beat,alias inſtrumentum redditur nullum,c.inter di
lectos,vbi omnes,de fid.inſtru.& tradunt Bar. & cete
ri,in d.§.ſi initium .

Secundo quia teſtamentum factum fuit inter libe-
5 ros ipſius teſtatoris† ſuſtinetur,licet ſollemnitatibus
probatorijs careret,cum inter liberos omnis iuris ci-
uilis ſollemnitas ſit relaxata , licet quæ ad ſubſtantiã
requiruntur interuenire debeant , iuxta l. hac conſul
tiſſima,§.ex imperfecto, C.de teſta.& declarat Ruin.
conſilio 15.numero 14 libro ſecundo, quem ſequitur
6 Hieron.Gabr.conſ.1.num.9.lib.1.ſed † tempus,indi-
ctio,nomen Pontificis,& ſimilia ſunt de ſollemnibus
inſtrumenti,non de ſubſtantialibus, Crau.conſil.216.
colum.1.lib.2. & Menoch.conſ.37.nume.1.lib.1. Ideo
eorum omiſſio in teſtamento inter liberos obeſſe non
debet .

Tertio dato,quod inſtrumentum teſtamenti,quod
ſollemnitatibus caret, regulariter nullũ redderetur,
7 attamen † quando Notarius mortuus eſt , ſaltem ſe-
miplene probat,Bar.in l.admonendi,nu.34 ff.de iure
iurand.& ibi Rip.num.164.de communi teſtatur.Ale
xan.conſi.187.num.1.lib.7.Tob.Noni.conſil.79.num.
10.Neuiaan.conſil.24.num.18. & Menoch. conſil.42.
numero 6.libro 1. Quod procedit etiam ſi inſtrumen-
8 tum de recenti fuiſſet confectum,ſed † quando inſtru
mentum eſſet antiquum.illa temporis antiquitas ſo-
let ſemiplenam probationem ſupplere,& mors Nota
rij cum antiquitate temporis operatur, vt inſtrumen
tum non ſollemne plene probet,late Crauett.conſilio
274.num.5.libro 2.qui loquitur etiam,quando inſtru
mentum careret menſe & die,aſſeritque ſtante morte
notarij,& temporis antiquitate valere,maxime quã-
do de tempore non controuertitur,& nulla eſt vis,an
potius vno tempore quam alio inſtrumentum ſit con
fectum,& facit Rimin.iun.in conſ.6.numer.43.& ſeq.
lib.1 dum reſpondet inſtrumentum,quod caret nomi
ne Principis, mortuo notario facere ſemiplenam pro
bationem,quando de recenti ſuit factum,ſed quando
eſt antiquum,plene probare.In caſu vero,de quo agi-
tur notarius mortuus eſt,& præſupponitur teſtamen
tum eſſe antiquum , quia etſi ex eo non poſſit id colli-
gi,deficiente anno,tamen dignoſcitur ex tempore an
norum octuaginta,decurſo à morte Domini Agamen
9 nonis,quod tempus ſatis antiquum eſt, nam † etſi ſe-
cundum aliquos tempus antiquum appelletur,quod
excedit metam annorum centum.Innocen.in capitu.
veniens,de verborum ſignific.Alexan.Iaſ.& alij com
muniter in l.cum aliquis,C.de iur.delib.de communi
Dec.conſilio 13.numero 8 & poſt multos Menoch.de
10 arbit.iud.quæſt.lib.2.cent.1.caſu 3.numero 6. † & ſe-
cundum alios ſit triginta vel quadraginta,aut ſeptua
ginta,ſiue nonaginta annorum , vt oſtendit Menoch.
11 in d.caſ.3.per totum. † Solet tamẽ id iudicis arbitrio
relinqui ſecundum Ant.de Burr.in c.illud,de pręſum.
Alexan.conſil.9 num.9.lib.3.Afflict.deciſ.83. num.7.
Ruin.conſilio 141.numero 18.libro 5.& alios relatos
12 à Menoch.in d.caſu 3.nu.2.† Et nullus iudex erit,qui
non arbitretur tempus annorum octuaginta eſſe an-
tiquum , inſpecto maxime communi curſu hodiernæ
hominis vitæ,vt dicit Socin.ſen.conſi.89.num.7. libr.
2.quem ſequitur Ruin.conſil.92.nu.10.lib.4.Cephal.
conſil.443.nu.11.& ſeqq.libr.3. & conferunt adducta
per Didac.Couar.varia.reſolut.lib.2.cap.7. nume.6.
verſi.Tertio,vbi poſt multos,quos ibi adducit,aſſerit
præſumptionem,de qua in l.fin.C.de Sacroſ.Eccleſ.vt
quilibet præſumatur viuere vſque ad centum annos
veram non eſſe,ſed hiſce temporibus contrariam ma
gis communiter approbari .

Quarto data inualiditate inſtrumenti teſtamenti,
non poteſt hodie per Dominam Hippolitam eius in
inualiditas allegari, quoniã Dominus Camillus eiuſ
dem Dominæ Hippolitæ maritus & procurator ,pro-
tocollum teſtamenti coram Prioribus Notariorum
ciuitatis Peruſię produxit,& in publicam formam re
13 digi perijt,producens autẽ † inſtrumentum,per pro-
ductionem fatetur omnia in inſtrumento producto
contenta vera eſſe. Bald.in l.cum precium, nu.3.C.de
lib.cauſ.Gozad.conſi.42.nu.9. Roman.conſi.63.infi.
Dec.in l.2.nu.6.& 7.C.de inſtit. & ſubſt. in conſ.558.
nu.7.Soc.ſen.in conſ.97.num.19. li.4. Ruin.conſil.64.
num.4.lib.4.late Maſcar.de prob.vol.2.concl.915.Si-
mon de Pret.in conſil.151.numer.74.Ceph conſ.369.
14 num.26.lib.3.† Cenſeturque contenta in inſtrumen-
to approbare , & contra producentem plene probat,
eique præiudicat, Bar.in l.poſt legatũ, ff.de his,quib.
vt indig.Bal.in l.1.§.editiones,ff.de edem Doct.in ca.
cum olim,de cenſi.Simon de Pret.conſil.243.num.10.
Roland.à Vall.conſ.2.nu.116.libr.1. Gerard. Mazol.
conſil.111.nu.26. & in productione teſtamenti idem
dixit Ale.conſ.163.col.2.ver.Non fortaſſe,li.2. Simon
15 de Pret.conſ.30.num.42.& conſ.35.num.37.† *Et hæc*
admittenda videntur etiam in productione inſtru-
mẽti,quod caret ſollemnitatibus , cum per talem pro
ductionem confeſſio contentorum in eo oriatur,vt cõ
tra producentem probet,Bald.in l.2.nu.6.C.de fidei.
libert.Bero.conſil.90.numer.10.libr.3.Innocen.Abb.
Dec.Barto.& alij relati per Pariſ.conſ.125.nume.20.
& ſeq.lib.1.vbi de communi reſtatur,& poſt alios Me
noch.de præſumpt.par.1.lib.2.præſumpt.45.Cum igi
tur Dominus Camillus procurator per productionẽ
16 teſtamentum approbauerit, † nõ poteſt modo ab eo,
ſeu à Domina Hippolyta dictum teſtamentum nega-
ri,vt per l.cum precum, C.de lib.cauſ.aſſerit Cephal.
conſ.374.num.57.lib.3.ſeu illud impugnari,argum.l.
ſi quis teſtibus,C.de teſt.& l.Pomponius,ff.de negoc.
geſt.& in ſpecie ita affirmat Franc.Becci.conſil.3.nu-
mero 38.& ſeq.

Quinto ſi inſtrumentum teſtamenti eſſet nullum ,
nec conualidatum fuiſſet per productionem prædi-
17 ctam,non propterea † ex eo , quod ſollemnitates re-
quiſitæ ad publicum inſtrumentum deficiunt,ſubſtan
tia teſtamenti annullatur,inualiditas enim inſtrumẽ
ti non cauſat inualiditatem contractus in eo compre
henſi,ſed contractus aliter probari poteſt,late Ale.in
l.ſeruum,§.eũ qui,ff.de leg.1.& ibi Iaſ.num.5.& ſeqq.
Menoch.conſil.80.numero 59.libr.1. Simon de Pret.
conſi.152.num.37.& 38.quod dicendum eſt etiam in
teſtamento,in quo ſcriptura ad probationem tãtum,
non pro ſubſtantia teſtamenti requiritur,vt in ſpecie
dicit Ruin.in conſ.1.num.21.lib.2. quem etiam ſequi-
18 tur Simon de Pret.in conſil.85. nu.11.† nam quando
de voluntate teſtatoris cõſtare poteſt, ſeruari debet,
licet inſtrumentum ſit imperfectum, Bero.conſilio 1.
19 numero 32 lib.2. de qua ſatis apparet † etiam ex in-
ſtrumento ſollẽnitatibus probatorijs carente,Docto.
in l.ſi poſt diuiſionem,C.de iur. et fact.ignor.l.fin.vbi
Bar.ff.de teb.cor.Barto.in l.gerit,ff.de acquir.hæred.
Dec.conſil.176.num.2.Bero.d.conſi.1.nume.19. licet
igitur in præſenti caſu inſtrumentum prędictum non
probet teſtamentum eſſe factum,id probatur ex con-
feſſione Domini Camilli coram Prioribus Colle-
gij Notariorum,dum dixit teſtamentum , quod pro-
ducebat,fuiſſe factum ab Agamennone , & de eo Ser
Gaſparem,rogatum fuiſſe,et ſi id teſtibus probari po
teſt,

Digitized by Google

teſt,vt dicunt allegati Doctores,multos magis cõfeſ-
20 ſione,†quæ maior eſt omni alia probatione,l.cum te,
& ibi not.C.de tranſact.Bal.conſil.192.lib.2.Crauet.
conſil.61.num.3.lib.1.Corne.conſil.261.libr.4.Socin.
iun.conſi.5.numero 4.lib.3.& late proſequitur,& plu
ribus comprobat Rimin.iun. in conſilio 103.numero
28.& ſeqq. multis, lib.1.& in fortioribus terminis de
confeſſione reſultante ea productione idem dicit Ro-
man.conſil.329.colum.fin. verſic.Tertia ſequitur,Si-
mon de Pret.in conſi.30.numero 42.Et hæc ſententia
recte probatur per Bald.in l.alia,numero 3. C.de his
quib.vt indign.quem ſequitur Dec.in cap. cum vene-
21 rabilis, numero 119. de exceptio. † qui dicit,quod ſi
quis confitetur vera eſſe cõtenta in inſtrumento,quod
caret die & Conſule ſibi præiudicat,quia vi confeſſio-
nis ſcriptura huiuſmodi pro publica & ſollemni ha-
betur, Baldique opinionem communem eſſe teſtatur
Crauet.de antiq.temp.par.1.cap.Viſo, numer.36. Et
quamuis hæc non fuerint geſta à Domina Hippoly-
ta, ſed à Domino Camillo viro, nihilominus quia
22 præſupponitur eſſe procuratorem vxoris, † confeſ-
ſio procuratoris Dominæ Hippolytæ principali no-
cet, Bald.in cap.ad hæc, numero 12. de poſtulat. præ-
lat.Doctores omnes in capitu.1.vt lit. non conteſt.&
in l. 2. C. de edend. probat textus in l. non ſolum, in
princip.& ibi glo.& Barto.& communiter Doctores,
ff.de procurat. Natt.conſilio 142. numero 21.libro 1.
Dec.conſil.221.Senat.Pedemont deciſ.38. numer.35.
& ſeq.quod eo magis fateri oportet, cum cõfeſſio fue
23 rit facta à Domino Camillo eiuſdem marito, † qui à
lege mandatum habet, l.maritus, C.de procurat. Et
ea omnia, quæ requirunt ſpeciale mandatum, mari-
tus gerere potuit quamuis mandatum non haberet,
Iaſ.in d.l.maritus, nume.8.cum mandatum generale
ab vxore legis diſpoſitione habere dicatur,vt per tex-
tum in dicta l.maritus,dicit Rolan. à Vall.conſil.64.
num.1.lib.4.
24 Sed ero ceſſare videtur omnis difficultas,† ſtante ſen
tentia Dominorum Priorum Collegij Notariorum,
qui protocollum, exhibitum per Dominum Camil-
lum,approbauerunt,mandaueruntq; habere vim pu
blici inſtromenti, quorum declarationi in hoc ſtan-
dum eſt vigore ſtatuti Peruſini Rubr.41 lib.2.

His tamen non obſtantibus, arbitror præfatum in
ſtrumentum teſtamenti nullum eſſe, & in eo nullum
poſſe fieri fundamentum.

Primo quia deficit in eo inuocatio nominis Domi
25 ni,† quæ pro ſubſtantia inſtrumenti requiritur. Spe-
cular.in tit.de inſtru.edit.in princ. nu.2. Ioan.de Fa-
no. & Ioan. de Plat. in proœm.Inſt. qui aſſerunt eius
omiſſionem inſtrumentum vitiare,Rimin.iun. conſi-
lio 30.num.34.lib.1.Et licet aliqui in hoc diſſentiant,
tamen cum de conſuetudine ſoleat ſemper in princi-
pio inſtrumenti apponi, in vim huius conſuetudinis
Domini inuocatio, eſt effecta de ſubſtantia, & eius
omiſſio inſtrumentum vitiat,maxime in negotijs ar-
duis (prout eſt teſtamentum) gl.in Auth.vt præpon.
nom.Imperat.§.ſi qua,in verſic.auctore, Fel.in cap.1.
nu.2.de fid.inſtrum.qui alios recenſet.& Docto. in d.
proœm.Inſt.præſertim Angel.Aret.num.2.Socin.ſen.
conſ.2.num.4.libr.3.

Secundo ex alio inſtrumentum corruit, cum non
contineat Annum, de quo fuit confectum teſtamen-
26 tum, cuius † expreſſio de ſubſtantia ad validitatem
inſtrumenti requiritur, eiuſque omiſſio illud annul-
lat,gloſ.in dicto §.ſi qua,in ver.auctore, auth. vt præ-
pon.nom.Imper.Ang.Aret.in proœm.Inſtit.numer.4.
Bald.in l.ſi poſt,nu.3.C.de iur. & fact.ignor. Doctor.
in dicto cap 1.de fid.inſtrum.vbi Dec.nume.18.& ſeq.
Bar.in l.ſi quis ea argentarijs,§.ſi initium, nu.9.ff.de
eden.Barbat.in rubr. de fid. inſtrum.nu.42.in repeti.
Didac.Couar.pract.q.c.20.num.2. Rimin.iun.conſil.
384.nu.23.lib.4.

Tertio nullitas dicti inſtrumenti oſtẽditur ea omiſ
27 ſione Indictionis,† quæ pariter de ſubſtãtia ad validi
tatem inſtrumenti exigitur Bald.in d.l.ſi poſt,num.3.
C.de iur.& fact.ignor.& in l.fi.nu.3.C.de magiſtr.cõ-
uen.Bar.in d.§.ſi initium,nu.12.Iaſ.in l.argentarius,
num.11.ff.de eden.Corn.conſi.93.nu.4 lib.4 Rim.iun.
conſ.30.nu.34.lib.1.Didac.Couar.variar.reſolut.li.1.
c.12.num.7.vbi de communi teſtatur,Deci.conſ.447.
nu.6.Crau.conſ.216.in princ.li.2.Et quod omiſſio In-
dictionis reddat inſtrumentum ipſo iure nullum,fir-
mat Bero.conſ.203.nu.9.& ſeqq.lib.1. & de communi
teſtatur in conſ.90.nu.16.& ſeq.libr.3.Natt.conſ.47.
lib.1.Soc.iun.conſ.127.nu.3.lib.3.
28 Quarto deficit in eodem inſtrumento nomẽ† Pon-
tificis, in Terris Eccleſiæ apponendum pro ſubſtan-
tia inſtrumenti, cuius omiſſio reddit inſtrumentum
nullum,glo.in cap.quoties,1.quæſt.7. Speculat.in tit.
de inſtrum.caut.& fid.§.2.in princ.Barto.in d.§.ſi ini-
tium, numero 25. Doctores in dicto cap.1. de fid.in-
ſtrum.præſertim Dec.numero 22. Ruin. conſilio 147.
numero 12.libr.1.Rim.iun.conſil.6.numero 1.libro 1.
Soc.ſen.conſil.86.nu.6.in fin.& ſeq.lib.1.Viui.tracta.
commun.opinio.in ver.inſtrumentum publicum, Be-
ro.conſil.1.num.52.& ſeq.lib.2.& conſi.203.num.11.
29 libro 1. † Sicut in Terris Imperij nomen Imperatoris
pro ſubſtantia inſtrumenti apponi debet, iuxta tex-
tum in Authen.vt præpon.nom.Impera. §.ſancimus,
Abb.in conſil.53.lib.2.& Cephal.conſilio 442.nume-
ro 69.lib.3.

Cum igitur (vt ex iam dictis apparet) inſtrumen-
tum dicti teſtamenti ſit nullum ob defectum ſollem-
30 nitatum,† inſtrumentum hoc vti non ſollemne teſta-
mentum non probat,vt poſt Ang.& Paul.de Caſtr.di
cit Cephal.conſil.409.num.47. lib.3.Pariſ.conſil.27.
col.1.lib.2.Nec teſtamentum appellari poteſt,l.2.§.1.
ff. quemad. teſtam. aper. in ſpecie Marc. Mantua, in
conſil.191.num.82.lib.2.& in conſil.123. num.26.lib.
2.Sed eius nulla erit habenda ratio, l.1.& per totum,
ff.de iniuſt.rupt. irritoque teſtam. Curt.iun. conſilio
46.nume.7.libr.1.eiuſque vigore aliqua fideicommiſ
ſi petitio non competit,l.veritas, & l.ex teſtamento,
C.de fideicommiſ.Bald.conſi.308.lib.3.verſi.Et ideo.
Sed dicẽdum eſt Agamemnonem ab inteſtato deceſ-
ſiſſe,argum.l.1.ff.de ſuis & legit. & dicta l.1. ff. de in-
iuſt.rupt.irritoque teſta.Bero. conſilio 2.numero 24.
libro 2.

Inſuper ſi inſtrumentum præfatum omnes ſollem-
nitates requiſitas ad validitatem inſtrumenti habe-
ret (quod ex iam dictis conſtat eſſe à veritate alienũ)
non propterea aliquam fidem faceret,nec ex præten-
ſo protocollo poſſet aliquod validum inſtrumẽtum
ſumi, quoniam non conſtat, quod aliquis Notarius
31 de eo rogatus fuerit.† Et ad hoc vt ſcriptura tabellio
nis fidem faciat,opus eſt conſtare ipſum de actu fuiſ-
ſe rogatum,aliàs nulla redditur, §. nos autem, auth.
de tabel.col.4. Angel.conſ.220. col.2. Alex.conſ.153.
num.7.lib.2.Crau.conſil.216.numer.7.lib.2.Cephal.
conſ.294.nu.37.lib.2.Fel.& Dec.in c.1. de fide inſtru.
Lanfranc.in cap.quoniam contra,col.3.ver.Inſtrumẽ
totum productum, de probat.Senat.Pedemont.deciſ.
32 117.num.5.Rol.à Vall.conſ.55.num.2.& 3.lib.4.† Et
in dubio rogatus non præſumitur, Innocent.& alij in
dicto cap.1.Bart. & alij in l.ſciendum,ff.de verborum
oblig.& communiter Doctores in l. hæredes palam,
§.in teſtamentis,ff.de teſtam.Angel.conſil.74.& 220.

Card.

Card.conſil.133. quæ opinio magis communiter ap-
probatur, vt teſtantur Alexand. d. conſil.153.nu.9. &
Roland. a Vall. d.conſil.55.num.4. & ſeqq. quod in ca
ſu, de quo agitur, magis erit dicendum quia inter a-
lias ſcripturas Notarij, non fuit repertum, ſed in ma-
33 nibus tertij † Ideo erit habenda vt priuata ſcriptu-
ra, non vt protocollum, cum protocolla originalia
penes notarios de eis rogatos permanere ſoleant, Fe
lin. in capit. quoniam contra, in 6. & 7. not. de probat.
Bero. conſ.1 nu.61. & ſeq. lib. 2. qui ſubdit non præſu-
mi notarium rogatum fuiſſe de inſtrumẽto cuius pro
tocollum originale penes ipſum non reperitur. Et li
cet in prętenſo protocollo vltra nomina teſtium, lo-
34 cus & dies, etiam verbum † Actum, &c. reperiatur,
quod ſolet oſtendere inſtrumentum eſſe perfectum,
Paul. de Caſtr. in l. ſi is qui, ff. de teſtam. nume.4. Alex.
conſ.14.num.17.lib.6. Bero conſ.16.nu.23. & ſeq. libr.
2. Paul. de Caſtr. conſil.111 in princip. libr. 1. Hoc non
concludit teſtamentum eſſe perfectum, quia verbum,
Actum, &c. ſolet etiã apponi in gerendis per notariũ
intentione & animo, vt incontinenti actus perficere-
tur, etiã quod poſtea perfectus non fuerit ob aliquod
teſtatoris vel notarij impedimentum, quod facile ac-
cidere poteſt, vt experientia docet. Et propterea ni-
hil operatur, ſi aliter non conſtat contractum fuiſſe
perfectum, & ſtipulatum, maxime ſi in principio ce-
dulæ, & non in fine appoſitum reperitur, vt poſt Ang.
in tract. de teſta. in verb. pactum, dixit Rol. à Vall. in
d. conſil.55.nu.7. ver. Quia reſpondetur. Et quia foliũ
35 † prætenſi teſtamenti notarius inter ſuas ſcripturas
& rogationes non retinuit, ſed in manibus tertij ſcri-
ptura illa fuit reperta, tamquam imperfecta iudican
da eſt, nec aliquam fidem facit, minuſque ex ea publi
cum inſtrumentum ſumi poteſt, non obſtante, quod
verbum, Actum, & alia ſimilia in eius initio deſcripta
appareant, & ita in fortioribus terminis ſcripſerunt
Corn. conſil.226.lib.3. & conſil.94 num.3.lib.5. Pariſ.
conſ. 27 per totum, maxime nu.16. & 54 libr.2. & late
Menoch. in conſ.42. per totum, præſertim num.23. &
ſeqq. libr. 1. qui hanc opinionem veram eſſe oſtendit,
pluribuſque rationibus, fundamentis, & auctoritati-
bus comprobat, & eamdem opinionem ſequitur Ce-
phal. conſ.409 nu.14 & 36. libr.3. not. Boer. q.36. vbi
nu.2. & 3. ſubdit, non pręſumi veram ſcripturam teſta
menti, non repertam inter alias ſcripturas notarij,
neque fidem aliquam facere, minuſque ex ea inſtru
mentum ſumi poſſe, & in fortiori caſu, in quo folium
teſtamenti non ſubſcriptum à notario, repertum fue
rat in Archiuio, ita firmauit Rot. Florent. anno 1581.
ſeu 158 x. In cauſa Iuliani & Alexandri Piſtorienſium
contra Marchionem Fabium, vt vidi in Motiuis eiuſ-
dem Rotæ. Idque à fortiori comprobatur ex addu-
ctis per Menoch. de adipiſ. poſſ. remed.4.nu.736 poſt
Didac. Couar. pract. quæſt. c.19 nu.3. ver. Quarto erit
36 obſeruandum, † aſſerentem inſtrumentum etiam au-
thenticum fidem non facere, ſi inſpiciantur proto-
colla illius notarij eiuſdem anni & menſis, qui deſcri
pti ſunt in inſtrumento, & in eis nulla huius inſtru-
menti reperitur mentio, nec vlla protocolli apparet
laceratio, quę concluſio licet non ſit tuta, quando pro
ducitur inſtrumentum authenticum, quod non cor-
ruit ex eo, quod non reperitur in protocollo, vt poſt
Crauet. conſ.121.num.11.libr.1. Pariſ. conſil.104. nu-
mero 62 lib.1. Couar. pract. quæſt. cap.19 nume.3. fir-
mauit Rot. Roman. in deciſione infra allegãda, nihi
lominus res clara redditur in caſu, de quo agitur, in
quo folium illud caret etiam ſubſcriptione notarij.
Et pars aduerſa declarauit in actis anuũ, de quo præ
37 tendit teſtamentum fuiſſe factũ, † & fuerunt de man-
dato iudicis inſpecti libri protocollorũ dicti notarii
eiuſdem temporis, & in eis hoc teſtamentũ non repe
ritur: Ideo nulla fides ei eſt adhibenda, cũ ex hoc pro
betur negatiua, & notarium de eo non eſſe rogatum,
vt per Doct. in dictis locis, & firmauit in ſimilibus ter
minis Rota Romana coram R. P. D. Mantica in vna
Peruſina de Cicciarelis die xx. Iunij 1588. Et quia ex
iam dictis manifeſte nullitas prætẽſi inſtrumenti pro
batur, ceſſat præſumptio validitatis in contrariũ ad-
38 ducta, † quæ ſolum viget in inſtrumẽto publico, quod
non caret aliqua ſollemnitate, & de eius validitate
non ambigitur. Si vero dubitatur, vt hic, qui in teſta-
mento ad obtinendum fideicommiſſum ſe fundat, e-
ius validitatem probare debet, vt notant Doctores,
præſertim Caſtr. Alex. & Iaſ. in auth. quod ſine, C. de
teſtam. & Ceph. conſ.377.nu.23.lib.3. Doctores enim
39 in contrarium allegati, † loquuntur de ſcriptura pu-
blica, pro cuius validitate prę ſumitur, ſed hęc, de qua
contenditur, nõ eſt talis, cum nedum non ſit publica,
immo nec inſtrumentum appellari poſſit, vt demon-
ſtraui: ideo pro ea nulla præſumptio validitatis exo-
ritur, vt declarat Bart. in l.1.num.3. & ſeq. C. de iura.
calum. & poſt eum Iaſ. in l. ſi poſt diuiſionem, nu. x. C.
40 de iur. & fact. ignor. † Et quia (vt ex iam dictis cõſtat)
ex inſpectione aſſertæ ſcripturæ de eius viſibili inuali
ditate conſtat, ceſſat præſumptio omnis, quæ pro vali
ditate aliàs ſumi potuiſſet, vt concedere videntur om
nes ſupra in principio in contrarium allegati, & de-
clarat Bar. in d. l. ſi poſt diuiſionem, nu.5. & Bero. con
ſil.1.nu.74. lib.2. quia etiam in ſcriptura, in publicam
formam redacta, pro qua præſumptio validitatis exo
ritur, admittitur probatio in contrarium, Bart. in l. ſi-
ne poſſideris, nu.1 x. C. de prob. l. non eſt veriſimile, ff.
de eo quod met. cauſ. Rip. in l.1.nu.15. ff. de verb. obli-
gat. Corn. conſi.135. num.3.lib.1. vbi communem di-
cit. Cum in caſu noſtro contrarium ex eiuſdem inſpe
ctione conſtet, omnis debet ceſſare contraria præſum
ptio. Et quia ex prædictis intentio Dominæ Hippoly
tæ reæ iuſtificatur, ſolum ſupereſt remouere allegata
in contrarium, ex quorum reſolutione præſens con-
ſultatio clariſſima remanebit.

41 Nec obſtat Primum, quoniam † ibi deducta mili-
tare poſſent, ſi in inſtrumento adeſſent annus & indi-
ctio, in indictione vero eſſet erratum, quia pro 13. eſ-
ſet appoſita.14. vel 12. tunc quia conſtaret de errore,
& non eſſet omiſſa, corrigeretur error, de quo ex ap-
poſitione anni clare apparet, & ita loquuntur Barto.
in l. ſi librarius, ff. de reg. iur. & alij in contrarium ad-
ducti, quod ceſſat hic, quia deficit annus, & nulla in-
dictio expreſſa eſt, & ſic non eſt præſumendus error,
42 qui corrigi poſſit; Quinimmo † dato quod annus
expreſſus eſſet, & diceretur, Indictione & cet. adhuc
inſtrumentum nullum eſſet, nam etſi ſit dictum, In-
dictione, & cet. non tamen exprimitur indictio, nec
per annum ſuppleri poſſet, vt in præcedenti caſu, in
quo exprimitur indictio, licet erronee, ita Bald. in ca.
cum in iure peritus, num.16. de offic. deleg. qui cẽſuit
inſtrumentũ eſſe nullum, in quo dicitur: Anno 1393.
die decima Auguſti, indictione, & cet. ob omiſſam In-
dictionem certam, addens rationẽ, quia notarius fun
gitur vice teſtis, & debet perhibere clarum teſtimo-
nium, quod non indigeat ſuppletione vel diuinatio-
ne; & eum ſequitur Iaſ. in l. argentarius, num.11. ff. de
eden. idem tenet Corn. conſil.93.num.4. lib.4. vbi di-
cit non ſufficere quod Notarius habuerit animum
apponendi Indictionem, niſi certam appoſuerit. late
Ruin. conſil.23.lib.4. per totum. Natt. conſil.47. libro
1. qui aſſerit actum non ita vitiari ex erronea alicu-
ius requiſiti expreſſione, ſicut ex omiſſione, & idem
ſentit

ſentit Bero.conſi.90.numer.17.libr.3. Et quia allegati
Doctores loquuntur de omiſſione certæ indictionis
tantum, ſine difficultate à fortiori probant intentio-
nem Dominæ Hippolytæ, cum inſtrumentum illud ca
reat anno, indictione, ac nomine Pontificis, & omni-
no incerti ſumus, de quo tempore teſtamentum fue-
rit conditum, & omiſſio vnius ex omiſſione aliorum
non expreſſorum non poteſt declarari. Et quamuis
dici poſſet ex negligentia & imperitia notarij id eue-
niſſe, non propterea ſuſtinetur teſtamentum, cum o-
43 miſſio † ſollemnitatum inſtrumentum reddat nullũ,
quamuis imperitia, ignorantia, & negligẽtia notarij
id accidat, Bal.in l.iuris ignorantia, in glo.C.qui ad-
mitti, Pau.de Caſtr.in l.errore, nu.2. C.de teſta.Bero.
conſ.1.nu.34.& ſeq.libr.2. Accedente maxime, quod
folium illud, in quo deſcriptum eſt teſtamentum, re-
peritur in manibus tertij, ac in folio ſeparato, non au
tem in libro protocollorum notarij. Et Verba illa.
Eiſdem milleſimo, Indictione, & Pontificatu &c. de-
clarari non poſſunt per relationem ad alia inſtrumẽ-
ta præcedentia, cum nulla adſint, ad quæ relatio ha-
beatur, iuxta notata à fortiori per Bart. in l.ſi quis ex
argentarijs, §.ſi initium, in repetit.nu.22.ff.de edend.
Soc.iun.conſi.102.num.2.& ſeq.lib.3.Alex.conſi.153.
44 num.11. libr.2. † qui ſcripſerunt, quod quando dies,
vel quid aliud deficit in inſtrumẽto, ſi illud reperitur
in quinterno, ſeu libro protocollorum notarij, defe-
ctus ſuppletur ex alijs præcedẽtibus, ſed ſi inſtrumen
tum fuerit repertum in infilza, ſeu aliquo folio de per
ſe, ei nihil ſuppleri poteſt.
45 Minus nocet ſecundum, quoniam † diſpoſitio §.ex
imperfecto, non procedit, quando teſtamẽtum à No-
tario cõfectum, nullum eſt ob omiſſionem temporis,
de quo pro ſubſtantia apparere debet etiam in teſta-
mento inter liberos, & aliter non valet, iuxta textum
in authen.quod ſine, in verſic.tempus, C.de teſtam. &
ibi Bald.nume.4. vbi dicit ſpeciale eſſe, quod quando
non eſt expreſſum tempus, teſtamẽtum eſt nullum ẽt
inter liberos, quia teſtamentum pluries fieri ac muta
ri poteſt, & ideo debet apparere bene de tempore, &
Baldi opinionem ſequuntur Pau.de Caſtr. Sal. & alij
Doctores communiter in d. authent. quod ſine, præ-
ſertim Iaſ.nume.3. & Natt.num.30. Abb.conſilio 98.
num.1.libro 2.Ruin.conſil.7.num.10.lib.3.Socin.ſen.
conſ.2.num.5.& ſeq.lib.3. vbi aſſerit iſtas ſollemnita
tes inſtrumenti requiri etiam in teſtamento inter li-
beros, & Textum in §.ex imperfecto, procedere in ſol
lemnitatibus teſtamenti, de quibus nos nõ loquimur.
Et quod teſtamentum, quod caret anno, indictione,
& nomine Pontificis, nullum ſit etiam inter liberos,
tenent etiam Alex.in conſil.123.colum.2.nu.4.verſic.
Præmiſſis non obſtantibus, lib.1. Bero.conſi.1.numer.
80.libr.2. qui loquitur etiam quando nomen Pontifi-
cis tantum deficit in inſtrumento teſtamenti, & nul-
lum eſſe dicit nedum inter liberos, ſed etiam fauore
piæ cauſæ. idem late probat Soc.iun.in conſ.3.num.2.
& ſeqq.lib.4. affirmans opinionem illam, vt non ſuſti
neatur etiam inter liberos, communiter à Doctorib.
approbari, & alios allegat. Et idem quando locus in
teſtamento inter liberos deficeret, firmat Menoc.con
ſil.288.num.34.lib.3. ea ratione motus, quia tempo-
re, loco, & ſimilibus, in inſtrumento deficientibus, te-
ſtamentum non probatur, & prætenſum inſtrumen-
tum fidem non facit etiam inter liberos, quod etiam
ſentit Ceph.conſ.409.nu.47.lib.3.
Tertiæ obiectioni de antiquitate temporis reſpon
46 detur. Primo † verum non eſſe inſtrumentum ſine ſol
lemnitatibus probare in antiquis, ſed contrarium ve
rius eſt, vt poſt Bal.Imo.& alios declarat Soc.ſen.con
ſil.2.nu.8. & ſeqq.libro 3. Secundo contraria poſſent
procedere, ſi inſtrumentum teſtamẽti inter alias ſcri-
pturas notarij defuncti repertum fuiſſet, conſtaretq;
de eo fuiſſe rogatum notarium, ſecus quando vt hic,
in manibus tertij fuit repertũ, prout declarat Menoc.
conſ.42.nu.36.lib.1. Tertio caſus in quibus conſulue-
runt Rim.iun.& Crau. valde differunt, loquitur Rim.
de inſtrumento, in quo nomen Pontificis tantum defi
ciebat, ſed in alijs omnibus erat perfectum, Crau.ve-
ro in inſtrumento, in quo dies tantum & menſis non
aderant, ſed in alijs erat perfectum, & à notario pu-
blicatum fuerat, quæ differunt à caſu noſtro, in quo re
perta eſt ſcriptura in manibus tertii, non inter alias
rogationes notarij, nec in ea reperitur ſubſcriptio
ſeu ſignum notarii, deficiuntq; annus, indictio, & no-
men Pontificis, quorum omnium omiſſio de per ſe in-
ſtrumentum reddit nullum, vt ſupra fuit demonſtra-
tum. Quarto loquitur Crau. quando vis non eſt in tẽ-
pore conditi inſtrumenti, an ſcilicet potius vno tẽpo
re quam alio ſit conditum, cuius contrariũ hic dicen
dum eſt, cum valde interſit de tempore præciſo appa
rere, quoniã Agamemnon teſtator fuit bannitus ca-
pitaliter ex crimine rebellionis, poteratque impune
offendi, & ſic donec bannitus erat, non poterat teſta-
47 mentum facere. † Nam etſi regulariter bãnitus amic
tat iura Ciuitatis, non cõmunia, & propterea habeat
teſtamenti factionem, Bar.in l.eius qui, §.1.num.2. &
ſeq.ff.de teſtam. Doct.in l.1.C.de hæred. inſtit. Pariſ.
conſ.51.nu.4.li.1. Pott.conſ.48.num.4.20.& ſeq.Bero.
conſ.8.nu.6.& conſ.54.nu.7.& ſeqq.li.2. & poſt alios
Ceph.conſ.314.nu.28.li.3. late Iul.Cla.recept.ſent.§.
48 teſtamentum, q.19. † Tamen quoad bona, de quibus
agitur, ſita in territorio Peruſino, à quo bãnitus erat,
non poterat teſtari ẽt ſecundum ius commune, Paul.
de Caſt. qui ita Bartoli opinionem limitat in l.1.C.de
hæred.inſtit. Ale.in conſ.23.col.penul.ver. Et hoc ve-
rum, nu.10.li.1. vbi dicit ita aliàs cõſuluiſſe apud Mu
tinã, & quod illi conſilio plures ſollemnes Viri ſe ſub
ſcripſerunt, aliosq. pro hac opinione allegat. Eamdẽ
limitationem ſequitur Iaſ.in d.l.1. nu.6. C. de hæred.
49 inſt.& Tob Noni.in conſ.93.nu.5. ſubdens † bannitũ
à Ciuitate Peruſina ſecundum ius commune non poſ
ſe teſtari non ſolum pro bonis territorii Peruſini, ſed
nec pro alijs ſitis in ſtatu Eccleſiaſtico ſub eodẽ Prin
cipe, quod fortius procedit in propoſito, quoniã Do-
ctores ſupra relati, qui aſſerunt bannitum ſecundum
iura communia habere teſtamenti factionem, mouen
tur ex eo, quod banniti iura communia non amittũt,
ſed tantum iura Ciuitatis, à qua ſunt banniti, quod
50 hic ceſſat, † quoniam Agamemnon erat bãnitus tan
quã rebellis ex crimine læſæ maieſtatis, & taliter ban
nitus etiam iura communia amittit, Bar.ſuper conſt.
qui ſint rebel.in verb.rebellando, nu.13. Boſſi.in tract.
cauſ.crim.in titu.de crim.læſæ maieſt.numero 118. &
late Menoch.conſilio 101.numero 2.& ſeqq. lib.1. qui
alios allegant. Ideo nec teſtamentum ſecundum iura
communia facere poterat, quod nemo negat quando
bannitus iura communia amiſit, ſed ſolum controuer
titur nunquid dicatur illa amiſiſſe. Vnde ſi Agamem-
non, donec erat bannitus, feciſſet teſtamentum illud,
non valuiſſet, ideo vis eſt in tempore, cum multum re
ferat an potius vno tempore quam alio teſtamẽtum
condiderit, & conſequenter conſideratio Crauet. hic
ceſſat. Quinto tollitur omnis dubitatio, cum non con
ſtet niſi per aſſertionem partis aduerſæ, de quo tem-
pore Dominus Agamennon fuerit teſtatus, & con-
ſequenter an poſſit dici de antiquo eſſe celebratum
51 teſtamentum, & ſi de prætenſo tempore † conſtaret,
non poſſet appellari tempus antiquum illud, quod
non

Digitized by Google

non aſcendit ad metam centum annorum ad effectũ,
vt leuiores probationes ſufficiant, maxime in facto
non leui ſed magni momenti, Innoc. in ca. veniens, de
verb. ſignific. Ale. conſ. 6 in fin. libr. 1. & in conſil. 208.
colum. penult. ver. Nec etiam prædictis, num. 11. li. 2.
& de communi teſtatur in l. cum aliquis, C. de iur. de-
lib. Cur. iun. conſ. 17. num. 3. lib. 1. Corn. Curt. ſen. Dec.
Aufrer. Paul. de Caſtr. & alij, quos refert Crau. de an-
tiq. temp. par. 1. in princ. nu. 4. & 5. vbi relatis opinio-
nib. Doctorum in hac materia dicit opinionem iſtã,
quod tempus antiquum ad effectum ſupplendi defe-
ctum probationũ non conſtituitur minori ſpacio cen
tum annorum, eſſe communiter receptam. Eamdem
opinionem tenuerunt Speculat. Imol. & alij, quos re-
fert & ſequitur Dec. in conſi. 13. num. 8. vbi aſſerit opi-
nionem illam communiter approbari, nec ab ea in in
dicando eſſe recedendum: eãdem probat Ruin. Bar-
bat. & Caſſan. allegati per Menoc. de arbit. iud. quęſt.
lib. 2. cent. 1. caſu 3. nume. 6. quam etiam ſequuntur &
communiter approbari dicunt Affict. deciſ. 245. nu-
mero 4. & melius deciſ. 276. nume. 3. Iaſ. in l. cum ali-
quis, num. 7. C. de iur. deliber. Crau. conſil. 146. nume.
3. lib. 1. Ceph. conſil. 328. numer. 11. lib. 3. & conſil. 98.
nume. 36. lib. 1. Simon de Pret. conſil. 132. numer. 7. &
conſil. 167. num. 4. Senat. Pedemont. deciſ. 173. num. 8.
poſt Iaſ. in conſil. 148. num. 7. & 8. lib. 4. Ex quibus ap-
paret opinionem iſtam, quod in materia probationis
tempus antiquum non intelligatur minori ſpacio cẽ-
tum annorum, eſſe communiter receptam, quidquid
alij aliquando dixerint in contrarium, quorum opi-
nio communiter non recipitur, vt ex prædictis con-
ſtat. Et propterea cum anni centum etiam ſecundum
aſſertionem partis aduerſæ ſine dubio non ſint deflu-
xi à die conditi aſſerti teſtamenti, non nocent addu-
cta per Crauett. & Rimin. iun. qui vere loquuntur de
inſtrumento antiquo, quod tempus centum annorum
excedebat.

Quarta ratio contrariæ partis tollitur. Primo quia
etſi producens ſcripturam, cenſeatur fateri contenta
in ea. iuxta notata in l. cum pretium, C. de lib. cauſ. Id
52 † non eſt ita ſimpliciter intelligendum, ſed quod cen
ſeatur fateri, quatenus ſcriptura producta probat &
non vltra, Bar. in l. poſt legatum, 2. ver. reſponde, ff. de
his qui. vt indign. Alex. conſi. 124. num. 5. verſic. Nec
obſtat, lib. 7. & in conſil. 108. nu. 5. verſic. Quia reſpon-
deo, lib. 5. Menoch. conſil. 80. nume. 61. lib. 1. Rim. iun.
conſil. 84. num. 23. lib. 3. idem ſentit Soc. ſenior conſil.
92. numero 8. verſic. Præterea, libro 3. Maſcar. de pro-
bat. colum. 2. concluſ. 915. numero 7. & Cephal. conſil.
236. numero 19. libro 2. Et ſi ſcriptura producta non
probat velut defectiua, puta quia inſtrumentum ſit
53 nullum, vel non publicum, † producens non fatetur
aliquid, nec ſibi præiudicat, quin poſſit dicere de nul-
litate inſtrumenti, vt tenet Bar. in d. l. poſt legatum, &
ſequitur Alex. in dicto conſi. 124. poſt Ioan. de Imol. in
cap. cum venerabilis, num. 25. de exceptio. Eamdem
opinionem tenent Abb. in d. cap. cum venerabilis, nu
me. 36. poſt Innoc. ab eo allegatum, quos ibi ſequitur
Fel. num. 25. verſic. Intellige ſecundo: & confirmatur
per Roman. conſil. 294. colum. 2. verſic. Aut inſtrumen
54 tum, † dum dixit, quod confeſſio eſt inefficax, quando
eſt relatiua ad inſtrumentum productum, quod caret
aliqua ſollemnitate inſtrumentali, vt in caſu ſuo no-
mine Principis, & eũ refert, & ſequitur Vinc. Caroc.
Tudert. in reg. cap. cum quia probibetur, de reg. iur. in
6. part. 4. limit. 7. nume. 7. idem firmat Bero. conſil. 48.
num. 17. lib. 3. Soc. ſen. in conſ. 92. num. 8. verſic. Prætc-
rea, lib. 3. & Menoch. in d. conſil. 80. nume. 61. Et ea ra-
tione confeſſio per relationem ad inſtrumentum non
nocet, quia confitens cenſetur habere animum quali
ficatum, prout in ipſo inſtrumento continetur, & non
vltra, iuxta notata in l. 1. §. ſi quis ita, ff. de verb. oblig.
& per Cephal. conſi. 200. num. 8. lib. 2. Cum igitur Do
minus Camillus ad ſcripturam productam relatio-
nem habuerit, ex productione nõ reſultat aliqua præ
iudicialis confeſſio, ſtante dicti inſtrumenti nullita-
te, vt firmauit Rota Roman. teſte Veral. deciſio. 199.
55 part. 1. Secundo † vt per productionem teſtamentum
poſſit dici approbatum, neceſſarium eſſet, quod Do-
minus Camillus, qui illud produxit, ſciuerit non vale
re, ſed nullum eſſe. iuxta gloſſam communiter appro
batam in l. non dubium, §. illud, C. de teſta. notat Ce-
phal. conſil. 377. nu. 57. & ſeqq. & conſil. 409. num. 58.
& ſeqq. lib. 3. aliàs confeſſio & approbatio ex produ-
ctione non exoritur, vt declarat Alexan. in conſ. 108.
colum. 2. num. 5. ver. Quia reſpondeo, & num. 6. lib. 5.
vbi Anton. de Butr. & Ioan. de Imol. allegat, ſequitur
Cran. in tract. de antiq. temp. par. 1. ſectione incip. Vi
ſo. num. 38. & comprobatur per Abb. in c. cum venera
bilis, nu. 38. aſſerentem inſtrumentum, quod continet
factum alienum veriſimiliter producenti incognitũ,
ſi authenticum non eſt, non nocere, quia ex ignoran-
tia videtur approbatum, & poſt eum Menoch. de præ
ſumpt. part. 1. lib. 2. præſumpt. 45. nume. 13. cum ſeqq.
ſed Dominus Camillus ſcripturam exhibuit ignorã-
ter credens illam valere, quod colligitur, dum petijt
per Priores Collegij inſtrumentum illud per compa-
rationem litterarum approbari, & decerni, vt illud
haberetur, ac ſi per Gaſparem publicatum fuiſſet, &
quod iura publici inſtrumenti retineat, quod ſtante
nullitate fieri non potuiſſet, quoniam inſtrumentum
56 † non ſollemne non probat. Pariſ. conſilio 27. colum.
1. libro 2. Et deficientibus ſollemnitatibus, & quan-
do in manibus notarij, ſeu inter alias rogationes non
reperitur, non poteſt appellari publicum inſtrumen-
tum, nec in publicam formam releuari, late Cephal.
conſil. 409. num. 26. & ſeq. 29. 36. & ſeqq. lib. 3. Nec ẽt
per comparationem litterarum, Crau. conſ. 216. li. 2.
Dũ igitur Dominus Camillus petijt declarari, quod
haberetur pro publico inſtrumento, ac ſi publicatum
fuiſſet, & per comparationem litterarum approbari,
ſequitur, quod Dominus Camillus illud velut vali-
dum produxerit, & conſequenter aliqua confeſſio nõ
nocet tamquam erronea, & per ignorantiam facta:
57 Et licet error ille ſit iuris, † nihilominus poſtquam
de eo conſtat, excuſat. Paul. de Caſtr. in l. ſi poſt diui-
ſionem, C. de iur. & fact. ignor. & in l. non fatetur, ff. de
confeſſ. Dec. conſil. 408. nume. 5. & ſeq. Roland. à Vall.
conſil. 69. nu. 48. & ſeqq. lib. 3. Præſertim quia Domi-
na Hippolita tractat de damno euitando, vt in dictis
locis dicitur. Tertio ſi confeſſio ex prædictis exorire-
58 tur, quia ficta eſt, ficta † confeſſio reſultans ex illa pro
ductione, facta coram illis Prioribus, non nocet in iu
dicio diuerſo per Dominum Fabritium moto, vt in
terminis firmant Dec. in l. 2. nu. 8. C. de inſtit. & ſubſt.
Ant. Gabr. in ſuis concluſ. in titu. de confeſ. concluſ. 4.
num. 32. ficta enim confeſſio in vno iudicio non nocet
in alio etiam inter eaſdem perſonas, l. 3. C. de fid. in-
ſtrum. Bal. in l. 2. num. 25. C. de eden. Bar. in l. eius qui
delatorem, num. 5. ff. de iur. fiſc. notat Cor. conſil. 211.
num. 8. lib. 3. & conſil. 97. num. 7. libr. 4. & in terminis
Soc. ſen. conſil. 122. nu. 8. lib. 4. Aret. in c. cauſam quæ.
de teſti. Ceph. conſil. 377. num. 73. lib. 3. qui de confeſ
ſione, ex productione reſultante, loquuntur, quod for
tius hic admittẽdum eſt, ſtante quod ad alium finem,
& non inter eaſdem perſonas productio facta reperi
tur, ex notatis per Bal. in l. 2. C. de eden. quem ibi alij
ſequuntur.

Quarto

Quarto quia productio facta fuit coram Prioti-
bus Collegij notariorum, qui iuxta formam ſtatuti ſo
lam cóparationem litterarum protocolli notarij de-
functi facere poterát, nec in alio ſe ingerere debebát,
valida confeſſio coram eis fieri non potuit, præſertim
quia nec reſpectu comparationis litterarum poterát
ſe intromittere, cum caſus iſte non ſit de comprehen-
59 ſis in ſtatuto, vt inferius demonſtrabitur; † Ideo aſſer
ta confeſſio coram incompetenti, & ſic nulliter facta,
non nocet coram iudice incompetenti. Bar. in l. magi
ſtratibus, nume. 4. C. de iuriſd. omn. iud. Bal. conſ. 145.
lib. 3. Doctores in c. & ſi clericis, de iudic. Alex. & Iaſ.
in d. l. magiſtratibus, Ruin. conſ. 57. nu. 6. lib. 1. Et ma
60 gis in terminis, † de productione inſtrumenti facta
coram incompetenti, vel non omnibus iudicibus dele
gatis, ſeu aliàs nulliter, quod non noceat, tenet Alex.
in conſil. 30. num. 2. & ſeqq. lib. 7.

Quinto quia fuit demonſtratum teſtamentum eſſe
nullum, eius productio operare non potuit confirma
tionem, & validitatem, & quod in vim teſtamenti ob-
ſeruetur, quoniam tempus & alia, de quibus ſupra, re
quiruntur pro forma ad validitatem teſtamenti, & il-
61 lis omiſſis vitiatur, nec partes † poſſunt facere, vt ſi-
ne illis ſollemnitatibus ſubſtantialibus valeat, argu.
l. ius publicum, de pact. l. nemo poteſt, vbi Doctores,
ff. de legat. 1. Dec. in l. penultim. num. 57. C. de pact. &
ponit notabiliter Rui. qui de teſtamento nullo ob de-
fectum temporis loquitur, in conſi. 7. num. 10. libro 3.
Nam ſi partes poſſent teſtamétum nullum validare,
eſſet tollere ſollemnitatem teſtamenti, & eluſoria iu-
ris communis diſpoſitio remaneret, propterea nec
pacto expreſſo fieri poteſt, quod teſtamentum inuali
dum pro valido habeatur, & obſeruetur. Bart. l. 3. nu.
3. ff. de teſtamen. late Dec. conſi. 488. nu. 18. & melius
conſil. 494. nu. 1. & in indiuiduo de teſtamento, quod
caret anno, indictione, & alijs ſollemnitatibus inſtru
mentarijs, idem affirmant Soc. iun conſi. 3. numero 6.
& ſeq. lib. 4. & Cephal. conſil. 377. numero 74. libro 3.
Quare licebit Dominæ Hippolitæ illud impugnare,
& nullum dicere, Dec. conſi. 317. nu. 8. Mandel. de Al-
ba conſi. 9. num. 40. Et ſi propria confeſſio & non pro
curatoris tantum interueniſſet, poſtquam à partium
poteſtate approbatio non dependebat, l. confeſſioni-
bus, ff. de interrog. act. Rom. conſi. 160. Crau. conſi. 93.
num. 1. lib. 1.

Remouetur quod Quinto loco in contrarium di-
cebatur, cum enim teſtamentum fuerit nullum, & ſit
repertú in manibus tertij, non inter ſcripturas & pro
tocolla notarij, exoritur præſumptio, quod perfectum
non fuerit, nec ſtipulatum, Corn. conſil. 226. lib. 3. Pa-
riſ. conſilio 27. libro 1. & dixi ſupra, & ſi ſtipulatum
fuiſſet, non ſufficit conſtare illam fuiſſe voluntatem
62 teſtatoris, niſi teſtamentum valeat. † Voluntas enim
teſtatoris recipit fomentum ex teſtamento valido &
ſollemni ſecundum Dec. conſil. 176. num. 4. Nec ſatis
eſt ita teſtatorem voluiſſe, niſi eius voluntas tranſeat
in validam diſpoſitionem, nam ſatis eſt de teſtatoris
voluntate apparere quoad naturalem quandam ob-
ligationem inducendam, non tamé efficacem, ex quã
quis poſſit obtinere id, quod à teſtatore in teſtamen-
to ſibi fuit relictum, iuxta glo in l. cum quis, C. de iur.
& fact. ignor. & optime declarat Bero. in conſil. 1. nu-
mero 33. & num. 59. & ſequen. verſic. Supereſt, libr. 2.
qui alios adducit.

Nec cófeſſio illa Domini Camilli, quod Agamem-
non teſtamentum fecerit, rogato Ser Gaſpare, obeſſe
poterit. Illa quidem ex pluribus euitatur, & vltra ea
quæ ſuperius adducta fuerút in reſponſione ad Quar
tum argumentum, dicitur Primo, quod etſi dixerit
teſtamentum eſſe factum, prout conſtat in protocol-
lo, quod exhibuit, & ad quod relationem habuit, non
propterea dixit validum eſſe, & ideo modo dicere po
terit teſtamentum nullum, cum hæc non contrarien-
63 tur. † Dicens enim teſtamentum factum, ſed non iu-
re factum, non dicitur illud ſeu teſtatoris volútatem
impugnare, vt per l. penult. ff. de his quib. vt indig. di-
cit Dec. in conſil. 317. num. 8. & conſil. 361. numero 2.
64 & propterea confeſſio, † quod ſit factum teſtamen-
tum, non præiudicat, quin poſſit dici nullum, Bald. in
l. 2. numer. 1. C. de bon. poſſeſ. ſecundum tabul. Natt.
conſi. 578. num. 6 & conſi. 579. nu. 9. & ſeq. libr. 3. Et ſi
per confeſſionem probaretur teſtamentum factum,
nó noceret, poſtquam nullum ob defectum ſollemni-
tatum detegitur, ex quo non fuit etiam dictum quod
illud eſſet validum. Soc. ſen. conſ. 92. nu. 9. li. 3. Afflict.
deciſ. 55. num. 5. & ſeq. Et iſto caſu non repugnat do-
65 ctrina † Bal. in l. alia, n. 3. C. de his quib. vt indign. quo
niam præterquam quod longe plures contrarium te-
nent, vt ſupra demonſtraui in reſponſione ad Quartú
argumentum contrariæ partis, ex quibus elicitur opi
nionem Abb. & Innoc. in c. cum venerabilis, de excep.
& Rom. in conſi. 294. magis communiter approbari,
quidquid dixerit Crau. in loco in contrarium allega-
to. Cuius opinio confunditur etiam ex his, quæ in ſo-
lutione dicti Quarti argumenti in fine dixi poſt Rui.
conſ. 7. lib. 3. & alios ibi allegatos.

Reſpondetur etiam Baldum loqui, quando quis
ſimpliciter faſſus fuit omnia in inſtrumento conten-
ta vera eſſe, non autem quando faſſus fuit inſtrumen
tum celebratum, referens ſe ad illud, quod reperitur
nullum, vt in propoſito: eo quidem caſu confeſſio ve-
lut reſtricta ad limites inſtrumenti erronea ac per
ignorantiam emanata, non officit, vt demonſtraui, &
Baldus & Crau. in hoc non contradicunt, imò quan-
do inſtrumentum tamquam authenticum, vel aliàs
per errorem eſt exhibitum, Crau. concedit confeſſio-
nem non nocere.

Secundo ſi confeſſio Domini Camilli ſimplex eſſet,
66 & non relatiua ad dictum teſtamentum facta, † non
noceret, docto de errore, quia error conſenſum exclu
dit, l. non fatetur, & ibi Doctores, ff. de confeſſ. Grat.
conſ. 54. nu. 38. li. 1. Et in aliquo confeſſio erronea nó
67 attenditur, Soc. iun. conſ. 180. numer. 85. li. 2. † & non
ſolum non poteſt afferre præiudicium huiuſmodi er-
ronea confeſſio, ſi error ſit facti, ſed etiam ſi iuris, vt
oſtendit Grat. reſponſ. 55. numer. 44. lib. 1. Quod ſine
difficultate procedit in confeſſione procuratoris, quæ
quando eſt erronea, non nocet domino, vt in propoſi
to dixit Aufrer. in add. ad deci. 391. Cappel. Toloſ. ſeu
68 ſaltem † reuocari poterit, docto de errore, etiam ſi
cófeſſio emanaſſet à Domina Hippolyta, vt in termi-
nis, reprobata opinione Innocen. in cap. cum olim, de
cenſi. tenent Bellamer. deciſ. 395. Gram. deciſ. 101. nu
mero 85. Bart. in l. poſt legatum, numero 1. in fin. ff. de
his quib. vt indig. Bal. in l. cum precum, num. 1. ver. ex
tra quæro, C. de lib. cauſ. Abb. in cap. cum venerabilis,
num. 34. de except. & ibi Dec. num. 104. & 108. & Fel.
num. 25. verſic. Reſtringe ſecundo. Rimin. iun. conſil.
18. num. 175. lib. 1. Alexand. conſil. 124. num. 5. libro 7.
Guid. Pap. q. 131. Senat. Pedemont. deciſ. 38. num. 41.
verſic. Sed prædictis, & idem tenet Crau. in d. tractat.
de antiq. temp. par. 1. ſectio. inci. viſo, nume. 64 & ſeq.
et Menoch in dicta præſumpt. 45. num. 10. In caſu au-
tem noſtro clare de errore conſtat ex inſpectione ſcri-
69 pturæ productæ, quæ manifeſte nulla apparet, † et ſuf
ficit ad docendum de errore conſtare rem aliter ſe ha
bere, ſecundum Bartol. in d. l. poſt legatum, num. 2. in
fi. Soc. ſen. conſil. 91. numero 8. ver. Præterea, libr. 3. &

Alex.

70 Alex.in d.conſ.124. nu.5.† & quia Dominus Camil-
lus ſcripturam illam vt validam & authenticam pro
duxit, cum nulla appareat, de manifeſto eius errore
conſtat, nec nocet Alex.in conſ.108.colum.2. nu.5. &
ſeq.lib.5. Crau.de antiq.temp.par.1.in d.ſectio.incip.
Viſo, num.38. qui dixit Baldi opinionem in d.l. alia,
in caſu iſto non procedere, quod magis dicendum eſt
in propoſito, ex quo dictum inſtrumentum continet
factum alienum, & veriſimiliter Domino Camillo in
cognitum, cum ipſe non cognouerit Dominum Aga-
memnonem, nec notarium, neque aliquem ex teſti-
bus ibi deſcriptis: quæ omnia ſatis errorem & igno-
rantiam probant, quando ſcriptura tamquam va-
lida exhibetur, & nulla detegitur, vt dicit Abb. in
d.c.cum venerabilis, num.38. quem refert & ſequitur
71 Alex.in allegato loco. Quod fortius † procedit reſpe
ctu Dominæ Hippolytæ, quæ ſufficienter probat erro
rem confeſſionis non à ſe, ſed ab alio factæ, probando
rem aliter ſe habere, vt poſt Butr.Bart.& alios oſten-
dit Bero.conſ.201.nu.12. & conſ.206. nu.35. lib.3.

Tertio eo magis non eſt habenda ratio aſſertæ con
feſſionis in præiudicium Dominæ Hippolytæ, et ſi Do
minus Camillus mandatũ habuiſſet, & ex certa ſcien
tia faſſus fuiſſet, quoniam non fuit facta confeſſio ex
neceſſitate, & ad alterius interrogationem, nec in ali-
72 quo iudicio, ſeu cauſa pendente, ſed ſponte, † quo ca-
ſu confeſſio procuratoris nõ nocet domino, l.certum,
§.ſed an & ipſos, ff.de confeſ. et ibi Bartol. numero 1.
Paul.de Caſtr. et alij, not.Felin. in cap. 1. numero 15.
vt lit.non conteſta. Corn.conſi.144. num.8.li.4. & con
ſil.19.numero 16.lib.2.Cephal.conſi.152.numero 44.
lib.2.Pariſ.conſil.115.num.21.& ſeqq.multis, libro 1.
Senat.Pedemon.deciſ.38.numero 6. & tenent omnes
in dicto cap.1.vt lit.non conteſt.Rip.reſponſ.2. in tit.
ff.de procurat.quoniam confeſſio voluntaria & facta
ſponte à procuratore, non ad interrogationem, et per
modũ contentioſæ iuriſdõnia habet ſe ad inſtar dona
tionis, & conſequenter domino non nocet, Bald.in l.
1.numero 30.C.de confeſ.poſt multos Pariſ.conſi.47.
numero 91.libro 1. Aufrer.in addi.ad deciſ.391.Cap-
pel.Toloſ.notat Barto.in d.§.ſed an & ipſos, numero
2.verſic. Quæ eſt ratio. Et licet Senat. Pedemont.de-
73 ciſ. 38. numero 38. † dixerit ſufficere mandatum ad
confitendum, vt voluntaria confeſſio procuratoris va
leat, & Domino præiudicet, attamen cenſeo requiri
mandatum ſpeciale, & generale non ſufficere, vt Bar-
tol. & alij, qui in dicta deciſione allegantur, dicunt.
Speciale autem debet eſſe non ſimpliciter ad confitẽ-
dum, ſed ad ſic confitendum. Felin.in d.cap.1.nu.16.
verſic.ſi autem procurator, in dicta deciſione allega-
tus, immo ſpecialiſſimum exigitur, vt firmat poſt So-
cin.& alios Menoch.in conſil.80.num.64. lib.1.quod
ſpecialiſſimum mandatum Dominus Camillus à Do
mina Hippolita non habuit.

Quarto ſubuertitur fundamentum, quod fit in aſ-
ſerta confeſſione, quia illa non fuit facta in hoc iudi-
cio, & ad hunc finem, ſed in alio, & ad diuerſum fi-
74 nem. † Et confeſſio procuratoris facta in vno iudicio
ad vnum finem, non nocet domino in alio iudicio, ne
duplex inducatur ſpecialitas, quod ſcilicet dominus
confitendo per procuratorem, videatur confiteri per
ſeipſum, & quod contra regulas iuris probatio facta
in vno iudicio ad vnum finem, fidem faciat in alio ad
alium finem, ita Fel.in cap.1. numero 18. & ibi Imol.
num.17.& ſeqq. vt lit.non conteſt. Corne. conſil.144.
num.13.lib.4 Alexand. Dec.& alij, in l.2. C.de edend.
Dec conſil.146.nu.15.Socin.ſen.conſil.122.num.7.lib.
4.Afflict.deciſ.83.numero 4 Philip. Franc.in capit.2.
de confeſſ.in 6.& in cap.cum ſpeciali, §.porro, nu.15,
de appell.Rip.reſponſ.2.in titu.de procurat. & com-
muniter recipitur, vt teſtatur Abb.in cap.per inquiſi-
tionem, nu.12.ver.Sed tu dic.de elect. & Aret. in cap.
cauſam, el 1.colum.8.de teſti.aſſerentes in hoc differ-
re confeſſionem procuratoris ab illa domini, & huius
75 concluſionis alia quoque poteſt afferri ratio, † quo-
niam confeſſio procuratoris reſpectu domini non eſt
vera confeſſio, ſed ficta, Bero.conſil.196. nu. 29. lib.3.
ficta vero confeſſio facta in vno iudicio, non probat in
alio etiam inter eaſdem perſonas, vt dixi ſupra in ſo-
lutione Quarti argumenti contrariæ partis. Si igi-
tur confeſſio facta in vno iudicio à procuratore, non
facit fidem in alio, quanto magis idem dicendum e-
rit in occurrenti caſu, ſtante quod non eſt facta in fi-
gura iudicij, ſed abſente Domino Fabritio, & ad di-
uerſum finem.

Quinto non potuit Dominus Camillus præiudi-
cium afferre Dominæ Hippolytæ, cum ab ea non fue-
76 rit ad hoc cõſtitutus procurator: † Nemo autem ſine
mandato alterius cõditionem deteriorem facere po
teſt, l.ſoluendo, ff.de neg.geſt. Nec confitendo præiu-
dicare, Innocen.in cap.veniens, de procurat.Bar.in l.
certum, §.ſed an & ipſos, nu.2.ff.de confeſ.Corn.con-
ſil.17.num.2.lib.3.Pariſ.conſ.115.nu.18.li.1.& in ter-
minis late Simon de Pret.conſil.80.nume.46.& ſeqq.
Quod mandatum non habuerit ſatis conſtat quia nõ
77 probatur, † & de iure non præſumitur etiam ex ſpa-
cio longiſſimi temporis, Bal.in l.2.C.ſi ex falſ.inſtru.
Dec.conſil.437.Crauc.conſ.317. in princ.lib.2.Ruin.
conſ.41.nu.19.lib.1.Cephal.pro communi conſil. 65.
num.16.lib.1.& conſ.442.num.72.& ſequen.lib.3.Me
noch.conſ.1.num.79.& ſeq.libr.1. Anton.Gabriel. in
ſuis concl.in tit.de procur.concl.1.præſertim quando
anni triginta non ſunt defluxi, & præſumptiones pro
mandato non concurrunt, vt poſt Curt.iun.Caſſad.et
alios oſtendit Hieron.Gabr.conſil.36. num.39.lib.1.
et ſi Dominus Camillus fuiſſet conſtitutus procura-
tor ad lites & cauſas, id non ſufficeret, cum differat
mandatum ad agendum, ab alio ad confitendum. Pa-
78 riſ.conſ.47.num.92.lib.1. † Et ad confitendum requi
ritur ſpeciale mandatum, nec generale ſufficit. Anto.
de Butr.Abb.& alij, in cap. fin.de confeſ. Bero. qui de
communi teſtatur in conſil.48.num.18. & conſil.196.
num.31.libro 3. Et quod Dominus Camillus ſine ſpe-
ciali mandato non potuerit præiudicare Dom. Hip-
polytæ, oſtẽditur etiam, quia ex confeſſione Domini
Camilli, quatenus ſubſiſteret, poſſet ſequi alienatio
& diſtractio iurium Dominæ Hippolytæ, quoniam
Dominus Fabritius prætendit ex teſtamento illo fuiſ
ſe inductum fideicommiſſum in eius fauorem, & ob
id Dominam Hippolytã teneri de bonis ſibi acquiſi-
79 tis, aliquid reſtituere, † ad alienandum vero requiri
tur mandatum ſpeciale, nec ſufficit mandatum gene-
rale etiam cum libera, ſicut poſt Iaſ.in l.1.num.3.ff.de
offic.procurat.Cæſar.in terminis dixit Menoch.dicto
conſilio 80.numero 64. & ſeq. Et quia ſtante nullita-
te teſtamenti, ius quæſitum erat Domino Carolo pa-
tri, & Dominæ Hippolitæ eiuſdem filiæ & hæredi di-
cẽdi de nullitate teſtamenti, & aſſertos fideicommiſ-
ſarios repellendi, ſi confeſſio Domini Camilli opera-
retur approbationem teſtamenti, importaret remiſ-
80 ſionem dictorum iurium, † quæ abſque ſpeciali man
dato Dominus Camillus remittere non potuiſſet.
Innocen.in cap.eum olim, de offic.delegat. Bero.con-
ſil.116. nume.11. lib.1. et optime id probatur aucto-
81 ritate Bald.in l.1.num.15.C.de bon.quæ liber. † affir-
mantis procuratorem conſtitutum ad faciendum,
quidquid poſſet verus dominus, non poſſe exercere
damnoſa, et iuribus domini renunciare ea ratione,

quia

quia ad renunciandum mandatum ſpeciale requiri-
tur, nec generale ſufficit, cum renũciatio ſit donatio.
tex.in l.contra iuris,§.fi.ff.de pact.Rol.à Val.conſ.11.
82 num.17.& ſeq.libro 1.† & hæc opinio in tantum vera
eſt, quod etſi Dominus Camillus conſtitutus fuiſſet
procurator cum libera, & c. tamen illi non licuiſſet
iura liquida Dominæ Hippolytæ remittere,tex eſt in
d.l.contra iuris,§.fi. Natta conſ.25.nu.4.lib.1. Præte-
rea quoniam competebat Dominæ Hippolytæ exce-
ptio peremptoria contra prætẽſos fideicommiſſarios
ob nullitatem aſſerti teſtamenti,& ſucceſſiue fideicõ-
miſſi in eo appoſiti,non potuit remitti à Domino Ca
millo, dato etiam quod mandatum cum libera ha-
83 buiſſet,cum procurator † etiam cum libera non poſſit
remittere peremptoriam exceptionem, Domino cõ-
petentem,vt notant Doctores in d.c.cum olim,de off.
deleg. & Bero.conſ.187.nu.58. lib.1.Magon.in deciſ.
13.nu.25.Rotæ Lucenſis.Inſuper quia,vt dixi,confeſ-
ſio non fuit facta in modũ contentioſæ iuriſdictionis,
& iure cogente, ſed ſponte, æquiparatur donationi.
84 † & ad donãdum requiritur ſpeciale mandatum,neq;
generaliſſimum ſufficit,l.filiusfamilias,in princ.ff.de
donat.l.contra iuris,§.fi.ff.de pact. Bal.in d.l.1.nu.3.
Alex.& alij omnes in l.ſi procurator,C.de pact. Nat.
85 conſ.641.nu.6.lib.3.& facit etiam quod dicitur,† vbi
ſpeciale mandatum exigitur,generale non ſufficit, c.
qui ad agendum,de procur.in 6.l.illud,§.fi.ff.de min.
late Simon de Pret.conſ.137.num.135.& licet Domi
nus Camillus ſit etiam maritus & conſequenter le-
gitimus adminiſtrator,vxori nõ potuit præiudicare:
Tum quia mandatum à Domina Hippolyta habebat
86 ad lites & cauſas. & quando † maritus fuit conſtitu-
tus procurator ab vxore ad lites, ſeu ad aliquod ne-
gotium peragendum,ceſſat mandatum, quod viro à
lege conceditur,& diſpoſitio l.maritus, C.de procur.
vt notant ibi Doctores, præſertim Iaſ. qui num.9. de
87 communi teſtatur:† Tum etiam quia l.maritus pro-
cedit ſolum in bonis dotalibus, Alex. conſ.90. col.3.
ver. Nec etiam,lib.5.& ius competens Dominæ Hip-
polytæ dicendi teſtũ Agamemnonis nullum, non eſt
88 dotale,† præterquam quod nec ẽt de bonis dotalibus
poteſt maritus alienare,vt ibi dicit Alex.neque vxori
in aliquo præiudicare. Socin.iun. conſ.105.num.11. &
ſequen.libro 1.

89 Vltimum minus refragatur. †

Primo quia attentari poteſt, quod ſtatutum Peru-
ſinum locum non habeat in abbreuiaturis teſtamen-
torum, ſed in contractibus tantum, quoniam maior
debet adhiberi cautela in releuationibus teſtamen-
torum propter maius periculum, quam aliorum in-
90 ſtrumentorum. Bero.conſ.95.nu.29.lib.3. † aſſerens
teſtamentũ per ſolam comparationem litterarum nõ
poſſe comprobari, & allegat ad id Alex. in conſ.153.
lib.5.Sane probatio per ſolam comparationem litte-
rarũ eſt valde fallax.Corn.conſ.94.nu.5.lib.4.& ideo
91 ſtatutum,† quod ſimpliciter loquitur de rogationib.
& protocollis, ad teſtamenta non videtur extenden
dum,vt not.dicit Pariſ.conſ.27.nu.71.lib.2.

Secundo ſi ſtatutum in protocollis teſtamentorũ
locum haberet,dicitur quod ad hoc vt ſtatuti diſpoſi
95 tio locũ habeat,qui eo vult vti,† probare debet ſtatu
ti verba verificari in caſu,de quo agitur. Bar.in l.1.§.
ait prætor,ff.ne quid in flum publ. Soc. ſen.conſ.220.
nu.9.lib.2. Corn.conſ.170.nu.9.lib.5. Pariſ.conſ.57.
nu.75 lib.2.Sed quia ſtatutũ loquitur de rogationib.
notarij defuncti,qui intendit per comparationem lit
terarum approbari facere aliquam ſcripturã, neceſ-
ſario probare debet,de ea notarium rogatum eſſe, vt
ſtatutum dicit,quod hic non reperitur factum,immo
magis extat præſumptio,vt notarius rogatus nõ fue-
rit, ex quo inter alias ſcripturas & rogationes ſcri-
ptura illa non reperitur, ſed in manibus tertij, quod
non accidiſſet,ſi notarius de ea rogatus fuiſſet,vt late
ſupra demonſtraui in ſexto fundamento, ideo ſtatu-
tum in ea ſcriptura locum habere nõ poteſt, ad quod
bene faciunt notata per Ang.in conſ.220.in fi.qui rũ-
93 det, † eũ cui data eſt poteſtas in publicam formã re-
ducendi imbreuiaturas alicuius notarij, poſſe dedu-
cere in publicam formam eas tñ,de quib. certe nota
rius ille rogatus fuit,non aũt eas, quæ ſunt nullæ, vel
qñ ignoratur,nũquid notarius de eis rogatus fuerit.

Tertio ex alio ſtatutum locum non habet,quia di-
ſponit protocolla per comparationem litterarum
94 approbari, † & dũ loquitur de protocollis, debet in
telligi de validis,non de inualidis. Ang.d.cõſ.220. Si
enim inualida eſſent,nõ appellarẽtur protocolla. Me
noch.de arbit.iud.q.lib.2.cen.5.caſ.187.nu.26.& per
Cor.confirmatur in cõſ.186.n.6.lib.5.Nec in eis ſtatu
tum verificaretur,vt ipſi dñt, comprobatur per Sena.
Pedem.dec.145.fere per totam, vbi late probatur ſta
tuta loquentia de inſtrumentis, ſententijs, & ſimili-
bus,ſemper intelligi de validis,& in nullis non verifi
cari. Cum igitur ſcriptura illa ſit nulla defectu ſollẽ-
nitatum,& aliorum, quæ oĩa neceſſaria ſunt etiam in
protocollis, ad effectum vt fidem faciant, & ex eis in
95 ſtrumenta ſumi poſſint, † cum etiam in protocollis
ſollemnitates omnes requiſitæ ad validitatem inſtru
menti exigantur.Alex.conſ.153.incip. Videtur, n.12.
ver.Confirmatur,lib.2.Cepha.conſ.409 nu.27.lib.3.
Cor.conſ.94.n.2.lib.4.Abb.in c.Cum P.Tabellio.col.
3.de fid.inſtr.Rol.à Val.conſ.32.nu 27.lib.1.& in ſpe
cie Ang.d.conſ.250. Dec conſ.447.nu.5. & poſt mul-
96 tos Crau.conſ.216.nu.5.lib.2.quæ ſi deficiunt,† inſtru
menta authentica ex eis ſumi non poſſunt ſecundum
Crau.& Ceph.in allegatis locis.Pariſ.cõſ.12.n.151.
lib.2.Ang.d.conſ.250.qui loquitur, quando tempus
& indictio deficiunt, & eum ſequitur Fel.in c.Cum P.
Tabellio.nu.5 de fid.inſtr.ſtatuti diſpoſitio nullo mo
do in hoc prætenſo protocollo verificabitur.

97 Quarto † dum ſtatutum loquitur de protocollis,
intelligi debet de eis,quæ penes notarios,ſeu inter a-
lias ſuas ſcripturas reperiuntur, cũ protocolla ſem-
per penes notarios, ſeu inter alias rogationes eſſe
præſumantur,prout permanere debent.Et cum ſcri-
ptura,de qua quæritur,inter alias rogationes reperta
non fuerit, non poteſt appellari protocollum, vt di-
cit Menoch.d.conſ.42.n.8 & ex ea inſtrumentum ſu-
mi non poteſt, nec ſtatutum illam comprehendit, vt
etiam dixi ſupra, & bene facit, quod in fortiori caſu
firmauit Rot. Florẽ in deciſ.ſupra allegata,cum & in
caſu illo ſimile ſtatutum vigeret.

Quinto ſtatutum præfatum dat robur protocol-
lis,etſi non adſit ſubſcriptio notarij,quæ ſubſcriptio,
98 † de neceſſitate ad validitatem protocolli de iure re-
quirebatur,vt fidem faceret, & ex eo authenticum in
ſtrumentũ ſumi poſſet.Ang.in d.conſ.220.Gram.de-
ciſ.106.nu.58.Rol.à Vall. qui magis communem eſſe
dicit in cõſ.32.nu.35.lib.2.Ceph.conſ.409.nu.18.lib.
3.Crau. conſ.216.num.2. & 3.lib.2. & Pariſ. conſ.15.
nu.155.lib.2.& firmauit Rot.Floren.in cauſa,de qua
ſupra mentionem feci. Et etiam dat robur protocol
lis approbatis per ſolam comparationem litterarum
per Priores Conſortij notariorum, & dictis Priori-
bus non dat aliam auctoritatem, niſi faciendi com-
parationem, & approbandi, quod ſit ſcripta manu
notarij defuncti, vt legitur in dicto ſtatuto. Quam-
uis igitur eſſemus in caſu ſtatuti, & comparatio fuiſ-
99 ſet rite facta,† talis comparatio non potuit importa

re alind quam probationem vt dicta ſcriptura ſit facta a manu Ser Gaſparis, & iſte eſt effectus comparationis. Salic. & alij in l. comparationes, C. de fid. inſtrum. Pariſ. conſ. 27. num. 53. & 69. lib. 2. nnn tamen poteſt facere comparatio, vt ea ſcriptura imperfecta probetur teſtamentum, quando ſollemnitates deficiunt, vt in terminis dicit Pariſ. in d. conſil. 27. num. 54. & 71. qnia comparatio non operatur, vt ſcriptura confecta a manu notarij, prnbet abſque ſollēnitatibus, & inſtrumentum vitioſum approbetur. Crau. dicto conſ. 216. num. 2. Paul. de Caſt. in d. l. comparationes. Menoch. d. conſ. 42. num. 54. Ideo debet de neceſſirate intelligi ſtatutum de protocollo legitimo, & valido, ac ſollemni, nam quando inſtrumentū eſt ſollemne, fit comparatio litterarum, & illa releuat. Bald. in d. l. comparationes, col. 5. ver. Secuudo dixi, quem ſequitur Crauet. dicto conſil. 216. num. 17. & quod hæc ſit intentio ſtatuti, apparet, dum diſponit, quod facta comparatione habeat vim pnblici inſtrumenti, ac ſi per notarium defunctum eſſer ſubſcriptum, & ſic ſupplet ſtatutum per comparatinnem defectum ſubſcriptionis tantum, non autem dicit, quod valeat ſi aliæ ſollemnitates requiſitæ ad validitatem inſtrumenti deficiant.

100 Et cum hoc nō dicat, nec nns dicere debemus, † cum ſtatutum ſit correctorium iuris cōmunis, & eius verba ſtricte ſint intelligenda, ac reſtringenda, vt quanto minus poſſit, ex eo ius commune lædarur, maxime quando agitur de præiudicio tertij, l. quidquid aſtringendæ, & ibi not. ff. verb. nbligat. Alexan. in l. ſtipulationum, in prin. num. 9. ff. de verbo. oblig. Natta conſ. 52. num. 8. & ſeqq. & conſ. 158. nu. 6. lib. 1. Bero. conſ. 48. nu. 25. lib. 3. not. Rol. à Val. conſ. 68. num. 16. & ſeq. lib. 4. Soc. iun. conſ. 3. nu. 2. lib. 1. & in terminis fere noſtris Pariſ. conſ. 27. num. 68. lib. 2. Inſuper ſi ſcriptura prætenſi teſtamenri eſſer ſubſcripta per Ser Gaſparem, & de ea vere ipſe eſſet rogatus, non propterea probaret dictum teſtamentum, cum ſollemnitates requiſitæ ad validitatem inſtrumenti deficiant, vt fuit ſuperius demonſtratum, quæ omnia procedunt circa omiſſionem anni, indictionis, & nominis Pontificis etiam in inſtrumentis ſubſcriptis & publicatis per notarium rogatum, ideo nec prætenſum ſumprum ex illa ſcriptura, factum per comparationem literarū à Prioribus, probare poterit teſtamentum, cum ſum-

101 ptum † nō debeat maiorem fidem facere, quam protocnllum, ex quo ſumitur. Alex. conſ. 175. col. 2. verſic. Et per iſta, lib. 7. Pariſ. d. conſ. 27. uum 13. lib. 2. Sed extractum ex protncollo nullo, tamquam ex radice infecta cauſatum, nullam facit fidem. Corn. conſ. 70. num. 3. lib. 4. Pet. de Anch. conſ. 432. col. 1. incip. Præmiſſa ſine allegationibus, poſt alios Rol. à Vall. conſ. 26. num. 11. libro 3. & conſ. 32. num. 26. lib. 2. Nec ap-

102 probario † Priorum defectum ſollemnitatum ſupplere potuit: habent enim ipſi iuriſdictionem tātum circa comparationem, & approbationem, quod ſcriptura ſit ennfecta manu notarij, in reliquis auctoritatem non habent, ideo geſta ab eis vltra poreſtatem à ſtatuto tributam, nulla ſunt defectu iuriſdictionis, l. 2. C. ſi à non comp. iud. l. certa ratione, C. quan. prouo. non eſt neceſſ. Nec potuerunt ſcripturam nullam ob defectum ſollemnitatum inſtrumenti approbare &

103 validare, † quod nec Princeps facere poſſet de poteſtate ordinaria, c. 1. & ibi Abb. & alij, de fid. inſtrum. & not. Natta conſ. 47. num. 4. lib. 1.

Poſtremo dicitur, quod ſtarntum dat poteſtatem Prioribus Conſortij Notariorum, & cum priores ſint tres, omnibus videtur conceſſa hæc facultas, cum in-

104 definite Priorib. cōcedatur, † & indefinita legis vel ſtatuti æquipolleat vniuerſali. Bart. in l. ſi plurib. n. 5. ff. de leg. 2. Corn. conſ. 106. num. 3. lib. 3. Quod fortius dicendum eſt in indefinita relata ad perſonas Iaſ. in l. placet, num. 6. ff. de lib. & poſth. Sed productio teſtamenti fuit facta tantum coram duobus, qui compa-

105 rationem & approbationem teſtamenti † fecerunt. Vnde cum Priores conſortij, qui ſunt tres, ſint deputati ad prædicta, & duo tantum, tertio abſente, proceſſerint, omnia per eos geſta nulla ſunt, ina ta teatū in l. duo ea tribus, ff. de re iud. glo. in c. fin. de arbitr. in 6. in ver. circa iudices. Bar. Iaſ. & alij, in d. l. duo. & non ſolum duo ex tribus iudicibus non poſſunt ſnīam ferre, vt loquitur tex. in d. l. duo ex trib. Sed nec ē t in aliquo iuriſdictionē ea exercere, ſeu ad alium actum procedere. Bar. in l. Pōponius, quæ alias incip. ſi vni. ff. de re iud. quē ibi ſequuntur Alex. & Iaſ. nu. 11. Merito quod fecerūt dicti duo Priores defectu iuriſdōnis nullū eſt, vt fere in terminis not. Alex. in cōſ. 30. n. 2. & ſeq. li. 7.

Et ex his remanent ſublata ea omnia, quæ in contrariū allegantur, & propterea concluditur teſtamentum, de quo agitur, nullum eſſe, nullumque in eo poſſe fieri fundamentum.

Lis adhuc pendet indeciſa, vt dicetur in fine ſeq. conſilij.

IN EADEM CAVSA

ARGVMENTVM.

Filij poſiti in conditione an, & quando intelligantur diſpoſitiue vocati.

Cōditio ſi deceſſerit ſine filijs, numquid deficiat ſuperexiſtentiam filij naturalis tantum.

Filius banniti natus, vel legitimatus poſt bannum, an, & quando faciat deficere conditionem illam, ſi deceſſerit ſine filijs, & quid ſi pater reſtitutus fuerit.

Banniti noſtri temporis quibus æquiparantur relegatis ſcilicet an deportatis.

L. Bene à Zenone, C. de quadr. pręſcript. an locum habeat de iure canonico inter laicos.

Legitimatus cum clauſula ſine præiudicio venientium ab inteſtato, numquid excludat ſubſtitutum, & de interpretatione priuilegij legitimandi, & legitimationis cum dicta clauſula.

SVMMARIVM.

1 *Filij poſiti in conditione cenſentur diſpoſitiue vocati.*
Sed contra. num. 12.
Maxime concurrente aliqua coniectura de voluntate teſtatoris. num. 2.
Vt ſi conſtat teſtatorē voluiſſe conſeruare agnationē. nu. 3.
Vel ſi teſtator pceſſit ad plures gradus ſubſtitutionū. n. 5.
4 *Agnationem teſtatorem conſeruare voluiſſe præſumitur ex excluſione filiarum, quando fecit plures gradus ſubſtitutionum, ſubſtituendo ſemper maſculos.*
6 *Naturalis facit deficere conditionem, ſi quis deceſſerit ſine filijs & ſubſtitutum excludit.*
Intellige vt num. 13.
7 *Legitimatus non differt à vero legitimo.*

Legi-

8 *Legitimatus excludit ſubſtitutum, vocatum ſub conditione illa, ſi deceſſerit ſine filÿs legitimis & naturalibus.*
9 *Fideicommiſſum non debetur, niſi quis probet ſe ad illud fuiſſe vocatum.*
10 *Vocatum aliquem non fuiſſe probatur ex inſpectione teſtamenti.*
11 *Conditio nihil ponit in eſſe, nec diſponit.*
13 *Naturalis non excludit indiſtincte ſubſtitutum, ſed adhibenda eſt quæſtio voluntatis teſtatoris ad cognoſcēdum de quibus filÿs ſenſerit.*
Nec ſubſtitutum excludit, ſi teſtator erat perſona illuſtris num. 14.
15 *Filÿ illegitimi non ſunt agnati.*
Nec agnationem conſeruant. num. 16.
17 *Legitimatus poſt deportationem patris non facit deficere conditionem illam, ſi deceſſerit ſine filÿs, cum ſeq.*
18 *Filÿ nati poſt deportationem patris videntur concepti à nouo homine nec faciunt deficere conditionem illam, ſi hæres deceſſerit ſine filÿs. Et num. 25.*
Intellige de filÿs natis ex deportato, non ex relegato. numero 19.
20 *Banniti noſtri temporis non æquiparantur nec relegatis, neque deportatis, ſed ſunt de tertia ſpecie.*
21 *Bannitus ob crimen læſæ maieſtatis & rebellionis cum publicatione bonorum amittit etiam iura communia.*
Item quando fuit bannitus à delegato ſupremi Principis. num. 22.
23 *Bannitus taliter, vt etiam iura communia amittat, æquiparatur deportato.*
24 *Bannitus etiam poſt reſtitutionem habetur tamquam nouus homo, niſi fuerit facta plenaria reſtitutio. Et num. 26.*
27 *Emptores bonorum à fiſco redduntur ſecuri, & infra quadriennium tantum contra fiſcum agi oportet.*
28 *L. bene à Zenone, non ſeruatur in bonis eccleſiæ, Sed inter laicos ſeruatur etiam de iure canonico, reprobata opinione Socin. iun. & aliorum diſſentientium.*
29 *Clauſula adiecta legitimationi, ſine præiudicio venientiū ab inteſtato varios habet intellectus.*
30 *Legitimatus cum clauſula ſine præiudicio venientium ab inteſtato non eſt proprie legitimus, nec venit appellatione filÿ legitimi.*
Sed dicitur tantum diſpēſatus, vt poſſit recipere ex patris tantum diſpoſitione ea, de quibus pater diſponere poterat. num. 31.
Et diſpoſitioni patris contrauenire non poteſt. num. 32.
33 *Legitimatus cum facultate ſuccedendi ex teſtamento, vel ab inteſtato, contra teſtamentum venire non poteſt.*
34 *Teſtamento, quod quis approbauit, contrauenire non poteſt.*
35 *Approbans teſtamentum reſpectu legati cenſetur illud in omnibus approbare.*
36 *Bona ſubiecta reſtitutioni veniunt in vniuerſali inſtitutione bonorum.*
37 *Approbans teſtamentum hæredis grauati non poteſt moleſtare inſtitutum in eo, occaſione fideicommiſſi.*
38 *Princeps legitimando poteſt auferre ius quæſitum parti.*
39 *Priuilegium legitimandi non cenſetur taliter conceſſum à Principe, vt tertio præiudicium offerri poſſit, niſi id fuerit in eo appoſitum. Et num. 40.*
40 *Principem velle auferre ius tertÿ non præſumitur.*
41 *Clauſula, ſine præiudicio venientium ab inteſtato, oſtendit Principem, qui conceſſit priuilegium legitimandi, voluiſſe, quod tertio præiudicium non inferatur.*
42 *Legitimatus cum clauſula ſine præiudicio venientium ab inteſtato non excludit ſubſtitutum.*

CONSILIVM LXVII.

DVBITATIO alia exoritur in cauſa vertente inter Magnificam Dominam Hippolytam, & olim Dominum Fabritium, & ſucceſſiue Magnificam Dominam Iuliam hæredem dicti Domini Fabritij omnes de Pinna. Si teſtamentum, quod prætēditur factum ab Agamemnone de Pinna, validum eſſet, numquid ex eo Dominus Fabritius ad fideicommiſſum fuiſſet admittendus. Et licet nō ſit opus de hoc cognoſcere, cum clariſſimum ſit prętenſum teſtamentum eſſe inualidum, vt oſtendi in præcedenti conſilio, nihilominus vt magis bonum ius Dominæ Hippolytæ detegatur, & Domino iudicare debenti ſatisfiat; Dicitur quod ſi teſtamentum eſſet validum, Dominus Fabritius ad fideicommiſſum admitti non potuiſſet. Et licet ex eo quod Agamemnon eius hæredem inſtituit Dominum Carolum filium, & ipſi decedenti ſine filijs ſubſtituit Dominum Hieronymum fratrem, & Hieronymo ſine filijs decedenti ſubſtituit proximiores de Cippo domus, videatur dicēdum Dominum Fabritium filium Domini Caroli in conditione poſitum, fuiſſe diſpoſi-
1 tiue vocatum, †cum verior & magis communiter recepta videatur illa opinio, quod filij in conditione poſiti, diſpoſitiue vocati intelligantur, quam tenuerunt Perr. de Anchar. conſil. 73. incip. Contra Philippum, aliàs conſil. 74 Corne. conſil. 306. col. 2. num. 4. libro 4. Barbat. conſil. 55. libro 2. vbi col. 5. verſicu. Et licet, teſtatur hanc opinionem eſſe magis communē, & idem tenet in conſil. 27. in 4. art. col. 13. & 14. libro 1. Corne. conſil. 320. col. 2. num. 6. & 7. libro 4. Paul. de Caſtr. in conſil. 263. col. 2. libro 2. Caſſan. conſil. 14. qui hanc opinionē quattuordecim fundamentis tueri conatur. Curt. ſen. conſil. 51. vbi col. 8. & 9. opinionem iſtam magis æquam, & in iudicando, & conſulendo ſequendam teſtatur. idem firmant Pariſ. conſil. 6. in princ. & in fin. & conſil. 66. num. 15. & ſeq. libro 3. Socin. iun. conſil. 4. num. 7. & ſeq. lib. 1. Grat. conſil. 48. col. 2. lib. 1. & conſ. 32. lib. 2. Socin. ſen. conſil. 77. num. 4. lib. 1. late Socin. iun. conſil. 158. lib. 2. Anton. Gabr. in ſuis concluſ. in titu. de fideicomm. concluſ. 4. num. 2. Tob. Non. conſil 31. num. 5. & ſeqq. conſ. 32. num. 8. Cephal. conſil. 251 num. 72. lib. 2. aſſerens, quod quidquid olim fuerit, hodie opinio iſta verior eſt, & magis communiter approbata.

Et quamuis contrariam opinionem, quod poſiti in conditione non ſint diſpoſitiue vocati, ſed eis ſolum ſit præſeruatum ius ſuccedendi ab inteſtato hæredi grauato firmauerit glo. in l. Lucius, la 2. ff. de hæred. inſtit. quam plerique ſequuntur, nihilominus affirmatiua videtur magis recepta. Et etiam retenta o-
2 pinione glo. in d. l. Lucius, †ab ea recedi ſolet quoties aliqua coniectura percipi poteſt teſtatorem poſitos in conditione diſpoſitiue vocare voluiſſe. Soc. ſen. in l. cum auus, in fin. ff. de cond. & demonſtr. Soc. iun. conſ. 174. nu. 22. & conſ. 158. nu. 73. vbi de communi teſtatur, lib. 2. Ruin. conſ. 198. num. 7. lib. 2. Paul. de Caſtr. conſ. 263. lib. 2. Gozad. conſ. 64. num. 2. verſi. ſecundo. Rol. à Val. conſ. 6. num. 28. & 29. libro 4. Crauet. conſ. 62. num. 6. lib. 1. Iul. Clar. in §. teſtamentum, q. 77. in fi. qui de communi teſtatur, Cephal. conſ. 188. num. 8. & ſeq. lib. 2. conſ. 383. num. 9. lib. 3. Burſat. qui ſimiliter communem appellat conſ. 301. nu. 20. lib. 3. Tib. Dec. conſ. 34. num. 117. lib. 3. At hic coniecturæ voluntatis teſtatoris concurrere vidētur, ideo ab opinione gloſſæ recedendum videtur.

3 Prima † quidem elicitur coniectura, ex qua dicitur
poſitos in conditione cenſeri diſpoſitiue vocatos, quá
do conſtat teſtatorem voluiſſe proſpicere agnationi,
& bona ſua in agnatione conſeruare. Ruin. conſi. 11 t.
num. 15. libro 2. quem ſequitur Anto. Gabriel. in ſuis
concluſ. in tit. de fideicomm. concluſ. 4. num. 28. & nu
me. 45. idem tenent Grat. conſil. 106. col. penul. libro
2. Cephal. conſil. 251. num. 81. lib. 2. Burſat. qui com-
munem dicit conſil. t3. num. 53. libro 1. Pariſ. conſi. 6.
col. 1. & 2. libro 3 Socin. iun. conſil. 110. num. 24. lib. 3.
In caſu vero noſtro conſtat teſtatorem voluiſſe conſer
4 uare bona in agnatione, † dum Dominum Carolum fi
lium hæredem vniuerſaliter inſtituit, & Dominę Blá-
cæ filiæ certum quid pro dote reliquit, & Carolo dece
dẽti ſine filijs ſubſtituit Dominum Hieronymum fra
trem, & eidem Hieronymo ſine filijs decedenti alios
de Cippo domus ſubſtituit, quod ratione conſeruãdi
agnationem factum præſumitur, quę per maſculos &
non per feminas conſeruatur. Pariſ. conſ. 6. nu 9. lib. 3.
Dec. conſil. 574. num. 5. Socin. iun. conſil. 168. num. 38.
libro 2. Iaſ. conſil. 141. col. 6. & 8. lib. 2. Tob. Non conſi.
36. num. 11. Marzar. conſil. 4. Menoch. conſil. 95. num.
5. libro t. Ideo filij poſiti in conditione cenſentur di-
ſpoſitiue vocati.

Secunda elicitur coniectura, dum teſtator Carolo
filio decedenti ſine filijs, ſubſtituit Hieronymum ip-
ſius teſtatoris fratrem, & ſi Hieronymus ſine filijs de
cederet, proximiores de Cippo domus vocauit, & ad
5 plures gradus ſubſtitutionum deuenit, † nam quãdo
teſtator ad plures gradus ſubſtitutionem proceſſit, fi
lij in conditione poſiti, diſpoſitiue vocati intelligun-
tur. Pet. de Anch. d. conſ. 74. incip. Contra Philippum,
ver. 2. Soc. iun conſ. 119 nu. 27. lib. 1. Tib. Dec. conſ. 34.
num. 119. verſic. Quarta, lib. 3. Burſat. conſ. 301. num.
25. lib. 3. qui alios allegant.

Cum igitur filij Domini Caroli, in conditione po
ſiti, intelligantur diſpoſitiue vocati, Dominus Fabri-
tius eiuſdem Domini Caroli filius ad fideicõmiſſum
6 admittẽdus erat, quamuis eſſet naturalis, † quoniam
in conditione illa, à teſtatore ſimpliciter expreſſa, ſi
deceſſerit ſine filijs, includuntur etiam naturales tan
tum, qui ſubſtitutum excludunt, l. ex facto, §. ſi quis ro
gatus, el 1 & ibi Bart. nu. 2. Ripa nu. 10 & ceteri om-
nes, ff. ad Trebel. Doctores in l. generaliter, § cum au-
tem, C. de inſtit. & ſubſtit. Ang. in l. hæredibus, § Ti-
tius, ff. ad Trebel. Soc. iun. conſ. 154. num. 3. lib. 2. Alex.
conſ. 94 nu. 1. lib 1 Dec. conſ. 412 nu 8. Crot conſ 17.
num. 23. lib. 1. Corn. conſ. 197. num. 3 lib 1. Capra con
ſil. 132. num. 5. & poſt alios multos Sforz Odd. in tra
cta. compend. ſubſt. par 6. art. 5. in verb an naturalia
tantum, in prin. fol. 205. vbi de communi teſtatur. Et
quia Dominus Fabritius legitimatus fuit, inſtãte Do
mino Carolo patre, ſine dubio veniebat filiorum ap-
pellatione, nam ſi in dicta conditione includitur ſo-
lus naturalis, à fortiori ex ea admittitur naturalis le
gitimatus, imo ſi in conditione non eſſent poſiti filij
7 ſimpliciter, ſed filij legitimi & naturales, adhuc † legi
timatus à filijs legitimis nihil differt, §. ſi quis ergo fi
lios. Auth. quib. mod. nat. efficiun. §. liceat. Auth. quib.
8 mod. natur. effic. ſui. Alex. conſ. 187. num. 8. lib. 5. † legi
timatus ſubſtitutum excluderet, ſecundum commu-
nem Doctorum opinionem, de qua teſtantur Alexan.
conſ. 121. num. 18. lib. 2. Dec. conſ. 365. nu. 6. conſ. 366.
num. 4. Cur. iun. conſ. 64. nu. 12 lib. 1. Soc. iun. conſ. 77.
num. 7. lib. 3. Rolan à Vall. conſil. 83. num. 19. lib. 3. &
ita vno ore Doctores conuenire teſtatur Sforz. Odd.
in d. artic. 5. in verb. an legitimati, in t. & 2. caſu, folio
107 in fin & folio 108.

Nihilominus melius & maturius teſtamento, ac
caſu, de quo agitur, conſideratis, cenſeo Dominum
Fabritium filium naturalem Domini Caroli nullo
modo fuiſſe ad fideicommiſſum admittendum, &
conſequenter nec ea eius perſona admitti debere di-
ctam Dominam Iuliam eiuſdem Domini Fabritii
hæredem.

9 Primo quia † Dominus Fabritius ad fideicommiſ-
ſum admitti non poterat, niſi probaſſet ad illud per
mortem Domini Caroli patris fuiſſe vocatum, cum
poſſit ſemper dici in hoc caſu non loquitur ſubſtitu-
tio. Oldrad. conſil. 21. Corn. conſil. 161. num. 8. verſic.
Et conſtat, lib. 2. Crauet. conſ. 161. num. 16. lib. 1. conſi.
208. nu. 3. lib. 2. Soc. ſen. conſ. 62. num. 4. ver. Et in pri-
mis, lib. 3. Soc. iun. conſ. 111. num. 27. lib. t. Hier. Gabr.
conſil. 96. num. 8. in fin. & ſeq. lib. 1. Sed Dominus Fa-
britius non probauit ipſum ad fideicõmiſſum diſpo-
10 ſitiue fuiſſe vocatum. † Et ea inſpectione teſtamenti,
in quo non apparet vocatus, contrarium iuſtificatur
ſecundum Bar. in l. textores, ff. de leg. 1. Bart. & Bald.
in l. fin. C. de reb. credit. Alexan. conſ. 122. lib. 4. Bolo-
gnet. conſ. 15. num. 23. Solum quidem in teſtamento
filiorum Domini Caroli conditionaliter apparet fa-
cta mentio, dum teſtator dixit, ſi Carolus ſine filiis de
11 ceſſerit. Et quia † conditio nihil ponit in eſſe, nec di-
ſponit, l. ſi quis ſub conditione, ff. ſi quis omiſſ. cau. te-
ſtam. l. ex facto etiam, ff. de hæred. inſtit. l. 1. C. de pact.
& ibi Alexan. Iaſ. Dec. & ceteri. Et valde dubitatur
inter Doctores, numquid filii in conditione poſiti, in
12 telligantur vocati. Vel dicendum eſt, † non intelligi
vocatos regulariter aliis non concurrentibus ſecun-
dum opinionem gloſſæ in l. Lucius, la 2. ff. de hære. in-
ſtitu. quam ibi ſequuuntur Bart. Bald. Ang. Cuman. &
alij Eamdem gloſſę opinionem approbant Doctores
communiter in l. cum auus, ff. de cond. & demonſt. &
in l. ex facto, §. ex facto, ff. ad Trebellian. Grat. con-
ſil. 3. num. 29 lib. 1 late Bolognet. conſ. 15. num. 45. A-
lex. qui illam 13 fundamentis comprobat conſil. 185.
lib 2 Paul. de Caſtr. in l. filiusfamilias, §. cum quis, ff.
de leg 1. Mant. conſ. 39 nu. 6. conſ. 137. lib. 2. Balthaſ.
Quint inter conſil. diuer. vlt. volun. 177. nu. 51. & 101.
& ſeq. Illamque poſt multos, quos allegant, commu-
niter approbari teſtantur omnes infraſcripti. Mãu.
conſil 329. libro 1 Ripa in d. §. ex facto, num. 10. qui
etiam dicit apud Doctores hanc opinionẽ eſſe cano-
nizatam. Iaſ. conſil. 89. col 1. verſicu. Sed præmiſſis, lib.
1 & conſil 113. num. 19. libro 2. Dec. conſil. 270. in prin.
aſſerens ab ea vti canonizata non eſſe recedendum.
Pott. Imol. conſil 8. num. 25. conſi. 40. num. 1. Torniel.
inter conſilia Portij conſil. 43. num. 5. & 10. qui pari-
ter teſtatur eſſe canonizatam. Gerard. Mazol. conſil.
2. num 24. Simon de Pret. conſ. 167. Anto. Gabriel. in
ſuis conclu. in tit. de fideicomm. conclu. 4. num. 1. & 2.
verſic. Teneudo. Iul. Clar. recept. ſentent. §. teſtamen-
tum, q 77. in prin. Sforz Odd. in tract. compend. ſub-
ſtit. par. 5. art. 3. limit. 2. fol. 168. & ſeqq. Burſar. conſil.
51. num. 21 lib t Rimin. iun. conſ. 21. num 11. & ſequen.
lib. 1. & conſil. 246. num. 8. & ſeqq. lib. 3. Rolan. à Vall.
conſ. 51. num. 5. verſi. Quibus tamen non obſtantibus,
lib. 3. Cephal. conſ. 268. num. 17. conſ. 293. num. 11. lib.
2. conſ. 419. num. 69. lib. 3. & conſil. 749. num. 1. & ſeqq.
lib. 5. pro qua fere innumeros adducit Ioſeph de Ru-
ſtic. in tract. an & quã liber. in condit. poſit. voc. lib. 1.
par. t. c. 1. & par. 2. c. 2, num. 8. teſtatur eam eſſe magis
communem, quam nouiſſime vti veriorem & commu
niorem latiſſime tuetur multis fundamentis & aucto
ritatibus Simon de Pret. interpret. vlt. vol. lib. 3. dub.
2. ſolut. 2. per totam, fol. 297. & ſeqq.

Vel & clarius ſi filii Domini Caroli, poſiti in con-
ditione, intelligerentur vocati ea ratione, quia te-
ſtator

ſtator habuit iutentionem conſetuandi bona in ſna
agnatione & ſamilia, dicitur cenſeti tantum in condi
tione poſitos, & ſic vocatos filios legitimos & natnta
les, non autem Dominum Fabritium filium illegiti-
mum, nam etſi quando ſimpliciter filij in conditione
ponuntur, naturalis ſaciat deficere conditionem, &
13 ſubſtitutum excludat, vt fuit dictnm, † id non proce-
dit indiſtinctè, ſed adhibenda eſt quæſtio voluntatia
teſtatnris ad cognoſceudum, de quibua filijs ſenſerit,
conſideratis dignitate, voluntate, ac conditione teſta
toris, vt dicit textus in allegata l. ex ſacto, §. ſi quis ro-
gatus, el 1. ff. ad Trebell. Sed conſiderata dignitate &
conditione Agamemnonis teſtatoris, nõ eſt dicendũ
in conditione poſuiſſe naturales, quia ipſe erat nobi-
14 lis ex primarijs ciuitatis Peruſinæ. † & quando teſta-
tor eſt nobilis & perſona Illuſtris in huiuſmodi con-
ditionibus filiorum appellatione naturalis non con-
tinetur, quod ſentit rextus in d. §. ſi quis rogatus, ibi,
ex dignitate, & ibi Bar. nu. 2. Ripa num. 16. Alex. conſ.
121. nu. 4. lib. 2. Soc. conſ. 86. nu. 13. lib. 3. & Sſor. Odd.
qni alios allegat in d. art. 5. in verb. an naturales tan-
tum, ver. limitatur tettio, fol. 206.

Prætetea ſi admitteremus teſtatorem habniſſe ani
mum conſetuandi bona ſua in agnatione, non poſſet
dici intellexiſſe de filijs natnralibus tantum, dum fi-
lioa Domini Caroli ad excluſionem Domini Hiero-
15 nymi frattis in conditione pnſuit, † quoniam filij il-
legitimi agnati non ſunt, l. ſpurij, & l. hac patre, ff. vn-
de cognat. Corn. conſ. 216. num. 4. libro 2. Sed quoad
familiam & agnationem ſunt extranei, nec agnatio-
ne & familia continentut. Bald. Alea. & cereri in l. ge-
neraliter, §. cum autem, C. de inſtit. & ſnbſtit. Guid.
Pap. q. 580. Capra conſ. 90. nu. 6. Menoch alios addu-
16 cens conſ. 181. nu. 14. lib. 2. † Agnarionemque non con
ſeruant, l. iure naturæ, ff. de ſtat. homin. late Tiraquel.
de nobilit. cap. 15. num. 10. & ſeqq. multis Butſat. conſ.
52. num. 27. & ſeq. lib. 1. Menoc. conſ. 266. num. 27. lib.
3. & ita in ſimilibus terminis poſt Caprá in d. conſil.
90. num. 4. & ſeqq. dixit Mant. de coniect. vlt. vol. libro
8. tiru. 7. num. 6. Et conſequentet Dominus Fabtitius
vti natutalis tantum nullo modo ad fideicommiſſum
erat admittendus, repugnantibus dignitate & volun
tate teſtatoris.

Nec Dominus Fabritius adiuuati potuit legitima
tione obtenta à Collegio Cutiæ Romanæ, quoniam
Dominus Carolus ob auxilium præſtitum pattiæ con
tra Principem anno 1540. fuit condẽnatus ob crimen
rebellionis, & læſæ maieſtatis, & eius bona omnia
fuerunt fiſco incorporata, ex quo tempore Dominus
17 Fabritius non erat legitimatus, † qui licet poſtea le-
gitimatus fuerit, conditionem illam deficere non fe-
cit, & conſequentet nec poterat dici vocatus, vt pro-
bat textus in l. ex ſacto, §. ea facto, ff. ad Trebellian.
18 vbi dicitur † filios natos poſt deportationem patris
grauati non ſacere deficere conditionem, fideicom-
miſſi adiectam per illa verba, ſi deceſſerit grauatus
ſine liberis, qnia filij nati poſt deportationem viden-
tur concepti à nouo homine, & vti filij altetius & no-
ui hominis habentur, quod etiam firmant in d. §. ex ſa
cto. Bart. num. 1. Paul. de Caſt. num. 2. & 3. Alex. num.
2. & ſeq. & melius Ripa num. 1. & 11. verſicu. Et ita te-
19 nendo. † Et licet textus in §. ex ſacto, loquatur in de-
portato, non in relegato, vt ibi not. Bart. Imo. Alexan.
& alij, & de communi teſtatur Socin. iun. conſil. 174.
20 nu. 20. lib. 2. Et banniti † noſtri temporis nec relega-
tis, nec deportatis æquiparentur, ſed ſint de tertia ſpe
cie ſecuodum Iul. Clar. in pract. crim. §. fin. quæſt. 71.
ver. Dixi autem ſupra, & Senat. Pedem. decii 105. nu.
9. & 10. Dicitur in caſu noſtro Dominum Carolum

fuiſſe deportato æqniparandnm, qnoniam Doctorea
qui dicunt bannitum æquiparari relegato, mouentur
ex eo, quia dicunt bannitum amittere iura ſuæ ciui-
tatis tantum, à qua bannitus eſt, ſed iura communia
retinere, vt elicitur apud Bartol. & alios, qui pro illa
opinione adducuntur, & Alexan. & Ripa in d. §. ex ſa-
cto, quæ ratio ceſſat in caſu, de qno agitur, quoniam
Dñs Carolus bannitus fuit ob crimen rebellionis,
& læſæ maieſtatis cum publicatione omnium bono-
21 rum, † & taliter bannitus etiam iura communia amit
tit. Batt. ſuper conſtit. qui ſint rebell. in verb. rebellan
do, num. 13. Boſſ. in tract. cauſ. crimin. in tit. de crim.
læſæ maieſt. num. 118. Menoch. conſ. 101. num. 2. lib. 1.
22 Et qnia Carolus ſuit bannitus † à Delegato Pontifi-
cis Principia ſupremi, ex hoc etiam iura communia
amiſit, iuxta commnnem Doctorum opinionem, de
qua teſtatur Menoch. d. conſ. 101. num. 8. Cum igitur
Carolus ea dicto crimine, & à Delegato ſupremi Põ-
23 tificis bannitus iura communia amiſerit, † deportato
æquiparabatur, quod quando bannitus iura etiam
communia amittit, non negant illi, qui tenent regula
riter æqniparari relegato, ſed iſto caſu opinio illa ita
limitatur, vt per Bar. in l. amiſſione, §. qui deficiunt, ff.
de cap. dim. Rip. in d. §. ea facto, nu. 18. Clem. de patr.
potell. c. vlt. num. 26. & ſeq. Quod hodie clatum vide-
tur, ſtantibus Bullis Summorum Pontificum, quibua
cautum eſt capitalitet bannitum omnia iura etiam
communia amittere. Et licet Dominus Carolus ſue-
rit per gratiam Principis reſtitutus, & poſt reſtitutio
nem Dominus Fabtitius legitimationem obtinuetit,
24 idem eſt dicendum, † cum bannitus etiam obtenta re
ſtitutione tãquam nouus homo ſit habendus, ita poſt
Fulg. & alios not. Alex. in d. §. ea ſacto, nu. 5. Bart. in l.
intercidit, ff. de cond. & demon. Rol. à Val. conſ. 4 n. 9.
25 lib. 3. † Et conſequentet Dñs Fabtitius vti filius legiti
matus noui hominis etit iudicandus, & ſic conditio-
nem illam deficere non faciebat. Et quamuis Ripa in
d. §. ex ſacto, nu. 11. in fi. diſſentire videatur, non nocet,
26 † quoniam ipſe loquitur, quando reſtitutio fuit plena
rie ſacta, quod non euenit in caſu, de quo agitur, qm̃
fiſcus omnia bona Domini Caroli, etiam quæ præten
duntur fuiſſe Agammenonis teſtatoris publicauit, &
illa omnia vendidit. Et quando Princeps reſtituit D.
Carolum, non ſolum eum non reſtituit ad bona, imò
expreſſe venditionem prædictam confirmauit. Vnde
cum reſpectu bonorum, de quib. agitnr, nulla fuerit fa
cta reſtitutio, ſed poſtea Dominus Carolns ab eo, qui
emerat à fiſco, bona redemerit, & non vti hæres D.
Agammenonis patris, ſed nouo titulo ſingulari em-
ptionis ea poſtea poſſederit, clare apparet quoad di-
cta bona haberi pro nouo homine, & legitimationem
ſubſequẽtem in eis Domino Fabritio nullum ius tri-
buere potuiſſe. Quib. addo, quod cum D. Carolns di-
27 cta bona mediate à fiſco acquiſiuerit, † & ipſe & eius
hæredes effecti fuerunt ſecuti, vt pro eis à quoquam,
qui in illis ius habniſſet, moleſtari non potuerint, ſed
qui in illis ius prætenderet, contra fiſcum infra qua-
driennium agere deberet, l. bene à Zenone, C. de qua-
drien. præſcr. Pau. de Caſt. in l. edicto, nu. 2. C. ſi aduer.
fiſc. Bal. in l. multum, C. com. rer. alieo. Bellon. conſ. 51.
Boſſ. in trac. cau. crim. in tit. de prin. nu. 86. late Cran.
28 conſ. 263. num. 7. verſ. Quinimmo, lib. 2. † Et qnamnis
Soc. iun. conſ. 69. nu. 60. lib. 1. quem ſimpliciter refert
Menoch. conſ. 2. nu. 333. lib. 1. dicat de iure canonico
in ſtatu Eccleſiaſtico etiam inter laicos diſpoſitionẽ
l. bene à Zenone, non ſeruari, quod voluit etiam Bero.
conſ. 83. num. 5. & ſeq. lib. 2 vbi dicit ita magis cõiter
Doct. tenere, mouentur ipſi ad id dicendum auctori-
tate gloſſæ & Card. in c. 2. de reb. eccleſ. non alien. Io.

Faber & Aret.in §.fin.Inſtit.de vſocap.in quibus locis
eorum opinio non probatur: Solum enim gloſſa &
Doctores, per eos allegati, dicunt diſpoſitionem l.be
ne à Zenone, non procedere ſecundum Canones, non
aliter declarantes, an inter laicos, vel in bonis Eccle-
ſiæ tantum id procedat, quod non nocet, quoniam ve
rum eſt diſpoſitionem l. bene à Zenone, non habere
locum ſecundum canones quoad bona Eccleſiæ, quo-
rum reſpectu inter ius canonicum & ciuile in hoc dif
ferentia conſtituitur, ſecundum Bar.in trac.de differ.
inter ius ciuil. & canon. num.90. Sed inter laicos di-
ſpoſitio illius legis etiam de iure canonico ſeruatur,
vt declarant Abb.& Imo.in d.cap. 2.de reb.eccle.non
alien.Fel.in cap.quæ in eccleſiarum, num.98.in 4.lim.
de conſtit.Balb.de præſcript.in 2.par.5.par.prin.q.8.
ver.Octaua limitat.Bero.ſibi contrarius in conſil.56.
num.17.lib.3.Ant. Gabr.in ſuis concluſ.in tit.de acq.
poſſeſſ.concluſ.2.num.22.

Præterea dicitur Dominum Fabritium vigore præ
tenſæ legitimationis obtentæ à Collegio Archiuij nõ
fuiſſe taliter effectum legitimum, vt ſubſtitutum ex-
cluderet, & ad fideicommiſſum tamquam legitimus
admitti poſſet.

Primo quia fuit legitimatus cum clauſula ſine præ-
29 iudicio venientium ab inteſtato,† quæ ſane clauſula
licet varios habeat intellectus, de quibus per Docto-
res, in l.Gallus, §.& quid ſi tantum, ff.de liber. & po-
30 ſthu. tamen operatur, † quod ita legitimatus non ſit
proprie & vere legitimus, ſed ſecundum quid, in tan-
tum, quod nec veniat appellatione filij legitimi. Coe-
ne.conſil.9.in fin.num.6.lib.4. Crot.conſ.113.nu.22.
31 libro 1.† Sed dicitur tantum diſpenſatus, vt poſſit re
cipere ea, de quib.pater diſponere poterat, & ex pa-
tris expreſſa diſpoſitione, & non aliter, ita poſt Bald.
& Ioan. de Monteſperell. firmat Nicol. de Vbald. in
tract.de ſucceſſ.ab inteſt.par.1.num.117.& ſeqq.Petr.
de Anchar.conſil.242.incip.Ex tenore, col.2.ver.Præ
terea poſito.Capra conſil.157.num.44.& ſeqq.& poſt
alios Hieron. Gabr.conſ.30.nu.26. & ſeqq.lib.1. quæ
opinio communiter approbatur, vt teſtantur Dec.
conſ.393.nu.1.conſ.610.nu.1. Soc.iun. conſ.121.num.
36. & ſeq.lib.2. Pariſ.conſ.14. num.44. & ſeq.libro 2.
Curt. ſen. conſil.73. num.8. Didac.Couar.de ſucceſſ.
ab inteſtat.cap.8 par.2.§.10.num.1. verſic.Verum, &
num.2.Tiber. Dec.conſil.19.num.25. & ſeqq.libro 1.
conſil.40.num.31.libro 3.Rimin.iun.conſil.446.num.
42. & ſeqq.lib.4. qui alios multos huius ſententiæ al-
legant, ſed bona, de quibus agitur, aut erant ſubiecta
fideicommiſſo, & de illis Dominus Carolus diſpone-
re non poterat, & eorum reſpectu legitimatio, limita
ta per dictam clauſulam, nihil operatur. Aut non e-
rant ſubiecta fideicommiſſo, ſed de eis Dominus Ca-
rolus diſponere poterat, & pro eis Domino Fabritio
vigore fideicommiſſi nulla dabatur actio. Quod for-
tius dicendum eſt, cum Dominus Carolus teſtamen-
tum fecerit, & hæredem inſtituerit Dominam Hippo
lytam filiam, & Domino Fabritio certam quantitatẽ
cum prohibitione plus petendi ex quacumque cauſa
32 reliquerit,†cui diſpoſitioni legitimatus cũ dicta clau
ſula contrauenire non poteſt, nec aliud vltra ſibi reli-
ctum petere, quia vt dicunt Doctores in dictis locis,
ille dicitur diſpenſatus ad conſequẽdum id, quod pa
ter ſibi reliquerit, & aliud contra voluntatem patris
non conſequitur, vt per eos, & faciunt notata per So-
cin.in rubr.ff.de liber.& poſthum.vbi Iaſ.num.16.Ce-
phal. conſil.442. num.43. & ſequen.libro 3.qui dixe-
33 runt† legitimatum cum facultate ſuccedendi ex teſta
mento, vel ab inteſtato, non poſſe venire contra teſta
mentum, quod etiam fuit de intentione Alexand. in
conſil.30. lib.4. Et tanto magis hoc fateri oportet in
34 occurrenti caſu,† quia Dominus Fabritius teſtamen
tum Domini Caroli approbauit, eius executionem
petendo, & legatum conſequendo, cui modo non per
mittitur illi contrauenire, l.ſi pater, §. fin.ff.de inoffic.
teſtam.l.poſt legatum, vbi Doctores communiter, ff.
35 de his quib.vt indig. Cum enim approbauerit teſta-
mentũ reſpectu legati, cenſetur illud in omnibus ap-
36 probaſſe. Tib.Dec.conſ.2.nu.80.lib.2.Et quia† inſti-
tutione facta vniuerſaliter de omnibus bonis ad fa-
uorem Dominæ Hippolytæ etiam bona, quæ præten-
duntur ſubiecta fideicommiſſo includebantur, vt la-
te probat Mandel.de Alba conſ.17.num.4.&conſ.73.
num.5.& ſeq.& ſequitur Rim. iun.conſ.80. num.40.
37 lib.1.†Pro illis Domina Hippolyta hæres Caroli à di
cto Domino Fabritio, qui teſtamentum approbaue-
rat, moleſtari non poterat, vt in terminis voluit Man
del.de Alba d.conſ.17.col.1.& 2.

Secundo ſi legitimatio eſſet ampla, & extẽderetur
etiam ad fideicommiſſo ſubiecta, & approbatio teſta
menti paterni ſibi non noceret (quod ſtantibus præ-
dictis non poteſt admitti) nihilominus legitimatio
eſt nulla, nec operatur, vt Dominus Fabritius vti le-
gitimus faciat deficere conditionem, de qua in dicto
teſtamento, ſubſtitutumque excludat: Quoniam Col
legium Archiuij non habebat poteſtatem legitiman-
38 di in præiudicium ſubſtitutorum:† legitimatio enim
non fuit facta à Principe, qui poteſt ius partis quæſi-
tum auferre per legitimationem, iuxta plene not. in
l.1.ff.ſi contr.ius vel vtilit.public.in l.reſcripta, C. de
precib. Imperat. offer. capit. quæ in eccleſiarum, de
conſtit.not. Alexan.conſil.67.num.6.verſicu.Ad præ-
dicta, libro 1.Sed fuit impetrata à Collegio Archiuij,
cui à Summis Pontificibus priuilegium legitimandi
39 fuerat conceſſum, & huiuſmodi† priuilegia legiti-
mandi, à Principe Comitibus Palatinis & alijs con-
ceſſa, numquam interpretantur, vt ex eis intelliga
tur conceſſa poteſtas præiudicandi tertio, niſi aliter
expreſſe id dictum ſit.Bal.in l.cum filiusfamilias, nu.
2.ff.de teſtam.milit.Paul.de Caſt.in d.§.& quid ſi tan
tum, Alex.conſ.67.num.6.lib.1.& conſ.60.num.19. &
ſeqq.lib.2.Ceph.conſ.111.nu.41.lib.1. Crot.conſ.144.
40 num.42.libro 1.Numquam enim† præſumitur Prin-
cipem velle ius tertij auferre, c.quamuis, & c.ſi per re.
de reſcr.in 6.Et ita de priuilegio legitimandi dicunt
Petr.de Ancha.conſi.428.ver.Item non, late Cephal.
conſil.186.num.31. & ſeqq.lib.2.& Rim. iunior conſ.
46.num.32. & ſeq.lib.1. Quod fortius admittendum
eſt in caſu, de quo agitur, cum Pontifices conceſſerint
Collegio Archiuij poteſtatem legitimandi ſine præiu
41 dicio venientium ab inteſtato,† quæ ſane clauſula o-
ſtendit Pontifices noluiſſe Collegium tertio præiudi-
cium afferre poſſe, vt aduertit Alexan.d.conſil.67.nu.
6. verſicu.Sed Papa. Cum igitur Collegium non poſ-
ſet legitimare cum præiudicio tertij, ſequitur nihil o-
perari poſſe legitimationem in hoc, vt Dominus Fa-
britius tamquam legitimatus poſſet dici in conditio
ne poſitus, & vocatus ad excluſionem ſubſtitutorum,
42 ſed dicendum eſt ipſum legitimatione†non obſtante
non potuiſſe ſubſtitutos in dicto teſtamento exclude
re.Alexan.d.conſ.67.num.5.in fin. & ſequen. Crot.d.
conſil.144 num.41.Ruin.conſ.28.num.6.lib.5. conſil.
106.num.6.lib.3.Pariſ.conſi.9.num.30.& ſeqq. lib.2.
Idque indubitatum hodie redditur, ſtante Bulla Pij
Papæ Quarti, edita anno 1562. à quo tempore viue-
bat Dominus Carolus, qua legitimationes omnes e-
tiam antea obtentæ, annullatæ fuerunt, in quantum
reſpiciunt præiudicium ſubſtitutorum, & declara-
tum fuit, quod omnes legitimationes intelligerentur
ſine

ſine præiudicio fideicommiſſi & ſubſtitutorum. Concluditur igitur ea prædictis Dominum Fabritium illegitimum non fuiſse talem vt ad fideicommiſsum admitti poſset.

Quibus in caſu de quo agitur, allegata in contrarium non reſiſtunt, quæ quantum attinet ad propoſitam difficultatem adeo remota apparent, vt alia reſponſione non egeant.

Quia Domina Iulia, contra quam reſpondi, non fuit proſecuta litem per multos annos, lis adhuc eſt indeciſa.

ARGVMENTVM.

Pater nũquid filio illegitimo poſſit aliq̃d relinquere, ſeu eum hæredem facere.
Naturalis filius quis appelletur, & quis ſpurius, & numquid ſit ſucceſſionis capax.
Statutum diſponens quod pater poſſit filijs illegitimis relinquere bona, an & quando valeat.

SVMMARIVM.

1 *Filius natus ex ſoluto & ſoluta appellatur naturalis ſaltem late ſumpto vocabulo, & ex communi vſu loquendi, ſi aliter coitus non eſt punibilis.*
Intellige vt num. 27.
2 *Filius naturalis à patre inſtitui poteſt hæres in tota hæreditate, deſcendentibus legitimis non extantibus.*
Declaratur, num. 24.
Amplia etiam de iure canonico, num. 3.
4 *Statutum, diſponens patrem poſſe inſtituere hæredem filiũ illegitimum, non exiſtentibus legitimis, validum eſt maxime fauore natorum ex non damnato coitu.*
Sed contra num. 30. & 31.
5 *Auus poteſt inſtituere hæredes nepotes ex filio illegitimo, ſi deſcendentes legitimos non habet.*
Declaratur num. 33. & 36.
6 *Naturalis proprie appellatur filius natus ex concubina, retenta in domo indubitato affectu, quaſi loco vxoris in eadem menſa & lecto cauſa procreandi liberos & nu. 28.*
7 *Filius ex muliere retenta extra domum etiam ex ſoluto & ſoluta, appellatur ſpurius.*
8 *Spurius in dubio quis potius præſumitur quam naturalis.*
9 *Filius natus dicitur ex damnato coitu, quoties coeuntes accuſari & puniri poſſunt de ſtupro, adulterio, vel inceſtu, pœna ordinaria vel extraordinaria.*
10 *Coitus cum moniali acriter punitur.*
11 *Coitus dicitur damnatus, & punitur extra ordinem, quando res eſt mali exempli, licet pro eo aliqua pœna ordinaria non imponitur.*
12 *Mulier præſumitur virgo, quando quis cum ea rem habet, niſi probetur ab alio deflorata.*
13 *Filius natus ex ſoluto & ſoluta, quæ non probatur ab alio deflorata, dicitur natus ex coitu damnato & punibili.*
14 *Mulieris conditio conſideratur reſpectu morum, non originis.*
15 *Coitus inter ſolutum & ſolutam punibilis eſt, non probatis requiſitis ad concubinatum.*
16 *Coitus omnis, vxorio & concubinario excepto, punibilis eſt de iure ciuili.*
Sed de iure canonico omnis, vxorio & matrimoniali excepto.
17 *Spurius non poteſt aliquid capere à patre ex teſtamento, ſeu ex contractu. & num. 20.*
Sed reputatur indignus, ac incapax hæreditatis. numero 18.
Sed ſolum pater relinquere poteſt ipſi alimenta de æquitate canonica. & num. 19.
Siue natus ſit ex damnato & punibili coitu, ſiue ex damnato non punibili. num. 21.
Et etiam ſi natus ex ſoluto & ſoluta. num. 22.
23 *Inſtitutio filij ſpurij habetur pro non ſcripta, & hæreditas debetur proximiori in gradu ab inteſtato ſuccedente.*
25 *Spurijs non eſt participanda clementia, quæ in naturalibus conſideratur.*
26 *Spurius differt in omnibus à naturali, maxime reſpectu ſucceſſionis.*
29 *Naturalis in materia ſucceſſionis accipitur proprie & ſtricte, non large & improprie.*
30 *Statutum Peruſinum, ſeu aliud permittens patri relinquere quantum voluerit filijs illegitimis non valet.*
Amplia quod non valeat etiam fauore natorum ex non damnato coitu de iure canonico. num. 31.
Neque etiam quando diſponit relinqui poſſe illegitimis, ſi deſcendentes legitimi non adſunt. num. 32.
33 *Filij legitimi filij illegitimi ab auo inſtitui poſſunt eorum contemplatione, non autem contemplatione parentis.*
Intellige quando filius non erat natus ex damnato & punibili coitu, aliàs ſecus, num. 36.
34 *Nepotes ab auo inſtitutos fuiſſe filij contemplatione præſumitur, quando ita inſtituti ſunt, vt filius ſentiat aliquod commodum ex inſtitutione, puta vſusfructus.*
Item quando nepotes non erant nati tempore teſtamenti. num. 35.

CONSILIVM LXVIII.

DVBIVM, de quo quæritur, numquid teſtamentum magiſtri Antonij de Caſtro Cibottolæ, qui hæredem inſtituit Lucretiam eius filiam illegitimam, ſuſtineatur iure aliquo, maxime vigore ſtatuti Peruſini libro 2. Rubr. 47. diſponentis patrem poſſe etiam in totum hæredem facere filium ex quocumque coitu natum, ſi deſcendentes legitimos non habeat. Videtur pro Domina Lucretia contra Clementem Fratrem Germanum dicti magiſtri Antonij teſtatoris reſoluendum.

Primo quia Lucretia, filia dicti Magiſtri Antonij,
1 nata eſt ex ſoluto & ſoluta, † & iſto modo conceptus naturalis appellatur, ſaltem late ſumpto vocabulo, & ex communi vſu loquendi, ſi coitus aliter non eſt punibilis, ſed inter eos matrimoniũ contrahi potuiſſet, cap. innotuit, vbi Abb. num. 18. de elect. Palęot. de noth. ſpurijſque filijs, c. 12. num. 8. Hieron. Gabr. late conſi. 20. num. 2. verſi. Tamen, & nu. ſeqq. libro 1. Quæ opinio magis procedit, attenta æquitate canonica. Bald. conſ. 128 col. 1. lib. 2. Ant. de Butr. in c. per venerabilem, qui fil. ſint legit. Io. Andr. in addi. ad Specul. in tit. qui fil. ſint legit. circa prin. Crau. conſ. 166. num. 8. lib. 1. Cephal. conſ. 186. nu. 78. lib. 2. Tob. Non. conſil. 76. num. 13. Rol. à Vall. de communi conſ. 67. num. 78.
2 lib. 3. † Et filius naturalis tantum à patre hæres inſtitui poteſt in vniuerſa hæreditate, deſcendentibus legitimis non extantibus. Auth. Licet, & ibi notant omnes, C. de nat. liber. §. nos igitur. Auth. quib. mod. nat. effic. ſui. Pariſ. conſ. 1. num. 29. lib. 2. Palęot. de noth. & ſpur. c. 40. num. 5. Rol. à Vall. d. conſ. 67. nu. 76. Ceph. conſ. 134. nu. 53. lib. 1. Menoch. conſ. 285. nu. 19. lib. 3. quæ opinio communis eſt, vt teſtatur Vaſq. contron. Illuſtr. lib. 3. cap. 102. num. 18. & poſt eum Michael de

Graſſ.in tract.de ſucceſ.tam ex teſtamen.quam ab in
teſt, §.inſtit.quæſt.7. num.1. & eum ſequitur Hieron.
3 Gabr.d.conſil.29.† Quod procedit etiam iuris cano-
nici diſpoſitione attenta, d.cap. per venerabilem. &
ibi Abb.not.Hoſt.Ant.de But. & Panorm. in c.tanta,
eodem titu.Ripa in l.ſi vnquam,num.78. C.de reuo-
can.donat.Palęot.in d.tract.c.42.num.10.Iul.Clar.in
§.teſtamentum,q.31.in princ.

Secundo eo magis hoc dicendum videtur ſtãte ſta-
tuto Peruſino,quo expreſſe patri conceditur poteſtas
hæredes inſtituendi filios illegitimos, non exiſtenti-
4 bus legitimis, † quod ſtatutum validum eſſe ſcripſe-
runt Calder.conſil.4.in titu.de conſtit.late Palęot.de
noth.& ſpur.cap.54.per totum.& Nicol.de Vbald.in
tract.de ſucceſ. ab inteſt.num.39.& ſequen. Quæ ſen-
tentia magis de plano procedit ad effectum vt filij na
turales,nati ex coitu non damnato, habiles reddan-
tur ad ſucceſſiones,licet in natis ex damnato coitu a-
liud dici poſſit ſecundum Bal.in l.1.C.de iu.aur.anul.
ſequitur Boer.quæſt.127.num.9.& 10.præſertim quia
ſtatutum Peruſinum permittit patri illegitimos inſti
tuere, ſi deſcendentes legitimos non habeat, quo ca-
ſu ſtatutum magis valere dixit Calder. in d. conſil.4.
in fin.quam ſententiam probarunt Ripa in l.ex facto,
§.ſi quis rogatus,num.21.ff.ad Trebel. Præpoſit.in d.
cap.per venerabilem,Tob.Non.conſil.28.num.15.Pa
lęot.d.cap.54.num.3.

Tertio ſi inſtitutio in fauorem Lucretiæ filiæ ille-
gitimæ non ſubſiſteret, nihilominus Clemens frater
teſtatoris excluditur, quia ſi Lucretia ſuccedere non
poſſet,teſtator hæredes inſtituit eiuſdem Lucretiæ fi-
5 lios legitimos, † qui ab auo hæredes inſtitui potue-
runt, cum aliam legitimam ſobolem non haberet, e-
tiam ſi eorum mater eſſet incapax ſucceſſionis, l. fin.
C.de natur.liber. Bartol.Imol. Alexan.Aretin. Iaſ.&
alij in l. Gallus, §. quod ſi is, ff. de liber. & poſthum.
Dec. qui communem dicit conſil. 462. num. 20. Di-
dac. Couar.de ſponſal. par.2.cap.8. §.5. num.13. Pa-
lęot. de noth & ſpur. cap.53. Anton. Gabriel. in ſuis
concluſ.in titu.de hæred. inſtit.concl. 3 per totam,
vbi alios multos allegat. Iul. Clar. de communi in §.
teſtamentum,quæſt.32.

Iſtis tamen non obſtantibus, dicendum arbitror
inſtitutionem prædictam non valere, & ad ſucceſ-
ſionem magiſtri Antonij admittendum eſſe Clemen-
tem eiuſdem fratrem germanum. Et pro funda-
mento.

Præmitto dictam Lucretiam non eſſe filiam natu-
6 ralem, ſed ſpuriam,† quoniam naturalis ille proprie
appellatur,qui natus eſt ex concubina retenta in do-
mo indubitato affectu quaſi loco vxoris in eadem
menſa & lecto cauſa procreandi liberos,gloſſa in ca-
pit.niſi cum pridem,in verb.manſeres, de renunciat.
Ioan. Andr. in additio. ad Specul. in rubr. qui fil. ſint
legitim. Abb. in dicto capitu. per venerabilem. Dec.
conſil. 433. num. 13. & ſequen. Alciat. de præſumpt.
regu.2. præſumpt.5. num.4. Ruin. conſil. 88. num. 6.
libro 3.Ripa in l. ex facto, §. ſi quis rogatus, el 1. nu-
me.4. ff. ad Trebellian. Angel. Aretin. in §.fin. Inſtit.
de nupt. Rolan. à Vall. conſil.67. num. 12. & ſequen.
libro 3.& poſt alios multos Burſat.in conſil.62.nu.5.
7 libro 1. † Et ſi filius ex muliere extra domum patris
habitante, nec retenta in concubinam, procreatus
fuerit, ille ſpurius, & non naturalis appellatur, quã-
uis ex ſoluto & ſoluta natus ſit. Bald. in conſil. 129.
libro 2. Bartol.in l.fin.ff.de concubin. Oldrad.conſil.
195. Incip. Quidam nobilis. Corn.conſil.8.col 2.nu-
me.2.libro 4.Port.Imol.in conſ. 106.num.43.& ſeqq.
Gerard.Mazol.qui Ange.Caccialup. & alios multos
allegat in conſil.31.num 11.& ſeqq. Natta conſ.421.
num.3.& 8.libro 2.& in conſil.623.col.1.libro 3. Go-
zad.conſil.21.num.23.Sed in actis conſtat Lucretiam
natam eſſe ex muliere non retenta in domo magiſtri
Antonij pro concubina,ſed tunc permanente in quo-
dam Monaſterio & habitum monialis deferẽte, ideo
ſine dubio non poteſt appellari naturalis, ſed ſpuria,
8 †prout etiam in dubio præſumendum eſt eam potius
eſſe ſpuriam quam naturalem,ſecundum Alciat.con
ſil.260.num.2.& 3.& conſil.569.num.1.& 2.Menoch.
conſil.60.num.12.libro 1.conſil.283.num.11.lib.3.&
in conſil.461.num.28.& ſeq.lib.5.vbi alios allegat,&
Cephal.conſil.593.num.12.libro 4.

Præmitto etiam Dominam Lucretiam non ſolum
eſſe ſpuriam, imo etiam ex punibili & damnato coi-
tu procreatam fuiſſe, quod ſatis apparet, quia pater
& mater de huiuſmodi coitu accuſari & puniri po-
9 terant. † Et quoties coeuntes accuſari & puniri poſ-
ſunt de ſtupro,adulterio,vel inceſtu, natus ex eis di-
citur ex damnato coitu conceptus. Bald. in conſilio
267. libro 1. & conſilio 457.num.7. libro 5.Socin.ſen.
conſil.148.num.6.libro 1.Palęot.de noth. & ſpur.ca-
pit.16.num.5.aſſerens poſt Aret.in §.nouiſſime,num.
8. Inſtit. ad S. C. Orfic. id locum habere,quamuis eſ-
ſemus in caſu, in quo huiuſmodi coitus pœna ordi-
naria puniri non poſſet,ſed alia extra ordinem,dum-
modo talis congreſſus eſſet accuſabilis,& eum ſequi-
tur Cagno.in l.penul.num.13.C.ad S.C. Orfic.Quod
autem Lucretia nata ſit ex damnato & punibili coi-
tu, conſtat.

Primo ex eo,quod mater eiuſdem tempore conce-
ptionis & natiuitatis vt monialis in dicto monaſte-
10 rio permanebat. † & cum moniali coitus acriter pu-
nitur,§.penul.Auth.de Sanc.epiſcop.Marſil.in l.vnic.
num.40.& ſeq. C.de rapt.virg.Iul. Clar.in §.fornica-
rio,verſic.Cum moniali.Et ſi monialis non fuiſſet,ni-
hilominus, quia in monaſterio cum monialibus per-
manebat,habitumque portabat, acceſſus ad eam tã-
quam mali exempli punibilis erat, vt in fortiori caſu
notat Aret. in d.§ nouiſſime,num.8. Inſtit.qui dixit,
11 † quod etiam ille coitus dicitur damnatus, pro quo
non imponitur aliqua pęna ordinaria adulterij, ince
ſtus,vel ſtupri, ſed imponitur extraordinaria, puta ſi
quis plures retinet concubinas,tunc enim cum ſit res
mali exempli, amaſij ſaltem extra ordinem puniri
poſſunt,iuxta l.1.& per totam, ff.de var.& extra ord.
cognit.& l.3.ff.de crim.ſtellionat.

Secundo quia non probatur matrem fuiſſe mere-
tricem tempore, quo filius ſuit conceptus, ſeu antea
12 cum alio rem habuiſſe,† præſumptio eſt,quod fuerit
virgo, quando cum ea magiſter Antonius conuerſa-
tionem habuit. Abb. in capitu.1. colum. 1. de adult.
Mandel.de Alba conſi.37.numero ſecundo. Iul.Clar.
qui de communi teſtatur in §.ſtuprum,verſic.Sed po-
ne.& ſic talis coitus damnatus & punibilis reputatur
propter ſtuprum,à magiſtro Antonio commiſſum,li-
13 cet tunc ambo ſoluti eſſent. † & conſequenter Lucre-
tia,ex dicto coitu procreata, ex damnato & punibili
coitu nata dicitur ſecundum Mandel. de Alba in di-
cto conſil.37.num.1. & ſeqq. Bertran.in conſil.135. &
conſ.158.lib.2.& latius probat Natta in conſ.421.per
totum,præſertim num.11.lib.2. qui omnia fundamen
ta Crau.in conſ.166.libro 1.contrarium tenentis,con
14 futat.† Et quamuis mater Lucretiæ fuerit vilis condi
tionis reſpectu originis,non nocet, quia conſtat tunc
permanſiſſe in monaſterio cum alijs monialibus,nec
apparet, quod antequam magiſter Antonius cum ea
conuerſationem habuerit, eſſet malæ vitæ, & conſe-
quenter non eſt vilis conditionis reſpectu morum,li-
cet

cet aliter quoad originem infimæ conditionis fuerit,
& conditio mulieris attenditur quoad mores, non
quoad originem, vt reprobata opinione Crauet. in d.
conſ. 166. declatat in propofiro Didac. Couar. de ſpon
ſal. par. 2. c. 8. §. 5. num. 17. vet. Adijciam.

Tertio qnod ille coitus damnatus & punibilis fne
rit, quamuis ambo ſoluti eſſenr, probatur etiam ex
eo, qnod non conſtat matrem fuiſſe retentam in do-
mo vt concubinam indubitato affectu, præcedente
proteſtatione, alijſque tequiſitis concnrrentibus, de
15 quibus per Grammat. vot. 4. num. 6. & ſeqq. † Quo fit,
vt talis coitus tranſiuerit in crimen ſtupri, quod om-
ni iure pnnibile eſt, prout punitum fuiſſe, non proba
tis tequiſitis ad concubinatum, teſtatur Gtamma. in
d. vot. 4. per totum, præſertim nu. 15. & ſeqq. vbi etiam
nu. 18. affirmat, quod ſi à principio carnalis cognitio
mulieris tranſiuir iu delictum, ex continuata habita-
tiune non purgatut, & eum ſequitur Iul. Clar. in §. for
16 nicatio, ver. Vnum ſcias, † omnis enim coitus de inre
ciuili, excepto vxorio & concubinario, punibilis eſt
ſecundum Cagno. in l. penult. nu. 13 C. ad S.C. Orfici.
Natt. conſi. 421. libr. 2. De inre autem Canonico om-
nis coitus, vxorio & matrimoniali excepto prohibe-
tur, c. nemo ſibi blandiatur, 32. q. 4.

Iſtis ſic præmiſſis, dico inſtirurionem factam in fa-
uorem Lucretiæ in teſtaméto patris, nnllam eſſe, quo-
17 niam † filius ſpurius non poreſt aliquid à patte cape
re ex teſtamento, ab inteſtato, ſeu ex contractu, l. 1. &
ibi notant omnes, C. de natur. lib. Auth. licet, in fin. C.
eod. tit. §. fi. authen. qui. mod. nat effic. ſui. Didac. Co-
uar. in d. c. 8. §. 5. num. 3. Neuiz. conſi. 34. colum. 1. aſſe-
rens hanc prohibitionem inductam fuiſſe in odium
paternæ incontinentiæ & libidinis. Ang. in tracta. de
teſta. in verſi. Item reliquit, & ſequitut Rimin. inn. in
18 conſ. 442. num. 71. & ſeqq. lib. 4. † Sed hæreditatis in
capax, & indignus reputatur. Auth ex complexu, C.
de inceſt. nupr. Bar. in l. ſi gener, de his qui. vt indign.
Cepol. caut. 38. Ferrat. caut. 41. Tiraq. de primog. q. 11.
Cephal. conſil. 390. num. 39. lib. 3. & Port. Imol. in con
19 ſil. 106. numer. 68. † Sed parer filio ſpurio ſolum relin-
qnere poteſt alimenta de æquitate canonica, ca cum
baberet, de eo qui duxit in matri. quam polluit per a-
dnlt. Natt. conſ. 297. num. 8. li. 2. Benintend. deciſ. 22.
nu. 7. Iul. Clar. in §. teſtamentum, q. 31. verſic. Sed quid
20 dicendum, † & qnod ſpurius non pnſſit à patre hæres
inſtitui, aut modo aliquo ad patris ſucceſſionem ad-
mitti, probat textus in auth. ex complexu, & d. l. 1. C.
de natu. lib. & Capra conſ. 108. nu. 5. 14. & per totum,
late Ceph. conſ. 368. nu. 4. & conſ. 443. num. 17. libr. 3.
Natt. conſ. 402. nu. 23. lib. 2. † Quod locum habet, ſiue
21 ſputius natus ſit ex coitu damnato † punibili, ſiue ex
damnato non punibili, vt poſt Azo in Sum. C. de nat.
libe. Batt. in l. fi. ff. de his qui. vt indig. Oldr. conſ. 196.
Abb. in c. tanta, qui fil. ſint legit. Paul. de Caſt. in l. fi. ff.
fam. herciſc. & alios dixit Natt. d. conſ. 421. num. 3. &
22 ſeqq. † & etiam ſi ambo videlicet tam mater quã pa-
ter ſoluti fuerint, Gozad. conſ. 21. nn. 23. Afflict. deciſ.
203. Cagn. in d. l. penultim. numero 9. Cum igitur ma
giſter Antonius filiam, ſpuriam hæredem inſtituere
23 non potuetit, † huiuſmodi inſtitutio habetur pro non
ſcripta, & nnlla redditur, hæreditaſque ad Clementē
fratrem Germanum magiſtri Antonij in gtadu pro-
ximiotem, & ſic ab inteſtato hęredem ſpectat, d. l. 1.
vbi Bal. & Salic. C. de nat. lib. Bar. in l. fi. ff. de his quib.
vt indig. Ale. qui de communi teſtatnr in l. hæreditas,
C. eod. tit. Dec. conſil. 453. io fin. Mat. Brun. inter conſi
lia vlt. volnnt. conſil. 175. nu. 40. Tib. Dec. conſ. 40. nu.
73. lib. 3. Rim. iun. conſ. 380. numer. 47. lib. 4. Couar. in
d. §. 5. numer. 3. Iul. Clar. de communi, in §. teſtamen-
tum, quæſt. 31. verſic. ſed quid ſi pater, Ale. & alios ad-
ducens.

Ex prædictis igitnr ſatis conſtat Lucretiam ſucceſ
ſionis eſſe incapacem, inſtitntionemque de ea factam
non ſuſtineri. Et ſolum ſupereſt in contrarium addu-
cta ſubuertere.

Non obſtat modo Primum fundamentum contra
24 riæ partis, † illud enim locum habet in filio naturali
nato ex concubina, retenta in domo in figura matri-
monij, & coniugali affectione, animo liberos procreã
di, qno caſu filius, ex illo coitu natus, non extantibus
legitimis, ſucceſſibilis eſt. Aliud vero dicendum eſt
de filia ſpuria, prout eſt Lucretia, quę ad ſucceſſionem
25 non admittitur, nam clementia, † quæ in naturalibna
conſideratur, nõ eſt participanda ſpurijs, vt dicit tex-
tus in d. §. fin. qui. mod. natu. effic. ſui. & per illum Ro-
26 land. à Vall. conſil. 79. nume. 50. libro 2. † cnm ma-
gna ſit inter cos differentia quoad omnia, & præſer-
tim reſpectu ſucceſſionis, vt patet ex prædictis, & cla-
re explicat. Rol. plura afferens exempla in conſil. 67.
num. 73. & ſeqq. lib. 3. Capr. conſi. 108. nu. 14. Natt. d.
conſil. 421. num. 3. & ſeqq. lib. 2. & Cagnol. late in d. l.
27 pen. nume. 6. & 9. C. ad Orfic. † & quamuis aliqui di-
cant natum ex ſoluto & ſoluta, etiam non retenta in
domo vt concubina, naturalem dici ſecundum com-
munem vſum loquendi, id procedit improprie, & la-
28 te ſumpto vocabulo. † Proprie autem & ſtricte natn-
ralis ſolum appellatur natus ex vnica concubina, in
domo retenta ex indubitato affectu, vt ſupra demon
ſtraui, & concedunt etiam illi, qui pro contraria par-
29 te allegantnr. † In materia antē ſucceſſionis proprie,
& ſtricte accipitur, non large & improprie, ſecũdum
Bar. in l. fi. n. 2. ff. de his quib. vt indig. Natt. conſi. 623.
nu. 7. li. 3. Et licet Hier. Gabr. d. conſ. 29. nu. 3. & ſeqq.
lib. 1. teneat etiam in mareria ſucceſſionis quoſcũque
ex ſoluto & ſoluta natos hodie naturales appellari,
fatetur tamen num. 4. magis communem opinionem
eſſe in conttatium. Verum quia Lucretia nata eſt ex
coitu damnato & punibili, tollitur hæc difficultas, in
cuius diſcuſſione non oportet inſiſtere, cum indubita
tum ſit filium, ex damnato coitu natum, non eſſe natu
ralem, ſed ſpurium, vt dixi, & admittit etiam Hiero.
Gabr. in allegato loco.

Nec reſiſtit ſecundum fundamentum propter ſta-
30 tutum Peruſinum, † quoniam ſtatutum illnd non va-
let, quia de iure non ſolum ciuili & Canonico, ſed e-
tiam diuino prohibetur filios ſpurios ad ſucceſſionē
patris admitti, & ſtatutum aliud diſponens, innali-
dum eſt, velut nutritiuum peccati, & materiam delin
qnendi tribuens, vt in proprijs terminis huius ſtatuti
Peruſini tenent Feder. de Senis, in conſ. 275. & Iacob.
de Butr. Recuper. de Sancto Miniato. & Pau. de But.
inter conſilia Fedet. de Senis, conſil. 276. 277. & 278.
Pau. de Caſt. in conſ. 467. per totum, lib. 2. qni in ſimili
ter conſnluit in tetminis ſtatuti Petuſini, vt colligi-
tur in columu. 3. in principio, & numero ſexto, vetſic.
Primo, & idem in hoc eodem ſtatuto ſentit Bartol. in
l. 3. num. 7. ff. de teſta. & Bald. in l. 1. numer. 63. & ſeqq.
C. de ſnmma trinit. Et generaliter, quod ſimile ſta-
tutnm non valeat, tenent Hoſt. in ſumma, in titnl. qui
fil. ſint legit. §. qualiter & à quo fil. illegit. nu. 13. in fin.
vbi dicit, nec Imperatorem deſuper legem generalē
facere poſſe, quia multi eſſent, qui aliter non cura-
rent, vnde filios haberent, ſi ſcirent, quoſcũque filios
ſibi ſucceſſuros eſſe, & ita daretut materia delinquen
di, idem tenent Bald. in conſil. 457 colum. 4. verſic. In
contrarium, lib. 5. Roma. conſil. 102. colum. 2. verſicu.
Primo quia induceret, Ant. Roſel. inter conſil. vltim.
volnnt. conſ. 144. num. 34. et ſequent. Iaſ. in l. ait præ-
tor,

ſor,nu.11.& ſeq.ff.de iure iurand. Dec. io cap.io præ-
ſentia,nu.124.de probat.poſt alios Roland.à Vall.in
conſi.3.nu.37.lib.2.Crau.conſ.137.nu.2.lib.1.Fernan.
Loaze.in tractat.de matri.2.dub.2.fund.pro parte ne
gatiua,num.7.Vaſq.de contro.Illuſtr.lib.3. cap.105.
nume.10. & hanc opinionem communiter receptam
eſſe teſtantur Ioan.de Imo.& Lancel.in l.3.ff.de teſta.
Neuiz.conſil.34.num.1.Ioan.Bapt.de Sancto Seueri-
no in repet.l.omnes populi,nume.80.ff.de iuſt.& iur.
Soc.conſi.47.num.43.lib.4.Gozsd.conſil.21.num.23.
Didac.Couar.in d.c.8.§.5.num.6.Natt.conſil.619.nu.
15.lib.3.Bero.conſ.164.num.10.lib.2. Alex. conſ.159.
colum.3.num.15.verſi.Accidit.lib.6.Ruin.conſil.179.
nume.7.lib.1.Ioan.Dilect.de art.teſtan.tit.1.caut.14.
nu.1.Michael. de Graſſ. in tract. cõium opin. lib.1.io
verb.ſtatutum,quæſt.4.verſic.Ex quo infertur,tom.2.
& in tractat.de ſucceſſ.tam ex teſta.quam ab inteſt.§.
inſtitut.quæſt.7.numero 11. & in §.ſucceſſio ab inteſt.
q.50.nume.3.qui omnes, vt dixi,de communi teſtan-
tur,& conferunt adducta per Menoch.conſ.585.num.
30.libro 3.

Ex quibus patet non eſſe curandum eius, quod in
contrarium dixerunt Cald.Palçot.& Nicol.de Vbal.
quoniam hęc opinio communiter approbatur. Et Pa-
lçot.id tantum dicit diſputando, vt aſſerit in d.c.54.
num.3.verſic.ego. Et Nicol.de Vbald.in allegato lo-
co.num.41.verſicu.Tamen in via iudicandi, affirmat
ab iſta communi opinione non eſſe recedendum,licet
ipſe diſputando aliud teneat, & poſt alios multos
hanc opinionem veram & communem eſſe oſtendit
etiam Bermondus in tract.de public.concubin.in tit.
qui etiam filios ex tali concubinatu procreatos,num.
31 63.& ſeqq.† Nec poteſt in caſu noſtro aliud dici ex
ea diſtinctione,quam facit Bald.in l.1.C.de iur.aur.
anul.de qua meminit Boer d.quæſt.127.num.9.& 10.
inter natum ex damnato coitu, & ex non damnato,
quia illa procedit iure ciuili attento, prout loquũtur
Boer.& Calder.in dicto conſil.4. in titu.de conſtitut.
Non autem de iure Canonico,quo omnis coitus, ex-
cepto matrimoniali, eſt prohibitus, cum omni caſu
ratio peccati vigeat, & ita inter ius ciuile & Canoni-
cum diſtinguunt Calder.in d.conſil.4. verſic. Nec ta-
le ſtatutum.Ioan.de Imol.in l.3.nume.7.ff.de teſtam.
Bermond.in allegato loco,num.64 verſicul. Sed Bal-
dus,& verſic.ego. Præterea quia ſatis demonſtratum
fuit Lucretiam natam eſſe nõ ſolum ex damnato coi-
tu,ſed etiam punibili,res poſita eſt extra iſtas difficul
tates, & omnes conueniunt eo caſu ſtatutum inuali-
32 dum eſſe.† Minus repugnat, dum dicit Cald.in dicto
conſil.4. valere ſtatutum, quo non extantibus legiti-
mis,naturales habilitantur, prout facit ſtatutum Pe-
ruſinum, quoniam in iſtis terminis conſuluerunt Fe-
der.de Senis,& alij ſupra allegati.& nihilominus fir-
mat ſtatutum inualidum eſſe de iure Canonico, &
hoc etiam ſentit ipſe Calder. dum conſtituit differen-
tiam inter ius Canonicum & ciuile in dicto conſil. 4.
ver.Nec tale ſtatutum. Et ſi opinio Calder.& Bald.re
cipienda eſſet,locum tantum haberet de iure canoni-
co,in ſtatuto quod habilitat naturales non extãtibus
legitimis,quando ſcilicet naturales ſunt tales,qui ad
mitti poſſent ad ſucceſſionem de iure ciuili iuxta ter
minos authen. licet, C.de natur.lib. prout ſentit ipſe
Bal.in d.l.1.dum allegat d.Authen.licet,& declarant
Imol.in dicta l.3.num.3.ff.de teſtam.& poſt eum Ber-
mond. qui alios pro hac diſtinctione allegat in d. lo-
co,num 64 verſic.ſed Baldus,& ver.Ego,& ita etiam
intelligit Dec.in cap.in præſentia,num.154.de prob.
Sed quia, vt ſupra demonſtratum fuit, Lucretia non
eſt naturalis,nata ex concubina,quę de iure ciuili ad

ſucceſſionem admitti poſſit, ſed eſt ſpuria procreata
ex damnato & punibili coitu, ſtatutum non obſtat,
præſertim quia illud non habilitat naturales tãtum,
ſed etiam quoſcunque ſpurios, omneſq; alios ex quo
cunque coitu procreatos.

Nec ratio aliqua habẽda eſt inſtitutionis filiorum
Lucretiæ,à teſtatore factæ ſub ea conditione, ſi Lucre
tia ſuccedere non poſſet, quia non ſunt nati aliqui fi-
lij ex Lucretia,& modo ipſa tantum agit,pretendens
inſtitutionem,in eius fauorem factam valere. Erit igi
tur abſoluendus Clemens,qui bona fratris poſſidet.
Et ſi poſtea filios ex Lucretia naſci contigerit, cum
eis erit lis pertractanda. Ex abundanti tamen dici-
33 tur etiam filios Lucretiæ eſſe repellendos; † tũc enim
filij legitimi, nati ex filio illegitimo, ab auo inſtitui
poſſunt, vt dicitur in argumento,quando eorum tan-
tum contemplatione vocantur, Bart.in d.l.Gallus,§.
quod ſi is.Ang.Sal.& alij in l.fin.C.de natur.lib.Ant.
Gabr.in ſuis concluſ.in tit.de hæred.inſt.concl.3.nu.
2.q.157.nu.1. At quando contemplatione filij ſpurij
nepotibus ex eo legitimis aliquid relinqueretur, eo-
dem modo diſpoſitio infringeretur, habereturq; pro
non facta,ſicut ſi ſpurio relictum fuiſſet, vt declarant
Bart.& ceteri Doctores in dicta l.Gallus,§.quod ſi is,
Palçot. Couar. & Dec. in locis ſupra in contrarium
adductis,Capr.Lancel.& alij allegati per Ant.Gabr.
in dicta concluſ.3.num.5.Cephal.conſil.105.num.24.
lib.1.Iul.Clar.in §.teſtamentum, quæſt.35. verſ.Scias
tamen.Sed in caſu noſtro filij Lucretię ſpuriæ fuerunt
inſtituti, in euentum, quod Lucretia non eſſet capax
ſucceſſionis, quo caſu Lucretiæ vſusfructus relictus
fuit: Ideo id intelligitur factum matris contempla-
tione,ſecundum Iul. Clar.in dicta quæſt.32.ver.ſcias
34 tamen,qui dixit,† quod quando certum eſt auum in-
ſtituiſſe nepotem contemplatione filij ſpurij, vt ſcili-
cet filius ipſe ſentiat aliquod commodum ex tali in-
ſtitutione, puta vſusfructus vel huiuſmodi, tunc ta-
lis inſtitutio corruit, & quod in hoc nemo dubitat.
Quod ſine difficultate procedit, quia tunc aliqui filij
ex Lucretia nati non erant,& naſcituri teſtatori erãt
incogniti, in quibus nulla poterat conſiderari affe-
ctio, ex qua teſtator moueri potuerit ad ipſos inſti-
35 tuendum niſi matris contemplatione, † ideo matris
contemplatione tantum cenſentur inſtituti, argum.
l.dedit dotem,vbi gloſſ.ff.de collat.bonor.not.Ange.
in conſilio 78.verſicul. Secundo probatur,Bartol.con
ſilio 131. verſicul. & hoc eſt veriſſimum, in terminis
Bero. quæſt.127. numero 5. & ſeqq. Cephal. conſilio
105.numero 23. & ſequent.libro primo, qui de com-
muni teſtatur,& ſic in fraudem legis,de qua conſtat,
dum teſtator, ſi Lucretia eſſet incapax ſucceſſionis,
eiuſdem filios nondum natos inſtituit: Iccirco non
36 poteſt modo inſtitutionis aliqua haberi ratio.† Vlte
rius quia Lucretia teſtatoris filia nata eſt ex coitu dã
nato & punibili, ceſſant contraria, & auus filijs Lu-
cretiæ nec propria eorum contemplatione aliquid re
linquere potuit, licet ſi nati eſſent ex coitu non dam-
nato nec accuſabili propria eorum contemplatione
ipſis relinquere potuiſſet, vt declarant Baldus in l.ſi
quis inceſti,C.de inceſtis.nupt.Alexander in dicto §.
quod ſi is,numero ſeptimo, in fin. Marſil. ſingul.143.
Claud.& Lancellot.Dec.in dicto §.quod ſi is, Anton.
Gabriel. in dicta concluſione tertia, numero 10.Co-
uarr.in dicto §.quinto, numero decimotertio, ex ad-
uerſo allegat Bermond.in dicto tract.de public.con-
cubi.in verb. qui etiam filios ex tali concubinatu pro
creatos,numero 70.verſicul. Iſta concluſio.vbi dicit,
quod quamuis Iaſ.in dicto §. quod ſi is, contrarium
firmauerit, eius opinio non eſt attendenda, cum

hæc

hæc ſit communiter approbata, à qua recedi non debet.

Ex Quibus concluditur Lucretiam velut filiam illegitimam patri ſoccedere non poſſe.

Quoniam repertum fuit Lucretiam inſtante patre fuiſſe legitimatam, ex hoc diuerſo capite fuit admiſſa ad ſucceſſionem patris per Dominum Locum tenentem Illuſtriſſimi Legati Peruſiæ & Vmbriæ anno 1582. Quæ reſolutio non obſtat adductis in conſilio.

ARGVMENTVM.

Legatum relictum filiæ, quæ remaneret vidua ſub iſtis verbis, quod poſſit redire ad domum teſtatoris, & habere, poſſidere, & fructare omnia bona, prout ipſe teſtator poſſidet, An importet proprietatem, vel vſumfructum tantum.

Voluntas teſtatoris coniecturata quando ſit attendenda.

SVMMARIVM.

1 *Verbum habere importat dominium & proprietatem.*
Sed contra. num. 32. cum ſeqq.

2 *Legatum fundi ad vſum vel vſumfructum, vel domus ad habitãdum, continet proprietatem. Et verba illa, Ad vſum &c. demonſtrationis gratia, non reſtrictiue adiecta cenſentur.*
Declaratur, num. 38.

3 *Legatum relictum coniuncta perſonæ late interpretatur.*
Intellige vt nu. 40.

4 *Voluntas teſtatoris prius conſideranda, & attendenda eſt.*

5 *Verba teſtatoris ſecundum eius voluntatem ſunt intelligenda.*

6 *Voluntas teſtatoris, vt adimpleatur, receditur à verborum proprietate.*

7 *Voluntas teſtatoris etiam tacita, & ex coniecturis deſumpta obſeruanda eſt.*

8 *Voluntas etiã ex coniecturis deſumpta, manifeſta dicitur & etiam expreſſa. nu. 9.*

10 *Teſtatoris voluntas non attenditur, quãdo non trãſiuit in diſpoſitionem.*
Intellige quando de hac voluntate non conſtat iuridice ex aliquibus contentis in teſtamento.
Secus ſi elicitur ex expreſſis in teſtamento. nu. 11.

12 *Correctio in teſtatore maxime incontinenti non eſt præſumenda.*

13 *Voluntas mutata non præſumitur, niſi expreſſe id appareat.*

14 *Diſpoſitionem teſtatoris correctionem aut contrarietatem non continere interpretatio ſumitur.*

15 *Legatum vni relictum non continet id, quod alteri fuit relictum in eadem diſpoſitione. Vel illud adimit.*

16 *Subſtitutiones inutiles remanere teſtatorem voluiſſe non creditur.*

17 *Teſtator, qui nõ legauit domum, ſed vtilitatem domus, non domum ſed eius vſum tantum legaſſe intelligitur.*

18 *Legatum fundi ad vſum, continet proprietatem, ſed ſi legatur vſusfructus fundi proprietatem non continet. Et num. 38.*

19 *Fructus ſpectant ad dominum fundi.*

20 *Superfluitas euitanda eſt.*

21 *Legatum non continere proprietatem interpretatur, ne verba in eo appoſita reddantur ſuperflua.*

22 *Diſpoſitio teſtatoris interpretatur, vt trahatur ad cauſam magis neceſſariam.*

23 *Legatum reſtringitur ad indigentias legatarij tantũ, quando conſtat teſtatorem legatum reliquiſſe, vt illius indigentiæ prouideret.*

24 *Legatum, quod poteſt ad plura referri, in dubio reſtringitur, vt illud quod minus eſt, intelligatur relictum.*

25 *Legatum quando eſt ambiguum, recurrendum eſt ad exquirendum voluntatem teſtatoris ex coniecturis, inſpecta qualitate legatarij, ac inſpectis præcedentibus, & ſubſequentibus, & eo quod eſt veriſimile.*

26 *Teſtatoris mens quando eſt dubia, attenditur quod eſt veriſimile.*

27 *Agnationis conſeruandæ ratio habetur pro expreſſa, quando teſtator feminas excluſit ab vniuerſali ſucceſſione, & à ſubſtitutionibus, maſculos vocando, ac plures gradus ſubſtitutionum faciendo.*

28 *Feminæ non conſeruant agnationem.*

29 *Intellectus, qui repugnat menti teſtatoris, reijcitur.*

30 *Mulier nupta debet ali à viro, etiam ſi dos ad alimẽta non ſufficeret.*

31 *Affectio aliqua erga naſcituros non conſideratur.*

32 *Verbum, habere, importat etiam ſolam detentationem, & ſolam poſſeſſionem. Et num. 35.*

33 *Habere dicitur etiam ille, qui non habet dominium, ſeu poſſeſſionem, ſed ſolam detentationem.*
Item rem quam retinet in depoſitum, nu. 34.

36 *Verbum, habere, iunctum cum verbo, poſſidere, importat ciuilem poſſeſſionem, & verbum, poſſidere, naturalem.*

37 *Verbum, quod plura importare poteſt, ad id, quod eſt contra voluntatem teſtatoris, non refertur.*

39 *Legatum reſtringitur ad vſumfructum, quando conſtat de voluntate teſtatoris, licet ceſſantibus coniecturis poſſet importare proprietatem.*

CONSILIVM LXIX.

N præſenti dubitatione, quę exoritur in terra Trebij, numquid Ioacchinus de Parrano, qui filios maſculos hæredes iuſtituit, dotatis filiabus, & factis in fauorem cõſanguineorum de Cippodomus pluribus ſubſtitutionibus, cenſeatur reliquiſſe eius filiæ proprietatem bonorum, vel ſolum vſumfructum, dum diſpoſuit, quod ſi filia femina nata, uel naſcitura remaneret vidua, poſſet redire ad domum ipſius teſtatoris, & habere, poſſidere, & fructare omnia eius bona, prout ipſe teſtator poſſidet. Videtur dicendum non vſumfructum tantum, ſed ipſa bona, ac illorum proprietatem reliquiſſe filiæ.

Primo quia diſpoſuit teſtator, quod ſi filia rediret
1 ad domum, poſſit habere omnia bona, † quod verbum habere, importat dominium, & intelligitor, quod habere poſſet cum effectu dominium & proprietatem, l. habere, ff. de verb. ſignif. l. ſtipulatio iſta, § hæc quoque, ver. Habere, ff. de verb. oblig & ibi Bart. Caſtr. & ceteri, Natt. conſil. 676. num. 24. & conſ. 678. num. 16. lib. 4. Purpur. conſil. 599. num. 8. lib. 2. Roland. à Vall. conſi. 58. num. 54. lib. 3. Rim. iun. conſil. 9. num. 55. lib. 1. Cepb. conſil. 312. nu. 37. & 74. lib. 3. Burſa. conſ. 331. num. 46. lib. 3.

Secundo hæc pars videtur amplectenda, quoniam licet teſtator dixerit, quod filia poſſit fructare bona, ex hoc diſpoſitio non reſtringitur ad vſumfructum,
2 ſed importat proprietatem. Videmus enim, † quod quando teſtator legat fundum ad vſum, & vſumfructum, vel domum ad habitãdum, proprietatem relinquere

quete dicitur,& verba illa, ad vſum vel vſufructuan-
dum,cauſa demonſtrationis tantum,& non teſtricti-
ue adiecta cenſentur, l.ſpecies, ff.de aur.& arg legat.
l.donationes,§.ſpecies,vbi Bar.de donat.gloſ. Cin.&
Bald.in l.ſi mulier, C.de iur.dot.Iaſ.in l.illud,num.3.
& ſeq.C.de leg.Alexand conſil.283.in fin.lib.2.Ruin.
conſil.123.num.8.lib.5.Curt.iun.conſil.38.num.3.lib.
1.Natt.conſil.211.nume.17.lib.1.Bero.conſil.33.nu-
me.1.lib.2.Socin.iun.conſil.54.numero 16.lib.4.Man
tic.de coniectur.vltim.volunt.lib.9.tit.2.num.29 la-
te Simon de Pretis,de interpret. vltim.volunt. lib.4.
interpret.1.dubit.10.numer.26.& ſeqq.vbi plura af-
fert eaempla.

Accedit Tertio diſpoſitionem, de qua agitur, ten-
dere in fauorem filiæ teſtatoris, & propterea late in-
3 terpretari debere, † cum legatum coniunctis perſo-
nis relictum ratione coniunctionis,& præſumptæ af-
fectionis late interpretetur,l. Aurelius, §. Titius teſta
mento,vbi Bar.ff.de lib leg l.ſi cognatis,vbi Bar.ff.de
reb.dub.Dec.conſil.92.num.1.ver.Tertio,Crau.conſi.
297.num.1.lib.2. Corne.conſ.103.num.5.lib.4.Hier.
Alba.conſ.31.num.4.& conſ.30.numero 5. Roland.à
Vall.conſ.16.num.38.lib.3. Et in ſpecie de legato re-
licto à patre filiæ,Natt.conſ.186.nu.10.lib.1. & conſ.
296.nu.6.lib.2.

Re tamen diligenter conſiderata, contrarium re-
ſpondendum arbitror videlicet teſtatorem reliquiſ-
ſe filiæ commoditatem tantum vtendi & fruendi bo-
na, non autem ipſorum bonorum proprietatem, ſeu
dominium, & cõſequenter mortua filia bona ad ſub-
ſtitutos pertinere. Et pro fundamento aſſumo vnum,
4 quod in iure clariſſimum eſt. † In teſtamentaria diſpo
ſitione ſemper teſtatoris voluntatem prius conſide-
randam & attendendam eſſe,l.non aliter, ff.de leg.3.
l.ea facto,ff.de hæred.inſtit.l.in conditionib.primum
locum,ff.de cond.& demonſt. Non attento verborum
5 ſono. † cum verba ſecundum voluntatem teſtatoris
ſint intelligenda,l.ſi peculium, §.ſi ſeruus,ff.de pecul.
6 legat. Immo, † vt teſtatoris voluntas adimpleatur, à
verborum proprietate receditur,d.l.non aliter,l.cum
virum,C.de fideicomm.Natt.conſ.112.nu.5.li.1.Rol.
à Vall conſ.35.nu.3.& ſeqq.lib.3. & non ſolum volun
7 tas teſtatoris præualet,quando eapreſſa eſt,† ſed etiã
tacita, & ea coniecturis deſumpta attenditur, l licet
Imperator,vbi Barto.& l.ſi ſeruus plurium,§.fin.ff de
leg.1 l.cum auus,ff.de cond.& demonſtr. Dec.conſil.
25.nu.2.Ceph.conſ.590.nu.4.& ſeq.lib.3.Et quomo-
documque de teſtatoris voluntate conſtet etiam per
coniecturas illa obſeruanda eſt,l.cum proponebatur,
de leg.2.Grat.conſ.106.num.19.lib.2.Ruin.conſ.179.
nu.5.lib.2.Menoch.conſil.95.num.104.lib.1. Cepha.
8 conſ.37.num.14.lib.1.quia etiam † voluntas,ea conie
cturis deſumpta,manifeſta dicitur,d.l.1.licet Impera
tor,vbi Iaſ.in 3.not.Port.Imol.conſil.41.nume.3.Me
9 noch.conſil.56.nume.52.lib.1.† Et illa etiam dicitur
expreſſa quæ ea coniecturis elicitur,l.prætor,§.inter-
dum,iuncta gloſſ.in verb. expreſſum, ff.de oper.non.
nunc.Ang.conſil.17.colum.fina.verſic.item expreſſe.
Dec.conſil.68.num.3.Afflict.deciſ.44.numero 15.Ba-
ptiſt.à Sancto Blaſ.inter conſil.vltim.volunt.conſilio
146.nume.6.Quæ concluſio paſſim admittitur,quan-
do ea aliquibus eapreſſis in teſtamento tacita teſta-
10 toris voluntas detegitur, † nam & ſi dici ſoleat non
ſufficere de teſtatoris voluntate conſtare, quando in
diſpoſitionem non tranſiuit, l. quidam cum filium,
vbi Bald.& Imol.ff.de hæred.inſtit.Alexand.& Iaſ.in
l.3. C.de libe.præter. gloſſa & Doctores in l.1. §. ſi ex
fundo,ff.de hæredib.inſtit.Hieronim.Gabr.conſ.11 1.
11 num.3. lib.1. Sed procedit, † quando ea aliquibus in
teſtamento contentis iuridice de hac voluntate non
conſtat,vt not.in dicta l.quidam cum filium, Bero.cõ-
ſil.139.nu.14.lib.2.Hier.Gabr.conſ.95.num.14.lib.1.
Secus ſi ea coniecturis, ſeu ea alijs contentis in teſta-
mento huiuſmodi voluntas eliciatur,eo quidem caſu
ſufficiens eſt,& tamquam legitima ac eapreſſa obſer-
uari debet Bal.in l.1.C.de his qui ant.aper.tabul.Soc.
iun.conſil.42.num.26.conſil.111.num.56.lib.1.conſil.
78.nu.32.libr.3. Rol.à Vall.qui de communi teſtatur
in conſ.18.num.18.ver.Non obſtat,lib.4.Sed conſide
rato tenore teſtamenti, ea pluribus elicitur teſtato-
rem nõ reliquiſſe filiæ bona ac illorum proprietatem
ſed eorum commoditatem & fructus tantum, vt de-
ducam; ideo legatum ad proprietatem non extendi
tur. Quod autem hæc fuerit teſtatoris voluntas de-
monſtratur.

Primo quia teſtator, dotatis filiabus in certa ſum-
ma,eius hæredes inſtituit Saluatorem filium,ac poſt-
humos,quibus decedentibus ſubſtituit fratrẽ ac præ-
mortui fratris filios,& dictis ſubſtitutis, decedenti-
bus ſine filijs, Cicchum Antonium,& nonnullos alios
eiuſdem teſtatoris conſanguineos ſubſtituit. Et infe-
rius diſpoſuit,quod ſi filia femina remaneret vidua,
poſſet redire ad domum,& habere,poſſidere, ac fru-
ctare bona; per quam diſpoſitionẽ intelligitur vſum-
fructũ tantum illi reliquiſſe, non ipſa bona,ac eorum
proprietatem: nam ſi aliter diceretur,ſubſtitutiones
prædictæ,in eodem teſtamento factæ, irritarentur, &
12 reuocatæ dicerentur, quod non eſt † admittendum,
cum correctio in teſtatore maaime incontinenti præ-
ſumenda non ſit,l.non ad ea,ff.de legat.1. Nec volun-
13 tas † præſumitur mutata,niſi eapreſſe id appareat, l.
cum qui mutatam,ff.de prob.Corn.conſ.305.num.3.
ver.His tamen, li.1. Sed ea ſemper capienda eſt inter-
14 pretatio, † vt teſtatoris diſpoſitio correctionem aut
contrarietatem non contineat, arg.§.quibus,in 1.con
ſtit.C.Iaſ.conſ.16.nu.10.lib.1.& conſ.173.nu.10.li.2.
Et dummodo diſpoſitio quid minimũ operetur ſem-
per interpretatur, vt præcedentium correctio euite-
tur,l.præcipimus,in fi.C.de appel.Rim.iun.conſ.102.
nu.47. li.1. Erit igitur teſtatoris diſpoſitio interpre-
tanda, vt bona ad ſubſtitutos deueniant, purificatis
conditionibus,de quibus in teſtamento. Sed ſi filia te
ſtatoris remaneret vidua, ipſa donec viueret, vſum-
fructum conſequeretur, non autem intelligenda eſt
vt bona ſubſtitutis relicta, filiæ viduæ pleno iure ac-
15 quirerentur,ea iam dictis. Et etiam quia † in legato,
vni relicto,nõ continetur id,quod alteri in eadem di-
ſpoſitione relictum fuerat, nec illud cenſetur adem-
ptum,iuxta notata per Alex.in conſ.169.num.1. & 4.
li.5.& in ſimili aduertit Bal.in l.quoties,nu.5.C.fam.
hercíſ. quem ibi ſequitur Sal. Soc.iun.qui Caſtr.& a-
lios allegat in conſ.120.nu.29.& latius conſ.124.nu-
16 me.66.& ſeqq.li.1. Aliàs † ſubſtitutiones inutiles re-
manerent, quod teſtatorem voluiſſe dicendum non
eſt,Crau.conſ.161.nu.3.lib.1.Caualc.de vſufruct.mu-
lier.relict.nu.78.ver.Attento.

Secundo eadem interpretatio ſuadetur conſide-
rando, quod teſtator non reliquit filiæ bona,ſed tan-
tum ipſam redeuntem ad domum,& in viduitate ea-
ſtentem voluit poſſe poſſidere & fructare bona, quæ
verba non ſonant in relictum bonorum, ſed tantum
poſſeſſionis & fructuum, merito eorum vtilitatem &
fructus tantum reliquiſſe videtur,non proprietatem,
iuxta notata per Roma.ſing.59.aliàs 60. incip. Qui-
dam Romæ. Dec.in l.ſemper in obſcuris, nu.6. in fin.
ff.de reg.iur. Mantic.de coniect.vltim. volunt. libr.9.
17 titul.2.num.31.† firmantes quod ſi non ſit legata do-
mus,ſed vtilitas domus,non proprietas,ſed vſus tan-

tum

tum legatus intelligitur, quod confirmatur per Bart.
18 in l.donationes,§.ſpecies,num.1.ff.de dona.† Vt ad
cognoſcendum, nūquid diſpoſitio proprietatem, ſeu
vſumfructum contineat, dicit inſpici debere verba,
nam ſi res ad vſum datur,tunc proprietas conceſſa cē
ſetur. Si vero vſusfructus fundi conceditur proprie-
tas ipſa non videtur data, ex qua diſtinctione clare
probatur,quod quando res conceditur,dominium,&
proprietas in conceſſione includuntur,ſed ille non eſt
caſus,de quo agitur,ſed quando commoditas & vſus
ipſius rei relinquuntur, vt hic euenit,proprietas non
includitur,& idem magis clare oſtendunt Ale in con
ſil.150.nu.1.lib.7.& Curt.iun.conſ.38.nu.4 lib.1.Vn
de cum teſtator facultatem poſſidendi & fructandi fi-
liæ viduę conceſſerit,non poteſt hęc diſpoſitio ad pro
prietatem extendi.

Corroboratur Tertio loco ex eo,quod ſi teſtator fi-
liæ viduæ voluiſſet bona ac illorum proprietatem re-
linquere,fruſtra dixiſſet,quod poſſet redire ad domū
& poſſidere, ac fructare bona, cū tranſlato bonorum
19 dominio & proprietate in filiam,† fructus & vſus do
mus ad eam vti dominam pertinuiſſent, l. fructus cū
20 ibi notatis,ff.de rei vendicat.cum ſimil.Vt igitur † ſu-
perfluitas euitetur,prout fieri debet,& verba illa ali-
quid operentur,c.ſi Papa,de priuil.Cald.conſi.6.in fi.
in tit.qui fil.ſint legit.Crau.conſ 294.nu.3.li.2.Conie
21 ctura † ſumitur,vt teſtator, dum ita diſpoſuit,noluе-
rit bona ac eorum proprietatem filiæ relinquere, ſed
vſumfructum tantum,vt in ſimili caſu cōſiderat Ruin.
in conſ.35.nu.4.& ſeqq.li.2. Cenſetur igitur reliquiſ-
ſe, vſumfructum, vt filia ex fructibus in viduitate ali
poſſet, cum dotē paruam teſtator filiabus reliquerit,
ex cuius fructibus ſi viduæ remanſiſſent, viuere nō po
tuiſſent, & ad hanc cauſam · ē quod teſtator reſpexe-
rit, & ex dicta cauſa vt neceſſaria fuerit motus ad ita
diſponendum,prout conſtat ex ſerie teſtamenti,& de
22 iure teſtatoris diſpoſitio in dubio † interpretari de
bet,vt trahatur ad cauſam magis neceſſariam,Bal.in
l.1.§.quid ergo,ff.de ventr.inſpic. l.quod Labeo,ff.de
Carbo.edic.Bal conſ.35.col.2.li.2. Merito legatum il
23 lud † continet vſumfructum tantum, per quē n ſatis
prouiſum fuit indigentiæ filiæ viduæ, vt poſt Paul de
Caſtr.in conſ 371.col.1.ver.Secunda ratio,lib.2.in ſi
mili conſiderat Crau conſ.15.nu.25.27.& ſeqq.li.1.
qui in effectu dixerunt legatum reſtringi ad indigen
tias legatarij tantum,qn̄ conſtat teſtatorem legatum
reliquiſſe,vt illius indigētiæ prouideret Eſt igitur ita
interpretanda teſtatoris diſpoſitio, præſertim quia
minus continet relictum vſusfructus, quam relictum
24 proprietatis,† quo caſu etiamſi verba eſſent dubia,&
poſſent ad plura referri, in dubio illud, quod minus
eſt,cēſetur relictum,l.apud Iulianum §.Seio,ff.de leg.
2.l.ſi ita ſcriptum,§.fin.de legat.2.l.nummis,de leg.3.
Corn.conſ.38.nu.1.lib.1.Dec.in l.ſemper in obſcuris,
nu.2.verſi.Habet,ff.de reg.iur. Maxime quia legatum
ſtricte eſt interpretandum,ita vt,quod minimum eſt,
cenſeatur relictum,Crau.conſil.86.nu.7.lib.1.

Confirmantur prædicta hac ratione, quia quando
25 † legatum eſt ambiguum,recurrendum eſt ad exqui-
rendum voluntatem teſtatoris ex coniecturis, inſpe-
cta qualitate perſonæ legatarij,& habito reſpectu ad
præcedentia & ſubſequentia,l ſi ſeruus plurium,§ fin.
ff.de leg.1.l.penul. ff.de alim.leg.quod placuit Ale.in
conſi.169.num.5.verſi. Tertio confirmatur, libro 5.&
Crauet.conſil.86. num.9.libro 1. Et etiam habito re-
ſpectu ad id,quod eſt veriſimile, Crauett.d.conſil.25.
26 num.25.† Et quando mens teſtatoris eſt dubia,& de
ea non apparet,attenditur quod eſt veriſimile,Diu. in
cap.inſpicimus,de reg iur.in 6. Bar.in l.non aliter,de
leg.3.Natt.conſ.113.num.5.lib.1.Sed prædictis atten
tis clare elicitur teſtatorem bona & eorum proprie-
tatem filiæ relinquere noluiſſe,ſed vſumfructum tan-
tum,vt oſtendam, ideo magis prædicta concluſio ad-
mittenda eſt.

Quod illa fuerit teſtatoris voluntas,elicitur, dum
in teſtamento filios maſculos natos & naſcituros vni
uerſales hæredes inſtituit, & filiabus certū quid pro
dote reliquit, ab vniuerſali inſtitutione illas excludē
do & plures gradus ſubſtitutionum faciēdo, ſemper
maſculos de agnatione vocando, & numquam ſemi-
nas ad ſubſtitutionem admittendo. Ex quibus ſatis
conſtat rationem habuiſſe conſeruandi bona ſua in
27 agnatione.† Et cum alia ratio reddi nō poſſit, illa ha
betur pro expreſſa,Iaſ.in conſi.141.num.22.& 26.li.2.
Dec.conſ.574.num.5.Soc.iun.conſ.168 nu.38.libr.2.
Ruin.conſ.139.nu.17.li.3.Gozad.conſi.89.nu.8.Tob.
Noni.conſ.36.nu.11.Ceph.conſ.306.nu.71.lib.3.Me-
noch.conſ.95.num.51.& ſeq li.1. Sed ſi admitteretur
teſtatorem reliquiſſe filiæ viduæ bona ac eorum pro-
prietatem,non vſumfructum tantum in vita ipſius fi-
28 liæ, hæc ratio offenderetur, † cum ſeminæ agnationē
non conſeruent,ex quo ſecundo nubentes, potuiſſent
in alienas familias bona transferre.Craue.conſ.180.
nu.1.lib.1.conſ.250.no.2.li.2.Soc.iun.conſ.1.num.44.
libr.1. Menoch.d.conſ.95.nu.53. Et etiam quia bona
extraneis relinquere potuiſſent. Ideo dicendum eſt
teſtatorem voluiſſe relinquere filiæ vſumfructum tan
tum vt ex eo aleretur, dum vidua eſſet, & quod poſt
mortem ad ſubſtitutos, qui agnationem conſeruant,
bona redire deberent,nō autem quod illa etiam quo-
ad proprietatem filiæ acquirerentur, repugnante ra-
tione à teſtatore conſiderata,ex cuius rationis diuer-
ſitate manifeſte teſtatoris voluntas deſumitur. Soc.
29 iun.conſ.168 nu.31.lib.2.Propterea † intellectus ille,
quod legatum proprietatem contineat,qui menti te-
ſtatoris repugnat,reijciendus eſt,l 3.C.de lib.pręter.
Soc iun.d.conſ.168.nume.39.Et alius,quod legatum
vſumfructum tantum contineat,videtur recipiendus,
quia cum per mortem filiæ vſusfructus extinguitur,
§.finitur,Inſtit de vſuſtuct.l.defuncta,ff.eo.tit.cum ſi-
mi Eo finito ſubſtituti bona recuperare poſſent, & ſic
menti teſtatoris ſatisfieret.Quæ intelligentia ſuade-
tur conſiderando, quod teſtator, decedentibus filijs
inſtituris,ſubſtituit fratrem & alios agnatos,& eo ca
ſu filiabus vltra dotem reliquit florenos 200. tātum,
& in reliquis ſubſtitutos filiabus prætulit.Et dum in-
ferius diſpoſuit,quod ſi filia remaneret vidua, poſſet
redire ad domum,& habere,poſſidere,& fructare om
nia bona legatum illud reliquit filiæ viduæ tātum, &
non alijs filiabus nuptis, & ſic inter viduas & nuptas
differentiam conſtituit ea,vt opinor,ratione, quia fi-
30 lia nupta alimentis non egebat,† quoniam à viro ali
debebat,etiā ſi dos ad alimenta non fuiſſet ſufficiens.
Doctores in l.alimenta,C.de negoc geſt. Hier. Gabr.
conſ.25.nu.16.li.1.Alexan.conſ.48.nume.2.lib.3.Sed
quia viduæ magis erant neceſſaria alimenta, cum ad
ea dos & floreni 200. vltra dotem relicti non ſuffice-
rent,ex illa tantum cauſa,vt filia vidua ali poſſet, te-
ſtator præſumitur motus ad faciendum legatum,quę
cauſa ceſſat poſt mortem filiæ,& conſequenter hoc le
gatum non debet interpretari, vt proprietatem con-
tineat, & ad hæredes filiæ viduæ bona perueniant cō
tra teſtatoris veriſimilem mentem, quæ fuit, vt bona
in agnatione conſeruarentur. Et ſi aliter intelligere-
tur,teſtatoris diſpoſitio abſurditatem, & inæqualita
tem maximam contineret, cum relictum hoc non ſit
factum omnibus filiabus,ſed filiæ tantum, quæ vidua
remaneret: Et nō ſolum filię natæ tempore teſtamen-
ti,

31 ti,† ſed etiam alijs naſcituris, quatenus remanerent
viduæ, in quas nulla poterat particularis affectio con
ſiderari, Bald. in l. veluti, num. 1. ff. de pet. hæred. l. qui
filiabus, iuncta gloſſa, ff. de leg. 1. Grat. conſil. 111. nu-
me. 25. lib. 2. Soc. ſen. conſil. 23. num. 6. libr. 1. Alexand.
conſil. 52. num. 6. lib. 4. Soc. iun. conſilio 69. num. 36. &
conſil. 129. num. 27. lib. 3. Menoch. conſil. 1. nume. 185.
lib. 1. Cephal. conſil. 105. numero 23. & ſeqq. libro pri-
mo. Et quia teſtator ad ita diſponendum in fauorem
tantum filiæ, quæ remaneret vidua, quod ſibi occul-
tum erat, quæ nam ex eis vidua eſſet remanſura, ex a-
lia cauſa moueri non potuit, niſi ex ea, quia conſidera
uit neceſſitatem victus in filia vidua, ideo cenſetur vo
luiſſe vſumfructum tantum ei relinquere, vt cum eo
condecenter viuere poſſet; nec modo aliquo legatum
ad proprietatem extendi poteſt, cum id non ſit veriſi-
mile, & repugnet menti teſtatoris deſumptæ ex alijs
in dicto teſtamento contentis, & ex qualitate ipſius
filiæ. Et quia ex prędictis omnibus ſimul iunctis intē-
tio ſubſtitutorum ſatis probatur, ſolum ſupereſt con-
trarijs reſpondere.

Nō obſtat Primum obiectum, licet enim verbum,
32 habere, poſſit referri ad dominium, poteſt tamen † im
portare etiam ſolam detentationem, l. ſtipulatio iſta,
§. hæc quoque, in fin. ff. de verbor. obligat. & ibi Imol.
33 & Iaſ. notant, † Cum habere dicatur etiam ille, qui
tantum rem detinet, nec dominium neque poſſeſſio-
nem habet, Pau. de Caſt. in d. l. ſtipulatio iſta, §. hi qui,
34 num. 2. Hinc dicitur quem † habere rem, quam depo-
ſitam retinet, vt dicit textus in d. §. hæc quoque, in fi-
35 ne. Prout etiam verbum illud habere, † importat poſ-
ſeſſionem, licet nullum dominium poſſeſſor habeat,
gloſſa in dicto §. hæc quoque, in verb. ſed detinet, vbi
Alexand. Iaſ. & alij not. Purpur. conſilio 599. nume. 8.
libro ſecundo, Rimin. iunior in allegat. conſil. 9. nu-
mero 10. libro primo, Afflict. de iure prothomiſ. §. 8.
numero quinto. Eſt enim verbum illud, habere, com-
mune tam ad poſſidere, quam detinere, Bart. in dicto
36 §. quoque numero primo. Et quando verbum, † habe
re, coniungitur (vt hic) cum verbo poſſidere, eo caſu
verba illa ſimul iuncta important ciuilem & natura-
lem poſſeſſionem, quia verbum, habere, ſignificat ciui
lem poſſeſſionem, & verbum poſſidere, naturalem,
Bal. in l. ſi in emptione, §. omnium, in lectura antiqua,
ff. de contrahend. empt. Alexand. in d. §. hæc quoque,
num. 1. Non repugnat igitur prædictis proprietas ver
bi, habere, cum ſenſus ſit, quod filia poſſit redire ad
domum, & tenere, ac poſſidere ciuiliter & naturali-
ter, ac fructare omnia bona, nec propterea bonorum
proprietas relicta dicitur, & quod verbum illud ad
poſſeſſionem tantum referatur, oſtenditur ex ſubſe-
quentibus verbis teſtamenti, dum teſtator dixit, poſ-
ſit habere, poſſidere, & fructare, prout ipſe teſtator
poſſidet, quod oſtendit ſolum habuiſſe reſpectum ad
poſſeſſionem cum effectu percipiendi fructus, & non
ad proprietatem, quæ cum poſſeſſione nihil commu-
ne habet, l. naturaliter, §. nihil commune, & ibi omnes,
ff. de acquir. poſſeſ. Et quia iſte intellectus conformis
eſt voluntati teſtatoris, vt dixi, quamuis etiam ver-
37 bum, habere, poſſet plura importare, † ad id, quod eſt
contra voluntatem teſtatoris non refertur, Rim. iun.
conſil. 204. num. 92. lib. 2. Præſertim quia, vt dixi, non
verba ſed mens attendenda eſt.

38 Nec nocet ſecundum. † Procedunt enim ibi addu
cta, quando teſtator legat rem, tunc quia diſpoſitio
principaliter oſtendit rem eſſe relictam, verba ſubſe-
quentia, ad vſum vel ad fructandum, cauſa demon-
ſtrationis & non reſtrictiue cenſentur adiecta, & lega
tum proprietatem continet. At ſi relinquitur vſus
vel fructus rei, ſecus eſt, & tunc proprietas non cenſe-
tur relicta, vt poſt Bar. in allegato §. ſpecies, declarant
Cur. iun. & Alex. ſupra in ſecundo argumento addu-
cti. Quare cum legatum factum filię viduæ non refera
tur ad bona, ſed ad poſſeſſionem & fructus bonorum,
non poteſt dici, quod proprietatē contineat, vt etiam
ſupra demonſtraui. Præterea quia ex alijs verbis &
coniecturis, ex teſtamento deſumptis, apparet teſta-
torem voluiſſe relinquere filiæ viduæ ſolum vſumfru-
39 ctum, & non proprietatem, † etiam ſi eſſemus in ca-
ſu, in quo, ceſſantibus coniecturis voluntatis, poſſet
dici legata proprietas, nihilominus legatū ad vſum-
fructum tantum reſtringitur, vt aduertit Mant. in d.
lib. 9. tit. 2. nu. 29. ver. Quod ſane.

40 Vltimum ex lectura teſtamenti remouetur, † in
quo clare apparet teſtatorem plus dilexiſſe ſubſtitu-
tos de agnatione, quos filiabus prætulit, & conſequē-
ter contraria ceſſant, iuxta late deducta per Crauett.
conſil. 197. num. 2. lib. 3. Et quia ex iam dictis manife
ſte oſtenditur legatum ad vſumfructum reſtringen-
dum eſſe, vlterius non videtur inſiſtendum, ſed con-
cludendum eſt bona ad ſubſtitutos, & non ad hære-
des filiæ ſpectare.

Cauſa iſta, vt audiui, fuit amicabiliter concordata, nec aliter in iudicium deducta.

ARGVMENTVM.

An in fideicōmiſſo filius ſuccedat in locum patris: & cum patruo admittatur.

SVMMARIVM.

1 *Prior in gradu de iure præfertur in ſucceſſione.*
Declaratur num. 44.
2 *Proximitas conſideratur reſpectu hæredis grauati, non teſtatoris.*
3 *Frater à ſucceſſione fratris excludit nepotes ex altero fratre.*
Sed contra ſecundum ius authenticorum nu. 24. & 52.
4 *Nepotes non nati, nec concepti viuente teſtatore, ei non ſunt legitimi nec agnati, nec ſuccedunt.*
Intellige vt num. 53.
5 *Patruus nepotibus non natis, nec conceptis ante mortem teſtatoris præfertur in ſucceſſione fideicommiſſi purificati per mortem fratris.*
6 *Nepotes non admittuntur ad fideicommiſſum, ad quod vocantur filij.*
Declaratur num. 56.
7 *Nepotes poſiti in conditione non intelliguntur vocati, ſi aliqua coniectura voluntatis teſtatoris non concurrit.*
8 *Teſtator cenſetur voluiſſe præferre in ſubſtitutione eos, quos prætulit in inſtitutione.*
Declaratur nu. 57. cum ſeqq.
9 *Teſtamenti vna pars ex alia declaratur etiam quoad voluntatem teſtatoris, & nu. 30.*
Limitatur ſubſiſtente eadem ratione, aliàs ſecus, nu. 57.
10 *Fideicommiſſum conditionale non tranſmittitur ante euentum conditionis.*
Amplia etiam in ſuis hæredibus, qui præcedentes grauato ius conditionale nec ad deſcendentem tranſmittere poſſunt. nu. 11. Sed declaratur nu. 31. cum ſeqq.
12 *Hæreditas non delata non tranſmittitur.*
13 *Nepos ſuccedit in locum patris, & cum patruo admittitur in ſucceſſione, quæ defertur ab inteſtato ex legis diſpoſitione. Secus ſi ex diſpoſitione teſtatoris, vt in fideicommiſſo, & de ratione & num. 15. cum ſeq. & 19.*
Sed contra infra per totum.

Filius

14 *Filius præſumitur magis dilectus quam nepos.*
Sed contra, num. 25. & 61.
16 *Filius ingreditur locum patris per fictionem, non ſecundum veritatem.*
Sed contra, num. 63. cum ſeqq.
17 *Verba teſtatoris in caſu vero & proprio ſunt interpretanda, non autem in ficto.*
18 *Filius ſuccedit in locum patris, quando tempore mortis eius, de cuius ſucceſſione agitur, pater erat mortuus aliàs, ſecus. Quod qualiter intelligatur, declaratur nu. 17.*
20 *Teſtatori ſucceditur per fideicommiſſum.*
21 *Nepotes ex filio prædefuncto ſuccedunt auo cum patruis.*
22 *Teſtator præſumitur voluiſſe conformare ſuam voluntatem cum diſpoſitione iuris. Et deſcendentes eo ordine ad ſucceſſionem admitti, quo de iure vocantur.*
23 *Fideicommiſſum regulatur ſecundum naturam ſucceſſionis ab inteſtato.*
24 *Nepos ſuccedit patruo etiam cum alio patruo. Et numero 52.*
26 *Teſtatoris mens etiam coniecturata attenditur.*
27 *Teſtator præſumitur in portione relicta vni ex filijs prædilexiſſe nepotem ex eo, & omnem eius poſteritatem.*
Et quam charitatem habuit ad filium, eamdem videtur habuiſſe ad nepotes ex eo, num. 28.
29 *Filij poſiti in conditione excludunt ſubſtitutum.*
Et ſi vocati non intelliguntur, cenſetur ſaltem eis reſeruatum ius ſuccedendi ab inteſtato patri grauato.
31 *Tranſmittitur fideicommiſſum conditionale ad nepotes ex coniecturis voluntatis teſtatoris.*
Et non ſolum ad deſcendentes, ſed etiam ad tranſuerſales. ibi. Et num. 32.
Vt ſi teſtator mentionem fecit de nepotibus etiam conditionaliter. nu. 33.
Et quando ſi teſtator fuiſſet interrogatus, ita reſpondiſſet. num. 34.
Et ſi filios naſcituros hæredes inſtituit, quo caſu etiam nepotes cenſentur vocati, num. 37.
Item ſi teſtator habuit rationem conſeruandi agnationem. num. 38. & 39.
Et quando fuit vnitum cum iure accreſcendi, numero 40. & 41.
Amplia etiam quando adeſt alius ſubſtitutus, qui hæreditatem adiuerit, num. 42.
35 *Nat. conſ. 551. lib. 3. reprobatur.*
36 *Filiorum appellatione continentur nepotes in vltimis voluntatibus, quoties de eorum commodo agitur. Secus ſi de incommodo.*
37 *Teſtator inſtituens filios natos & naſcituros, etiam nepotes inſtituiſſe cenſetur.*
39 *Agnationis conſeruandæ ratio habita cenſetur per teſtatorem, qui excluſis feminis maſculos inſtituit, & ſubſtituit.*
41 *Ius accreſcendi tranſmittitur per eum, qui hæreditatem adiuit.*
43 *Nepotes in fideicommiſſo facto ab auo ſuccedere cum patruo communiter concluditur.*
44 *Proximitas conſideratur non reſpectu gradus tantum, ſed etiam reſpectu ſucceſſionis.*
Extende tam reſpectu ſucceſſionis ab inteſtato, quam ex fideicommiſſo, num. 45. & 60.
46 *Nepotes qui admittuntur cum patruis ad ſucceſſionem aui ſeu patrui, ingrediuntur in locum, & gradum patris.*
Patremq. repræſentant iure Diuino, Canonico, & Ciuili. num. 47.
Et dicuntur eſſe in eodem gradu, in quo erat pater, non in remotiori. num. 48. & 62.
Nec tunc patris gradus corrumpitur, ſed repræſentatur. num. 49.
Vtuntur iure patris, & ex patris perſona tamquam illum repræſentantes ſuccedunt, num. 51.
50 *Pater non dicitur extinctus, ſeu non extare quãdo adſunt filij eius gradum ingredientes.*
53 *Nepotes non nati ſeu concepti viuente teſtatore non admittuntur ad ſucceſſionem ex proprijs perſonis. Sed admitti poſſunt ex perſona patris, vel ex iure tranſmiſſo.*
Item non admittuntur in fideicommiſſo puro, ſecus in conditionali, in quo ſufficit natos eſſe tempore purificatæ conditionis, nu. 54.
Amplia etiam ſi vellent tunc admitti cum eis, qui nati eſſent viuente teſtatore, nu. 55.
58 *Emphyteuſis recepta pro ſe, filijs, & nepotibus, cẽſetur recepta ordine ſucceſſiuo, primo pro ſe, demum pro filijs, & poſtea pro nepotibus.*
Intellige de nepotibus reſpectu eorum patris, non de nepotibus reſpectu patrui, num. 59.
64 *Lex noua facta in caſu vero, ad caſum fictum, vero æquiparatum extenditur.*
65 *Extenſio fit etiam ad caſum fictum mediante interpretatione paſſiua procedente ab alijs regulis iuris.*
66 *Verba in contractibus ſunt proprie intelligenda.*
67 *Nepotes ingrediuntur locum patris, & cum patruo admittuntur etiam in emphyteuſi.*
Amplia ſiue emphyteuſis ſit eccleſiaſtica, & non hæreditaria, ſiue priuati, & hæreditaria, nu. 68.
69 *Statuti verba ſunt proprie, & ſtricte intelligenda.*
70 *Nepos ſuccedit in locum patris etiam in diſpoſitione ſtatuti.*
72 *Nepotes non ſuccedunt cum patruo, quando conſtat de contraria mente teſtatoris.*
Nec quando agitur de fideicommiſſo, facto non ab auo, ſeu patruo, ſed alio exiſtente in vlteriori gradu, numero 73.
74 *Doctores, qui aliquid perfunctorie dicunt, nec aliter articulum diſputant, non poſſunt allegari ad faciendum communem opinionem.*
75 *Opinio illa ex contrarijs præualet, pro qua adeſt gloſſa.*
76 *Opinio communis in iudicando eſt ſequenda.*
77 *Conſilia Virorum magnæ auctoritatis, in re dubia ſequenda ſunt.*
78 *Filius grauatus detrahit ex fideicommiſſo conditionali medietatem pro legitima, & Trebellianica.*

CONSILIVM LXX.

HIPPOLYTVS Maſtroctij de Leoniſſa in eius teſtamento diſpoſuit, quod ſi Ioannes Franciſcus, Antonius, Lucas, & Stephanus, ac omnes alij eius filij legitimi. & naturales maſculi, in poſterum naſcituri, & quos ſibi æqualiter hæredes inſtituit in pupillari ætate, vel poſtea quandocumque ſine filijs legitimis decederent, vnus alteri moriatur. Mortuo dicto teſtatore, & Stephanus deceſſit relictis filijs legitimis, & hæredibus. Demum deceſſerunt Antonius, & Lucas abſque filijs nullo cõdito teſtamento. Quæritur an ad dictas portiones dictorum Antonij, & Lucæ admittendus ſit ſolus Ioannes Franciſcus frater, vel cum eo filij dicti Stephani ſuccedere debeant. In qua dubitatione duo capita diſtinguenda ſunt. In quorum primo videndum eſt, quid ſit de iure reſpondendum reſpectu bonorum fideicommiſſo ſubiectorum. In ſecundo autem quid in ceteris fideicommiſſo non ſubiectis.

Circa primum videtur dicendum Ioannem Franciſcum filium teſtatoris, & fratrem Antonij, & Lucæ in totum ſuccedere debere, excluſis nepotibus ex Stephano fratre.

Primo

1 Primo quia de iure † in ſucceſſionibus prior in gra
du præfertur poſteriori, §. ſi plures, & §. ſeq. Inſt. de le-
git. agnat. ſucceſ. l. 2. §. hæreditas, & §. ſeq. ff. de ſuis, &
legit. Bald. conſil. 293. in fin. lib. 2. Sed Ioannes Franci
ſcus eſt proximior Hippolito patri, quia in ſecundo
gradu, nepotes autem in vlteriori, §. 2. & §. 3. Inſtit. de
grad. cognat. l. Iuriſconſultus, §. ſecundo & tertio, ff.
eod. tit. & Socin. iun. conſil. 128. nume. 109. lib. 1. Ideo
ipſe præferri debet nepotibus in vlteriori gradu exi-
ſtentibus, dicto §. ſi plures, Inſt. de legit. agna. ſucceſ. l.
ſi libertos, la s. §. ſi libertus, ff. de bon. libert. l. fin. C. de
verborum ſignif. l. peto, § fratre, ff. ad Trebel. Soc. iun.
conſil. 6. in princ. lib. 1. poſt Dec. Alexan. & alios mul-
tos, Pariſ. in conſil. 65. numero 42. libro 3. Ruin. conſil.
123. numero 1. in fin. libro 5. quæ ſententia locum ob-
tinet, etiam ſi conſideremus proximitatem reſpectu
ſucceſſionis, ita vt proximiores dicantur illi, qui pari
ter ad ſucceſſionem vocantur, & ſi reſpectu gradus
quis eſſet remotior altero, vt dixit Alexand. in conſi-
2 lio 88. colum. 1. li. 1. † Cum enim proximitas conſide-
retur reſpectu grauati, non autem teſtatoris, vt dicit
Rub. Alexan. conſ. 36. num. 4. verſ. Præmiſſis, & nume.
5. & Soc. iun. in conſil. 140. num. 11. verſic. Mihi, libro
3. Ruin. inter conſil. Rub. 40. nu. 5. late Cephal. conſil.
46. num. 51. & ſeq. lib. 1. Et reſpectu Lucæ, & Antonij,
qui fuerunt grauati, per quorum mortem prætendi-
tur purificatum fideicommiſſum, ipſe Ioannes Fran-
ciſcus eorum frater ſit proximior nepotibus etiam re
3 ſpectu ſucceſſionis, † cum frater à ſucceſſione fratris
excludat nepotes, filios alterius fratris, vt dicit tex-
tus in l. conſanguinitatis, C. de legit. hæred. & in §. ſi
plures, Inſtit. de legit. agnat. ſucceſ. Sequitur quod e-
tiam hac proximitate reſpectu ſucceſſionis attenta,
nepotes in vlteriori gradu ad dictũ fideicommiſſum
admittendi non ſint, cum patruus iſte omni reſpectu
proximior dici poſſit: Tum quia in priori gradu, §. 2.
& 3. Inſtit. de grad. cognat. l. Iuriſconſultus, §. ſecun-
do & tertio, ff. eod. tit. cum alijs ſuperius adductis. Tũ
etiam quia in ſucceſſione nepotibus præferuntur, d. l.
conſanguinitatis, & d. §. ſi plures.

Secundo quia præſupponitur tempore conditi te-
4 ſtamenti, ac mortis teſtatoris nepotes non † fuiſſe na
tos, nec conceptos, ad ſucceſſionem aui venire non de
bent, quia non ſunt legitimi, nec agnati, l. Titius, ff. de
ſuis, & legit. l. 1. §. ſi quis proximior, ff. vnd. cognat. Sed
5 patruus † natus tempore teſtamenti eis præfertur, vt
in terminis dicunt Rub. Alexand. in conſil. 36. num. 4.
ver. Præmiſſis, Iaſ. inter conſilia Rub. conſ. 37. num. 4.
Curt. iun. conſ. 58. num. 5. lib. 1. vbi diſtinguit, & con-
traria conciliat, idem Bartol. Soc. in l. ſi cognatis, ff. de
reb. dub. Soc. ſen. in conſ. 73. num. 25. li. 4. & Pariſ. con-
ſil. 39. num. 15. lib. 2.

Tertio quia teſtator, ſi quis ex ſuis filijs abſque fi-
lijs decederet, diſpoſuit, vt vnus alteri moriatur, &
ſic in ſubſtitutione fuerunt tantum vocati filij teſtato
ris, non autem nepotes, & de filijs ad nepotes non eſt
6 facienda extenſio, nepotes † ipſi non vocati, ad fidei-
commiſſum non admittuntur, ſed filij expreſſe vocati
eis præferuntur, l. fin. vbi Paulus de Caſtr. Iaſ. & alii,
C. de verborum ſignific. Barto. & ceteri in l. cognatis,
verſic. Quæro quo ordine, ff. de reb. dub. Soc. ſen. conſi.
24. in fin. num. 7. libr. 3. late Bero. conſil. 94. libro 5. per
totum, Crauet. conſil. 161. numero 11. & 16. libro pri-
mo, Dec. conſilio 480. numero 10. & 11. Curt. iun. conſi
lio 161. numero 7. libro 5. Pariſ. in conſilio 30. nume-
7 ro 55. libr. 2. Nec ex eo, † quod nepotes poſiti fuerint
in conditione, poſſunt dici vocati, ſi aliqua coniectu-
ra mentis teſtatoris non concurrit, glo. in l. Lucius, ff.
de hæred. inſt. vbi Bar. & Bald. & ceteri omnes, quam
gloſſæ opinionem magis communem eſſe teſtantur
Ioan. de Imo. in d. l. Lucius, colum. 5. Coro. conſ. 1. co-
lum. 8. num. 21. verſ. His tamen, libr. 3. & in conſ. 180.
numer. 1. lib. 4. Alexand. conſil. 108. num. 3. li. 1. in con
ſil. 109. numer. 4. colum. 2. lib. 5. & in conſil. 205. in fin.
lib. 7. Soc. iun. conſ. 118. num. 10. lib. 1. Crauet. conſ. 62.
num. 6. libr. 1. Bertrand. conſ. 53. colum. 4. lib. 1. Guid.
Pap. q. 39. & alii multi allegati per Anton. Gabr. in
ſuis concluſio. in tit. de fideicomm. concluſ. 4. in prin-
cip. & per Iul. Clar. recept. ſentent. §. teſtamentum, q.
77. Eãdem opinionem magis communem eſſe teſtã
tur etiam Burſ. in conſil. 51. numero 51. lib. 1. Rolan. à
Vall. conſilio 6. numero 59. libro 4. & latiſſime Sforz.
Odd. I. C. Peruſinus celeberrimus in tracta. compen.
ſubſtit. par. 5. art. 3. limit. 2. per diſcurſum, folio 168.
& 175. ſecundum primam impreſſionem.

Quarto quod ſolus filius ſuccedat vigore fideicom
miſſi, & nepotes cum eo non ſint admittendi, videtur
8 fuiſſe de intentione teſtatoris, nam dum † in inſtitu-
tione vniuerſali filios nepotibus prætulit, illos vniuer
ſaliter hæredes inſtituendo, idem videtur voluiſſe in
ſubſtitutione, ſecundum Iaſ. in conſilio 37. numero 6.
verſic. Quinto inter conſilia Rub. qui mouetur aucto
ritate Barto. in l. fin. ff. ad Senat. Conſul. Trebellia. &
per textũ in l. Lucius, §. Mæuia, & in l. cohæredi, §. qui
diſcretus, ff. de vulg. & pupil. Et ita etiam non facta
mentione Iaſonis, dicit Cephal. in conſilio 16. nume-
ro 14. & 15. libro 1. cuius opinionis ea videtur ratio,
9 quia ex vna parte † teſtamenti alia declaratur, l. ſi ſer
uus plurium, §. fin. & l. qui filiabus, ff. de legat. 1. l. cum
filius, & ibi Barto. ff. de legat. 1. Dec. conſilio 15. nume
ro 3. in conſilio 570. numero 2. Guid. Pap. in quæſtio.
485. per totam, Curt. iun. in conſilio 139. numero 17.
libro 5. Crauett. conſilio 297. numero 5. libro 5. Tob.
Noni. conſilio 40. numero 4.

Nec præfati nepotes ad dictum fideicommiſſum
conditionale admitti poſſunt iure tranſmiſſionis ex
eo, quod eorum pater præmoriens tale ius ad filios
10 tranſmiſerit, † quoniam fideicommiſſi ius conditio-
nale ante euentum conditionis non tranſmittitur,
gloſſa in l. vnica, quam omnes Doctores ibi ſequun-
tur, C. de his, qui ant. aper. tabul. gloſſa & Doctores
omnes in l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Senat. Conſ.
Trebel. Bald. in l. vnica, §. ſin autem aliquid, C. de ca-
duc. tollend. Bartol. in l. 1. colum. 4. verſic. Item dicit
Din. ff. de legat. 1. Pariſ. qui de communi teſtatur in
conſil. 18. numer. 66. & 67. conſ. 9. num. 56. libr. 5. & in
conſil. 21. num. 1. & ſeq. lib. 3. Socin. ſen. conſ. 14. nu. 7.
lib. 3. Alexand. conſil. 552. colum. 1. libro 6. vbi dicit
hanc eſſe communem omnium Doctorum opinionẽ,
Gozad. conſil. 29. num. 17. Socin. iun. dicto §. cum ita,
numero 37. & 47. & ibi Rip. num. 60. ver. Verior ergo,
vbi affirmat hanc opinionem eſſe veriorem, magis cõ
munem, & in iudicando & conſulendo ſequendam.
11 † Quæ concluſio obtinet etiam in ſuis hæredibus, qui
nec ad deſcendentes ius cõditionale trãſmittere poſ
ſunt, ſi grauato prædecedunt, vt dicunt omnes in di-
ctis locis, qui de filiis teſtatoris loquuntur, & ad eo-
rum liberos tranſmiſſionem fieri poſſe negant, quam
etiam hoc caſu communem eſſe dicit Soc. ſen. in dicto
conſ. 14. num. 7. lib. 3. & conſilio 74. numero 1. li. 4. Et
ita omnes teneri teſtatur Menoch. in conſil. 105. nu-
mero 37. lib. 1. late Natt. conſil. 551. nume. 15. & ſeqq.
lib. 3. & pro communi etiam poſt alios Burſat. in con
ſil. 71. nu. 7. libr. 1. qui alios multos allegant, & diffuſe
Bero. in conſil. 94. per totum, lib. 5. maxime nume. 14.
Anton. Gabr. in ſuis concluſ. in titu. de hæred. inſtit.
concluſ. 2. num. 10. in 1. ampliat. & Mantic. de conie-
ctur. vltim. volunt. lib. 11. in tit. 10. in princ. Quæ ea ra-

12 tione † confirmatur, quia ſi patri hæreditas grauati
non fuit delata, illam in filios transferre non potuit,
arg. l. traditio, ff. de acq. rer. dom. l. nemo plus iuris, ff.
de reg. iur. c. quod autem, de iur. patron. & c. nemo po
teſt ius, de reg. iu. in 6. impoſſibile enim eſt, quod quis
tranſmittat hæreditatem fratris aliquo modo non
delatam, cum præpoſterum ſit prius tranſmittere,
quam habere, & prius tranſmittere, quam à iure co-
gnoſci, & conſequentia tranſmiſſionis ſine ſuo ante-
cedenti eſſe non poteſt: Vnde hæreditatem non dela-
tam non tranſmittit, quia non habet tranſmiſſibile, ſe
cundum Bal. in conſ. 132. ver. Item fallit, lib. 2. & in l.
2. in fi. C. de lib. præterit.

Minus nepotes illi vna cum patruo ex patris perſo
na admittuntur, velut in eius locum ſuccedentes, pa-
tremque repræſentantes, vt voluit gloſſa in l. cum ita,
13 §. in fideicommiſſo, ff. de leg. 2. Primo quia † gloſſa il-
la procedit ſecundum legem quam allegat in ſucceſ-
ſione ab inteſtato, in qua ſolum attenditur iuris di-
ſpoſitio, ſed aliud dicendum eſt in fideicommiſſo, in
quo conſideratur affectio teſtatoris, quæ maior præ-
ſumitur erga filios, quam nepotes in vlteriori gradu.
Bald. in d. §. in fideicommiſſo, in fin. Ang. Aretin. in §.
cum filius, num. 2. Inſtit. de hære. quæ ab inteſt. defer.
Cuman. conſ. 106. col. 2. Dec. conſi. 1. nu. 6. & 7. & conſ.
480. nu. 9. & 10. Rub. Alex. in conſ. 36. in fi. & conſ. 38.
Iaſ. inter conſilia Rub. conſ. 37. nu. 5. & Io. Crot. inter
conſilia Rub. conſil. 39. nu. 7. quod eſt idem conſilium
cum 9. inter conſilia ipſius Cro. lib. 1. & Dec. conſ. 412.
nu. 7. & 8. qui oſtendit diuerſam eſſe rationem inter
legis diſpoſitionem, in qua nepos locum patris ingre
ditur, & diſpoſitionem teſtatoris, & ſic hominis, in
14 qua nepotes non veniũt, vt ibi Dec. clare explicat, † &
quod filius in primo gradu exiſtens, præſumatur ma-
gis dilectus teſtatori, quam nepos in vlteriori, & re-
motiori gradu, firmant etiam Cur. ſen. in conſ. 51. per
totum, maxime num. 6. 9. & 10. Bero. conſ. 114. nu. 10.
lib. 2. multos refert Ceph. in conſ. 306. num. 6. & ſeqq.
plurib. lib. 3. Rol. à Vall. in conſ. 82. num. 28. & ſequen.
lib. 3. poſt multos alios Menoch. in conſil. 95. num. 27.
& ſeq. libro 1. per textum, cum ibi notatis in l. ſi viua
matre, C. de bon. mat. Secundo idem dicitur, nam etſi
filius in locum patris ſuccedat, ſecundum gloſſam
in d. §. in fideicommiſſis, iuxta textum in Auth. ceſſan
15 te, C. de legit. hæred. † id tamen verum eſt in ſucceſſio
ne legali, non autem in ea, quæ defertur ex diſpoſitio
ne teſtatoris, in qua tantum prioritas gradus atten-
ditur. Bal. in d. §. in fideicommiſſo. & ibi Cuman. Dec.
in conſ. 1. num. 6. & 7. conſ. 478. nu. 11. & 12. & in conſ.
412. nu. 5. & 6. Rub. Alex. conſ. 38. num. 1. Ioan. Crot. &
Cuma. in dictis locis, per textum in l. peto, §. fratre, ff.
de leg. 2. & in d. §. in fideicommiſſo. in quibus dicitur
ad fideicommiſſum proximiores vocari. Dictus au-
tem Ioannes Franciſcus filius Hippolyti teſtatoris, in
primo gradu exiſtens, proximior eſt, quam ſint filij
Stephani, in remotiori gradu exiſtẽtes, vt ſupra dixi;
Ideo ipſe tamquam proximior admittendus eſt. Ter
tio quia frater vere eſt in ſecundo gradu, filij autem
fratris in tertio. l. Iuriſconſultus, §. Secundo gradu, &
§. tertio gradu, ff. de grad. affinit. quod dicitur filium
ſubintrare locum patris, eumque repræſentare, proce
16 dit per fictionem, † non ſecundum veritatem, vt dixit
Bald. in l. tutela, §. ſi duo, in fin. ff. de leg. tut. & in c. 1. in
fi. in tit. Imperat. Lothar. Eug. Pap. in vſib. feud. Alex.
in conſ. 204. col. 2. ver. Confirmatur, nu. 7. lib. 2. Grat.
reſpon. 27. nu. 11. & 12. lib. 1. & Iaſ. inter conſilia Rub.
conſ. 37. num. 4. in fi. Cephal. conſ. 431. num. 32. & ſeq.
17 lib. 3. Menoch. conſil. 200. num. 41. & ſeqq. libro 2. † Et
quia verba teſtatoris in caſu vero & proprio ſunt in-
terpretanda, non autem in ficto, l. fi. C. de his qui ven.
ætat. impet. l. fideicommiſſum, iuncta ibi glo. ff. de con
dit. & demon. dictus Ioannes Franciſcus teſtatoris fi-
lius, qui ſecundum veritatem præcedit in gradu nepo
tem, præferri debet, vt per dicta iura in terminis dixit
Crot. in conſ. 39. nu. 5. inter conſilia Rubei Alexandr.

Quarto dicitur ſecundum Iaſ. inter conſilia Rub.
18 conſil. 37. num. 3. ita demum filium † in locum patris
ſuccedere, quando tempore mortis eius, de cuius hæ-
reditate agitur, pater, ex cuius perſona filius venire
intendit, mortuus erat, aliàs ſecus, vt dicit textus in
Auth. poſt fratres, la 1. in verb. iam deceſſerit, C. de
leg. hæred. & tenent etiam Dec. in conſ. 87. col. 3. nu. 3.
ver. Tertio efficaciter, & in conſ. 1. in fin. et Pariſ. conſ.
37. num. 68. lib. 2. Sed quia tempore mortis Hippoly-
ti teſtatoris, de cuius fideicommiſſaria ſucceſſione
nunc tractatur, ſuperuiuebat Stephanus, eius filij, et
ſic teſtatoris nepotes non poſſunt intrare locum eorũ
patris, qui tunc viuebat.

19 Poſtremo hanc opinionem † contra nepotes, vt ſci-
licet ipſi ad fideicommiſſum non admittantur cum
patruo, tenent Bald. in d. l. cum ita, §. in fideicommiſ-
ſo, ff. de leg. 2. reprobata gloſſa ibi Cuman. in conſil.
106. Ang. Aret. in §. cum filius, num. 2. Inſtit. de hæred.
quæ ab inteſt. defer. qui etiam allegat Cuman. Innoc.
et Nicol. de Matarel. Iaſ. in l. ſi auiæ, num. 5. C. de ſuc-
ceſ. edict. Alexan. conſil. 204 col. 2. lib. 2. in conſ. 4. col.
3. verſic. Fortificatur, lib. 4. & in conſ. 252. lib. 6. Curt.
iun. in d. l. auiæ, quæ eſt l. 2. C. de ſucceſſ. edict. num.
11. vbi teſtatur hanc opinionem Baldi eſſe magis cõ-
munem. Dec. in conſ. 1. num. 7. & in d. l. ſi auiæ, num. 6.
in conſ. 478. num. 11. & ſeq. in conſil. 408. in fin. 412.
num. 5. & in conſ. 480. num. 9. & ſequen. in quibus lo-
cis teſtatur hanc opinionem eſſe communem, affir-
matque in Rota Curiæ Romanæ iudicatum fuiſſe ſe-
cundum concluſionem, quam fecit in dicto eius conſ.
1. & Flor. & alios pro ea allegat. Capr. conſ. 5. col. fin.
Rub. Alexan. in conſ. 36. in fin. Iaſ. inter conſilia Rub.
conſ. 37. nu. 5. vbi de magis communi opinione teſta-
tur Rub. in conſ. 38. vbi allegat etiam Iacob. de Put. &
Ang. de Periglis. Crot. inter conſi. Rub. 39. num. 4. vbi
aſſerit opinionem glo. in d. §. in fideicommiſſis. com-
muniter reprobari, quod conſilium eſt idem cum con
ſil. 9. inſerto inter conſilia ipſius Cror. libro 1. Ruin. in
conſil. 40. inter conſilia Rubei. Pariſ. conſi. 9. num. 20.
conſ. 18. num. 81. conſ. 37. num. 50. conſ. 64. num. 33. &
ſeq. & in conſ. 90. num. 48. & ſeq. lib. 2. & in conſil. 21.
num. 20. lib. 3. Bertran. Mathesil. & Guliel. de Bene-
dict. allegat. ab Anton. Gabr. in ſuis concluſ. in tit. de
fideicomm. conclu. 3. num. 2. Curt. iun. in conſ. 154. nu.
6. et ſeqq. lib. 2. Grat. reſponſ. 27. num. 20. libro 1. qui
gloſſam communiter reprobatam eſſe affirmat. Soc.
ſen. in conſ. 14. in fi. lib. 3. Iaſ. in l. qui liberis, §. hæc ver-
ba, nu. 4. ff. de vulg. et pupill. Gozad. conſ. 29. num. 18.
Ruin. conſ. 181. nu. 5. lib. 2. in conſ. 30. nu. 7. et in conſil.
127. num. 8. et 9. lib. 3. Corn. in conſ. 131. nu. 4. lib. 3. la-
te Bero. in conſ. 94 per totum, lib. 2. vbi hanc opinio-
nem communem eſſe teſtatur. Rol. à Vall. in conſi. 38.
lib. 4. vbi allegat pro hac opinione Alciat. et alios in
locis de quibus per eum. Soc. iun. in conſ. 9. num. 2. et
conſ. 149. num. 6. lib. 2. in conſ. 140. num. 11. lib. 3. et in
conſ. 73. num. 31. lib. 1. Marzat. in conſ. 3. per totum,
vbi late Natt. conſ. 127. nu. 4. lib. 1. et in conſ. 679. nu.
20. lib. 4. Io. Bologn. conſ. 13. num. 32. Port. Imol. conſ.
52. num. 5. qui teſtatur de magis communi. & late Me
noch. conſ. 200. lib. 2.

Sed his nõ obſtantib. contrariã ſniam veriorẽ exi-
ſtimo, nepoteſque vna cũ Ioanne Frãciſco patruo ad
prædictum auitum fideicommiſſum admittẽdos eſſe

in ſtirpes, non autem in capita ad eam videlicet por-
tionem, ad quam Stephanus eorum pater, ſi viueret
admitteretur. Et ad hoc dicendum moueor.
Primo quia fideicommiſſum fuit factum ab Hippo
20 lyto auo,† per quod modo purificata conditione, ip-
ſi teſtatori ſucceditur, l. cohæredi, §. cum filiæ, ff. de
vulgar. & pupill. Dec. conſil. 1. num. 2. Rub. Alexan.
conſil. 36. in prin. Pariſ. conſil. 90. num. 42. lib. 2. Et ita
omnes tenere teſtatur in conſ. 37. nu. 40. lib. 2. Soc. Iaſ.
Rui. & alij, quos allegat, & ſequitur Tob. Non. in cõſ.
36. num. 14. & magis communem eſſe dicie doctiſſi-
mus Dominus Hieron. Gabr. conciuis meus, & in Al-
ma Vrbe aduocatus celeberrimus in conſil. 86. nu. 11.
21 lib. 1. † Ad ſucceſſionem autem aui pariter admittun
tur nepotes ex vno filio præmortuo, ſicut alij teſtato-
ris filij. cum nepotes in locũ eorum patris admittan-
tur, §. cum filius. Inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. defer.
Iaſ. in l. gallus, §. quidam recte, num. 21. ff. de lib. & po-
ſthum. & in conſil. 159. num. 4. lib. 4. Dec. qui de com-
muni teſtatur in conſ. 87. in fin. & in conſil. 1. num. 1. &
ſeq. Natta conſil. 424. lib. 2. Alex. conſi. 88. lib. 1. Pariſ.
conſil. 30. nu. 4. & in conſ. 10. num. 25. & ſeq. lib. 2. Rol.
à Vall. conſ. 68. num. 23. & 26. lib. 1. Cur. iun. conſil. 58.
in prin. lib. 1. Gozad. in conſ. 43. in prin. & alij paſſim
alijs in locis. Igitur debent dicti nepotes vna cum pa
truo etiam in dicto fideicommiſſo ſuccedere, nam cũ
22 de iure pariter admittantur, † præſumendum eſt te-
ſtatorem voluiſſe voluntatem ſuam cum diſpoſitione
iuris communis confirmare. Bar. & ceteri in l. gallus,
§. 1. ff. de liber. & poſthum. in l. vxorem, §. teſtamento,
ff. de leg. 3. & in l. iuſiurandi, §. ſi liberi, col. 2. ff. de ope.
liber. ſuoſque deſcendentes, eo iure, eoque ordine ad
fideicommiſſum admitti debere, quo de iure ad ſuc-
ceſſionem ab inteſtato vocantur. Bart. in l. hæredes
mei, §. cum ita, ff. ad S.C. Trebel. Cur. iun. qui de com-
muni teſtatur in l. 2. nu. 10. C. de ſucceſſ. edict. in conſ.
154. num. 7. lib. 2. Rol. à Vall. conſil. 38. num. 44. & ſeq.
lib. 4. de communi teſtatur in conſil. 68. num. 33. lib. 1.
Socin. iun. conſ. 146. num. 12. lib 2. Beninten. deciſ. 88.
num. 14. & ſeq. Doctores in d. §. quidam recte. Gozad.
conſil. 4. num. 16. Dec. conſil. 217. num. 2. Ruin. conſil.
163. num. 7. lib. 1. Hieron. Gabr. conſil. 86. num. 8. lib. 1.
Lauren. Hircon. commun. opin. cent. 3. conclu. 54 ver.
Hæc ſententia, tom. 1. late Cephal. conſ. 489. num. 34.
23 lib. 4 Tob. Non. in conſ. 4. nu. 6. † propterea fideicom-
miſſum ſecundum naturam ſucceſſionis ab inteſtato
regulatur, vt dicit Rolan. à Vall. in allegato conſi. 68.
poſt Corn. in conſil. 24. in fin. lib. 2. & hæc ad fauorem
nepotum procederent, & ſi per fideicommiſſum non
ſuccederetur teſtatori, ſed patruis grauatis prędefun
24 ctis, † cum nepotes ex fratre præmortuo ſuccedant
etiam cum patruo vna cum alijs patruis, vt dicunt
fere omnes allegati Doctores, & eſt textus in §. reli-
quum, Auth. de hæred. ab inteſt. venien. in Auth. poſt
fratres ex vtroque parente, C. de leg. hæred. in Auth.
vt fratr. filij in princ. & tradit Corn. conſil. 24 col. fin.
lib. 2. Quod de iure Authenticorum hodie nullam ha
bet difficultatem.
Secundo, quia non eſt præſumendum teſtatorem
25 minus dilexiſſe nepotes ex filio præmortuo, † immo
præſumitur magis illos dilexiſſe, cum per nepotes, &
pronepotes longiorem noſtri propagationem, & diu
turnitatem videamus, ad quod tendit omnis noſtra
intentio in concipiendo, & educando liberos, l. libero
rum, in fin. ff. de verbor. ſignificat. Socin. iun. in con-
ſil. 126. num. 54. libro 1. & Bero. in conſil. 95. num. 5.
libro 2. Et quia magis nomen, & memoria aui ex-
tenditur per nepotes, quam per filios, vt dixit Ludo.
Bologn. inter conſil. Alexan. 53. num. 13. libro 4. ar-
dentiuſque amor in nepotes quam in filios deſcen-
dit ſecundum Cur. iun. in conſ. 169. num. 13. lib. 2. qui
omnes concludunt ex dictis rationibus auum magis
diligere nepotes quam filios. Vel ſi non eſſet dicẽdum
auum magis diligere nepotes debet ſaltem præſumi
æqualis affectio erga filios, & nepotes, vt conſiderant
reſpondentes fundamento Baldi, contrarium tenen-
tis, Alex. in conſ. 26. nu. 5. col. 2. lib. 3. Gozad. in conſil.
4. num. 13. & Beninten. deciſ. 88. in fin. Vnde de iure
communi nepotes in locum, & gradum patris ſucce-
dant, & cum patruo concurrant ad ſucceſſionẽ aſcen-
dentis vel patrui: Ita debent concurrere in caſu præ-
ſenti, cum non reſiſtat teſtatoris voluntas, immo pro
nepotibus adſit, ſtante quod maior affectio, ſeu ſaltẽ
non minor conſiderari poſſet erga nepotes ex filio
prædefuncto, quam alios filios, ob quam præſumitur
26 teſtatorem ſenſiſſe, vt omnes pariter † admittantur,
cuius mens etiam coniecturata attendi debet, l. in
conditionibus, ff. de cond. & demonſt. l. hæredes mei,
ff. ad S.C. Trebel. l. non aliter, ff. de legat. 3. l. penul. de
leg. 1. l. vnum ex familia, §. ſi omiſſa, ff. de leg. 2. de com
muni teſtatur Pariſ. in conſil. 52. num. 6. libro 2. Ruin.
conſ. 89. num. 11. lib. 2 Hieron. Gabr. in conſ. 114. nu.
5. & 7. lib. 1. Menoch in conſ. 30. num. 21. lib. 1. & poſt
multos alios Rim. iun. in conſ. 21. nu. 23. & ſeqq. lib. 1.
& vltra præmiſſa quod teſtator nepotes ex filio præ-
mortuo prædilexit in portione, ad quam pater, ſi vi-
ueret, admitteretur, oſtenditur; Nam etſi aliqui te-
neant auum magis diligere filiũ, in gradu proximio-
ri exiſtentem, quæ tamen ab alijs reprobatur, quoad
nepotes ex filio præmortuo, cũ l. ſi viua matre, in qua
contraria opinio fundatur, procedat in nepotibus,
viuente eorum patre, vt dicunt ibi Ari. Pinell. & alij
Doctores. & ſuperius fuit demonſtratum, nihilomi-
nus tollitur in occurenti caſu omnis difficultas, quo-
niam nepotes iſti non intendunt excludere patruum
ab eius portione, ſed tantum admitti ad eam portio-
nem, ad quam eorum pater fuerat vocatus, quo caſu
ſicut teſtator decedenti ſine liberis ſubſtituit alios, &
conſequenter Stephanus in ſua parte, ad quam fue-
rat vocatus, erat à teſtatore prædilectus, cum quilĩ-
bet in parte, ad quam vocatur, prædilectus intelliga-
tur, pariter teſtatorem in ea omnes eius deſcenden-
tes prædilexiſſe, & alijs præferri voluiſſe præſumitur,
27 cum in portione, † in qua prædilexit filium, in ea-
dem nepotem quoque ex eo prædilexiſſe cenſeatur,
glo. in l. cum acutiſſimi, in verſic. vitam ſuam, C. de fi-
28 deicomm vbi Bald. Salic. & Caſtren. & quam † chari-
ritatem teſtator habuit ad filium, eamdem videtur
habuiſſe ad nepotes ex eo, ſtante maxime quod qua-
litates omnes concurrunt in iſtis nepotibus maſcu-
lis. & ita not. ſcripſerunt Bald. in l. cum acutiſſimi,
num. 5. C. de fideicomm. Corn. in conſil. 230. num. 6.
col. 4. verſic. & ſic veriſimiliter, lib. 3. Dec. conſil. 568.
num. 6. Socin. iun. conſ 168. num. 10. lib. 2. Rol. à Vall.
conſ. 82. num. 9. lib. 3 poſt Socin. ſen. Curt. ſen. & alios.
Menoch. in conſ. 95. nu. 17. lib. 1. Hier. Gab. in conſ. 97.
nu. 10. lib. 1. vbi de communi teſtatur, & late Ceph. in
conſ. 446. num. 33. & 34. lib. 3.
Tertio pro hac parte facit, quia teſtator in ſuo te-
ſtamento dixit, quod ſi quis eorum decederet ſine fi-
29 lijs legitimis, vnus motiatur alteri, † & conſequenter
voluit filios morientis ad portionẽ patris admitti, &
per eos ſubſtitutos excludi, l. filiusfamilias, §. cũ quis,
de leg. 1. l ex facto, §. penul. & fin. ff. ad S.C. Trebellian.
Dec. conſ. 63. num. 2. & conſil. 636. num. 11. filij autem
in conditione poſiti, etſi vocati non intelligerentur
iuxta vnam opinionem glo. quam ibi ſequuntur Bar.
& alij communiter, in l. Lucius, la 2. ff. de hæred. inſtit.
Cen-

Cenſetur tamen ipſis ſaltem præſeruatum ius ſucce-
dendi ab inteſtato patri grauato ad excluſionem ſub
ſtituti, glo. in l. Lucius, Ceph. conſi. 585. num. 11. lib. 2.
Hieron. Gabr. in conſ. 97. nu. 20. lib. 1. & late Marzar.
in conſ. 7. in 5. coniect. ver. Preterea. Cum igitur appa
reat mentem teſtatoris fuiſſe, vt decedente Stephano
cum filijs, ipſi filij, & ſic teſtatoris nepotes ad portio-
nem patris admittantur, alijſque filijs teſtatoris pre-
ferantur, pari ratione credendum eſt teſtatorem vo-
luiſſe, vt illi præferãtur in fideicommiſſo quoad illam
portionem, in qua eorũ pater, ſi viueret, ſuccederet,
vt in ſimili dicit Dec. in conſ. 397. num. 6. ſtante maxi
me quòd nulla ratio diuerſitatis aſſignari poſſit inter
vnum caſum & alium, & propterea idem in vtroque
dicendum eſt, cum vna ſubſtitutio eã inſtitutione vel
alia ſubſtitutione in teſtamento facta declaretur, &
30 pars † vna teſtamenti aliam declaret, vt poſt Barto. &
alios tradit Rui. in conſ. 118. nu. 10. lib. 3. & conferunt
notata per Ceph. in conſ. 585. nu. 15. lib. 2. Soc. ſen. in
conſi. 102. nu. 10. lib. 3. & Hier. Gabr. in d. conſi. 97. nu.
4. & 5. & quod dicitur vnam partem teſtamenti aliã
declarare, intelligitur etiam quoad voluntatem teſta
toris, vt dicunt allegati Doctores, & eſt tex. in l. ſi ſer-
uus plurium, §. ſi & in l. qui filiabus, de leg. 1. l. cum fi-
lius, vbi Bart. ff. eod. tit. Guid. Pap. q. 485. per totam,
& dixi ſupra.

Quarto pro dictis nepotibus conſideratur, quod
etſi ſubſtitutio facta decedenti ſine filijs in fauorẽ a-
liorum, ſit conditionalis, & conſequenter ius illud
ſpe tantum, & ſub conditione competens, ad hęredes
non fuerit tranſmiſſibile iuxta gloſſam communiter
approbatam in l. vnica, C. de his qui ant. apert. tab. &
not. per Doctores omnes in l. hæredes mei, §. cum ita,
31 ff. ad S. C. Trebel. † Id tamen non procedit, quando vo
luntas teſtatoris ſe habet, vt tranſmiſſio fiat ad nepo-
tes. ex teſtatoris enim voluntate non tranſmiſſibile
fit tranſmiſſibile. Bald. in l. 1. nu. 10. C. de his qui ant.
aper. tab. vbi dicit regulam prædictam locum non ha
bere, quando ex aliquibus argumentis conſtat teſta-
torem ſenſiſſe idem de nepotibus. Duran. de art. teſt.
tit. 6. caut. 38. num. 2. Ruin. conſil. 145. nu. 6. lib. 5. poſt
multos Dominus Bernard. Alphan. I. C. Peruſinus ce-
leberrimus collect. iur. num. 141. Burſat. conſ. 71. nu. 7.
lib. 1. vbi multos allegat. Soc. ſen. conſi. 6. nu. 11. & ſeq.
lib. 3. Curt. iun. conſ. 16. num. 6. lib. 1. Dec. conſ. 397. nu.
6. Tib. Dec. conſi. 88. num. 65. lib. 2. aſſerens ita omnes
tenere, & extendit etiam ſi extraneus fuerit vocatus,
prout etiam Cephal. conſ. 330. nu. 55. cum ſeqq. lib. 3.
Burſat. conſ. 561. nu. 13. lib. 3. & poſt multos Dominus
Sfor. Odd. in d. tract. compen. ſubſtit. par. 6. q. 1. art. 2.
ver. limitatur, vbi dicit iſtam eſſe communem opinio
nem, & quod nemo ambigit, quin ſtantibus coniectu-
ris, à dicta communi regula recedi debeat, & ad hoc
vt ex mente teſtatoris fiat tranſmiſſio, ſufficit volũtas
etiam tacita, & coniecturata, vt dicit Bal. in d. l. 1. nu.
10. & firmãt ſuperius allegati Doctores, ac etiam Iaſ.
in l. nemo poteſt in 1. lect. num. 33. ff. de leg. 1. Soc. iun.
conſ. 146. nu. 5. lib. 2. Ruin. conſ. 178. n. 1. & conſ. 179. nu.
5. lib. 2. Veral. decis. 51. par. 2. & alios multos refert &
ſequitur Ceph. in conſ. 16. nu. 41. lib. 1. & Cur. iun. conſ.
16. nu. 6. vbi de communi teſtatur. Ioſeph Lud. in dec.
Peruſ. 105. nu. 6. & ſeqq. par. 2. vbi de communi teſta-
35 tur, † extenditque etiam ad tranſuerſales, in quorum
fauorem trãſmiſſionem fieri admittit. In caſu autem
præſenti coniecturæ ſufficientes concurrunt, vt infra
demonſtrabitur, merito iſti nepotes, etſi iure proprio
tamquam vocati non admitterentur, ſaltem iure
tranſmiſſionis admitti deberent.

Prima autem coniectura, ea qua concludi poteſt fi-
deicommiſſum conditionale per vocatum deceden-
tem, pendente conditione, tranſmitti potuiſſe, colli-
gitur ſecundum Bald. in d. l. 1. C. de his qui ant. apert.
33 tabul. & alios relatos Doctores, † quando aliqua cõ-
iectura concurrit, ad oſtendendum teſtatorem idem
ſenſiſſe de nepotibus, puta ſi de eis in teſtamento fe-
cit mentionem, quod bene colligitur in occurrenti ca
ſu, dum teſtator ſubſtituit decedenti ſine filijs, & ſic
de nepotibus mentionem fecit, quod ſufficit, vt dixit
Bald. in l. ſi pater, q. 4. num. 16. C. de inſtit. & ſubſtit.
Nec dicatur doctrinam Baldi intelligi debere, quan-
do de nepotibus diſpoſitiue in teſtamento fuit facta
mentio, ſecus ſi conditionaliter tantum, vt dixit Nat.
in conſil. 551. in 2. dub. lib. 3. Quoniam ſecundum Ce-
phal. in conſil. 16. num. 42. libro 1. quem poſt Zanc. in
l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebell. in 4. par. num.
505. & 352. ſequitur Menoch. conſil. 452. nu. 58. lib. 5.
ſi ita dictum Baldi intelligeretur, nepotes non admit
terentur ex iure alieno tranſmiſſo ex tacita, & conie-
cturata mente teſtatoris, ſed admitterentur iure pro
prio, tamquam vocati, quod valde differt, vt conſide-
rant Ruin. in conſ. 156. nu. 4. lib. 2. & Dec. in conſ. 515.
col. 1. & melius ipſe Cephal. in conſi. 583. num. 25. lib.
2. & ideo ſecundum Cephal. in allegatis locis, qui in
terminis loquitur, dicendum eſt Baldi opinionem lo-
cum habere, & ſi nepotes fuerint tantum in conditio
ne poſiti, prout etiam in his terminis tenent Dec. in
conſ. 397. num. 6. Cuman. conſil. 13. Fulgoſ. conſil. 15.
in fi. Socin. iun. conſil. 141. in prin. & ſub nu. 24. & ſeq.
lib. 2. Cur. iun. d. conſ. 16. num. 6. Iaſ. in conſ. 52. num.
22. ver. Nam primo, col. fin. lib. 3. vbi dicit in iſtis ter-
minis Bald. loqui. Socin. iun. in l. hæredes mei, §. cum
ita, num. 57. ff. ad S. C. Trebell. Pariſ. conſ. 50. num. 35.
& ſeqq. lib. 3. & poſt alios Sfor. Odd. in allegato loco,
in 6. limit. folio 186. vbi aſſerit ita ab omnibus in his
terminis communiter teneri. Ratio autem huius con
cluſionis ex mente dictorum Doctorum illam tenen-
tium, ea eſt, quia teſtator, qui ſubſtituit decedenti ſi-
ne filijs, voluit quod filij ad portionem patris ad-
mittantur, & conſequenter quoad illam ſubſtitutum
excludant, ideirco pari ratione dicendum eſt ſecun-
dum eos, vt voluerit etiam illos admitti ad fideicom
miſſum, ad quòd pater, ſi viueret, admitteretur, poſt-
quam de eis ſaltẽ conditionaliter in teſtamento men
tionem fecit, & in portione patris illos alijs prætulit.
Ac etiam quia ſi Antonius, & Lucas viuente Stepha-
no, deceſſiſſent, ipſe Stephanus pro æquali portione
cum Ioanne Franciſco fratre ſucceſſiſſet, & conſequẽ-
ter quoad eius portionẽ prælatus fuiſſet Ioanni Fran
ciſco. Et ſicut teſtator in ea portione voluit Stepha-
num præferre Ioanni Franciſco, ita præſumitur vo-
luiſſe præferre omnem eius poſteritatem, & illud ius
fideicommiſſi conditionalis ad eius filios teſtatoris
nepotes tranſmitti debere, cum etiam de eis in teſta-
mento ſit facta mentio, dum in conditione fuerunt
poſiti, quod ſufficit ad tranſmittendum, vt clare rela-
ti Doctores dicunt, maxime Cuman. Dec. Cephal. &
Sforz. Odd. qui in iſtis terminis loquuntur, & bene
faciunt adducta per Menoch. conſil. 209. num. 18. cum
ſeq. lib. 3. Et pro hac concluſione faciunt etiam, quæ
34 in præcedenti fundamento dixi. † Et quia ſi de hoc
teſtator fuiſſet interrogatus, vtique ad nepotes ma-
ſculos ex filio præmortuo fideicommiſſum tranſmitti
velle dixiſſet, tranſmiſſio locum habere debet ſecun-
dum magis communem opinionem, de qua poſt a-
lios teſtatur Iaſ. in conſ. 154. col. 4. verſi. ſecundo prin-
35 cipaliter, lib. 4. † Nec eſt laborandum, de eo quod di-
cit Natt. in d. conſil. 551. lib. 3. vbi contrarium conſu-
luit in 2. dub. Tum quia ea ſupradictis eius rationes

tolluntur, Tum etiam quia communis opinio eſt in
contrarium, vt dixi, Nec aliqui ex Doctoribus ab eo
allegatis, nocent, quia etſi Alex. in locis, de quibus per
eum videatur conſuluiſſe contrarium, ipſe tñ moue-
tur ea regula generali, quæ habet, quod fideicommiſ-
ſum conditionale non tranſmittitur, quę tñ regula li-
mitatur in caſu noſtro, cuius limitationis Alex. men-
tionem aliquam nõ facit, nec etiam doctrinæ Baldi &
aliorum. Nec nocet textus in c. Rainaldus, cum ibi no
tatis per Ant. de Butr. de teſtam. in quibus Natt. facit
magnum fundamentum, quia non merentur allegari
contra opinionem Dec. Ceph. & aliorum, quoniam in
caſu illo filiorum, in quos tranſmiſſio fieri debebat,
nulla erat facta mentio in teſtamento, nec etiam con
ditionaliter. Nam ibi præſupponitur Rainaldum ro-
gaſſe filium hæredem inſtitutum, vt ſi ſine filijs dece-
deret, patruis hæreditatem reſtitueret, & cõcluditur,
mortuo vno ex patruis, illius filios iure tranſmiſſio-
nis venire non poſſe, quod non nocet, cum non quæra
tur ibi, an tranſmiſſio fiat in filios hæredis grauati, in
conditione poſitos, ſed an in filios patrui ſubſtituti,
quorum nulla nec etiam conditionaliter in teſtamen
to fuerat facta mentio. Bal. autem in conſ. 435. à Nat.
allegatus, loquitur in diuerſis terminis, vt de ſe mani
feſte patet, ideo pauci ex allegatis à Nat. eius opinio-
nem probant, & communis eſt in contrarium, quam
etiam veriorem eſſe oſtendunt Dec. Ceph. & alij ſupe
rius allegati pro hac noſtra opinione.

Secunda & vrgentior accedit coniectura volũtatis
teſtatoris, vt tranſmiſſio fiat, quia teſtator non ſolum
conditionaliter, ſed etiam diſpoſitiue in teſtamento
nepotum mentionem fecit, quoniam inſtituit quat-
tuor filios maſculos tunc viuos, & omnes alios filios
36 maſculos naſcituros. Et quia † in fauorabilibus in vl-
timis voluntatibus filiorum appellatione veniunt e-
tiam nepotes, licet aliud ſit in his, quæ incommodum
nepotum concernunt, vt not. Bart. in l. liberorum, nu-
me. 5. ff. de verbo. ſignif. late Alex. conſ. 9. col. 2. vbi de
communi, lib. 1. & conſ. 26. col. 2. & 3. lib. 3. Natta con
ſil. 602. num. 18. & 19. lib. 3. Ant. Gabr. in ſuis concluſ.
Inſt. de verb. ſign. conclu. 1. nu. 5. vbi nu. 7 hanc opinio
37 nem magis communiter receptam eſſe teſtatur, † dũ
teſtator inſtituit filios maſculos natos & naſcituros,
etiam nepotes in inſtitutione comprehenduntur, vt
in terminis firmat Alc. in l. Gallus, §. inſtituens, nu. 4.
ff. de lib. & poſthum. conſ. 26. col. 3. nu. 23. ver. Non ob-
ſtat, lib. 3. & late d. conſ. 9. col. 2. lib. 1. ita etiam loqui-
tur Bart. in d. l. liberorum, & Menoch. conſ. 95. nu. 107.
lib. 1. vbi in ſpecie conſiderat inſtitutionem ſimili mo
do factam pro coniectura ſufficienti ad tranſmiſſionẽ
inducendam, & alios allegat.

38 † Tertia coniectura, ex qua Doctores tranſmiſſio-
nem fieri concedunt, deſumitur, quando teſtator in
ſuo teſtamento rationem habuit conſeruandæ agna-
tionis, tunc enim quia ita agnatio conſeruatur per ne
potes maſculos ex filio præmortuo, ſicut per filium vi
uum, ſi filius vocatus & ſubſtitutus prædecedit graua
to, illud ius fideicommiſſi etiam cõditionalis ad eius
filios tranſmittit, vt clare voluit Pariſ. in conſ. 76. col.
3. lib. 2. quem refert, & ſequitur Ceph. in d. conſ. 16. n.
43. lib. 1. Ruin. conſi. 156. nu. 5. & conſi. 179. nu. 7. lib. 2.
Ant. Gabr. in tit. de hæred. inſtit. concluſ. 2. nu. 23. late
Menoch. conſ. 452. nu. 57. lib. 5. Iaſ. in conſ. 154. lib. 4.

In caſu autem noſtro Hippolytus rationem habuit
conſeruandi agnationem, vt deducam, ideo nepotes
39 iſti iure tranſmiſſionis ſunt admittendi. † Ratio au-
tem conſeruandi agnationem elicitur, dum teſtator,
exclusis feminis, maſculis inſtituerit, & ſubſtituerit,
quod ratione conſeruandi agnationem, quæ per ma-
ſculos conſeruatur, factum cenſetur, & non alia de
cauſa, vt dicunt Dec. conſ. 574. num. 5. Socin. iun. con-
ſil. 168. num. 38. lib. 2. Cephal. conſ. 306. num. 71. lib. 3.
Ruin. conſil. 139. num. 17. lib. 3. multos congerit Me-
noch. d. conſil. 95. num. 51. & ſeq. libro 1. & poſt mul-
tos Tob. Non. in conſil. 36. num. 11. Gozad. conſil. 89.
nu. 8. & alij ab eis allegati, quos breuitatis gratia non
refero. Quæ ratio operatur, vt iure tranſmiſſionis iſti
nepotes admittendi ſint, cum in eis militet eadem ra
tio agnationis, vt in terminis dixerunt Cephal. Pariſ.
& Dec. in allegatis locis. Ruin. conſi. 156. nu. 5. conſil.
179. nu. 7. & ſeq. lib. 2. Rub. conſil. 150. num. 4. Soc. iun.
conſil. 167. nu. 20. lib. 2. & poſt alios multos Menoch.
dicto conſil. 95. num. 105. Vlterius iſtos nepotes iure
tranſmiſſionis ad dictum fideicommiſſum eſſe admit
40 tendos oſtenditur. † Nam etſi regulariter fideicom-
miſſum conditionale non tranſmittatur, vt fuit dictũ,
nihilominus quando eſt iunctum cum iure accreſcen
di, ius etiam conditionale tranſmittitur, l. qui patri,
ff. de acq. hæred. l. qui ex duob. ff. de vulg. & pupil. Soc.
ſen. conſil. 6. num. 14. lib. 3. Ruin. conſi. 156. nu. 4. & con
ſi. 178. nu. 2. lib. 2. Cur. iun. in rub. C. quan. non pet. par.
Iaſ. in l. Lucius, §. vlt. ff. de vulg. & pupil. & conſil. 154.
num. 13. col. penul. lib. 4. Menoch. conſil. 105. nu. 19. &
nu. 81. & 82. lib. 1. & in terminis his noſtris Cephal.
d. conſil. 16. nu. 45. lib. 1. & conſil. 283. num. 26. lib. 2.
vbi multas adducit auctoritates, & de communi te-
ſtatur Burſat. in conſil. 71. num. 15. ver. Reſpondetur,
lib. 1. Sed hic omnes filij Hippolyti fuerunt hæredes
inſtituti, & etiam ſubſtituti, & inter ipſos potuit locũ
habere ius accreſcendi; Ideo huiuſmodi potentia &
poſſibilitas ſufficit, vt ſubſtitutio ipſa naturam ſum-
41 pſerit iuris accreſcendi. † & quemadmodum qui hæ-
reditatem adiuit, tranſmittere poteſt ius accreſcẽdi,
d. l. qui patri, & l. ſi ex pluribus, ff. de ſuis & legit. pari
ter tranſmittit facultatem ſuccedẽdi per ſubſtitutio-
nem. Ruin conſil. 101. nu. 7. lib. 2. Curt. iun. d. conſi. 16.
nu. 6. Pariſ. conſil. 76. col. vlt. ver. Poſtremo, & conſ. 77.
num. 23. lib. 2. Cagnol. in rubr. C. quan. non per. par.
nu. 53. Natta conſ. vlt. num. 7. lib. 4. & poſt alios hanc
eſſe communem opinionem teſtatur Menoch. d. conſ.
95. nu. 111. lib. 1. & Rim. iun. qui etiam magis comm.
& in iudicando & conſulendo ſequendam eſſe teſta-
tur conſ. 476. nu. 38. & ſeqq. 50. & ſeq. lib. 4. et conſe-
quenter vigore tranſmiſſionis nepotes ad fideicom-
miſſum vna cum patruo admittuntur ratione de qua
42 ſupra, quæ † locum habet, etiam quando adeſt alius
ſubſtitutus, qui hæreditatem adiuerit, quia non ſucce
dunt nepotes per ius accreſcendi, quo caſu ſuperexi-
ſtentia alterius ſubſtituti noceret, ſed vigore ſubſtitu
tionis, cum ius vnitum à principio cum iure accreſcẽ-
di, pendente conditione, potuit tranſmitti. Et ita in
proprijs terminis tenet Ceph. qui alios multos alle-
gat, & iſtam opinionem magis communiter receptã
eſſe affirmat in conſi. 16. nu. 45. et ſeqq. lib. 1. qui etiam
reſpondet alijs obiectionibus, quæ contra hanc con-
cluſionem adduci poſſent, vt ibi per eum.

Quinto vt reſpondeam pro nepotibus, valde mo-
43 uent me auctoritates Doctorum, qui dixerunt † nepo
tes ex filio præmortuo vna cum patruo et in locum
patris ſuccedere etiam in fideicõmiſſo facto ab auo,
purificato per mortem alterius patrui, quam tenuit
in primis gl. in l. cum ita, §. in fideicommiſſo, ff. de leg.
1. quæ vere hoc dicit, vt declarant Hieron. Gabriel. in
conſil. 86. nu. 9. lib. 1. Rol. à Vall. in conſil. 68. nu. 55. lib.
1. reprobantes Dec. qui in conſi. 1. dicebat gloſſam illã
hoc non dicere. Quam opinionem gloſſæ ſequuntur
ibi Ioan. de Imol. Ang. de Perig. et Iac. de But. Bal. in
conſ. 488. lib. 3. Alex. conſ. 88. lib. 1. et in conſ. 26. col fi.
num.

num.13.verſic.Præterea,libro 3,In quibus locis dicit
gloſſam illam magis communiter approbari.Aretin.
conſ.162.col.fin. verſic.Venio igitur.& conſil.145. in
fin.Iaſ.conſ.159.num.2.verſicu.Tertio,libro 4.vbi de
communi teſtatur.Socin.ſen.in conſ.51.maxime, nu.
19.lib.4.Guald.Caſſan.& Bertran. allegati ab Anto.
Gabr.in ſuis concluſ.in titu.de fideicommiſſ.concluſ.
3.num.1.Gozadin.conſ.4.num.16.31.& 32.vbi dicit
Decium,contrarium affirmantem loqui contra communem, & in conſil.59.num.5. Dec. conſil.217. vbi
num.2. dicit, ſe aliàs contrarium conſuluiſſe, ſed in
diuerſis terminis, videlicet quando non agebatur de
ſucceſſione aſcendentis, vel patrui. Curt. iun. conſil.
57.num.8.in conſ.58.num.1.libro 1.& in conſ.128.nu.
11.lib.2.in quibus locis diſtinguit. Iaſ. in conſil.215.
col.4.& ſeq.lib.2. vbi dicit opinionem cõtra Baldum
eſſe veriorem, ſuſtentabiliorem, & in indicando ſequendam, quam & ipſe approbat, per totum conſilium.de communi teſtatur Crauer. in conſil.67.num.
6.lib.1. Soc.iun.in conſil.146. num.17. lib.2. aſſerens
gloſſæ opinionem magis communiter approbari,& ſi
Bald.contrarium ſenſerit.idem dixit Ruin.conſil.12.
num.14.lib.1. & in conſil.13.num.13.eod.lib. & conſil.78.in fin.lib.2. aſſerens gloſſæ opinionem communem eſſe,nullamque habere difficultatem. & in conſ.
163.num.7.lib.1.Soc.iun.conſ.116.nu.8.& 9.lib.1.qui
dicit gloſſæ opinionem magis communem, etſi aliter
dixerit Decius, idem tenet in conſ.126.nu.10.& 25.
lib.1.& in conſ.20.col.1.lib.3.Rub.Alexan.in conſ.82.
col.fin.num.5.& in l.Gallus,§.quidam recte, col.3.ff.
de liber.& poſthum. Corn.conſ.131. num.9.lib.2.vbi
allegat Paul.de Caſtr.& Fulgoſ.in l.fin. C.de verbor.
ſignific. idem Corn.in d.l.fin. col.fin.in conſ.37.col.2.
& 3. lib.1. vbi de communi teſtatur, & pro ea etiam
Bar.allegat.& in conſ.22.nu.14 & 15.lib.2.Pariſ.conſ.
76.num.6.conſ.36.nu.1.& conſ.38.nu.1.& 15.lib.2. in
quibus locis teſtatur gloſſam in caſu præſenti magis
communiter approbari.late Tiraq.de iur. primog.q.
40.nu.192.& ſeq.vbi etiam refert pro hac parte conſuluiſſe Benedict.Capra late Hieron.Gab.in conſ.86.
num.9.lib.1. qui aſſerit in proprijs terminis hanc opinionem veriorem,& communem,quam etiam vti cõmunem ſequitur in conſ.130. num.31.& ſeq.& 36.&
ſeq.lib.2.de communi etiam in noſtris terminis teſtatur Rimin.iun.inter conſilia vlt. vol.diuer.conſil.167.
nu.5.& ſeqq.& conſ.283.nu.7.& ſeqq. lib.3.vbi dicit
opinionem iſtam velut magis receptam tenendã eſſe.
Marzar.epit.de fideicomm.q.18. affirmans etiam ſecundum eam iudicatum fuiſſe per Torniel.Paduæ, &
per Rotam Florentinam,& pro hac opinione allegat
vltra alios Duran.& Cartul. eamdem magis communem eſſe teſtatur Lauren.Hircon. in tract.com. opin.
cent.3.concluſ.54.ver.Hæc com.2.& pro ea vltra alios
allegat etiam Sebaſt.Sap. De magis communi teſtatur Alciat.conſil.676.Bologn.in conſil.17.in fin. Tob.
Non.in conſ.4.nu.6.& 7.& Benint.in deciſ.Rot.Bononien.88. vbi illam non ſolum magis cõem, ſed etiam
æquiorem appellat. Burſat. in conſ.67.num.9. lib.1.
qui affirmat iſtam opinionem magis communem, &
pro ea vltra alios allegat Boer. Matthesil. & Gribal.
et ſecundum eam dicit fuiſſe iudicatum in Rota Curiæ Romanæ, idem tenet Didac. Couar. pract. q.cap.
38.nu.4.ver.Ex his, ver. Ex quibus.et ver.Nono, late
Rol.à Vall.in conſ.68.num.31.et ſeqq.pluribus, lib.1.
qui multos allegat de communi teſtantes,et eam ipſe
ſequitur per totum conſilium, maxime nu.46. et ſeq.
vſque ad nu.59. Dominus Fab.Acorambo. Eugubin.
magni nominis, ac olim Rotæ Romanæ Decanus in
repet.l.hæredes mei,§.cum ita,ff.ad S. Conſ. Trebell.

latiſſime in proprijs terminis Cepha.in conſil.16.per
totum,lib.1. qui late hanc opinionem defendit, magis communem eſſe teſtatur. & in conſ.215.nu.12.&
15.vbi vberiorem & crebriorem eſſe dicit,& in conſi.
283.num.14.et 18.lib.2.in conſ.330. nu.53.lib.3.et in
conſ.489.num.38.et per totum,lib.4. Celſ.Hugon. in
conſ.49.num.16.Ioan. Bapt.Ferret. conſ.384. num.7.
lib.2.Caſſan.Vaſq.& alij,quos refert,et ſequitur Menoch.conſ.124.nu.81.lib.2.vbi aſſerit opinionem iſtã
eſſe veriorem,et magis receptam. Port.Imo.qui magis communem teſtatur conſ.121. nu.5.ver. Tum etiã
quia.eamque veriorem et magis communiter approbatam, ac obſeruatam fatetur Simon de Pret. in conſi.37.num.2.lib.1.de interpret.vlt.vol.lib.3.interpret.
3.dubit.4.ſolut.3.et vlt.nu.21.circa medium. ver.Tamen alia opinio gloſſæ. et late eam probat Mant. de
coniect.vlt.vol.lib.8.tit.9.in princ.

Et quoniam præſens conſultatio ex his,quæ dicam
pro reſolutione contrariorum magis clara reddetur
pro nepotibus contra patruum,ideo fundamentis in
contrarium adductis,particulariter reſpondetur.

Non obſtat quod primum dicebatur patruum teſtatori eſſe proximiorem, et conſequenter in ſucceſ-
44 ſione præferendum.Quoniam reſpondetur.†

Primo quod etſi regula, ſit vt proximior ad ſucceſ
ſionem admittatur, regula illa intelligitur, quando
eſt proximior non ſolum reſpectu gradus, ſed etiam
ſucceſſionis,cum hoc caſu non conſideretur prærogatiua gradus tantum, ſed quis in ſucceſſione præferatur,vt dicit Corn. in conſ.131.col.3.num.9. ver. Et ex
hac,et in conſ.22.num.15.lib.2. Alexan. in conſil.88.
col.1.lib.1.Pariſ.conſ.36.num.13.lib.2.et poſt Angel.
Cum.et alios Hieron. Gabriel. in d.conſ.86. num.3.
45 Quæ declaratio procedit † non ſolum in ſucceſſione
ab inteſtato, ſed etiam in fideicommiſſis, in quibus
potior dicitur nõ ille tantum,qui in gradu præcedit,
ſed qui in ſucceſſione ab inteſtato de iure communi
præfertur ſecundum Socin. iun. in conſ.126. num.25.
libro 1. et Rolan. à Vall.in conſil.68. num.48. libro 1.
In caſu autem præſenti,attenta ſucceſſione ab inteſtato,patruus non præfertur iſtis nepotibus.Sed æqualiter ſuccedunt, ſiue ſucceſſionem aui conſideremus, §.
cum filius.Inſtit.de hære.quæ ab inteſt.deſer.de communi Dec.in conſ.87.in fi.ſiue etiam ſucceſſionem patrui grauati attendamus,§.reliquum, Auth.de hære.
ab inteſt.venien. Auth.poſt fratres,C.de leg.hær.Dec.
et Curt. iun.in l.2. C.de ſucceſſ.edict. et de communi
teſtatur Benint.deciſ.88.in prin. et late ſupra dixi, ideo ipſe patruus non præfertur.

Secundo reſpondetur,quod nepotes ex propria perſona per ſe remotiores ſunt patruis, ſed quia ſuccedunt ex patris perſona,cuius locũ ingrediuntur, §.cũ
filius.Inſt.de hær.quę ab inteſt.deſer.non dicuntur re-
46 motiores, ſed in æquali gradu, † quoniam qñ agitur
de ſucceſſione aſcendẽtis,vel patrui, nepotes ex filio,
vel fratre prædefuncto ſuccedunt in locum et gradũ
patris.Soc.ſen.in conſ.252.nu.8.lib.2.Iaſ.conſ.159.nu.
2.lib.4.Rui.conſ.12.nu.13.lib.2.Tiraq.de iur.primog.
q.40.nu.166.Hieron.Gabr.d.conſ.86.nu.3.Rol.à Val.
in conſ.68.nu.23.lib.1.Franc. Bec.in conſ.81. num.1.
& 2.Gram.deci.1.& Bologn.in conſ.8.in prin.& nu.8.
47 & ſeq.†ipſumque repræſentant etiam iure diuino,canonico, & ciuili ſecundum allegatos DD. & firmat
48 Burſa.in conſ.67.nu.12.& 20.lib.1.Dicunturque† eſſe
in eodem gradu, in quo erat pater, & ſic in æquali cũ
patruo,non autem in remotiori.Iaſ.in d.conſ.159.nu.
4.lib.4.& conſ.215.col.4.verſic.Alibi,lib.2. Cor.conſ.
131.col.4.nu.10.ver.Præterea,lib.2. Pariſ.conſ.36.nu.
8.lib.2.Dec.conſ.87.in fi. Vltimo non obſtat conſ.97.

nu.4.ver.Vltimo.& in l.1.num.19. C.de ſecund.nupt.
Rol.à Vall.d.conſ.68.nu.41. Burſat.conſ.67. num.23.
& 24.libro 1.& Franc. Becc.in dicto conſ.81. Cepha'.
conſ.489. nu 59. lib.4. Quod clare probatur per tex-
tum in Autben.poſt fratres ex vtroque parente, C.de
legit. hæred. dum ibi dicitur. ij autem Fratrum filij
49 cum pares ſint defuncti fratribus &c.† Et quando fi-
lius in locum patris ſuccedit, gradus patris non cor-
rumpitur,ſed repræſentatur ſecundum Bal. quem re-
fert & ſequitur Alexan.in conſ.26.num.13. verſic.Pro
reſponſione,lib.3. Iaſ.in conſ.215.col.4. verſic.Alibi,
lib.2.Benintend.deciſ.88.nu.1.circa medium.Rolan.
à Vall. in d.conſ.68.num.26. & ſeq. & Hieron. Gabr.
conſ.130.num.32.lib.2. Pro qua opinione bene facit,
50 quod dicit Tiraq.in d.q.40.num.34. aſſerens,† patrē
non dici extinctum, ſeu non exſtare, cum adſint eius
gradum ingredientes ipſique nepotes patri in ſucceſ
ſione adæquantur, prout voluit Soc. ſen.in conſ.252.
nu.11.in fi.lib.2.vbi etiam nu.12.dicit nepotes cum eo
rum patre omnimodam ſimilitudinem habere,dicti-
51 que filij patris † iure vtuntur ſecundum Tiraq. in d.
tract.de iur.primogen.q.40.nu.85.& ideo ex perſona
patris,tamquam illum repręſentantes,ſuccedūt.Soc.
ſen.in d. conſ.252.num.18. ver.Ex quibus. Et non ve-
lut filij,ſed tamquam pater. Iaſ.conſ.159.num.2. lib.
4. Bart.in l. Gallus,§. & quid ſi tantum, col.pen. ff.de
lib. & poſth.Io.Faber & Io.Plat.in §. cum filius,Inſt.
de hær.quæ ab inteſ.defer.Paul.de Caſt.conſ.421.col.
2. lib.1. Ripa Vaſq. & alij relati per Burſat. conſ.67.
nu.24.& 25.lib.1. Cum igitur nepotes ſuccedant in lo
cū ſui patris ex patris perſona,& in eodem gradu eſ-
ſe dicantur, nec debeat conſiderari eorū perſona,ſed
patris,non poteſt dici eos eſſe in remoriori gradu,ſed
in pari cum patruo, & conſequenter æqualiter ſucce-
dunt,non obſtante primo fundamento contrariæ par
tis,quod ex ſupradictis ſublatum exſtat. Et ita in ter-
minis reſpondent etiam Rol. à Vall.d.conſ.68.nu.41.
lib.1.& Ceph.in conſ.215.nu.14.lib.2.

Nec obſtat,quod dicebatur attendi debere ſucceſ-
ſionem grauati, quia verius eſt per fideicommiſſum
teſtatori ſuccedi,& eius ſucceſſione attenta, in ea ne-
potes cum patruo concurrere, vt dixi. Et quatenus
etiam ſuccederetur grauato, proximitasque eius re-
ſpectu conſiderari deberet, adhuc opinio iſta in fauo
52 rem nepotum procederet,† cum etiam in patrui ſuc-
ceſſione nepos ex fratre cum alio patruo admittatur,
vt late ſupra demonſtraui in primo fundamento. Et
licet tex.in l.conſanguinitatis, C.de leg hære. & in §.
ſi plures.Inſti.de legi.agnat.ſucceſ.in contrarium al-
legatus, probet in ſucceſſione patrui nepotes cū alio
patruo non concurrere,iura illa fuerunt correcta per
ius Authenticorum.quo nepotes cum patruo ad ſuc-
ceſſionem vocantur,quoties agitur non ſolum de ſuc-
ceſſione aſcendentium, ſed ēt patrui auunculi, & alio
rum in dicto gradu exiſtentium, vt probatur in §.re-
liquum, Auth.de hær.ab inteſt.ven.& declarant Dec.
in conſ.1.nu.3.Iaſ.& Cur.iun.in l.2.C.de ſucceſ.edict.
& Natta in conſ.424.num.4.lib.2.

Quod ſecundo loco dicebatur nepotes non natos,
neque conceptos tēpore conditi teſtamenti,ſeu mor-
tis aui,non eſſe admittendos,parū nocet in caſu præ-
53 ſenti,† illud quidem dubitationem faceret, ſi iſti ne-
potes vellent admitti ex propria perſona vti vocati.
Ceterum cum ſuccedere velint ex perſona patris, vel
ex iure tranſmiſſo, vt fuit dictum,non eſt curandum,
numquid eſſent nati tempore mortis aui, cum ſatis
ſit eo tempore natum eſſe Stephanum patrem, quem
filij repræſentant, & quod pater ad fideicommiſſum
admitti poſſet, ſi viueret. Cin. Bartol. & ceteri in l.1.
C.de his,qui ant.apert.tabul. Doctores in l.quod di-
citur,ante finem,ff.de verb.oblig.& in terminis ita re
ſpondet Ceph.in allegato conſ.16.nu.62.lib.1.
54 Poteſt etiam aliter reſponderi,† quod tex.in l.ſi co
gnatis,& in alijs legibus in contrarium allegatis,pro
cedit in legato,vel fideicommiſſo puro, non autem in
fideicommiſſo conditionali collato in aliquod tem-
pus futurum,& incertum,quia tunc ſufficit,vt ille,qui
vult admitti, ſit in rerum natura tempore exiſtentia
conditionis, vt declarant Alexan. in conſ.26.col. fin.
lib.3.Iaſ.conſ.159.num.3.lib.4. Pariſ.conſ.36.nu.9.&
10.lib.2. Dec.conſil.217. in fine,latiſſime poſt multos
Rol.à Vall. in conſ.38.nu.35.& ſeqq.lib.4. Rub.Alex.
in conſ.28.nu.9.vbi de communi teſtatur. & Ceph.in
d.conſ.16.num.62.in fin.& 63.vbi alios allegat.& lo-
55 quuntur † etiam in caſu,in quo illi nepotes vel prone-
potes ſuccedere volebant cum eis,qui erant concepti
& nati tempore mortis teſtatoris. Ex quibus confun-
ditur diſtinctio illa. Cur.Iun.in conſ.58.nu.5.lib.1.di-
centis communem opinionem procedere,quando ne
potes concepti poſt mortem teſtatoris non concur-
runt cum alijs natis tempore mortis teſtatoris, quia
prius nati tantum admittuntur, excluſis conceptis
poſt teſtatoris mortem, quia etiam iſto caſu allegati
Doctores dicunt nepotes admitti, prout etiam in fi-
deicommiſſo conditionali ſequitur idem Cur. iun.ſi-
bi contrarius in conſ.113.nu.11.lib.2. Et hæc ex abun
danti dixi,cum prima reſponſio ſola ſufficiat.

Non obſtat Tertium obiectū, quoniam ſatis ſupra
in quarta ratione pro nepotibus adducta oſtendi ne-
potes vocatos eſſe,cum in inſtitutione comprehende
56 rentur,& conſequenter etiam in ſubſtitutione.†

Præterea ſi nepotes non poſſent dici ſubſtituti, ni-
hilominus eſſent admittendi ad fideicommiſſum vel
iure, quo patrem repræſentant per ſucceſſionem in
eiuſdem locum,vel ſaltem iure tranſmiſſionis, vt late
ſupra dixi. & ita in terminis his noſtris reſpondet
Cephal. in conſ.16. num.65. & 66. lib.1. in conſ.283.
num.7. ver.contraria.& nu.24.& 25.lib.2. poſt Ruin.
conſ.156.num.4. verſic.Sed tamen præmiſſis non ob-
ſtantibus, lib.2.

Non obſtat etiam quartum argumentum,quod ſi-
cut teſtator in inſtitutione prætulit, & magis dilexit
filios,ita videtur voluiſſe in ſubſtitutione.

Primo quia, vt dixi ſupra,ſi aliquis ex filijs teſtato
ris ei prædeceſſiſſet, relictis filiis maſculis, illi etiam
vigore inſtitutionis ſucceſſiſſent, cum talis inſtitutio,
facta de filijs naſcituris, comprehenderet etiam ne-
potes,vt declarant Bart.& Alex.& alij allegati ſupra
in quarto fundamento huius conſultationis; & ideo
nulla poteſt conſiderari maior dilectio,& ſic argumē
tum ceſſat.

Secundo ſi Hippolytus teſtator non inſtituiſſet ne
potes,id eueniſſet,quia habebat filios eorum patres,
qui nepotes præcedebāt in gradu.Sed ſi vnus ex filijs
ei prædeceſſiſſet,relictis filijs,non eſt credendum no-
luiſſe illos admitti, quia inter vnum caſum, & alium
adeſt diuerſa ratio,vt de ſe eſt notum: ideo ſtante di-
uerſitate rationis,non pōt de vno caſu in teſtamento
expreſſo ad alium fieri extēſio,nec vna pars teſtamen
57 ti aliam declarat,quia tunc† vna pars teſtamenti aliā
declararet,quando eadem ratio vigeret, & nō aliter.
Soc.iun.conſ.135.nu.6.lib.1.& Hier. Gab.in conſ.97.
num.6.libro 1.qui Dec.& alios allegat. Et bene facit
58 quod in ſimili dicant Doctores † de emphyteuſi re-
cepta pro ſe, filijs, & nepotibus, quæ pro eis rece-
pta intelligitur ordine ſucceſſiuo, videlicet primo
pro ſe,demum pro filijs, & illis defunctis, pro nepo-
tibus ſecundum communem Doctorum opinionem,
de

de qua poſt Bart. in l.quod dicitur, num.6. ff. de ver-
bot.oblig. Corn.conſil.47.lib.4. Dec.conſil.239. poſt
numerum tertium,verſic.Tertio principaliter. & con
ſil.607. num.10. teſtatur Iul. Clar.recept. ſentent. in
§. emphyteuſis, quæſtio. 35. & ſic præſumitur maio-
rem affectionem habuiſſe auum, primo erga ſe, de-
59 mum ad filios,& poſt eos ad nepotes,† & tamen con-
cluſio illa intelligitur,vt nepotes admitti nõ poſſint,
donec pater viuit,quia pater eos præcedit,ſed non ha
bet locum quoad nepotes,quorum pater prędeceſſit,
ſtantibus patruis. Eo enim caſu, etſi nepotes ſint in
vlteriori gradu, tamen in locum eorum patris ſucce-
dunt, & cum patruis admittuntur, vt declarant An-
ge.in l.Gallus,§.quidam recte,ff.de liber.& poſthum.
vbi Iaſon in prima lectura, num.5. in fin. & Alexan.
numero nono. Alexan. in conſil. 26. num. 9. libro 3.
Crau.in conſ.67.num. 5.lib.1. & alij infra allegandi,
qui dicunt, quod etſi auus voluerit prius admitti fi-
lios,& demum nepotes, id intelligitur de nepotibus
reſpectu patris,quia eos præcedit, non autem de ne-
potibus reſpectu patruorum, ſi eorum pater præde-
ceſſit, quia inter vnum caſum, & alium diuerſa adeſt
ratio,vt per eos,quæ concluſio recte (meo iudicio) ar-
gumentum ſubuertit.

Tertio vt dixi in ſecundo fundamento huius par-
tis auus plus ſeu ſaltem æqualiter diligit nepotes ex
filio præmortuo,ſicut filios.

Quarto, etſi per inſtitutionem factam de filijs di-
ci poſſet auum teſtatorem plus filios quam nepotes
dilexiſſe, & conſequenter in ſubſtitutione nepotes
non vocaſſe,non propterea cenſetur plus dilexiſſe
Ioannem Franciſcum quam Stephanum patrem iſto-
rum nepotum teſtatoris, cum eos æqualiter hæredes
inſtituerit, & ideo quemadmodum teſtator æquali-
ter dilexit Stephanum, pariter præſumitur dilexiſſe
eius filios, qui in locum, & gradum Stephani patris
ſuccedunt,& qui non ex propria perſona,& iure pro-
prio veniũt,ſed iure patris, tamquam in eius locum,
& gradum ſuccedentes, & illum repræſentantes, &
ita in terminis proprijs argumento prædicto reſpon
det Cephal conſil. 16.num.59.verſicu. Non obſtat.&
num.60.& ſeq.lib.1.

Tollitur etiam quod dicebatur nepotes iure tranſ
miſſionis non admitti, quia ſupra in quarto funda-
mento late oſtendi nepotes iure tranſmiſſionis ad-
mitti poſſe. Et quatenus iure tranſmiſſionis non ſuc-
cederent, veniunt ſaltem tamquam in locum patris
ſuccedentes,ipſumque ac eius gradum repræſentan-
tes,vt ſupra clare demonſtraui.

Alteri obiecto quod in fideicommiſſo ſola affectio
teſtatoris conſideretur, quæ maior præſumitur erga
filios; Reſpondetur.

Primo verum non eſſe,quod Bald. in d.§.in fideicõ-
miſſo.dixit,in fideicommiſſis affectionem tantum te-
60 ſtatoris conſiderari, † quia vt dixit textus in dicto §.
in fideicommiſſo. ille ad fideicommiſſum admittitur,
qui proximior eſt,quæ proximitas, vt dixi, intelligi-
tur reſpectu ſucceſſionis,qua attenta,patruus non di-
citur proximior. & ita poſt Imol. in d. §.in fideicom-
miſſo.Soc.conſ.51.num.19. Alex.Iaſ.& alios Baldo re-
ſpondet Rol.à Vall.in conſ.68.num.47.lib.1.

Secũdo negatur teſtatorem maiorem affectionem
habuiſſe ad filios viuos,quã ad nepotes filij præmor-
tui,immo maior conſideratur erga nepotes, ſeu ſaltẽ
æqualis, vt demonſtraui ſupra in ſecundo fundamen
61 to huius partis. †Quod vltra ibi dicta, confirmatur,
quia præſumitur teſtatorem parem affectionem ha-
buiſſe erga eos, qui iuris diſpoſitione in eodem gra-
du ſunt, quamuis natura alter præcedat, vti explicant
Corn.conſil.21.num.15.libro 2.Iaſ.conſil.159.colum.
penul.lib.4.& poſt eos Hieronym. Gabr.in conſil.86.
num.8.lib.1.

Tertio quod Bal. & alij eum ſequentes dicunt glo.
in d. §.in fideicommiſſo. locum habere in ſucceſſione
ab inteſtato,non autem in diſpoſitione teſtatoris,cõ-
muniter damnatur,quia gloſſa illa procedit etiam in
fideicommiſſis, & opinio glo. etiam in fideicommiſ-
ſis contra Baldum magis communiter recipitur, vt
tenent allegati ſupra in quinto fundamento huius
concluſionis.

Nec ratio haberi debet eius, quod dicitur in ſuc-
ceſſione,quæ defertur ex diſpoſitione teſtatoris atten
di ſolum proximitatem gradus, quoniam attenta
proximitate reſpectu ſucceſſionis, cum ad ſucceſſio-
nem nepotes, & patruus ſimul admittantur.Et quia
62 † nepotes ſuccedunt in gradum patris, non dicun-
tur remotiores, ſed in pari gradu, & argumentum
procedere poſſet, ſi nepotes conſiderarẽtur in eorum
gradu, & ita etiam reſpondet Cephal. in conſil.215.
num.14.libro 2.

Nec obſtat filius per fictionem ingredi locum pa-
tris.

63 Primo† quia negari poteſt filium ficte repræſenta-
re patrem, ac eius locum, quoniam talis ſubrogatio
naturalis dicitur, vt in terminis per textum in l. vlt.
in verſic.natura,C.de impuber.& alijs ſubſtitut.dixit
Tiraquel.in tractat.de iur.primog.quæſt.40 num.31.
44. & 219. & in l.ſi vmquam, in princ. num.15. C. de
reuocan.donat.

Secundo eſto quod per fictionem gradus repræſen
taretur,id non obeſſet,quia ſufficit nepotem ſuccede-
re in locum patris legis diſpoſitione, ſed an ficte, vel
vere,id non quæritur,vt dicit Tiraquel.in d.quæſt.40.
64 num.139. vbi etiam num.140.ſubdit † legem nouam,
factam in caſu vero,ad caſum fictum, vero æquipara-
tum,extendi,iuribus per eum adductis.

65 Tertio dicitur † ad caſum fictum extenſionem fie-
ri, mediante interpretatione paſſiua, procedente ab
alijs regulis iuris,l. 1. §.lex Falcidia, ff.ad leg. Falcid.
Barto. Alexan. & alij, quos refert Ruin. in conſil.12.
num.16.lib.1. Sed de iure Communi habemus regu-
lam dicentem ſubrogatum retinere naturam eius,
in cuius locum ſubrogatur,l.ſi eum,§.qui iniuriarum,
ff.ſi quis caut.& filium ſubintrare,& ſuccedere in gra
dum & locum patris, §.cum filius, Inſtitut. de hæred.
quæ ab inteſtat.defer.& dixi ſupra.Ideo ſicut lex ad-
mitteret patrem iſtorum nepotum ſi viueret, ſimul
cum fratre,ita debet admittere,& filios ſubrogatos,
& ſuccedentes in gradum, & locum eius. Et ita poſt
Ruin.in d.conſ.12.num.16.lib.1.& in conſ.171.nu.15.
lib.5.vbi de fideicommiſſo loquitur, reſpondet Rol.à
Vall.in d.conſ.68.nu.45.& ſeqq.lib.1. qui alias etiam
afferũt reſponſiones, & in fortioribus terminis idem
tenet Alex.in conſ.88.col.1. nu.4.lib.1. Accedit quar-
66 to† in contractibus verba proprie eſſe intelligenda,l.
3.ff.de neg.geſt.cũ contractus ſint ſtricti iuris,l.quid-
quid aſtringendæ,ff.de verb.oblig. & nihilominus et
in contractibus filij ingrediuntur locum patris, & cũ
67 patruo ſuccedũt,†nã quando aliquis recipit emphy-
teuſim pro ſe,filijs,& nepotibus, nepos filij præmor-
tui cum patruo ad eam admittitur ſecundum Angel.
in l.Gallus, §.quidam recte, ff.de lib.& poſthu. & ibi
Alex.nu.9.& Iaſ.nu.51.Corn.conſ.24.in fin.lib.2. Go
zad.conſ.53.num.4. Ruin.conſil.43.num.6. lib.2.Ti-
raq.de iur. primog.q.40. nu.51.Didac. Couar.pract.
qq.c.38.num.13.verſic.ſic & in emphyteuſi.late Hie-
ron.Gabriel.conſ.86.per totum, lib.1. qui nu.5. & 6.
de communi teſtatur,Rolan.à Vall. conſil.68. nu.36.

68 lib.1. † quæ ſententia locum habet non ſolum in em-
phyteuſi hæreditaria, ſed etiam in emphyteuſi eccle-
ſiaſtica non hæreditaria, vt firmant Corn. conſil. 111.
num.9. & ſequen. libro 2. Paul. de Caſtr. conſil. 146.
lib. 2. Ruin. conſil. 163. lib 1. qui num. 8. dixit Angel.
in dicto §. quidam recte, in iſtis terminis loqui. Tob.
Non. conſil. 4. in fin. Hieronym. Gabr. in dicto conſi-
lio 86. num. 9.

69 Quinto cõfirmatur in fortioribus terminis, † quia
etſi verba ſtatuti ſint proprie & ſtricte intelligenda,
l.3. §. hæc verba, ff. de nego. geſtis. Alexan. in l. ſtipula-
tionum, num. 9. ff. de verbo. obligat. & paſſim Docto-
70 res admittunt, nihilominus etiam † in diſpoſitione
ſtatuti nepos ſuccedit in locũ patris, etſi id per fictio-
nem procedat. Tiraquel. in dicta quæſt. 40. num. 22.
Paul. de Caſtr. conſ. 119. in fin. lib. 1. Socin. ſen. conſ. 9.
num. 17. & ſeqq. lib. 3. reprobata opinione Bald. aliud
ſentientis in conſ. 30. num. 3. lib. 1. quam ſententiam
ſequuntur etiam Dec. in l. 1. num. 19. C. de ſecun. nupt.
Aretin. in l gallus, §. inſtituens, in fin. ff. de libe. & po-
ſthum. Alexan. d. conſil. 88. col. 1. lib. 1. Iaſ. conſil. 159.
col. 4. libro 4. Dec. in conſil. 484. col. 2. Alber. Brun. de
ſtatut. quod ſtant. maſcul. artic. 12. num. 213. late Be-
ro. conſil. 150. libro 2. Cephal. conſil. 489. num. 59. &
ſeqq. conſil. 536. num. 14. & ſequen. & num. 18. vbi de
communi teſtatur. & conſil. 537. num. 14. & ſeq. lib. 4.
Si igitur nepotes patrem repræſentant, & in eius gra
dum ac locum ſuccedunt in contractibus, & in diſpo
ſitione ſtatuti, cuius ſit ſtricta & propria interpreta-
tio, quanto magis admitti debent in diſpoſitione te-
ſtatoris, cuius latiſſimam facimus interpretationem,
l. in teſtamentis, ff. de regul. iur. cap. in præſentia, de
probat. Rol. à Vall. in conſ. 93. num. 4. 18. & ſeq. lib. 3.
poſt Bart. & alios.

Minus nocet, quod tempore mortis teſtatoris vi-
ueret Stephanus, quo caſu filius non ingreditur lo-
71 cum patris. † Quoniam Iaſon & Dec. in contrarium
adducti, allegant Salicet. in Authen. Poſt fratres ex
vtroque parente, in princ. C. de legitim. hæred. id di-
centem per illum textum, & eius tantum auctorita-
te mouentur, cuius dictum procederet, ſi modo iſti
nepotes vellent in locum patris ſuccedere ad portio-
nem patri delatam per mortem aui, vel ſi pater vixiſ-
ſet tempore mortis illius, per cuius obitum fideicom
miſſum fuit purificatum, prout loquitur Dec. in di-
cto conſil. 1. in fin. Hoc enim caſu tamquam patrem
repræſentantes non admitterentur, cum ille viueret
eo tempore, quo ſucceſſio delata fuit. Sed quia nepo-
tes iſti teſtatoris modo intendunt ingredi locum pa
tris reſpectu fideicommiſſi poſtea purificati, ſufficit,
quod pater ſit mortuus, & de medio ſublatus tempo-
re delatæ ſucceſſionis, ita vt eius filij, ipſum repræſen
tantes, ſuccedant, vt pluries ſupra fuit dictum. Et hoc
eſt de mente omnium Doctorum, qui hanc firmant
opinionem in fauorem nepotum, qui omnes loquun-
tur in caſu, in quo pater, defuncto teſtatore, poſtea
prædeceſſit grauato, & ſic de eo, qui tempore mortis
aui viuebat, ſed tempore purificatæ conditionis erat
mortuus. Vnde aut dicendum eſt Salicet. loqui in di-
ctis terminis, prout vere loquitur, ſi recte eius verba
perpendantur, videlicet quando viuebat pater tem-
pore, quo ſucceſſio delata fuit, & non nocet. Vel ſi ali-
ter diceret, eius opinio non eſſet attendenda contra
communem, cum omnes in his terminis loquantur
neque aliquis ex eis, qui opinionem pro nepotibus
tenuerunt, de hoc dubitauerit, ſed pro conſtanti id
affirmauerit.

Vltimum vero de auctoritatibus eorum, qui dixe-
runt in fideicommiſſis nepotem non ſuccedere in lo-
cum patris. Remouetur, quia multi ex eis loquuntur
in caſibus, in quibus conſtabat de voluntate teſtato-
ris non admittendi nepotes cum filijs, Vel ex verbis
reſtrictiuis & limitatiuis, Vel ex differentia conſtitu-
72 ta inter filios & nepotes, Vel aliter. † Et quando de
contraria voluntate teſtatoris apparet, tunc nepotes
cum patruis non admittuntur, vt declarant Mant. in
dicto tit. 9. lib. 8. nu. 4. in fin. cum ſeqq. Simon de Pret.
in allegata ſolu. 3. num. 23. & ſeqq. Menoch. conſ. 200.
lib. 2. & conſ. 215. num. 139. & ſeq. lib. 3. Sed regulari-
ter quando voluntas teſtatoris non repugnat (vt in
caſu de quo agitur prout ſupra oſtendi) tunc vt dixi
in quinto fundamento pro nepotibus, opinio in eorũ
fauorem, quam tenuit glo. in d. §. in fideicommiſſo,
magis communis eſt, & lõge plures ſunt illi, qui eam
ſequuti fuerunt, quam qui illam improbauerint.

Præterea multi ex allegatis in contrarium contra
nepotes allegari non poſſunt in caſu præſenti, in quo
agitur de fideicommiſſo, facto ab auo, & ſic de ſucceſ
ſione aſcendentis, vel ſaltem patrui, cum ex allegatis
in contrarium aliqui loquantur de ſucceſſione non
73 aſcendentis vel patrui, † ſed aliorum tranſuerſalium
in vlteriori gradu exiſtentium, videlicet Iaſ. in l. ſi a-
uiæ, num. 6. C. de ſucceſſ. edict. & ibi Dec. num. 6. &
in conſil. 1. Curt. iun. in eadem l. & in conſil. 154. nu-
me. 7. & ſeq. libro 2. Pariſ. conſil. 9. num. 2. libro 2. So-
cin. iun. conſil. 9. num. 2. & conſil. 149. num. 6. libro 2.
Rolan. à Vall. conſil. 38. num. 33. libro 4. & Marzar.
in conſil. 3. Eo enim caſu recte loquuti ſunt, quoniam
nepos non ſuccedit in locum patris, quando agitur
de ſucceſſione non aſcendentis nec patrui, ſed alio-
rum in vlteriori gradu exiſtentium. Angel. in §. reli-
quum, in 3. not. Auth. de hæred. ab inteſt. per text. in
§. huiuſmodi vero priuilegium, eo. tit. Dec. dicto con-
ſil. 1. num. 3. & ſeqq. Alexan. conſ. 44. num. 19. libro 5.
de communi Burſat. in conſil. 1. num. 25. & ſeq. lib. 1.
Marzar. de fideicommiſſ. quæſt. 18. & Anton. Gabriel.
in ſuis concluſ. in tit. de ſucceſſ. ab inteſtat. concluſ. 1.
num. 13. Secus autem quando agitur de ſucceſſione
aſcendentis aut patrui, alteriuſque in eodem gradu
exiſtentis, vt dixi, & ita diſtinguentes declarant, con
trariaſque opiniones conciliant. Corn. in l. vltim. nu-
me. 9. C. de verbor. ſignific. Iaſ. in l. 2. num. 4. C. de ſuc-
ceſſ. edict. & ibidem Curt. iun. num. 9. & poſt eos Me-
noch. conſil. 124. num. 84. libro 2. & Mant. in dicto
lib. 8. titu. 9. num. 3. Ideo eorum auctoritates contra
nepotes minime allegari debent, cum in caſu diuer-
ſo penitus loquantur. Alij autem perfunctorie per-
tranſeunt, ſimpliciter Bald. allegantes, videlicet A-
lexan. in conſil. 204. col. 2. conſil. 4. col. 3. lib. 2. Gozad.
conſil. 29. num. 18. Corne. conſil. 131. libro 3. Socin.
iun. conſ. 140. num. 11. lib. 3. & Bologn. conſ. 15. num. 2.
Nec aliter articulum diſputant, ſeu de eo principali-
74 ter quærunt; † Vnde non poſſunt ad faciendum com-
munem opinionem allegari, vt dixit Soc. iun. in con-
ſil. 1. num. 143 libro 1. quem ſequitur, alios referens,
Tob. Non. in conſil. 48. num. 26. & ſequen. nam ſecun
dum eos non dicitur opinio Doctoris, quando per-
functorie aliquid dicit, nec aliter articulum diſpu-
tat, vt dicit etiam Alciat. de præſumpt. regul. 1. præ-
ſumpt. 51. num. 4. Nec etiam aliquid in propoſita
quæſtione contra nepotes firmant Socin. iun. in con-
ſil. 140. num. 11. lib. 3. & in conſ. 73. num. 31. lib. 1. Iaſ. in
l. qui liberis, §. hæc verba, num. 4. ff. de vulg. & pupil. &
Alex. in conſil. 252. lib. 2. in contrarium allegati, pro-
pterea nec communem opinionem faciunt. Detra-
ctis igitur ex numero Doctorum pro contraria par-
te allegatorum, illis, qui in diuerſo caſu, vel perfun-
ctorie loquuntur, vel qui nihil decidunt, pauci ſunt,

qui

qui pro patruo allegari poſſint,& maxime quia mul-
ti ex allegatis pro patruo, in alijs locis ſupra pro ne-
potibus adductis opinionem nepotibus fauorabilē
fuerunt ſequuti,prout fecerunt Bald. Iaſ. Alc. Curt.iu.
Dec. Capr. Rub. Alexandri, Iacob.de Put. Mattheſil.
Angel. de Periglis. Ruin. Pariſ. Bertrand.Soc.ſenior
Gozadin.Corne.Roland. à Vall. Aleiat. Port. Socin.
iunior,Menoch.& Marzar.Et quamuis etiam nec iſti
tamquam inconſtantes pro nepotibus allegandi eſ-
ſent (quod tamen non concedo de Rolan.à Vall.Mar
zar.Curt.iun.Menoch.& nonnullis alijs, qui opinio-
nes conciliant,vel in ſucceſſione non aſcendentis,vel
patrui, vel perfunctorie fuerunt loquuti, de quibus
ſupra mentionem feci) attamen illis nec pro vna par
te,nec pro alia parte computatis, ſed tantum illis in
numero poſitis, qui conſtantes fuerũt, adhuc opinio
ad fauorem nepotum magis communis eſt, vt ex nu-
mero Doctorum pro ea allegatorum facile percipi-
tur,& ſecũdum eam fuit iudicatum per Torniellum,
Rotam Florentinam,Rotam Bononiẽſem, & Rotam
Romanam, vt dixi ſupra, merito opinio iſta ſequen-
75 da eſt: Tum quia pro ea adeſt gloſſa, & quando † ſunt
opiniones hinc inde contrariæ, præualet illa,pro qua
ſtat gloſſa, Angel. poſt Iacob. Butr. in l.1. C. qui pro
ſua iuriſdict. Bald. in l.1.in fin. ff. de vulgar. & pupill.
Ioan.de Amic.conſil.145.nume.17. Dec.in capit.1.in
prima lect.numer.94.de conſtitut & in terminis not.
Rimin.iun.in conſi.283.nume.57.lib.3. Tum quia eſt
76 magis communis, quæ † in iudicando præualere ſo-
let,& obſeruari debet. Alciat.de præſumpt.reg.1.præ
ſumpt.51. Abb. Felin.& alij in dicto cap.1.de conſti-
tut.& ibi Dec.num.93.& ſeqq.& magis clare Anton.
Maria Coratius in tract.de commun.opin.in præfat.
num.38.& ſeqq.multis. Tum etiam quia ita fuit iudi
77 catum in dictis Rotis. Et in re dubia conſilia † Viro-
rum magnæ auctoritatis ſunt ſequenda, vt de deciſ.
Rot.Curiæ Roman.dicit Cæſar Contard.in repet.l.1.
de moment.poſſ limita.2 nu.26.circa finem.Nec ob-
ſtat, dum Dec. in ſupra citatis locis dicit ſecundum
eius conſilium primum in Rota Curiæ Romanæ fuiſ-
ſe iudicatum, quoniam conſuluit in caſu diuerſo, in
quo non quærebatur de ſucceſſione aui vel patrui,ſed
aliorum exiſtentium in vlteriori gradu, quod differt
à caſu præſenti ex iam dictis.

Ex quibus concludo nepotes illos ad ſucceſſionem
cum patruo eſſe admittendos etiam in bonis fidei-
commiſſo ſubiectis.

Circa ſecundum dubium de alijs bonis, fideicom-
miſſo non ſubiectis, breuiter dico, quod ſi vigore di-
cti fideicommiſſi ſolus Ioannes Franciſcus patruus
admittendus eſſet (quod ſtantibus prædictis non vi-
detur concedendum) id eſſet in medietate tantũ, alia
vero medietas remaneret in hæreditate Lucæ & An-
78 tonij pro eorum legitima & Trebel. † quæ à filijs gra-
uatis detrahi potuit ex fideicommiſſo conditionali,
ſtante quod diuerſo detrahũtur tempore, l.iubemus,
vbi Doctores communiter, C.ad S.C. Trebel.de com-
muni Alexan.in l.cohæredi,§.cum filiæ, nume.9.ff.de
vulga.& popil.& in l.in ratione,§.quod vulgo,nume.
10.ff.ad leg.Falcid. qui dicit ita per totum orbem ſer
uari,vt dicit etiam Dec.in conſil.536.nu.8. & in con-
ſil.299.numero 4.Gozadin.conſil.104.numero 14. &
de communi Rimin.iun.in conſil.75.num.14.& ſeqq.
& in conſilio 9. numero 113. & ſequent. libro 1. Et de
hoc nemo dubitat, quæ medietas & alia bona, forſan
per dictos Lucam & Antonium acquiſita, ſine dubio
pro medietate ſpectant ad dictos nepotes, filios Ste-
phani fratris prædefuncti, quoniam de iure commu-
ni vna cum patruo ab inteſtato ſuccedunt in hæredi-
tate patrui, iuxta textum, in §.reliquum, auth.de hæ-
red. ab inteſt. veni. & in auth. poſt fratres, la 1.C.de
legit.hæred. auth. vt fratrum filij, in princ. Et hoc cla-
rum eſt, vt dixi ſupra, quo caſu ceſſant omnia in con-
trarium adducta reſpectu bonorum fideicommiſſo
ſubiectorum.

*Ignoratur quid reſolutum fuerit in prædicta dubita-
tione.*

ARGVMENTVM.

Prælegata in quibus caſibus veniant in reſtitutione fideicommiſſi.

SVMMARIVM.

1 *Grauatus reſtituere hæreditatem ſeu portionem hæreditatis non tenetur reſtituere prælegata.*
Sed contra nu.20.& declaratur.nu.43.
2 *Prælegata, quæ regulariter veniunt in reſtitutione fideicommiſſi, reſtitui non debent, quando conſtat de contraria mente teſtatoris.*
3 *Dictio, Alijs, eſt excluſiua præcedentium.*
4 *Prælegata non veniant in reſtitutione fideicommiſſi, quãdo teſtator, relictis prælegatis, inſtituit hæredes in alijs bonis, & demum eos grauauit.*
Sed contra, nu.44. vbi declaratur.
Nec quando prælegata fuerunt relicta perſonæ valde dilectæ, num.5.
6 *Subſtitutio concepta per verbum, Quodcumque, continet vulgarem & fideicommiſſariam.*
7 *Prælegata non includuntur in ſubſtitutione vulgari. Fallit tamen vt nu.46.*
Nec in fideicommiſſaria ſub eadem determinatione poſita cum vulgari.nu.8.
Neque quando teſtator prohibuit alienationem, & ſic grauauit hæredem duplici onere.nu.9.
Sed contra nu.33. cum ſeq. vbi declaratur.
10 *Subſtitutio immediate facta poſt inſtitutionem, ad bona tantum in ea contenta refertur, non ad prælegata.*
Sed contra infra per totum. Et declaratur.num.49.
11 *Prælegata includuntur in ſubſtitutione reciproca, ſimpliciter facta, in qua nulla fit mentio hæreditatis.*
12 *Verbum, Subſtituo, aptum eſt comprehendere etiam legata ſingularia.*
13 *Prælegata includuntur in ſubſtitutione, quoties eius verba apta ſunt illa comprehendere.*
14 *Prælegata, facta ante ſubſtitutionem, in ea continentur. Secus ſi ſubſtitutio præcedit. cum ſeq.*
Limita quando ſubſtitutio ſubſequens eſt ſimplex. Secus ſi in ea facta fuit mentio hæreditatis, ſeu partis hæreditatis.num.16.
15 *L.Titia.ff.ad leg.Falc.intellectus.*
17 *Prælegata, quæ fere totum patrimonium abſorbent, ſuccedunt in locum portionis hæreditatis, & eiuſdem naturam retinent.*
18 *Prælegata veniunt in reſtitutione fideicommiſſi, quando abſorbent totum patrimonium, etiam ſi regulariter non venirent.*
Amplia quomodocumque verba ſubſtitutionis fuerint concepta.nu.19.
Item etiam ſi ſubſtitutio fuiſſet reſtricta ad hæreditatem. num.20.
Et etiam ſi maiorem partem tantum abſorberent. numero 22.
21 *Prælegata præſumitur abſorbere totum patrimonium, niſi contrarium probetur.*
23 *Prælegata, quæ abſorbent totum, vel maiorem partem patrimo-*

trimonij, tunc includuntur in ſubſtitutione, quando in prælegatis fuerunt aſſignatæ portiones æquales, alias ſecus.

Intellige quando adeſt magnus exceſſus, ſecus ſi modicus. num.25.

Item quando ſubſtitutio fuit facta in hereditate, non autem ſi eſt ſimplex, nu.26.

Et quando prælegata ſimpliciter fuerunt relicta. Secus ſi pro portionibus hereditatis.nu.27.

24 *Patrem æqualitatem ſeruaſſe inter filios in dubio præſumendum eſt.*

28 *Subſtitutio ſequens extenditur ad omnia relicta iure hereditario tam in inſtitutione vniuerſali quam particulari. Maxime ex veriſimili mente teſtatoris, numero 48.*

29 *Teſtatoris voluntas attenditur, cum agitur de interpretatione diſpoſitionis eiuſdem.*

Et etiam ex coniecturis deſumpta, obſeruanda eſt. numero 30.

31 *Prælegata continentur in ſubſtitutione ex præſumpta voluntate teſtatoris, & econtra.*

Vt ſi omnia bona prælegata diuiſit inter filios. numero 32.

Vel ſi prohibuit alienationem bonorum prælegatorum, vocando in caſu alienationis eos, quos ſubſtituit in caſu mortis.nu.33.cum ſeqq.

Et ſi habuit rationem conſeruandi agnationem. numero 37.

35 *Teſtator inſtituens & ſubſtituens maſculos, excluſis fœminis, ratione agnationis conſeruandæ motus præſumitur.*

36 *Ratio & cauſa fideicommiſſi potius quam verba ſunt attendenda.*

38 *Diſpoſitum quid cenſetur, quando teſtator, ſi fuiſſet interrogatus, id diſpoſuiſſet.*

39 *Fideicommiſſum late interpretatur, vt etiam prælegata includat, quando deſcendentes fuerunt ſubſtituti.*

40 *Diſpoſitio facta fauore coniunctæ perſonæ late interpretatur.*

41 *Interpretatio illa in dubio capienda eſt, quæ magis fauet agnationi.*

42 *Prælegata, quæ regulariter non veniunt in reſtitutione fideicommiſſi, an veniant ſaltem pro medietate, quam heres accipit iure proprio, & pro alia medietate in legitimam imputentur remiſſiue.*

45 *Prælegata includuntur etiam in compendioſa ſubſtitutione, quando cadit in fideicommiſſariam.*

Item in vulgari, quando teſtator diuiſit fere totum patrimonium per prælegata.num.46.

Et etiam in pupillari expreſſa.nu.47.

CONSILIVM LXXI.

CAVSA, de qua agitur, multas continet difficultates, vt ex reſponſo reddito pro Domina Minerua Paulina hærede Domini Petri contra Dominum Siluium, & filios de Vermigliolis elicitur.

Quarum principalis eſt, numquid prælegata, de quibus in teſtamento Domini Ioannis Mariæ includantur in reciproca ſubſtitutione, facta Siluio & Petro teſtatoris filijs, in qua videtur negatiue reſpondendum.

Primo per l.Titius ex parte,ff.de legat.3. in l.Marcellus,§.quidam liberis,ff.ad Trebell.in l.Titia teſta-
1 mento,ff.ad leg Falc.in quibus probatur,quod † grauatus reſtituere hæreditatem vel portionem hæreditatis,prælegata reſtituere non tenetur, ex quibus per Dominum Conſulentem,qui reſpondit pro Domina Minerua,infertur, quod vbi verba ſubſtitutionis non ſunt apta includere prælegata, illa nullo modo comprehendunt.

Secundo idem dicitur fuiſſe de mẽte teſtatoris, ex
2 teſtamento ac eiuſdem verbis deſumpta,quæ† in hac materia operatur, quod etiam vbi regulariter prælegata includerentur, ex contraria mente teſtatoris excludantur, l.cum virum,vbi omnes, C.de fideicomm. Bartol.in d.§.quidam liberis, colum.fin.verſic.Quid enim teſtator. Pariſ.conſil.79.numero 10. & ſequent. lib.1.Rimin.iun.conſil.147.num.41. libro 2.Mentem autem colligi dicitur ex eo,quod teſtator,factis prælegatis, in omnibus alijs ſuis bonis,&c. eoſdem Siluium & Petrum hæredes inſtituit,& demum ſubſtitu-
3 tionem fecit,† quæ dictio, Alijs,cum ſit excluſiua præcedentium,Bart.in l.ſi quis,§.fin.de leg.1.Dec.conſil. 653.num.4.in fin.& ſequen.Corn.conſi.5.num.3.cum
conſ.132.in 1.q num.5.lib.1. Cepha.conſ.596.no.32.
18 lib.5. Et in ſpecie,† quod io dobio ſit iudicandum ex
alienatione contra prohibitionem teſtatoris nō eſſe
incurſam pęnam priuationis, tenent Soc.ioo.in conſ.
28.oum.11.ver.& licet, lib.5. Maudel.de Alba io cooſ.
97.ou.40.& comprobant Senat. Pedem. deciſ.71.nu.
67.& Port.Imo.cooſ.38.num.37.

Poſtremo ſi vere Siluius in pœnā iocidiſſet, ex quo
illa adiecta fuit fauore Petri, qui modo non adeſt,
19 † pœna in teſtamento adiecta locum habere non po-
teſt, vt poſt Ang.& alios dixit Rol.à Val.in conſil.25.
num.17.& ſeq.lib.1. Nec ex eo quod in vita Petri fuit
20 contrauentum, aliud dici poteſt,† cum enim Petrus,
cuius fauore erat inducta pœna, illi potuiſſet reoun-
ciare, vt per Crauet.in conſ.80.nom.19.lib.1. Nec illi
locus eſſet, niſi Petro volente, & declarante, ac etiam
petente Senat.Pedemon.deciſ.94.num.23. & ſequen.
& Rolan. à Vall.conſil.100.num.71. & ſequeo. lib.4.
21 † Poſtquam Petrus deceſſit, & nihil vmquam dixit,
ſatis pœna remiſſa cenſetur, vt per Crauet.in conſil.
59. oum.7. & ſequen. libro 1. Nec eius hæres pœoam
22 illam modo declarare poteſt, com pœna † declarata
per authorem ooo poſſit declarari per ſucceſſorem
ex deductis io l.fi.C.de reuoc.don.& io c.fi.ver. Et ſic
eſt argumentum, de dona.& late per Ant.Gab.in tit.

23 de crim.concluſ.35.num.7.† Quæ etiam in diſpoſitio
ne teſtamentaria locum habent, vt per Crau. in alle-
gatis locis.& Tob. Non.conſ.28.num.10.

Nec obſtant in contrarium adducta,qnia ex ſupra
dictis remouentur. Et magis clare dicitur.

Primum remoueri ex lectura teſtamenti,in quo ap
paret,quod teſtator prælegauit Siluio bona,in eiſque
ipſum hæredem inſtituit cum prohibitione alienatio
nis,& pœna. Et inferius ſimile prælegatum fecit Pe-
tro. Demumque eoſdem Siluium & Petrum vniuer-
ſales hæredes inſtituit. Et decedenti ſine filijs ſuper-
ſtitea ſubſtituit. Et dum teſtator in caſu alienationis
priuauit alienantem bonis prælegatis, & omni alia
ſucceſſione dictæ hæreditatis,intelligi debet de hære-
ditatis portione, quam ſupra Siluio reliquerat, non
de ſucceſſione ex fideicommiſſo ob mortem Petri, de
24 quo nulla erat facta mentio,†cum dictio,Dicta, præ-
dicta, & ſimilis ſit repetitiua rerum tantum præce-
dentium,cum ſuis qualitatibus,diſpoſitionemque ad
præcedentia tantum reſtringat.Bero.conſ.132.num.
7.lib.3.& late Rol.à Val.in conſ.34.nu.30.& ſeq. mul
tis lib.4.Et quod ad dictam ſucceſſionem in dicta hę-
reditate,non ad ſucceſſionē ex conditionali fideicom
miſſo ſit reſtringenda priuatio,ſatis etiam colligitur,
quia teſtator contrauenientem ſucceſſione priuauit,
25 †priuatio autem præſupponit in ea ius quæſitũ, aliàs
enim quis priuari non potuiſſet,l.decem,ff.de verbo.
obligat.& not.conſiderat Cephal. conſil.52.num.24.
in fin.& ſeq.lib.1. & Menoch. conſil.131.num.2. ver-
ſicu.Quod autem,lib.2.Ideo intelligitur priuaſſe Sil-
uium alienantem ſucceſſione hæreditatis quæſitæ,nõ
fideicommiſſi conditionalis,in quo ius non erat quę-
ſitum: Prę ſertim quia dum teſtator priuauit Siluium,
& voluit admitti Petrum,clare oſtenditur teſtatorem
non intellexiſſe de ſucceſſione ad fideicommiſſum,qđ
purificari contigiſſet ob mortem Petri,ſed de portio-
ne hæreditaria Siluij, ad quam Petrum vocauit.Cum
igitur verba teſtamenti hanc ſucceſſionem in clauſu-
la priuationis non includant, ceſſat primum Funda-
mentum,nec per coniecturas pœna ad hanc ſucceſſio
26 nem eſt extendenda ea deductis ſupra. Et quia †pęna
per coniecturas imponi non debet,l.in teſtamento,la
2. ff.de condit. & demonſtr. Crot. conſ.379. num.20,
& ſeq.lib.3.& dixi ſupra.Et tanto magis hoc eſt dicẽ-
dum, quia adeſt diuerſa ratio inter vnam & aliã ſuc-
ceſſionem, quoniam teſtator voluit agnationem con-
ſeruare, vt dixi,& propterea alienationem prohibuit,
vt metu pœnæ filij abſtinerent, & ſic bona in fami-
lia conſeruarentur. Et ſi Siluius alienaret,vocauit Pe-
trum, ſed ſi Petrus ſine filijs maſculis poſtea deceſſiſ-
ſet extraneo hærede relicto,(vt euenit)non eſt dicen-
dum teſtatorem voluiſſe Siluium à fideicommiſſo ex-
cludere, & extraneum hæredem Petri Siluio præfer-
re contra notata in l.cum auus,ff.de cond.& demonſ.
& in l.cum acutiſſimi,C.de fideicõ. Sed dicendum eſt
voluiſſe priuare Siluium portione tantum hæredita-
tis,vt deueniret ad Petrum,ſed ipſo Petro decedente
ſine filijs noluiſſe excludere ipſum Siluium teſtatoris
filium,qui agnationem conſeruat,ne bona Petri, ſine
filijs maſculis decedentis, ad extraneos deuenirent
contra eius mentem; Idcirco pœna priuationis ad v-
tramque ſucceſſionem non eſt extendenda ob diuer-
ſitatem rationis, ea qua diuerſitate rationis etſi ſub-
ſtitutio pręcederet prohibitionem,ad illam non eſſet
27 referenda, †cum clauſula in fine poſita, etiam quan-
do aliàs ad omnia referri deberet,tamen ſtante ratio
nis diuerſitate reſtringatur,vt ad vnam tantum, non
ad omnia referatur. Bartol.in l.talis ſcriptura, §.fin.
ff.de leg.1.Bald.Roman. Alexan.& alij quos refert &
ſequitur Anton. Gabriel. in titu. de clauſul. concluſ.
9.num.3.

28 Nec nocet ſecũdum.† Illud enim procederet,ſi to-
tum teſtamentum fuiſſet impugnatum, non autem
quando præſupponitur contrauentum reſpectu ali-
cuius particularis rei,& reſpectu hæreditatis,ſeu par
tis tantum,vt fuit dictum ſupra verſic. Tertio confir-
matur,poſt Bar. Soc.iun. & alios,& ex alijs etiam ſu-
perius adductis ſatis apparet reſponſum.

Minus reſiſtit,quod tertio loco dicebatur,*per tex-
tum* in d. §.libertis, quoniam ex ſecundo fundamen-
to huius partis colligitur reſponſio. Nec id quod ex
aduerſo dicitur,ex identitate rationis,de qua in d.§.
libertis,fieri extenſionem ad priuationem fideicom-
29 miſſi in caſu mortis inducti,quoniam†in materia pri
uationis de ſimilibus ad ſimilia non proceditur, Bal.
in Authen.ex teſtamento,num.11.& ſeq. C.de ſecun.
nupt. Natta conſil. 508. num. 11. lib.3. & conſil.678.
30 num.38.lib.4. † Nec ex rationis identitate in mate-
ria priuationis argumentum à ſimili procedit Bero.
conſil.54.num.20.lib.3.Felin.in cap.2.col.4. verſic.8.
limit. de ſponſal. Iaſ. in l.cum quidam, ff.de liber. &
31 poſthum. Natt.d.conſ.508.num.11.& 12.† & ſi aliàs
materia eſſet extendibilis. Bal.in l.gallus,§.& quid ſi
tantum,col.3.ver.Ex hoc infero,ff.de lib.& poſthum.
Natt.in alleg.conſ.678.num.39.Poſtremo quia inter
vnum caſum & aliũ adeſt diuerſa ratio, ceſſat omnis
difficultas, & concluſio pro Domino Siluio etiam in
hac dubitatione facta firma manet.

Secunda proponitur difficultas, poſito, quod Do-
minus Siluius ob contrauentionem in alienando à fi-
deicommiſſi petitione repelleretur, numquid eiuſdẽ
filij maſculi ſint ad illud admittendi.

In qua videtur dicendum eos excludi debere, cum
32 enim† eorum pater deliquerit alienando contra ex-
preſſam prohibitionẽ teſtatoris,eiuſdem filii effician
tur indigni commodo teſtamenti ſecundum Matthe.
Filit.inter conſilia Pau.de Caſt.conſ.259. col.fi.lib.1.
Pariſ.conſ.19.num.83.& ſeq.& conſ.91.num.67.lib.2.
Rol.à Vall.conſ.70.num.70.lib.3.

Et ſi hæc ratio ceſſaret, nihilominus quia in teſta-
mento vocantur filij præmortui filij teſtatoris, & iſti
non ſunt tales, ex quo adhuc viuit Dominus Sil-
33 uius, † eis verba ſubſtitutionis non conueniunt, &
conſequenter nec habet locum diſpoſitio, argum.l.4.
§.toties,ff.de damn.infect. Crauet.conſil.161. nume-
ro 16.lib.1.

Et ſi conuenirent verba,attamen quoniam vocan-
tur nepotes ex præmortuo filio, & conſequenter poſt
34 patris mortem, † ipſo adhuc viuente, non videntur
admittendi, ſed tantum eo defuncto, l.peculium, §.
ſi.vbi Bar.nu.1.& 2.Pau.de Caſt.& Imo.ff.de leg.2.l.ſi
cum hæres,in fin.ff.quã.dies leg.cedat, l.hæres meus,
in prin.ff.de condit.& demonſtr.

Ceterum iſtis non obſtantibus,puto filios Domini
Siluij (ſi eorum pater à fideicommiſſo excluderetur)
ad fideicommiſſum, per mortem Petri purificatum,
venire, eiſque bona fideicommiſſo ſubiecta reſtitui
debere, cum iudicium fuerit intentatum etiam eo-
rum nomine, quatenus pater excluderetur. Et ad id
dicendum moueor.

Qm̃ vt ex lectura teſtamenti apparet, filii D.Siluii
fuerunt expreſſe vocati ad portionẽ alterius prædece
dentis ſine filiis maſculis. Et licet vocẽtur à teſtatore
35 filii,& filiorũ filii teſtatoris nepotes,†& conſequẽter
ordine ſucceſſiuo nepotes poſt filios inuitati intelli-
gantur,iuxta notata in l.gallus,§.quidã recte,ff.de li-
be.& poſth.Attũ ſi Siluius pater excluditur ob cõtra-
36 uentionẽ,†eius ſuperexiſtẽtia non haberetur in cõſi-

dera-

detatione, ſed eiuſdem filij ſunt admittendi, ac ſi pa-
tet noo ſupeteſſet, cum hæc patia ſint aliquem non ex
tare, vel extare, & non ſuccedere, ad effectum vt alius
poſt eum vocatus admittatur, l. 1. §. ſi pater emanci-
patus, & §. ſi pater in poteſtate, & ibi Bart. ff. de cõiug.
eum emancipat. lib. eius, l. 1. §. qui habet filium: & ibi
Bart. ff. de bon. poſſeſſ. contr. tabul. Alex. in conſ. 117.
num. 16. & 19. lib. 6. Iaſ. in l. plane, §. ſi duobus, num. 21.
& ſeqq. ff. de leg. 1 Fuit enim filius tamquam proai-
miot à teſtatore prædilectus nepotib. ex eo, qui cum
ſuccedete non poſſit, eius ſupereaiſtentia non atten-
ditur, nec facit, quin nepotes poſt eum vocati, admit-
tantur ex prædictis, & faciunt tradita per Doctores
io l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebell. & not. per
Bald. conſil. 271. lib. 3. Pariſ. coofil. 43. uum. 14. & ſeqq.
lib. 2. Crauer. conſil. 113. num. 4. libro 1. & melius per
Hieton. Gabriel. conſil. 90. nu. 8. & ſeq. lib. 1. qui dixe-
37 runt † ſuperexiſtentiam perſonarum, quæ ex præſum-
pta mente teſtatoris ſubſtitutis præferri deberent,
ſubſtitutoſque excluderent, tunc eos excludere quan
do ſuccedunt, ſecus ſi talis perſona non poſſet ſucce-
dere, quia tunc eius ſuperexiſtentia noo nocet ſubſti-
tutis, quin ipſi admittantur.

Et licet poſt mortem filiorum ſint vocati nepotes
non refert, ſed admittuntur etiam, donec eorum pa-
38 ter viuit, quoniam attenta † mẽte teſtatoris quæ prin-
cipaliter eſt attendenda, & non verbo, l. ex facto, ff. de
hæred. inſt. l. non aliter, ff. de leg. 3. l. in conditionibus,
primum locum, ff. de cond. & demon. Illa fuit in caſu,
de quo agitur, vt decedente aliquo ſine filijs maſcu-
lis, eiuſdem portio nõ deueniret ad extraneos, ſed ad
alios filios extantes, ſeu ad ipſorum filios, quatenus
filij non adeſſent, & ea ratione nepotes, non extaoti-
bus filijs, vocauit, quia ſi filij ſupereſſent, qui ſuccede-
rent, vt teſtator credidit, voluit eos admitti vti proxi
miores, & nepotes excludentes, ſed ſi filij non exta-
rent, qui ſuccederent, cenſetur voluiſſe nepotes veni-
re ad fideicommiſſum, & ſic bona in agnatione cõſer
uati, ad quem effectum bona alienari prohibuit, &
39 ſemper maſculos ſubſtituit. Idcirco ſicut † voluit ad-
mitti nepotes, eorum patre non extante, dicendũ eſt
illos cenſeri vocatos quomodocumque citra caſum
mortis fieret, quod pater excluderetur, & non ſucce-
deret, vt probatur in l. mulier, ff. ad Trebell. l. ſi ita, ff.
quando dies leg. cedat, l. ſi mater, C. de inſt. & ſubſtit.

Idque eo magis eſt dicendum in caſu, de quo agi-
tur, quoniam ſi teſtator voluit bona in agnatione cõ-
ſeruari, & ob id alienationẽ prohibuit. & ſemper ma-
ſculos ſubſtituit ad eacluſionem non ſolum eatraneo
rum, ſed etiam feminarum deſcendentium ab eo, qua
ratione voluit nepotes, filijs non eaiſtentibus, admit
ti, eadem ſunt admittendi, ſi filij adſunt & non poſ-
ſunt, aut volunt ſuccedere, ne contra teſtatoris men-
tem bona ad extraneos perueniant, & quia ſi de hoc
interrogatus fuiſſet teſtator, veriſimiliter ita reſpon-
diſſet, habetur, ac ſi nepotes filijs ſuccedete non vo-
lentibus, vocaſſet. Ex identitate igitur rationis, ac ve
riſimili teſtatoris mente ſubſtitutio facta in portio-
ne Petri Patrui, ſine filijs defuncti, de nepotibus poſt
mortem Dñi Siluij locum habebit, etiam ipſo viuen-
te, ſed à fideicõmiſſo eacluſo, vt per dictas & alias ra-
tiones in fortiori caſu etiam in relicto facto ab extra
neo tenuerunt Bart. in Auth. hoc locum, n. 12. & ſeqq.
ver. è contra, C. de ſecun. nupt. l. mulier. & ibi eum ce
teti ſequuntur. Alex. in d. l. ſi mater, nu. 1. & ſeq. C. de
inſt. & ſubſt. vbi Iaſ. nu. 2. de communi teſtatur. idem
Alex. in d. l. mulier, nu. 3. & ſeq. ff. ad Trebel. & in con-
ſil. 130. num. 2. 3. & 5. lib. 5. & conſ. 100. num. 6. & ſeq.
& in fine cõſilij lib. 4. & hanc opinionem communem
eſſe teſtantur Iaſ. in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, nu.
23. & ſeqq. ff. de lib. & poſthum. & ibi Soc. iun. nu. 62.
& late Mant. de coniect. vlt. vol. lib. 3. tit. 19. nu. 19. qui
licet dicant quæſtionem iure ſtricto eſſe diſputabilẽ,
firmant tamen in conſulendo & iudicando ab ea non
eſſe recedendum.

Nec obſtant contraria, quoniam verum non eſt fi-
40 lios ob contrauentionem patris priuari; † Delictum
enim patris non nocet filijs circa ea, quæ ipſi nõ à pa-
tre, ſeu ex patris perſona, ſed ab alijs iureque proprio
conſequuntur, l. 3. vbi Bar. ff de interd. & releg. Crot.
conſ. 279. num. 16. lib. 3. Burſat. conſ. 225. nu. 185. lib. 2.
41 Cum † in eis non poſſit pater filiis præiudicare. Bald.
in l. 1. in fi. C. per quas perſon. nob. acq. Bero. conſ. 155.
num. 6. lib. 3. Et propterea patre ob delictum excluſo,
42 † eiuſdem filii non excluduntur, l. 1. §. qui habet filiũ,
ff. de bono. poſſeſ. contr. tabul. Alex. conſ. 75. num. 14.
vet. Vel aliter reſpondeo, lib. 1. Et ad cognoſcendum,
an eacluſa vna perſona ob eius delictum excludan-
43 tur venientes ea ea, hęc ſolet adhiberi diſtinctio, † qđ,
Aut veniunt ex perſona excluſa, & tunc etiam eius fi-
lii, excluduntur. Aut ex propria perſona & proprio
iure, & eo caſu licet pater ſit excluſus ob delictum, ad
mittuntur filii, in quibus delictum, & cauſa odii ceſ-
ſant. Bart. in l. liberorum, num. 16. ff. de verb. ſign. Go-
zad. conſ. 34. num. 15. latiſſime Cephal. conſ. 103. per
totum, lib. 1. & Rolan. à Vall. coof. 78. num. 3. & ſeqq.
44 multis, lib. 4. † Et in ſpecie, quod ſi filius remanet pri-
uatus hæreditate, ex eo quod teſtatoris voluntati cõ-
trauenit, non priuentur nepotes ea eo, ad fideicom-
miſſum vocati, tenent Natt. in conſ. 470. num. 25. ver.
Circa tertium, vſque ad finem conſilii, lib. 2. Cephal.
coof. 582. num. 34. & ſeq. lib. 2. & not. Burſat. conſ. 13.
num. 67. & ſeq. lib. 1. vbi alios allegat. Subdens nec e-
tiam permitti teſtatori filios alicuius inobedientis
ob patris delictum priuare, cũ ſit irrationabile, quod
quis ob alterius delictum priuetur. Nec iſto caſu ſe-
quitur abſurditas, conſiderata à Mandel. de Alb. in
conſ. 57. reſpectu vſusfructus qui patri indigno per fi
45 lium acquireretur, † nam ſi filii ſuccedunt in bonis,
quibus pater ob delictum priuatur, vſusfructus patri
non acquiritur. Pau. de Caſt. in Auth. excipitur, nu. 6.
C. de bon. quæ lib. Tiraq. de retract. conſang. §. 1. gl. 9.
nu. 71. & ſeq. Bar. Alex. & alii in l. Gallus, §. quod ſi is,
ff. de lib. & poſthum. Ang. & Sal. in l. fin. C. de nat. lib.
Natta d. conſ. 470. oum. 28. & ſeqq. lib. 2. & Hieton.
Gabr. in conſ. 118. num. 11. & ſeqq. lib. 1. Vlterius quia
Dominus Siluius quatenus ipſe eaclucleretur, & filij
eſſent ad fideicommiſſum admittendi, eapreſſe renũ-
46 ciauit vſufructui, † ceſſat omnis difficultas, nec ratio-
ne vſusfructus indignitas patris filij obeſſe poteſt, vt
poſt Ang. in l. 1. §. fin. ff. de in ius vocan. & Alex. in d. §.
quod ſi is, firmauit Natt. in allegato conſ. 470. nu. 29.
47 in fin. & ſeq. Et ſtantibus prædictis, † non obſtat con-
ſilium Matthe. de Filit. per Pariſ. & Rol. ſimpliciter
allegatum, quoniam in caſu illo filii non fuerant voca
ti, ſed tantum in conditione poſiti, et agebatur de por
tione matris, quia ipſa mater ob contrauentionem
priuabatur, quæ ceſſant hic, cum nepotes ſint eapreſ-
ſe vocati, nec vendicẽt portionem patri relictam, ſed
portionem Petri patrui ſine filiis defuncti.

Minus obſtant alia, quoniam ſatis ſupra oſtenſum
fuit filios poſt mortem patris vocatos, patre quomo-
documque excluſo, admitti. Nec in contrarium alle-
48 gata reſiſtunt, † nam quando teſtator reliquit lega-
tum poſt hæredis mortem, clarum eſt antea non de-
beri; Conſtat enim tunc teſtatorem voluiſſe hære-
dem in vita legato frui. Et in caſu legis, peculium,
§. fin. ſicut voluit teſtator, quod hæres eatraneus in

vita legato vteretur, pari ratione illud retinere debet hæres, qui ab inteſtato ſuccedit. Nec io terminis dictorum iutium adeſt præſumptio contrariæ voluntatis teſtatoris. At hic quia certum eſt teſtatorem noluiſſe hæredem extraneum ad bona Petri admittere, bona ad nepotes deuenire debent, etiam viuente Siluio; nam ſi Siluius ſuccedere poſſet, filij eiuſdem non admitterentur ipſo viuente, & io iſtis terminis contraria procederent. Sed ſi Siluius excluditur, filij vocantur, poſtquam clare conſtat teſtatorem penes extraneum, nec etiam viuente grauato eius bona permanere voluiſſe, cum alienationem prohibuerit, & quatenus ſubſequeretur, eam annullauerit, & ſtatim alios ad ea vocauerit, non exſpectata alienantis morte, vt in teſtamento legitur, &c.

Ex quibus concludo Dominum Siluium, ſine eius filios ad fideicommiſſum admitti debere. Et aut pater, ſeu filij admittantur, actores erunt contenti, cum omnes ſimul egerint, & vni ſeu alteri reſtitutionem filij petierint.

Die 13. Decembris anni 1583. Tertius Arbiter, iudicialiter electus, vigore ſtatuti Peruſini, cum voto totius Rotæ Peruſinæ declarauit ſecundum concluſiones factas in duobus præcedentibus conſilijs bona etiam prælegata venire in reſtitutione fideicommiſſi. Et quia Dominus Siluius tacite conſenſit, declarauit bona illa deberi eiuſdem Siluij filijs tam quoad proprietatem, quam quoad vſumfructum, rogato Domino Bernardino Ballarino notario Peruſino.

ARGVMENTVM.

Compendioſa ſubſtitutio an, & quando comprehendat pupillarem, Si filius in pupillari ætate decedit.

SVMMARIVM.

1 *Verbum, Deueniat, aptum eſt comprehendere ſubſtitutionem fideicommiſſariam & pupillarem.*

2 *Compendioſa ſubſtitutio, facta pupillo per verbum commune, illo decedente in pupillari ætate, comprehendit pupillarem.*

Amplia etiam ſi teſtator dixerit, ſi filius deceſſerit ſine filijs. num. 3.

Item etiam ſi fuiſſet facta ſubſtitutio ſine verbo diſtributiuo, quandocumque. num. 4.

5 *Subſtitutio facta per verbum commune in dubio magis iudicatur directa, quam obliqua, maxime fauore piæ cauſæ.*

Declaratur, num. 33. cum ſeqq.

6 *Compendioſa ſubſtitutio, facta, ſi hæres deceſſerit in pupillari ætate, Titius mihi eſto hæres, vel ſubſtituo Titium in mea hæreditate, ſeu in bonis meis, eſt pupillaris, decedente hærede in dicta ætate, & verba illa, mihi in hæreditate mea, ſeu bonis meis, pro non appoſitis habentur.*

Amplia etiam ſi teſtator dixiſſet, bona mea deueniant ad Titium. num. 7.

Item in ſubſtitutione reſtricta ad bona teſtatoris. numero 8.

Sed declarantur nu. 26. cum ſeqq. & 35.

9 *Subſtitutio facta pupillo in tota hæreditate continet pupillarem.*

Intellige vt num. 38.

10 *Subſtitutio pupillaris comprehendit omnia bona etiam pupilli.*

Et excludit eos, qui pupillo ſucceſſiſſent ab inteſtato. numero 11.

12 *Subſtitutus pupillariter eſt hæres pupilli, ac ei ſuccedit. Et num. 19.*

13 *Subſticucio declaratur ex inſtitutione.*

Et in eiſdem bonis facta intelligitur, quæ continentur in inſtitutione. num. 14. cum ſeqq.

15 *Relatiuum quando ſine copula ponitur, ſtat limitatiue & reſtrictiue ad præcedentia.*

16 *Relatum eſt in referente cum omnibus ſuis qualitatibus.*

17 *Subſtitutio non comprehendit bona pupilli, quando teſtator in fine teſtamenti dixit. Et hæc eſt eius vltima voluntas, & ſuorum bonorum vltima diſpoſitio.*

18 *Subſtitutio per verba communia, reſtricta ad bona teſtatoris, omni tempore eſt fideicommiſſaria, non autem pupillaris. Et num. 21. & 36.*

Amplia in ſubſtitutione facta in bonis relictis pupillo. numero 22.

Item in ſubſtitutione facta in hæreditate teſtatoris. nu. 23. 32. & 36.

Et quamuis facta ſit cum diſtributiuo quandocumque. numero 37.

20 *Teſtatori ſucceditur per ſubſtitutionem fideicommiſſariam.*

24 *Subſtitutio facta pupillo in re certa, non in vniuerſis bonis pupilli per verba communia, numquam iudicatur pupillaris. Et num. 29.*

Amplia etiam quando facta fuit ſubſtitutio in quota hæreditatis tantum. num. 25.

Fallit quando fuit facta expreſſa pupillaris per verba directa. num. 27. & 35.

Vel cum diſtinctione temporum, & ætatum, vt quia dixerit teſtator, ſi hæres deceſſerit in pupillari ætate, ſeu aliàs quandocumque. num 28. & 35.

26 *L. cohæredi, §. fin. ff. de vulgar. & pupill. intellectus.*

30 *Subſtitutio facta pupillo in hæreditate teſtatoris, facta dicitur in re certa reſpectu pupilli. Et num. 32.*

31 *Teſtamentum patris, qui fecit pupillarem ſubſtitutionem, dicitur teſtamentum filij.*

34 *Subſtitutio fauore piæ cauſæ non mutat eius naturam, vt ſi eſt fideicommiſſaria iudicetur pupillaris.*

35 *L. ſi ita ſcriptum, §. qui filio, ff. de bon. poſſ. ſecundum tabul. intellectus.*

39 *Hæres pupilli grauati detrahit ex hæreditate reſtituenda legitimam filio debitam.*

40 *Legitima detrahitur etiam de relictis ad pias cauſas, quia in ea filius grauari non poteſt etiam fauore piæ cauſæ.*

41 *Filius grauatus detrahit ex hæreditate reſtituenda duas quartas.*

42 *Trebellianica ſeu Falcidia non detrahitur de relictis ad pias cauſas, quando immediate piæ cauſæ eſt facienda reſtitutio.*

Amplia etiam in filijs primi gradus, num. 43.

CONSILIVM LXXIII.

QVÆSTIO talis eſt. Secundus de Paſſignano, Lucam filium infantem, & poſthumos naſcituros hæredes inſtituit, illoſque ad inuicē ſubſtituit. Quibus omnibus quandocūque decedentibus ſine filijs legitimis & naturalibus ſubſtituit feminas naſcituras. Et omnibus tam maſculis, quàm feminis decedentibus ſine filijs legitimis & naturalibus, medietatem dictæ hæreditatis deuenire iuſſit ad Cōfraternitatem Sancti Rocchi, Et alteram medietatem ad Cippum domus dicti teſtatoris. Obijt teſtator, ſuperſtite Luca & filia poſthuma. Demum deceſſit femina. Et vltimo loco in pupillari ætate defunctus eſt Lucas, ſuperſtite Domina Angelina matertera proximiore, & hærede ab

de ab inteſtato. Simõ & Dionyſius de Cippo domus
teſtatoris prætendunt ſubſtitutioné,factam Lucæ,eſ
ſe pupillarem & eius vigore bona omnia, relicta in
hæreditate Lucæ, ad ipſos ſpectare.

Quæritur quid de iure ſit reſpondendum.

Et Primo motu videtur dicendum ſubſtitutionem
eſſe pupillarem, quoniam eſt compendioſa, facta per
1 verbum commune, Deueniat,† quod eſt aptum com-
prehendere nõ ſolum fideicommiſſariam, ſed etiam
pupillarem, & ſic directam ſubſtitutionem. Bar.in l.
cogi,in princ.nu.5.ff.ad Trebel. Alex.conſil.171.nu.1.
lib.2 de communi Sfort.Odd in tract.compend.par.
4. artic.1.in verb. deueniat.fol. 50. vbi alios allegat.
2 †Et quotieſcumque per verbum commune pupillo ſit
ſubſtitutio compendioſa,illo poſtea in pupillari æta-
te decedente, continet pupillarem & directam ſubſti
tutionem,text.in c.ſi pater,de teſta.in 6. Doctores in
l.centurio, vbi Bar.num.29.Paul.de Caſt.num.6.Ale-
xan.num.17. & Rip.num.117.in fi.ff.de vulgar. & pu-
pil.glo.in §.fin.Inſtit.de pupil.ſubſtit.Doctores com-
muniter in l.precibus, C.de impub.& alijs ſubſtit. &
de communi teſtantur Cuman.conſ.2.col.fin.verſicu.
In contrarium.Soc.iun.conſil.121.num.25.lib.1.late
Rol.à Val.conſ.69.num.23.& ſeq.libro 6.& Tob.No-
ni.conſil.30.num.1. & poſt Benedict. Capr.in tracta.
compendioſ. num.104. Michael de Craſſ.in tract. de
ſucceſſ.tam ex teſtamen.quam ab inteſt.§.ſubſtitutio.
q.61. num.4. & q.74. num.2. Quæ opinio non ſolum
3 procedit, quando ſimpliciter facta eſt † ſubſtitutio,
ſed etiam ſi dictum ſit,ſi deceſſerit ſine filijs, iuxta tex
tum in d.c.ſi pater,de teſtam.in 6.Paul.de Caſtr.in d.
l.precibus,num.14.verſic.Prædicta quidem. Rip in d.
l.centurio,num.89.& poſt alios Tob.Non.in conſ.30.
4 num.10.† Et quamuis ſit facta abſque verbo diſtribu-
tiuo,quandocumque,prout conſuluit Bar.in conſ.30.
& clare explicat Alex.in d.l.centurio,num.79. vbi de
communi teſtatur.

Secundo id magis eſt dicendum,cum ſubſtitutio il
la per verbum commune, quod directam quoque ſub
ſtitutionem comprehendere poteſt, facta reperiatur,
5 †quæ in dubio magis iudicari debet recta,quam obli
qua,tex.in d.cap.ſi pater,de teſtam.in 6.Tob.Non.in
conſ.25.nu.13.Præſertim fauore piæ cauſæ,& ſic dictæ
Confraternitatis,cui medietas dictæ hæreditatis re-
ſtituenda eſt,vt ſentit Corn.in conſ.138.nu.8.lib.3.

Tertio etſi ſubſtitutio ſit facta in bonis teſtatoris,
ex eo quod in dicta ſua hæreditate ſubſtituit, nihilo-
6 minus†verba illa, Dicta ſua hæreditas,& c. habentur
pro non appoſitis, & ipſis non obſtantibus, ſubſtitu-
tio compendioſa,decedente grauato in pupillari æta
te,retinet naturam pupillaris,vt probat tex.in l.ſi ita
ſcriptum,§.qui filio,ff.de bono. poſſeſſ.ſecundum tab.
vbi in effectu probatur, quod ſi teſtator dixerit, ſi fi-
lius meus in pupillari ætate deceſſerit,Titius mihi hę
res eſto,ſubſtitutus conſequitur pupilli hæreditatem,
ac ſi verbum mihi,adiectum non eſſet, & per illũ tex.
ita dicunt Iaſ.in l.cum quædam, num. 1. C.de impub.
& alijs ſubſtit.& ibi Dec.in prin.& Dec. in conſ.371,
nu.3. Non enim ex verbo mihi à teſtatore expreſſo,
vel quia ſubſtitutio ſit facta in eius hæreditate, pu-
pillaris ſubſtitutio mutatur.Paul.de Caſt.in d.l.preci
bus,num.13. Iaſ.& alij plures,quos refert Cephal.in
7 conſ.423. num. 119. libro 3. † Prout etiam non alte-
ratur natura ſubſtitutionis directę pupillaris, etiam
ſi dictum eſſet,ſi filius meus in pupillari ætate deceſſe
rit,bona mea deueniant ad Titium,vt videtur factum
in caſu noſtro, ita Bart.in d.l.ſi ita ſcriptum, in §.qui
filio.quem ſequitur ibi Alex.in addit.in litera B.Iaſ.
in d.l.cum quædam,num.1. Matheſ.in not.151.incip.

Nota vtile dictum.Corn.conſ.138.nu.8.lib.3.& Bart.
opinionem communem eſſe teſtatur Soc. ſen. in con-
8 ſil.116.nu.5.& ſeq.lib. 1.† Et in ſpecie, quod ſubſtitu-
tio reſtricta ad bona teſtatoris,comprehendat etiam
pupillarem,ſi contingat pupillum in ea ætate decede
re,firmare videtur Bart. in d.l.centurio, nu. 21. quem
refert Corn.conſ.138.num.9.lib.3.& clarius idem te-
net Sforz. Odd.in d.tract.compend.ſubſtit.par.5.art.
3.verſic.Tertia coniectura fol.154.

Quarto quia teſtator reliquit medietatem hære-
ditatis Confraternitati,& illam medietatem illis de
Cippo domus, & ſic de tota eius hæreditate diſpo-
9 ſuit, ſuſtinetur in vim pupillaris, † cum diſpoſitio,
facta de tota hæreditate, vel de omnibus bonis,illam
comprehendat.Barto.in l.centurio, in fin. Socin. ſen.
qui alios refert in l.1.col.7.verſicu.Aliquando,& ter-
tio, ff. de vulgar. & pupill. & late poſt multos idem
dixit Sforz.Odd.in d. artic.3.verſic. Sublimitatur ſe-
ptimo, folio 160.

Stantibus igitur prædictis, Simon & Dionyſius de
Cippo domus teſtatoris,pro medietate ſubſtituti,cõ
ſequi debent medietatem bonorum teſtatoris. Et a-
10 liorum in hæreditate Lucę relictorum, † cum ſubſti-
tutio pupillaris omnia bona pupilli comprehendat,
& etiam ea, quæ poſt teſtamentum pupillo fuerunt
aliunde quæſita, l.ſed ſi plures,§.ad ſubſtitutos, ff.de
11 vulg.& pupil.†excluſis alijs ab inteſtato pupillo ſuc-
ceſſuris,l.ſi teſtõ iure facto,C.de impub.& alijs ſubſt.
12 Pau.de Caſt.conſ.49.nu.1.lib.2. † cum ſuccedens per
pupillarem ſubſtitutionem ſit impuberis hæres,l pa-
ter filio, ff.de hæred.inſtitut. l.precibus,in princ.ver-
ſicu.Si vero ſubſtitutio,C.de impuber. & alijs ſubſtit.
ac ſi ipſe filius feciſſet teſtamentum,§.igitur.Inſtitut.
de pupil.ſubſtitut. & notat Socin iunior in conſil.20.
num.4.lib.4.

Re tamen diligentius conſiderata,contrarium di-
cendum arbitror,motus principaliter ex eo, quod te
ſtator, dum fecit dictam ſubſtitutionem diſpoſuit
de ſuis bonis, quod oſtenditur, quia in omnibus ſuis
bonis hæredes inſtituit Lucam & alios filios naſci-
turos, & dum omnibus decedentibus mandauit me-
dietatem hæreditatis deuenire ad confraternitatem
Sancti Rocchi, & aliam medietatem ad Cippum do-
mus,intelligitur de medietate eorumdem bonorum,
13 ſupra hæredibus inſtitutis relictorum,† cum ſubſtitu
tio ex inſtitutione declaretur, l. Lucius, §. pater pue-
rum, ff. ad Trebellian. Dec. conſil.186.num.4. Ruin.
conſil. 168. num. 4 libro 2. Et in eiſdem bonis tan-
14 tum † ſubſtitutio facta intelligitur, quæ continetur
in hæredum inſtitutione. Socin. iunior conſil.130.nu
me.14. libro 1. & conſil.79 num.15. libro 4.Ruin.con-
ſil.131. num.13. libro 3. Cephal. conſil. 259. num. 39.
& ſequen. libro 2.& Rolan. à Vall.conſil.34.num.34.
et ſeq. lib. 4.Nec comprehendit alia quam in inſtitu-
tione incluſa. iuxta textum clarum in l.1.C.de impu-
ber.et alijs ſubſtit.Vnde cum teſtator inſtituerit hęre
des Lucam,et alios filios in omnibus bonis, iuribus,
et actionibus,et c.ipſius teſtatoris, vt clare legitur in
teſtamento, ſubſtitutio ad illa reſtringitur; Præſer-
tim quia teſtator iuſſit dictam hæreditatem ad ſub-
ſtitutos deuenire.Illud enim relatiuum, Dictam, abſ-
que copula ſtat limitatiue, et reſtrictiue ad bona con
15 tenta in inſtitutione,†cum ea ſit relatiui natura,quã
do ſine copula ponitur,arg.l.ea tamen adiectio, ff.de
leg.3.et not.per Crau conſ.293.num.5.lib.2 et Rol.à
Val.conſ.82.nu.18.lib.2.In hæreditate vero prædicta
aderant tantũ bona teſtatoris,ideo et illa tantum con
tinentur in ſubſtitutione ad dictam inſtitutionem ex
16 preſſe relata,† cum relatum ſit in referente cũ omni-

bus eius qnalitatibns,l.aſſe toto, ff.de hæred.inſtitut.
Bat.in l.1.§.fin.circa finem,ff.famil.herciſc.Dec.conſ.
47.num.1.& 2.ver. Ad hoc clara videtur. Ruin.conſil.
127.num.4.in fin.& 5.lib.2. Crau.conſ.45.nu.4.lib.1.
Rim.iun.conſ.6.num.108.lib.1.& mediante tali rela
tione habetur, ac ſi teſtator ordinaſſet omnia bona
ipſius teſtatoris,iure inſtitutionis filijs relicta, deue-
nite ad prædictos ſubſtitutos iuxta notata per Ruin.
in conſ.134.nu.20.lib.2.Pariſ.in conſ.97.nu.95.& ſeq.
lib.1.& in terminis propter naturam relatiui ita dicit
Aret.in conſ.154.col.8.ver.His præmiſſis,nu.11.& 12.
& Dec.in conſ.371.nu.3.ver.& primo quia.

Prædicta & clatius comprobantur ex eo, quod te-
ſtator,facta dicta inſtitutinne & ſubſtitutione,dixit,
& hæc eſt eius vltima volūtas,& ſuorum bonorū vlti-
17 ma diſpoſitio,† Quæ verba clare oſtēdunt de ſuis tan
tum bonis,non autem de bonis pupilli diſpoſuiſſe, vt
conſiderant in terminis Aret. in dicto conſil.154.col.
8.verſicu.His præmiſſis,num.11.& Corne.conſil.352.
col. 4. num. 7. verſicu. Nec videtur,libro 3. & per to-
18 tum.Cum igitur† ſubſtitutio fuerit reſtricta ad bona
teſtatoris,in eius hæreditate relicta,& ſi ſit facta per
verba communia,apta etiam comprehendere pupil-
larem ſubſtitutionem , non reſoluitur in pupilla-
rem,ſed eſt obliqua fideicommiſſaria . Salic. in l.pre-
cibus,num.35.C.de impuber. & alijs ſubſtit.Alexan.
conſil.45.num.9.verſic.Fortificantur,lib.1. poſt mul-
tos Crau.conſ.98. nu.10.lib.1.Dec.conſ.645. num.1.
& conſ.371.num.3.verſic.Sed tamen prædictis.& in l.
cum quædam, num.2. C. de impuber. & alijs ſubſtit.
multos refert Sforz.Odd.in d.tractat.compend.ſub-
ſtitut. par. 5. artic. 3. in tertia coniectura , folio 154.
Corne.conſ.262.col.1.& 2.in princ.lib.1.vbi dicit ita
fuiſſe iudicatum. Pett.de Vbald. inter conſilia Corn.
conſil 94.& ibi Corneus in ſubſcriptione,lib.2. & Si-
mon de Pret. de interpret.vltim.vol.lib.3. interpret.
2.dubitat.1.ſolut.6.num.70.verſicu. Et quando,folio
254. Pupillaris enim ſubſtitutio fit in bonis pupilli
non teſtatoris , ideo ſubſtitutio facta modo quo ſo-
pra, non eſt pupillaris. iuxta textum clarum in l. ſed
ſi plures,§.ad ſubſtitutos,ff.de vulg.& pup.& hæc con
19 cluſio ea ratione confirmatur,quoniam†per ſubſtitu
tionem pupillarem ſucceditur pupillo & in eius bo-
nis , vt ſupra in argumentis contrariæ partis fuit de-
monſtratum, & probat text.in d. §.ad ſubſtitutos. &
20 Alex.in l.1.nu.7.ff.de vulg.& pup.† Per fideicommiſ-
ſariam vero ſucceditur teſtatori,non filio grauato, l.
cohæredi,§.cum filiæ,ff.de vulg.& pupil.Alex.in d.l.1.
num.7.verſ.Sed in q.Soc.iun.conſ.168.num.71.lib.2.
Dec.conſ.1.num.2.Cephal.conſil.306.num.77.lib.3.
21 †Idcirco ſi ſubſtitutio facta eſt in bonis & hęreditate
teſtatoris,manifeſte patet eſſe fideicommiſſariā,non
autem pupillarem, vt in terminis hac ratione vtūtur
Alexan.in conſil.45.num.9.verſicu. Fortificantur lib.
1.& in conſil.162.num.7.verſic.Quin imo.libro ſecun
do.& Dec.conſil.371.num.3.in fin.Et non ſolum prę
dicta vera ſunt , quando ſubſtitutio per verba com-
22 munia fit in bonis teſtatoris , † ſed etiam ſi in bonis
pupillo relictis.Pau.de Caſt.in conſ.49.in prin.lib.2.
23 Vel quando ſubſtituitur†quis in hæreditate teſtato-
ris,vt in caſu de quo agitur,vt clare dicunt Dec.conſ.
645.num.5.Soc.iun.conſ.101.num.18.lib.1. & Socin.
ſen.in l.1.col.8.ver. Aliquando & quarto,ff.de vulg &
pupil.Corn conſ.155.num.26.lib.2.Aret.conſ.154.in
c.Periculoſum,num.15.

Confirmantur etiam prædicta ex eo , quod quan-
24 do teſtator†facit ſubſtitutionem pupillo in re certa,
non in vniuerſis bonis eiuſdem pupilli per verba cō-
munia,talis ſubſtitutio nunquam iudicatur pupilla-
ris.Bar.in d.l.centurio,nu.18.34.& ſeqq.ff.de vulgar.
& pup.vbi oſtendit non ſolum id verum eſſe,ſi per ver
ba communia,ſed etiam ſi per directa,non tamen ci-
uilia concipitur ſubſtitutio , & quod ſubſtitutio in re
particulari non trahatur ad pupillarem,videtur pro
bare tex.in l.cogi,§.generaliter,ff.ad Treb. per quem
ita dicit Alex.in l.1.nu.8.in fi.ff.de vulg.& pup. & A-
ret.qui de communi teſtatur in conſ.154.nu.13.quam
opinionem communem appellat etiam Soc.ſen.conſ.
117.col.1.& ſeq.lib.4.& eum ſequuntur Galiaul. in d.
l.centurio,nu.95.& ibi Rip.nu.152.Natt.conſ.68.nu.
4.lib.1.Mant.de coniect.vlt.vol.lib.7.tit.3.num.13.&
Simon de Pret.in d.ſolut.6. nu.70.verſ.Et quando. &
Io.Dilect.de art.teſtan.tit.11.de ſubſtit.caut.11.Quę
25 opinio admittitur † etiam,quando in quota hæredi-
tatis repetitur facta ſubſtitutio, dummodo non in v-
niuerſa hæreditate, vt poſt Bart.dicunt Alex. in d.l.1.
nu.9.Soc.ſen.in l.1.col.9 ver.Sed magis , ff.de vulg.et
pup. Soc.iun.in d.l.centurio,nu.290. vbi Galiaul.nu.
439.et poſt eos communē dicit Michael de Craſ.in d.
26 §.ſubſtitutio.q.75.Nec huic fundamento obſtat†tex.
in l.cohæredi,§.fi.ff.de vulg.et pupil.per quem Soc.in
d.l.1.col.7. verſ.Quod aliquando primo dixit ſubſti-
tutionem factam pupillo in re certa , trahi ad totum
27 eius patrimonium,cum dictæ legis diſpoſitio†proce-
dat,quando eſt facta expreſſa pupillaris,vt dicit Pet.
de Anchar.conſ.8.col.2. verſic.Non obſtat. & proba-
tur per Bar.in l.ſi ita ſcriptum,§.qui filio, ff.de bonor.
poſſeſſ.ſecun.tab. & dicetur infra in ſolutione Tertiæ
difficultatis: Vel quando ſubſtitutio fuit cōcepta per
verba directa , vt poſt Bart. in d. l.centurio , num.18.
Soc.iun.ibi num.232.& Alex.dixit Michael Craſſ.qui
de communi teſtatur in d. §.ſubſtitutio. q.71. num.2.
28 † Vel contraria procedere poſſunt in ſubſtitutione
facta cum diſtinctione temporum & ætatum, vt quia
fuerit dictum,ſi filius deceſſerit in pupillari ætate,ſeu
aliàs quandocumque, vt poſt Soc.in d.conſ.117.num.
4.lib.4.declarat Mant.in dicto tit.3.num.14.& Simon
de Pret.in d.ſolut.6. nu.76. vbi Ang. & alios allegat ,
& probatur latius infra in ſolutione dictæ tertiæ dif-
ficultatis.Sed ſubſtitutio facta in re certa , numquam
trahitur ad totum patrimonium pupilli,quando con
cepta fuit ſubſtitutio compendioſa tantum per ver-
ba communia,apta comprehendere tacitam pupilla-
29 rem,& fideicommiſſariam;† Illa quidem quando nō
fuit facta in vniuerſum , non comprehendit pupilla-
rem, ſed tantum fideicommiſſariam , ſecundum Bar-
tol. in d. l. centurio, num.18. & Anchar.in dicto con-
ſil.8.Alexan in dicta l.1.num.8. & Aretin.conſil.154.
num. 14. & ceteri ſupra allegati . In caſu autem no-
ſtro teſtator non fecit ſubſtitutionem pupillo in vni-
uerſis bonis pupilli,ſed in hęreditate teſtatoris,& per
verba communia , non autem directa , nec pupillari-
ter ſubſtituit , ideo pupillarem non comprehendit.
Quod autem hæc ſubſtitutio facta fuerit in re certa ,
deducitur conſiderando, quod ſi facta fuiſſet pupilla
ris,per illam ſuccederetur pupillo, & ſubſtitutus pu-
pilli hæres efficeretur , in cuius hæreditate non ſo-
lum reperirentur hæreditas paterna , ſed etiam alia
30 bona materna maioris valoris . Vnde cum † teſtator
ſubſtituerit in hæreditate ipſius teſtatoris , reſpectu
pupilli dicitur ſubſtitutio in re certa,ex quo hęredita
tem teſtatoris tantum annexam pupilli patrimonio
reliquit , vt per textum in l.cum filius, §. Lucio,dixit
Bar.in d.§.Lucio,ff.de leg.2. & in l.cogi, §.ſed & ſimi-
les,ff.ad Trebell.& in terminis Soc.ſen.in d.l.1.col.8.
ver.Præterea,ff.de vulg. & pupil. & Aret. d.conſ.154.
num. 12. Vnde ſecundum Aret.in dicto conſil.154.nu
31 me.12.† ex quo teſtamētum patris in materia pupil-
laria

laris iudicatur pro teſtamento filij impuberis,ſicut ſi
pupillus illud feciſſet,ſi pupillus reliquiſſet hæredita
tem patris,eius patrimonio annexam,diceretur feciſ
32 ſe ſubſtitutionem in re certa,† pari ratione id dicen-
dum eſt in teſtamento patris reſpectu filij, & conſe-
quenter non trahitur ad pupillarem,vt clare dicit in
terminis Aret.in dicto loco.& idem tenent Soc.ſen.in
d.l.1.col.8.ver.Præterea.& ibi Alex.nu.8.& ſeq.

Et quoniam ex prædictis iuris intentio Dominæ
Angelicæ fundata eſt,& clarior redderur ex remotio-
ne contrariorum, ideo ad illorum reſolutionem de-
ueniam.

Non obſtat Primum fundamentum contrariæ par
tis,illud quidem procederet,ſi ſimpliciter compẽdio
ſa ſubſtitutio per verba communia reperiretur facta.
Secus quando reſtringitur ad bona ſeu hæreditatem
teſtatoris, vt in occurenti caſu ſactum fuiſſe conſtat.
33 Nec reſiſtit ſecundum, † nam etſi in dubio ſubſti-
tutio magis directa quam obliqua iudicetur in termi
nis d.c.ſi pater,de teſt.in 6.Id accidit ibi,quia ſubſti-
tutio facta fuit in vniuerſis bonis, vel in hæreditate
ſimpliciter, quæ in hæreditate etiam pupilli poterat
verificari,vt illum textum declarant Alexan.in d.l.1.
nu.9.ff.de vulg & pupil. & Aret.in conſ.154.num.14.
ver.Non obſtat textus:Sed aliud dicendum eſt, quan
do ex relatione ad bona teſtatoris,vel ad eius hæredi
tatem conſtat teſtatorem,dum ſubſtituit, non diſpo-
ſuiſſe de bonis proprijs pupilli(vt accidit in propoſi-
to)eo quidem caſu,non obſtat d.cap.ſi pater,ſed ſub-
ſtitutio magis iudicatur obliqua,quam directa & pu
pillaris,vt reſpondet Dec.in l.cum quædam, nu.2. C.
de impub.& alijs ſubſt.& Cor.in conſ.152.nu.2.lib.2.
34 † Nec fauor piæ cauſæ debet ſubſtitutionis naturam
mutare, cum multi ex allegatis ſupra, & etiam infra
loquantur etiam, quando ſubſtituta fuit pia cauſa,&
præſertim Alex.in conſ.162.nu.7.& ſeq.lib.2.Cor.cõſ.
152.nu.2.& 34.lib.2.& Petr.de Ancha.conſ.8. in ter-
minis clarius ipſe Corn.conſ.322.col.pen.nu.17.ver.
Nec obſtat,libro tertio. qui dicit in hoc piã cauſam
nullum habere priuilegium. Præterea quidquid dici
poſſet reſpectu medietatis,in qua fuit ſubſtituta Con
fraternitas Sancti Rocchi, clarum tamen eſt non agi
de fauore piæ cauſæ reſpectu alterius medietatis, re-
lictæ illis de Cippo domus, de qua non agitur, & ſic
ceſſat omnis difficultas.
35 Tertiæ difficultati reſpondetur,† tex.in l.ſi ita ſcri
ptum,§.qui filio,ff.de bon.poſſ.ſecund.tabul.vbi ver-
bum,mihi,à teſtatore prolatum,habetur pro non ap-
poſito,non obſtare, quoniam teſtator ibi fecit pupil-
larem expreſſam,nec eam reſtrinxit ad eius bona ſeu
hæreditatem,ideo illa ita intelligitur, vt mihi ſubſti-
tutus ſuccedat mediante perſona pupilli, cui ſucce-
dere debet ſubſtitutus per pupillarem expreſſam, &
iſta eſt illius contextus ratio,vt conſiderat Bart.in d.
§.qui filio.& Socin.ſen.in l.1. col.6.verſic.In glo. ff.de
vulg.& pupil quæ ratio ceſſat, quando,vt hic, ſubſti-
tutio reſtringitur ad hæreditatem teſtatoris, nec re-
peritur facta expreſſa pupillaris, & ita textum illum
declarant Dec.in conſ.642.nu.3.& in d.l.cum quædã
nu.2.Soc.iun.conſ.102.nu.29.lib.1. Cor.conſ.152.nu.
31.lib.2.Inſuper omnia adducta in dicto tertio argu-
mento locum habent, quando eſt facta expreſſa pu-
pillaris,quæ etſi ſit facta in bonis ſeu hæreditate teſta
toris,ſuſtinetur tñ in vim pupillaris. Et verba illa,in
bonis ſeu hæreditate teſtatoris,habentur pro non ap
poſitis,prout loquitur Bar.in d. §.qui filio.& fere om
nes in contrarium adducti, qui mouẽtur per textum
in eodẽ §.vbi ſimiliter expreſſe de pupillari ſubſtitu-
tione fuerat facta mentio per verba directa: Vel pro-
cedunt, quando ſubſtitutio concepta eſt cum diſtin-
ctione temporum,& ætatum,vt declarant Bald.in l.ſi
quis ad declinandum,nu.7.C.de epiſcop.& cler.Rip.
in l.centurio,num.100.& 105. Dec.in conſ.371.num.
8.& in d.l.cum quædam,num.2.Socin.ſen.in l.1.col.7.
ver.Aliquando & ſecundo,ff.de vulgar.& pupil.& A-
ret.conſil.154.num.14.& alij,quos adduxi ſupra. qui
Doctores, præſertim Soc.ea ratione mouentur, quia
per expreſſam pupillarem,vel per diſtinctionem æta
tum & temporum conſtat de voluntate teſtatoris fa-
cientis pupillarem,& ideo verba etiã obliqua impro
priantur, vt pupillaris ſuſtineatur. At in propoſito
ſubſtitutio fuit facta in hæreditate teſtatoris, in qua
illius tantum bona erant comprehẽſa,nulla facta di-
ſtinctione ætatum,vel mẽtione pupillaris:ideo dubia
redditur voluntas teſtatoris,& illa ex verbis attati-
uis ſubſtitutionis ĩ hæreditate teſtatoris declaratur,
vt ſcilicet teſtator noluerit pupillariter ſubſtituere,
cum de bonis pupilli diſpoſuerit, ita Bal. in l.precib.
num.60.C.de impub.& alijs ſubſtit.Pet.de Anch.con
ſi.8.incip.Difficultas,col.2.Rip.in d.l.cẽturio,nu.105.
& 107. vbi teſtatur opinionem Baldi magis commu-
niter approbari. & Alex.in conſ.162.nu.7.& 8.lib.2.
Dec.conſ.642.num.3.& Corn.conſ.32.col.9.ver.Non
obſtat quod contra,lib.3.& licet Bar.in allegata l.cẽ-
turio, num.21. loquatur de ſubſtitutione facta in bo-
nis teſtatoris, non facta mentione pupillaris, tamen
ſecundum Corn. in conſ.152.nu.28. & ſeqq lib.2. lo-
quitur Bar.de ſubſtitutione facta per verbum directũ,
quod dicit ſubintelligi,nec Bar.diſputat, aut aliquid
dicit eo caſu, quo teſtator vſus fuit verbis reſtrictiuis
in bonis teſtatoris,& ideo non nocet. Et ſi aliter Bar.
36 intelligeremus, parum eſſet curandum de eo, † cum
recepta ſit,& vera illa Doctorum opinio, quod ſubſti
tutio compendioſa facta abſque dinumeratione æta-
tum,vel expreſſe pupillo decedenti in pupillari ætate
per verba communia, ſi reſtringitur ad bona ſeu hæ-
reditatem teſtatoris non comprehendit pupillarem
ſecundum Bal.in d.l.ſi quis ad declinandum,nu.7.vbi
reprobat illam opinionem Bar.Sal.in l.precibus, nu.
34.& ſeq.C.de impub.& alijs ſubſti.Aret.in conſ.154.
nu.13.& ſeq.Inn.in c.Rain.de teſta. Rip.in d.l.centu-
rio,nu.100. & 105.vbi dicit impoſſibile eſſe pupillarẽ
ſubſtitutionem continere quando ad bona teſtatoris
eſt reſtricta,ſtante quod per pupillarẽ pupillo,& non
teſtatori ſucceditur,affirmatque Baldi opinionẽ com
munem eſſe,reprobata ſententia Bart. eãdem tenent
Dec.in conſ.371.nu.8.Corn.conſ.152.nu.26.& ſeqq.
lib.1.& alij plures ſupra allegati,& idem in propoſi-
to ſentit Ceph.in conſ.423.nu.120.& ſeqq.lib.3. pro
contraria parte adductus.

Et hæc procedunt ſecundum Bald. in d.l.ſi quis ad
37 declinandum, † etiam quando facta fuit ſubſtitutio cum
diſtributiuo quandocũque, cum diſtributiuum illud
ſecundum eum non faciat diſtinctionẽ temporum di-
ſiunctiuam,ſed tantum diſtinctionem plurium tẽpo-
rum comprehenſiuam, vt et in his terminis late con-
ſuluit Alex.in conſ.162.nu.9.& ſeqq.lib.2. qui de cõ-
muni teſtatur,& in conſ.45 nu.9.ver.Fortificatur,li.1.

Et quamuis Slor.Odd.in d.art.3. fol.154.ſupra alle-
gatus contrariũ tenere videatur,motus per tex.in d.§.
qui filio.& per Cor.in conſ.158.n.8 lib.3.(licet credã
voluiſſe allegare conſ.138.eo.lib.cum in alio Corn ni-
hil dicat.) non tñ repugnat,cum text.in d.§.qui filio.
procedat in pupillari expreſſa, vt dictum eſt,& ita lo
quitur et Cor. in d.conſ 138.& propterea quod dicit
Odd.aut ſecundũ iura,quæ allegat, debet intelligi,&
non nocet.Aut ſi aliter intelligeretur, eius opinio nõ
eſſet attendenda,cum cõtraria ſit vera & communis.

38 Quartum vero & Vltimum procederet,† ſi dictum
eſſet, vt tota & integra hæreditas, vel quod omnia bo
na deueniant ad ſubſtitutos per illa verba vniuerſa-
lia, Omne & totũ, prout loquuntur Doctores in con-
trarium adducti, & patet ex exẽplis relatis per Sforz.
Odd. in loco in contrarium allegato, & ita loquũtur
Doctores in l. Centurio. qui mouentur ad hoc dicen-
dum per dicta verba vniuerſalia. At diuerſum dicen-
dum eſt, quãdo (vt hic) ſubſtitutio fuit facta in bonia
ſeu hæreditate teſtatoris abſque illis verbis vniuer-
ſalibus; eo enim caſu pupillarem ſubſtitutionem non
comprehendit, vt declarant Aret. in d. conſ. 154. no.
14. & Soc. ſen. in d. l. 1. col. 8. ver. Aliquando & quarto,
& eſt de mente omnium in d. l. Centurio. Ex quibus
contraria omnia ſublata apparent, & cõcluſio ſupra
facta firma remanet.

Stante igitur ſupradicta concluſione, quod ſubſti-
tutio ſit fideicommiſſaria, non pupillaris ſubſtituti
conſequi debent bona & hæreditatem teſtatoris tan
tum, non autem aliquid de bonis proprijs Lucæ, ei
ex hæreditate matris, vel aliunde quæſitis, ſed ea per-
tinere debent ad Dominam Angelicam hæredem ab
inteſtato, quæ non ſolum conſequi debet bona ma-
tris Lucæ, & alia aliunde ei quæſita, ſed etiam velut
hæres Lucæ ex eius perſona ex omnibus bonis teſta-
39 toris† detrahere & retinere poterit legitimam de iu
re naturæ debitam, iuxta l. quoniam in prioribus, C.
de inoff. teſtam. tam in præiudicium illorum de Cip-
po domus, quam etiam in præiudicium dictæ confra
ternitatis, prout not. Corn. conſ. 152. in fin. ver. Et de-
40 trahet, lib. 2. † Cũ legitima etiam de relictis ad pias
cauſas detrahatur. Ruin. conſ. 57. num. 3. lib. 2. & poſt
Ant. Gabr. in ſuis concluſ. in tit. ad Trebell. concluſ.
11. nu. 14. Et in ea filius nec fauore piæ cauſæ graua-
ri poſſit, iuxta receptam opinionem, de qua teſtatur
Michael Craſſ. in d. tract. §. legitima, quæſt. 38. num.
20. De portione autem, relicta illis de Cippo domus
detrahere poterit etiam Trebellianicam ſecundum
communem, de qua in terminis teſtatur Corn. in di-
cto conſ. 152. in fin. verſ. & detrahet; & conſequenter
medietas dictæ portionis debitæ illis de Cippo do
41 mus, erit Angelicæ ex perſona Lucæ eius nepotis, †cũ
filius ex fideicommiſſo conditionali duas quartas
pro legitima & Trebellianica conſequatur, iuxta
communem opinionem Canoniſtarum, de qua teſta-
tur Alex. in l. cohæredi, §. cum filiæ, num. 9. ff. ad Tre-
bell. & in l. in ratione, §. quod vulgo, num. 10. in fin. ad
leg. Falcid. Dec conſ. 320 nu. 4. Gozad conſ. 104. num.
24 Ruin. conſ. 84. num 4. lib. 3. Rimin. iun. in conſi. 9.
42 nu. 113. & ſeqq & in conſ. 75. nu. 14 & ſeqq lib. 1. †Sed
quoniam ex alia portione, reſtituenda Confraterni-
tati nec Falcidia neque Trebellianica detrahitur,
quoniam immediate ei eſt facienda reſtitutio ſecun-
dum cõem, de qua poſt multos teſtatur Ant. Gabriel.
in d. concl. 11. Tiraq. de priuil. piæ cau. priu. 17. & Bur-
ſat. conſ. 55. num. 32. lib. 1. quam opinionem commu-
nem, & ab ea in iudicando & conſulendo non eſſe re-
cedendum teſtatur Michael Craſſ. in d. tract. de ſuc-
ceſſ. §. Trebellianica, quæſt. 6 qui num. 2. poſt Cagnol.
43 dixit† Trebellianicam ex relictis ad pias cauſas non
poſſe detrahi etiam per filios primi gradus, & de cõ-
muni teſtatur: Ex dicta medietate reſtituenda Con-
fraternitati, Domina Angelica conſequi debet legiti
mam tantum, quæ erit tertia pars, §. 1. verſic Hęc nos.
Auth. de trient. & ſemiſſ. Auth. nouiſſima, de inoffic.
teſtam. Pariſ. conſ. 45. nu. 2. lib. 2. & Corn. conſ. 40. nu.
8. lib. 3. Et conſequenter ex perſona Lucæ detrahere
poterit ex bonis teſtatoris medietatẽ medietatis re-
ſtituẽdam illis de Cippo domus pro legitima & Tre-
bellianica; Et ex alia medietate, reſtituenda Confra-
ternitati, tertiam partem pro legitima, & conſequen
ter ex vncijs duodecim habebit vncias quinque. Aliæ
vero reſtituendæ ſunt vigore dicti fideicommiſſi.

Cauſa fuit ſine ſententia amicabiliter concordata, & Angelica vt hæres Lucæ pupilli conſecuta fuit bona hæreditaria eiuſdem, bona vero ſubiecta fideicommiſſo inter ſubſtitutos fuerunt diuiſa.

ARGVMENTVM.

Clauſula codicillaris numquid operetur fideicommiſſum poſthumo ignoranter præterito, maxime quando teſtator ſuperuixit poſt natiuitatem poſthumi, & teſtamentum non reuocauit.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula codicillaris non operatur fideicommiſſum rupto teſtamento per natiuitatem poſthumi ignoranter præteriti. Et num. 9.*

2 *Militis in teſtamento intelligitur clauſula, Si non valet iure communi, valeat iure militis.*

3 *Clauſula codicillaris in teſtamento appoſita cenſetur de cõſuetudine notariorum, & nihil operatur.*

4 *Clauſula codicillaris nihil operatur contra veriſimilem mentem teſtatoris.*

Sed contra num. 39. cum ſeqq.

5 *Teſtatorem voluiſſe priuare filios, & eis extraneos præferre non præſumitur.*

Declaratur num. 48. cum ſeqq.

6 *Poſthumi natiuitas ſicut rumpit teſtamentum, & donationem, ita rumpere debet fideicommiſſum, inductum per clauſulam codicillarem appoſitam in teſtamento.*

Sed contra num. 53.

7 *Filij nec per teſtamentum, neque per codicillos priuari poſſunt hæreditate paterna.*

8 *Fideicommiſſum à filio poſthumo præterito relinqui non poteſt.*

Sed contra num. 55. Et declaratur num. 56.

10 *Teſtator, qui potuit reuocare teſtamentum, ſi non reuocauit, præſumitur illud confirmaſſe. Et num. 32.*

11 *Teſtamentum, in quo de poſthumis nulla fuit facta mentio, ipſis natis ſtatim rumpitur, nec ex eo aliquid debetur. Et num. 20.*

12 *Clauſula codicillaris poſthumo ignoranter præterito, non operatur fideicommiſſum, etiã quod teſtator nato poſthumo ſuperuixerit, & teſtamentum mutare potuerit, & non mutauerit, cum ſeqq. maxime num. 17.*

Sed contra num. 31. & 60.

13 *Teſtator ſciens teſtamentum fuiſſe reuocatum natiuitate poſthumi, ſi ſuperuixit, nec illud confirmauit, pręſumitur voluiſſe decedere ſine teſtamento, & hęredes ſcriptos nihil conſequi debere.*

Maxime ſi hęredes ſcripti erant extranei. Secus ſi deſcendentes. num. 15.

Sed contra etiam in extraneis. num. 61. & 63.

14 *Teſtamentum factum ſecundum legem antiquum, valet, licet poſtea fuerit promulgata lex noua, & teſtator ſuperuixerit, & teſtamentum non mutauerit.*

Intellige ſi teſtator parum ſuperuixit, aliàs ſecus. nu. 62.

16 *Clauſula codicillaris poſthumo ignoranter pręterito, non ita operatur nato poſthumo maſculo, ſicut nata fœmina.*

Sed contrarium probatur. num. 64.

18 *Verbum, Valeret, temporis imperfecti ſubiunctiui modi trahitur etiam ad tempus futurum.*

Verbum,

19 *Verbum, Valebit, comprehendit futurum.*

21 *Clauſula codicillaris operatur, vt filij, qui irriturunt teſtamentum, cenſeãtur rogati reſtituere hæreditatem per fideicommiſſum hæredibus ſcriptis.*

Amplia etiam, quando rumpitur teſtamentum natiuitate poſthumi, dummodo clauſula prædicta habeat verbu, quę reſpiciant futuram rupturam, nu. 22.

Et dummodo teſtator de filijs cogitauerit ſaltem in genere. num. 23. & 30.

24 *Teſtatorem de poſthumis in genere cogituſſe conſtat ex clauſula codicillari adiecta per verba, Si non valeret, ſeu valebit.*

25 *Donatio per ſuperexiſtentiã filiorum non reuocatur, quando fuit facta tempore contracti matrimonij, quia tunc de filijs cogitatum præſumitur.*

26 *Teſtator præſumitur cogitaſſe de filijs, ſi de recenti vxorem acceperut.*

Item ſi dubitare potuit, an vxor eſſet prægnans. num. 27.

Vel quando dubitare poterat, an ex ea eſſet naſciturus poſthumus. num. 28.

Et etiam quando ex teſtamento conſtat teſtatorem cogitaſſe de filijs hæredum inſtitutorum, & ſubſtitutorum. num. 29.

31 *Clauſula codicillaris fortius operatur fideicommiſſo poſthumo ignoranter prꝥterito, ſi eo nato teſtator ſuperuixit, & teſtamentum mutare potuit et non mutauit cum ſeqq.*

Et de ratione. num. 60.

33 *Donatio non reuocatur per ſuperuenientiam liberorum, ſi illis natis donator ſuperuixit, nec donationem reuocauit, quia tunc præſumitur à principio donaturũ fuiſſe, etiam ſi de filijs cogitaſſet.*

34 *Tiraquelli diſtinctio inter donationem & teſtamentum reſpectu reuocationis per natiuitatem poſthumi reprobatur.*

35 *L. Si cum vel in vtero, C. de milit. teſtam. intellectus, cum ſequen.*

36 *Præteritio filiæ factu à milite, habetur pro exhæredatione, ſi filia erat nata. Secus ſi in præteritione poſthumæ.*

37 *Clauſula codicillaris operatur fideicommiſſum, etiam poſthumo ignoranter præterito, quando fuit concepta per verba futuri temporis, ſi non valeret, ſeu valebit. Secus ſi per verba præſentis temporis, Si non valet. cum ſequen.*

38 *L. 3. ff. de milit. teſta. intellectus.*

39 *Notarius præſumitur rogatus apponere in teſtamento omnes clauſulas ſolitas & conſuetas.*

Idem de clauſulis ſolitis apponi in alijs inſtrumentis. numero 40.

Intellige quando hęc conſuetudo erat nota contrahentibus. Aliàs ſecus. nu. 41.

42 *Notarius præſumitur appoſuiſſe in teſtamento verba importantia voluntatem teſtatoris, & quod quidquid ſcripſit, à parte prius dictum fuerit.*

43 *Clauſula codicillaris præſumitur appoſita in teſtamento de voluntate teſtatoris.*

Maxime quando conſtat teſtamentum fuiſſe lectum coram teſtatore, & ipſum non contradixiſſe. num. 45.

Intellige ſi teſtator erat peritus, ſeu ſibi declarata fuit importantia dictæ clauſulæ. Aliàs ſecus. num. 46.

44 *Verbum, Actum, probat teſtamentum, ſeu aliud inſtrumentum fuiſſe lectum coram teſtatore, ſeu contrahentibus.*

47 *Notarius præſumitur diligens, peritus, ac doctus.*

48 *Clauſula codicillaris operatur fideicommiſſum etiam contra deſcendentes teſtatoris in fauorẽ extranei cum ſeqq.*

Dummodo conſtet de eis cogitaſſe ſaltem in genere. Et nu. 52. 61. & 63.

49 *Tranſmiſſio fideicommiſſi conditionalis non fit etiam in deſcendentes teſtatoris magis dilectos, niſi ex aliquibus expreſſis in teſtamento conſtet de coniectura tu mente teſtatoris pro eis.*

50 *Teſtatoris mens, quæ non colligitur ex expreſſis in teſtamento, non eſt attendenda.*

51 *Teſtamenti verba quando non poſſunt ad vnum caſum adaptari, non debemus illum capere, etiam ſi apud nos ſit præſumptio teſtatorem illum voluiſſe.*

54 *Donatio ſuſtinetur ſaltem in vim fideicommiſſi, non obſtante quod ſuperuenerint filij, quando donans proſpexit eius rupturam, & ei prouidit per clauſulam codicillarem, vel ſimile.*

56 *Filius præteritus grauari non poteſt expreſſe, ſecus quando grauantur generaliter venientes ab inteſtato, quia tunc grauamen afficit etiam filium præteritum.*

57 *Doctores illi tantum pro communi opinione allegari poſſunt, qui articulo diſcuſſo aliquid in terminis cõcludunt. Secus quando conſuluerunt in caſu diuerſo, ſed pluribus rationibus mouentur.*

58 *Rotæ Romanæ deciſiones in re dubia magni faciendæ ſunt, cum magna ſit eius auctoritas.*

59 *Æquitas non eſt, attendenda, quando verba teſtamenti non poſſunt in dictam æquitatem ſonare.*

65 *Filiorum appellatione veniunt etiam feminæ.*

66 *Filia excludit ſubſtitutum vocatum ſub conditione, Si grauatus deceſſerit ſine filijs.*

67 *Agnationis conſeruandæ ratio habita non præſumitur, quando feminæ admittuntur ad ſucceſſionem.*

68 *Filius grauatus reſtituere hæreditatem, poteſt detrahere duas quartas.*

Amplia etiam in poſthumo præterito, qui cenſetur grauatus per clauſulam codicillarem. nu. 69.

Fallit quando filius fuit pure grauatus, quia tunc detrahit legitimam tantum. num. 70.

Vt ſi poſthumus præteritus grauatus fuit per clauſulam codicillarem. nu. 71.

Maxime ſi teſtamentum fuit ruptum per natiuitatem poſthumi viuente teſtatore. nu. 72.

CONSILIVM LXXIV.

QVAESTIO propoſita, an rupto teſtamento Domini Laurentij Nuncij ciuitate Dominæ Chriſtophoræ eius filiæ poſt conditum teſtamentum, & teſtatore viuente, ac Laurentij iunioris nati poſt mortem patris ignoranter præteritorum, dicti filij teſtatoris teneantur per fideicommiſſum hæreditatem reſtituere Magnif. D. Antonio fratri teſtatoris, hæredi inſtituto in dicto teſtamento vigore clauſulæ codicillaris in eo appoſitæ: Adeo difficilis & controuerſa eſt, vt diſcerni vix poſſit, quæ ſit verior, & magis communis opinio.

In qua videtur prima facie dicendum dictos, poſthumos non teneri ad aliquam reſtitutionem faciendam Domino Antonio hæredi inſtituto, non obſtante dicta clauſula codicillari.

1 Primo ſecundum Bartol. † in l. 1. numero 11. ff. de iur. codicill. in conſil. 210. & in conſil. 235. quia etſi teſtator per clauſulam codicillarem in teſtamento appoſitam mandauerit eius voluntatem ſeruari, ſi non iure teſtamenti, ſaltem iure codicillorum, tamen hoc nõ intelligitur voluiſſe, ſi naſceretur poſthumus, ignoranter præteritus, quod probat ipſe in ſimili, nam ſicut hic inſeritur per teſtatorem clauſula, ſi non valet
2 iure teſtamenti, & cet. ita de iure † in teſtamento militis intelligitur clauſula, Si non valet iure communi, valeat iure militis, iuxta l. 3. ff. de milit. teſtam. Sed in teſtamento militis non extenditur hæc clauſula ad caſum, quando naſcitur poſthumus de quo non cogitauit

Digitized by Google

eauit teſtator, l. ſi cum in vtero, C. eod tit. ideo nec di-
cta clauſula codicillaris ad hunc caſum refertur, quo
argumento vtuntur etiam Aret. in conſ. 165. colum. 2.
ver. Præterea, & Rip. in l. ſi vnquam, q. 21. nu. 43. C. de
reuoc. donat.

Secundo pro poſthumis facit, quia cum de conſue-
tudine Notariorum in quolibet teſtamento clauſula
3 prædicta apponi ſoleat, † illa magis ex conſuetudine
Notariorum, quam quod teſtator ſciat, aut delibe-
ret, quid importet, appoſita cenſetur, & conſequen-
ter nihil operatur. Bartol. in d. l. 1. numero 11. in fine.
Socin. ſen. conſilio 93. numero 27. libro 4. Barbat. con
ſilio 60. colum. 1. lib. 2. Rub. Alexand. conſilio 112. &
conſilio 125. Alexand. conſilio 52. numero 18. & ſe-
quen. lib. 4. Rip. in d. l. ſi vnquam, q. 21. num. 43. & ſe-
quent. Dec. qui de communi teſtatur in conſilio 394.
numero 8. verſic. Tamen dictum Bartoli. Cur. iun. qui
ſimiliter communem dicit in conſilio 101. colum. fin.
numero 11. lib. 2. Anton. Gabr. in ſuis concluſio. in tit.
de conſuet. concluſ. 4. numero 3. Menoch. in conſil. 37.
num. 157. libro 1 qui alios allegat, & late poſt multos
Burſat. in conſilio 15. numero 11. & conſilio 18. nume.
18. lib. 1. vbi refert alios de communi teſtantes, & ita
in Rota Curiæ Romanæ deciſum fuiſſe allegans Go-
meſ. in deciſ. 88. in titu. de teſta. inter manu ſcriptas.

Tertio etſi clauſula prædicta de voluntate teſtato
4 ris appoſita fuiſſet, † clarum eſt aliquem effectum nõ
poſſe operari contra veriſimilem mentem teſtatoris.
Dec. in conſ. 394. nume. 9. Grammat deciſ. 62. nume-
ro 23. Anton. Gabr. in d. concluſ. 4. numero 5. Sed ſi
teſtator ſciuiſſet poſthumos, quos ignoranter præte-
rijt, poſtea ſe habiturum, vtique aut illos inſtituiſſet,
aut teſtamentum non feciſſet, ne carnem ſuam odio
habuiſſe crederetur, extraneumque ei præferret, cum
non ſit præſumendum quem à ratione, & æquitate na
turali tam deuiare, vt ſine cauſa extraneum filio, quẽ
habiturum ignorabat, præferre voluerit. Vnde cum
iſto caſu voluntas teſtatoris pro extraneo hærede, in
teſtamento inſtituto, deficiat, clauſula prædicta nihil
operatur, vt in terminis poſt Igneum in Authent. Ex
cauſa, C. de liber. præterit. numero 202. dixit Burſat.
in conſilio 15. numero 13. libro primo. & idem ſentit
Rip. in dicta l. ſi vnquam, numero 44. Hieron. Gabr.
conſilio 113. numero 13. & ſeqq. lib. 1.

Quarto hæc clauſula nihil hoc caſu operari vide-
5 tur, quia ſi teſtator de filijs cogitaſſet, veriſimile † nõ
eſt, quod voluerit proprios filios ſua hæreditate pri-
uare, & eis extraneos præferre, iuxta textum in l. ex
facto. in princip. verſic. Igitur, ff. de vulgar. & pupil. l.
cum acutiſſimi, C. de fideicom. & ita dicit Bart. dictis
conſilijs 235. & 210. allegans etiam textum in l. pe-
nultim. ff. de iur. codic. Soc. ſen. dicto conſilio 93. nu-
mero 19. & 30. Barbat. d. conſilio 60. numero 6. in fin.
& 7. Ruin. conſilio 2. in princip. lib. 3. ſentit Rub. Ale-
xand. conſil. 125. numero 3. Anton. Gabr. in d. concl.
4. numero 8. Alciat. conſilio 527. Socin. iun. conſilio 3.
numero 24. libro 4. Igneus in repet. Auth. Ex cauſa,
numero 256. & ſequent. C. de liberis & poſthumis.

Quinto pro hac opinione ſecundum Bart. & alios
6 facit l. ſi vnquam, C. de reuoc. donat. † quoniam, etſi
clauſula illa codicillaris operetur, vt rupto teſtamen
to venięns ab inteſtato per fideicommiſſum ſcripto
hæredi reſtituere teneatur, & ſic inducat fideicommiſ-
ſum, tamen ſicut in donatione facta inter viuos, intel
ligitur illa conditio, Si donator filios non ſuſceperit,
& propterea natiuitate poſthumorũ reuocatur, iux-
ta textum in d. l. ſi vnquam, & ibi communiter tradi-
ta per Doctores: Multo magis debet reuocari fideicõ
miſſum, quod non eſt ita firmum, cum ad libitum te-
ſtatoris poſſit reuocari, quod non accidit in donatio-
ne inter viuos, quæ eſt irreuocabilis, & tamen per ſu-
perexiſtentiam filiorum tollitur, & iſto argumento
pro hac opinione ſequendo Bartolum vtuntur Ruin.
conſi. 2. numero 4 & in conſilio 6. numero 7. & 8. libro
3. Barbat. conſi. 60. numero 6. in fin. verſic. Tertio. lib.
2. Soc. ſen. in conſil. 93. numero 10. & ſeqq. libro 4.

Sexto ſi dicta clauſula codicillaria hoc caſu opera-
retur fideicõmiſſum, ſequeretur vnum inconueniens,
quod per codicillos filij hæreditate paterna ſpoliarẽ
7 tur, † qui per teſtamentum priuari nequeunt, §. aliud,
§. hæc autem, & §. fin autem hæc omnia. Authent. Vt
cum de appell. cognoſc. Vnde cum filij per teſtamen-
tum priuari non poſſint, nec id erit permiſſum facere
in codicillis, l. diuus, §. licet, de iur. codicil. & in ſpecie
ita dixerunt Rub. Alexand. in dicto conſil. 125. nume-
ro 3. & poſt Bertrand. Signorol. & alios, Burſat. in d.
conſilio 15. numero 9. & 10. Igneus in d. repet. Auth.
Ex cauſa, numero 256. in fi.

Septimo ſupradicta opinio ad fauorem poſthumo
rum ſecundum Ang. in conſil. 211. colum. 2. verſ. Item
ille. & Barba. in conſ. 60. nu. 7. ver. Præterea facit. com
probatur, nam poſito quod iſta clauſula codicillaris
operetur fideicommiſſum ad fauorem hæredum in te
8 ſtamento inſtitutorum, † tamen non valeret, quia ex
ea oporteret eſſe grauatos dictos poſthumos, ab in-
teſtato ſuccedentes, qui tamen grauari non potue-
runt, cum fideicommiſſum à filio præterito relinqui
non valeat, l. 2. ff. de legat. 3.

Octauo pro hac ſentẽtia multum facit auctoritas
9 eorum, † qui dixerunt clauſulam codicillarem poſt-
humo ignoranter præterito nihil operari, quam te-
nuit Bart. in d. l. 1. num. 11. ff. de iur. codicil. & ibi gloſ-
ſa, Bart. in conſ. 210. & conſ. 235. Bald. in l. ſi totas, C.
de inoffic. donat. & in conſ. 219. lib. 3. Nicol. de Mata
rel. inter lecturas Bal. in Auth. Ex cauſa, num. 64. C.
de lib. præterit. Ang. conſ. 108. in 2. dub. & in conſilio
211. col. 2. in 4. dub. Paul. de Caſt. conſ. 200. in 3. dub.
li. 1. qui dicit hanc opinionem eſſe æquiſſimam. Aret.
conſ. 24. col. 1. late & conſ. 165. colum. 1. & 2. vbi in fine
conſilij de communi teſtatur, Iaſ. in addit. ad Port. In
ſtit. de codicil. colum. 1. ver. additio quid, & in Auth.
Ex cauſa, numero 24. qui dicit hanc opinionem eſſe
æquam, & tenendam, & de facto ita fuiſſe iudicatum
propter æquitatem per duos Senatores Mediolani.
Soc. ſen. conſil. 93. per totum, lib. 4. vbi in fine de com-
muni teſtatur. Quam etiam communem eſſe affirmat
Barbat. conſil. 60. per totum, maxime num. 8. lib. 2. &
Rub. Alex. in conſil. 112. & 125. Eam ſequuntur Ber-
tran. Curt. iun. Martin. Lauden. Afflict. & Mantua al-
legati ab Anton. Gabr. in ſuis concluſ. in tit. de clau-
ſul. concluſ. 8. num. 6. qui etiam de communi teſtan-
tur. Ruin. affirmans hanc opinionem eſſe magis ęquã
& veram in conſ. 2. conſil. 6. & in conſil. 17. numero 26.
lib. 3. Socin. iun. conſil. 153. lib. 2. & conſil. 128. numer.
72. libr. 1. Rip. in d. l. ſi vnquam, quæſt. 21. nume. 42. &
ſeqq. Ioan. Dilect. Guliel. de Benedict. & alij, quos re-
fert Iul. Clar. recept. ſent. §. teſtamentum, quæſtio. 46.
verſic. Contrarium, vbi dicit opinionem iſtam eſſe ve
riorem, æquiorem, & magis communem, & illã ſem-
per Senatuꝫ Mediolanenſem ſequutum fuiſſe Alex.
in l. ſicut certi, num. 2. C. de teſtam. milit. & in conſil.
42. in fin. ver. Non obſtat, libr. 1. Igneus, Alciat. Curt.
iun. Silua. Signorol. de Homod. Bero. Capr. & Vaſq.
quos refert & ſequitur Burſat. conſilio 15. per totum.
maxime num. 25. libr. 1. qui affirmat ita fuiſſe iudica-
tum in parlamẽto Delphinatus, & iſtam opinionem
eſſe communiorem, & æquiorem, et refert Igneum di
centem, vt animæ conſulatur, hanc opinionẽ eſſe am-
plecten-

pleƈtendam, & num. 22. refert Bolognet. affirmãtem
Doƈtores fateri hanc opinionem veriorem etiam in
conſcientia, licet quandoque cupiditate lucri contra
rium conſuluerint. Contrariam vero pro conſeruatio
ne fideicommiſſi eſſe impiam, iniquam, & neſandam.
Eamdem opinionem ſequuti fuerunt Cin. Speculat.
Albert. Galeor. Ioan. Andr. Collegium Peruſinum.
Cardin. Ioan. Bapt. de Sanƈto Seuerino. Gozad. Pic.
Gugliel. de Cun. Rain. de Forli. Iacob. de Put. & Ia-
co. de Belniſ. Apoſtil. ad Alex. & Cagnol. quos refert
Roland à Vall. conſilio 7. numero 12. libro 4. Et iſtam
opinionem æquiorem, & magis communem, ac pro
ea ita iudicaſſe, Mediolanique canonizatam affirmat
Alciat. in conſil. 527. quam etiam magis communem
appellat Tiber. Decian. conſil. 37. numero 10. & ſeqq.
lib. 1. Simon de Pret. de interpret. vltim. volunt. lib. 2.
interpret. 1. dubit. 1. ſolut. 11. num. 8. fol. 104.

Nec obſtat, quod Laurentius teſtator poſt natiui-
tatem Chriſtophoræ poſthumæ ſuperuixerit per ſpa-
tium menſium viginti, quo tempore potuit teſtamen
tum, iam per eum conditum, reuocare, filioſque inſti-
10 tuere, † quod cum non fecerit, præſumitur voluiſſe de
cedere cum eadem voluntate, & teſtamentum confir
maſſe, l. athletæ, §. dat remiſſionem, iunƈta gloſſa in
verb. niſi, ff. de excuſat. tut. gloſſa in l. traƈtabatur, ff.
de teſtam. milit. Quia videtur poſſe reſponderi.

11 Primo teſtamentum, † in quo de poſthumis nulla
eſt facta mentio eorum natiuitate ſtatim rumpi, ni-
hilque ex eo deberi, l. 1. C. de poſthum. l. 1. C. de ordi.
iud. Vnde cum natiuitate Chriſtophorę teſtamẽtum
irritum factum eſſet, non potuit conualidari noua vo
luntate, cum illa coram quinque teſtibus declarata
minime fuerit, & propterea etſi teſtator, qui multo
tempore ſuperuixit, quod teſtamentum mutare po-
tuit, cum non mutauerit, prę ſumatur durare in priori
12 voluntate, † tamen ex quo teſtamentum irritum fa-
ƈtum fuerat, diƈta eius voluntas velut inualida non
attenditur, ſecundum Bar. in conſil. 210. num. 1. in fin.
& conſil. 235. num. 2. Ang. conſ. 108. colum. 2. ver. Ve-
nio. Barbat. conſil. 60. num. 5. in fin. lib. 2. Hiero. Gabr.
conſ. 113. numero 14. verſi. Verum, lib. 1. Socin. ſen. con
ſil. 93. numer. 36. libro 4. Balleon. de Nobili. in repet.
auth. ex cauſa, num. 79. Burſ. d. conſi. 15. num. 20. lib. 1.

Secundo, etſi teſtator, qui ſuperuixit teſtamẽtum
non mutauerit, non tamen primum iam effeƈtum in-
ualidum, & confirmatum cenſetur, quoniam reuoca-
tio neceſſaria non erat, ſtante quod teſtator ſciebat,
vel ſcire debebat iam à lege natiuitate poſthumorũ
13 fuiſſe reuocatum, immo, † magis colligitur coniectu-
ra contra hæredes ſcriptos, cum enim ſciret teſtator
iam teſtamentum fuiſſe reuocatum, ſi illud non con-
firmauit, præſumitur voluiſſe ſine teſtamento decede
re, & hæredes in eo ſcriptos nihil conſequi debere, ita
Aret. in d. conſ. 165. colum. 4. numero 5. in fin. verſicu.
Præterea. Iaſ. in authent. ex cauſa, colum. 5. numero 5.
C. de liber. præterit. Rub. Alexandr. conſilio 125. nu-
mero 5. notanter Soc. iun. in conſil. 153. numero 7. lib.
2. Hieron. Gabr. & Burſat. in allegatis locis.

Tertio ſecundum Aret. & Rub. Alex. hæc ſententia
probari videtur per textum in authent. vt fact. nou.
conſtit. in verſ. Et non accuſandos, & ver. ſeq. vbi tex-
14 tus dicit, quod ſi fuerit factum teſtamentum † ſecun-
dum legem antiquam, & poſtea promulgetur lex no-
ua, quod valet teſtamentum, licet teſtator ſuperuixe
tit poſt legem nouam, & habuerit tempus mutandi,
cuius deciſionis ea affertur ratio, quia etſi teſtator te
ſtamentum mutare deliberauerit, non tamen ſemper
eſt in eius arbitrio, quia multis modis potuit impedi
ri, aut repentina morte, vel aliter.

Quarto ſi ex eo quod teſtator ſuperuiuens non mu
tauit teſtamentum, colligeretur voluntas teſtatoris
15 pro hæredibus ſcriptis, † nihil operaretur in caſu no-
ſtro, in quo frater teſtatoris alijque extranei fuerunt
inſtituti, cum eo tantum caſu diƈta coniectura tele-
uet, quando alij filij teſtatoris fuerunt inſtituti, ſecus
ſi extranei ſecundum Bar. in d. conſil. 210. nume. 1. in
fin. conſil. 235. num. 2. Bertrand. Aret. & alios allega-
tos ab Anton. Gabr. in tit. de clauſul. concl. 8. num. 17.
quæ opinio placet Ang. in conſ. 108. in fi. quando pro
hæredibus ſcriptis coniectura aliqua non concurrit,
& Soc. ſen. conſilio 93. numero 36. libro 4.

Quinto videtur non poſſe fieri fundamentum in
ſuperuiuentia teſtatoris poſt natiuitatem Chriſto-
16 phoræ filiæ, † quoniam teſtator hæredes inſtituit Do-
minum Antonium fratrem, ac Sebaſtianum filium di
ƈti Domini Antonij; Et eis decedentibus ſine filiis
ſubſtituit Ioannem Chriſtophorum Pepum, & Ioan-
nem Mariam de eius domo, & agnatione de Nutijs,
& ſic videtur habuiſſe rationem conſeruationis agna
tionis. Vnde ſi ex eo quod nata Chriſtophora poſthu
ma non mutauit teſtamentum, præſumeretur voluiſ-
ſe cum tali teſtamento decedere, & hæredes ſcriptos
vigore fideicommiſſi admitti etiam ad excluſionem
filiæ feminę, credendum eſt eiuſdem voluntatis fuiſ-
ſe eadem ratione conſeruationis agnationis, vt ſen-
tit in ſimili Paul. de Caſtr. conſil. 15. col. 3. ver. facit, &
ſequent. libro 2. Sed quia mortuo teſtatore natus eſt
filius maſculus, pariter Laurentius nominatus, & de
quo teſtator non cogitauit, in eius præiudicium nihil
operatur præſumptio, quæ deſumitur ex eo, quod pa-
ter ſuperuixit Chriſtophoræ, & non mutauit teſtamẽ-
tum, cum diuerſa ratio conſiderari poſſit, quia Lau-
rentius poſthumus agnationem conſeruat, ſicut alij
ſcripti hæredes, de quo ſi teſtator cogitaſſet, omnino
veriſimiliter teſtamentum reuocaſſet. Et quod ſit ha-
benda conſideratio in propoſito, an poſthumus ſit
maſculus vel femina, oſtendit Paul. de Caſtr. in diƈto
conſil. 15. & latius Hieron. Gabr. in diƈto conſil. 113.
numero 19. libro 1.

Sexto, & vltimo opinio hæc comprobatur auƈtori-
17 tatibus eorum, † qui dixerunt clauſulam codicilla-
rem nihil operari poſthumo ignoranter præterito, &
ſi teſtator poſt natiuitatem poſthumi ſuperuixerit te
ſtamentumque mutare potuerit, & non mutauerit,
quam opinionem tenuit Barto. in conſil. 210. numero
1. in fin. conſil. 235. numero 2. Aretin. conſ. 165. in 2.
dub. Barbat. conſ. 60 numero 5. libr. 2. Rub. Alexand.
qui de communi teſtatur conſ. 125. numero 4. & 5. So-
cin. iun. conſ. 153. numero 6. & ſequen. lib. 2. Iul. Clar.
recept. ſent. §. teſtamentum, quæſt. 46. in fin. Rip. in d. l.
ſi vnquam, q. 42. numero 104. & ſeqq. Ang. in l. 1. C. de
codicill. vbi dicit ita determinatum fuiſſe per Colle-
gium Peruſinum, Bertrand. & alij relati ab Ant. Gab.
in d. tit. de clauſul. concluſ. 8. nu. 16. Apoſtill ad Alex.
in conſ. 30. in littera D, in verb. ſuperuixiſſet. lib. 3. So-
cin. ſen. conſil. 93. numero 36. libro 4. Tiraq. & alij re-
lati per Rolan. à Vall. conſ. 7. numero 16. libro 4 cum
hac opinione tranſire videtur Balleon. de Nobilib. in
repet. auth. ex cauſa, numero 79. & ſeq. & late Burſat.
alios referens in conſil. 15. numero 18. & ſeqq. libro 1.

Quibus tamen non obſtantibus puto contrariam
opinionem in caſu præſenti veriorem, & magis com-
munem eſſe. Ad quod oſtendendum, Præmitto quod
Laurentius teſtator, poſtquam perfeƈte ſuam volun-
tatem ordinauit, diſpoſuit, quod ſi diƈta ſua vltima
voluntas non valeret, ſeu valebit iure teſtamenti, vo-
lebat valere iure codicillorũ, donationis cauſa mor-
tis, & alterius cuiuſcumque vltimæ voluntatis; Quæ
verba

Digitized by Google

verba, Si non valeret, ſeu valebit, futurum tempus re
18 ſpiciunt, † quoniam verbum illud, Si non valeret, tem
poris præteriti imperfecti ſubiunctiui modi trahatur
etiam ad futurum, illudque comprehendit ſecundum
Bal. in l. ſi quis agere, nu. 22. & 23. C. de codic. Corne.
Dec. & alij relati per Pariſ. conſ. 60. nu. 24. li. 2. Corn.
conſ. 192. nu. 3. lib. 2. & late Burſat. in conſil. 89. nu. 43.
& ſeqq. maxime num. 46. lib. 1. Hiero. Gabr. in conſil.
113. nu. 8. li. 1. Quod ſine dubio dicendum eſt in occur
renti caſu, cum non dixerit tantum, ſi non valeret, ſed
19 etiam ſi non valebit, † quod verbum, Valebit, ſine dif
ficultate, & controuerſia aliqua futurum tempus cõ-
prehendere affirmant. Bart. Bald. & alij in d. Auth. ex
cauſa, præcipue Alex. num. 14. Oldrad. conſ. 149. Ang.
in l. 1. ff. de iur. codicil. Bal. in l. fin. nu. 20. C. de codic.
Salic. Caſtr. & ceteri, relati à Ceph. conſ. 138. num. 32.
li. 1. Corn. conſ. 118. nu. 17. verſ. Sed dato, libr. 2. & alij
20 omnes id admittunt. Quo premiſſo dico, † quod etſi
teſtamentum prædictum in quo de poſthumis nulla
fuit facta mentio, eorum natiuitate irritetur, nullum-
que reddatur, l. 2. C. de poſthum. hæred. inſtit. Inſtit.
de exhære. liber. in princ. & §. poſthum. communiter
Doctores in auth. ex cauſa, C. de lib. præter. in l. poſt-
humo, C. de bonor. poſſeſ. contr. tabul. & alibi paſſim,
21 † Tamen quia teſtator, dum clauſulam codicillarem
appoſuit, declarauit velle valere eius diſpoſitionem
codicillorũ, ſeu alterius vltimæ voluntatis, licet quo-
ad inſtitutionem teſtamentum reddatur nullum, ni-
hilominus directa inſtitutio, facta de hæredibus ſcri-
ptis, obliquatur, & filij, qui teſtamentum irritarunt,
& ab inteſtato ſuccedunt, rogati cenſentur per fidei-
commiſſum ſcriptis hæredibus hæreditatem reſtitue
re, l. ex ea, §. his verbis, vbi Bart. ff. de teſta. l. quæratur,
ff. de milit. teſtam. Bar. in l. 1. nu. 14. ff. de iur. codic. Ol-
dra. conſil. 171. col. fin. Fulg. conſ. 32. & conſil. 171. Pa-
riſ. conſ. 60. num. 20. lib. 2. vbi poſt Bal. Paul. de Caſtr.
Alex. Dec. & alios multos de communi teſtatur. Quæ
quidem opinio, vt rupto teſtamento vigore clauſulæ
codicillaris, filij qui ſuccedunt ab inteſtato cenſentur
rogati per fideicommiſſum reſtituere hæredibus ſcri
22 ptis, † procedit etiam quando rumpitur teſtamentũ
natiuitate poſthumi, dummodo clauſula prędicta per
verba futuram rupturam reſpicientia adiecta fuerit
in teſtamento, prout in caſu præſenti futurum reſpice
re demonſtraui, ita in propoſito dixerunt quaſi om-
nes Doctores ante Bart. prout refert ipſe in l. 1. num.
10. ff. de iur. codic. Alex. in auth. ex cauſa, nume. 13. C.
de lib. præter. qui de communi teſtatur. vbi etiam Iaſ.
nu. 22. & 23. dicit hanc opinionẽ eſſe communem, nul
lamque habere difficultatem. Capel. Toloſ. deciſ. 455.
Soc. iun. qui communem dicit in conſ. 107. nu. 24. lib.
1. & in conſ. 29. nu. 7. libr. 3. Curt. iuo. in conſil. 148. nu.
10. lib. 2. Dec. conſil. 242. nu. 2. & conſil. 490. num. 10.
Iul. Clar. alios quam plures referens in §. teſtamentũ,
q. 46. in princ. Pariſ. conſ. 60. col. 3. & 4. libr. 2. Hieron.
Gabr. conſi. 113. num. 2. lib. 1. & communem eſſe poſt
alios affirmat Burſat. in conſil. 15. nume. 3. lib. 1. Vnde
cum in caſu, de quo quæritur, clauſula codicillaris,
per verba futurum reſpicientia in teſtamento fuerit
appoſita, quamuis teſtamentum ruptum, irritumque
factum fuerit natiuitate poſthumorum, nihilominus
præfato Domino Antonio hæredi inſtituto hæredi-
tas reſtitui debet vigore fideicommiſſi, quo filij prędi
cti rogati, & grauati intelliguntur per dicta verba, Et
ſi non valeret, ſeu valebit &c. quæ idem important,
ac ſi expreſſe à venientibus ab inteſtato fideicommiſ
ſum fuiſſet relictum vt ſcripſerunt relati Doctores, &
clare Barto. in d. l. 1. num. 9. ff. de iur. codicil. Cappel.
Toloſ. dicta deciſ. 455. & Cor. conſ. 118. colum. 1. lib. 2.

Nec Domino Antonio aduerſatur, quod teſtamen
tum fuerit conditum per multos menſes, antequam
poſthumi naſcerentur, & conſequenter clauſula codi-
cillaris nihil operetur, cum de filijs non credatur co-
gitatum. iuxta opinionem Bar. in l. 1. in 6. q. ff. de iur.
23 codic. † quoniam ad hoc vt fideicommiſſi reſtitutio
facienda ſit, ſatis erit conſtare teſtatorem de filijs co-
gitaſſe ſi non explicite, ſaltem in genere, iuxta textum
in l. qui iure, ff. de teſtam. milit. vbi probatur ſcientiã
patris in genere filiorum nocere poſthumis, pro quẽ
ita tenent Bald. & Salic. in l. fin. C. de codic. Alexan. in
d. authen. ex cauſa, num. 14. ver. Vnde, & in conſ. 123.
numero 10. lib. 1. Dec. conſ. 490. num. 2. verſ. Primo in
genere. Rom. conſ. 122. ver. Præmiſſis, & ver. Nec refra
gatur. Corn. conſ. 158. num. 36. verſ. Tamen, lib. 2. Soc.
ſen. conſ. 93. numero 26. libro 4. Ruin. conſ. 19. num. 8.
lib. 3. Roland. à Vall. conſ. 7. nu. 18. lib. 4. & alios mul-
tos huius ſententiæ refert Tiraq. in d. l. ſi vnquam, in
præfat. num. 79. & 80. & fere alij omnes infra pro hac
opinione allegandi. In caſu autem præſenti teſtator
de filijs cogitauit, vt infra demonſtrabitur, ideo clau
ſula prædicta ſuum effectum operabitur.

Quod autem teſtator de filijs cogitauerit, oſtendi
24 tur † ex eo, quod in teſtamento appoſuit clauſulam.
Si non valeret, vel valebit, &c. per quam cogitauit de
ruptura teſtamenti, & proſpexit contra cauſas rum-
pentes, & ſic implicite cogitauit de poſthumo, qui eſt
vna cauſa de cauſis rumpendi, quia qui cogitat de fi-
ne, cogitat etiam de modo ad finem, vt formaliter di
xit Bal. in d. auth. ex cauſa, numero 18. cuius dictum
comprobatur per Roma. in conſi. 122. col. 2. ver. Cen-
ſetur autem, vbi dixit, ideo teſtatorem dicta verba ap
poſuiſſe, quia cogitauit poſſibile eſſe natiuitate poſt-
humi teſtamentum rumpi, & propterea voluiſſe gra-
uare poſthumum per fideicommiſſum hæreditatem
reſtituere, eos ſequitur Alex. in d. auth. ex cauſa, num.
14. ver. Et hoc ẽt. & in conſ. 123. num. 10. lib. 1. Et quia
verba prædicta, ſi non valeret, ſeu valebit, vt dixi, futu
ram rupturam, & annullationem reſpiciunt, & conſe
quenter rupturam ex natiuitate poſthumi præteriti,
ideo ſecundum eos cenſetur de iſtis poſthumis cogi-
tatum ſaltem in genere, & aduerſus hanc rupturam
teſtatorem prouidiſſe, prout etiam in his terminis la
te oſtendunt Paul. de Caſtr. in conſ. 15. colum. 2. & 3.
libro ſecundo, vbi pluribus rationibus id probat, &
contrarijs reſpondet, Corn. conſ. 118. in fi. lib. 2. & con
ſil. 195. colum. penult. libr. 1. Dec. conſil. 490. colum. 2.
Barbat. conſilio 6. colum. fina libro tertio, poſt Ioan-
nem de Monteſperel. Socin. iun. conſil. 128. num. 257.
lib. 1. Ruin. conſ. 19. num. 8. lib. 3. Rolan. à Vall. conſil.
7. nume. 18. & ſeqq. lib. 4. vbi confutat rationes addu-
ctas in contrarium per Aret. in conſ. fin. qui aliam di-
uerſam opinionem tuetur, & Salic. Gugliel. de Bene-
dict. & alios pro hac opinione adducit, late eam com
probant Cephal. conſ. 585. num. 42. & ſeqq. lib. 4. Be-
ro conſil. 12. num. 2. & ſeqq. vbi communem eſſe affir-
mat. libro 2. quam approbauit etiam Hieronym. Ga-
briel. in conſilio 113. numero 19. libro primo, & de
communi teſtatur Burſat. conſilio 88. numero 18. li-
bro primo, poſt Mandoſ. ab eo allegatum, & Rimin.
iun. conſil. 279. num. 240. & ſequent. libro 3. Quæ ſen-
tentia eo magis recipienda eſt, ſtante quod ipſe Lau-
rentius iuuenis ſanus corpore, nec in aliqua infirmi-
tate exiſtens per annum ante conditum teſtamẽtum
vxorem pariter iuuenem acceperat, quæ nec ſterilis
erat, & id notum erat teſtatori, quia parum ante con-
ditum teſtamẽtum pepererat, licet abortum feciſſet,
quo caſu potuit teſtator veriſimiliter cogitare, et ſpe
rare de filijs, iuxta notata in ſimili per Soci. ſen. conſi-
lio

25 lio 53.num.7.lib.4.† qui dixit donationem per ſuper
uenientiam filiorum non reuocari, quando fuit facta
tempore cõtracti matrimonij, quia tunc de filijs cogi
tatum præſumitur, cuius opinionem approbat etiam
Corne.conſi. 206.num.15.in fin.libro 3. Ideo ſi, vt ipſi
dicunt, præſumitur cogitatum de filijs tempore con-
26 tracti matrimonij, eadem præſumptio † viget paulo
poſt contractum matrimonium ex identitate ratio-
nis. Vlterius quia de filijs cogitatum etiam dicitur,
27 quando dubitatur,† an vxor ſit prægnans, vt poſt An
gel & Paul.de Caſtr. dixit in propoſito Soc.ſen.conſi-
28 lio 93.num.35.libr.4.Vel quando dubitatur, † an ex
muliere poſthumus ſit naſciturus. Alex.in authen.ex
cauſa,num.14.verſi.Non obſtat lex penultima. Barb.
conſil.60.nu.6.lib.1.& Balleon. de Nobilib. in repet.
dictæ auth.ex cauſa,nume.77.in fin. In caſu præſenti,
tempore quo fuit conditum teſtamentum videlicet
anno 1574.die 29. Maij, talis dubitatio veriſimiliter
in teſtatore adeſſe poterat, quia ſi, vt communiter ac-
cidit, filius naſcitur in nono menſe, eo tempore vxor
erat grauida ſaltem per duos menſes antea, cum te-
ſtamentum, vt dixi, cõditum fuerit die 29. Maij, vxor
pepererit poſthumam die 25.Decembris eiuſdem an
ni, adeo quod ſi certitudinarie teſtator id nõ ſciebat,
poterat ſaltem veriſimiliter habere de hoc aliquam
dubitationem, ex quo continue cum vxore permane-
bat; merito de filijs cogitaſſe præſumitur ex iam di-
ctis, & etiam quia teſtator inſtituit Dominum Anto-
nium fratrem, ſi viueret, ſin autem, Dominum Seba-
ſtianum dicti Domini Antonij filium. Et caſu quo di-
ctus Sebaſtianus decederet, ſine filijs, voluit hæredita
tem deuenire ad Ioannem Chriſtophorum, Pepum,
& Ioannem Mariam pro certis ratis, ſi viuerent, ſin
29 autem ad eorum filios, & qua ratione † teſtator cogi
tauit de filijs inſtitutorum, & ſubſtitutorum, eadem
& de naſcituris ex ſe cogitaſſe prę́ſumitur, vt in termi
nis dixit Socin.ſen.in conſi.147.nu.13.ver. Primo,li.1.
30 Secundo iſta † opinio, vt clauſula codicillaris ope
retur fideicommiſſum in fauorem hæredum inſtituto
rum, & in præiudicium poſthumi præteriti, dummo-
do ſaltem in genere, de eo cogitauerit teſtator, confir
matur auctoritate Bald. in l.1. ff.de iur. codicill. & in
auth.ex cauſa,nu.13.& ſeq.& nu.57. vbi Ale.num.14.
qui dicit opinionem Baldi contra Bartol. eſſe magis
communem, & pro ea Fulgoſ.Salicet.Imo.& Cuman.
allegat, Corn.conſ.150.nu 4.lib.3.conſil.158. num.3.
& ſeq. libr.2. vbi dicit magis communem eſſe contra
Bart.Paul.de Caſtr.in l.1.C.de poſthum.hęred.inſtit.
& in conſil.15.libr.2.Ang.Aret.in §.1.Inſtit.de codic.
affirmans quaſi omnes ita tenere, quam etiam magis
communem eſſe teſtatur Alex.in conſi.123.nu.10.lib.
2.vbi pro hac opinione allegat etiam Bar. & in conſi.
30.lib.3.& in conſi.31.eod lib.3. & in addit. ad Bart.
in d.l.1.num.10.verſi.Reuocatur, ff.de iur.codic.& in
conſil.142.colum.2.3.& 4.lib.2.Iaſ.qui pariter aſſerit
iſtam opinionem magis communem in d. authen. ex
cauſa,nu.23.& ſeq.licet ipſe illam non ſequatur, eam
dem ipſe tenet tamquam communem in l. qui filiab.
num.33.& ibi Alexan.num.5. ff.de leg.1.qui oſtendit
Bart. ſibi contrarium hanc eãdem ſententiam tenuiſ
ſe in d.l.qui filiabus, Ioan. Petrut.de Monteſper.pro
communi in d.authen.ex cauſa, quem refert Corn.in
conſil.118.colum.fin.lib.2. Aufrer.in addit. ad deciſ.
Capel.Toloſ.455.Rui.conſi.19.num.8.lib.3.eamdem
opinionem magis communem dicit Anton. Gabr in
ſuis concluſ.in titu.de clauſ.concluſ.8. nume.7.in fin.
adducens etiam pro ea Bart.Oldrad. Bertrand. & a-
lios, Barbat.conſil.6.colum.fin.in 2. dub. & conſ. 54.
in vltim.dub.lib.3. Crauet.conſil.34. per totum lib.1.
Pariſ.conſil.61.numero 22.& ſequent.lib.2.Emanuel
Soarez.theſau.recept.ſent.in verb.præteritio filiorũ,
num.243.& ſeq.Ioan.Baptiſt. Caſulan.de communi.
in ſubſcriptione ad conſil.Soc.iun.128.num.257.lib.
1.Balleon.de Nobilibus,in repet.d.auth.ex cauſa,nu.
78. late pro communi Bero. conſil. 17. numero 27. &
ſeqq.libr.2. Iacob.de Beluiſ. Cin.Franc.de Rampon.
Din.Ang.Iacob.Butr. Nicol.de Matarel. Rain. Imol.
Abb.Curt.iunior, Tiraquel. Guiliel Benedict.Claud.
March.Petr.Cornel.Thom.Polilon.Bertran. Purpu-
rat.Franc.Regius.Papienſ.Auguſt. Molignar. Porci-
nal. Callon. Guili.à Sancto Georgio.Ripa. Villalob.
Oſaſc.Capr.Bolognin.Iacob.de Sancto Georgio. Al-
ciat.Bellon.Cephal.Crot.Silua. Grat.Pract.Papienſ.
& Celſ.Hugo.quos refert, & in terminis late hanc o-
pinionem tamquam magis communem & veriorem
comprobans ſequitur Roland. à Vall. in conſilio 7.
per totum, maxime numero 25.libro 4.& ſententiam
Bald.in dicta authent.ex cauſa, ſequitur Rim.iunior
conſil.279. numero 240. & ſeqq. libro 3.eandemque
opinionem magis communem eſſe teſtatur Burſat.in
conſil.88.numero 18.& ſeqq.& in conſil.89. num.41.
& ſeqq.libr.1.vbi late pro hac opinione conſuluit, &
vltra alios multos allegat etiam Ancharanum, &
Mandoſium.refertque ita fuiſſe deciſum in Rota Cu-
riæ Romanæ, quam etiam probauit Cephal. qui ma-
gis communem eſſe affirmat conſilio 585. numer.40.
& ſeqq.& num.66.lib 4.& Pancirol.conſil.54. nu.27.
cum ſeqq.

Tertio clauſula prædicta tãto magis fideicommiſ-
ſum in fauorem hæredis ſcripti operari debet, clare-
que demonſtrat teſtatorem à principio huius inten-
31 tionis fuiſſe,† quoniam nata filia ſuperuixit per men
ſes viginti, quo tempore teſtamentum reuocare po-
tuit, nec reuocauit, & ſic præſumitur etiam in præiu-
dicium poſthumorum voluiſſe cum eadem diſpoſitio
ne decedere ſecundum gloſ.in l.tractabatur, in verb.
32 nihil, ff.de teſtam.milit. † quæ probat teſtamentum,
quod mutari potuit, & non fuit mutatum, videri con
firmatum, quod etiam dixit gloſſa in l.athletæ, §.dat
remiſſionem, in verb.niſi, ff de excuſat.tut. & ita poſt
eam concludit Paul.de Caſt.in l.1.nu.3. C.de poſthu.
hære.inſt. vbi formaliter dixit, quod ſtante dicta clau
ſula codicillari, ſi nato poſthumo, ignoranter præteri
to, teſtator ſuperuixit, teſtamentum mutare potuit,
& non mutauit, cenſetur voluiſſe decedere cum eodẽ
teſtamento, & eadem diſpoſitione, & idem tenuit ẽt
conſulendo in conſilio 200. in fin.libr.1. & conſil.15.
colum.3.ver. Pro confirmatione, lib.2. & eamdem ſen
tentiam probauit Rom.conſil.122.col.2. verſi.Primo
quia, quæ optima ratione ſuadetur ſecundum Curt.
iun.in conſil.150.nu.12. lib.2. quoniam fundamentũ
opinionis Bartoli & ſequacium ſtat in defectu volun
tatis teſtatoris, quia dicunt non præſumi teſtatorem
voluiſſe priuare filium, ſi de eo cogitaſſet, qui defe-
ctus tolli videtur, quãdo nato poſthumo teſtator per
manet cum eodem teſtamento iam facto, ſi enim tem
pore facti teſtamenti fuiſſet intentionis non exclu-
dendi poſthumum, veriſimile eſt, quod illo nato mu-
taſſet teſtamẽtum, cum tempus illud mutandi habue
rit, quod cum non fecerit, præſumitur eamdem volun
tatem habuiſſe à principio, & ita per prædicta conclu
dunt etiam Corn.conſil.150. colum.2. libro 3. conſil.
118.in fin.lib.2.Alex.in conſi.123.numer.10.verſic &
hanc, lib.1.Iaſ.in auth.ex cauſa, qui ita limitat opinio
nem Bartoli, numero 25.& in l.ſi mater, numero 3 &
4. C.de inoffic.teſta. Dec.in conſil.490.numer.7.& 8.
vbi de communi, & ab ea nec iudicando, neque con-
ſulendo recedendum eſſe teſtatur Pariſ. conſil.61.

num.

num.14.& conſil.64 nu.9.lib.2.Cephal.conſi.138.nu.
32.lib.1.Bero.conſ.12.num.7.libr.2.Barbat.conſil.54.
colum penult.ver.Cum ergo,lib.3. Menoch.vbi mul-
tos adducit etiam de communi teſtantes conſil. 130.
nume.17.lib.2. Iacob.de Beluiſ.Crau.Curt.ſen.Crot.
Ruin.Balleon.de Nobilib.Bertrand.Guilielm.Bene-
dict.Ripa,Ange.& Addentes,ad Bald.Cagno.& Go-
zad.quos referr,& ſequitur,lateque eorum concluſio
nem comprobat Roland.à Vall.in conſil.7.nume.30.
verſic.Et eo magis,& ver.Vel & ſecundo,& in fin.con
ſilij,lib.4. vbi dicit iſtam opinionem eſſe magis com-
munem, quam ſequitur etiam Tiber.Decia.in conſil.
37.num.23.lib.1.Crau.conſil.407.nu.14.lib.3. & poſt
alios etiam de communi teſtatur Burſat. in conſi.88.
numero 21.& ſeqq.& in conſil.89.no.49.lib.1.& Pan
cirol.conſil.54.num.31.& ita deciſum fuit in Rota Cu
riæ Romanæ,vt teſtatur Put.deciſ.234.lib.2.quæ con-
cluſio bene confirmatur per Tiraq. in d. l. ſi vnquam,
in verb.donatione largitus,numer.257.vbi poſt mul-
33 tos dixit, † quod ſi pater,ſuſceptis liberis, non reuo-
cat donationem cauſa mortis, non obſcure oſtendit
eo ſemper animo fuiſſe ab initio, & donaturum fuiſ-
ſe,etiam ſi de filijs cogitaſſet, cum ſæpe ex ſequẽtibus
colligatur, qualis animus in præcedentibus fuerit, l.
ſed Iulianus,§.proinde,ibi,intelligendumque ab ini-
tio ſic accepiſſe, ff. ad Macedon. Et conſequenter ſe-
cundum eum poſt alios multos,quos ibi refert,eo ca-
ſu diſpoſitio l.ſi vnquam non habet locum, cum ſuffi-
ciat, quod ab initio donationis quis animum habue-
rit donãdi etiam ſi de filijs cogitaſſet,& talis animus
ex eo,quod ſuperuixit,& non mutauit, detegitur, &
ita in terminis donationis idem ſcripſerunt etiam
Bal.in l.1.nu.18.C.de inoffi.donat.Salic.Imol.Rapha.
Cuman.Soc.ſen.Guid.Pap. & alij multi relati per Ti
raq.in d.l.ſi vnquam in verb.ſuſceperit liberos,nume
ro 211.& 212.& ſeq. Vnde ſi donatio,quæ per ſuperue
nientiam filiorum reuocatur,patre ſuperuiuente, va-
lida iudicatur,à fortiori idem dicendum eſt in occur
renti caſu ſecundum Iaſ.in d.l.ſi mater, nume 4.C.de
inoffi.teſtam.& Roland.à Val.conſil.7.num.30.verſi.
34 Et eo magis,in fin.lib.4.† Et licet Tiraquel. in d.ver-
bo.ſuſceperit liberos, nume. 222. differentiam conſti
tuat inter donationem in qua voluntas conſideratur,
& teſtamentum quod non ex ſola præſumpta volun-
tate, ſed de iure communi rumpitur natiuitate poſt-
humi præteriti. Inſt. de exhære.liber. in princip. & §.
poſthumi. Et velit quod ſi pater ſuperuiuat donatio
valeat,ſed teſtamentum non conualidetur, hæc diffe-
rentia non probatur iure,quia non dicimus teſtamen
tum natiuitate poſthumi ruptum conualeſcere, quo-
niam talis ruptura non ex ſola voluntate,ſed legis di
ſpoſitione cauſatur,iuxta textum in l.3.C.de poſthu.
hæred. inſtit. & communiter not. per Doctores in d.
auth. ex cauſa Sed dicimus, quod licet teſtamentum
annulletur,attamen venientes ab inteſtato cenſentur
per fideicommiſſum grauati reſtituere hæreditatem
vigore clauſulæ codicillaris, & inſtitutio directa obli
quatur,iuxta l.quærebatur,ff.de teſta.milit.& l.ex ea,
§.his verbis,ff.de teſta.Quæ concluſio procedit,etiam
quando teſtamentum non ſuſtinetur, ſed contenta in
teſtamento per codicillos debentur, d.l.quærebatur.
Bald.in auth.ex cauſa,num.57.verſ.Alij dicunt,& ſu-
pra num.14. & declarant Doctores ſupra pro funda-
mento huius concluſionis adducti. Et etiam in hoc
conſideratur tantum,numquid teſtator de liberis co-
gitauerit,nam ſi de eis cogitauit,etiam Bart. Aretin.
Socin.& omnes alij etiam pro contraria parte allega
ti indifferenter admittunt, quod etiam poſthumo na
to fideicommiſſum debetur, & ſic etiam in caſu iſto
tantum conſideratur etiam ſecundum Bart.& ſequa-
ces,mens teſtatoris,an ita voluerit diſponere, etiam
ſi liberi ſuperuenirent,vt clare colligitur ex dictis Do
ctorum ſupra allegatorum,& clare explicat Cur.iun.
in conſ.150.num.12.lib.2. Vnde cum etiam in quæſtio
ne noſtra voluntas tantum conſideretur, & illa colli-
gatur pro hæredibus ſcriptis, vt dixi,conueniunt ea,
quæ de donatione dicta fuerunt,& ſubuertitur diſtin
ctio Tiraquelli.

Concluditur igitur ex prædictis vigore dictæ clau-
ſulę codicillaris poſthumos prædictos teneri reſtitue
re hæreditatem per fideicommiſſum Domino Anto-
nio hæredi ſcripto. Quibus non obſtant allegata in
contrarium.

Non enim obſtat primum fundamentum contra-
riæ partis per textum in l.ſi cum vel in vtero,C.de mi
35 lit.teſta.& in leg.3.ff.eod.tit. † quoniam in d.l.ſi cum
vel in vtero, diſtinguitur ſcientia ab ignorantia quo
ad effectum exhæredationis,& totalis excluſionis ab
hæreditate,quod differt à caſu noſtro,cum ſaltẽ poſt-
humi habituri ſint legitimam in qua grauari non po
tuerunt,l.quoniam in prioribus.C.de inoffic.teſta. &
ita formaliter dicit Corn.in conſi.158.num.30.lib.1.
poſt Bald.in auth.ex cauſa,nu.14.& ita poſt Bologn.
in d.auth ex cauſa ſub nu.30. ver.Secundo Bart.hanc
reſponſionem ſequitur Ceph.conſi.585.num.72.ver.
Neque tertium.li.4. Vlterius reſpondet Pau. de Caſt.
in conſil.15.col.3. verſ.Præterea. libr.2.l.ſi cum vel in
36 vtero,probare,† quod licet præteritio filiæ,facta à mi
lite, habeatur pro exhæredatione, id non habeat lo-
cum in præteritione poſthumæ, ſed ſecundum eum
nõ infertur ex illa lege, quod teſtator onere fideicom
37 miſſi poſthumas grauare noluerit. Præterea † reſpon
detur,quod ibi clauſula codicillaris non ſubintellige
batur per verbum futuri temporis, ſed per verbum
temporis præſentis. Et ille textus non procedit,quan
do in teſtamento clauſula codicillaris per verba,quæ
futurum reſpiciunt, fuit appoſita, prout in caſu no-
ſtro ſecundum Alexand.in conſil.31.numero 6.libr.3.
Bald.in l.ſi quis agere,num.21.verſic. Non obſtat ſu-
pra,C.de codicill.quod etiam admittit Ceph.d.con-
38 ſil.585.nu.73. & ſeq. † aſſerens etiam in d.l.3.in con-
trarium allegata, clauſulam codicillarem cõceptam
fuiſſe per verba,Si non valet,præſentis temporis; Pro
ut etiam nec procedit d.l.3.quando vigore dictę clau
ſulæ, aut alias apparet teſtatorem ſaltem in genere
de filijs cogitaſſe, vt in propoſito cogitatum fuiſſe
oſtendi,& poſt Salicet.Corne. & alios reſpondet Ro-
land.à Vall.in conſ.7.numero 25.verſicu.Non obſtat
lex. lib. 4.

Nec reſiſtit, quod dicitur clauſulam codicillarem
de conſuetudine Notariorum appoſitam fuiſſe, quo-
niam etſi de conſuetudine Notariorum apponi ſo-
leat in quolibet teſtamento, tamen cenſetur adiecta
39 de voluntate teſtatoris,† cum notarius rogatus cen-
ſeatur apponere in teſtamento omnes clauſulas ſoli
tas & conſuetas,l.fin.in fin.C.de fideiuſſ.vbi Bal. per
40 illum textum dicit notarium rogatum præſumi † om
nes clauſulas,in teſtamento apponi ſolitas, appone-
re.idem Bartol.in l.ſi prius,§.placet,ff.de aqu.plu.ar-
cen. Alexand.conſil.89.nu.12.lib.3.& in conſilio 105.
numer.7.lib.2. Felin.Barbat.Anchar.Dec.& alij inc.
cum M Ferrarienſis,de conſtitu.Iaſ.in repet.l.admo-
nendi,num.165.ff.de iureiur.Crauet.conſil.75.nume.
4.libr.1.Anton.Gabriel.poſt multos,quos allegat in
ſuis concluſio.in titul.de conſuet.concluſ.3.in princ.
Et quia iſte teſtator notarius erat,qui optime eorum
conſuetudinem ſciebat,multo magis prædicta proce
dere debent, & hoc caſu ceſſat limitatio, quam poſt
Purpur.

Purpur.in l.1.colum.15. C.de ſumm.Trinit. firmauit
41 Anto.Gabr.in dicta concl.3.num.38.† qui dixit tunc
procedere regulam, quod notarius cenſetur rogatus
apponere omnes clauſulas ſolitas,& conſuetas,quan
do hæc conſuetudo eſt nota contrahentibus, aliàs ſe-
cus,recte igitur in caſu,de quo agitur,affirmari poteſt
notarium cenſeri rogatum apponere in teſtamento
omnes clauſulas conſuetas apponi, & conſequenter
etiam clauſulam codicillarem, cum conſuetudo illa
42 teſtatori bene eſſet nota,quinimmo † ſecundum Bar.
in l.ſi quis filiabus,ff.de teſtam.tutel. quem refert, &
ſequitur Roma.conſil.179.col.2. ver.Nec refragatur,
præſumendum eſt, quod notarius in teſtamento ap-
poſuerit verba importantia voluntatem teſtatoris,
& quod quidquid ſcripſit, à parte prius dictum fue-
rit,& eandem opinionem tenuit Soc.ſen.conſ.20.nu.
6.prope fin.lib.3.& poſt alios Rimin.iun. conſ.80.nu.
44.& ſeq.libro 1.& Menoch.de præſumpt.libr.2.præ-
43 ſumpt.79.num.2.cum ſeq.Et in terminis,† quod clau
ſula codicillaris de voluntate teſtatoris cenſeatur ap
poſita,ſcripſerunt Corn.conſ.150.colum.2.verſi.Nec
etiam obſtat,lib.3.& conſ.158.in fin.libr.2.Alexand.
conſ.1.num.22.lib.5.& in conſ.53.nu.10.& ſeq.lib.7.
poſt Salic.& alios Dec.in conſ.490.num.10.qui dicit
Doctores communiter hanc opinionem tenere con-
tra Bartolum Barbat.conſ.6.colum.fin.& conſ.54.co
lum.penult.lib.3.Natt.conſ.14.nume.18. lib.1. Imol.
pro communi in l.filio præterito, ff.de iniuſt. rupt. &
irrit.fact.teſta.Grat.in conſ.112.nu.25.& ſeqq. lib.2.
qui communem eſſe teſtatur, & Doctoribus contra-
rium affirmantibus reſpondet. Ruin.Curt.ſen.& alij,
quos refert Anton.Gabr.in tit.de conſuet.concluſ.4.
num.1.& nume.6.vbi dicit hanc opinionem eſſe ma-
gis communem poſt Curt.iun.in d.auth.ex cauſa,nu.
74.& ita poſt Bal.in l.errore, num.2.C.de teſtam.di-
xit Menoch.in conſ.87.numer.50.libr.1. idem tenent
Ceph.conſil.565.num.19.lib.4.Crauet.conſ.407. nu-
mero 11.lib.3.Mant.qui de communi teſtatur,de con
iectur.vltim.volunt.lib.1. tit.10. numer.5.Hieronim.
Gabr.conſil.58.num.52.lib.1.aſſerens opinionem ma
gis communem eſſe contra Bartolum.Bero.pro com-
muni in conſil.16.nume.20.& ſeqq.lib.2.& Roland.à
Vall.in conſ.7.num.27.& ſeqq.lib.4.vbi alios multos
pro hac opinione allegat; Ex quibus apparet hanc
eſſe magis communiter approbatam,ſicut poſt alios,
quos allegat,teſtatur Burſ.conſ.173.numer.79.lib.2.
& eandem opinionem eſſe veriorem ac magis com-
munem teſtatur etiam Simon de Pret. de interpret.
vltim.volunt.lib.2.interpret.1.dubit.1.ſolut.10.num.
56.folio 101.& Menoch.in d.lib.2. præſumptio. præ-
ſumpt.79.num.4.vbi etiam teſtatur de communi,pro
qua connumerari etiam poſſunt omnes Doctores ſu-
pra in ſecundo ſundamento huius partis adducti. Et
tanto magis prædicta procedere debent in caſu no-
ſtro,quoniam apparet ex ipſo teſtamento,quod illud
fuit lectum coram teſtatore & teſtibus, vt oſtendit
44 verbum illud in principio teſtamenti. † Actum & c.
quod probat fuiſſe lectum,vt dicit Paul.de Caſtr.in l.
is qui,num.4.ff.de teſtam.& in conſ.111.in princ.lib.
1.Alexand.conſ.14.nu.17.lib.6.& late in proprijs ter
45 minis Bero.conſ.16.num.23. & ſeq.lib.2.† Et quan-
do teſtamentum fuit lectum,& teſtator non contradi
xit,prædictam opinionem confirmat Gabr.in d.titu.
de conſuet.concluſ.4.nu.6.qui alios refert,& hanc di
ſtinctionem ſequi videtur Burſatt.in d.conſil.15.nu.
11.vbi ſecundum illam refert Rotam Curiæ Romanę
iudicaſſe.Ceſſat etiam,quod Anton.Gabr.in dicto lo
46 co,poſt Imol.& Soc.dixit † nihil operari dictam clau
ſulam, quando teſtator eſt imperitus, niſi etiam ſibi
declarata fuerit eius importantia,quod dictum ſequi
tur Burſ.poſt alios in conſ.18.nu.18.lib.1. referens ita
in ſimili caſu iudicatum fuiſſe in Rota Curiæ Roma-
næ,ceſſat inquam in caſu iſto, quia Laurentius teſta-
tor talis non erat,ſed notarius diligens, expertus,do
47 ctus, & peritus. † Et quia erat notarius, talis præſu-
mendus eſt,glo.in §.ſcriptum,in verb.ſi ſcriptum, In-
ſtit.de inutil.ſtipulat.per quam ita etiam dixit Cor-
ne.conſil.195.in fin.verſic.Et notarius.libr.1.Imol.in
l.1.§.ſi ex fundo, ff.de hæred.inſtit. Socin.iun.conſil.
101.num.11.ver.Præterea, lib.1. Neuiz.conſil.28.nu-
mer.19.& Menoch.conſ.87.numero 45.libr.1.& poſt
Alciat.Pariſ.& alios in dicto libro 2.præſumptio.79.
numero 1.

Nec repugnat Tertium,quoniam reſpondetur ver
ba illa,ſi non valeret,ſeu valebit,hunc caſum compre
hendere,vt ſupra ſuit dictum,& propterea ex quo nõ
conſtat de contraria voluntate teſtatoris, debemus
recurrere ad voluntatem legis, quæ eſt, vt iſte caſus
comprehendatur, niſi probetur quod in contrarium
adſit voluntas teſtatoris, quæ hic probata non fuit,
& ita dicit Bald. in l.fin.numero 21. verſic. Sed Nico-
48 laus,C.de codic.Nec repugnat illa cõiectura, † quod
poſthumi ſunt filij, & propterea non ſit præſumen-
dum teſtatorem voluiſſe illos priuare, quoniam non
agitur de priuatione poſthumi ab hæreditate,in qui-
bus terminis adducta in dicto tertio argumento, &
in ſequenti poſſent procedere, ſed dicimus poſthu-
mum eſſe hæredem, & per fideicommiſſum cenſeri
grauatum, & ita etiam ſentit Cephal. in conſil.585.
num.71.75.& 76.lib.4.Prętерea dicitur coniecturam
illam,quod ſint filij,non ſufficere, quoniam ſecũdum
regulas iuris,verba prædicta operantur fideicommiſ
ſum etiam in præiudicium poſthumi, vnde ſi ea præ-
ſumpta mente teſtatoris à prædictis velimus recede-
re,neceſſarium eſt, quod ex aliquibus coniecturis ta-
lis voluntas deprehẽdatur, & quidem ex expreſſis in
teſtamento,non autem aliunde,vt in ſimili dixit Bal.
in l.vnica,nume.10.C.de his qui ant.aper.tab.& poſt
eum Gozad.conſ.29.num.33.ver.Nec obſtat,Dec.cõ-
ſil.55.num.8.colum.penul.Soc.ſen.conſi.6.num.12.&
13.lib.3.Pariſ.conſi.63.nu.17.& conſ.14 nu.12.libr.3.
49 Cur.iun.conſ.16.nu.6.lib.1.Qui dicunt † transmiſſio
nem fideicommiſſi conditionalis in deſcendentes te-
ſtatoris magis dilectos non fieri,niſi conſtet de conie
ctura ta mente teſtatoris pro eis aliquibus expreſſis
in teſtamento,cum non ſufficiat aliunde poſſe colligi.
In teſtamento autem Laurentij non poteſt colligi ali
qua coniectura pro poſthumis, quinimmo verba di-
ctæ clauſulæ illis repugnant, vnde etſi pro poſthumis
50 adfuiſſet mens teſtatoris, † cum illa ex teſtamento
non colligatur, non eſſet attendenda, ſed verborum
proprietati ſtandum eſt,vt per textum in l.ille aut il-
le,§.fin.ff.de leg.3.& not.per Bart.& Paul.de Caſt.in
l.in ambiguo,ff.de reb.dub. dixerunt Ruin. in conſil.
181.nu.6.lib.2.Soc.ſen.in conſ.74.in fin.lib.4.Gozad.
conſ.89.col.1.pro qua opinione facit etiam,quod vo-
51 luit Paul.de Caſtr.in conſ.152.in fin. lib.1.† vbi dixit,
quod quando verba teſtamenti ad vnum caſum non
poſſunt adaptari,non debemus illum capere, poſito
quod præſumptio ſit apud nos teſtatorem ita voluiſ-
ſe,quem refert,& ſequitur Rimin.iun.conſ.75.nu.58.
lib.1.Ceſſat inſuper omnis difficultas, ſtantibus alijs
ſupra adductis,ea quibus oſtendi teſtatorem de filijs
cogitaſſe, voluiſſeque fideicommiſſum inducere in
eorum præiudicium.

52 Nec obſtat † Quartum, quoniam vltra adducta in
ſolutione præcedentis argumenti, reſpondeo quod
in iuribus ex aduerſo allegatis nõ conſtabat teſtato-
rem

tem aliquo modo, necetiam in genere de poſthumo cogitaſſe, vt dicit Balleon. in d. repet.auth.ex cauſa, nu.78.in fi. Et quod illa ſit dictorum iutium ratio, declarant Rom.in conſ.370.per totum, Barb.in repet.l. cum acutiſſimi, col. 305. C.de fideicom. Dec.conſ.365. num. 3.& Tiraq.poſt alios multos in d.l.ſi vnquam, in præfat.nu.65.aſſerentes quod quando de filijs cogitatum modo aliquo apparet, iura prædicta non procedunt: ideo non obſtant in caſu, de quo agitur, & ita etiam in terminis reſpondet Alea. in d.conſ.30. col. 2. verſ.quia his non obſtantibus, li. 3. & in auth.ex cauſa, nu. 14. ver.ſed in quæſtione noſtra. Pau.de Caſtr.in d.conſ.15.col. 2.ver.& ſic ceſſat, & Rolan.à Vall.in d. conſ.7.nu. 26.ver. Non obſtat.

53 Quintum argumentum, per l.ſi vnqnam tollitur, † Primo, ſecundum Paul.de Caſtr.in d.conſil.15. col.2. ver.Item, lib.2.poſt Bal.ab eo allegat. Quia in caſu d. l. non apparebat aliquo modo nec in genere nec in ſpecie donantem de filijs cogitaſſe, prout apparet in caſu, de quo quæritur, & propterea non obſtat, vt reſpondet etiam Alex.in conſ.31.nu.7.lib. 3.

Secundo in caſu d.l. ſi vnquam, donatio fuit inofficioſa, ſed codicilli quorum vigore fideicommiſſi reſtitutio eſt facienda, non poſſunt dici inofficioſi, cum filius poſthumus ſaltem habiturus ſit legitimã, in qua non potuit grauari, iuxta d. l. quoniam in prioribus, & ita dixerunt Alea.d.conſ.30.num.2. ver. Et non obſtat. Balleon.de Nobilib.in repe.auth.ex cauſa, nu. 78. ver. Et reſpondet. Rol.à Vall. d.conſ.7.nu. 25.ver.ſupereſt. Et propterea cum adſit diuerſa ratio, & per codicillos non inferatur poſthumo tantum præiudicium, ſicut per donationem, non poteſt ad caſum præſentem diſpoſitio illius legis adaptari, vt dicit Corn. in conſ.158 num. 34.lib. 2.

54 Tertio † reſpondet Bal.in l.fin.nu.21.ver.Item non obſtat, C.de codi. In caſu l.ſi vnquam, donantem non perſpexiſſe caſum in quo donatio rumperetur, prout fecit teſtator, prouidendo omni rupturæ teſtamenti per appoſitionem clauſulæ codicillaris, ideo ea d.l. non poteſt inſerti ad hunc caſum, & Baldum ſequitur Alex.in d.conſi.30.col. 2.ver. Vel reſpondetur, & poſt Crot.Bero.& alios Rolan.à Vall. d.conſ.7.nu.25.ver. Vel & ſecundo, & dictas, ac alias reſponſiones approbat etiam Ceph.conſ.585.nu.70.& ſeqq.li. 4. Si enim donans ſicut teſtator rupturæ proſpexiſſet per appoſitionem dictæ clauſulę, vtique ceſſaret diſpoſitio d.l. ſi vnquam, & donatio ſaltem in vim fideicommiſſi ſuſtineretur, ſecundum Cor.in conſ.194.nu. 3. & 8.lib. 3.

Tollitur ſextum argumentum, quoniam l. diui, §. licet, ff.de iur.codic.diſponit, quod qui poteſt teſtari, poteſt facere codicillos, quod non nocet, cum Laurentius ille poſſet teſtamentum facere, & conſequenter, & codicillos. Nec refragatur ratio illa, quod inconueniens ſequeretur, ſi teſtator codicillando filijs hæreditatem auferre poſſet, quam non poteſt teſtando; id enim procederet, ſi tota hæreditate filij priuarentur, quod hic non accidit, quia poſthumi ſunt hæredes, & per fideicommiſſum cenſentur rogati reſtituere hæreditatem, ex qua poſſunt retinere ſaltem legitimam. Paul.de Caſt.in d.conſi 15.in princip. Alexan. conſ.161.num.4.lib. 3. & dixi ſupra in ſolutione quinti argumenti, & dicetur inferius, merito ſuſtinentur codicilli, quando teſtator voluit poſthumos præteritos grauare, vt concludunt etiam Bart. & omnes alij ſupra allegati abſque controuerſia, qui tantum diſſentiunt circa voluntatem teſtatoris, non aũt quoad potentiam, quam omnes admittunt, accedente voluntate, & bene, quia dummodo filij legitimam habeant, poteſt pater de ſuis bonis diſponere etiam teſtando, §. hæc autem, auth. vt cum de appell.cognoſc. l.omnimodo, C.de inoffic.teſt.& eſt clariſſimum. Vnde ſi poteſt teſtãdo, poterit etiam codicillando, & ſic ceſſat diſpoſitio d.§.licet, & ratio per Doctores in cõ-
55 trarium adducta, † & hoc probatur per textum in terminis in l.ſi quis cum teſtamentum nullum, ff.de iur. codicill. vbi dicitur fideicommiſſum in codicillis relictum deberi, etiam à poſthumo præterito, & eius natiuitate codicillos ab inteſtato factos non rumpi. Vnde cum vigore dictæ clauſulæ per codicillos ab inteſtato factos, pariter ab inteſtato fideicommiſſum videatur relictum, l.fi.§.illud, C.de codic. Cum idem ſit clauſulam prædictam apponere, & à venientibus ab inteſtato relinquere, vt dixit in terminis Barbat. in conſ.54.colum.penult.ver. Præterea accedat, lib.3.& probat Bar.in l.1.nu.9.ff.de iur.codic. Corn.conſ.158. col.1.lib.2.Capell.Toloſ.deciſ.455. dicendum eſt dictum fideicommiſſum recte fieri potuiſſe, & à poſthumis prædictis eſſe reſtituendum, ipſoſque codicillis grauari potuiſſe. Et quod vigore dictæ clauſulæ quilibet ſuccedens ab inteſtato, & cõſequenter etiam poſthumus præteritus cenſeatur grauatus per fideicommiſſum reſtituere, & tale fideicommiſſum ſuſtineatur, probant etiam Bar.Bal.Pau.de Caſt.Ang. & Barbat.proxime allegandi.

Minus obſtat Septimum argumentum per l. 2.ff.de leg. 3.vbi diſponitur fideicommiſſum à pręterito non poſſe relinqui, cum teſtator eum grauare non poſſit.
56 Reſpondetur † enim id procedere, quando teſtator fideicommiſſum expreſſe à poſthumo relinquit, tunc enim bene locum habet diſpoſitio l. 2. Sed quando generaliter à venietibus ab inteſtato relinquitur, tenet fideicommiſſum etiam in pręiudicium poſthumi pręteriti, vt ibi declarant Bar.num.2.& Bal.in fin. vbi dicit iſtum intellectum communem eſſe, & Paul.de Caſtro num.3. Et propterea cum in caſu, de quo agitur, per dictam clauſulam codicillarem non fuerit grauatus poſthumus nominatim, ſed generaliter quilibet ſuccedens ab inteſtato grauatus intelligatur huiuſmodi fideicommiſſum etiam à poſthumo præterito debetur, vt concludunt Bar.Bald. & Paul.de Caſtr.ita locis ſupra allegatis, & melius ac in terminis declarant Bart.in l.1.num.9. ff.de iur.codic. Ang.in conſil. 99.col.1.ver. Et reſpondet, & Barbat.in conſ.54.col. pen.lib.3.Bero conſil.16.num.26.lib.2.qui ita reſpondent d.l.2.& conferunt adducta per Ceph.conſi.585. num. 56.& ſeqq.lib.4.

Vltimæ obiectioni de auctoritatibus eorum, qui dixerunt clauſulam prædictam nihil operari, poſthumo ignoranter præterito, reſpõdetur magis communem opinionem eſſe in contrarium, vt ex numero Doctorum ſupra pro vtraque parte adductorum clare liquet. Præterea recte conſiderando caſus, in quibus Doctores ex aduerſo adducti loquuntur, apparet ex eis paucos contra hæredem ſcriptum in caſu, de quo agitur, allegari poſſe, quoniam Barto.in l.1.q.6. ff.de iur. codicil. & in conſ. 235. loquitur de præteritione poſthumi, quem teſtator non habebat, nec etiam habere ſperabat in perpetuum, & ita intelligi debet quod dicit in conſ.210.cum videatur habere relationem ad ea, quæ aliàs ipſe ſcripſit in d. l. 1. Vnde non videtur poſſe allegari in caſu noſtro, cũ teſtator prætetierit poſthumos, de quibus poterat probabiliter ſperare, & ita Bartoli opinionem declarat Corne. in conſilio 150.colum. 2.num.4. verſicu. Et maxime, libro 3.& in conſil.158. nu.38. libro 2. & poſt Dionyſ. de Barz. Bald.de Bartoli. & alios in conſilio 195. colum.pen.ver.Quinimmo, libr.1.Bald.autem non nocet, quia in l.ſi rotas, dicit conſuluiſſe ſecundum opinionem

nionem

nionem Bart. in d.l.1. de iur.codicil. & conſequenter
debet intelligi, quando teſtator filios non habebat,
nec habere ſperabat, prout loquitur Bartolus, & in
iſtis terminis conſuluit Bald.in conſ.239.lib.3.in con
trarium adductus,nempe quando teſtator teſtamen-
tum fecit, exiſtens in graui infirmitate, quod præſu-
mitur feciſſe propter deſperationem filiorum ob mor
bum,quem lethalem credebat, quæ ceſſant hic, cum
teſtator eo tempore eſſet ſanus corpore, ac etiam de
filijs ſperare poterat, vt ſupra in primo fundamento
huius partis demonſtraui, & in his terminis conſiliū
Baldi locum habere dicit Tiraquel.in l.ſi vnquam, in
præfatio.num.114.C.de reuocan.donat.in ſimili caſu
loquuntur Paul.de Caſt. in conſ.300.lib.1.& Barbat.
conſ.60.num.5.lib.2. quando ſcilicet teſtator nullos
habebat filios tempore teſtamenti conditi,nec etiam
habere ſperabat,cum vxoratus non eſſet.

Minus authoritas Alex.in contrarium allegari po
teſt,quia in l.ſicut certi,nu.5. C.de teſtam.milit. & in
conſil.41.in fin. libro 1. in contrarium allegati nihil
concludit, ſed tantum perfunctorie Bartolum alle-
gat. Caſus vero,in quo conſuluit Burſat.in conſil.15.
libro 1.diuerſus erat, quia vt inquit ipſe num.20.na-
to poſthumo teſtator teſtamentum mutare voluit,
& poſthumum hæredem vniuerſalem ſcripſerat in
quadam ſchedula propria manu ſcripta, quæ ſaltem
teſtatoris mentem oſtendebat, prout ſeipſum decla-
rat in alio conſ.89. num.41.libro 1. in quo reſpondet
contra poſthumum.

Nec nocet Tib.Decian.in allegato conſ.37.libro 1.
quia reſpondet in caſu ſuo clauſulam codicillarem
nihil operari poſthumo præterito, vel filio poſtea le-
gitimato ea ratione, quia teſtator tempore conditi
teſtamenti non poterat cogitare de filijs nec in ſpecie
nec in genere,quia habebat vxorem ſterilem, & quia
poſt mortem repertæ fuerunt duæ ſchedulæ manu
teſtatoris,in quibus filium legitimatum hæredem in
ſtituerat,ex quibus voluntas teſtatoris probari dixit,
& etiam teſtibus probatum fuerat teſtatorem dixiſſe
ſuæ intentionis eſſe, vt filius legitimatus omnia eius
bona poſſideret,& teſtator deceſſit morte repentina,
vt ipſe declarat in d.conſ.37.num.18. 24.& ſeqq.33.
& ſeq. & 36. Quibus ceſſantibus, & quando teſtator
potuit cogitare de filijs ſaltem in genere, & poſt na-
tiuitatem filij ſuperuixit,aliud ipſe ſentit in eod.con
ſil.num.18.& 23. Et licet prædicti Doctores alias ra-
tiones pro eorum opinione adducant, quæ pro po-
ſthumis concludere videntur,non propterea poſſunt
57 ad faciendum communem opinionem allegari, † cū
illi tantum pro communi opinione connumerandi
ſint, qui articulo diſcuſſo aliquid in terminis conclu-
dunt, ſecus quando conſuluerunt in caſu diuerſo, li-
cet pluribus rationibus moueantur,vt declarat Fulg.
in conſ.105.col.3.Alcia.de præſumpt.reg.1.præſump.
51.num.4.Soc.iun.conſ.1.nu.143.lib.1.Tob.Non.conſ.
48.nu.27.late Burſat.conſ.18.nu.16.& ſeq.lib.1.Vl-
terius quia dictus teſtator ſuperuixit, nata poſthu-
ma,per viginti menſes,nō nocent Paul.de Caſtr.Cur.
iun.Iaſ.Bero.Barb. Iac.de Beluiſ.Ruin.Bertr. Gulicl.
de Bened.Rip.Ang. Burſ. Cagn.& Gozad. in contra-
rium allegati,quia licet contradicāt in terminis ſim-
plicis clauſulæ codicillaris, alia non concurrente cō-
iectura,attamē quando ſuperuixit teſtator,cōtra po-
ſthumum tenēt in locis adductis ſupra in tertio fun-
damento.Quibus omnibus Doctoribus ſupra proxi-
me relatis de numero eorum, qui pro contraria opi-
nione allegantur,detractis: Et ſtante etiā quod quan
do teſtator, nato poſthumo, ſuperuixit, poſſunt pro
hac opinione etiam allegari Rom.Curt.ſen.Cagnol,
& Goza.ſupra in tertio fundamento pro hærede ſcri-
pto allegati, ſine dubitatione aliqua hæc opinio eſt
magis cōis,& in iudicando ſequēda,maxime quia ita
58 in illo auditorio Rotæ Romanæ fuit deciſum,† cuius
deciſionis in hac re dubia magni faciendum eſt,cum
in dubio conſilia, & exempla virorum ſummæ aucto-
ritatis,(prout ſunt illi Rotæ Auditores)ſequēda ſint,
vt de deciſionibus Rotæ Romanæ dixit Contard. de
momen.poſſeſſ.limit.5.§.4.nu.56.prope finem, ſtante
quod magna ſit dictæ Rotæ auctoritas. Caſtel.conſ.7.
col.fi.Imo.& Barba.in c.olim,el 1.de lit.conteſt.Gra-
uat.in addit.ad pract.Veſtr.lib.6.c.1.num.18.

Nec facit æquitas illa à Doctoribus contrariam
opinionem firmantibus conſiderata,quia præter quā
quod poſſet dici hanc opinionem non eſſe omnino
iniquam,cum ſaltem poſthumus ſit habiturus legiti-
mam,ſecundum Fulgoſ.in d.Authen.Ex cauſa,quem
refert ibi Alexan. num.14.verſic. Dat etiam. Nibilo-
59 minus ſi ſententia Bartoli eſſet æquior, † non eſſet
attendenda, cum verba teſtamenti non poſſint in il-
lam æquitatem ſonare, prout formaliter reſpondet
Bald.in l.fin.num.21.in fi. C. de codic.per textum,in
l.qui filium,§.1.ff.ad Treb.ibi Imperator motus æqui-
tate rei,& verbis teſtamenti.

Alia vero in contrarium deducta ad oſtendēdum,
quod licet teſtator ſuperuixerit, non noceat poſthu-
mis,remoueri poſſunt.

Et circa primum dicitur non fuiſſe neceſſarium,qđ
teſtator ſuperuiuens de nouo ſuam declararet volun
60 tatem coram numero teſtium, † quoniam inſtitutio
illa, facta in teſtamento, non ſuſtinetur in vim nouæ
voluntatis,quo caſu procederent contraria, ſed tan-
tum dicimus ex non mutatione colligi coniecturam,
vt teſtator à principio intellexerit ita diſponere,etiā
ſi poſthumos haberet, & conſequenter ceſſare ratio-
nem Bartoli & ſequacium, qui aſserebant non eſse
veriſimile teſtatorem,ſi de filijs cogitaſset, ita diſpo-
ſuiſse,quæ tollitur poſtquam illis natis ſuperuixit,&
teſtm̄ non mutauit, quod quidem feciſset,ſi à princi-
pio intētionis ſuiſset poſthumos nolle priuare, & ſic
vita teſtōris poſt natiuitatem poſthumi declarat ſolū
quæ à principio fuerit eius voluntas,non aūt inducit
nouam diſpoſitionem, quod ſufficit, vt apparet ex iā
dictis,& declarāt Cur. iun.conſ.150.nu.15.lib.2. Dec.
conſ.490.nu.8.& Hier.Gabr.conſ.113.num.12. lib.1.
61 Tollitur eadem ratione ſecūdum,† qm̄ etſi teſtator
ſciret teſtamētum natiuitate poſthumi eſſe effectum
nullum,ſciebat tn̄,aut ſcire debebat,manere clauſulā
codicillarē,& inſtitutionem in vim fideicommiſſi per
eam ſuſtineri,vt reſpōdet Put.deciſ.534. nu.3. & ſeq.
lib.2.qui dicit cōſiderationem Rub.Alex. & aliorum
in hoc ſecundo argumento in contrarium allegato-
rum,friuolam eſse,nec releuare,propterea dicta clau
ſula ſine dubio operatur fideicōmiſſum,quādo teſta-
tor id voluit etiam in præiudicium filiorum,quod vo
luiſse oſtenditur ex non mutatione teſtamenti, nato
poſthumo, vt dicunt allegati Doctores & alij ſupra
in tertio fundamēto principali huius partis adducti.

Nec obſtat Auth.vt fact.nou.conſtit.pro tertio ar-
62 gumento adducta, quoniam illa loquitur † de eo te-
ſtatore, qui paruo tempore ſuperuixit poſt promul-
gationem nouæ legis vt dicitur ibi in verſ.Non enim
repente plerumque incidunt hominibus mortes te-
ſtandi eis poteſtatem auferentes & c.quod non acci-
dit hic, quia teſtator ſuperuixit per menſes viginti,
nec morte repentina obijt, ſed per plures dies infir-
mus in lecto permanſit, quo tempore commode po-
tuiſset teſtamentū mutare,merito nō nocet, vt reſpō
dent.Iaſ.in d.Auth.ex cauſa num.25. Crot.conſil.66.

num.14.lib.1.& Rol.à Val.conſ.7.nu.35.ver.Similiter,
lib.4. qui etiam alijs modis reſpondet, alioſque alle-
gant poſt Dec.in d.conſ.490.num.9.

63 Minus repugnat Quartum, † nam ſecundum Dec.
in d.conſ.490.num 8.nulla eſt ſpecialitas,quare ma-
gis ſit dicendũ,vt clauſula prædicta codicillaris ope-
retur,ſi teſtator, natis poſthumis, ſuperuiuat, quan-
do ſunt inſtituti alij filij, quam quando ſunt inſtituti
extranei,& in l.3.C.de inoff.teſt.quam Bartolus alle-
gat, non poteſt hoc reſpectu ſpecialitas aliqua conſi-
derari,vt ipſe oſtendit; Et propterea ſecundum eum
hęc opinio debet procedere etiam,quando ſunt inſti-
tuti extranei, prout etiam loquuntur fere omnes ſu-
pra pro hac opinione adducti, præſertim Paul. de
Caſtr.conſ.500.lib.1.& conſ.15.lib.5. Curt.iun.conſ.
150.nu.15.lib.2.Burſat.conſ.89.in 4.art.maxime nu.
50.lib.1. Rolan.à Vall.d. conſ.7. per totum, maxime
num.11.lib.4.

64 Nec etiam Quintum argumentum † opinionem
pro poſthumis probat contra hęredes ſcriptos. Nam
Paul. de Caſtr. ſi recte eius dicta conſiderantur, non
firmat opinionem Bartoli procedere, quando filius
poſthumus eſt maſculus, ſed tantum dicit procedere
poſſe. Præterea nec talis diſtinctio vera eſt, nec Do-
ctores illam faciunt,ſed Bartolus,& ſequaces ſimpli-
citer dicunt, natis poſthumis ignoranter præteritis,
clauſulam codicillarem nihil operari,& rationes om
nes,quas adducunt,militant in poſthumis tam vnius
quam alterius ſexus.Et ſi Bartoli opinio reprobatur,
ac eius rationes ſubuertuntur, non debet habere lo-
cum,natis poſthumis, ſi non procedit in fauorem fe-
minæ,cum ego non videam rationem diuerſitatis aſ-
ſignari poſſe, quare magis maſculi excludant extra-
neos hæredes ſcriptos, quam feminæ, maxime quia
lex inter maſculos & feminas nullam facit differen-
tiam,l.maximum vitium, & ibi Alex.& alij, C.de lib.
præterit. Auth.in ſucceſſio. C.de ſuis & legit. Erit igi-
tur indiſtincte hæc opinio tenenda, quidquid dixerit
Hieron. Gabr. in contrarium adductus, qui tantum
mouetur auctoritate Paul.de Caſtr.qui nihil firmat,
neque aliquam rationem allegat, & ita in terminis,
etiam nato poſthumo maſculo,tenuerunt fere omnes
ſupra in ſecundo, & tertio principali fundamento
pro hac parte adducti,præſertim Corn. conſ.158.lib.
2.& conſ.195.lib.1.Alex.conſ.113.num.9.& ſeq.libro
1.& conſ.30.lib.3.Barbat.conſ.6.lib.3. Crau.conſ.34.
lib.1.Rol.à Val.conſ.7.lib.4.Burſat.conſ.88.& 89.lib.
1. Nec facit etiam quod in dicto quinto argumento
dicebatur teſtatorem habuiſſe rationem conſeruan-
di agnationem, & propterea cum non ſuperuixerit;
nato Laurentio maſculo, qui agnationem conſerua-
bat,non poſſe ex eius ſuperuinentia coniecturam ali-
quam ſumi;Quoniam reſponderur vltra prædicta po
tuiſſe teſtatorem etiam de maſculo cogitare tempore
ſuæ mortis,ex quo tunc eius vxor erat prægnans in o-
ctauo menſe, & quia ſtetit per multos dies in lecto in
firmus in eadem domo cum vxore prægnante, quod
ſine dubio ſibi notum erat, & poterat cogitare etiam
de maſculo poſthumo,& ſi noluiſſet dicto caſu prędi-
ctam clauſulam effectum operari,vtique potuiſſet &
debuiſſet aliud teſtamentum facere, quod cum non
fecerit,eius contraria voluntas oſtenditur. Præterea
verum non eſt Laurentium teſtatorem habuiſſe ratio
nem conſeruandi agnationem.

Primo quia Sebaſtiano decedente ſine filijs,ſubſti
tuit alios nominatos & eius filios, ſed ſi deceſſiſſet cũ
65 filiabus tantum feminis,ſubſtitutio expiraſſet,†cum
veniant filiorum appellatione etiam feminæ, l.1. C.
de condit. inſert. qui textus, etſi loquatur de verbo,
Liberis,tamen eius diſpoſitio procedit etiam in ver-
bo, filijs,vt ibi dicit Corn.num.16. Alexan.conſil.38.
num.6.lib.6.Soc.Ruin. & alij allegati à Hieron.Ga-
briel.conſ.97.num.17.lib.1.cum iſta verba in propo-
66 ſito idem operentur, late Marzar. conſil.7.† Et pro-
pterea femina ſubſtitutum excluſiſſet,& ad ſucceſſio-
nem admiſſa fuiſſet ex iam dictis, & not. in terminis
Ant. Pinell. in l. 3. num.57. C. de bon. matern. Socin.
ſen.conſil.557.num.10.lib.5.Ruin.conſ.143.& conſil.
152.libro 2. Curt.ſen. conſ.44.Rimin. ſen.conſil.553.
lib.5.latiſſime Cephal.conſ.45.& conſ.46.libro 1.Iaſ.
conſ.145.libro 5.Curt.iun.conſil.163.libro 5.Hieron.
Gabriel.conſ.97.lib.1.Dec.conſ.570.Marzar.d.conſ.
7.& de fideicommiſſ.q.21. Burſat.conſ.64.num.13.&
ſeqq.libro 1.Simon de Pret.conſil.31.per totum. Qui
omnes concludũt communem, & veram opinionem
eſſe, quod femina excludit ſubſtitutum, & ad ſucceſ-
ſionem admittitur, quando hæres fuit grauatus de
reſtituendo, ſi deceſſerit ſine liberis,aut ſine filijs. Et
quia teſtator proprias filias iam natas non excluſit,
nec deſcendentes ſubſtituit, minuſque in aliqua par-
te teſtamenti de maſculis mentionem fecit, ex qui-
bus poſſit colligi teſtatorem de filijs maſculis ſenſiſ-
ſe, rationemque conſeruandi agnationem habuiſſe,
ceſſant quæ in contrarium adduci poſſent, de quibus
per Menoch.conſ.95.num.90.lib.1. & Cephal.conſil.
306.libro 3.& clara remanet concluſio, quod in caſu
67 illo femina feciſſet deficere dictã conditionem; † vn-
de ſi filiæ feminæ Sebaſtiani ad hæreditatem prædi-
ctam admitterentur,excluſis dictis ſubſtitutis,ſequi-
tur non poſſe dici teſtatorem habuiſſe rationem con-
ſeruandi agnationem, quæ per feminas non conſer-
uatur. Ruin.conſil.146.num.4.libro 2.Socin.iun.conſ.
1.num.44.libro 1. Crauet.conſil.180. num.1.libro 1.&
conſil.550.num.5.verſicu.Ideo,lib.5. Menoch.conſil.
95.num.55.libro 1.

Secundo ex eo ſolo, quod teſtator hæredes inſti-
tuit Dominum Antonium fratrem, ſi viueret, ſin au-
tem Sebaſtianum filium, & ipſo decedente ſine filijs,
et ſubſtituerit Ioannem Chriſtophorum, Pepum, &
Ioannem Mariam, qui erant teſtatoris agnati, ſeu
eorum filios, non poteſt dici rationem habuiſſe con-
ſeruandi agnationem: Tum quia ipſos tres agnatos
tantum ſubſtituit, & eorum filios, & ſic etiam femi-
nas ex iam dictis; Tum etiam quia ſubſtitutio vnum
tantum gradum continet, nec ipſis Ioanni Chriſto-
phoro, Pepo, & Ioãni Mariæ alios agnatos ſubſtituit,
& ſic fideicommiſſum erat parum duraturum,& defe
cta conditione,potuiſſent bona ad extraneos, vel ad
feminas deuenire. Ideo non poteſt dici teſtatorem
habuiſſe intentionem conſeruandi agnationem ex
his,quæ in fortioribus terminis dicunt Soc. iun.conſ.
168.num.95.lib.5. Hieron. Gabr. d.conſ.97. nu.7.24.
& ſeq.Ceph.conſ.46.num.27.lib.1.& Menoch.d.conſ.
95.num.55.verſic.Præterea.

Ex quibus ſequitur rationem prædictam in con-
trarium adductam nihil operari.

Minus obſtant auctoritates eorum, qui contrariã
opinionem tenent, quoniam magis communis opi-
nio eſt in contrarium,& iſta in iudicando eſt ſequẽda
& vltra alios hanc opinionem magis communiter re
ceptam,& in iudicando ſequẽdam teſtantur Dec. Ca
gnol.Rol.à Vall.Burſat.& Put.in locis ſupra in tertio
fundamento huius partis allegati. Ex quibus conclu
ditur filios teſtatoris debere reſtituere hæreditatem
per fideicõmiſſum Domino Antonio hæredi ſcripto.

Dubitatur tamen, an iſti poſthumi poſſint detra-
here legitimam tantum ipſis de iure naturæ debi-
tam,vel etiam Trebellianicam,cũ filij ſint,iuxta cap.

Rainu-

68 Rainutius,de teſtam. † Et breuiter videtur dicēdum
ipſos detrahere poſſe duas quartas ſecundum Iaſ. in
d.Auth.Ex cauſa,num.22.C.de liber.præter.Ang.cō-
ſil.89.col.prima & Cephal. conſil.138.num.31. libro
1.Maxime quia diuerſo tempore videntur detrahen-
da,legitima ſcilicet tēpore mortis reſtatoris,Trebel-
lianica vero eo rempore, quo poſthumus maſculus,
qui natus eſt, mortuo teſtatore, teſtamentum rum-
69 pit, † vt in terminis dixeruot Gulielm. de Benedict.
Bald.& alij,quos refert & ſequitur Rimin.iun.conſil.
78.num.16. libro 1.& Simon de Pret. de interprerat.
vlt.volun. libro 2.interpret.1.dubit.1.ſolut.11.num.
29.& ſeq.fol.105.Contrarium tamen verius eſt,quod
filij legitimam tantum,quæ maior eſt,detrahere poſ-
ſint,quoniam per dictam clauſulam poſthumus gra-
uatus cenſetur hereditatem reſtiruere ſtatim mortuo
teſtatore, quo caſu duæ quartæ debēt eodem tempo-
70 re detrahi, quod fieri non poteſt, † cum pure graua-
tus, qui eodem tempore duas quartas detrahere in-
tendit, detrahat tanrum legitimam ſecundum com-
munem,de qua teſtatur Alexan.in l.cohæredi, §.cum
filiæ,num.9.ff.de vulgar. & pupil. & in l.in ratione,§.
quod vulgo,num.9.& 10.ff.ad leg Falcid.Hieronym.
Gabriel.conſ.93. num.6.lib.1. & Dec. qui pariter de
communi teſtatur in conſ.320. num.4.& Fran.Bec.in
71 conſ.207.nu.6. & ſeq. † Et in terminis, quod poſthu-
mus præteritus, qui tenetur reſtituere hæreditarem
per fideicommiſſum, legitimā tanrum retinere poſ-
ſit,firmant Barto.in l.Papinianus,§.meminiſſe,in fin.
ff.de inoffic.teſtam.Iaſ.ſibi contrarius in l.ſi filius,nu-
me.13.ff.de libe.& poſthum. Paul.de Caſt.conſil.15.
in princip.libro 2.Alexan.conſil.161.num.8. verſicu.
Quantum,lib.2.Balleon.de Nobilib.in d.Authen.Ex
cauſa,num.81. Rimin.iun.conſil.78.num.15.libro 1.
qui multos allegat.Hieron. Gabr.d.conſ.113.num.4.
& 5.lib.1. Rolan.à Vall.conſ.7.in fin.lib.4. Crot.con-
ſil.66.num.27.lib.1.& Burſat.conſil.88. in fin.libro 1.
Crauet.conſil.242.num.4.libro 2.qui allegant etiam
Bero. Port.Ripa Guid.Pap. Bertran. & alios. Et hæc
opinio,vt ipſi quoque teſtantur,communis eſt, & re-
nenda, quidquid Iaſ.ſibi contrarius, & alij ſupra re-
lati dixerint,quorum opinio vera non eſt,ſed commu
niter reprobata. Nec obſtat, quod poſt Bald. & Gu-
liel.de Benedict.dicebant Rimin.& Simon de Pret.in
contrarium adducti,quia præterquam quod talis di-
ſtinctio vera non eſt, nam & ſi mortuo reſtatore po-
ſthumus naſcatur, nihilominus quartæ debentur eo-
dem tempore; videlicet tempore natiuitatis poſthu-
mi,cum etiam legitima debeatur poſt mortem teſta-
toris, videlicet nato poſthumo tanrum. Nec accidere
poteſt, vt diuiſo tempore vel vere vel potentialiter
detrahantur, vt conſiderat Hieron. Gabr.in d.conſil.
113. num. 4. & 5. Tamen poſita etiam pro vera tali
72 diſtinctione, non nocet, quia † procederet tantum, ſi
teſtamentum ruptum fuiſſet poſt mortem teſtatoris
natiuitate Laurentij poſthumi, ſed quia teſtamētum
ruptum fuerat per Chriſtophoram natam poſt teſta-
mentum, ſed viuente teſtatore, non poteſt dici Chri-
ſtophoræ ſeu Laurentio, qui reperijt teſtamentum iā
à ſorore ruptum, duas illas quartas diuerſo tempore
deberi, cum de illis eodem inſtanti ratio habenda ſit,
& conſequenter legitima tantum debetur, in quibus
terminis Doctores in contrarium allegati, ac ratio-
nes, quibus ipſi mouentur, non reſiſtunt.

Et ita iudicatum fuit per Excellentem Dominum Turramitium Senenſem Rotæ Peruſinæ Pratorem anno 1583. die 22. Nouembris, qui condemnauit filios dicti ſer Laurentij ad reſtituendum Domino Sebaſtiano filio præfati Domini Antonij tunc defuncti duas partes ex tribus bonorum hereditatis dicti ſer Laurentij, retenta alia tertia parte pro legitima ipſis debita, rogato Domino Octauiano Aurelio Notario Peruſino. Et vt audiui cauſa poſtea concordata fuit.

ARGVMENTVM.

Feminę numquid admittantur ad fideicommiſſum, factum fauore illorum de Cippo domus.

Compendioſa ſubſtitutio, an, & quando contineat pupillarem, maxime in præiudicium matris pupilli.

SVMMARIVM.

1 *Domus accipitur pro agnatione, & familia teſtatoris.*
2 *Feminæ deſcendentes ex maſculis de agnatione an ſint agnatæ & de familia teſtatoris.*
Amplia etiam ſi ſunt nuptæ extra familiam.num.3.
Sed contra num.7.cum ſeq.
4 *Feminæ donec viuunt, dignitatem familiæ, & agnationis conſeruant.*
5 *Femina agnata admittitur ad fideicommiſſum factum fauore Cippi domus.*
Sed contra infra per totum.
Maxime quando grauauit filium, Si deceſſerit ſine filijs, nulla maſculorum facta mentione.num.6.
Sed contra num.29.
7 *Cippus accipi debet pro ſtipite agnationis.*
8 *Agnati tantum cenſentur vocati in ſubſtitutione facta de Cippo domus, & quidem maſculi non feminæ.*
9 *Vxor ſequitur forum viri, & deſinit eſſe de paterno foro nō ſolum ratione incolatus, ſed etiam ratione originis.*
10 *Mulier nupta ignobili, perdit nobilitatem, & quodammodo amittit domum & familiam patris.*
11 *Mulieres nuptæ, attenta conſuetudine & communi vſu loquendi, de domo viri nuncupantur, & vtuntur armis & inſignibus viri.*
12 *Femina non admittitur ad fideicommiſſum, ad quod fuerunt vocati illi de Cippo domus.num.27.*
13 *Priuilegium, quod competit feminis, iuuat tantum innuptas, non autem nuptas.*
14 *Femina numquam admittitur ad fideicommiſſum, ad quod vocatur Cippus domus, quando coniecturis elicitur teſtatorem voluiſſe conſeruare agnationem.*
15 *Femina nupta eſt finis agnationis patris, & principium agnationis viri.*
16 *Agnatio per feminas de agnatione, quæ in alienas familias tranſeunt, non conſeruatur, maxime quando iā ſunt nuptæ.*
17 *Feminæ etiam de agnatione in diſpoſitione teſtatoris non includuntur, quando habuit rationem conſeruandi agnationem.*
Nec in diſpoſitione ſtatutaria.num.18.
19 *Feminæ non comprehenduntur ſub nominibus collectiuis familiæ agnationis deſcendentium & ſimilibus, quando teſtator habuit rationem conſeruandæ agnationis.*
20 *Teſtator excludens feminas, & vocans Cippum domus, cenſetur habuiſſe rationem conſeruandi agnationem. cum ſeq.*
21 *Argumentum procedit de ſtatuto ad vltimam voluntatem.*
22 *Statutum excludens feminas, cenſetur eas excludere fauore agnationis.*
23 *Statutum excludens matrem cenſetur factum non odio matris, ſed fauore agnationis.*

24 *Agnati ſiue per ſtatutum, ſiue per vltimam voluntatem præferuntur cognatis, ſiue ſimpliciter vocentur, maſculi tantum includuntur, non feminæ.*

25 *Teſtator excludens feminas, & vocans maſculos ſtante ſtatuto excluſiuo feminarum, fauore agnationis motus præſumitur. Et num. 30.*

26 *Remotior non debet eſſe melioris conditionis, quam ſit proximior.*

31 *Subſtitutio concepta ſub conditione mortis, quandocumque aliquis deceſſerit, quæ multa tempora complectitur, dicitur compendioſa.*

32 *Verbum, ſubſtituit, eſt commune aptum comprehendere nõ ſolum fideicommiſſariam, ſed etiam pupillarem.*

33 *Subſtitutio compendioſa, facta pupillo, iudicatur pupillaris, quando ille deceſſit in pupillari ætate.*

34 *Subſtitutus pupillariter ſuccedit in omnibus bonis pupilli, cum ſit impuberis hæres, ac ſi pupillus feciſſet teſtamentum, excluſis alijs, qui pupillo ab inteſtato ſuccedere potuiſſent.*

35 *Compendioſa ſubſtitutio, exiſtente matre in medio, omni tempore indicatur fideicommiſſaria.*

Sed contra num. 36.

37 *Mater nõ excluditur per pupillarem ſubſtitutionẽ, quamuis tranſiuerit ad ſecunda vota, niſi conſtet teſtatorem voluiſſe eam priuare.*

38 *Mater quæ tranſiuit ad ſecũdas nuptias, & infra annum non prouidit filio de tutore, priuatur eius ſucceſſione.*

CONSILIVM LXXV.

EX teſtamento Thomæ de Caſtro Caſtilionis Iacus, in quo ipſe Iacobum filium hæredem vniuerſalem inſtituit, & quandocumque decederet ſine filijs, eidem ſic decedenti ſubſtituit Cippum domus ipſius, duę exoriuntur difficultates.

Quarum Prima eſt, numquid Iacobo, defuncto ſine filijs, vigore dictæ ſubſtitutionis ſuccedat Caſſandra & Hieronyma ſorores patrueles teſtatoris, Vel Bartholomæus frater patruelis Guerrini patris ipſius teſtatoris, & ſic numquid feminæ includantur in ſubſtitutione facta de Cippo domus teſtatoris. In qua difficultate aliqui Excellentiſſimi Iuriſconſulti pro feminis reſponderunt, quorum conſultatio vera
1 videtur, nam ſiue dicamus teſtatorem accepiſſe † domum pro agnatione & familia teſtatoris, iuxta l. cũ auus, in princ. iuncta glo. ff. de adim. legat. & not. per Bart. in l. tutelas, in princ. ſub num. 4. ff. de cap. dimin. & in l. 1. in princ. ff. ad Sillan. Imol. in l. ex facto, §. 1. numero 9. vbi Alexan. num. 56. verſicu. Puto igitur, ff. ad Trebell. Pariſ. conſ. 35. col. 1. lib. 3. & alios allegatos per Simon de Pret. conſil. 103. num. 2. & 3. lib. 1. mu-
2 lieres in ſubſtitutione includuntur, † quia feminæ deſcendentes ex maſculis de agnatione, agnatæ ſunt ac de agnatione & familia teſtatoris, l. pronunciatio, cũ l. ſeq. ff. de verbor. ſignific. l. fin. C. eodem titu. Alexan. conſil. 56. num. 4. lib. 1. Socin. iun. conſil. 94. num. 10. lib. 1. & quidem ita proprie ſicut maſculi. Pariſ. conſil. 47. num. 42. lib. 3. Cephal. conſil. 53. num. 85. lib. 1.
3 † Quæ concluſio procedit etiam in muliere nupta extra familiam, quæ non propterea deſinit eſſe agnata, & de familia patris, l. voluntas, C. de fideicomm. vbi Bald. num. 2. Salic. & ceteri, Cardin. Zabar. conſil. 91. num. 1. & ſeq. Socin. ſen. conſil. 227. num. 5. lib. 1. Dec. conſ. 187. num. 11. Pariſ. d. conſ. 35. num. 5. & lib. 3. & conſ. 51. nu. 12. & 13. lib. 2. Anchar. Regienſ. quæſt. 41. num. 15. lib. 3. Soc. iun. conſ. 1. num. 14. & 16. lib. 1. Rui. conſ. 153. nu. 9. lib. 3. Ceph. conſ. 53. nu. 86. lib. 1. Hiero. Gabr. conſ. 195. num. 3. lib. 1. Siue dicatur teſtatorem ſubſtituiſſe Cippum domus fauore agnationis pro eius conſeruatione, adhuc pro feminis reſpondẽdum
4 eſſet, † quoniam etiam feminę, donec viuunt, dignitatem familiæ & agnationis conſeruant. Alex. conſil. 5. nu. 9. ver. Præterea poſito, lib. 6. & conſ. 55. nu. 5. libro 3. Socin. ſen. conſ. 28. nu. 24. lib. 4. Pariſ. conſ. 47. nu. 61. 68. & 104. lib. 3. Iaſ. conſil. 142. num. 24. verſicu. Sexto
5 facit, lib. 2. Cephal. d. conſ. 53. nu. 97. & ſeq. † & ita in terminis ſimilis ſubſtitutionis, vt ſcilicet femina agnata admittatur ad fideicommiſſum factum fauore Cippi domus, multis rationibus firmauit Pariſ. in d. conſ. 35. col. 1. & ſeq. & conſ. 47. nu. 40. & ſeqq. multis, lib. 3. quem ſequitur Tob. Non. conſil. 41. nu. 18. & pro eadem opinione allegantur Ruin. conſ. 153. num. 8. & ſeqq. lib. 2 Zabar. conſ. 91. nu. 1. Soc. iun. conſil. 94. num. 10. lib. 1. & conſ. 2. num. 13. lib. 2. Alciat. conſ. 69.
6 Crau. conſ. 161. num. 1. & ſeq. lib. 1. Quæ opinio † magis procedit, quando (vt euenit in caſu de quo agitur) teſtator grauauit filium, ſi deceſſerit ſine filijs, nulla maſculorum facta mentione, tunc enim ſicut tam maſculi quam feminæ faciunt deficere conditionem, ita etiam videtur maſculos & feminas de Cippo ſubſtituiſſe ſecundum Cort. iun. conſil. 172. num. 3. verſicu. Nec dicit, lib. 1. & Rub. Alexandri. conſil. 106. & ſine aliqua difficultate hanc opinionem ſequendam eſſe aſſeritur per eos, qui pro feminis reſponderunt, cum ſtatutum non excludat iſtas mulieres agnatas per ſuperexiſtentiam Bartholomæi, vt conſiderat Rub. Alexand. in allegato conſil. 106. num. 2. verſicu. Pręmiſſis tamen.

Prædictis non obſtantibus, puto Bartholomæum admittendum eſſe ad ſucceſſionẽ Iacobi virtute ſubſtitutionis antedictæ, excluſis feminis.

Primo quia teſtator ſubſtituit Cippũ ſuæ domus,
7 † & Cippus accipi debet pro ſtipite agnationis. Aug. in l. fin. in prin. & ibi Caſtr. nu. 7. C. de verb. ſignif. Barbat. in l. cum acutiſſimi, col. 62. verſi. Nota ibi, Sobole, C. de fideicom. Pariſ. in d. conſ. 35. in prin. Soc. ſen. conſil. 53. num. 21. lib. 4. Mant. de coniect. vlt. vol. lib. 8. ti-
8 tu. 18. nu. 16. † & in ſubſtitutione facta de Cippo domus, agnati tantum cenſentur vocati, quia ipſi ſunt ſtipes agnationis. Caſtr. in d. l. fin. nu. 7. Soc. iun. in d. conſ. 51. num. 21. videlicet maſculi per lineam maſculinam deſcendentes, non autem feminæ, quoniam femina etiam de agnatione non poteſt dici Cippus domus. Socin. iun. conſ. 1. num. 61. lib. 1. Cippus enim arboris denotat, & ſignificat eam partem arboris, in qua ſuſtẽtatur tota arbor, nec veniunt palmites, frondes, & fructus, qui ſtant in arbore, licet omnia ſint pars arboris, & de arbore dici poſſint, ideo in huiuſmodi ſubſtitutione cenſentur vocati ſoli maſculi, in quibus firmamentum domus & perpetuitas ipſius reſidet, non autem feminę, quę ramuſculis & frondibus arboris non ſtipiti comparantur, vt dixerunt Corne. conſ. 55. nu. 5. lib. 1. & conſ. 26. col. 2. nu. 5. lib. 4. Duran. de art. teſtan. tit. 5. caut. 22. nu. 1.

Secundo pro maſculo conſiderandum eſt, quod feminæ illæ ſunt nuptæ, et in alienam familiam tranſi-
9 uerunt, et vxor † ſequitur virum quoad forum, l. cum quædam puella, in princip. ff. de iuriſdiction. omn. iud. l. exigere, ff. de iudic. efficitur ciuis ciuitatis viri. Bartol. in l. fin. §. idem reſponderunt, ff. ad municip. et deſinit eſſe de paterno foro non ſolum ratione incolatus, ſed etiam ratione originis, l. origine, C. de municip. et origin. lib. 10. Bart. et Bald. in dicta l. cum quædam puella. Coruſcatque radijs et dignitate mariti, §. hoc itaque, Authen. de Conſul. l. feminæ, ff. de ſe
10 nat. † et quando nubit ignobili, perdit nobilitatem,

et di-

&dignitatem, quam à patre fuerat conſequuta. Do-
ctores in d. l. feminæ, & efficitur de familia & domo
viri. Barr. in l. quoties, C. de priuileg. ſcholar. libro 12.
Rimin. ſen. conſ. 185. num. 32. Rimin. iun. conſil. 313.
num. 51. libro 3. Et quodammodo amittit domum &
familiam patris. Gozad. conſil. 34. num. 15. Corne. d.
conſ. 55. num. 6. Anchar. Socin. Cagnol. Grat. & alij
quos refert, & ſequitur Senat. Pedemon. in deciſ. 127.
num. 1. Quæ concluſio ſaltem procedit, attenta con-
11 ſuetudine, & communi vſu loquendi, † quibus mulie-
res nuptæ non amplius de domo patris, ſed de domo
viri nuncupantur, vtuntur armis, & inſignibus viri,
de qua conſuetudine & communi vſu loquendi te-
ſtantur Coro. in d. conſ. 55. num. 6. verſic. Et hoc Peru-
ſiæ, Gozad. conſ. 79. num. 7. Grat. conſ. 67. num. 14. &
ſequen. lib. 2. Soc. iun. conſ. 168. num. 59. libro 2. Cum
igitur femina nupta appelletur de domo, & familia
viri, non autem de domo, & familia patris, maxime
attenta conſuetudine & communi vſu loquendi, eo
12 magis reſpondendum † eſt feminas non eſſe admit-
tendas ad fideicommiſſum, ad quod vocantur illi de
familia, aut de domo teſtatoris, ſeu ad quod vocatur
Cippus domus, vt probant Corn. d. conſil. 55. num. 6.
Grat. d. conſil. 67. num. 14. & ſeq. vbi de communi te-
ſtatur lib. 2. Gozadin. in allegato loco. Ruin. conſ. 24.
num. 12. & ſeq. lib. 2. Albet. Brun. de ſtat. quod ſtant.
maſcul. art. 12. num. 267. & ita indicauit Senat. Pede-
mon. in deciſ. 127. in qua plures rationes & auctori-
tates pro hac opinione adducuntur. quam ſequitur
Alexan. Raudenſis in tract. de anolog. lib. 1. cap. 13.
num. 27. & ſeqq. multis, & eam communem dicit Bur
13 ſat. conſ. 1. num. 33. lib. 1. † & facit, quod dicitur priui-
legium, quod aliàs competeret etiam feminis, ab ali-
quo deſcendentibus, iuuare feminas tantum innu-
ptas, non autem nuptas, quæ familiam & domum pa-
tris exiuerunt, & in totum ad domum viri ſe tranſtu-
lerunt, vt dixerunt Bar. in l. quoties, nu. 2. C. de priuil.
ſcholar. lib. 12. Felin. in cap. de monialibus, num. 4. de
ſent. excom. Soc. iun. conſil. 168. num. 57. & 78. libro 2.
Menoch. conſil. 314. num. 17. lib. 4. & Alex. Raudenſis
in d. cap. 13. num. 28. & ſeq.

Tertio dicitur, quod quando coniecturis elici po-
teſt teſtatorem voluiſſe conſeruare agnationem ſuã,
14 † numquam feminæ admittuntur ad fideicõmiſſum,
ad quod vocatur Cippus domus, ſeu inuitantur illi
de familia, & caſata teſtatoris, ſecundum Mant. in
d. lib. 8. tit. 12. num. 16. & Burſat. qui de communi te-
ſtatur in conſ. 228. nu. 46. lib. 3. quod admittit etiam
Pariſ. in contrarium allegatus in d. conſ. 35. num. 11.
15 & ſeq. libro 3. Sane † femina eſt finis agnationis pa-
tris, in ipſaque agnatio finitur, & eſt principium co-
gnationis viri, l. pronunciatio, in fin. iuncta gloſſa, ff.
de verbor. ſignific. Tiraquel. de retract. lignagier, §. 1.
glo. 9. num. 195. Socin. iun. conſil. 2. num. 29. libro 3.
Pariſ. conſil. 63. num. 24 libro 2. Menoch. conſil. 400.
num. 46. lib. 4. Tiber. Decian. conſil. 30. num. 14. libro
3. cum & nubendo familiæ patris finem facit, illam-
que potius extinguit, & familiam viri auget. Port.
Imol. conſil. 11. num. 14. Menoch. conſil. 348. num. 31.
lib. 4. Ideo familiam & agnationem patria non con-
16 ſeruat, † cum agnatio per feminas de agnatione, quę
in alienas familias tranſeunt, non conſeruetur. Iaco.
de Aret. in ſua diſput. quem refert Io. Andr. in addit.
ad Specul. in tit. de ſucceſ. ab inteſt. Crauet. conſ. 250.
num. 2. conſ. 306. nu. 5. lib. 2. & conſ. 656. nu. 4. libro 4.
Crot. conſ. 16. nu. 11. lib. 1. Ruin. conſ. 15. num. 17. circa
medium, lib. 3. Soc. ſen. inter conſilia Curt. ſen. conſil.
40. nu. 3. Rimin. ſen. conſ. 184. nu. 19. Dec. conſil. 466.
nu 9. in fi. Grat. conſ. 68. nu. 20. & ſeq. lib. 2. Menoch.

conſ. 95. nu. 55. & 56. lib. 1. & conſ. 150. nu. 33. & 37. lib.
2. Rim. iun. conſ. 47. num. 22. lib. 1. & conſ. 401. nu. 48.
lib. 4. Sim. de Pret. de interpret. vlt. vol. lib. 3. interpr.
3. dub. 1. ſol. 11. nu. 67. ver. Cum tamen, præſertim quã-
do iam ſunt nuptæ, in quibus ratio conſeruandi agna-
tionem patris non conſideratur. Rimin. ſen. conſ. 185.
17 nu. 32. Rim. iun. conſ. 313. nu. 51. lib. 3. † Et propterea
quando teſtator habuit rationem agnationis conſer-
uandę, concluditur in diſpoſitione teſtatoris feminas
ẽt agnatas non includi. Grat. conſ. 68. nu. 20. & 21. lib.
2. Ruin. conſ. 15. nu. 17. lib. 3. Dec. conſ. 466. nu. 9. in fi.
Crau. cõſ. 306. nu. 5. lib. 2. Ceph. conſ. 511. nu. 27. lib. 4.
18 Neque ẽt in ſtatutaria † diſpoſitione. Crau. conſ. 656.
nu. 4. lib. 4. & ideo Sim. de Pret. in d. ſolu. 11. nu. 67. ver.
feminæ. & conſ. 161. nu. 14. & ſeq. lib. 1. poſt Crau. conſ.
180. num. 1. lib. 1. Soc. iun. conſil. 90. num. 20. lib. 1. Iaſ.
conſ. 52. col. 4. & ſeq. lib. 3. Bero. conſ. 83. num. 2. lib. 2.
19 & alios † dixit ſub nominibus collectiuis familiæ, a-
gnationis, deſcendentiũ & ſimilibus, in quibus femi-
næ, regulariter comprehenduntur, numquam cõpre-
hendi, qñ teſtator expreſſam rationem, vel tacitam
& coniecturatam agnationis conſeruandæ habuit.

Quod in caſu, de quo agitur, teſtator ſubſtitutio-
nẽ fecerit pro conſeruatione ſuæ agnationis, duplici
ratione conſideratur. Prima quidem, quia vt in ſecun
da difficultate demonſtrabitur, teſtator in effectu fe-
cit filio pupillarem ſubſtitutionem etiam in bonis pu
pilli, & ab vniuerſali ſubſtitutione excluſit matrem
Iacobi filij, & ſororem vterinam teſtatoris Iacobi a-
mitam, quibus certum quid reliquit, & in reliquia
20 Cippum domus ſubſtituit, † quod alia ratione feciſſe
non creditur niſi pro cõſeruatione Cippi ſuæ domus
& agnationis. Iaſ. conſ. 141. col. 6. ver. Tertio pro eadẽ
parte, & col. 8. ver. Septimo prædicta, lib. 2. Ruin. conſ.
139. nu. 17. lib. 3. Soc. ſen. conſ. 14. nu. 4 in fin. lib. 3. Tib.
Dec. conſ. 74. nu. 20. & ſeq. lib. 3. quę cõiectura optime
cõprobatur ſecundũ Man. de coniec. vlt. vol. lib. 11. tit.
21 14. n. 14. † Ducto argumento ex lege ad teſtatoris vo-
luntatem, quo argumento vtũtur paſſim Doctores, cũ
eo modo interpretetur voluntas teſtatoris, quo diſpo
ſitio legis. Bar. in l. 1. C. de his quib. vt indig. Ale. in l. ea
22 demum, C. de coll. Crau. conſ. 291. nu. 5. lib. 2. † Sed ſta
tutum, quod à ſucceſſione excludit feminas, nulla cau
ſa expreſſa, id facere intelligitur pro conſeruatione
agnationis. Io. Andr. in addit. ad Spec. in rub. de ſuc-
ceſſ. ab inteſt. ver. Et eſt ſciendum. Alex. conſ. 89. nu. 4.
lib. 6. & de cõi teſtantur Soc. iun. conſ. 1. nu. 38. 39. 44.
& 53. lib. 1. & Cur. iun. conſ. 87. nu. 1. lib. 1. Ideo eadem
ratione teſtator motus præſumitur ad excludendum
matrẽ & amitam Iacobi, & ſubſtituendum Cippum
domus, & confirmatur per Bald. inter conſilia Anan.
conſ. 280. quem ſequitur Ruin. conſ. 146. num. 4. lib. 2.
23 Dum dixit † ſtatutum, quod excludit matrem propter
agnatos, cenſeri factum non odio matris, ſed fauore
agnationis, vt bona in ea conſeruentur; & propterea
maſculos tantum agnatos cenſeri vocatos, non femi-
nas agnatas; Vnde idem dicendum eſt in diſpoſitio-
ne teſtatoris, per quam excluduntur mater & amita
Iacobi propter Cippum domus ex iam dictis, quod
etiam firmare videtur Crauet. conſ. 180. num. 1. lib. 1.
24 aſſerens, † quod ſiue per ſtatutum, ſiue per vltimam
voluntatem agnati præferantur cognatis, ſiue ſimpli
citer illi de agnatione vocentur, maſculi tantum in-
cluduntur, non feminæ.

Secunda ratione oſtenditur teſtatorem ad ſubſti-
tuendum Cippum domus motum fuiſſe ratione con-
25 ſeruandi agnationem, † quoniam in loco adeſt ſtatu-
tum excluſiuum feminarum propter maſculos, quod
ratione conſeruationis agnationis, & familiæ, quæ

per maſculos non per feminas conſeruatur, factum præſumitur, Iacob. de Aret. & Cin. in l. 1. C. de adult. Corn. conſ. 26 nu. 4 lib. 4 cum alijs allegatis ſupra, & Alber. Brun. de ſtat. quod ſtant maſcul. art. 3. & Gozadin. qui de communi teſtatur conſil. 79. num. 7. Et quia teſtator cenſetur voluiſſe ſe conformare cum diſpoſitione ſtatuti, Barto. in l hæredes mei, §. cum ita, num 4 ff. ad Trebell. Bal. in c. in præſentia, num. 11. de probar. Ripa in d. §. cum ita, num. 75. Sicut ſtatutum excludit feminas pro conſeruatione agnationis, eadem ratione teſtator motus præſumitur, dum ab vniuerſali ſubſtitutione excluſit matrem, & amitam Iacobi, & vocauit Cippum domus, & conſequenter maſculos tantum, non feminas ſubſtituere voluiſſe præſumitur, vt in terminis per hanc rationem conſiderant Corn. dicto conſil. 26. num. 4 Gozadin. conſ. 79. num. 7 & ſequen. & conſil. 45. num. 10. & Mant. in dicto titu. 12. num. 16. in fin. & confirmat Senat. Pedemont. in dicta deciſ. 127. num. 2. & 3. Quæ interpretatio veriſſima videtur, cum non ſit credendum teſtatorem voluiſſe excludere à ſucceſſione Iacobi filij matrem, & amitam Iacobi proximiores, & magis dilectas propter Caſſandram, & Hieronymam ſorores patrueles teſtatoris in vlteriori gradu exiſtentes, & minus dilectas, & ſic voluiſſe, quod remotiores me-
26 lioris ſint conditionis, quam propinquiores, † contra l. Publius, §. 1. ff. de condit. & demonſtr. l. viua matre, cum ibi notatis, C. de bon. mater. cum alijs allegatis per Ceph conſil. 306. num. 62. lib. 3.

Poſtremo ad reſpondendum pro Bartholomæo contra dictas feminas valde moueor auctoritatibus
27 plurium, qui in terminis reſponderunt † feminas agnatas non admitti ad fideicommiſſum, ad quod vocatur Cippus domus, ſed ad illud maſculos tantum agnatos vocatos cenſeri. Hanc quidem opinionem tenuerunt Cor conſil. 55. num. 4. & ſeqq. lib. 1. & conſil. 26. col. 2. lib 4 Duran. de art. teſtan. tit. 5. de ſubſtit. caut. 22. num 2 Gozad. conſ. 79. num. 7. & ſeq. & conſ. 45. num. 10 Grat. conſ. 67 num. 10 & ſeq. lib. 2. Socin. iun. conſ. 1. num. 62. lib. 1. Mant in d. lib 8. tit. 12. num. 16. Simon de Pret. de interpret. vlt. vol. lib. 3. interpr. 3. dubit. 1. ſolut. 11. num. 19. & 69. Tob. Non. conſ. 76. num. 31. Alb. Brun. in tract. de ſtat. quod ſtant. maſcul. art. 12 nu. 67. Ceph conſ. 511. nu. 26. lib. 4. quam etiã ſequi videntur Curt. iun. in contrarium allegatus in conſil. 172. num. 5. lib 3 & Laurent. de Palat. in tract. de ſtat. quod ſtant maſcul. num. 102. pro qua opinione in caſu noſtro, in quo feminæ ſunt nuptæ, allegari etiam poſſunt Ruin. Alex. Raudens. Senat. Pedemon. & alij in locis allegatis ſupra in ſecundo fundamento huius conſultationis.

Nec prædictis obſtant ea, quæ per Dominos conſulentes in contrarium adducuntur, quia ex adductis ſupra ſatis remouentur. Et ex abundanti reſpondetur.

28 † Primo allegatos in contrarium, excepto Pariſio, quem ſimpliciter ſequitur Tobias Nonius, loqui, quando ſunt ſubſtituti illi de familia & agnatione. Nos vero quando ſubſtitutus eſt Cippus domus, qui capitur pro ſtipite agnationis, & ſic pro maſculis, vt dixi, & ſi femina appellatione familiæ contineretur, iuxta l. pronunciatio, ff. de verbor. ſignific. non tamen venit appellatione Cippi domus. Duran. in d. titu. 5. caut. 22. Corn. d. conſil. 55.

Secundo allegata in contrarium non procedunt in muliere nupta, vt dixi ſupra. Nec obſtat d. l. voluntas, C. de fideicomm. & quod per illam Doctores dicunt feminam etiam nuptam eſſe de familia & agnatione patris, quia tribus modis reſpondet Senat. Pedemon in d. deciſ. 127. nu. 6 & 7. & alio modo reſpondet Ruin. conſ. 54 num 12. & ſeq lib. 2. quem ſequitur Raudenſis in d. cap 13 nu. 27. Tertio dicitur, quod ſi mulier nupta eſſet de agnatione patris, nõ tamen eſt idonea ad conſeruationem agnationis & familiæ, cũ tranſiuerit in alienam familiam. Socin. iun. conſ. 168. nu. 56. lib. 2. Menoch conſ. 95. nu. 56. lib. 5. Et propterea ad fideicommiſſum non debet admitti, cum illud fauore agnationis factum fuerit.

Quarto allegata in contrarium non procedunt, quando viget conſuetudo, vel ſecundum communem vſum loquendi mulier nupta appellatur de domo mariti, & non patris, prout Peruſiæ & fere per totam Italiam viget, vt reſpondet Grat. conſil. 67. num. 19. lib. 5. poſt Corn. in dictis conſilijs.

Ex quibus apparet opinionem iſtam contra feminas eſſe veriorem, & in iudicando ſequendam, quidquid in contrarium dixerit Pariſ. in dictis conſilijs 35. & 47. libro 3. quem ſimpliciter ſequitur Tobias Nonius, cuius fundamenta ex prædictis ſatis ſubuertuntur, & contra eum eſt communis opinio, vt conſtat ex allegatis ſupra. Alij vero Doctores in contrarium allegati, ſi recte eorum dicta conſiderentur, parum faciunt, quia loquuntur in diuerſis terminis.

29 Nec obſtat, † quod teſtator in conditione poſuerit filios, nulla maſculorum facta mentione, quoniam Curt. iun. in allegato conſ. 172. lib. 2. non dicit feminam admitti ad fideicommiſſum factum in fauorem Cippi domus, ea ratione, quod in conditione maſculorum non ſit facta mentio, ſed ſolum dicit neptem, ex filio teſtatoris non facere deficere conditionem, nec excludere ſubſtitutum, quando filij maſculi in conditione ſunt poſiti, licet ſecus eſſet, ſi teſtator grauaſſet hæredem, ſi deceſſerit ſine filijs. Præterea licet expreſſio maſculinitatis ſit vna ex coniecturis, quæ adducuntur in fauorem maſculorum, non propterea dicit Curt. iun. quin ex alijs percipi poſſit teſtatorem habuiſſe rationem agnationis, & de maſculis ſenſiſſe, quando Cippum domus ſubſtituit, & ipſe inferius, num. 5. alia etiam ratione vtitur ad oſtendendum feminam non eſſe de Cippo domus, nec ad ſubſtitutionem admitti debere. Ex his etiam elicitur non nocere Rub. Alexandri. in allegato conſil. 506. num. 4. verſic. & quod in caſu, præter quam quod ipſe non loquitur, quando teſtator ſubſtituit Cippum domus, ſed quando vocauit proximiores de ſua agnatione, vt elicitur in principio conſilij, quod valde differt, vt dixi ſupra.

Poſtremo dicitur rationem adductam per Rube. Alexandri. quod ſicut teſtator, dum ſimpliciter poſuit filios in conditione, intellexit tam de maſculis, quam de feminis, pari ratione ſubſtituere voluerit tam maſculos, quam feminas, non eſſe bonam, & vnũ caſum ab alio valde differre, nam ſi teſtator, dum poſuit filios Iacobi in conditione, ſenſiſſet etiam de feminis ad excluſionem ſubſtitutorum, id feciſſe creditur, ne ſequatur abſurdum, vt extranei præferantur nepotibus deſcendentibus ab ipſo teſtatore, contra l. cum auus, ff. de cond. & demonſtr. & l. cum acutiſſimi, in fin. C. de fideicomm. Sed ſi decedente Iacobo ſine filijs, voluit ſubſtituere Cippum domus pro conſeruatione agnationis, & vocare maſculos, feminasque tranſuerſales excludere, nulla exoritur abſurditas, & ſic caſus eſt valde diuerſus, ideo de vno ad aliũ non eſt inferendum, argum l Papinianus, in princ. ff. de minor. l. naturaliter, §. nihil commune. cum ibi notatis, ff. de acquir poſſeſſ.

Minus obſtat, dum dicebatur opinionem contra-

riam

riam eſſe ampleſtendam, cum mulieres illæ vigore
ſtaruti per ſuperexiſtentiam Bartbolomæi à ſucceſſio
ne ab inteſtato non excludantur, vt dicebat Rub. A-
lex.conſ.106.quoniam Rubeus non loquitur, quando
eſt ſubſtitutus Cippus domus, præterquam quod fun
damentum ſtatuti facit contra feminas, licet maſcu-
lus non ſit talis, qui eas à ſucceſſione inteſtati exclu-
30 deret, † quoniam coniectura ex ſtatuto ſolum deſumi
tur per Corn. Gozad. Man. & Sen. Pedemon. in tertio
fundamento allegatos ad declarandam voluntatem
teſtatoris. Vnde quemadmodum in ſtatuto ad exclu
ſionem feminarum conſideratur ratio conſeruandi
agnationem, vt ipſi dicunt, ita teſtator, qui cum ſtatu
to præſumitur ſe conformare voluiſſe, dum matrem &
amitam Iacobi excluſit ab vniuerſali ſucceſſione, &
Cippum domus ſubſtituit, cenſetur id feciſſe ratione
conſeruationis agnationis, vt ipſi ſentiunt, & præter
eos Soc. ſen. conſil. 168. num. 69. verſ. Nec obſtat, lib. 2.
quem ſequitur Mant. de coniect. vltim. volun. libr. 11.
titu. 14. num. 16.

Secunda principalis dubitatio exoritur, ſtante te-
ſtamento dicti Thomæ, in quo teſtator hæredem in-
ſtituit dictum Iacobum. Et ſi quandocumque dece-
deret ſine filijs, eidem ſubſtituit Cippum domus. Et
quia dictus Iacobus in pupillari ætate deceſſit, ſubſti-
tutio prædicta ſit fideicommiſſaria, vel pupillaris; In
31 qua concluſione procedendo dico † ſubſtitutionem
fuiſſe factam filio infanti, quandocumque deceſſerit,
quæ cum concepta fuerit ſub conditione mortis, quæ
multa complectitur tempora compendioſa dicitur.
Bar. in l. Centurio, nu. 9. ff. de vulg. & pup. vbi Aret. nu.
5. in fi. & ſeq. Soc. ſen. num. 18. Ripa num. 60. & ceteri
communiter Doctores in l. precib. C. de impuber. &
alijs ſubſtitut. Dec. conſ. 642. num. 1. Sforz. Odd. qui
alios allegat in tract. compend. ſubſtit. par. 1. in prin-
32 cip. Et quia fuit facta per verbum, Subſtituit, † quod
verbum eſt commune, aptumque comprehendere nõ
ſolum fideicommiſſariam, ſed etiam pupillarem, &
ſic directam ſubſtitutionem, l. iam hoc iure, ver. Sed ſi
aliter. & ibi Bart. & alij, ff. de vulg. & pupil. ſubſtitut.
Barto. in d. l. Centurio, num. 47. quem ibi ſequuntur
Iaſ. num. 62. Ripa num. 187. Socin. iun. nu. 331. qui de
communi teſtantur. Neuizan. conſ. 26. num. 36. Curt.
iun. conſ. 13. num. 3. lib. 1. & alij multi relati per Sforz.
Odd. in d. tract. par. 4. in verb. ſubſtitutio, fol. 63. cum
filius deceſſerit in pupillari ætate, continet pupilla-
33 rem, † quia compendioſa ſubſtitutio facta pupillo,
iudicatur pupillaris, quando ille in pupillari ætate
decedit, c. ſi pater, de teſta. in 6. Doctores in d. l. Centu
rio, vbi Bart. num. 29. Paul. de Caſtr. num. 6. Alex. nu.
17. Ripa num. 117. in fin. quæ concluſio communiter
approbatur, vt teſtantur Cuman. conſ. 2. col. fin. verſi.
In contrarium. Soc. iun. conſ. 121. num. 10. ver. Secundo
vero, lib. 1. Rol. à Vall. conſ. 69. num. 23. & ſeq. libro 1.
& Tob. Non. conſil. 30. num. 1. Etiam quod dictum ſit,
ſi deceſſerit ſine filijs, d. cap. ſi pater. Paul. de Caſtr.
in l. precibus, num. 14. verſic. Prædicta quidem, C. de
impuber. & alijs ſubſtit. Ripa in d. l. Centurio, nu. 89.
34 Tob. Non. conſil. 30. num. 10. Et per † dictam ſubſtitu-
tionem pupillarem Bartholomęus ſuccedit in omni-
bus bonis Iacobi pupilli, cum ſuccedens per pupilla-
rem ſubſtitutionem ſit impuberis hæres, l. pater filio,
ff. de hæred. inſtit. l. precibus, in princ. verſicu. Si vero
ſubſtitutio, C. de impub. & alijs ſubſt. æque ac ſi filius
feciſſet teſtamentum, §. igitur, Inſtit. de pupil. ſubſtit.
Soc. iun. conſ. 50. nu. 4. lib. 4. Et per illam conſequitur
omnia bona pupilli non ſolum, quæ fuerunt teſtato-
ris, ſed etiam ea, quæ poſt teſtamentum pupillo fue-
runt aliunde quæſita, l. ſed & ſi plures, §. ad ſubſtitu-
tos, ff. de vulgar. pupil. & excluſis alijs, qui pupillo ab
inteſtato ſuccedere potuiſſent, l. ſi relicto mento, iure fa
cto, C. de impuber. & alijs ſubſtit. Paul. de Caſtr. conſ.
49. num. 1. libro 2.

35 Et quamuis ſuperſit mater Iacobi pupilli, † & ma-
tre exiſtente in medio, compendioſa ſubſtitutio ver-
bis communibus concepta, omni tempore iudicetur
fideicommiſſaria, nec matrem excludat, ſecundum
Bar. in d. l. Centurio, num. 58. quem ſequuntur multi
allegati per Burſat. conſil. 8. lib. 1. Tib. Decian. conſil.
85. num. 19. lib. 3. Menoch. conſ. 144. num. 13. libr. 2. &
Sforz. Odd. in d. tract. par. 5. fol. 155. s. lat. ver. Prima
eſt. Reſpondetur

36 † Primo contrariam opinionem, quod etiam ma-
tre exiſtente in medio, compendioſa ſubſtitutio, ver-
bis communibus concepta, contineat pupillarem in-
fra tempora pupillaris ætatis, eſſe veriorem & magis
communiter approbatam, vt affirmat Sforz. Odd. in
d. par. 5. fol. 156. ver. Contraria igitur. Cephal. conſil.
524. nu. 27. lib. 4. Hieron. Gabr. conſ. 120. nu. 9. & ſeq.
lib. 5. Rim. iun. conſ. 270. nu. 65. & ſeq. lib. 3. Tob. Non.
conſ. 30. nu. 3. qui alios multos allegant hanc opinio-
nem ſequentes, teſtanturque illam eſſe magis com-
muniter receptam, in practica obſeruari, & ab ea in
iudicando & conſulendo non eſſe recedendum.

Secundo ſi contraria opinio verior eſſet, & magis
communiter recepta, adhuc ceſſaret in caſu noſtro,
37 in quo mater tranſiuit ad ſecunda vota † Licet enim
regulariter mater non excludatur per pupillarem,
quamuis tranſiuerit ad ſecunda vota, vt reprobata
opinione Angel. in l. 2. ff. de vulgar. & pupil. dixerunt
Iaſ. in d. l. precibus, C. de impuber. & alijs ſubſtit. nu.
15. ver. Retenta tamen. Imol. Aret. & Iaſ. in d. l. 2. vbi
Rip. nu. 53. de communi teſtatur. Bero. conſ. 125. num.
11. & ſeq. lib. 2. Tibe. Decian. qui communem dicit in
conſ. 82. num. 38. lib. 3. Nihilominus quia teſtator le-
gauit vxori nonnulla bona eius vita, & viduitate du-
rante, & conſequenter ſi nuberet, cenſetur eam lega-
to priuaſſe: Sicut teſtator voluit eam priuari legato
per tranſitum ad ſecundas nuptias, præſumptio exo-
ritur, quod voluerit eam per ſubſtitutionem pupilla-
rem priuare etiam à ſucceſſione filii, & conſequenter
eo caſu mater per pupillarem, in compendioſa con-
tentam, excluditur, vt not. declarant Bartol. in d. l. 2.
num. 42. & ibi Alex. num. 32. ver. In quantum etiam.
Bald. in d. l. precibus, num. 13. verſic. Vel ponamus A-
ret. conſil. 154 num. 7. & 10. Corn. conſil. 322. num. 6.
verſic. Pro hoc, libro 3. Hieronym. Gabr. d. conſil. 150.
num. 16. & ſeq. lib. 5. Cum qua opinione concordant
etiam Tib. Decian. in d. conſi. 82. num. 39. & Menoch.
conſ. 494. num. 20. lib. 5.

38 † Tertio quia præſupponitur matrem Iacobi tran
ſiuiſſe ad ſecundas nuptias, & filio infra annum de tu
tore non prouidiſſe, ideo omni ſucceſſione filii, in pu-
pillari ætate defuncti, priuatur, l. 2. §. ſi mater, C. ad Se
natuſconſul Tertull. l. ſciant, C. de legitim. hæred. vbi
Paul. de Caſtr. Salic. & alii, Corne. conſ. 113. libro 4. &
etiam à legitima excluditur, vt poſt Bald. conſil. 140.
libro 1. & Barbat. conſil. 67. col. antepenul. in fi. & col.
ſeq. lib. 3. dixit Ant. Gabr. in ſuis concluſ. in tit. de tut.
conclu. 1. ampliat. 4. nu. 15.

*Secundum prædictas cõcluſiones iudicatum fuit per Re-
uerendiſſimum Dominum Archiepiſcopum Amalfitanum
Gubernatorem Peruſiæ, & Vmbriæ anno* 1591. *die* 9. *Mar
tij rogato Domino Agapito Nerutio Notario Peruſino.*

ARGVMENTVM.

Authentica res quæ, C.comm.de leg. in quibus caſibus locum non habeat.

SVMMARIVM.

1 *Liberorum appellatione omnes deſcendentes continentur.*
2 *Dos detrahitur ex bonis ſubiectis fideicommiſſo nõ ſolum pro filia, ſed pro nepote, aliave deſcendente.*
Amplia etiam ſi mulier dotanda non fuiſſet nata, neque concepta viuo teſtatore. num. 3.
Item etiam ſi fuiſſet nupta ſine dote. num. 4.
Et etiam ſi grauatus conſumpſit legitimam & Trebellianicam. num. 5. Si tamen mulieri non poteſt imputari culpa quare ſibi non prouidit, ſi ſciuit grauatum dilapidare quartas. num. 6.
Sed contra num. 15. Vbi declaratur.
7 *Deſcendens non natus, neque conceptus viuo teſtatore quo ad eum habetur pro extraneo.*
8 *Legitima debetur illis tantum, qui tempore mortis aſcendentis tenent primum locum.*
9 *Nepos non agnoſcitur auo, viuente filio, nec ad eius ſucceſſionem admittitur.*
10 *Legitima eſt portio eius, in quo quis eſt ſucceſſurus ab inteſtato, & non debetur ei qui ab inteſtato ſuccedere non poteſt.*
11 *Auth. res quæ locum tantum habet, quando agitur de dotatione eius, cui erat debita legitima in bonis teſtatoris.*
Nec procedit in filia fratris, ſeu alterius tranſuerſalis. numero 13.
12 *Dos non detrahitur de fideicommiſſo pro muliere nata, ſeu concepta mortuo teſtatore, maxime ſi nec eius pater conceptus erat viuente teſtatore. Et num. 14. & 16.*

CONSILIVM LXXVI.

CIRCA propoſitam difficultatem num
quid Domina Delia proneptis Do-
mini Hieronymi de Galeazzis dota-
ri debeat de bonis ſubiectis fideicom
miſſo facto à dicto Domino Hierony-
mo in ſuo teſtamento iuxta diſpoſi-
tionem Auth. res quæ, C.comm.de leg. in qua Domi-
nus Claramontes de Clatamontibus conſuluit con-
tra dictam Dominam Deliam. Videtur prima conſi-
deratione dicendum dotem ex bonis reſtitutioni ſu-
biectis conſtituendam eſſe iuxta diſpoſitionem dictæ
Auth. res quæ.
Quoniam dictæ Authenticæ diſpoſitio complecti-
tur filios, nepotes, & deinceps ceteros deſcendentes,
1 ponderando verbum, liberis, in textu illo † poſitum,
quod non ſolum filios & nepotes complectitur, l. 2.
§. non ſolum, in fin. ff. de excuſat. tut. ſed etiam ad om
nes deſcendentes extenditur, l. liberorum, ff. de ver.
2 bor. ſignific. † & in propoſito ita dixerunt Ange. in d.
Auth. in princ. Paul. de Caſtr. in l. mulier, §. cum pro-
poneretur, num. 2. ff. ad Trebell. quæ opinio commu-
niter approbatur, vt teſtantur Padil. in d. Auth. num.
58. & Petrus Ant. de Petra. in tract. de fideicomm. ex
probibit. alien. q. 8. num. 364.
3 Er locum † habet, licet proneptis dotanda non eſ-
ſet nata, neque concepta, viuente teſtatore, ſecũdum
Curt. iun. in d. Auth. res quæ, num. 18. verſicu. Reten-
ta tamen. Simon de Pret. de interpretat. vltim. volun.
lib. 4. dubit. 12. num. 29. fol. 438. Petrus de Petr. in d.
q. 8. num. 405. verſicu. Verum tamen. Gerard. Mazol.
conſ. 119. num. 37. verſic. Totum collegium, vbi dicit
pro hac opinione conſuluiſſe totum Collegium Flo-
rentinum, & tamdem ſecundum illam opinionem
fuiſſe iudicatum.
Et quamuis bona, de quibus agitur, non fuerint ex
preſſe aſſignata pro dote Dominæ Deliæ iam nuptæ,
quo caſu ceſſare diſpoſitionem d. Auth. rea quæ, cen-
ſuit ibi Bart. num. 6. quem ſequuntur eo loco Salic. &
Fulgoſ. quos refert Alex. conſ. 33. num. 2. verſic. For-
4 tius voluit, lib. 4. † nihilominus opinio Bartoli com-
muniter reprobatur, cõcluditurque mulierem etiam
nuptam nulla conſtituta dote dotari poſſe, & debere
de bonis fideicommiſſo ſubiectis ſecundum Angel. in
d. Auth. nu. 4. vbi Bald. nu. 10. & Iaſ. nu. 14. & de com-
muni teſtatur Petrus Ant. de Petr. in d. q. 8. num. 454.
& ſeq. num. 499.
Nec vis fieri poteſt in alienatione pro quantitate
legitimæ & Trebellianicæ per patrem & auum Deliæ
5 facta, quia † Authen. res quæ, locum obtinet, quamuis
grauatus conſumpſerit quartas ſibi debitas. Paul. de
Caſtr. conſ. 15. & conſ. 80. col. 2. & conſ. 219. lib. 1. Dec.
conſ. 376. in fin. Gozad. conſ. 97. nu. 9. Rol. à Vall. conſ.
85. nu. 44. lib. 1. Menoch. conſ. 33. num. 38. lib. 1. Franc.
6 Becc. conſ. 54. per totum. Nat. conſ. 61. nu. 4. lib. 1. † Ni-
ſi mulieri poſſet imputari culpa, quare ſibi non pro-
uidit, ſi ſciebat grauatum quartas dilapidare, iuxta
declarationem Iaſ. in dicta Auth. res quæ, in fi. quem
ſequuntur Pariſ. conſ. 63. num. 45. lib. 2. & Ceph. conſ.
344. num. 35. lib. 3.
Rationibus prædictis non obſtãtibus, ſequor con-
cluſionem Domini Conſulentis, vt ſcilicet in caſu, de
quo agitur, non ſit locus diſpoſitioni d. Authen. res
quæ. Conſtat enim ex facto Dominum Hieronymum
inſtituiſſe hæredes Dominũ Bartholomæum & alios
filios, poſt teſtatoris mortem ex Bartholomæo natũ
eſſe Hieronymum, & demũ Hieronymum procreaſ-
7 ſe Dominam Deliam. † Et quia Hieronymus & De-
lia filia non erant nati, nec concepti, viuente teſtato-
re, ipſi quoad teſtatorem habentur pro extraneis, l.
Titius, ff. de ſuis & legit. Bart. in l. item prætor, ff. eo-
dem titu. Ruin. conſil. 38. num. 5. lib. 3. Nec eis aliqua
legitima in bonis teſtatoris fuiſſet debita, etiã ſi Do-
mina Delia & Hieronymus pater nati fuiſſent viuen
te teſtatore, quia tunc ſupererat Bartholomæus te-
ſtatoris filius, qui præcedebat in gradu nepotem &
8 proneptem, † Et legitima debetur illis tantum deſcẽ-
dentibus qui tempore mortis aſcendentis tenent pri
mum locum, non autem alijs, qui tũc primum locum
non obtinent. Barto. in l. Gallus, §. & quid ſi tantum,
num. 8. verſic. Præterea, ff. de lib. & poſthum. Marcus
Anton. Cucus. in tract. de legit. ſuper Auth. nouiſſi-
ma, C. de inoff. teſtam. in prin. nu. 2. Menoch. conſ. 88.
9 num. 3. libro 1. Nam quando † filius viuit, nepos ex
eo auo non agnaſcitur. Bald. in l. ſi quis filium, nu-
mero 2. C. de inoff. teſta. Nec ad ſucceſſionem aui ad-
mittitur, l. ſi quis poſthum. Vnde nec ei debetur legiti
10 ma, † cum enim legitima ſit portio eius, in quo quis
eſt ſucceſſurus ab inteſtato, l. parentibus, & l. ſuper,
C. de inoff. teſt. l. Papinianus, §. quoniam autem quar
ta, ff. eodem titu. qui non debet ſuccedere ab inteſta-
to, legitimam non conſequitur Ang. conſ. 105. in fin.
Alex. conſil. 3. num. 10. & ſeq. lib. 7. Corne. conſil. 110.
verſic. Quod & ſatis, lib. 3. Vnde ceſſat in caſu iſto di-
11 ſpoſitio d. Auth. res quæ, † cui tantum locus eſt, quan-
do agitur de dotatione filiæ eius, cui erat debita legi
tima in bonis teſtatoris, vt elicitur ex textu in d. Au-
then. ibi, ſed ſi liberis portio legitima non ſufficit, &
declarant Alciat. conſil. 640 aliàs 164. tomo 3. libr. 9.
num. 3. & Simon de Pret. in d. dubit. 12. nu. 33. prope
finem.

12 finem. & ideo † in filia fratris, ſeu alterius tranſuerſa
lis dotanda diſpoſitionem d. Auth. ceſſare dixerunt
Ang. ibi. col. 1. Iaſ. nu. 33. Paul. de Caſtr. in l. mulier, §.
cum proponeretur, circa princ. ff. ad Treb. Ruin. conſ.
137. num. 17. lib. 2. Bero. q. 110. num. 6. verſic. & ex his
Didac. Couar. variar. reſolut. lib. 3. c. 6. num. 10. verſic.
Primum. Ioſeph Ludon. dec. Lucen. 28. nume. 90. quæ
opinio communiter approbatur, vt teſtantur Ambr.
de Opizon. in l filiusfamilias, §. diui, numer. 145. ff. de
leg. 1. Curt. iun. in d. Auth. Res quæ, num. 18. & poſt a-
lios Petrus Anto. de Petr. in d. q. 8. nu. 411. & ſeq. cum
13 alijs allegatis per Dominum conſulentem, † & in ter
minis, quod Auth. Res quæ, non procedat in dotatio-
ne neptis ſeu proneptis non natæ ſeu conceptæ in vi-
ta teſtatoris, per dictam & alias rationes firmãt Bal.
in d. Auth. Res quæ in lectura antiqua. vbi Corne. col.
1. 2. & 3. & late Alc. dicto conſil. 164. per totum, vbi di
cit non reperiſſe aliquem expreſſe contradicentem
huic opinioni. Pariſ. qui de communi, & ita in practi-
ca ſeruari teſtatur conſi. 63. num. 46. li. 2. Marzar. con
ſil. 1. num. 41. & epi. de fideicom. quæſt. 48. in fin. Me-
nocb. conſil. 95. num. 132. lib. 1. Burſ. conſi. 179. nu. 19.
lib. 2. & ita iudicauit Rota Florentina in cauſa Domi
næ Alexandræ de Caponibus, vt in motiuis dictæ Ro-
tæ. li. 19. nu. 122. prout teſtatur Marzar. in dicta q. 48.
in fi. & magis clare Simon de Pret. in d. dubit. 12. nu.
29. fol. 438. qui in terminis, de quibus agitur, hanc ſe-
quitur opinionem, nu. 33. prope finem, ver. opinionẽ
14 autem contrariam, † & licet hæc opinio non tranſeat
ſine difficultate, quando ſola femina dotanda nata
eſt poſt teſtatoris mortem ex filio nato, viuente teſta
tore, in quibus terminis aliqui in contrarium allega-
ti diſſentiunt, nihilominus procedit ſine difficultate
in caſu noſtro, in quo non agitur de dotatione filiæ
Bartholomæi filij teſtatoris hæredis inſtituti, & in pri
mo gradu ſubſtitutionis grauati. Sed agitur de dota-
tione Deliæ proneptis teſtatoris natæ ex Hieronymo
filio Bartholomæi, nato poſt mortem Hieronymi te-
ſtatoris, & in ſecundo gradu ſubſtitutionis grauato,
cui nec legitima debita erat, & quia natus erat poſt
mortem aui, & quia Bartholomæus pater eam præce
debat in gradu, vt dixi ſupra, in quibus terminis re-
cte procedit opinio Alcia. in d. conſi. 164. & aliorum.
Et recte militat quinta ratio per Alciatum adducta,
ne ſi aliter diceretur, per dotes omnium deſcenden-
tium fideicommiſſum penitus extinguatur, quam in
his terminis probat Simõ de Pret. in allegata dubit.
12. num. 33. in fin. verſic. opinio autem, & in caſu iſto
allegati in contrarium non diſſentiunt.

15 Poſſet etiam probabiliter attentari, † quod ex quo
pater & auus Dominæ Deliæ alienauerunt ex bonis
fideicommiſſo ſubiectis vltra legitimam & Trebellia
nicam, non poſſint alia bona diſtrahi pro dote Domi
næ Deliæ, vt probat gloſſa vltima in Auth. Contra cũ
rogatus, C. ad Trebell. & ſequuntur Barthol. Socin.
in l. Marcellus, §. res quæ, colum. 2. in princ. verſic. Sed
ſi tempore mortis, ff. eodem titul. Pariſ. conſil. 63. nu-
me. 45. lib. 2. Crauet. conſil. 19. num. 18. lib. 1. Cephal.
conſil. 344. numer. 34. lib. 3. & licet allegati ſupra pro
contraria parte affirment diſpoſitionem d. Auth. Res
quæ, locum habere, quamuis grauatus conſumpſiſ-
ſet legitimam & Trebellianicam, loquuntur ipſi in
dote reſtituenda vxori filii grauati ea ratione, quia
licet filius grauatus alienando poſſit ſibi & filijs ſuis
præiudicare, nullum tamẽ affert præiudicium vxori,
cui nec à teſtatore præiudicari potuit, cuius bona
pro dotis reſtitutione erant obligata. Sed quando a-
gitur de dote conſtituendi nepti, ſeu pronepti ex filio
ſeu nepote grauato, maxime natæ poſt mortem teſta
toris, ceſſat ratio in contrarium conſiderata, & dicen
dum eſt bona fideicommiſſo ſubiecta pro dote diſtra
hi non poſſe, quando eius pater ſeu auus legitimam
& Trebellianicam cõſumpſit ſecũdum Iaſ. in d. Auth.
res quę, in fin. verſic. Decimo quarto limita.

Nec prædictis obſtant allegata in cõtrarium; licet
enim Auth. Res quę. procedat in omnibus deſcenden
tibus, intelligitur de natis, ſeu conceptis viuo teſtato
re, & in primo gradu ſubſtitutionis grauatis: ſecus
quando agitur de dotatione proneptis, natæ ex nepo
te in ſecundo gradu ſubſtitutionis grauato, & qui nõ
erat natus viuente teſtatore, vt declarat Simon de
16 Pret. in d. dubit. 12. nu. 33. in fi. † Minus nocent Docto
res in contrarium allegati, nam & ſi ipſi diſſentiant,
quando femina dotanda nata eſt ex filio, ſeu nepote
teſtatoris nato viuente teſtatore: Attamen Simon de
Pret. cum opinione Alciati concordat, quando (vt in
caſu iſto) proneptis & eius pater concepti ſunt mor
tuo iam teſtatore, & in hoc non diſſentiunt Curtius,
& Petrus Antonius de Petra. Præterea dicitur opinio
oem Baldi & Alciati eſſe communem, vt elicitur ex
auctoritatibus pro ea adductis, & Petrus Anton. à
Petra. in d. q. 8. nu. 405. ver. Verum tñ, fatetur, opinio
nẽ illam reprobari à ſolo Cur. iun. in d. Auth. res quę.

Aliud vero, quod bona ſubiecta fideicõmiſſo alie-
nari poſſint pro dote, quamuis grauatus diſtraxerit
legitimam & Trebellianicã, ſatis ex adductis ſupra
remouetur, cum illud procedat in dote reſtituenda,
non in dote conſtituenda filiæ hæredis grauati, qui
bona diſtraxit, cum ex alienatione ſibi & filiis ſuis
præiudicare potuerit, ſecundum Iaſ. in d. Auth. Res
quæ, in fi. ver. Decimo quarto limita.

Ex quibus de ſubſcriptione requiſitus cum ſenten-
tia Domini Conſulentis pertranſeo.

Ita iudicauit Excellentiſſimus Dominus locum tenens Sereniſſimi Domini mei Ducis Vrbini ĩ Ciuitate Euguby, die 22. Aprilis Anni 1589. rogato Domino Fabio de Roſſetis Notario Eugubino, & Cauſa pendet per appellationem coram Excellentiſſimo Domino Locumtenente præfati Sereniſſimi Ducis in Ciuitate Vrbini.

ARGVMENTVM.

Teſtamentum non redactum in ſcriptis vt ex depoſitionibus teſtium releuari poſſit ad perpetuam memoriam, quæ requirantur, quot teſtes ſint neceſſarij, & quales eſſe debeant, maxime inſpecta diſpoſitione iuris canonici.

Teſtes idonei ſeu omni exceptione maiores, qui ſint, & an idoneitas probari debeat, & legatarij, ſeu pauperes ſint idonei.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum non dicitur perfectum, quando teſtator mandauit vocari Notarium, vt de teſtamento rogaretur, & antequam Notarius veneris, deceſſit.*

Declaratur nu. 17. 19. & ſeq.

2 *Teſtes ſeptem de iure ciuili requiruntur in teſtamentis. Et iure Canonico minor numerus exigitur: Sed teſtes illi debent eſſe idonei.*

3 *Teſtes idonei illi dicuntur, qui ſunt omni exceptione maiores, & aliqua exceptione repelli non poſſunt.*

Decla-

Declaratur,num.21.

4 *Teſtes ad probandum teſtamentum iuxta diſpoſitionem iuris Canonici idonei & omni exceptiones maiores exiguntur. Quod declaratur,nu.26.& ſeq.*

5 *Teſtes eſſe idoneos, & omni exceptiones maiores allegari & probari debet, quando huiuſmodi qualitas in teſtibus à lege expreſſe deſideratur. Et nu.30.*

Sed contra quod non ſit opus probare, numero 25. Et declaratur, numero 26. Et iudex ex officio poteſt ſe informare.nu.34.

6 *Legatarius non eſt idoneus teſtis in teſtamento.*

Sed contra etiam in teſtamento nuncupatiuo, quando quæſtio vertitur inter hæredem ſcriptum, & venientes ab inteſtato.num.35.

7 *Gener non eſt idoneus teſtis.*

Intellige vt nu.47.

8 *Pauper non eſt teſtis idoneus.*

Sed contra. nu.41.cum ſeqq.

9 *Teſtes fuiſſe rogatos exigitur pro ſubſtantia teſtamenti.*

10 *Teſtamentum dicitur perfectum, quando teſtator ſuam voluntatem coram teſtibus explicauit, & eam pro perfecta habuit, ſi in eo non reperiuntur verba, quæ demonſtrent illud non eſſe perfectum. Et nu.12.*

11 *Teſtatorem aliquid addere voluiſſe teſtamento non præſumitur.*

13 *Teſtamentum valet inſpecta æquitate canonica, quoties etiam per ſigna conſtat de voluntate teſtatoris.*

14 *Teſtamentum de iure Canonico ſuſtinetur coram duobus teſtibus & presbytero.*

Amplia etiam in diſpoſitione facta ad non pias cauſas, numero 15.

Item amplia in teſtamento facto coram quattuor teſtibus ſine presbytero.nu.16.

17 *Teſtamentum per teſtes probari poteſt, quando teſtator ſuam vltimam voluntatem perfecte aperuit eo etiam animo, vt de ea ſcriptura fieret ad probationem, & tamen facta non fuit, vel minus ſollemniter. Et numero 20.*

18 *Teſtamentum nuncupatiuum, probatum per teſtes, publicari debet ad perpetuam memoriam.*

22 *Idoneus quilibet præſumitur, niſi probetur contrarium.*

29 *Teſtis præſumitur idoneus, ſi non probetur contrarium.*

24 *Præſumptio iuris dicitur vera, propria, & manifeſta probatio.*

27 *Teſtes in teſtamento de iure Canonico non requiruntur idonei in ſuperlatiuo gradu, ſed quod ſint ſimpliciter idonei, reprobata opinione Pariſii.*

28 *Feminæ de iure ciuili non poſſunt eſſe teſtes in teſtamento.*

Et quid de iure Canonico.nu.29.

31 *Præſumptio iuris, quæ liberat ab onere probandi allegari debet.*

Et ſatis eſt, ſi allegetur in poſitionibus.nu.32.

Immo etiam ſi poſt concluſum in cauſa in allegationibus iuris. nu.33.

36 *Teſtis in cauſa propria teſtimonium dicere prohibetur, quando principaliter deponit in ipſius fauorem. Secus ſi principaliter in fauorem alterius.*

37 *Teſtis fides non diminuitur ratione modicæ affectionis, ſeu intereſſe quod habet in cauſa.*

38 *Sacerdotis auctoritas eſt maxima, & duobus teſtibus æquipollet.*

39 *Pauperes non appellantur, qui viuunt ex exercitio, maxime ex mercatura.*

40 *Paupertas ſola non repellit teſtes à teſtimonio in cauſa ciuili, non concurrente alio defectu.*

Amplia quod nec diminuit eorum fidem, quando non concurrit vilitas, ſeu aliud, & diuites non deponunt contrarium eius, quod dixerunt pauperes.nu.41.

42 *Teſtes omni exceptione maiores requiruntur in cauſa matrimoniali.*

43 *Pauperes in cauſa matrimoniali ſunt idonei teſtes.*

Et in cauſa reprobationis inſtrumenti, nu.44.

Et etiam ad probandum teſtamentum iuxta terminos cap. cum eſſes, de teſta.nu.45.

46 *Teſtium defectus etiam ad probandum teſtamentum ſupletur ex numero.*

47 *Affinis eſt idoneus teſtis, vel ſaltem non repellitur in totum, licet de eius fide diminuatur.*

48 *Rogitus teſtium probatur, ſi teſtator vel alius dixerit teſtibus, quod eſſent teſtes, licet non dixerit, rogo vos.*

Et probatur per duos tantum teſtes, qui interfuerunt teſtamento.nume.49.

50 *Teſtes qui fuerunt præſentes teſtamento, non refert, à quo fuerunt rogati.*

Et ſatis eſt, quod fuerunt rogati vnus, ab vno, & alter ab alio. num.51.

Et etiam incontinenti, poſtquam teſtator ſuam voluntatem declarauit.nu.52.

Immo dummodo interuenerint teſtamento ſcienter, & appenſate, nec fortuito per tranſitum ſufficit, & ſuſtinetur teſtamentum. num.53.

54 *Teſtamenti pro validitate in dubio iudicandum eſt.*

CONSILIVM LXXVII.

TESTAMENTVM Domini Pauli Bernaboi Fulginatenſis releuari non poſſe ex pluribus in dubijs doctiſſime motis contra Dominam Baptiſtam Cirocch† de Fulgineo in eo hæredem inſtitutam, deduci videtur.

1 Primo defectu voluntatis teſtatoris, † cõſtat enim
fuiſſe vocatum Ser Marchum Notarium, vt de teſtamento rogaretur, & tamen antequam notarius ille
de dicto teſtamento publicum inſtrumentum confeciſſet, teſtatorem deceſſiſſe, quo fit, vt illud defectu voluntatis corruat, cum hæc potius fuerit quædam præordinatio teſtamenti, quam teſtamentum, iuxta notata per Oldrad.conſil.119.cum quo Doctores communiter tranſire ſcripſit Iaſ. conſilio 155. numero ſexto
libro 4.

Secundo ſi defectu voluntatis, non corrueret huiuſmodi diſpoſitio, ea tamen deficit defectu ſollem-
a nitatis, quoniam † de iure ciuili in teſtamentis requiruntur ſeptem teſtes, l.hac conſultiſſima, l. in teſtamentis, & l.fin. C.de teſtam.qui diſpoſitioni præfatæ non interfuerunt. Et licet iure Pontificio minor numerus ſufficiat, iuxta capitul.cum eſſes, de teſtamen. non propterea poteſt ſuſtineri hæc diſpoſitio, quoniam textus in dicto capitu.cum eſſes, requirit teſtes
3 idoneos: & quia † illi dicuntur teſtes idonei, qui ſunt omni exceptione maiores, & aliqua exceptione repelli non poſſunt, gloſſ.in §.item verborum, in verb.idoneos, Inſtit.de inuti.ſtipul.l.optimam, cum ibi notatis, C.de contrahen. & commit.ſtipu. Abb.in capit.at ſi clerici, in princip. de iud. Socin.ſen.conſilio 54. nu-
4 mero 7.libro 3. † ad probandum teſtamentum iuxta diſpoſitionem iuris canonici, teſtes qui ſint omni exceptione maiores, & nulla exceptione repelli poſſint, exiguntur, vt in terminis firmant Alexand.conſilio 117. numero 3. libro 2. Dec. conſilio 105. numero 4. Pariſ.conſilio 24.numero 13.& ſeqq. lib.3. Socin.iun. conſilio 89.numero 11. libro 1. & Iul. Clar.in §.teſtamentum, quæſtio.57. verſicul. Quæ quidem concluſio. in fin. Et propterea concluditur eum, qui ſe fundat

in

in teſtamento, non ſolum illud probare debere per
5 legitimum numerum teſtium,† ſed etiam allegare & probare debere eos eſſe idoneos,& ſic omni exceptione maiores,prout requiritur, quando idoneitas in teſtibus à lege expreſſe deſideratur. Bar.in l.1.§.ſi quis neget,colum.fin. ff.quemadm.teſtam.aper.Bal.in l 1. C.ſi aduerſ.libert.Dec.conſil.37.num.8.verſ.& quando teſtes,& in c.1.colum pen.de app.Quam qualitatem cum Domina Baptiſta non ſolum non probauerit,
6 immo conſtet de contrario,† nempe teſtes non eſſe idoneos,cum Frater Petrus ſit legatarius. Abb &
7 Felin.in c.inſuper, de teſta. † Filtianus ſit gener Dominæ Baptiſtæ hæredis,iuxta notata in l.etiam, C.de
8 teſti. & † Ioannes Antonius Anaſtaſius & Vgolinus ſint pauperes,glo.in §.ſi vero adſunt.auth.de hære. & Falcid.non poteſt dici probatum teſtamentum,iuxta terminos d.c.cum eſſes.

Tertio ſi legitimus numerus teſtium nõ deficeret, ex alio corruit prætenſum teſtamentum, quoniã non conſtat teſtes fuiſſe rogatos ad intereſſendum cele-
9 brationi dicti teſtamenti, † prout neceſſarium eſt ad validitatem teſtamenti, l.hæredes palam, §.in teſtamentis,ff.de teſtam.etiam in teſtamento condito iuxta diſpoſitionem Iuris canonici.Anto.de Butr.in d.c. cum eſſes,col.fin.Vaſqui.lib.2.§.13.num.56.cum alijs pro communi adductis per Michael.Craſſ.in tractat. de ſucceſſ.tam ex teſtam. quam ab inteſta. in §. teſtamentum, q.58. nu.2. Et quamuis prætendatur teſtes fuiſſe rogatus à Domina Minerua Cirocchа filia Baptiſtæ hæredis, id non videtur ſufficere cum Domina Minerua non careat ſuſpitione,ad quod probandum allegatur Iul.Clar.in d.§.teſtamentum,quæſt.58.vet. ſcias tamen.

Sed prædictis doctiſſimis dubitationibus non obſtantibus,cenſeo ſecũdum ea, quæ in facto proponuntur,adeo probari vltimam voluntatem dicti D.Ioannis Pauli,vt ex huiuſmodi probationibus legitimum teſtamentum deſumi poſſit.

Conſtat enim ex depoſitionibus Renetẽdi Fratris Petri Parochi, & quattuor aliorum teſtium Dominũ Ioannem Paulum perfeciſſe ſuum vltimum teſtamentũ,& in eo inſtituiſſe hęredem dictam Dominam Baptiſtam, & alia diſpoſuiſſe, prout in depoſitionibus dictorum teſtium legitur, per quos teſtes recte teſtamentum probatur.Quoniam teſtes illi probant teſtatorem dixiſſe,Volo teſtari,& ſucceſſiue legata feciſſe, hæredemque inſtituiſſe,nec conſtat, quod teſtator a-
10 liud facere,ſeu exprimere voluerit; † & quando teſtator ſuam voluntatem coram teſtibus explicauit, eamque pro perfecta & completa habuit,teſtamentum dicitur habitum a teſtatore pro perfecto, quia tunc teſtamentum dicitur perfectum,quãdo in eo non reperiuntur verba,quæ demonſtrent illud non eſſe perfectum,vt poſt Bar.in l.ſi quis eum,num.2.verſi. Quæro quando dicatur,ff.de teſtam.dixit Vincen.de Paſçot.
11 inter conſilia vltim.volunt.conſi.135.nume.5. † quia non præſumitur,quod teſtator aliquid addere voluerit ſecundum Bal.in d.l.ſi quis eum,numero 3.& con-
12 ſequenter † voluntas huiuſmodi dicitur perfecta, & valet teſtamentum. Bar.in d.l.ſi quis eum,numero 2. & ibi Bal.Pau.de Caſtr.conſil.456. numero 3.li.1. Simon de Pret.de interpret.vlt.volunt.lib 2. interpt.1. dub.2.ſolut.1.num.41.ſol.113.Quod magis procedit
13 † inſpecta æquitate canonica in ſtatu eccleſiaſtico obſeruanda, ſecundum quam quoties etiam per ſigna conſtat de voluntate teſtatoris, valet teſtamentum. Anto.de Butr.& Abb.in c.relatum, de teſtam. Alber. & alij,quos refert & ſequitur Ceph.conſi 545.nu.52. lib.4. & teſtes illi ad probandum teſtamentum ſunt
in numero ſufficienti. Quoniã de eo deponunt Frater
14 Petrus Parochus,& quattuor alij teſtes,† & de iure canonico teſtm̃ factum coram presbytero & duobus teſtibus ſuſtinetur,d.c.cum eſſes,de teſtamen. cuius diſpoſitio in terris iuriſdictioni eccleſiæ in temporali-
15 bus ſubiectis obſeruatur, † non ſolum in teſtamentis factis ad pias cauſas, ſed etiam ad profanas. Ioan. Andr.Io.de Imo.Ant.de Butr. & ceteri in d.c.cum eſſes.Feder.de Senis,conſ.217.nu.2.quæ opinio communis eſt,vt teſtantur Boer.deciſ.93. Didac.Couar.in d. c.cum eſſes,nu.12.Ruin.conſilio 14.nu.4 lib.2. Neuiz. conſi.26.nu.16.Corn.conſ.261.col fin. lib.4 Michael Craſſ.in d.§.teſtamentum,q.56.nu.3.Port.Imol conſ. 12.nu.13.Rolan.à Vall.conſi.33 num.42.lib.3.Rimin. iun.conſ.128.numero 10.libro 2.& Iul.Clar.in §.teſta-
16 mentum,q.57. verſic.Quæ quidem,† prout etiam eodem iure ſuſtinetur teſtamentum conditum coram quattuor teſtibus,licet non interuenerit ſacerdos,cũ duo teſtes loco presbyteri ſufficiant, vt dixit Specul. in tit.de inſtr.edit.§.compendioſe,numer.12.quod dictum Doctores communiter admittunt, vt teſtantur Dec.conſilio 284 num.7.& 8.Bellon.conſi.14.num.3. Couar.in d.cap.cum eſſes,nume.13. Iul.Clar.in dicta q.57.verſicu.Sed pone.& Simon de Pret. de interpre. vltim.volun.lib.2.interpret.1.dub.2.ſolut.3. numero 31.fol.121 alios plures adducentes;quam opinionem ſequuntur etiam Port.Imol.Roland. & Rimin.iun.in allegatis locis.& Ceph conſil.776.num.21 lib.5.Vnde cũ celebrationi teſtamenti interfuerint Frater Petrus ſacerdos,& quattuor alij teſtes, de eius validitate non eſt dubitandum in Ciuitate Fulginei, in temporalibus ſubiecta Romano Pontifici,in qua iuris Canonici diſpoſitio ſeruatur.

Cum igitur teſtator perfecte expreſſerit ſuam vltimam voluntatem,illaque probetur per atteſtationes vnius ſacerdotis & quattuor teſtiũ, ſubſiſtit teſtamentum, licet de eo nulla fuerit confecta ſcriptura Vide-
17 mus enim in fortiori caſu,† quod licet quando teſtator coram notario & teſtibus ſuam voluntatem perfecte aperuit,eo etiam animo, vt ſcriptura ad probationem de ea fieret,licet tamen illa facta non fuerit, vel minus ſollẽniter, adhuc per ſolas teſtium rogatorum depoſitiones teſtamentum recte probatur,vt ſcripſerunt Doctores in l hac conſultiſſima, §.per nuncupationem,C.de teſta Pau.de Caſtr. conſil.307.nu.3 lib. 1.Alexand.conſi.74.num.9 verſic.Præterea licet.lib. 1.Ruin.conſi.1.num 21 lib.2.Crauet.conſil.944.num. 3.& 5 vbi declarat,libro 5 & Simon de Pret.de interpret.vltim.volunt.lib.2.interpr.1.dubit.2.ſolut 1.nu. 46.fol.113.quoniam nihil refert, vtrum per teſtes vel ſcripturam teſtamẽtum nuncupatiuũ probetur,Mattheus de Miraldul inter conſil vltim. volunt. conſi-
18 lio 43.in prin.& propterea † per eorum depoſitiones teſtamẽtum illud publicari debet ad perpetuam memoriam. Bal.& Ang.in l.2. vbi Alex.nu.7.C.de teſta. Sim.de Pret.in d.ſolut.3.nu.3.& ſeq & Michael Craſ. in d.§.teſtamentum,q 61.num.1.& ſeq.

Quibus ſic firmatis, non obſtant adducta in contrarium.

19 Non enim obſtat Primum, † illud quidem procedit, quando teſtator fecit quandam præparationem ad teſtandum,quam declarauit diſpoſitiue coram legitimo numero teſtium,ſed eam explicare intẽdebat coram notario & teſtibus,eam differens in eorum aduentum,& ita loquitur Oldrad & poſt eum Iaſ.in locis in cõtrarium adductis;Et iſte nõ eſt caſus noſter;
20 † ſed quando teſtator ſuam volũtatem pure & diſpoſitiue declarauit coram teſtibus, licet notarius nihil ſcripſerit,& teſtator voluerit adhibere notarium pro

conſi-

Digitized by Google

conficiendo inſtrumento ad perpetuam memoriam, nihilominus quia ſcriptura non exigitur pro ſubſtantia actus, ſed ad probationem, teſtamentum dicitur perfectum, vt bene declarant Paul de Caſtr. in conſil. 456. num. 3. verſic. Preterea lib. 1. Ruin. conſi. 1. nume. 21. lib. 2. Crau. in d. conſ. 944. nu. 3. & 5. Simon de Pre. in d. ſolut. 1. numero 27. & ſeq. & nume 41. & ſeq. Nec diſſentit ab hac declaratione Iaſ. in dicto loco. Et iſte eſt caſus noſter, cum teſtator, licet fecerit vocare notarium, nihilominus coram parocho & teſtibus expreſſit diſpoſitiue, & pure ſuam voluntatem, ideo licet notarius nihil ſcripſerit, nihilominus teſtamentum dicitur perfectum, & per teſtes illos plene probatur.

Pro reſolutione autem ſecundæ dubitationis præmitto tex. in d. c. cum eſſes, requirere, quod teſtes ſint
21 idonei. † Teſtes autem idonei licet ſecūdum gloſsam in verb. idoneos, in §. item verborum. Inſtit. de inutil. ſtipulat. ſint illi, qui ſunt omni exceptione maiores, id eſt illi, contra quos nulla exceptio opponitur, tamen non eſt ſimpliciter intelligēdum eos tantum eſſe idoneos teſtes, qui ſunt omni exceptione maiores, contra quos nulla exceptio poteſt opponi, vt dixit dicta gloſsa, quæ loquitur iuxta l. optimā, C. de cōtrah. ſtipul. quam allegat. Sed intelligi debet idoneos teſtes eſſe omni exceptione maiores, qui non poſſunt repelli aliqua exceptione vt dixit glo. in verb. maiores, in capitulo 1. de conſang. & affinit. & Curt. ſen. in tract. de teſt. concl. 34. nu. 73. videlicet legitima, vt declarat Abb. in c. 1. num. 32. de iud. & poſt eum & alios Dec. ibi. nu. 112. Et quod teſtis idoneus ſit ille, contra quem nulla legitima exceptio poteſt opponi, per quā repelli poſſit, ſentit Alber. in dictionario, in verb. idoneus teſtis. & melius Soc. ſen. in conſi. 54. nu. 7. libr. 3. & Pariſ. conſil. 24. nu. 14. ver. Idoneus enim. lib. 3.

Hoc igitur præmiſſo, quod iuxta diſpoſitionem iuris canonici ad probationem teſtamenti ſint neceſſarij teſtes idonei videlicet illi, qui nulla legitima exceptione repelli poſſunt; Videndum eſt de duobus pro reſolutione dictæ dubitationis.

Primo, nūquid Domina Baptiſta hęres, quæ ſe fundat in teſtamento ad effectum, ut obtinere poſſit, allegare & probare debuerit teſtes illos eſſe idoneos, licet contra eos nihil obijceretur.

Secundo ſi hæc probatio non eſſet neceſſaria, numquid conſtet eos aliquas pati legitimas exceptiones, ita vt idonei appellari non poſſint.

22 Circa Primum quæſitum dico de iure † quemlibet præſumi idoneum, niſi contrarium probetur. Specul. in tit. de probat. §. 1. num. 7. cap. fin. vbi Abb. in vltim. not. & Fel. num. 1. in fin. de præſumptio. Curt. ſen. in d. tract. num. 75. Alciat. de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 3. Boer. deciſ. 171. nu. 10. late Maſcard. de probat. vol. 2. concluſ. 878. in princ. in verb. idoneus, vbi alios plu-
23 res allegat. Et de teſte, † quod idoneus præſumatur, niſi contrarium probetur, gloſ. in c. 1. de reſti. ſcripſit Burſat. conſil. 359. nu. 3. & conſil. 387. num. 5. lib. 4. ob quam præſumptionem quis releuatur ab onere pro-
24 bandi id quod lex præſumit, quia † iuris præſumptio dicitur vera, propria, & manifeſta probatio. gloſsa & Doctores in l. Imperator, vbi Iaſ. num. 13. ff. de leg. 1. Dec. in rub. extra, de probat. num. 17. & ibi. Bero. nu. 55. verſi. Quædam vero eſt. Pariſ. conſ. 80. num. 15. libro 1. Crauet. conſilio ſexto, numero 42. libro primo. Aſin. in ſua praxi. iud. §. 19. capitu. 2. numero 6. & late Menoch. de præſumpt. lib. 1. q. 36. numer. 3. cum ſeqq.
25 multis. Et in terminis, † quod quis non teneatur probare idoneitatem teſtium, quæ de iure præſumitur ēt in caſu, in quo lex teſtes idoneos requirit, tenuerunt Io. de lig na. & Franc. de Rampon. quos refert Imol. in l. 1. §. ſi quis neget. nu. 10. verſic. Dicit tamen, ff. quemad. teſta aper. Fel. in c. cum Ioannes, num. 44. in fin. de fid. inſtr. Curt. ſen. conſi. 55. num. 8. verſi. Quia reſpondetur, & in tract. de teſti. concl. 35. num. 75. & Barbat. in cap. tertio loco, de probat. Nec obſtant allegari in contrarium quoniam Bart. in d. §. ſi quis neget, nume. 12. verſic. Sed ſi perſona notarij, cuius auctoritate Dec. & alij mouentur, non loquitur, quando lex ſimpliciter diſponit teſtes debere eſſe idoneos, prout loquitur textus in dicto cap. cum eſſes. Sed Bartol. loquitur in terminis l. optimam, C. de contrah. & commit. ſtipul. quæ exigit ad reprobationem inſtrumenti teſtes non ſimpliciter idoneos, ſed vndique idoneos, & omni exceptione maiores. Ideo Bartolus non poteſt alle-
26 gari in contrarium. † Præterea dicitur quod quando lex deſiderat teſtes optimæ opinionis, vel maxime idoneos, & ſic idoneitatem in ſuperlatiuo gradu, tūc non ſufficit allegare idoneitatem ordinariam, reſultantem ex iuris præſumptione, ſed debet probari, quod quis ſit idoneus in ſuperlatiuo gradu, ita poteſt procedere opinio Bartoli, & ita loquuntur Ang. in d. §. ſi quis neget. Alexand. conſilio 82. numero 3. libro primo, & alij plures, qui in contrarium adduci poſſunt. Sed quando lex deſiderat idoneitatem ſimpliciter, & ſic poſitiue, tunc ſatis eſt illam allegare, nec eius alia requiritur probatio, quia idoneitas ordinaria ſatis probatur iuris præſumptione, vt dixi & ita conciliando contrarias opiniones declarant Io. de Imo. in d. §. ſi quis neget, nu. 10. prope finem, ver. forte tamen poteſt dici. Soc. ſen. conſilio 274. num. 10. libro ſecundo, & Maſcard. in d. concl. 878. numer. 6. & eam probat Alciat. de præſumpt. reg. 3. præſumptio. 2. numero 10. & 11. cum qua diſtinctione pertranſit etiam Pariſ. qui in dubijs allegatur in conſil. 24. numero 16.
27 cum ſeq. lib. 3. † licet ipſe ſcripſerit in terminis d. c. cū eſſes, requiri idoneitatem in ſuperlatiuo gradu, ſed in hoc male loquitur, quia tunc lex requirit idoneitatem, ſeu bonitatē teſtium in ſuperlatiuo gradu, quæ probari debet, quādo exigit teſtes maxime idoneos, ſeu quod ſint optimæ opinionis, vel per ſimilia verba loquitur, & exemplificant Imo. Soc. & Alcia. in dictis locis. Sed in capitul. cum eſſes, fit mentio de teſtibus idoneis ſimpliciter, ideo non requiritur, quod ſint tales in ſuperlatiuo gradu, ſed ſatis eſt eſſe tales, q̄ nulla exceptione legitima repelli poſſint, vt dixi, & eſt de intentione Imo. & Soc. in dictis locis, & in fortiori caſu explicat Cur. ſenior in d. conſilio 55. numero octauo, verſicu. & minus obſtat, in fi. qui plus dixit, quod nec d. l. optimam, quæ mentionem facit de teſtib. vndique idoneis & omni exceptione maiorib. requirit, quod teſtes ſint tales in ſuperlatiuo gradu. Et quod quando lex loquitur de idoneis ſimpliciter intelligatur de idoneitate ordinaria, probatur per textum in d. l. optimam, vbi Imperator in caſu, in quo deſiderat teſtes magis idoneos, loquitur de teſtibus vndique idoneis, & omni exceptione maioribus, quod oſtēdit ſub ſimplici appellatione idoneorum eos non contineri, aliàs verba illa, Vndique idoneos, & omni exceptione maiores, fruſtratorie appoſita intelligerētur. Et in terminis d. ca. cum eſſes, quod non requirantur teſtes idonei in ſuperlatiuo gradu, videtur etiam pro-
28 bari ex eo, quod † feminæ, quæ de iure ciuili non poſſunt eſſe teſtes in teſtamento. l. qui teſtamento, §. mulier, ff. de teſtam. §. teſtes, Inſtit. eod. titul. tamen ſunt
29 idoneæ † in teſtamento condito iuxta diſpoſitionem iuris canonici ſecundum terminos d. c. cum eſſes. ſecūdum vnam opinionem, quam dicunt cōmunem Crot. in tract. de teſt. part. 1. numero 10. & Didac. Couar. in d. ca. cum eſſes, numero 14. Quæ opinio licet ſit valde

con-

controuerſa ea ratione, quia femina de iure ciuili in
totum repellitur, ne in teſtamento teſtis eſſe poſſit, vt
per Iul. Cla. in §. teſtamentum, quæſt. 55. ver. Sed quid
de iure Canonico, & Michael Craſſ. in §. teſtamẽtum,
quæſt. 57. nume. 3. ſatis tamen eſt, quod multi tenent
eam eſſe idoneam in teſtamento condito iuxta diſpo
ſitionem dicti cap. cum eſſes, quod non eſſet, ſi requi-
rerentur teſtes idonei in ſuperlatiuo gradu. Et qui ab
iſta opinione diſſentiunt, ea tantum ratione mouen-
tur, quia reperitur expreſſe in totum reddita inhabi-
30 lis iuris diſpoſitione. † Et quamuis ſi non exigeretur
probatio idoneitatis, opus ſaltem fuerit illam alle-
gaſſe, etiam quãdo non requiritur in ſuperlatiuo gra
31 du, vt dixit Soc. ſen. in dicto loco. Cum etiam † iuris
præſumptio, quæ liberat ab onere probandi, ſaltem
allegari debeat, l. ſi adulterium cum inceſtu, §. idem
Polliioni, ff. ad leg. Iul. de adult. cum alijs multis addu
ctis per Menoch. de præſumpt. libro 1. quæſt. 48. num.
2. cum ſeqq. Huic requiſito creditur ſatisfactum, cum
32 (vt mihi præſupponitur) allegata fuerit † in poſitio-
nibus, in quibus iuris præſumptionem allegare ſatis
eſt, vt poſt Purpur. in l. cum quid, numer. 152. ff. ſi cert.
pet. dixit Menoch. in dicta l. 1. præſumpt. quæſtio. 50.
33 num. 3. † & comprobatur per Tob. Noni. in conſilio
24. num. 18. qui ſcripſit præſumptionem iuris allega-
ri poſſe etiã poſt concluſum in cauſa. Et quando fiunt
allegationes, quod etiam poſt alios probat Menoch.
in dicta quęſt. 50. nu. 4. & ſeq. Præterea quia pręſuppo
34 nitur, quod teſtes ſint idonei, & probatę vitę, † ſi opus
fuiſſet qualitates iſtas probare, tamen Iudex poſſet
de illis accipere informationes ex officio, quod ſuffi-
ceret, vt declarat Alciat. in d. reg. 3. præſumpt. 2. num.
11. verſic. ſed pone. quem refert, & ſequi videtur Rim.
iun. conſ. 64. nu. 13. libro 1.

Circa ſecundum, numquid teſtes illi aliqua exce-
ptione legitima repelli poſſint, cenſeo negatiue re-
ſpondendum.

Nam etſi teſtator reliquerit fratri Petro tunicam,
tamen ipſe, licet ſit legatarius, non repellitur à teſti-
35 monio, † quoniam legatarius eſt idoneus teſtis in te-
ſtamento, §. legatarijs, Inſt. de teſtam. l. qui teſtamen-
to, ff. eod. titu. & ibi Doctores notant. Quæ concluſio
procedit etiam in teſtamento nuncupatiuo, non re-
dacto in ſcripturam, quod per teſtes probandum eſt,
quando quæſtio vertitur inter hæredem & venientes
ab inteſtato, iuxta opinionem magis communiter ap
probatam, de qua teſtantur Soc. in l. ſi quis ita, nume
ro 5. ff. de reb. dub. Alexand. & Rimin. in d. l. dictanti-
bus, C. de teſtam. Bellon. conſil. 14. nume. 7. verſic. Al-
tera eſt principalis, & Michael Craſſ. in d. §. teſtamen
tum, quæſt. 57. num. 15. Cui ſubſcribendum cenſeo in
caſu iſto, licet aliqui ab ea diſſentiant, quoniam diſ-
ſentientes mouentur ex eo, quia legatarius deponit
in cauſa propria; & ideo vel repellitur in totũ, iuxta
l. nullus, ff. de teſtibus, l. omnibus, C. eod. vel ſaltem ei
minus creditur, quam alteri teſti propter affectionẽ,
quam veriſimiliter habet ad cauſam, vt dixit Ioan.
Andr. in cap. inſuper, extr. de teſtibus, quem refert An
gel. Aret. in dicto §. legatariis, numero primo. Sed hęc
ratio non obſtat in occurrenti caſu. Quoniam illud
36 quod † dicitur neminem in cauſa propria teſtimo-
nium dicere poſſe, procedit, quando quis principali-
ter in ſui fauorem teſtimonium perhibet. & ita proce
dunt l. nullus, & l. omnibus. Sed quando principaliter
deponit in fauorem alterius, licet in conſequentiam
ſentiat commodum, ſecus eſt, & tunc à teſtimonio nõ
repellitur, d. ca. inſuper, de teſti. Alexand. conſil. 172.
nu. 7. lib. 2. Corn. conſil. 61. nu. 16. lib. 3. cum alijs alle-
gatis per Roland. à Vall. conſi. 98. num. 2. & ſeq. lib. 4.
Emanuel Soarez. recept. ſent. in verb. teſtis, num. 221.
vbi de communi teſtatur, & Burſ. conſil. 87. nu. 37. lib.
1. qui alios allegant. Minuſque ratione commodi de
eius fide diminui poteſt. Quoniam teſtator ei reliquit
tunicam, quod legatum eſt modici momenti, & Fra-
tri Petro legatario parum prodeſt, præſertim quia ve
ſtes à monaſterio conſequi debet, quando illis indi-
get; & ſic ſiue legatum tunicæ valeat, ſiue non, parum
refert, & conſequenter modicam affectionem ad cau
37 ſam ratione proprij intereſſe habere dicitur, † meri-
to de eius fide non diminuitur, ſecundum Maſcar. de
prob. vol. 3. concl. 1357. nu. 60. in fi. incip. teſtis in cau
ſa ad ſuum commodum, qui poſt Fel. dixit non quam
libet affectionem, ſed magnam tantum repellere te-
ſtem, ſubdẽs quod ob modicum emolumentum leges
non præſumunt quem velle deierare, adducens ad id
probandum Tiraq. in tract. de iud. in rebus exiguis,
paulo poſt principium. ver. Et id quidem, & Lancell.
Galiaul. in loco, de quo per eum. Accedente etiam,
38 quod ille teſtis eſt † Sacerdos & parochus, cuius au-
ctoritas maxima eſt, & duobus teſtibus æquipollet, vt
dicunt Doctores in d. c. cum eſſes. & Ceph. conſi. 776.
nu. 20. lib. 5. & quilibet Monachus eſt maioris fidei, &
eius dictum magis attendi debet quam aliorum, glo.
in ca. Monachus, in verb. compendio. 77. diſtinct. Ale.
conſi. 43. nu. 5. lib. 7. Cranet. conſ. 169. nu. 3. lib. 1. Ce-
phal. conſil. 721. num. 20. & ſeq. lib. 5. Quo fit, vt ſtante
qualitate dicti Sacerdotis, modicitate legati, quod
modicum emolumentum ei eſt allaturum: Tum quia
veſtes à ſuo monaſterio conſequi debet; Tum etiam quia
ſibi relicta in teſtamento acquirũtur monaſterio, iux-
ta notata per Doct. in c. in præſentia, vbi Fel. num. 57.
de prob. & quod depoſuerit cum iuramento in fauo-
rem hæredis contra venientes ab inteſtato, de eius fi-
de nihil ſit diminuẽdum, ſed ipſe idoneus teſtis repu
tetur, & ita quemlibet bonũ Iudicẽ iudicaturũ puto.

Alij vero teſtes non poſſunt repelli ratione pauper
39 tatis, † quoniam ipſi non poſſunt appellari paupe-
res, cũ non mendicent, nec viuant in hoſpitali, ſed ſuo
exercitio & mercatura. Cephal. conſil. 216. nu. 9. libr.
2. præſertim quia exercent mercaturam honorifice,
iuxta notata per Crau. conſil. 199. num. 11. lib. 1. Et ſi
ipſi eſſent pauperes, nõ propterea repellerentur, ſed
idonei teſtes ſunt.

40 Primo quia ſola paupertas † alio defectu non con
currente, non repellit teſtes à teſtimonio in cauſa ci-
uili. glo. & Doct. in c. ſi qui teſtium, de teſti. Specul. in
tit. de teſte. §. 1. verſi. Item quod eſt pauper. Corn. Be-
nincaſ. in tract. de paupert. q. 4. nu. 45. Aret. qui de cõ
teſtatur, in conſ. 13. nu. 16. ver. Præterea. Dec. conſilio
163. nu. 6. cum ſeq. & alij multi relati per Rimin. iun.
conſ. 269. num. 95. libr. 3. Et huic opinioni non obſtat
glo. in §. ſi vero, auth. de hæred. & Falc. in contrarium
allegata, quia loquitur in caſu ſpeciali de teſtibus,
qui debent eſſe pręſentes inuentario conficiendo per
hæredem, qui exiguntur eo caſu fide & facultatibus
idonei, vt declarat Rip. in l. ſi conſtante, num. 33. ff. ſo-
lut. matrim. & eum ſequitur Menoc. de arbitr. iud. q.
41 lib. 2. caſ. 96. nu. 11. † Et quãdo cum paupertate vili-
tas teſtium, ſeu aliud non concurrit, vel alij teſtes di-
uites non deponunt contrarium eius, quod dicunt
teſtes pauperes, tunc quia idoneitas in teſte verſatur
in fide, non in diuitijs, teſtes non ſolum non repellun
tur, immo nec de eorum fide diminuitur, ſed idonei
reputantur. Socin. iun. conſil. 189. num. 35. cum ſeqq.
lib. 2. Grammat. conſil. 50. nu. 22. in ciuil. Alex. conſil.
65. in fin. lib. 1. Rip. in dicta l. ſi conſtante, numer. 33.
& ſeq. Aret. d. conſil. 13. num. 16. verſic. fateor tamen.
cum aliis adductis per Claud. Bertaz. in add. ad con-
ſilium

filium 210. Bartholomei Bertazolij libr. 1. crimina. in
littera B, ver. Nec diminuitur. Sed teſtes prædicti non
patiuntur alias exceptiones, & contra eos alij teſtes
diuites nõ deponunt, & ipſi ſunt mercatores legales,
& fide digni, nec viles, ſed honorati ſunt, velut merca-
turam honorifice exercẽtes, iuxta notata per Strach.
de mercatur p 3r. 3. numer. 17. Ideo ſunt idonei teſtes
& fide digni ex iam dictis, & not. per Bal. conſ. 50. nu.
1. ver. Et cum iſti, lib. 2.

Secundo quod teſtes illi, licet eſſent pauperes, ſi ta
men alias non patiuntur exceptiones, ſint idonei te-
ſtes ad probandum huiuſmodi teſtamentum, proba-
42 tur ex eo, † quod in cauſa matrimoniali, in qua teſtes
omni exceptione maiores requiruntur, ca. litteris, &
ibi Doctores de teſti. cap. 1. iuncta glo. de conſangui.
& affin. Fel. in rubr. de ſponſal. num 5. Soc. iun. conſil.
88. nu. 8. li. 2. cum late deductis per Ant. Gabr. in ſuis
43 concl. in tit. de teſti. concl 8. † teſtes pauperes etiam
in ea ſunt idonei. Aret. conſil. 13. numero 16 Dec. con-
ſil. 163. num. 6. Rip. in d. l. ſi conſtante, nu 33. Menoch.
in d. caſ. 96. nu. 5. Et ſimiliter ſi ad reprobationem in-
ſtrumenti, in qua requiruntur teſtes vndique idonei,
& omni exceptione maiores, iuxta textum in l. opti-
44 mam, C. de contrah. & commit. ſtip. † teſtes pauperes
ſunt idonei, vt dixit Soc. iun. conſil. 189. num. 33. cum
ſeqq. lib. 2. qui de reprobatione inſtrumenti loquitur,
45 pari ratione † pauperes ſunt idonei teſtes ad proban
dum teſtamentum, iuxta terminos dicti capituli cum
eſſes, quod ſimplicem idoneitatem teſtium exigit, &
ita in ſimili conſiderat Rim. iun. in conſilio 128. num.
17. cum ſeq. libro 2.

Tertio, quia ad probandum teſtamentum prædi-
ctum concurrunt Reuerendus Frater Petrus Paro-
chus & quatuor teſtes, & tamen ſufficiunt duo cũ Pa
rocho, vel quatuor ſine eo, ſi teſtes illi non eſſent om-
nino idonei, tamen, quia ob paupertatem de eorum
fide tantum diminui poſſet, non tamen repelluntur
46 in totum, † eorum defectus ſuppletur ex numero, &
plene probant. Bald. Alexand. & ceteri in l. ea argen
tarijs, §. 1. ff. de eden. glo. in l. 3. §. 1. in verb. numerus, ff.
de teſti. & alij multi, quos refert, & ſequitur Anton.
Gabriel. in d. titu. de teſti. conclu. 6. & in terminis te-
ſtium inductorum ad probandum teſtamentum poſt.
Alexan. & Ruin. ita dixit Rim. iun. in d. conſil. 128. nu.
32. cum ſeq. qui à fortiori probat, nã ſi, vt ipſe inquit,
num. 53. propoſitio iſta procedit etiam, quãdo teſtes
examinati non ſunt vltra numerum requiſitum ad
probandum teſtamentum, fortius illa recipienda eſt
in occurrenti caſu, in quo teſtes excludunt numerum
neceſſarium.

Quantum vero attinet ad perſonam Feliciani ge-
neri Dominæ Baptiſtæ hæredis, licet non egeamus e-
ius depoſitione, cum teſtamentum probetur per Re-
47 uerendum Fratrem Petrum, & tres alios teſtes, † nihi
lominus dicitur, q̃d vel ille eſt idoneus teſtis, vt poſt
Bal. conſi. 50. ſub num. 1. lib. 2 dixit Crau. conſil. 453.
num. 3. verſi. ſecundo, & verſi. Tertio, lib. 3. Vel ſaltem
non repellitur in totum, licet de eius fide diminua-
tur, Ang. conſi. 194. col. 2. ver. Primo quia affines. Lan-
franc. de Oran. in tract. de teſti numero 58. vbi teſta
tur de communi, & alij plures adducti per Ant. Gabr.
in ſuis concluſio. in tit. de teſti. concluſ. 15. in princ. Et
propterea cum aliis facit aliquam fidem, & aliorum
depoſitiones adminiculatur.

Vltimum obiectum de defectu rogitus facile dilui
48 tur, quoniam teſtes † probant fuiſſe eis dictum, vt eſ-
ſent teſtes, quæ verba habent vim rogitus, & ſufficiũt,
licet teſtator vel alius eis non dixerit, Rogo vos. Cor.
conſil. 7. numero 3. libro 4. qui teſtes plene probant,
nam quando probata eſt voluntas teſtatoris per legi
49 timum numerum teſtium, † ſatis eſt, quod probetur
rogitus omnium teſtium etiã per teſtes, qui interfue-
runt teſtamento, immo per duos teſtes tantum Bald.
Pau. de Caſt. Alex. & Iaſ. in l. 1. C. de bon. poſſe. ſecun-
dum tabul. quæ opinio cõmunis eſt, vt teſtantur poſt
Imo. in d. c. cum eſſes. Alex. conſil. 47. numero 3. libro
2. Michael Craſſ. in d. §. teſtamentum, q. 58. nu. 6. Al-
cia. conſ. 11 r. nu. 9. lib. 9. Mantic. de coniect. vlt. volun.
lib. 12. tit. 16. num. 16. Simon de Pret. de interpret. vlt.
volunt. lib. 5. interpr. 1. dubit. 5. ſolut. 3. nu. 42. fol. 1 a r.
50 Nec refert, à quo fuerunt † rogati, ſed ſufficit, quod
fuerint rogati à notario, vel alio quocũque etiam ex-
traneo, præſente tamen & patiente teſtatore. Paul. de
Caſt. in l. hæredes palam, §. in teſtamentis, ff. de teſta.
quem ſequitur Iaſon in l. hac conſultiſſima, in princ.
num. 2. verſi. & debent teſtes, C. de teſt. Soc. in l. ſi quis
ita, nu. 3. ff. de reb. dub. Vaſqu. lib. 2. §. 13. nu. 71. & ſeq.
& communem eſſe teſtatur Michael Craſſ. in d. q. 58.
num. 5. Simon de Pret. in d. ſolut. 3. nu. 40. & Iul. Clar.
in §. teſtamentum, q. 58. verſi. Scias tamen, qui non di-
cit id, quod præſupponitur in dubiis, ſed firmat hanc
opinionem, aſſerens ab ea non eſſe recedendum, quia
verior eſt, communior, æquior, & conſuetudine robo-
51 rata; † Immo ſuſtineretur rogitus teſtium, etiamſi te
ſtes deponerẽt, quod vnus ab vno, & alter ab alio fue
rit rogatus. Soc. in d. l. ſi quis ita, num. 3. Corn. & alij
quos refert & ſequitur Simon de Pret. in d. ſolu. 3. nu-
52 me. 41. † Et etiam ſi incontinenti, poſtquam teſtator
declarauit ſuam voluntatem, rogati fuiſſent. Bal. in l.
fi. nu. 9. C. de fideicom. Corn. conſi. 7. nu. 3. lib. 4. Dum-
modo perfecte illam intellexerint, & celebrationi te-
ſtamenti interuenerint ſcienter & appenſate, non ve-
53 ro fortuito, vel per tranſitum, † quod ſufficit pro vali
ditate teſtamenti, cum pro rogitu teſtium ſatis ſit cõ-
ſtare ipſos modo quo ſupra fuiſſe præſentes. Socin. in
d. l. ſi quis ita, nu. 3. & audiui ita fuiſſe deciſum in Ro
ta Romana coram R. P. D. Brauo die 8. Nouembris
anni 1583. in Vna Peruſina teſtamenti inter fratres
Diui Dominici de Peruſia ex vna, & Dominicum de
Caſtro Plagarii ex altera. Sed teſtes examinati pro-
bant ſufficienter eos fuiſſe rogatos, quia Ioannes An
tonius ſuper capitulis dicit omnes teſtes fuiſſe roga-
tos, & vocatos ad intereſſendum teſtamento de ordi
ne teſtatoris. Anaſtaſius vero, quod omnes teſtes fue-
runt coadunati ad intereſſendum celebrationi teſta-
menti. Vgolinus ſimiliter aſſerit fuiſſe ad hoc conuo-
catos. Felicianus autem quod omnes teſtes conuoca
uit de ordine notarii. Et omnes dicunt Dominam
Baptiſtam eis dixiſſe; Eſtote teſtes: Ideo de defectu
rogitus teſtium opponi non poteſt.

Concludendo igitur cenſeo ex prædictis remoueri
ea omnia, quæ in dubijs tranſmiſſis fuerunt deducta,
& firmam remanere concluſionem, quod teſtamentũ
prædictum ſit validum, legitime probatum, & propte
rea publicandum ſit ad perpetuam memoriam.

54 Quod etiam ſi res eſſet dubia, fateri oporteret, † cũ
in dubio pronunciandum ſit pro teſtamento, vt ſuſti-
neatur, l. ſi pars, in prin. ff. de inoffi. teſta. l. cancellaue
rat, in fin. ff. de his, quæ in teſta. delent. Rip. in tracta.
de peſte, in tit. de priuil. vlt. volunt. nu. 3. Soc. iun. con-
ſil. 179. nu. 15. lib. 2. Tiraq de priuileg. piæ cauſ. priuil.
32. late Neuiz. conſi. 26. num. 7. & 8. cum aliis per Me-
noch. adductis in conſ. 224. nu. 32. libr. 3. & latius per
Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 2. tit. 15. Alex. Rau-
denſ. in tract. de Analogis c. 18. nu. 42.

*Vt mihi relatum fuit ſecundum prædictam concluſio-
nem iudicatum fuit in Ciuitate Fulginei anno 1589. &
menſe Decembris per Exc. D. Poteſtatem dictæ Ciuitatis.*

A R-

ARGVMENTVM.

Subſtitutio facta decedenti ſine filijs, & ab inteſtato quomodo intelligatur. Et an & quando ſubſequentes ſubſtitutiones ſecundum præcedentes interpretentur. Et numquid per prohibitionem alienationis ſit inductum fideicommiſſum in caſu mortis.

SVMMARIVM.

1 Vocati ſub conditione, ea purificata, admitti debent.
2 Puri & purificati idem eſt iudicium.
3 Subſtitutus purificata conditione, ſuccedit in bonis teſtatoris ad grauatum peruentis.
4 Probibitio alienationis inducit abſolutum fideicommiſſum etiam in caſu mortis.
Maxime quando fuit adiecta ratio, quia uolebat perpetuo bona deuenire ad maſculos, & in agnatione conſeruari. num. 5.
Declaratur nu. 33. & 46.
Sed contra quod illud inducat in caſu alienationis tantum num. 32.
6 Ratio reddita à teſtatore, per quam oſtenditur voluiſſe conſeruare bona in agnatione, diſpoſitionem ampliat.
Sed contra nu. 49. cum ſeq.
7 Alienationis probibitio verbis vniuerſalibus facta comprebendit alienationem tam inter viuos quam per vltimam voluntatem.
8 Conditionem eueniſſe qui dicit, probare debet.
9 Fideicommiſſum petens probare debet ſe fuiſſe vocatum in caſu illo, aliàs ſuccumbit.
Et probatio debet eſſe clara, ac concludens, nec dubia releuat, nu. 12.
10 Subſtitutionem in boc caſu non loqui ſemper, obijci poteſt ad excluſionem actoris, niſi contrarium clare probetur. Et nu. 12.
11 Teſtatorem aliquid voluiſſe non ſufficit, niſi id aliquo modo diſpoſuerit.
13 Fideicommiſſum non exſtare in dubio pronunciandum eſt.
14 Subſtitutio alicui facta, ſi deceſſerit ſine filijs, euaneſcit, quando grauatus decedit ſuperſtite filio.
Amplia etiam ſi filius poſtea decedit. nu. 15.
16 Conditionem ſemel exiſtere ſufficit, vt impleta dicatur, licet eius implementum poſtea deficiat.
17 Verba, Et in caſu præſato, reſtringunt, & limitant diſpoſitionem ad caſum ſupra expreſſum, etiam ſi aliàs extenſio fieri potuiſſet. cum ſeq.
Et conditionem important. nu. 18.
19 Dictio, Et ſic, ſtat illatiue ad præcedentia tantum, & ad caſum ſupra expreſſum.
20 Verba, vt ſupra, inducunt repetitionem præcedentium cum omnibus ſuis qualitatibus.
Et reſtringunt, ac limitant diſpoſitionem ſecundum præcedentia. num. 21.
22 Generalis diſpoſitio non extenditur ad caſum particulariter prouiſum. Et nu. 47.
23 Ablatiui abſoluti important conditionem.
24 Subſtitutus ſub duplici conditione copulatiue, vt admittatur, opus eſt vtramque conditionem purificari.
25 Conditio præciſe attenditur, quæ ſi in minimo deficit, ceſſat diſpoſitio.
26 Conditione deficiente babetur, ac ſi diſpoſitio non fuiſſet facta.
27 Inteſtatus, & ab inteſtato decedere dicitur, qui non fecit teſtamentum.
28 Subſtitutio facta decedenti ſine filijs, & ab inteſtato, non babet locum, ſi grauatus fecit teſtamentum, licet ſine filijs obierit, vel deceſſerit ab inteſtato ſine filijs.
Amplia etiam, ſi conditiones illæ fuerint alternatiue poſitæ. vt ibi cum ſeq.
30 Verbum, quodlibet, immo & ſyllaba interpretari debet, vt aliquid operetur.
31 Sequentia iuxta præcedentia intelliguntur, vt euitetur correctio.
34 Probibitus alienare ea ratione, vt bona conſeruentur in agnatione, alienare poteſt in eos de agnatione etiam remotiores.
35 Probibitio alienationis cenſetur facta correſpectiue ad ſubſtitutiones præcedentes, & iuxta terminos earum intelligitur. Et nu. 37.
Amplia etiam ſi fuerit reddita ratio, quia volebat bona in infinitum conſeruari penes bæredes & deſcendentes, quia nibilominus intelligitur, quatenus ſubſtitutiones præcedentes purificarentur, & non aliter. nu. 36. & 45.
Maxime ſtantibus verbis relatiuis, vt ſupra, vel ſimilib. num. 41.
38 Subſtitutio prima declarat, quæ fuerit mens teſtatoris in ſecunda.
39 Subſequentia ex præcedentibus regulantur, non è contra.
40 Teſtatoris mens, quando eſt clara, non eſt recurrendum ad interpretationes & gloſſationes.
42 Subſtitutio ſequens intelligitur data exiſtentia præcedentium conditionum, & quatenus priores ſubſtitutiones purificarentur.
Et expirat, quando prima deficit. nu. 43.
Maxime quando omnes per viam continuati ſermonis fuerunt formatæ. nu. 44.
48 Subſtitutio, quæ ſtat de per ſe, & fuit perfecta oratione determinata, ex alijs non ſuppletur.
49 Ratio agnationis conſeruandæ debet ſolum attendi in caſibus expreſſis, & non aliter, nec propter illam ſunt multiplicandæ ſubſtitutiones.
Maxime quando ad ſuperiora fuit babita relatio. numero 50.
51 Teſtatoris ment non attenditur, etiam quod magna ſit præſumptio voluntatis, quando verba expreſſa repugnant, nec eam recipiunt interpretationem.

CONSILIVM LXXVIII.

DOMINVS Camillus de Elephantutijs nobilis Bononienſis ſuum condidit teſtamentum heredeſque inſtituit Dominum Ioannem filium in vſufructu tantum, ac filios quoſcumque maſculos dicti Domini Ioannis, ipſorumque liberos in proprietate, eoſdemque inuicem ſubſtituit. Et Domino Ioanne decedente ſine filijs, & deſcendentibus maſculis, dotatis feminis, eiſdem ſubſtituit Dominum Carolum Antonium ipſius teſtatoris fratrem, ſi ſuperuixerit, ſin minus eiuſdem filios, quem etiam ſubſtituit quibuſcumque filiis dicti Ioannis, decedentibus ab inteſtato, & ſine filijs, & ſic vltimo ex deſcendentibus maſculis decedente ſine deſcendentibus maſculis vt ſupra, & hoc pro conſeruatione agnationis & familiæ ipſius teſtatoris: Prohibuitque omne genus alienationis, ac detractionem Trebellianicæ, cum omnino intenderet, adimpletis legatis, reſiduum eius bonorum perpetuo remanere, & eſſe in ipſius agnatione & familia, & peruenire debere ad præfatos maſculos & deſcendentes Domini Ioannis per rectam lineam, & ea finita ad præ-

ad præfatos maſculos & deſcendentes Domini Caro
li Antonii in infinitum cum ſubſtitutionibus ad inui
cem vt ſupra factis.

Deceſſit teſtator, ſuperſtite Ioãne, qui demũ obiit,
relicto Camillo iuniore filio, qui tandem nullis reli-
ctis filijs, mortuus eſt, condito teſtamento, & hærede
inſtituto Carolo Antonio iuniore nepote dicti Domi
ni Caroli Antonij. Queritur, an ſubſtitutiones præfa
tæ per mortem Dom. Camilli iunioris ſint purificatæ
in fauorem Do. Cæſaris & fratris filiorum D. Caroli
Antonij ſenioris: Et videtur dicendum conditiones,
in præfato teſtamento appoſitas, purificatas eſſe, fi-
liosque Domini Caroli Antonij ad fideicommiſſum
admitti debere.

Primo quia teſtator Domino Ioanni, decedenti ſi-
ne filiis maſculis, & ſic eius linea in totum deficiente,
ſubſtituit Dominum Carolum Antonium, ſi ſuperui-
xerit, aliàs eius filios maſculos; licet igitur Dominus
Ioannes deceſſerit cum filio, tamen ipſo poſtea defun
cto ſine filijs, linea maſculina Ioannis in totum defe-
cit, & ſic purificata eſt conditio, ſub qua vocabantur.
1 Purificata igitur conditione, vocati † ſub ea admitti
debent ad fideicommiſſum, l. legata ſub conditione,
ff. de cond. & demonſt. l. ſi ea, & l. legatum, C. de cond.
2 inſert. Ac ſi pure vocati fuiſſent, cum puri, † & purifica
ti idem ſit iudicium, l. ſi pupillus, ff. de cond. inſti. l. ſi.
§. 1. vbi Alex. & alij, ff. de vulg. & pup. Soc. iun. conſilio
572. num. 18. libr. 2. Dec. conſil. 279. nu. 2. Pariſ. conſil.
11. nu. 64. lib. 1. late Ceph. conſil. 445. num. 17. & ſeqq.
libro 3.

Secundo intentio Dominorum Ceſaris & Ioannis
Frãciſci iuſtificari videtur ex alia ſubſtitutione facta
filijs quibuſcumque Domini Ioannis decedentibus ſi
ne filijs maſculis, quæ omnino purificata fuit, cũ Do-
minus Camillus, nullis relictis filijs deceſſerit: & cũ
per mortem Domini Camilli ſine filijs conditio illa
3 purificata fuerit, ſine difficultate ſubſtituti † admit-
tendi ſunt ad bona, quæ teſtatoris erant, l. centurio,
cum ibi notatis, ff. de vulg. & pup. Pariſ. conſil. 14. nu.
2. in fin. & 3. & conſi. 18. num. 17. & ſeq. lib. 1.

Tertio intentio prætendentium fideicommiſſum
corroboratur ex ſtricta alienationis probibitione cũ
ratione illa, quia volebat perpetuo & in infinitum bo
na in familia ſua conſeruari, & primo in linea teſtato
ris, & ea defecta, in deſcendente Domini Caroli An-
4 tonij, † quæ prohibitio alienationis inducit abſolutũ
fideicommiſſum inter omnes etiam in caſu mortis, &
omnes in infinitum videntur grauati. Aret. Socin. &
alii in l. qui Romæ, §. cohæredes, ff. de verbor. obligat.
Curt. iun. conſil. 114. num. 16. & conſil. 145. numer. 4. &
ſeqq. libro ſecundo, qui de communi teſtatur. Dec. cõ
ſil. 23. colum. 2. & 3. & conſi. 481. Bero. conſi. 81. & con
ſil. 88. lib. 1. Rim. iun. conſi. 20. num. 13. libro 1. Corne.
conſi. 22. lib. 1. late Gozad. conſil. 102. per totũ. Crot.
conſi. 13. num. 14. lib. 1. Soc. iun. conſi. 168. num. 78. lib.
2. Crauet. conſ. 130. nu. 9. lib. 1. & poſt alios multo Ant.
Gabr. in ſuis concluſio. in titu. de fideicom. conclu. 9.
5 num. 11. & ſeqq. & num. 17. † ſtante maxime ratione
prohibitioni adiecta, quia voluit bona perpetuo de-
uenire ad præfatos maſculos, & in agnatione in infi-
nitum conſeruari, quæ verba, cum infinitatem tempo
ris denotent, magis inducunt abſolutum fideicom-
miſſum etiam in caſu mortis, licet ſi verba prædicta
non fuiſſent appoſita, dubitari poſſet Curt. in l. filius-
familias, §. diui, num. 1. & ibi Crot. colum. 1. ff. de leg.
1. Dec. Bologn. & alij, quos recenſet Burſ. conſil. 202.
num. 16. lib. 2. Pariſ. conſ. 91. num. 9. libro 2. Cephal.
conſil. 544. num. 7. lib. 4. Anton. Gabr. in d. concluſ. 9.
nu. 18. & ſeq. & in dicto fideicommiſſo, per huiuſmodi
prohibitionem alienationis reſultante, omnes deſcẽ
dentes tam ipſius teſtatoris, quam Domini Caroli
Antonij reſpectiue includuntur. Alex. conſ. 56. no. 2.
lib. 1. Dec. conſ. 481. nu. 9. Pariſ. conſi. 57. no. 23. libr. 2.
Ceph. conſ. 523. nu. 1. & ſeqq. lib. 4. Burſ. d. conſil. 202.
num. 15.

Quarto prædicta fortius procedere debent, ſtante
ratione generali à teſtatore adiecta, qua oſtenditur
voluiſſe bona ſua in agnatione omnino conſeruari,
6 quæ † ratio eius diſpoſitionem ampliare debet. Bald.
in l. pater filium, §. fundum, ff. de leg. 3. Roman. conſil.
457. in princ. ſequitur Dec. conſi. 291. num. 5. ver. Pri-
mo. n. & operatur vt poſt mortem Caroli ſine filiis bo
na ad alios de agnatione deuoluantur, ita vt teſtato-
ris voluntati ſatisfaciendo, in eius agnatione perpe-
tuo conſeruentur.

Et ſtantib. prædictis, & præſertim alienationis pro
hibitione adeo vniuerſali, hęres inſtitutus à Domino
7 Camillo bona olim teſtatoris reſtituere debet, † quia
in eum nec per hæredis inſtitutionẽ alienatio fieri po
tuit, cum omnis alienationis tam inter viuos, quam
illa quæ fit per vltimam voluntatem, intelligatur pro
hibita per dicta verba vniuerſalia. Bar. in l. filiusfami
lias, §. diui, nu. 17. ff. de leg. 1. & alij omnes ibi clare Pa
riſ. conſi. 12. nu. 151. lib. 2.

Ceterum his non obſtantibus, cenſeo filios Domi-
ni Caroli Antonij ſenioris non eſſe admittendos vi-
gore alicuius ex ſubſtitutionibus factis à Domino
Camillo ſeniore.

8 Et pro fundamento præmitto, quod † qui dicit con
ditionem eueniſſe, id probare debet, l. ex his, C. quan.
dies legat. cedat. Alc. de præſumpt. reg. 3. præſumpt.
3. num. 1. in fi. Bal. & Sal. in l. cum te, C. de prob. Mant.
de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 16. nu 5. & Ceph. con-
9 ſil. 631. nu. 26. lib. 5. Et petens ſe admitti † ad fideicõ-
miſſum, probare debet fuiſſe vocatum in caſu illo, a-
liàs ſuccumbit, iuxta l. ei qui dicit, ff. de proba. l. actor,
C. eo. tit. In ſpecie de petente ſe admitti ad fideicom-
miſſum, gloſ. in l. qui duos, in verb. ſuperſtes fuit, ff. de
reb. dub. l. ſi quis ita ſubſtituerit, ff. de vulgar. & pup.
Corn. conſ. 161. nu. 8. ver. Et cõſtat, li. 2. Crau. cõſ. 208.
10 nu. 3. lib. 1. quia ſemper ad † excluſionem actoris reo
ſufficit obijcere, quod eo caſu non loquitur ſubſtitu-
tio. Oldra. conſi. 21. Ioan. Andr. in addi. ad Speculat.
in tit. de teſtam. §. 1. ver. Occurrit. Soc. ſen. conſi. 62. nu.
4. ver. & in primis, li. 3. Crau. d. conſi. 208. num. 3. Soc.
iun. conſi. 102. nu. 23. lib. 1. Rim. iun. conſil. 110. nu. 15.
& ſeq. lib. 1. & conſi. 171. nu. 87. & ſeq. li. 2. qui dicit re-
gulam procedere etiam ſi diceretur, quod teſtator vo
11 luerit illum caſum includere, † quoniam non ſufficit
teſtatorem aliquid velle, niſi id aliquo modo diſpo-
nat, l. quidam cum filium, ff. de hære. inſtit. & in propo
ſito Soc. iun. conſil. 111. num. 28. lib. 1. Iccirco probatio
12 † fideicommiſſarij debet eſſe clara & concludens, nec
dubia releuat. Corn. conſi. 186. col. fi. ver. Confirman-
tur præmiſſa, lib. 3. Crau. d. conſil. 208. nu. 3. & late a-
lios multos referens, Simon de Pret. conſ. 128. num. 9.
& comprobat Burſ. conſi. 337. num. 4. lib. 3. qui dicit,
quod reo ſufficit dicere hoc caſu, ſubſtitutio facta nõ
eſt, & qui contrarium aſſerit, eam cõcludenter demõ
ſtrare debet, & ibi de cõmuni teſtatur. Si enim dubia
fieret probatio, ea eſſet interpretatio facienda, per
quam fideicommiſſum excluditur. Bal. in l. cum virũ,
C. de fideicomm. Grat. conſi. 68. nu. 8. lib. 1. Natt. con-
ſil. 200. num. 8. lib. 1. Rim. iun. conſi. 50. nu. 55. libro 1.
Rimin. ſen. conſilio 223. num. 56. & ſeq. Cephal. conſi
lio 430. num. 17. & ſeqq. & conſil. 447. nume. 13. & ſeq.
13 libro tertio, ea ratione, quia in dubio † pronuncian-
dũ eſt fideicommiſſum ceſſare. Bart. in l. cum auus, in
fin.

fin.ff.de condit.& demonſt.Rim.ſen.conſ.223.nu.56.
Soc.ſen.conſ.113.num.8.lib.1. Crauet.conſ.180.nu.4.
in fi.lib.1.Simon de Pret.conſ.39.num.22.Mandel.de
Alba conſ.41.num.9.in fin. Ceph.conſ.477.num.22.
lib.4.& conſ.394.nu.26.lib.3. Menoch.conſ.85.num.
49.&ſeq.ver.Sexto,lib.1.cum alijs adductis per Rim.
iun.conſ.42.nu.118.& ſeq.lib.1.& conſ.173.n.44.lib.2.

In caſu vero, de quo agitur conſiderando omnes
prædictas ſubſtitutiones, nulla reperitur, quæ clare
oſtendat filios Domini Caroli Antonij ſeniotis hoc
caſu fuiſſe vocatos, ideo prætenſi fideicommiſſarij
excluduntur.

Plures quidem in teſtamento præfato conſiderari
poſſunt ſubſtitutiones, in diuerſis caſibus conceptæ.

Prima elicitur, dum teſtator in proprietate hære-
dès inſtituit, quoſcumque filios Domini Ioannis, &
eorum liberos maſculos, eoſque ad inuicem ſubſti-
tuit, cuius vigore filij Domini Caroli Antonij nihil
poſſunt prætendere, quia non ſunt de liberis Domi-
ni Ioannis, ſed extranei.

Secunda ſubſtitutio fuit facta caſu, quo Dominus
Ioannes decederet ſine filijs maſculix, quo caſu fue-
runt ſubſtituti Dominus Carolus Antonius, ſi ſuper-
uixerit, ſin autem eiuſdem filij maſculi. Sed nec huius
ſubſtitutionis vigore ſunt admittendi filij Domini
14 Caroli Antonij, † quoniam ſubſtitutio præfata eua-
nuit per mortem Domini Ioannis, ſuperſtite Domi-
no Camillo eiuſdem filio maſculo, qui conditionem
illam fecit deficere, ita vt vocati nullo modo admit-
tantur, l.filiusfamilias, §.cum quis, ff.de leg.1. l.ea fa-
cto, §.penul.ff.ad Trebel. Oldrad.conſ.21. & conſ.141.
Alex.in l.Centutio, nu.6.ff.de vulg.& pup. & conſ. 31.
col.1.lib.3.Ruin.conſ.136.num.8.lib.3.Iaſ.conſ.51.nu.
13.lib.3. & in l.in ſubſtitutione, col.penul.verſ.Credo
indubitãter, ff.de vulg.& pup. Dec.conſ.287.in 1.dub.
Signorol.de Homod.conſ.68.nu.3. Iaſ.conſ.66.col.4.
lib.3.Ruin.conſ.122.num.4.lib.3.Pariſ.conſ.12.nu.26.
& conſ.14.num.10.lib.2.Socin. ſen.in l.cum auus, in
3.not.ff.de condit. & demonſtrat. & conſ.62.num.6.
in fin.lib.3. Cephal.conſ.17.num.14.lib.1. conſ.268.
num.12.lib.2. & conſ.394.num.12.lib.3. vbi multos
huius opinionis recenſet. & conſ.514.num.8. libro 4.
quam opinionem communem dicit Burſat.conſ.337.
num.8.lib.3.& conferunt late adducta in fortioribus
terminis per Crauet.conſ.98.num.4.lib.1.Rimin.iun.
conſ.20.num.1.& ſeqq.lib.1.& Ant. Gabr.in ſuis con-
cluſ.in titu.de fideicom.concluſ.7. in princ. Menoch.
15 conſ.85.num.46.& ſeqq.lib.1.qui poſt multos oſten-
dunt Doctores communiter firmare, quod ſuperexi-
ſtentia filij facit deficere conditionem ad excluſionẽ
ſubſtituti, quamuis poſtea decedat: Cuius concluſio-
16 nis ea eſt ratio, quia † ad adimplementum conditio-
nis ſatis eſt ſemel eam exiſtere, licet deinde deficiat,
& implementum non durauerit, l.ſi quis hæredem, C.
de inſtit.& ſubſt.ſub condit.fact.l.hæredibus, in prin.
ff.ad Trebel.l.Gallus, §.quæramus.vbi Doctores, ff.de
lib.& poſthum. Pariſ.conſ.32.num.84.libro 1. & late
Ant.Cinſſus conſ.68.num.2.& ſeq.Cephal. conſ.221.
nu.4.lib.2.Rol.à Vall.conſ.56.nu.11.lib.3. & conſ.52.
num.46.lib.2.Tiraq.in l.ſi vnquam, in verb.ſuſceperit
liberos, num.187.C.de reuoc.donat. Iaſ.Socin. & alij
plures congeſti per Simon de Pret.de interpr.vlt.vol.
lib.4.dub.12.num.67.fol.441.

Nec verba illa teſtamenti, & in caſu præfato, et ſic
deficiente in totum linea maſculina dicti Ioannis et
ipſius teſtatoris, et totaliter exſtincta, vt ſupra, ſubſti
tuit Dominum Carolum Antonium etc. operantur,
vt poſt mortem Dñi Camilli filij dicti Ioannis, Do-
minus Carolus Antonius et filii admittantur, quia
verba illa ſunt reſtricta ad caſum, in quo Dominus
Ioannes deceſſerit ſine filiis maſculis, et ita linea præ
fata exſtingueretur, nec comprehendunt caſum, ſi de-
ceſſiſſet relictis filiis, qui poſtea obirent abſque de-
ſcendentibus maſculis, per quos linea maſculina in
longum protraheretur, quod demonſtratur ea eo
quia teſtator ſupra dixerat ſi Dominus Ioannes dece
deret ſine filiis et deſcendentibus maſculis. et dum
inferius ſubdit, et in caſu præfato, et ſic deficiente in
totum linea maſculina Domini Ioannis et ipſius te-
ſtatoris, et totaliter exſtincta, vt ſupra, ſubſtituit etc.
oſtenditur ſolum habuiſſe rationem caſus ſupra ex-
17 preſſi, ad quem ſe retulit, quod declarant † verba il-
la, et in caſu præfato &c. quæ reſtringunt, & limitant
diſpoſitionem ad caſum tantum ſupra expreſſum,
etiamſi aliàs extenſio fieri potuiſſet, vt oſtendit poſt
Pariſ.& alios Roland. à Vall.in conſil.58. num.11. &
ſeqq.lib.3.& Gozadin.conſil.4.num.24. & 25.condi-
18 tionemque important, † & ſubſtitutionem coarcta-
re ſolent ad caſum nominatum, & in indiuiduo ex-
preſſum.Bald.conſ.57.col.2.lib.2. Soc.Rom. Ancha-
ran. & alij relati per Crauet.conſ.98.num.6. libro 1.
poſt multos Rimin.iun.conſ.21.num.7.& ſeq.libro 1.
Comprobatur fundamentum ea illis verbis, & in ca-
19 ſu præfato, & ſic deficiente linea & c. † quæ dictio, &
ſic, ſtat illatiue ad præcedentia tantum, & ad ca-
ſum ſupra expreſſum, iuxta textum in cap. frequens,
in princip. de reſtitut. ſpoliat. libro 6. per quem ita
dicit Ruin. conſilio 184. num.6. libro 2. Pronetiam
id manifeſte deregitur ex ſubſequentibus verbis, &
20 totaliter exſtincta vt ſupra, † quæ verba, vt ſupra, in-
ducunt, repetitionem præcedentium cum omnibus
ſuis qualitatibus. Bart.in l.ſi quis ſeruum, §.fin. ff.de
leg.2.Ruin.conſil.18.num.12.libro 2.Dec.conſil.182.
num.11.& conſil.384.num.5.verſic.Tertio. Pariſ.con
ſil.80.num.49.& ſeq.& conſ.19.num.68.& ſeqq.libro
2.Bero.q.104.num.7.Cephal.conſ.311.num.37.libro
3.Rub. Alexan.conſ.68. num.3. Menoch.conſ.73. nu-
21 mero 24.lib.1.† & ſecundum præcedentia tantum di-
ſpoſitionem limitant, & reſtringũt, ita vt vltra caſum
expreſſum non extendatur. Alex.conſ.59.col. fin.lib.
3.verſic.Non obſtat.& eum ſequitur Rim. iun.conſil.
80.num.33.libro 1.

Cum igitur per mortem Domini Ioannis, cum fi-
lio maſculo non fuerit exſtincta linea maſculina, ſub-
ſtitutio ea illo capite locum non habet, licet poſtea
reperiatur exſtincta per mortem Domini Camilli fi-
lij, maxime quia teſtator inferius aliam fecit particu
larem ſubſtitutionem in fauorem Domini Caroli An
tonij, & filiorum, in caſu, in quo filij maſculi Domini
Ioannis ſine filijs maſculis decederent, quæ particu-
laris prouiſio demonſtrat illum caſum in prima ſub-
22 ſtitutione non comprehendi, † cum generalis diſpo-
ſitio non extendatur ad caſum particulariter proui-
ſum. Bar.in l.quæſitum, §.ſi quis fundum, num.16.ff.de
fund. inſtruct. Dec.in l.precibus, col.1. poſt medium,
C.de impuber.& alijs ſubſtit. Crau.conſ.98. num.16.
lib.1.Soc.ſen.conſ.62 nu.7.& 8.lib.3.

Tertia in eodem teſtamento reperitur facta ſub-
ſtitutio, Decedentibus filijs, & deſcendentibus Do-
mini Ioannis ab inteſtato, & ſine deſcendentibus ma
ſculis in gratiam Domini Caroli Antonij ac eius li-
berorũ. Sed neque ex ea filij Domini Caroli Antonij
ſunt admittẽdi, quãuis Dominus Camillus filius Do
mini Ioannis ſine filiis maſculis deceſſerit, quoniam
teſtator ſubſtitutionem fecit per hæc verba, Deceden
tibus filiis Domini Ioãnis, & ſic per ablatiuos abſolu
23 tos, qui † conditionem importãt, & reſoluuntur in cõ-
ditionem, ſi deceſſerint, iuxta textum in l.à teſtatore,

cum ibi notatis per Bar. Paul. de Caſtr Imol. & alios,
ff. de cond. & demonſtr. Doctores communiter in Ru
bric. ff. ſolut. matrimon. Dec. conſ. 11. num. 9. Cephal.
conſ. 398. num. 2. & conſ. 421. num. 43. lib. 3. Nec ſim-
pliciter ſubſtitutionē fecit, Si deceſſerint ſine deſcen-
dentibus maſculis, & ſic ſub vna conditione tantum,
ſed ſub duabus conditionibus, videlicet: Si ab inteſta
to, Et ſine filijs & c. Et ad hoc vt illi ſubſtitutioni ſit
locus, non ſufficit vnam conditionem impleri, ſed vt
24 ſubſtitutus † ſub duplici conditione copulatiue ad-
mittatur, opus eſt vtramque conditionem purificari,
l. Lucius, la vltima, ff. de hæred. inſt. l. ſi hæredi plures,
ff. de condit. & demonſt. l. ſi is qui ducenta, §. vtrum, ff.
de reb. dub. Iaſ. in l. generaliter, num. 1. & 3. C. de inſt.
& ſubſtit. Alciat. conſ. 554. num. 1. Rom. conſ. 131. &
conſ. 138. col. 1. verſ. Primo quia. Grat. conſ. 103. nu. 4.
lib. 2. Balthaſar Quint. inter conſ. vlt. volun. conſ. 177.
num. 108. vbi de communi teſtatur. & Fab. de Mont.
inter dicta conſilia conſ. 149. nu. 30. & ſeq. Dec. conſ.
177. & Cephal. conſ. 447. num. 7. lib. 3. Quoties enim
25 aliqua diſpoſitio conditionaliter loquitur, † præciſe
attenditur conditio, quæ apponitur, quę ſi in minimo
deficit, diſpoſitio ceſſat, ſicut poſt Dec. in c. appella
tionibus, num. 3. de appellat. dixit Cephal. conſ. 480.
num. 30. libro 4. In totum quidem conditio impleri
26 debet, aliàs habetur ſubſtitutio pro non facta, † quia
parificantur hæc, Aliquid non fuiſſe factum, Vel ſub
conditione, quæ non ſit formaliter purificata, vt de-
buit, l. pecuniam quam, ff. ſi cert. pet. Crauet. conſ. 15.
num. 3. libro 1. Socin. iun. conſ. 4. num. 16. lib. 2. conſ.
83. nu. 6. lib. 1. Cephal. conſ. 455. num. 26. & 497. num.
39. & ſeqq. lib. 4. & conſ. 183. num. 51. lib. 2. Rimin. iun.
conſ. 171. num. 19. & 192. num. 23. lib. 2. Roman. Dec.
Pariſ. & alij plures adducti per Mantic. de coniectur.
vlt. volun. lib. 11. tit. 16. num. 2. Sed prima conditio, Si
deceſſerit ab inteſtato, quę importat, ac ſi dixiſſet nul
27 lo facto teſtamento, † cum ille dicatur ab inteſtato
decedere, qui teſtamentum non fecit, gloſſa in l. ge-
neraliter, in verb. Sine teſtamento, C. de inſtit. & ſub-
ſtit. & ibidem Doctores ſequuntur, præſertim Dec.
nu. 4. & ſeq. l. inteſtatus, & ibi Alciat. ff. de verb. ſignif.
Abb. conſ. 75. num. 3. in fin. lib. 1. Ang. conſ. 99. col. 2.
ver. Videamus. Corn. conſ. 138. col. penul. verſic. Ver-
bum enim, lib. 4. non fuit purificata, immo deficit per
teſtamentum conditum à Domino Camillo iuniore,
qui hæredem vniuerſalem inſtituit Dominum Caro-
lum Antonium iuniorem nepotem præfati Domini
Caroli Antonij ſenioris, ideo illis non purificatis ſub
ſtitutioni, ſub duplici conditione factæ, locus non eſt.
28 Et ita in fortioribus terminis, † quod ſubſtitutio fa-
cta filio decedenti ſine filijs, vel ab inteſtato, & ſic per
dictionem alternatiuam, nō habeat locum, ſi filius de
ceſſerit ab inteſtato ſine filijs, vel condito teſtamen-
to, ſed cum filijs, probat textus in d. l. generaliter, in
prin. & ibi notant Doctores, præſertim Paul. de Caſt.
num. 1. verſ. Et ne hoc contingat. Iaſ. num. 1. & Alex.
num. 1. Fabian. de Mont. inter conſ. vlt. vol. conſ. 149.
num. 31. & ſeqq. Alex. conſ. 88. col. 1. conſ. 192. col. pe-
nul. & fin. libro 7. & conſ. 59. num. 6. & 8. & per totum,
lib. 3. Iare Rim. iun. conſ. 199. nu. 229. & ſeqq. lib. 2. &
poſt alios multos nouiſſime idem firmat Ioſeph de
Ruſt. in tract. an, & quando liber. in condit. poſiti vo-
centur, cap. 9. nu. 17. vbi de communi teſtatur. Gerar.
Mazol. conſ. 89. num. 119. & ſeq. Ruin. conſ. 153. num.
13. lib. 2. & Capr. conſ. 2. num. 27. & ſeq. & huic con-
cluſioni non obſtat, quod cum l. generaliter. proce-
dat fauore liberorum, vt ibi Bart. Corn. Fulgoſ. Iaſ. &
ceteri dicunt, Si quis decedit ſine filijs, ceſſat eorum
fauor, & conſequenter d. l. diſpoſitio non procedit,
quamuis hæres grauatus deceſſerit teſtatus, vt vide-
29 tur ſentire Capr. conſ. 44. † quia reſpondetur, quod
licet fauore liberorum inductum fuerit, vt in caſu d.
l. generaliter, alternatiua reſoluatur in cōiunctiuam,
nihilominus hæc interpretatio retinet eamdem natu
ram, nec mutatur, quamuis grauatus ſine liberis de-
ceſſerit, vt firmauit Sacrum Conſilium Neapolit. te-
ſte Vinc. Franc. in deciſ. 150. nu. 3. & ſeq. par. 1. Quod
fortius dicēdum eſt in caſu, de quo agitur, in quo con
ditiones illæ non fuerunt alternatiue poſitæ, vt in d. l.
generaliter, ſed copulatiue, quo caſu ſine dubio con-
curſus cōditionem exigit, & omnis ceſſat difficultas.
Ex quibus dicendum eſt vocatos ſub illis duabus cō-
ditionibus non eſſe admittendos, ſtante quod Domi
nus Camillus teſtamentum fecit, & de omnibus bo-
nis diſpoſuit, qui intellectus non repugnat voluntati
teſtatoris, quia dum præfato modo ſubſtitutionem
concepit, voluit tantum prouidere tranſuerſalibus,
& ſic Domino Carolo Antonio & filijs, quatenus filij
& deſcendentes Domini Ioannis non facerent teſta-
mentum, vt in ſimili de ſtatuto dixerunt Card. conſ.
111. nu. 6. & Dec. in d. l. generaliter, nu. 5. ver. Sed tamē
his, non tamen voluit eos admitti, ſi filij & deſcēden-
tes Domini Ioannis condito teſtamento deceſſiſſent,
vt in terminis dixit Alex. in conſ. 59. num. 7. ver. Et in
propoſito, lib. 3. Et ad ita diſponendum alia ratione
motus non creditur, niſi quia nolebat tollere deſcen-
dentibus Domini Ioannis liberam teſtandi faculta-
tem, ſed eam permittere, & ea mediante bonorum a-
lienationem concedere. Alex. d. conſ. 59. nu. 6. verſic.
Præterea. & nu. 7. Ruin. conſ. 153. nu. 13. lib. 2. & Rim.
iun. conſ. 199. nu. 241. lib. 2. Quod potuit facere pluri-
bus rationibus, quia potuit teſtator formidare inſi-
dias forte à ſubſtitutis faciendas liberis ipſius Domi
ni Ioannis, arg. §. ſin autem quis. Inſtit. de pupil. ſub-
ſtit. quas cogitauit poſſe euitare, ſi dediſſet dictis li-
beris poteſtatem deſtruendi fideicommiſſum facien-
do teſtamentum. Item potuit cogitare, quod hac via
poſſent dicti liberi reddere obſequentes tranſuerſa-
les, ſi vidiſſent eſſe poſitum in poteſtate ipſorum li-
berorum, an, & quantum vellent tranſuerſalibus re-
linquere, argum. l. nec adiecit, ff. pro ſoc. Item potuit
cogitare, quod ex alijs multis cauſis multum pote-
rat intereſſe dare dictis liberis poteſtatem alienādi,
mediante facultate teſtandi, quod bene facere po-
tuit, cum potuerit nec fideicommittere. Soc. ſen. conſ.
123. num. 3. libro 3. & alij plures quos refert, & ſequi-
tur Hieron. Gabr. conſ. 99. nu. 10. lib. 2. Et ita intelli-
gendo, nulla exoritur repugnantia, quia fideicōmiſ-
ſum cenſetur factum ſub illa conditione, ſi per teſta-
mentum alienatio non ſequatur, quod non facto te-
ſtamento locum habere potuiſſet. Ruin. d. conſil. 153.
nu. 14. in fin. lib. 2. Nec verba illa immediate ſequen-
tia poſt hanc ſubſtitutionem videlicet. Et ſic vltimo
ex deſcendentibus & c alterant hanc conditionalem
diſpoſitionem, quia veniunt continuatiue ad eādem
ſubſtitutionem, & per relationem ad præcedentia,
vt oſtendunt verba illa, Et ſic vltimo & c. & verba ſta-
tim ſequentia, ſine deſcendentibus & c. vt ſupra, quæ
ſine dubio referunt præcedentia cum omnibus ſuis
qualitatibus, & ſecundum ea ſubſequentia reſtringū-
tur, & limitantur ex his, quæ ſupra fuerunt dicta. Et
ſi aliter diceretur, verba illa præcedentia, Ab inte-
ſtato et c. nihil operarentur, quod non eſt dicen-
30 dum, † cum quodlibet verbum, immo dictio, ſeu Sil-
laba ſemper interpretari debeat, vt aliquid opere-
tur, nec otioſa ſit, l. ſi quando, ff. de leg. 1. Bal. in rubr. ff.
de contrahen. empt. quod locum habet etiam in te-
ſtamentaria diſpoſitione. Socin. iunior conſilio 99.
num.

num.15.lib.1.& conſ.89.nu.15.& lib.3. & Pariſ.conſ.
8.num.45.lib.3.& in terminis Corn.conſ.138.col.pe-
nul.verſ.Tunc autem,lib.4.Immo inducerent expreſ-
31 ſam correctionem precedentium,† quod non eſt pre-
ſumendum,ſed ne ſequatur correctio precedentium,
ſequentia iuxta præcedentia intelliguntur. Dec.conſ.
586.col.penult.verſicu.Quarto conſiderandum. late
Curt.iun.conſ.145.num.14.& ſeq.lib.5.& in proprijs
immo in fortioribus terminis ita tenet Alexan. in d.
conſ.59.col.vlt.num.21.verſ. Non obſt.quod illa ver-
ba,lib.3.& conſ.205.nu.4.lib.7. Rim.iun. in conſ.80.
num.35.& ſeq.libro 1.

Quarta ſubſtitutio, quæ elicitur ex prohibitione
alienationis cum ratione, quia volebat bona perpe-
tuo, & in infinitum conſeruari inter deſcendentes
Domini Ioannis per rectam lineam, & ea finita, in-
ter deſcendentes Domini Caroli Antonij nõ fuit ta-
liter purificata, ita vt ex ea filij Domini Caroli Anto-
32 nij admittendi ſint; † Quoniam per dictam prohibi-
tionem cum præfata ratione nullum fuit inductum
abſolutum fideicommiſſum in caſu mortis, ſed ſi ali-
quod conſiderari poſſet, illud reſultaret tantum in
caſu alienationis contra formam teſtamenti, l.peto,
§.fratre, ff.de leg.2.vbi textus clarus. latiſſime Socin.
ſen.conſil.227.col.8.verſicu.Quibus tamen, & pluri-
bus ſequen.& col.8.verſic.Ex quibus. vbi de commu-
ni teſtatur,libro 2. quam ſententiam communem di-
cit etiam Dec. conſ.518. & conſ.425. num.7. & eam
ſequuntur Socin. iun.conſ.97.num.51.lib.2. Cur.iun.
conſ.116.lib.2.Iaſ.conſ.4.col.1.verſicu.Quarto dene-
niendum, & conſ.120. col.1.in fin. libro 1.late Senat.
Pedemon. deciſ.49. num.7. & ſeq. Ripa in l. filiusfa-
milias,§.diui,num.125. & ſeqq.ff.de legat.1. Hieron.
Gabr.conſ.132.nu.67.& ſeqq. in 9.q. libro 1. Cephal.
conſ.394. num.10.& ſeqq.lib.3. conſ.269.num.4. lib.
2.& conſ.17.num.22.vbi de communi teſtatur, libro
1.Ruin. conſ.4. num.11. libro 3. & conſil.166. num.3.
33 libro 5.Et licet † quando eſt facta prohibitio aliena-
tionis extra familiam cum ratione præfata Docto-
res vario modo loquantur,tamẽ quando eſt facta ſim
plex prohibitio (vt in caſu de quo agitur, in quo non
dicitur extra familiam) magis prædicta concluſio
procedit, cum ratio potius cenſeatur adiecta ad ro-
borãdum nudam alienationis prohibitionem, quam
ad augendum effectum fideicommiſſi, vt diſtingendo
declarant Cur.iun.in conſ.145.num.4.& ſeq. & num.
50.& in conſ.167.num.5.lib.5.vbi Corn. Dec.Paul.de
Caſtr.Cum.Aret.& alios pro hac diſtinctione addu-
cit.Socin.ſen.in l.qui Romæ,§.cohæredes, col.7. verſ.
Præterea prohibitio, ff.de verb.oblig. Cephal conſil.
137.num.11.lib.1. & ita fuit deciſum in Senat. Pede-
mon. vt dicitur in deciſ.49. in fin.verſic. Quid dicen-
dum, quam magis communiter approbari teſtatur
poſt multos, quos pro ea adducit Anton. Gabriel. in
ſuis concluſ.in ritu.de fideicom.concluſ.9.num.7.8.&
ſeqq.Sed in caſu, de quo agitur, nulla per Dominum
Camillum fuit facta alienatio contra voluntatem te-
ſtatoris, quia ipſe condidit teſtamentum, quod erat
ſibi permiſſum, vt ſuperius fuit demonſtratum, & Do
minum Carolum Antonium deſcendentem Domi-
ni Caroli Antonij ſenioris hæredem fecit, qui erat
34 de agnatione,in quem alienatio erat permiſſa,† eum
probibitus alienare ea ratione, vt bona conſeruen-
tur in agnatione, alienare poſſit in eos de agnatione
etiam remotiores,d.l.peto,§.pen.& ibi Paul.de Caſt.
& Cum.ff.de leg.2. Corne.conſ.26.lib.4. quos ſequi-
tur Hieron. Gabr.conſ.132. nu.70.in 9.q.lib.1. Ruin.
conſ.166.nu.3.lib.2.Dec. conſ.287.num 11. prope fi-
nem, verſic.Non obſtat quod propter illam cauſam,
quoniam teſtatoris voluntas ex hac alienatione non
offenditur,l.voluntas.& ibi Doctores,C.de fideicom.
Dec.d.conſ.287.nu.11.verſ.non obſtat quod propter
illam. Ideo filij Domini Caroli Antonij nihil ex hac
probibitione prætendere poſſunt. Inſuper aduerten-
dum eſt,teſtatorem ex prohibitione,& ratione præfa
tis voluiſſe tantum prohibere alienationem ad con-
ſeruationem fideicommiſſi præcedentis & vt inſtitu-
ti,& ſubſtituti non alienarent,prout poterãt,penden
te conditione,fideicommiſſo non obſtante, l.fin. §.ſin
autem auaritię,C.com.de leg.non tamen voluiſſe no-
uum fideicommiſſum inducere,quod manifeſte elici-
tur tum ex iuris interpretatione,tum etiam ex verbis
35 teſtamenti.Iuris interpretatione,† quia quando pre-
cedunt ſubſtitutiones factæ in caſu mortis, probibi-
tio ſubſequens cum ratione quia volebat perpetuo
conſeruari bona &c. cenſetur facta correſpectiue ad
ſubſtitutiones præcedentes, & in caſibus in quibus
ſubſtitutiones illæ locum baberẽt, nec illas ampliat.
late Dec. conſ.626. num.8. & ſequen. Cephal.latiſſi-
me qui multos buius ſententiæ adducit in conſil.17.
num.22. & ſeqq. lib.1. & conſ. 544. num.15. & ſeqq.
lib.4. ſubdens in eodem conſ.544.num.16.teſtatorem
voluiſſe cõſeruari bona inter deſcendentes caſu, quo
36 ſubſtitutiones præcedentes purificarentur, † quod
habet locum,& ſi dixiſſet velle in infinitum bona cõ-
ſeruari penes hæredes & deſcendentes,quia intelligẽ
tur, quatenus ſubſtitutiones præcedentes verificaren
tur,& non aliter,vt loquitur Dec. in præfato cõſ.636.
col.fi.Cephal.d.conſ.17.num.9 verſ.Tertio igitur. &
ſeqq.& nu.31.& in conſ.269.nu.46.& ſeq & compro-
batur per Ruin.conſ.136.nu.10.& ſeq.lib.3. & in ter-
minis hoc idem firmat Alex.in conſ.59.n 8.ver.Quar
to probatur,lib.3.& in conſ.139.nu.3.& ſeq.lib.6.Et ſi
aliter diceretur, prohibitioque non intelligeretur ſe-
cundum terminos præcedentium ſubſtitutionum, in
duceretur contrarietas,& correctio,verbaque præce
dentis ſubſtitutionis redderentur ſuperflua,quod nõ
37 eſt dicendum,† & ita in terminis quod probibitio a-
lienationis intelligatur ſecundum terminos præce-
dentis ſubſtitutionis, dixit Alex.in conſ.59. num.51.
col.vlt.verſ.Non obſtat,lib.3.in conſ.205. nu.4.lib.7.
Soc.ſen.in conſ.123.num.3.ver.Ex quibus,lib.3. Rim.
iun.conſ.80.nu.35.& ſeqq.lib.1. & ſupra dictum fuit
in tertio ſubſtitutionis capite.

Eſt igitur ſecunda ſubſtitutio per præcedentẽ de-
38 claranda, † & quia prima ſubſtitutio declarat, quæ
fuerit mens teſtatoris in ſecunda, vt per doctrinam
Bart.in l.Centurio,ff.de vulg.& pupil.dixit Cur.iun.
conſ.70.num.1.lib.1.Cephal.conſ.196.num.17.lib.2.
Mantic.de coniect.vltim.volun.libro 5.titu.1.nume-
39 ro 25.Et etiam quia † ſubſequentia ex precedentibus
regulanda ſunt,non econtra.Socin.ſen. d.conſil.153.
num.3.verſic.ex quibus,glo.Bart. & alij in l.ſi quis ex
argentarijs, §.ſi initium, ff.de eden.Alex.conſ.51. nu-
mero 5. libro 3. Curt.iun. d.conſ.70.num.2.Natta in
reper. Auth.Hoc inter liberos,num.40. C.de teſtam.
Tob. Non. conſil.22. num.13. Quæ declaratio magis
in occurrenti caſu eſt ſumenda, cum babeamus men
tem teſtatoris claram, quod voluit vocare Domi-
num Carolum Antonium, & eius deſcendentes tan-
tum, ſi deſcendentes Domini Ioannis decederent ſi-
ne teſtamento, voluitque ipſis eſſe permiſſum per te-
ſtamentum de bonis diſponere, & ſubuertere fidei-
40 commiſſum, vt fuit ſupra oſtenſum.† & vbi habemus
mentem teſtatoris claram, non eſt recurrendum ad
interpretationes, ſeu gloſſationes. Bald.in Auth. Ni-
ſi rogati, num.9.C.ad Trebellian. Pariſ. conſil.4. nu-
mero 11.libro 3. Socin.iun. conſil.113.num.34. lib.1.

Ex verbis teſtamenti idem colligitur,quoniam teſta-
tor poſt ſubſtitutiones factas in caſu mortis,& probi
birionem alienationis, ac detractionis Trebelliani-
cæ rationem adiecit, cum omnino inteudat adimple
tis relictis & legatis, reſiduum hæreditatis perpetuo
remanere iu agnatione & ſamilia,& peruenire debe-
re ad præfatos maſculos & deſcendentes ea linea ma
ſculina Domini Ioannis,& ea finita ad præfatos ma-
ſculos & deſcendentes per lineam maſculinam ipſius
Dumini Caroli Antonij in infinitum cum ſubſtitutio
nibus adinuicem, vt ſupra factis. Dum igitur teſtator
diait,cum ſubſtitutionibus ad inuicẽ vt ſupra factis,
manifeſte apparet habuiſſe relationem ad præceden
tes ſubſtitutiones,ita vt ſecũdum ordinem ſupra ſcri-
ptum locum haberent, nec voluiſſe indncere nouam
diſpoſitionem, & præcedentes ampliare propterea
ſnnt intelligenda ſequentia ſecundum præcedentia,
vt ſcilicet admittantur in iufinitum,ſecundum tamẽ
quod ſupra fuerat expreſſum,quod etiam ſuadent re
latiua verba, vt ſupra,quæ omnes qualitates præcedẽ
41 tium repetere ſolent, vt diai ſupra, † & in ſimili fir-
mant Alex. in conſ 59.col.fin. libr.3. Dec. conſil. 291.
nu.6.ver. Non obſtant allegata,& conſil.384. num 5.
ver. Tertio non obſt.Crau.conſil.98.nume.11.& ſeqq.
lib.1.aſſerens ad præcedentia referri ſingula ſingulis
congrue referendo.Ruin.conſ.96.num.12.libr.2. Ce-
phal.conſ.17.nu.33.lib.1. & conſ.269. nu.46. & ſeqq.
lib.2.Rim.iun.conſ.21.nu.9 conſ.80.nume.32. & ſeq.
lib 1.& conſi.181 num. 11.libr.2.qui oſtendunt ſubſe-
qnentem prohibitionem alienationis cum ratione ge
nerali, quia volebat bona perpetuo conſeruari, &c.
reſtringi ad caſus ſubſtitutionum ſupra eapreſſos ob
dicta verba, vt ſupra,vel ſimilia. Stante igitur, quod
hæc prohibitio & ratio ſubſequens per relationem
ad ſubſtitutiones præcedentes facta ſit, & ſecuudum
eas intelligatur,non poteſt aliquid operari in ſauo-
rem filiorum Domini Caroli Antonij, & in præiudi-
42 cium hęredis Domini Camilli,† quia ſubſtitutio ſub-
ſequens intelligitur,quatenus priores ſubſtitutiones
purificarentur, & data eaiſtentia præcedentium con
ditionum.Rimin.ſen.conſ.29.nuni.10.conſ.106.num.
2.Pariſ.& alij relati per Cepb. conſ.394 nu.41. lib.3.
43 Ruin conſ.153. nu.5.&6.lib.2 Et quia † ab illis præ-
cedentibus dependet,ea pirar quando prima deficit,
l.cum in teſtamento,in prin.ff. de hæred.inſtit. Pariſ.
conſ.87.nu.37.lib.2. Anch couſ.137.incip. Principa
liter,col.2.Ruin.conſ.134.nu 4.lib.3.cum alijs addu
ctis per Burſ.conſ.263.nu.6. & conſ.337.nu.20.lib.3.
Non enim eſt locus ſubſtitutioni ſubſequenti,vbi con
ditio appoſita priori non eaitit. Pauſt.de Caſtr.conſ.
152.col.1.lib.1.Bal.conſ.162.& 279.lib.1.Alea.conſ.
139.nu.4.lib.6.Cor.Imo.Rom.& alij relati per Ceph.
conſ.482.nu.34.lib.4. & couſ.349.num.11.lib.3. quia
ſubſtitutio ſecunda ſemper cenſetur facta, quatenus
prima verificetur. Fulgoſ.couſ.14. Cepbal.couſ.620.
nu.12.lib.5. Vnde cum ſubſtitutio facta poſt mortem
filiorum Domini Ioannis ab inteſtaro deſecerit per
mortẽ Domini Camilli iunioris,condito teſtamento,
omnes ſubſtitutiones ſubſequentes expirauerunt,
cum à priori ceteræ ſubſeqnentes ſubordinentur, l. ſi
mater,§.fin.vbi Iaſ.in 2.not.ff.de vulg & pupil. & cla-
re dicunt Soc.ſen.in conſ.62.num.7.& conſ.116.nu.4.
ver.Quæ omuino,lib.3.Pariſ.conſ.44.num.4.conſ.86.
num.5.lib.2.Iaſ.in conſ.35.lib.3. Alban.couſ.1.nu.8.
Alex.de Neuo.conſ.39.col.4. Cur. ſeu.couſ.45.num.
17.Dec.conſ.205.& conſ.377.Cephal.conſ.477.num.
17.& conſ.482.nu.33.& ſeq.lib.4.Rol.à Vall.conſ.56.
44 nu.13.lib.3.Rimin.iun.d.conſ.21.num.9.lib.1. † Præ-
ſertim quia per viam continuati ſermonis fuerunt
formatæ Petr.de Anchar d.conſil.137.incip. Princi-
paliter ponderandum,col.1. Soc.ſen.d.conſ.62.nu.7.
& poſt Ruin.Dec.& alios,Cepbal.d.conſ.482.nu.33.
45 & ſeqq. & nu.36.lib.4.& conſ.401.num.22.lib.3.† Et
quod probibitio cum ratione, quia volebat bona in
perpetuum & in infinitum conſeruari & c.non opere
tur effectum, ſi prima ſnbſtitutio deficit, vel condito
teſtameuto,vel quia aliter conditio,vt debnit,non ſit
purificata,tenent Alex.in d.conſ.59.nu.8.& 11. lib.3.
eum ſequitur Ruin.conſ.153. nu.5.& 8.lib.2. Cephal.
in conſ.17.nu.11.& ſeqq.& num.22.& ſeqq. lib.1.conſ.
269.nu.43.& ſeqq.lib.2.qui alios adducit.

Cum igitur nulla ex ſubſtitutionibus,de quibus in
dicto teſtamento,hunc caſum comprehendat;conclu
ditur filios Domini Caroli Antonij eacludendos eſ-
ſe,non obſtantibus his, quæ in contrariũ fuerunt ad-
ducta; quæ licet remoueantnr ex prædictis,tamen eis
particulariter reſpondendo dico.

Non obſtare primum fundamentum, qnia illi ſa-
tis fuit reſponſum ex adductis in ſecundo ſubſtitu-
tionis capite.

Secundum ſublatum fuit,dum ſupra in tertio ſub-
ſtitutionis capite oſtendimus,conditiones per teſta-
mentum Domini Camilli euanuiſſe, & ſubſtitutum
non fore admittenda,iuxta l.generaliter, C.de inſti-
tur.& ſubſtitut.

Tertium vero obiectum ea prohibitione alienatio
nis tollitur ea ſupra adductis in quarto ſubſtitutio-
nis capite,vbi demonſtrauimus prohibitionẽ aliena-
tionis non inducere nouum fideicommiſſum in caſu
mortis,ſed ad limites præcedentium ſubſtitutionum
reſtringi,ibi dicta comprobantur; nam ſi verior eſſet
cõtraria opinio, vt regulariter per prohibitionem a-
lienationis cum ratione illa inducatur abſolutum fi-
46 deicommiſſum in caſu mortis,† non haberet locum,
quando ratio fuit ad præcedentia reſtricta, vt hic,per
verba, cum ſubſtitutionibus ad inuicem vt ſupra fa-
ctis ſecundum Dec.couſ.291.nu.6.verſi. Non obſtant
allegata. Grauet.conſ.98.num.12.& per totum, lib.1.
Rimi.iun.conſ.50. nu 64. & 65.lib.1. & comprobatur
ex alijs ſupra adductis.

Præterea ſi hæc probibitio nouum fideicõmiſſum
in caſu mortis induceret,ex alio non obeſſet, quia in
caſu mortis filiornm Domini Ioannis fuit facta ſpe-
47 cialis ſubſtitutio, ſi ipſi deceſſiſſent ab inteſtato, † &
ad eam generalis prouiſio non eatenditur, vt ea *nota*
tis per Bart. in l.quæſitum,§.ſi quis fundum, num.16.
ff.de fund.inſtruct. declarat Hieronym.Gabr.in conſ.
132.in 9.q.nu.68.lib.1.cuius opinio comprobatur per
Dec.in l precibus,col.1.poſt medium.C.de impuber.
& alijs ſubſtit. Crauet.d.conſ.98.num.16. & Soc.ſen.
48 d.couſ.62.nu.7.& 8.libro 3.† Præſertim quia ſubſtitu
tio facta in caſu mortis filijs Domini Ioannis ſtat per
ſe,& eſt perfecta, oratione determinata, quo caſu de
eius declaratione fruſtra quæritur, nec ea alijs quid-
quam illi ſuppleri poteſt. Bar. in l.iam hoc iure,§.fi.&
ibi Paul.de Caſt.nu.7.ff.de vulg. & pup Soc.ſen.conſ.
76.nu.3.li.3.Rom.conſ.503.col.1.Hier. Gab.conſ.95.
n.12.lib.1. Nec verba illa, In perpetuum,& in infinitũ,
ſupra in dicto tertio argumento ponderata, nocent,
qm Doctores adducti in præſato quarto ſubſtitutio-
nis capite loquuntur, ét quando ſunt adiecta verba,
in perpetuum & in infinitum,& nihilominus conclu-
dunt intelligi debere ſecundum pręcedentia,& ad ea
reſtringi,nec præcedentes ſubſtitutiones ampliare.

Quarta ratio,pro contraria parte adducta,ſubuer
49 titur,† quoniam ratio agnationis conſeruandæ, à te-
ſtatore conſiderata, debet ſolum attendi in caſibus
expreſſis,& ſic in caſu mortis filiorum Domini Ioan-
nis,

nis,quatenus deceſſiſſent ſine teſtamento, & non aliter ex his, quæ poſt Corne. conſ.170. col.3.libro 2. & alios dixit Rimin.iun.conſ.117.num.71.lib.2.& Ruin. conſ.102.num.14.lib.2.Simon de Pret.conſ.90.nu.20. alios adducens.& Mant.de coniect. vlt.vol.lib.6.tit. 15.nu.6.poſt Soc.iun.conſ.155.num.10.ver. Nec quidquam, lib.2. & alios plures dixit, quod fauore agnationis non ſunt addendæ, & multiplicandæ ſubſtitu-
50 tiones vltra diſpoſitionem teſtatoris, Maxime † quia cum ſemper teſtator ad ſuperiora ſe retulerit, ratio generalis non ſolet diſpoſitiones præcedentes amplia,quidquid aliàs dicendum eſſet,ſi ſimplicitet ted dita foret. Dec.conſ.291.nu.6. verſ.Non obſtant allegata, quem ſequitur Cephal. conſ.269. nu.46. & ſeq. libro 2. Et quamuis ex dictis rationibus elici poſſet coniectura voluntatis teſtatoris conſeruandi bona in agnatione omni caſu, attamen cum ſubſtitutio facta filio Domini Ioannis, ſit clara, & reſtricta ad caſum, in quo decederet ſine teſtamento,non poteſt ex rationibus ſubſequentibus,& præſumpta voluntate teſta-
51 totis ampliari, quoniam † nec attendimus mentem teſtatoris, etiam quod magna ſit præſumptio voluntatis, quando verba expreſſa repugnant, neque eam recipiunt interpretationem. Bart.in l.non aliter,ff.de leg.3.clare Alex.conſ.139.num.5.verſic.Solum reſtat, lib.6.Menoch.conſ.97.num.95.lib.1.

Vltimum minus obeſt, ſtante quod ſuit facta ſubſtitutio,ſi ab inteſtato deceſſerit, & conſequenter facultas diſponendi per teſtamentum fuerit conceſſa ex his,quæ ſupra late fuerunt adducta.

Ex quibus omnibus ego Ioannes Vincentius Hondedeus I. C.Eugubinus, communicato conſilio cum Excellentiſſimo Domino Ioanne Paulo Lancilloto I.C.Peruſino,qui illi ſubſcripſit,reſpondi pro heredibus à Domino Camillo inſtitutis iudicandum eſſe.

Ignoratur quid verè in cauſa prædictu fuerit actum, ſeu reſolutum.

SEQVVNTVR

CONSILIA OCTO

AD PRAESCRIPTIONES & ſeruitutes pertinentia.

ARGVMENTVM.

Præſcriprio in ſeruitutibus quomodo,& quanto rempore locum habear.
Tēpus immemorabile qualiter probetur.
Et quomodo per præſcriptionē ius quæratur vniuerſitati.

SVMMARIVM.

1 *Aquis publicis omnes vti poſſunt. Decluratur num.64.*
2 *Vniuerſitati quæritur quaſi poſſeſſio per quaſi poſſeſſionē particularium de vniuerſitate.*
Et acquiſitu retinetur per ſingulares de vniuerſitate. numero 3.
4 *Præſcriptio ex quaſi poſſeſſione ſingulorum reſultat in fauorem Vniuerſitatis.*
5 *Seruitus viæ ac ius lauandi acquiritur per curſum 40.annorum.*
6 *Seruitus diſcontinuu, in quu factum hominis requiritur, non præſcribitur minori tempore, cuius initij memoria in contrarium non exiſtat. & num.33.& 65.*
Limita in ſeruitutibus realibus rei debitis,ſecus in perſonalibus perſonæ debitis, quæ quadruginta tantum annis præſcribuntur.num.8.
Limitatur etiam vt num.70.
8 *Paſcendi ius præſcribitur 30.ſeu 40. annis, quando conſideratur vt ius perſonale.*
Sed contra num.66.cum ſeqq.
9 *Tempus immemorabile eſt minoris temporis centum annorum, quando agitur de præſcriptione temporis, cuius initij memoria in contrarium non exiſtit.*
Sed contra.num.34.& 35.
10 *Præſcriptio temporis immemorabilis habet vim conceſſionis tituli ac priuilegij.*
Inducitque præſumptionem iuris & de iure, quæ non admittit probationem in contrarium.num.11.
Amplia etiam abſque ulia probatione ſeu allegatione tituli.num.12.
Item licet non probetur ex ſcientia eius,contra quem præſcribitur. num.13.
14 *Vſus viæ ſeu aquarum impediri non poteſt, quando quis eo vſus ſuit per tempus immemorabile.*
15 *Statutum Eugubinum libro 4.rubr.16.declaratur.& numero 73.*
16 *Præſcriptio temporis immemorabilis numquam lege ſeu ſtatuto intelligitur ſublata, niſi de ea ſecerit ſpecialem mentionem.*
17 *Aquarum vſus impediri non poteſt per dominum ſi ei non affert præiudicium & alteri prodeſt.*
Declaratur num.74.
18 *Aquæ quæ in ſundo alicuius priuati exoriūtur,ſunt illius propriæ, & de eis ad libitum diſponere poteſt.*
Amplia etium in aquis ingreſſis fundum priuati, licet in eo non exoriantur.num.19.
20 *Dominus ſundi prohibere poteſt ulteri,ne illum ingrediatur.*
21 *Aquarum vſus alijs prohiberi poteſt per dominum.*
22 *Libera qualibet res præſumitur,niſi,qui cōtrarium dicit, id probet vrgentibus probationibus.*
Amplia etiam ſi quis eſſet in quaſi poſſeſſione ſeruitutis. num.23.
24 *Præſcriptio non completur per acceſſionem temporum niſi per hæredes & ſucceſſores.*
25 *Præſcriptio etiam per mille annos non procedit abſque poſſeſſione in corporalibus,& quaſi poſſeſſione in incorporalibus.*
26 *Vniuerſitas aliud eſt, & aliud homines de Vniuerſitate.*
27 *Poſſeſſio Communitatis lignandi, & paſcendi non probatur per teſtes deponentes, quòd homines Caſtri lignauerunt,& paſculauerunt.*
28 *Poſſeſſio ſingulorum non præſumitur ad commodum Vniuerſitatis,ſed pro ſingulari intereſſe ac priuato & particulari commodo.*
29 *Vniuerſitati non acquiritur quaſi poſſeſſio ex actibus ſingulorum non geſtis nomine Vniuerſitatis.*
Amplia etiam ſi omnes de vniuerſitate aliquid ſeciſſent. num.30.
31 *Præſcriptio fauore vniuerſitatis non poteſt dici completa ex actibus ſingulorum non geſtis nomine Vniuerſitatis.*
32 *Seruitus requirens factum hominis appellatur diſcontinua.*
34 *Tempus immemorabile, cuius in contrarium non exſtat memoria,eſt vltra centum annos.*
Vel ad minus centum annorum.num.35.
36 *Teſtes deponentes de tempore immemorabili vt probent, quomodo deponere debeant.*
37 *Teſtes deponentes de credulitate non probant.*
Amplia etiam ſi dicerent ſe pro certo credere.num.38.

39 *Teſtes de vniuerſitate ſeu Collegio ſunt idonei pro ſua Vniuerſitate ſeu Collegio.*
Amplia quamuis in conſequentiam ex huiuſmodi depoſitione ſingulis commodum redundare poſſet. num. 40.
Limita, quando deponunt ſuper eo, quod principaliter reſpicit commodum Vniuerſitatis, ſecus quãdo agitur principaliter de intereſſe ſingulorum. num. 41.
Amplia hanc limitationem, etiam ſi multi teſtes id depouerent, quia iſto caſu defectus non ſuppletur ex numero. num. 42.
43 *Præſumptio de præſenti in præteritum non ſumitur, quando conſtat de initio, & ſic de continuatione non dubitatur.*
44 *Præſcriptio etium temporis immemorabilis ab eo concludenter probari debet, qui ſe fundat in illa.*
45 *Præſcriptio non præſumitur niſi probetur.*
46 *Præſcriptionem etiam immemorabilem in dubio excludi eſt iudicandum.*
47 *Præſcriptione tantum quæritur, quantum quaſi poſſidetur & non vltra.*
48 *Quaſi poſſeſſio reſtringitur ad ſolita nec extenditur.*
49 *Præſcriptio ſeruitutis non conſideratur, niſi probetur vſus ſeu quaſi poſſeſſio iure ſeruitutis. Et num. 51.*
50 *Præſcriptio non procedit, quando quis iure aliquo fuit vſus iure familiaritatis ſeu amicitiæ, etiam per tempus, cuius initij memoria non ſit in contrarium.*
51 *Seruitutis iure vſus non præſumitur.*
52 *Præſcriptione nullum ius quæritur, quando quis vtitur aliqua re vt communi & publica.*
53 *Teſtis etiam vnicus plene probat contra producentem.*
Amplia etiam ſi de auditu deponeret. num. 54.
Idem ſi de credulitate. num. 61.
55 *Confeſſio facta in poſitionibus ſeu capitulis plene probat contra confitentem.*
56 *Præſcriptione ius non quæritur, ſi quis vſus fuit aliqua re, quia omnes maxime vicini vtebantur ad libitum.*
57 *Quaſi poſſeſſio nec per mille actus qui communiter fieri ſolent iure familiaritatis, & amicitiæ quæritur. cum ſequen.*
58 *Vicinus, qui haurit aquam de puteo vicini, non acquirit quaſi poſſeſſionem, cum hoc ſoleat communiter concedi ratione vicinitatis.*
59 *Vtens re aliqua precario nomine, & ex liberali tolerantia domini, ius aliquod præſcriptione non acquirit.*
60 *Aquæ exiſtentes in alueo priuato, ſunt priuatæ, exiſtentes autem in alueo publico, ſunt publicæ.*
61 *Teſtes, quando ſunt contrarij, magis creditur eis, pro quibus aliqua præſumptio concurrit, vel qui deponunt ſecundum ius Commune.*
63 *Teſtium depoſitiones fundatæ in aliqua ratione falſa, in totum corruunt.*
67 *Lauandi ius non præſcribitur minori tempore eius, cuius initij memoria non ſit in contrarium.*
68 *Seruitus perſonalis non cõſideratur præter vſumfructum, vſum, & habitationem.*
69 *Seruitus, quæ debetur Vniuerſitati, cõſideratur tamquam realis, & ſi commodum ſit perſonarum.*
70 *Seruitus diſcontinua factum hominis requirens, præſcribitur decem annis inter præſentes, vel 20. inter abſentes, quando allegatur titulus vel aliqua iuſta cauſa, quæ per ſcientiam, & patientiam aduerſarij iuſtificetur.*
Intellige quando titulus ſeu cauſa allegatur clare in principio litis. num. 71.
Et conſtat ex illo titulo ſeu cauſa allegantem fuiſſe vſum ſeruitute. num. 72.
73 *Præſcriptio per ſtatutum tolli poteſt.*

CONSILIVM LXXIX.

Mercatorss Ciuitatis Eugubij per longiſſimum tempus, vt prætenditur immemorabile, conſueuerunt lauare pannos lanæ tempore æſtiuo in aquis exiſtentibus in bonis Magnifici Domini Federici de Benis, in loco nuncupato Raggio, & quia modo dictus *Dominus* Federicus prohibet mercatoribus vſum dictarum aquarum, ac tranſitum per eiuſdem prædia, & ſuper prædictis inter eos exorta eſt controuerſia; Quæritur, quid ſit de iure reſpondendum. In qua dubitatione videtur pro dictis mercatoribus concludendum.

Primo quia cum aquæ prædictæ publicæ ſint, ac omnibus communes, prout deponunt teſtes examinati ad inſtantiam mercatorum, non poteſt Dominus Federicus earum vſum dictis mercatoribus pro-
1 hibere, cum in publicis † aquis vſus ſit communis, l. Quo minus, & ibi Bartol. & alij, præſertim Iaſ. in repetit. in princ. ff. de flum. §. flumina, & §. Riparum. Inſtit. de rer. diuiſ.

Secundo ſi aquæ, & via per quam ad ſtagnum ſeu cantharum molendini itur, priuatæ ac *Domini* Federici eſſent, cum tamen in proceſſu per multos teſtes concludenter probetur per annos 50. ſeu 60. continuo tempore æſtiuo mercatores aquis, & via vſos fuiſſe, per huiuſmodi vſum, & quaſi poſſeſſionem mercatorum particularium quaſi poſſeſſio Vniuerſitati
2 mercatorum quæſita videtur, cum illa † per ſingulares homines Vniuerſitati quæratur, glo. in l. ſicut, §. ſi quid, ff. quod cuiuſque vniuer ſit. nomin. & ibi Bald. Paul. de Caſtr. & alij, Curt. ſen. conſil. 76. col. fin. & late Pariſ. conſil. 111. num. 64. & ſequen. vſque ad fin.
3 libro 1. † & quaſi poſſeſſio vniuerſitati quæſita retineatur & continuetur per vſum particularium. Socin. ſen. in l. 1. §. fin. ff. de acquiren. poſſeſſ. Corn. conſil. 299. colum. penult. libro 1. Anton. Gabriel. in ſuis concluſ. in tit. quod cuiuſque vniuerſ. nomine, con-
4 cluſ. 2. num. 3. † Per quem vſum, & quaſi poſſeſſionem ad fauorem Vniuerſitatis præſcriptio completa fuit. Corn. conſil. 148. col. 2. verſicu. & quod dictis. & conſil. 299. col. 1. lib. 1. & Pariſ. conſ. 27. num. 72. & ſequen. lib. 1. etiam ſi de vſu per annos 40. tantum conſtaret,
5 cum ſeruitus viæ † & ius lauandi acquiratur etiam per vſum 40. annorum tantum, l. ſicut, C. de præſcript. 30. annor. Paul. de Caſtr. conſ. 113. col. 2. num. 3. lib. 2. Crauet. conſ. 4. num. 5. & 6. lib. 1.

6 Tertio licet hic agatur de præſcriptione † ſeruitutis cauſam diſcontinuam habentis, & in qua factum hominis requiritur, quæ tempore quæri non ſolet. iuxta l. foramen, ff. de ſeruit. vrb. præd. l. ſeruitutes, la 2. ff. de ſeruit. tit. generali, & ibi Doctor. not. & Corn. conſil. 148. col. fin. libro 1. niſi mediante vſu tanti temporis, cuius initij memoria in contrarium non exiſtat, vt per glo. in d. l. Seruitutes, dixit Veronenſ. de ſeruit. vrban. prædior. cap. 19. num. 4. Videtur tamen in præſenti caſu ſufficere tempus 40. annorum: quo-
7 niam † in contrarium allegata procedunt in ſeruitutibus realibus rei debitis; in illis enim tempus, cuius initij memoria in contrarium non exiſtit, exigitur, quando ſeruitus habet cauſam diſcontinuam, & factum hominis requiritur ea ratione, quia res, cui ſeruitus debetur, animo poſſidere non poteſt. Aliud vero dicendum eſt in ſeruitute perſonali perſonæ debita: illa enim minori tempore præſcribitur, etſi cauſam diſcontinuam habeat, & factum hominis requirat.

rat,quia perſona,cui debetur, poſſidet animo , vt di-
ſtinguendo declarat Bar.in l.iuſto,§.non mutat,nu.3.
ff.de vſucap.Veronenſ.in dicto cap.10.q.8.nu.3.Paul.
de Caſtr.in dicta l.ſeruitutes,ff.de ſeruit.Sed hæc ſer-
uitus viæ ac lauandi in dictis aquis,videtur perſona-
lis, cum non debeatur rei & reſpectu alicuius fundi,
ideo tempus immemorabile ad illius acquiſitionem
8 nõ videtur neceſſarium† vt fere in terminis poſt Pau.
de Caſt.in conſ.113.col.s.lib.2.dixit Crauet.in dicto
conſ.4.num.5.& ſeq.lib.1. dum reſpondet ius paſcen
di præſcribi 30. ſeu 40. annis, quando conſideratur
tanquam perſonale.

Quarto ſi tempus immemorabile ad præſcriben-
dum exigeretur,non minus præſcriptio completa
fuit in caſu, de quo quæritur, quoniam ex teſtibus
mercatorum aliqui deponunt de vſu temporis imme
morabilis , alij vero de vſu centum annorum , quod
9 tempus ſine dubio immemorabile appellatur † cum
tempus immemorabile ſit etiam minoris temporis
centum annorum , quando agitur de præſcriptione
temporis , cuius initij in contrarium memoria non
exiſtit, glo.4. in c. Cum nobis , de præſcript. Alexan.
conſ.208.col penul.verſicu. Nec etiam,num.11.lib.2.
Afflict.& alij relati per Ant.Gabr.in tit.de præſcript.
concluſ.1. num.72. qui num.73. poſt Caſſan.conſ.54.
dixit,quod poſt 40. annos dicitur eſſe tempus imme-
morabile. Crauet.in tract.de antiquit.tempor.par.4.
ſectio.incip.Materia iſta,nu.45.& ſectio. incip. Abſo-
lutis,num.2.& ſeq.

Cum igitur videatur probatus vſus temporis im-
memorabilis,& per illum ſit completa præſcriptio,il
10 la adeo fortis eſt† vt vim conceſſionis conſtituti titu-
li ac priuilegij habeat , ac ſi vere titulus validus pro-
baretur,& vere ſeruitus conſtituta fuiſſet,l.2.§.fin.ff.
de aq.pluuia arcen.l.Huc iure,§.Ductus aquæ, verſic.
Conſtituti loco habetur, ff.de aqua quotid. & æſtiua,
not.omnes, in c.ſuper quibus, §.Præterea, de verb. ſi-
gnific.Corne.conſ.22.num.36. col.fin.verſic. Tamen,
lib.3. & conſ.184.col.3.verſic. Sed nihilominus lib.1.
Pariſ.conſ.27.nu.77.lib.1. Dec.conſ.85.nu.2. Bellon.
conſ.55.num.5.Mandel.de Alba conſ.64. num.49. &
ſeqq. late poſt multos Anton. Gabriel. dicta concl.1.
num.1.44.62.& ſeqq. Cephal.conſil.358.num.19. &
conſ.403.num.36.& ſeqq.lib.3.Burſat.qui de commu
ni teſtatur in conſ.41. num.7.lib.1.Hieronym. Gabr.
conſ.164.num.13.lib.1.& Rimin.iun.conſ.4.num.22.
11 & ſeqq.lib.1.Veral.deciſ.376. lib.2. in tantum † vt in
contrarium probatio non admittatur, cum ex lapſu
tanti temporis præſumptio iuris, & de iure oriatur
validi tituli ac impoſitæ ſeruitutis.Felin.in c.cum no
bis,num.7. de præſcript. Gozad.conſ.8. num.37. Soc.
iun.conſ.115.num.38. & ſequen.lib.2. poſt alios An-
ton.Gabriel.dicta concluſ.1.num.50. Burſat. Rimin.
iun. & Hieronym. Gabriel. in locis ſupra citatis, &
pro veritate habetur. Curt.iun. conſ.158.nu.18.libro
2.Ceph.conſ.205.num.8.lib.2.& Rol.à Vall.conſ.89.
12 nu.33.lib.2.† abſque aliqua alia tituli ſeu conſtitutæ
ſeruitutis probatione aut eius ſpeciali allegatione.
Alex.24.num.14.ver.& præſcriptio.cum ſeq.lib.5. Pa-
riſ.conſ.27.nu.80.lib.1. Curt.iun.conſ.61.col.1. lib.1.
Archid. Corn. Iaſ.Dec.& alij relati per Ant. Gabr.in
dicta conclu.1.num.45.& ſeq.vbi num.57.& ſeqq. di-
cit ex curſu tanti temporis etiam bonam fidem præ-
ſumi, & comprobatur per Alex.conſ.6. lib.1. Didac.
Couar.in reg.poſſeſſor,2.par.§.2.de reg. iur.in ſexto,
& Burſat.dicto conſ.41.num.8.Iaſ. Balb. & alios ad-
ducentem, & ſine difficultate hæc locum habent præ-
ſuppoſita ſcientia ac patientia tam longa non ſolum
Domini Federici,ſed eius auctorum, quæ per multos
teſtes fuit probata, quæ ſane probatio conualidat
13 mercatorum intentionem† licet in præſcriptione im
memorabilis temporis ſcientiæ probatio non fuerit
neceſſaria. Alexan.conſ.6.col.8. lib.1. & poſt multos
Ruin.conſ.105.num.5.lib.5.& Pariſ.qui de communi
teſtatur in d.conſ.27.num.83.

Stante igitur hac præſcriptione temporis imme-
14 morabilis † non licet Domino Federico mercatores
impedire, quin libere via ac aquis vti poſſint, iuxta
not.per Socin.ſen.conſil.105.& conſil.141. libro 1. &
Crauet.dicto conſ.4.num.6. Sed talis vſus ſeruari de-
bet, l.ſi manifeſte, vbi Bald. in princ. C. de ſeruit. &
aq. & in ſpecie quod ſtante vſu tanti temporis quia
impediri non poſſit, ne ad lauandum in alueo priua-
to accedat,firmant Bald.in l.2.C.ad leg.Aquil.& Ve-
ronenſ.in tract.de ſeruit. vrban.præd. c.69. de aquæ-
duct.in fin.

15 Nec intentioni mercatorum aduerſari videtur† ſta
tutum Ciuitatis Eugubij libro 4. rubr.16. quo caue-
tur nullum ius quæri, ſi quis per terrenum alterius
iuerit , vel eo vſus fuerit eundo, paſturando, vel alia
quacumque occaſione, neque domino præiudicium
generari,ſi inuito domino in illud intrauerit,& quód
inuito domino intelligatur intraſſe, ſi non præceſſit
eiuſdem ſpecialis licentia,per quod ſtatutum pręſcri
ptio ſublata ſuit, cum abſque præſcriptione vſus per
vſum non quæratur, & ius quod præſcriptione tan-
tum mediãte vſu quæri poterat ſtatuto ſit ſublatum.
Quoniam reſponderi poſſe videtur, ſtatutum illud
non tollere præſcriptionem immemorabilis tempo-
ris, prout eſt illa, quæ ad fauorem mercatorum alle-
16 gatur. Illa enim adeo potens eſt, vt † numquam lege
vel ſtatuto ſublata intelligatur,& ſi verbis generalib.
vtatur,niſi de ea fuerit facta ſpecialis mentio, glo. in
ver. Nulla,in Auth. vt de cetera commut.no fiat. & ibi
Ang.not.Doct.in cap.1.de cap Corra. Bal.Iaſ. & alij
in l.1.C.de ſeru.fugit.Fel.in rub.de præſcript. col.vlt.
Doct.in l.omnes,C.de præſcrip. 30.ann. Bald.& Ang.
in l.1. C.ne rei dom.vel temp. Alex.in l. Nemo poteſt,
col.fi.ff.de leg.1.Rom.in l.1.ff.de vſucap.Balb.in tract.
de præſcr.in 5.par.5.part.prin. q.9.nu.2.& ſeq. Ruin.
conſ.103.num.8.lib.5.Soc.iun.conſ.79.num.87.lib.1.
Bellon.conſ.8 Ceph.conſ.303.nu.59.lib.3. Burſa.con
ſil.23.num.22.lib.1 & Rol.à Vall.conſ.59.nu.10.lib.4.
& conſ.81.num.33.lib.2.

17 Quinto & vltimo ſi† per longiſſimum vſum merca-
toribus ius aliquod quæſitum non eſſet,tamen quia ſi
mercatores impedirentur vti dictis aquis pro lauan
dis pannis, id in magnum præiudicium dictæ vniuer
ſitatis redundaret , quia aliter tẽpe æſtiuo dicta ars e-
xerceri non valeret,cũ alibi propter ſiccitatẽ non ha
beant mercatores commoditatem lauandi pannos,
& id nõ præiudicet Dño Federico,neque aliquod dã-
num ſibi afferat; non poſſunt impediri à dicto Dño
Federico in vſu dictarum aquarum ſaltem ex æquita
te,etiamſi ius ſtrictum deficeret iuxta not. per Bal.in
l.Item lapilli,ff.de rer.diuiſ.quẽ ſequitur Dec.in conſ.
244.num.5. pluribus eius opinionem comprobando.

Re tamen diligenter conſiderata, contrarium re-
ſpondendum arbitror, motus

Primo,quia probatur bona exiſtentia in loco nun-
cupato Ragio,eſſe Domini Federici,& ab eo eiuſdem
18 que auctoribus per longiſſimum tempus poſſeſſa,† et
aquas,de quibus agitur,exoriri in præfatis bonis ip-
ſius Dñi Federici, quo fit, vt aquæ eiuſdem propriæ
ſint prout ad eum prædia ſpectant, et quòd de eis ad
libitum diſponere poſſit, l.aqua,et l.Præſes, C.de ſer-
uit. et aqua . Bald. in l.Aquam, C.eodem titulo . Ve-
ronenſ.in tractat.ſeruitut.ruſtic.prædior. cap. 4. titu.

de ſeruit.aquæduct. num.58.& 51. verſic.ſexto, Alex.
conſ.69.in princ.libro 5.Burſat.conſil.41. num.12. &
num.18.lib.1.Calcan.conſil.52.cum duobus conſilijs
19 ſequentibus; Immo † etiam ſi aquæ non exorirentur
in proprijs bonis Domini Federici, ſed ex alijs, tamẽ
quia negari non poteſt, quin aquæ in quibus merca-
tores intendunt lauare pannos, ſint in proprijs bonis
Domini Federici, aqua in dicta bona ingreſſa, effecta
fuit eiuſdem, de qua pro ſuo arbitrio diſponere po-
teſt, alijsque earum vſum prohibere, vt dicit Bald. in
d.l. Aquam, Bald. & alij in cap. Cum omnes, de con-
ſtitut. Iaſ. in repetit. l. Quo minus, num.88.& 91. ff.de
flumin. Pariſ. in conſ.114.num.5.& 6.lib.1.Burſat.di-
cto conſ.41. num.19. & Dec. qui de communi teſta-
tur in conſ.544.num.3. & ſeqq. Vnde cum dicta præ-
dia & aquæ in eis exiſtentes ſint propria ipſius Domi
20 ni Federici † poteſt prohibere mercatoribus ne in-
grediantur in dicta bona, l. Dinus, ff. de ſeruit. ruſtic.
præd. Rip. in ca. Cum Eccleſia Sutrina, nu.56. de cau.
21 poſſeſſ. & propriet, † & ne dictis aquis vtantur, vt per
Bald. & alios proxime adductos. Quod ſine difficul-
tate de iure procedit, niſi ex aduerſo probetur ſerui-
22 tutem fuiſſe conſtitutam, quæ non præſumitur, † cum
quælibet res præſumatur libera, l. Altius, C. de ſeruit.
Bald. conſ.310.lib.3.& in l. libertas, ff. de ſtat. homin.
Natta conſ.634.nu.17.lib.3. Alex. conſ.129.nu.1.lib.
1. de communi Cephal. conſ.369.nu.93.lib.3. Burſat.
conſ.46.num.11.lib.1. Rolan. à Vall. conſ.32.num.51.
& ſeqq.lib.4.& Curt.ſen.conſ.75.col.2. Quæ præſum-
ptio transfert onus probandi contrarium in aduer-
ſarium, poſt multos Rolan. à Vall. conſ.50.num.38.&
conſ.98.num.15.lib.3.& operatur, vt vrgentes proba
tiones requirantur ad probãdum contrarium, vt poſt
Cephal. & alios Rolan. à Vall. dicto conſ.32.num.52.
23 libro 4. † Et hæc præſumptio libertatis viget etiam,
quòd quis eſſet in quaſi poſſeſſione ſeruitutis, ſecun-
dum glo. & Bart. in l. ſi prius, num.17. ff. de noui oper.
nuncia. vbi Iaſ. num.30. quem ſequitur Menoch. conſ.
75.nu.4.lib.1. qui dicit hanc opinionem veriorem, de
qua etiam per eundem Menoch. de præſump. libro 3.
præſumpt.89.num.6.cum ſeqq.par.1.

Secundo hæc concluſio magis admittenda eſt, quo
niam in proceſſu non probatur ius aliquod quæſitum
fuiſſe mercatoribus præſentis tẽporis. Nam etſi mul-
ti teſtes deponant de vſu mercatorum in genere, non
probatur, quòd illi, qui modo vti volunt aquis per de
bitum tempus eis vſi fuerint, ita vt completa ſit præ-
24 ſcriptio ex eorum perſona, & cum † mercatores mo-
derni non ſint hæredes antiquorum mercatorum, nõ
poſſunt vti acceſſione temporis antiquorum merca-
torum, nec tempora antiquorum mercatorum cum
tempore, quo moderni vſi fuerunt aquis, coniungi
poſſunt ad inducendam præſcriptionem, l. Pompo-
nius, §. ſi liber homo, iuncta glo. in verb. debere, & ibi
Angel. Alexan. Iaſ. & alij omnes, ff. de acquir. poſſeſſ.
Tob. Non. in conſil.84.nu.10.& in terminis not. Cor-
ne. conſil.593. incip. multa in medium, num.17. ver-
ſic. & inſuper, lib.3. Et hoc ſi prætendunt omnes tam
quam ſinguli præſcripſiſſe, videtur clarum, ſed ſi præ-
tendunt ius viæ & lauandi fuiſſe quæſitum præſcri-
ptione vniuerſitati mercatorum per quaſi poſſeſſio-
nẽ particularium, & conſequenter omnes de illa vni-
uerſitate vti poſſe aquis, & minus hoc caſu poteſt cõ-
ſiderari præſcriptio in fauorem vniuerſitatis, quo-
niam non conſtat vniuerſitatem mercatorum fuiſſe
in quaſi poſſeſſione dictorum iurium, & ſeruitutis
25 † & abſque poſſeſſione in corporalibus, & quaſi poſ-
ſeſſione in incorporalibus, præſcriptio non procedit
etiam per mille annos, l. ſine poſſeſſione, ff. de vſucap.
cap. ſine poſſeſſione. & ibi Doct. de regu. iur. in ſexto.
Bar. & alij in l. Celſus, ff. de vſucap. Balb. de præſcript.
2.par.4.par.prin.quæſt.8. Pariſ. dicto conſ.27.nu.101.
Ruin. conſ.58.num.12.lib.1. Cephal. conſ.40. num.35.
libro 1.& conſ.403.num.11.lib.3. Menoch. de retinen.
poſſ. remed.6.num.130. probatur enim quaſi poſſeſſio
ſingulorum tantum, quæ non probat quaſi poſſeſſio-
nem vniuerſitatis, cum enim ſinguli ab vniuerſitate
26 differãt, † & aliud ſit vniuerſitas, aliud vero homines
de vniuerſitate. Doct. in l. tantum, §. vniuerſitatis, ff. de
rer. diuiſ. & in l. ſicut, §. vniuerſitati, ff. quod cuiuſq. v-
niuerſit. nom. Felin. in cap. eam re, col.10. verſic. aliud
ſinguli, de reſcript. Doct. communiter in cap. cum om
nes, de conſtitut. Bald. & alij in l.2. C. de ſeruit. Pariſ.
conſ.111. num.61. lib.1. Bero. conſ.8. num.52. lib.3. &
conſ.95. num.16. libro 1. Rol. à Vall. conſil.75. num.4.
lib.5. & late conſ.63. num.6. & ſeqq. libro 4. vbi alios
multos allegat. & probatur etiam per Put. deciſ.26.
27 lib.5. † aſſerentem fuiſſe reſolutum in Rota Romana
teſtes deponentes, quod homines Caſtri lignauerũt,
& paſculauerunt in territorio, non probare poſſeſſio-
nem lignandi, & paſcendi pro parte communitatis,
& per ſingulorum quaſi poſſeſſionem non fuit dictæ
vniuerſitati poſſeſſio quæſita, cum ſinguli non fuerint
vſi nomine vniuerſitatis, & animo acquirendi quaſi
poſſeſſionem vniuerſitati, ſed quilibet vſus fuerit pro
ſingulari intereſſe, ac priuato & particulari commo-
28 do, vt clarum eſt † & in dubio præſumitur ſecundum
Dec. in conſil.521.num.6. Non potuit igitur ex vſu
29 particularium mercatorum quaſi poſſeſſio † vniuer-
ſitati quæri, poſtquam nomine proprio & pro priua-
to commodo vſi ſunt aquis. Bart. Veronenſ. de ſeruit.
ruſtic. prædio. de iur. paſcen. cap.9. num.56. Dec. conſ.
221. num.5. & 6. Pariſ. conſ.104. num.135. lib.1. Bald.
conſ.438. lib.1. Socin. ſen. conſ.95. col. pen. lib.3. Rub.
Alex. conſ.4. in fin. & not. Crauet. qui alios multos ad-
ducit in conſ.317. num.4. lib.2. Ant. Gabr. in tit. quod
30 cuiuſque vniuer. nomin. concluſ.2. † Et hæc concluſio
procederet etiã ſi omnes de Vniuerſitate id feciſſent.
Bart. in l. Aut facto, §. fi. nu.9. ff. de pœn. Dec. conſ.221.
num.7. Senat. Pedemon. deciſ.138. nu.35. & Curt. iun.
qui de communi teſtatur conſ.173. nu.36. lib.2. & con
ſequẽter Vniuerſitati ius aliquod ex ſingulorum vſu
31 quæſitum non fuit, neque † vniuerſitati nomine præ-
ſcriptio aliqua poteſt dici completa, vt in ſpecie dixit
Corne. conſil.148. in fin. conſil.299. libro 1. conſil.46.
libro 3. & Pariſ. dicto conſil.27. num.103. & ſequen.
libro 1.

Tertio dicitur hic agi de ſeruitute, factum homi-
32 nis requirente, † quæ diſcontinua appellatur. Barto.
Paul. de Caſtr. & alii in l. foramen, ff. de ſeruit. vrban.
prædior. Bald. in l.1. num.9. & ſeq. C. de ſeruit. et aqua
33 quæ non præſcribitur † niſi per tantum tempus, cu-
ius initii memoria in contrarium non exiſtit, iuxta
glo. in l. ſeruitutes, in 5. ff. de ſeruit. Veronenſ. de ſer-
uit. vrban. præd. cap.19. num.4. Balb. de communi de
præſcript.2. par.4. par. princ. quæſtio.1. num.2. Ruin.
conſil.118. num.1. conſ.119. num.11. libro 4. Abb. et
alii in cap. de quarta, de præſcript. Natta conſil.431.
num.8. libro 2. Pariſ. conſ.115. num.39. et ſeq. libro 1.
Vaſqui. de communi de contr. illuſtr. cap.84. num.6.
Didac. Couar. variar. reſolut. lib.1. cap.17. num.11. et
alii, quos pro communi refert Burſat. conſ.156. num.
30. libro 5. Et ſi quaſi poſſeſſio ſingulorum mercato-
rum præſentium et antiquorum coniungi poſſet, non
ſufficeret; quoniam non fuit concludenter probatus
vſus tanti temporis, cuius in contrarium memoria
34 non extet, † quoniam tempus immemorabile, cuius
in contrarium non extet memoria, eſt vltra centum
annos

annos ſecundum Card.in c. ſi diligenti, de præſcript.
quem refert Rui.conſ.66.nu.22.li.3.Fel.Pariſ. & alij,
quos recenſet Ant. Gabr.in tit.de præſcript.concl.1.
35 num.71.in verſi.Contrarium.† Vel ſaltem ad minus
centum annorum. Innoc.& Anton.de Butr.in cap.Ve
niens,de teſti.Veronenſ.de ſeru.vrban.prædi.cap.19.
num.5.Alexand.conſil.16.num.4.verſic.ſecundo prin
cipaliter,lib.5.Balb. de præſcrip.2.par.3.part.princ.
quæſt.6.num.28.Capell.Toloſ.dec.439.Anton.Gabr.
in dicta concluſ.1.num.71.vbi poſt multos de commu
ni teſtatur.Soc.iun.conſil.76.nume.91.lib.1.Cephal.
conſil.40.num.59.lib.1.Pute.deciſ.212.lib.1.vbi poſt
Curt.in tract.iur.patron.in ver.ipſe vel ij qui,quæſt.
36.colum.6.aſſerit fuiſſe in Rota deciſum nec tem-
pus annorum octuagintaquinque eſſe immemorabi-
le. Qui vſus per tantum tempus hic ſufficienter non
36 probatur: ad hoc enim † vt teſtes,de tali tempore de
ponentes probent,dicere debent communem opinio
nem eſſe memoriam non extare in contrarium.| Ale.
conſil.16.num.16.verſic.Nam ad hoc,lib.5.Ruin.con-
ſil.66.num.22.lib.3.Crauet.de antiqu.tempor.part.
4.ſectio.incip.Materia,nume.38. & quòd huiuſmodi
opinio communis ſit,& ſemper fuerit,& quod ita ſem
per viderunt & audiuerunt,nec vnquam contrarium
audiuerunt,glo.in cap.1.in verb.Memoria,de præſcr.
in ſexto,quam menti tenendam dicit ibi Franc.num.
15.& communiter approbatur ſecundum Aretin.in
capit.licet ex quadam,de teſti.Balb.in dicta quæſt.6.
num.24.Pariſ.conſ.27.num.96.lib.1.Anton.Gabr.in
dicta concloſ.1.num.74.& 78.vbi poſt Alexan.Gram
mat.Bellamer. & alios multos gloſsæ opinionem ma
gis communem eſſe teſtatur,quidquid aliqui in con-
trarium dixerint.Natt.conſil.636.num.105.lib.3.&
Senat.Pedemont.Deciſ.101.numero 16.Nec ſatis eſ-
ſet, teſtes in articulo generali in fine depoſitionis de
communi opinione ac publica voce & fama depone-
re,ſed opus eſt modo quo ſupra deponere ſuper arti-
culo principali, vt poſt Signorol.de Homod.& alios
declarat Anton.Gabr.in dicta concluſ.1.numero 80.
At percurrendo dicta teſtium, nullus eſt, qui ſecun-
dum dictam formam deponat,merito tempus imme
morabile non poteſt dici probatum. Et licet aliqui
teſtificentur de vſu ab annis centum & vltra,non pro
37 bant;quoniam de credulitate teſtificantur † quæ pro
batio eſt inefficax.Alexand.in rubr.ff.ſi cert.peta.nu-
mero 21.& conſil.68.colum.fin.lib.2.Iaſ.in rubr.ff.de
iureiur.& l.qui hæreditatem,num.7.ff.de acquir.hæ-
red.Felin.in cap.Quoties,numero 7.cum ſeq.de teſti.
38 Quod ſecundum Iaſ.& Felin.procedit † etſi dicerent
ſe pro certo credere.Quod etiam voluit Bal.in l.Siue
poſſidetis,colum.2.C.de probat.Vlterius teſtibus ex
aduerſo examinatis non videtur adhibenda fides,
quia fere omnes ſunt mercatores, cum quibus liti-
gium vertitur,& propter particulare intereſſe repel-
luntur, cum ad proprium commodum deponant,l.
omnibus,C.de teſti.l.Nullus,ff.eod.tit.Alex.conſilio
136.in fin.verſic.Præterea,li.2.Nec obſtat ipſos depo-
ſuiſſe pro vniuerſitate ac ſocietate vniuerſali merca-
39 torum,& ſic idoneos reputari,† cum teſtis de Vniuer
ſitate & Collegio ſit idoneus pro ſua vniuerſitate &
Collegio,vt poſt Bart.Bal.& alios dixit Corn.conſil.
47.nu.7.lib.3.ver.Nec obſtat,vbi de communi teſta-
tur Ioan.Crot.in tract.de teſtib.par.4.nu.189.& Do-
ctor.in cap.Inſuper,& in cap.Cum nuncius, de teſti.
40 etiam ſi ex diſpoſitione † in fauorē vniuerſitatis poſ-
ſet in conſequentiam ſingulis commodum redunda-
re, dummodo principaliter de ſingulorum commo-
do non agatur.Deci.conſil.342.colum.2.Alex.conſil.
68.col.4.lib.2.Ruin.conſil.111.num.6.lib.5.Doctor.
in §.legatarijs,Inſtit.de teſta.& poſt alios multos Ro
land.à Vall.conſil.71.nume.4.lib.2.vbi de communi
teſtatur.Quia reſpondetur cauſam iſtam non concer
nere commodum vniuerſitatis,ſed ſingulorum: nam
vt teſtes dicunt, ſi vſus prædictus impediretur,maxi
mum eis apportaretur præiudicium, quia vel artem
exercere non poſſent, vel cogerentur ire ad loca lon-
ginquiora diſtantia per ſeptem milliaria à Ciuitate
41 cum maiori impenſa,† & propterea cum non agatur
de aliquo intereſſe vniuerſitatis, ſed de ſingulorum
vtilitate & commodo, à teſtimonio repellūtur etiam
pro ipſa vniuerſitate,tamquam in cauſa propria de-
ponentes,vt declarant Doctor. in l.In tantum,§.vni-
uerſitatis,ff.de rer.diuiſ.Ioan.Crot.in dicta quarta
part.num.131.Veronen.de ſeruit.ruſtic.prædi.cap.9.
num.28.de iur.paſcen.Pariſ.conſil.27.nu.98.& con-
ſil.104.num.135.lib.1.Afflict.deciſ.400.nu.5.& ſeq.
Alexand.conſ.99.numer.17.lib.5.& poſt multos latè
42 Roland.à Vall.dicto conſil.72.nume.13.& ſeq.† Nec
ea numero defectus eorum ſuppleretur, cum omnes
in cauſa propria teſtificentur ſecundum Afflict.dicta
Deciſ.400.num.5.& ſeqq.& Roland.à Val.dicto con-
ſil.72.nu.15.qui in iſtis terminis loquitur, & fac. An-
ton. Gabr.in ſuis concluſ.in tit.de teſti.concluſ.6.nu.
8.dum poſt Socin.Guald.& alios dixit teſtium defe-
ctum non ſuppleri ex eorum numero,quando depo-
nunt ad proprium cōmmodum. Nec depoſitiones di
ctorum teſtium aliqua ſufficienti præſumptione com
probantur: nam & ſi ars ab immemorabili tempore
fuerit in dicta ciuitate continuata, ex hoc non ſequi-
tur (vt præſupponitur ex aduerſo) quòd mercatores
ſemper dictis aquis fuerint vſi, cùm potuerint vti a-
lijs aquis magis diſtantibus: & licet conſtet de vſu à
multis annis, non præſumitur vſus pro tempore præ-
43 terito,† cum ex præſenti in præteritum non præſuma
tur,quando de initio non conſtat, & de continuatio-
ne non quæritur,cap.ſi eo tempore,& ibi Docto.nor.
de reſcriptis,in ſexto,l.ea perſona,iuncta gloſſ.C.de
probat.Alex.conſ.75.numero 19.in fi.lib.5.Alcia.de
præſumpt.reg.2.præſumpt.16.nume.2.Balb.de præ-
ſcript.in 4.part.repetit.l.Celſus,q.1.num.5.ff.de vſu-
cap.Mercatores enim, qui eorum intentionem fun-
44 dant in iure quęſito per præſcriptionem,† debebant
illam concludenter probare,etiamſi ageretur de præ
ſcriptione immemorabilis temporis,vt late oſtendūt
Cur.iun.conſilio 90.col.1.libr.1.Hieron.Gabr.conſ.
145.nu.4.& nu.5.lib.1.vbi poſt Dec.dicit nec proba-
45 tionem temporis dubiam releuare,† maxime cū prę
ſcriptio non præſumatur,niſi illa probetur.Bart.in l.
Celſus,ff.de vſucap.Roland.à Vall.conſi.89.nu.30.&
ſeq.lib.2.& ita communiter firmant Doctor.vt teſta-
tur Senat.Pedemont.deciſ.101.num.40.& ſeq.ſed po
46 tius in dubio † facienda eſt interpretatio, vt præſcri-
ptio excludatur,Crauet.conſil.29.num.9.lib.1.Rol.à
Vall.dicto conſil.89.num.31.& ſequen.vbi poſt Affli.
affirmat idem eſſe dicendum in præſcriptione tanti
temporis,cuius in contrarium memoria non exſtet,
cum præſcriptio quantum fieri poſſit, euitari debeat
tamquam iniquum præſidium & contra naturalem
æquitatem, iuxta tradita per Curt.iun.in conſil.60.
num.18.lib.1.quem ſequitur Cephal.conſil.40.nume
ro 52.lib.1.

Quarto probatur in proceſſu,quod mercatores an
tiquitus non conſueuerunt vti aquis in ſtagno ſeu
cantharo molendini,in quo modo illis vti intendūt,
ſed ſub molendino lauare conſueuerunt pannos in
aquis, quæ pro vſu molendini deſeruierant; pro-
pterea non poſſunt dicti mercatores prætendere ac-
quiſiuiſſe ius lauandi in dicto ſtagno ſeu cantharo
molen-

molendini,cum reſpectu illius loci nullam quaſi poſ-
47 ſeſſionem per tempus longiſſimum habuerint† & præ
ſcriptione tantum quæritur, quantum quaſi poſſide-
tur & non vltra, Doct.in cap.Auditis,de præſcrip.vbi
glo. Abb.& Felin.in l. 1. §.ſi quis hoc interdicto. & ibi
Bart.ff.de itine.actuq.priua. Alex.Dec.& alij,quos re-
fert & ſequitur Pariſ.conſi. 114.num. 23.& ſeqq.lib. 1.
48 quia † quaſi poſſeſſio reſtringitur ad ſolita nec exten
ditur,iuxta l.ſi manifeſtè,C.de ſeru.& aqu. per quem
tex.ita dicit Cepha.conſil.96.num.2.lib.1.& probant
Corn.conſi. 185.col. 3.verſic.ſed nihilominus, libr. 1.
& late Menoch.de retin.poſſ.remed.5.q.5.numer.57.
& ſeqq.

Quinto hæc para tenenda eſt ex eo principaliter, quoniam non apparet probatum mercatores via ac aquis iure ſeruitutis vſos fuiſſe,credentes ipſis licere pannos lauare,& per prædia Domini Federici peterã
49 ſire cum beſtiis etiam ipſo inuito,†ſine qua probatio
ne præſcriptio non conſideratur,l.fin.& ibi Doctor.ff.
quemadmod.ſeruit.amitt. Veronenſ.de ſeruit. vrba.
præd.c.20.nu.1.Fel.in c.de quarta,num.40.de præſcr.
Pau.de Caſtr.in l.ſeruitutes,la 2.nu.9. ff.de ſeruit.tit.
general.Alex.conſil.142.nu.3.lib.1. Hier.Gabr.conſ.
145.per totum, maxime nu.4.7.& ſeq.lib.1. Crauett.
conſil.197.num.13.lib.1.& Natt.in conſi. 23. per tot.
50 lib.1.†Si quis enim etiam extraneus non iure ſeruitu
tis, ſed familiaritatis, & amicitiæ aliqua re vſus eſt,
numquam præſcribit,vt dicunt Abb. in c. ad transla-
tionem,de offi.deleg.& Pariſ.conſ.27. nu. 100. libr. 1.
etiam ſi conſtaret de vſu tanti temporis, cuius initij
memoria in contrarium non exiſtat, ſecundum Vero
nenſ.Fel.Paul.de Caſt.& alios,in dictis locis, & clare
per Balb.in tract. de præſcript. 2. par. 4. partis princ.
q.1.num.9.Abb.in d.c.ad tranſlationem,col.2.Pariſ.
qui dicit, quòd eo caſu nec mille annis præſcribitur,
in dicto conſilio 27.nume.56.& num.110.& ſeq.& in
51 conſ.112.nu.37.lib.1.vbi de communi teſtatur † affir
matque num.41.iure ſeruitutis vſum non præſumi.In
occurrenti autem caſu non video prædicta concludẽ-
ter fuiſſe probata, merito,&c. ſolum enim probatur
ſimplex vſus mercatorum,qui non releuat, niſi appa-
reat,quòd iure ſeruitutis prædicta geſſerint,nec ex eo
mercatoribus ius aliquod quæſitum fuit,vt omnes in
citatis locis admittunt, & Rom.quem ſequitur Alex.
in l.ſi certis annis,in fi.C.de pact. Fel. in dicto cap.de
quarta,col.pen.ver. Vel concorda,de præſcript.& Pa-
riſ.dicto conſil.27.num.101. vbi poſt Balb.de vſu im-
memorabilis temporis loquitur. Et non ſolum non
probatur vſus iure ſeruitutis, ſed contrarium per te-
ſtes mercatorum,aſſerentes dictos mercatores via &
aquis vſos fuiſſe,credẽtes id ipſis licere, iusque in eis
habere,& aquas eſſe publicas,ac omnibus cõmunes,
52 & † conſequenter ſi credebant licere vti dictis aquis
tamquam communibus & publicis, nulla eſt decurſa
præſcriptio,minuſque ius aliquod mercatoribus fuit
quæſitum, etiam ſi de vſu mille annorum appareret
poſtquam re priuata velut publica vſi fuerunt, ſecun
dum Pau.de Caſtr.in l.fi.ff.quemad.ſeru.amitt. Vero
nenſ.de ſeruit. vrban. præd. c.10.nu.1. & late probat
Hier Gabr.in conſi.145.num.4 7.& ſeq.lib.1.& quia
teſtes prædicti fuerunt à mercatoribus inducti, con-
tra eos plene probant, cum videamus etiam vnicum
53 teſtem † contra producentem plene probare. Roma.
conſi.104.in fin.Pariſ.conſi.83.numer.30.lib.1.Socin.
iun.conſil.69.num.11.lib.1. Cephal.conſi.435.nume.
69.lib.3.& Anton.Gabr.in ſuis concluſ. in titu.de te-
ſti.concluſ.1.num.14.verſi.contrarium.vbi hanc opi-
54 nionem communem eſſe teſtatur.†Quę opinio exten
ditur etiam,quando teſtis deponit de auditu. Ceph.
conſi.65 nume.55.lib.1.Burſat.conſilio 57. nume. 11.
lib.1.Tob.Non.conſil.99.num.10.& quod vſus huiuſ-
modi non fuerit iure ſeruitutis,vt requiritur, proba-
tur etiam ex poſitionibus mercatorum, in quibus af-
firmãt aquas fuiſſe publicas & communes, & omnes,
maxime vicinos earum vſum habuiſſe, quæ confeſſio
55 eis præiudicat, † cum enim in poſitionibus ſeu capi-
tulis emanauerit huiuſmodi confeſſio,contra eos ple
ne prob.Practi.Papien.in ſua praxi in for.capi.actor.
in verb. Coram vobis,nu.4.Addit.ad Alex. in conſil.
172,in littera A,lib.6.Barbat.conſil.3. numer.33.libr.
2.& Pariſ.conſil.21.num.22.lib.4. Vlterius ſi, vt mer-
56 catores fatentur,omnes † maxime vicini dictis aquis
vtebantur ad libitum,nulla potuit quaſi poſſeſſio mer
catoribus acquiri,nec ius præſcriptione induci, cum
ſit præſumendum actus illos geſtos fuiſſe potius iure
familiaritatis & amicitiæ, poſtquam omnes vicini
idem & ſimilia faciebant,vt aduertit Corn.conſil.63.
num.6.& 7.lib.4. & melius conſ.293. incip. Multa in
medium,nu.14. ver.Quibus etiam,li. 3.affirmans iſto
caſu præſcriptionem non induci,nec vtenti,ius quæri,
maxime quia non conſtat ratione iuris competentis
vſos fuiſſe,ſed forte prout alij, maxime vicini, facie-
bãt quibus ius minime competebat,& comprobatur
57 ex † traditis per Ripam in c.cum eccleſia Sutrina, nu.
56.de cauſ.poſſeſ.& propriet.firmãtem,quòd nec per
mille actus,qui communiter fieri ſolent iure familia
ritatis & amicitiæ,acquiritur quaſi poſſeſſio: vbi etiã
58 infertur, quod ſi vicinus hauriat aquam de puteo vi-
cini, propterea non erit ſibi quæſita quaſi poſſeſſio,
quia hæc ſolent communiter concedi ratione vicini-
tatis. Et ideo dixit Natt.in conſi.23.num 6. in fin.lib.
1.quod ex actibus,qui ſunt meræ facultatis & gratui-
to conceduntur, non acquiritur ius aliquod in futu-
rum nec cauſatur præſcriptio. Et fortius intentio Do
mini Federici confirmatur ex aliquibus teſtibus par-
tis aduerſæ,deponentibus mercatores vſum viæ & la
uandi exercuiſſe ex vrbanitate,& munificentia, per-
miſſione, & licentijs conceſſis à prædicto Domino Fe
derico & eiuſdem patre, ex quibus ſatis ſuperque li-
quet vſum non fuiſſe iure ſeruitutis, ſed potius preca
59 rio nomine,& ex liberali tolerantia,quo † caſu mer-
catores ius aliquod præſcriptione acquirere non po
tuerunt,l.male agit,C.de præſcr.30.annor.ſac.Bar.in
l.1.§.hoc interdicto,nu.12.ff.de itin.actuq.priua.& id
clare affirmant Pariſ.conſ. 26.nu.18.& ſeq.& conſ.112.
nu.39.& ſeq.lib.1.Fel.& alij in c.de quarta,de præſcr.
Natt.conſ.512.nu.2.lib.3. Ee ſtantibus prædictis non
obſtant contraria,quæ licet pro maiori parte remota
ſint,adhuc particulariter reſpondendo.

Non obſtat primum argumẽtum, falſum enim eſt aquas illas eſſe publicas: quoniam vt ſupra diximus, aquæ ortum habent in bonis Domini Federici, ac bo na, in quibus aquæ ſunt collectæ, pariter ſunt eiuſ-
dem,quo fit, vt etiam aquæ illius propriæ ſint, iuxta
l.Aqua.& l.Præſes,C.de ſeru. & aqu. cum alijs ſupra
60 adductis, † & quia etiam alueus eſt Domini Federi-
ci,& ſic priuatus, pari modo & aquæ priuatæ indican
tur non publicæ,vt per tex.in l.1. §.2. ff.de flumin.di-
xit Bal.in cap.cum omnes, num.21.de conſtit.& in l.
Item Lapilli,colum.1. ff.de rer.diuiſ. Bart. Veronenſ.
de ſeruit.ruſt.præd.c.4. nu.28. de aquæduct.nam pu-
blicæ appellari poſſent, ſi in loco ac alueo publico exi
ſterent,vt per Pariſ.in conſil.139. lib.4.quod hic non
accidit. Et quod dictæ aquæ ſint propriæ Domini Fe-
derici,clare deponunt fere omnes teſtes pro eius par
te examinati ſuper 4. capitolo, & alij multi teſtes à
61 mercatoribus inducti, † qui plene contra producen-
tes probant,etſi aliqui de credulitate deponãt, Rom.
conſil.

conſil.104. Crau.conſil. 201.nu.7.lib. 2.Soc.iun.conſil.
69.nu.12.lib.1. Ceph.conſ.435.num.70.Ant.Gabr.in
ſuis concluſ.in tit.de teſti.concl.1.num.15. Nec repu
gnant aliqui teſtes ſupra in contrarium adducti, quo
niam eorum dicta tolluntur per alios affirmantes, a-
quas eſſe Domini Federici, quibus non ſolum ex eo
quod ſunt plures numero, eſt magis credendum, ſed
62 etiam † quia pro eis Iuris præſumptio concurrit, &
magis eis creditur tamquam deponentibus ſecūdum
Ius Commune, vt poſt Pariſ.Rui.Iaſ Fel.& alios mul-
tos dixit Anton.Gabr.in dicto tit.de teſti.concluſ. 4.
nu.23.Sed etiam quia teſtes deponentes contrarium,
imperfecte deponunt, quoniam vnus dicit aquas in
publico ortum habere, ex quà cauſa putat publicas
eſſe, quæ cauſa ſalſa eſt, vt ſupra fuit dictum in primo
fundamento. Alter aſſerit credere eſſe publicas, quia
vicini illis vtuntur, quæ ratio non concludit, vt clarū
eſt præterquam quod teſtis deponens per verbum,
Credit, pro inducente non facit fidem. Alius credit a-
quas eſſe publicas, quia vt audiuit, aquæ nemini nega
ri poſſunt, quæ ratio ſimiliter ſalſa eſt ex dictis in pri-
63 mo fundamento, nec ipſi alias rationes reddunt, † me
rito teſtium depoſitiones in ſalſa & friuola ratione
fundatæ in totum corruunt, ſecundum Bal.in l.conuē
ticulam, num.7.& ſeq.C.de epiſ.& cleric.& poſt alios
64 Burſat.in conſil.70.nume.28. libro 1.† Textus autem
in l.Quo minus.& ibi not.de flumin.& alia in contra-
rium adducta locum habent reſpectu fluminis publi-
ci, cuius vſus omnibus communis eſt, non in aquis pri
uatis, de quibus dominus earum poteſt ad libitum di
ſponere, & alijs earum vſum denegare, Bal.in l.aquā,
C.de ſeru. & aqua, Iaſ.in rep.d.l.quo minus, nu.88.&
alij ſupra allegati.

Non obſtat ſecundum de præſcriptione, quoniam
ex iam dictis clariſſime oſtenſum fuit nullam legiti-
mam præſcriptionem hic conſiderari poſſe.

Tertium argumentum ſubuertitur, ſiquidem in ca
ſu præſenti ad præſcribendum non ſufficit longiſſimū
65 tempus, † ſed requiritur immemoriale centum anno-
rum, quia ſeruitus prętenſa eſt diſcontinua, & factum
hominis requirit, iuxta glo.in dicta l.ſeruitutes, la 2.
ff.de ſeruit.& ſupra dictum fuit, quæ opinio à Docto-
ribus communiter approbatur, prout teſtatur Meno.
66 de retinen.poſſeſ.remed.5.numero 50.q.3.in fin.† ſi-
cut in ſimili dicimus de iure paſcendi, quod non præ-
ſcribitur minori tempore eius, cuius initij memoria
ſit in contrarium. Veronenſ. in tracta. de ſeruit. ruſt.
præd.cap.9.de ſeruit.iur.paſcen.nume.24.Pariſ.con-
ſil.27.nu.87.lib.1.& communiter recipitur, ſicut poſt
multos teſtatur Didac.Couar.var.reſol.lib.1.cap.17.
67 nu.11.† Quod etiam procedit in iure lignandi ſecun
dum Corn.conſi.293.num.17.verſic.& inſuper, libr.3.
& Ruin.conſil.119.numero 11.lib.4. Neque obſtat di
ſtinctio illa inter ſeruitutem realem, & perſonalem,
quoniam cum iſta ſeruitus, de qua agitur, non ſit vſus
fructus, vſus, nec habitatio, quæ tantum perſonales
68 dicuntur, debet conſiderari tamquam realis, † cum
perſonalis præter vſumfructum, vſum, & habitatio-
nem non conſideretur, vt per glo.in l.pecoris, ff.de ſer
uit.ruſtic.præd.& l.Vt pomum, ff.de ſeruitut.tit.gene
rali, affirmat Cuman.conſilio 158.in fi. & Veronenſ.
in tracta.de ſeruit.ruſtic.præd.c.4.tit.de ſeruit.aquæ-
duct. nu.3. Et ſi realis eſt, ad præſcribendum tempus
immemorabile exigitur. Ex quibus apparet non ob-
ſtare, quod Crauet.in conſi.4.num.5. lib.1.poſt Paul.
de Caſtro ab eo allegatum, dixit ius paſcendi præſcri
bi 30. ſeu 40. annis, quando conſideratur tamquam
perſonale, quia communis eſt in contrarium, quæ ſi-
ne difficultate procedit, ſi prætenditur ius lauandi cō
petere vniuerſitati mercatorum, non autem mercato
69 ribus vt ſingulis. † Nam quando ſeruitus debetur vni
uerſitati, conſideratur tamquam realis, & ſi commo-
dum ſit perſonarum, ſicut dixit Pariſ.conſil.27.num.
153.lib.1.Menoch.de retinen.poſſeſ.remed.6.q.2.nu.
38.& melius Didac.Couar.var.reſolut.lib.1.c.17.nu.
11.verſic.verum, vbi de Crauetta meminit, & curſum
temporis immemorabilis requiri affirmat. Bene ve-
70 rum eſt, † quod quando allegatur aliquis titulus ſer
uitutis conſtitutæ, vel aliqua iuſta cauſa, quæ per ſciē
tiam & patientiam aduerſarij iuſtificetur, pręſcriptio
procedit tempore decem annorum inter præſentes,
& viginti inter abſentes, etiam quādo agitur de præ
ſcriptione diſcontinua, ſactum hominis requirente,
gloſ.Bart.Caſtr.& alij in dicta l.ſeruitutes.Fel.in d.c.
de quarta, col.2.Balb.de præſcript.in 2.part.4.partis
prin.q.1.num.3.vbi de communi teſtatur.Bero.conſi.
144.num.33.lib.3. Vaſqui.de contro. Illuſtr. c.65.in
princ.& c.84. Mandell.de Alba conſi.35.per totū, &
alios huius ſententiæ recenſet Burſ.conſi.156.nu.31.
lib.2.& conſ.267.nu.7.& ſeq.lib.3.in quibus locis de
communi teſtatur. Sed hoc non nocet, quia nullus ti-
71 tulus nec aliqua iuſta cauſa allegatur, † quorum alle
gatio neceſſaria erat in principio litis, certitudinarie
exprimendo, à quo titulum ſeu aliam cauſam habue-
rint, vt declarant Natt.conſi.1.in fi.lib.1. Hier.Gabr.
d.conſi.145.& poſt eos Burſ.d.conſ.156.nu.32. Imo ſi
72 titulus allegaretur, non releuaret, niſi † conſtaret ex
allegata cauſa mercatores vſos fuiſſe ſeruitute. Alex.
conſ.108.nu.15.in fi.li.2.Balb.in d.q.1.nu.3. verſ.hæc
fallentia, quæ omnia hic ceſſant, cum titulus ſeu alia
cauſa iuſta, ex qua mercatores vſi fuerint aquis, alle-
gata non fuerit nec iuſtificata, ideo præſcriptio mino
ri tempore centum annorum non procedit ex iam di
ctis: & ſi admitti poſſet tempus immemorabile non
fuiſſe neceſſarium, non potuerunt mercatores pręſcri
ptione longi ſeu longiſſimi temporis ius acquirere,
73 † obſtante dicto ſtatuto Ciuitatis Eugubij, quo præ-
ſcriptio aufertur, quæ per ſtatutum bene tolli potuit
ſecundum Bald. & Salic. in l.receptitia, C.de conſtit.
pecun. Ant.de Butr.& alios, in c.cum nobis, de præſcr.
Bart.in l.cum ſatis, C.de agric.& cenſit.libr.11. Balb.
de præſcr.5.parte, 5.par.princ.q.7.& quamuis vt fuit
dictum, ſtatutum non cenſeatur tollere præſcriptio-
nem immemorabilis temporis, creditur tamen illud
auferre aliam præſcriptionem longi ſeu longiſſimi
temporis, quod nobis ſufficit.

Alia allegata in quarto ſundamento contrarię par
tis, ſatis remouētur ex adductis in primo, tertio, quar
to, & quinto ſundamentis huius partis, ita vt alia re-
ſponſione non ſit opus.

74 Nec nocet quintum & vltimum, † quandoquidem
dicitur probari in proceſſu magnum præiudicium af
ferri Domino Federico ex dicto vſu mercatorum, tā
in tranſeundo cum beſtijs per eiuſdem prædia, dam-
nificando in arboribus, frumēto, ac alijs rebus in præ-
dijs exiſtentibus, quam etiam in lauando in aquis pi-
ſces occidēdo, ac etiam alijs modis, ita vt ceſſet quod
ex aduerſo dicitur. Prout ceſſat etiam, nam cum ad-
ſint aliæ aquæ, in quibus panni lauari poſſunt etiam
tempore æſtiuo, licet magis diſtantes à Ciuitate, quā
uis Domino Federico præiudicium non inferretur,
non poſſet ipſe compelli viam ac vſum aquarum con
cedere, regula in contrarium adducta non obſtante,
Bart.in l.2.nu.13.ff.ſolut.matrim. & in l.quo minus,
num.22.ff.de flumi.Iaſ.in l.reſcripta, nu.5. C. de pre-
ci.Imper.offer.qui pro hac opinione allegat Bal. in l.
4.C.de ſeru.& aqua, Alex.conſ.108.in prin.lib.2.Iaſ.
in repetit.d.l.quo minus, num.88.in fin. vbi reprobat
opi-

Digitized by Google

opinionem Baldi in l item lapilli, in contrarium allegari, & idem in dicta l. 2. num. 33. ff. ſolut. matr. vbi dicit Bar. opinionem communem eſſe. Et ſi opinio Bal. in d. l. item lapilli, nu. 5. admitti poſſet, quam ſequitur Dec. d. conſ. 244. nõ noceret in propoſito, ex quo aquę oriuntur in bonis prædicti Domini Federici, quo caſu Bal. ipſe concedit regulam illam, quod tibi non nocet & alteri prodeſt, &c. locum non habere, ſed dumtaxat procedere, quando in vno loco naſcuntur, & ad alium fluunt. & ita etiam Baldi diſtinctionem intelligit Iaſ. in dicta l. 2. num. 33. ff. ſolut. matr. & quòd quis non poſſit gratis vti aqua etiam peritura, inuito domino, etiam abſque domini præiudicio, Bartoli opinionem ſequendo, firmauit Ripa in d. l. 2. nu. 47. poſt Veronenſ. in loco ibi per eum citato: vbi tamen declarando dicit, quod quãdo Domino non præiudicatur, ſi quis vellet ſoluere iuſtum pretium, dominus compelleretur præſtare patientiam recepto iuſto pretio, quæ tamen declaratio nec Domino Federico aduerſatur, cum vere vſus mercatorum ei maximum afferat præiudicium, & contraria procedant, quando domino nullum infertur detrimentum.

Ex quibus concluditur D. Federico ius prohibendi de iure competere, & eo inuito non licere mercatoribus vti dictis aquis.

Et ita iuris eſſe reſpondi ego Ioannes Vincentius Hondedeus communicato conſilio cum Excellentiſſimo Domino Ioanne Paulo Lancellotto Iure conſulto Peruſino clariſſimo, qui conſilio ſubſcripſit, &

Iudicatum fuit pro Domino Federico per Dominum Prætorem Ciuitatis Engubij anno 1579. & die 18. Martij, rogato Domino Guido Calamaro, ſeu Domino Cõſtantino Andreolo Notario Eugubino, &, vt audiui, ſententia fuit confirmata per Excellentiſſimum Dominum Locumtenentem Sereniſſimi Domini mei Ducis Vrbini in Ciuitate prędicta, & poſtea mercatores numquam fuerunt vſi dictis aquis.

ARGVMENTVM.

Vicinus numquid poſſit ædificare altius extollendo, & lumina vicini obſcurando.

Murus intermedius inter duas domos an & quando præſumatur communis.

Præſcriptio in quibus caſibus contra ędificare volentem conſideretur.

Spacium iuxta terminos l. ſi ff. fin. regundo. quomodo ſit conſiderandum.

SVMMARIVM.

1 *Aedificans prope domum vicini, in alienum quidquam immittere non poteſt.*

2 *Murus intermedius illius eſſe præſumitur, ex cuius latere adſunt tigna & alia vacua penetrantia vltra medietatem muri.*

Amplia etiam ſi ex alio latere adſint tigna & alia ſigna communionis, ſi non penetrant vltra medietatem muri. num. 3.

Sed contra num. 29. cum ſeq. vbi declaratur.

4 *Feneſtræ in alieno, ſeu communi fieri non poſſunt.*

5 *Murus eius præſumitur, qui in eo habet feneſtras. Contrarium probatur. nu. 31.*

6 *Socius in muro communi inuito ſocio ædificare aut aliquid facere non poteſt.*

Declaratur num. 33.

7 *Aedificare in ſuo non licet ad æmulationem, & numero 35.*

8 *Aemulatio ædificantis probatur, ſi ex ædificio reſultat magnum præiudicium vicini, & parua ſeu nulla vtilitas ędificantis.*

Declaratur nu. 35.

9 *Ius altius extollendi ędificium ex curſu longiſſimi temporis tollitur. Et nu. 45.*

Declaratur num. 36. & 37.

10 *Seruitus altius extollendi & luminibus non officiendi videtur conſtituta in venditione ſeu diuiſione domus.*

Declaratur nu. 39. & 40.

11 *Aedificans prope prædium vicini, debet relinquere ſpatiũ duorum pedum.*

Amplia etiam in ædificante iuxta prædium vrbanum. numero 12.

Amplia etiam quod quando adeſt ſtillicidium domus vicini, ſpacium duorum pedum relinquendum eſt non à regione vicini, ſed à loco, in quo cadit ſtillicidium. numero 13.

Sed contra num. 42. cum ſeq.

14 *Aedificare in ſuo cui libet licet vſque ad cęlum.*

Amplia etiam ſi ex ædificio vicinus damno afficeretur, dummodo id principaliter non fiat animo nocendi. numero 14.

Item etiam ſi vicino domus lumina in totum obturarentur. nu. 16.

Et ſiue in area ſiue extollendo domum conſtructam quis ædificare velit. nu. 18.

17 *Libera ab omni onere ſeruitutis quælibet res præſumitur.*

19 *Murus intermedius inter duas domos præſumitur communis, niſi contrarium probetur.*

Item ſi tigna vtriuſque domus ſuſtineantur à dicto muro, nam præſumitur communis pro indiuiſo ſeu diuiſo, prout illa penetrant vltra vel infra medietatem muri. numero 20.

Et ſic vnus nõ poteſt deſtruere murum, quin domus vicini deſtruatur. nu. 21.

Vel ſi periti in arte teſtificantur illum eſſe communem. numero 22.

23 *Muri pars inferior ſi eſt communis, etiam ſuperior eodem tempore ædificata communis iudicatur.*

Amplia quod etiam pars poſtea superędificata communis efficitur. nu. 24.

25 *Vicinus poteſt ædificare iuxta parietem muri communis, & in eo tigna & alia immitere.*

Vel ſi murus non eſt communis, ædificare poteſt iuxta illũ, dummodo in eum aliquid non immittat. nu. 26.

Amplia etiam nullo relicto ſpacio, quando à latere ædificat. num. 27.

Vel ſaltem relicto ſpacio duorum pedum à muro vicini. numero 28.

29 *Murus communis pro diuiſo vel indiuiſo quomodo iudicetur.*

30 *Peritis in arte deponentibus de communione vel libertate muri ſtandum eſt, & ſupra num. 22.*

32 *Feneſtrę per vnum factæ in muro communi claudi poſſunt per vicinum volentem eleuare domum ſuam, non obſtante curſu longiſsimi temporis. nu. 36.*

33 *L. Sabinus, ff. commu. diuid. intellectus.*

34 *Aemulatio ædificantis in dubio non præſumitur, ſed quod uelit ædificare vt ſibi proſit.*

36 *Præſcriptio iuris altius non tollendi non currit, niſi à die, qua quis voluiſſet ædificare, & fuiſſet impeditus.*

38 *Probatio debet de neceſſitate concludere.*

39 *Seruitus habens cauſam continuam permanentem, eſt oneris ferendi & tigni immittendi.*

40 *Seruitus aliqua non cenſetur reſeruata per venditorem,*

qui

qui rem vendidit liberam ab omni onere ſeruitutis.
41 *Confeßio venditoris nocet ei, qui poſtea emit.*
42 *Aedificare quis poteſt etiam in loco, in quo cadit ſtillicidium domus vicini, dummodo recipiat ſtillicidium.*
43 *Spatium duorum pedum debet relinqui per ædificantem non à loco, in quo cadit ſtillicidium ſed à muro, vel regione vicini.*
44 *Murus intermedius eius præſumitur, ex cuius latere adſunt plura ſigna communionis.*

CONSILIVM LXXX.

IN præſenti dubitatione conſideratis ijs, quæ pro Magnifico Domino Pirrho Atigutio adducuntur, dicendum videtur non licere Domino Alexandro Cantagallinæ domum ſuam inferiorem extollere in præiudicium domus ſuperioris Domini Pirrhi.

Primo, quia ſi Dominus Alexander intendit extollere domum, & aliquid immittere in muro intermedio inter domum Domini Pirrhi & domum Domini Alexandri, ſeu illum tangere, id ei non videtur permiſſum, cum prætendatur parietem illum eſſe Domi
1 ni Pirrhi, & † in alieno quidquam immittere non liceat, l. Quemadmodum, §. ſi per tectum, ff. ad leg. Aqui. l. qui vitem, §. ſi ad ianuam, ff. quod vi aut clam, Veronenſ. de ſeruit. vrba. præd. cap. 40. de pariet. ſeu mur. num. 16. ſed ſpacium à regione vicini relinqui debet,
2 iuxt. l. fin. ff. fin. regum. Quod autem † muros intermedius ſit Domini Pirrhi, oſtenditur ex eo, quod ex latere domus eiuſdem adſunt tigna & alia vacua penetrantia vltra medietatem muri, ex quibus exoritur præſumptio, quòd ſit proprius Domini Pirrhi, ſecundum Veronenſ. in dicto capit. 40. numero 14. Nec attendendum videtur, quod ex latere domus Domini Alexandri adſint tigna & alia ſigna communionis,
3 quia † ſi non penetrant vltra medietatem muri, prout ex latere Domini Pirrhi, ille proprius Domini Pirrhi præſumitur, vt declarat Crot. in conſ. 153. nu. 20. & ſeqq. li. 2. & eo caſu tigna ac alia in dicto muro immiſſa ex latere Domini Alexandri non iure communionis, ſed vel ſeruitutis, vel aliàs, ex liberali conceſſione immiſſa præſumuntur. Corn. conſ. 227. col. 1. li. 1. Ruin. conſil. 55. lib. 4. Quod fortius admittendum videtur reſpectu partis eiuſdem muri ſupra tectum domus Domini Alexandri, in quo Dominus Pirrhus habet multas feneſtras, cum lapidibus totum murum
4 perforantes, † quæ cum nec in alieno neque in communi fieri poſſint, iuxta not. per Ang. & alios in l. quidam Iberus, ff. de ſeruit. vrb. præd. Veronenſ. de ſeruit. vrb.
5 præd. cap. 62. de feneſtra, nume. 3. † præſumptio exoritur, quod murus ſit Domini Pirrhi, qui ſolus in eo feneſtras habet, vt per Veronenſ. in dicto cap. 40. numero 13.

Secundo ſi murus communis iudicari poſſet, non propterea Dominus Alexander altius domum ſuam
6 extollere poteſt, & aliquid in eo immittere, † cum in communi melior ſit conditio prohibentis, & ſocius alio ſocio inuito aliquid in ea re facere non poſſit, l. Sabinus, ff. commun. diuidun. cum ſimil.

Tertio deducitur pro parte Domini Pirrhi, quòd licet de iure regulariter in ſuo cuilibet liceat ædificare, altius extollendo, l. Altius, C. de ſeruit. & aqu. ſaltem relicto ſpacio iuxta dictam l. fin. fini regun. nihi-
7 lominus quia Dominus Alexander † ad æmulationē ædificare intendit, regulæ prædictæ nō eſt locus. Cin. & Caſtrenſ. in dicta l. Altius, Paul. de Caſtr. in l. cum eo, ff. de ſeru. vrb. prædi. Innocen. in cap. Piſanis, & ibi Abb. nu. 5. de reſtit. ſpoliat. Bart. in l. ex hoc iure, nu. 7. vbi Claud. col. 3. de communi teſtatur, & ſequitur ibi Iaſ. in col. 2. ff. de iuſt. & iur. Menoch. de arbit. iud. q. lib. 2. cent. 2. caſ. 156. nu. 3. Veronen. de ſeru. vrb. præd. cap. 39. nu. 2. ver. Sed Paulus, & num. 3. in princ. Bero. conſil. 135. num. 4. lib. 3. Port. Imol. conſil. 17. num. 15. & ſeq. Cepha. conſil. 130. nu. 12. & ſeq. lib. 1. Rip. Dec. Cagnol. Marſil. Curt. Boer. & alij multi, quos refert & ſequitur Anton. de Padil. in dicta l. Altius, numer. 18.
8 vbi de communi teſtatur. Aemulationem † verò probari aſſeritur ex eo, quod ex ædificio faciendo reſultat magnum præiudicium Domini Pirrhi, & parua ſeu nulla vtilitas Domini Alexandri, vt per Cephal. in dicto conſil. 130. numero 15. qui etiam ſubdit, nec modicam vtilitatem ædificare volentis ſufficere, ad excludendum hanc præſumptionem æmulationis; quod voluit etiam Ant. Padil. in dicta l. Altius, num. 12. verſic. quod quidem, vbi poſt Crauet. de communi teſtatur.

Quarto quia domus prædictæ longiſſimo tempore ſteterunt ſub eadem forma, non videtur permiſſum Domino Alexandro illam immutare, & altius extol-
9 lendo, feneſtras obturare; † nam ſi ipſi ius altius extollendi competijſſet, ex curſu longiſſimi temporis ſublatum videtur & Domino Pirrho dicitur acquiſita plena ſecuritas, iuxta l. ſicut, & l. omnes, C. de præſcript. 30. ann.

Additur quinto, domum Domini Pirrhi & alterā Domini Alexandri fuiſſe olim communes inter illos de Cantagallina, & quia poſtea pro diuiſo fuerunt poſſeſſæ, illarum præſumitur facta diuiſio gloſ. & Do-
10 ctor. in l. pen. C. comm. diuid. † & in ipſa diuiſione ſeruitus luminibus non officiendi conſtituta cenſetur, & ſic quod domus inferior nunc Domini Alexandri non extolleretur in præiudicium luminum domus ſuperioris nunc Domini Pirrhi, Bart. in l. binas ædes, la prima, in fin. ff. de ſeru. vrb. præd. & in l. 1. num. 3. ff. de ſeruit. legat. Rimin. ſen. conſil. 71. libr. 1. Burſ. conſ. 58. num. 18. lib. 1.

Poſtremo ſi Dominus Alexander impediri non poſſet, quin domum ſuam extollat, ſi murus interme-
11 dius eſt Domini Pirrhi † debet ædificare, relicto ſpacio duorum pedum, iuxta dictam l. fin. ff. fini. regun.
12 Cuius diſpoſitio † locū habet etiam in prædijs Vrbanis, quando quis vellet ædificare iuxta prædium vrbanum vicini. Azon. in ſumm. de ædific. priuat. Cepoll. de ſeruit. vrban. præd. cap. 40. Pariſ. conſil. 116. nume. 13. lib. 4. Bero. conſil. 134. num. 28. lib. 3. Bello conſilio 61. & quia ſupra tectum domus Domini Alexandri cadit ſtillicidium domus ſuperioris Domini Pirrhi,
13 ſpacium † duorum pedum iuxta dictam l. fin. relinquendum videtur non à regione & ſic à muro Domini Pirrhi, ſed à loco, in quo ſtillicidium caſitare ſolet, & conſequenter relinquendum eſt ſpacium per quantum ſe protendit ſtillicidium, & vltra illud aliorum duorum pedum, ſecundum Veronenſ. in dicto tractatu de ſeruit. vrban. præd. capit. 28. de ſeruit. ſtillic. ac tect. numero 8. Et hæc ſunt, quæ pro Domino Pirrho allegantur, & dubitationem non modicam facere videntur.

Ceterum prædictis non attentis, cenſeo licere Domino Alexandro ad libitum domum ſuam altius ex-
14 tollere. Ad quod dicendum moueor, † quia regulariter cuilibet licet in ſuo ædificare vſque ad Cælum, l. Altius, C. de ſeruit. & aqu. l. fin. in princ. ff. de ſeruitu. ritu. gener. l. Cum eo. & ibi Doctor. ff. de ſeruit. vrba. prædi. Socin. ſen. conſilio 141. numero 1. libro 1. Veronenſ. de ſeruit. vrban. præd. cap. 39. numero 1. Marſil. ſingul. 154 Andr. Gail. libr. 2. pract. obſeruat. cap. 69.

Coraſ.

Coraſ.libro 3.Miſcell.cap.24.Menoch de præſumpt.
15 libro 3.præſumpt.89.numero 3.par.2.& ſi † ex ædifi-
cio vicinus damno afficeretur, dummodo principali
ter id non fiat animo nocendi. Crau. conſ.94. num.2.
libro 1. Bero. conſilio 134. numero 26. libro 3. Corn.
conſil.281.colum.1.in fin lib.4 Roland.à Vall. conſi-
16 lio 22 num.2.libr.2. † Quamuis ex ædificio faciendo
in totum viciné domus lumina obturarentur, nõ pro-
pterea ædificium impediretur, vt probat textus in l.
cum eo. vbi Bald. Veronen. in dicto cap.39. numero 1.
in fin. late Iaſ.conſil.98.nume.49 & per totum, lib.1.
Dec. in l Nullus videtur, numero 1. ff. de regu. iur. Pa-
riſ.conſi 63 numero 14. libro 1. Mand. de Alba conſil.
20.num.19.Dec.conſil.101.in princ. dicens id de iure
nullam habere difficultatem, & poſt alios Rim.iun.
conſil.367.num.15.lib.4.& Anton. de Padill. in dicta
l.Altius, num.25.Io.Botia.conſ.77.nu.1.niſi ex aduer
ſo probaretur domui Domini Alexandri ſeruitutem
fuiſſe impoſitam, vt habetur in dicta l.cum eo. & alijs
in locis ſuperius adductis, quæ ſeruitus non præſumi
17 tur, † ſed res quælibet cenſetur libera ab omni onere
ſeruitutis d.l.Altius, & l.In ædibus, C.de ſeru. & aqu.
Soc.ſen. conſilio 44. numero 3. verſicul. Circa ſecun-
dam, lib.4.Bero.conſi.134 num.6.libr.3. Veron. in di-
cto tit.cap.27.num 4. & cap 40. nu.1. Ioan. de Amic.
qui de communi teſtatur conſil.50. num.1. & poſt a-
lios plures Menoch. dicta præſump.89.num.1. Et di-
18 ſpoſitioni dictorum iurium non ſolum locus eſt † quã
do quis in area ædificare vult, ſed etiam quando quis
intendit extollere domum iam conſtructam, immo
facilius permittitur extollere ædificatum, quam non
ædificatum, vt per Veronenſ.in d.cap.28.num.7.in fi.
& cap.39 numero 1.

Et quia de iure permiſſum eſt ædificium extollere
etiam in damnum vicini, arbitror atteutari poſſe Do
mino Alexandro licere ædificare etiam nullo relicto
ſpacio, & tigna & alia immittere in pariete muri exi
ſtentis inter vtramque domum, cum murus ille com-
munis ſit.

Nam quantum attinet ad illam partem muri à te-
cto domus Domini Alexandri infra, clarum eſt com-
19 munem eſſe, † non ſolum quia de iure, ex quo poſi-
tus eſt inter vtramque domum communis præſumi-
tur, niſi contrarium probetur, l.arbor, ff.com.diuid.So
cin.ſen.conſil 44.num.2.ver.Poſtremo, libro 4. Corn.
conſilio 213.col.1 verſic.Prout, lib.4.Rimin.ſen.conſi-
20 lio 397.num.12.libr.2.† ſed etiam quia tigna & tota
domus inferior ſuſtinetur à dicto muro, ſi non proba
tur id factum fuiſſe iure ſeruitutis, præſumi non ſolet,
ſatis iuſtificatur communio muri pro diuiſo ſeu pro
indiuiſo ſecundum quod infra vel vltra medietatem
vicini illo vtuntur, iuxta declarationem Bar. commu
niter approbatam in l.damni, §.cum parietem, ff.de
damn.infect.quem ſequitur Soc.ſen.in dicto conſ.44.
numero 2.vbi de communi teſtatur, & Rim.ſen.in d.
21 conſi.397.nu.13. præſertim quia † cum Dominus Pir
rhus parietem illum deſtruere nõ poſſet, quin ab alia
parte domus Domini Alexandri deſtrueretur, ſequi
tur quòd Dominus Pyrrhus ſolus non eſt dominus il
lius parietis, ſed communis iudicatur, l.parietem, ff.
de ſeruit.vrb.prædi.Simon de Pret.conſi.73.nume.1.
22 Prout etiam quia † multi periti in arte depoſuerunt
parietem dicti muri à tecto domus Domini Alexan-
dri infra communem eſſe, quibus in hoc tamquam in
arte peritis credendum eſt, §.Quod autem, Authent.
de non alien. aut permut. rebus eccleſ. Franc. Marc.
deciſ.460.nu.5.par.2.Veronenſ.dicto capitulo 40.nu
mero 14.Burſat.conſil. 111.num.5.libro 1.

Idem etiam dicẽdum eſt de alia parte muri ſupra
tectum, quæ apparet eodem tempore ædificatã cum
23 parte inferiori exiſtẽte à tecto infra † cum enim pars
inferior communis ſit, etiam illa ſuperior eodem tem
pore ædificata communis iudicatur. ar.l.Vulgaris, ff.
de furt.ne vna, & eadem res diuerſo iure cenſeatur, l.
Eum qui ædes, ff.de vſucapion. prout bene declarant
Soc.ſen.in allegato conſilio 44.colum.2. verſicul. Sed
hic ſupereſt, & Veron.dicto cap.40.num.18.in fin.ver.
ſed vbi iudicatur.Simon de Pret.dicto conſi.73.num.
18.Quod magis dicendum eſt, quia quatenus murus
ille antiquus eodem tempore ædificatus ſe extende-
bat ſupra tectum domus Domini Alexãdri, habebat
lateres in eo affixos, cum quibus ſi domus nunc Do-
mini Alexandri extolleretur, murus conſtruẽdus col
ligari poſſet, ex quibus oſtẽditur murum à principio
conſtructum fuiſſe vt communis eſſet, & ita etiã mul
ti periti examinati depoſuerunt, quibus vt dixi cre-
24 dendum eſt. Et ſtantibus prædictis dicitur † pariter
communem eſſe murum nouum ſuper antiquo ædifi-
catum, nam cum antiquus murus communis ſit, ſu-
perædificatus communis fuit effectus. Barto.& Ang.
in l.Quidam Iberus, ff.de ſeruit.vrb.præd. Veronenſ.
in d.c.4.nu.18.verſ.aut murus, & numero 20.& 29.&
in conſil.ciuil.35.numero 7.& ſequen.

Cum igitur ex iam dictis conſtet murum commu-
nem eſſe, & à principio deſtinatum fuiſſe ad ſuſten-
tationem ædificij, quod ſatis apparet. Tũ quia ſuſti-
net ex vno latere totam domum inferiorem Domini
Alexandri. Tum etiam quia ſupra tectũ vſque ad ſum
mitatem muri antiqui adſunt lapides deſeruientes
tãtum ad colligandum murum faciendum, ſi domus
25 prædicta inferior altius extolleretur, † permiſſum eſt
Domino Alexandro iuxta illum ædificare, in eoque ti
gna & alia immittere, vt not. Ang.in l.Quidam Ibe-
rus, num.7.ff.de ſeru.vrb.præd. Soc ſen. dicto conſilio
44 in fin. Veronen.conſil.ciui.35.num.8. in fin.Corn.
conſilio 90.colum.3.verſic.Redeundo, & col.4.verſic.
Ex his itaque, lib.2. Iaſ.in dicto conſ.98. per tot.maxi
me, num.2.& 3.& ibi Franc.Becc.in addit.in lit.C, a-
lios adducit. Et quia multi in arte periti examinati
dicunt licere Domino Alexandro domum altius ex-
tollere, magis prædicta procedunt, cum illis creden-
dum ſit, iuxta tex.in dicto § quod autem, Auth.de non
alie.cum alijs ſupra adductis. Verum ſi admitteretur
murum non eſſe communem ſed proprium domini
Pirrhi, poteſt ſaltem Dominus Alexander domum
26 ſuam extollere & ædificare † ſupra tectum ſuę domus
impoſitum in dicto pariete, dummodo in parietem
illum aliquid nõ immittat, vt poſt Ang.Fulg.& Caſt.
in l.cuius ædificium, ff.de ſeruit vrb.pręd.dixit Corn.
conſ.90.colum.5.nu.31. verſi. Tamen his non obſtan
tibus, & conſilio 113.col.pe.num.30. ver. Puto etiam.
27 libro 2. Vel nullo relicto ſpacio, cum † illud relinqui
non ſoleat, quando à latere ædium vicini ædificatur.
Barto.& Ang.in l.mœniana, C.de ædific.priuat. Petr.
de Vbald.de duob.fratr.in 6.part.col.4. ſub verſicul.
6.fallit.& poſt eos Simon de Pret.dicto conſil.73.nu-
28 mero 21. Vel ſaltem † relicto ſpacio duorum pedum
à dicto pariete l.fi.ff.fin. regun. Veronenſ. in d capit.
40. num.1.& 2.late Bero. conſil.134.nu.28. lib.3. Qui
loquuntur etiam quando murus eſt proprius vicini,
& magis clare idem probat Rim. ſen. conſil.401. per
totum num.12.& ſeqq.lib.3.

Nec obſtant ea, quæ in contrarium adducuntur.
Nam quantum attinet ad primum obiectum, dicitur
ſatis ex iam dictis probari murum intermedium eſſe
cõmunem, nec ex eo quod aliqua tigna ex latere Do-
mini Pirrhi penetrant vltra medietatem, aliud dicen
29 dum eſt, † quoniã vt inquit Bar.in l.Inter quos, nu.1.
ff.de

ff.de dam. infect. ſi quis imponit tigna vltra medietatem muri, alter tigna in eodem pariete immittit, & quilibet vtitur quantum expedit, probatur cõmunio pro indiuiſo; Sed quando non penetrant ea aliquo latere vltra medietatem, probatur communio pro diuiſo, & Bar. ſequuntur Veron. in d.c.40. num. 11. & Soc. ſen. qui de commu. reſtatur d. conſi. 44. nu. 2. Nec vera eſt declaratio Croti in dicto conſil. 153. quòd dictum Bar. procedat, quando etiam ea alio latere tigna penetrant vltra medietatem, quoniam nihil allegat, & contrarium probat Veronen. d.c.40. nume. 14. verſic. aut vltra medium, vel in totum, aſſerens, quòd quando ex vna parte tigna penetrant vltra medietatem vel in totum, præſumitur murus liber, niſi aliud in cõtrarium appareat, vt quia vicinus haberet tigna vel alia ſigna in dicto muro, & loquitur Veron. quando ab vna tantum parte penetrant totum murum, vt ipſe declarat ſupra dicto num. 14. verſicu. ſed ſi ſunt ab vna tantum parte; & melius idem explicat ipſe Veronenſ. in d. conſi. ciuil. 35. num. 8. verſic. ex prædictis, affirmans tigno penetrãtia ex vno latere tantum vltra medietatem, non oſtẽdere libertatem muri, ſi aliqua ſigna communionis ex alio latere adſint, & hoc eſt ẽt de mente Soc. ſen. in allegato conſil. 44. colum. 2. verſ. ſed iterum, & pro hac parte facit ipſe Veron. in dicto cap. 40. num. 17. in fine, dum dicit parietem præſumi cõmunem ea immiſſione tignorum, quæ iure proprio non ſeruitutis præſumuntur immiſſa, etiam quod ab alia parte multa & plura tigna & etiam alia adſint. Nec alia per Crot. adducta, reſiſtunt, ſtante diuerſitate facti. In caſu enim ſuo aderant multa vacua, ferè in totum penetrantia, murus erat coniunctus cum quadam turri, ad vnum tantum ſpectare in eadem groſ-

30 ſitie, & periti † depoſuerant non eſſe communem, ſed illius, cuius erat turris, quibus dicit credendum eſſe, vt per eum in dicto conſilio 153. num. 8. ver. & primo. & verſicu. Præſupponitur etiam, & numero 17. & 18. iuncto nu. 3. Quę omnia ceſſant in caſu, de quo agitur, quia murus eſt colligatus cum parietibus domus Domini Alexandri, & ſunt eiuſdem vetuſtatis, peritique depoſuerunt communem eſſe; Ideo potius pro hac parte, quam in contrariũ Crot. allegari poteſt. Quod vero dicit Corn. in dicto conſi. 227. non nocet; In caſu enim ſuo dicit præſumendum eſſe iure ſeruitutis vel ex liberali conceſſione tigna in pariete immiſſa, non autem iure communionis, ea ratione, quia conſtabat à principio murum fuiſſe, vnius tantum, ex quo erat antiquior, & diſiũctus à domo, & ea alijs ſignis, vt ipſe conſiderat in colum. 2. ver. Nam ea quo præſupponitur, & ver. Non propterea. Et in ſimili caſu cõſuluit Ruin. in d. conſilio 55. qui ponderat in caſu ſuo clare conſtare murum à principio fuiſſe vnius tantum, & ab vno tantum conſtructum, & poſſideri, vt in col. 1. in princ. & colum. 2. ver. Nam ea hoc. Quæ omnia hic ceſſant qui murus eſt eiuſdem vetuſtatis, cuius eſt domus Domini Alexandri, muri vtriuſque domus ſunt ſimul colligati vſque ad tectum, & deſuper adſunt lateres cum quibus colligari poſſit murus altius extollendus, & quęlibet pars murum poſſidet, ideo non ſeruitus, ſed communio ex prædictis probatur, vt declarat Veronenſ. in d.c.40. nu. 17. & eſt de mente Cornei et Ruini in allegatis locis. Nec feneſtræ ſupra tectũ in dicto pariete exiſtentes probant illum eſſe Domini Pirrhi, quoniam ratio ex aduerſo conſiderata tollitur ſtatuto Peruſino libro ſecundo, rubr. 58. col. 2. ver. Item dicimus, & colum. 4. ver. item conſuet. diſponere licere ſocio in pariete communi ſuperædificare, & feneſtras, ſcãciarias, oſtia, & alia facere, & tenere, donec à conſocio pro dimidia de expenſis ſatisfiat, qua restitutione expenſarum facta, debere eum, qui ædificauit, feneſtras, oſtia, & alia remurare. Et cum vigore ſtatuti ſuper pariete communi ædificari poſſit, & feneſtræ conſtrui, ſatis apparet ex eis libertatem muri non probari, & cõſequenter rationem ex aduerſo ad-

31 ductam ſubuerti. † Præterea etiam ceſſante ſtatuto, ex feneſtris non probatur murum eſſe Domini Pirrhi, poſtquam ea latere Domini Alexandri multa ſigna communionis adſunt, vt conſiderat Soc. ſen. in d. conſi. 44. col. 2. verſi. ſed iterum, lib. 4 etenim feneſtræ poſſunt repetiri factę etiam in muro communi, altius

32 eleuato, & † claudi poſſunt per vicinum, volentem domum ſuam eleuare, vt poſt Veronenſ. de ſeruit. vrban. præd. capitu. 62. de feneſtra, numero 4. & ſequent. firmat Simon de Pret. conſil. 77. numero 4. verſic. eadem ratione.

33 Tollitur ſecundum, † verum quidem eſt non licere ſocio in muro communi, inuito ſocio ædificare, quando ſocius ad vſum non deſtinatum vellet vti muro, & ita procedit text. in dicta l. Sabinus ſecundum Bero. conſ. 6. num. 19. lib. 1. Iaſ. in dicto conſil. 98. nume. 3. & ſeq. ſed quãdo vti vult ad vſum deſtinatum, bene permittitur ſuper re communi ædificare, vt declarãt Iaſ. in d. conſil. 98. & alij ſupra adducti, vnde quia murus ille, vt dixi, à principio deſtinatus fuit, vt deſeruiret pro ſuſtentatione vtriuſque domus, ceſſat diſpoſitio d. l. Sabinus. Præterea, l. Sabinus procedit, quando q.s vult ædificare ſuper muro communi altius extollendo, ſecus ſi à latere in eo tigna immittendo, prout intendit facere Dominus Alexãder, vt declarat Cor. in conſi. 90. col. 3. nu. 14. & ſeq. ver. Et ita tenendo. lib. 2.

Tertium obiectum de æmulatione facile euitatur, negando Dominum Alexandrum quærere ad æmu-

34 lationem ædificium eleuare, † & in dubio ad æmulationem facere non præſumitur, ſed vt ſibi proſit. glo. in l. fluminibus, §. fi. in verb. non teneri, ff. de damn. infect. Iaſ. in l. Ex hoc iure, nume. 11. ff. de iuſt. & iut. Alciat. de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 23. Corn. conſilio 282. col. 1. in fin. lib. 4 Menoch. in allegato caſu 156. num. 9. & gloſſæ opinionem communem eſſe teſtãtur Claud. in dicta l. Ex hoc Iure, col. 4. & Ioan. Oriſcius, numero 37. Ioan. Botta, conſi. 77. numero 6. Maſcard. de probat. volum. 2. conclu. 620. numero 2. cum ſeqq. & Cioffus, conſil. 7. nume. 2. lib. 2. Dec. conſil. 373. numero 3. & poſt eus Anton. de Padil. in d. l. altius, nu-

35 mer. 22. Nec probatur † æmulatio ex eo, quod maius ſit damnum Domini Pirrhi quã vtilitas Domini Alexandri, quoniam tunc æmulatio conſideraretur, ſi ex ædificio damnificaretur vicinus, & ædificans nullam ſentiret vtilitatem; & in iſtis terminis loquuntur Veronen. Bero. Menoc. & alij ea aduerſo allegati, & Iaſ. in conſil. 32. num. 3. lib. 1. & Maſcar. d. conclu. 620. nu. 5. & iſto caſu bene ædificiũ impediretur, vt poſt multos tradit Petr. Duen. de reg. & fallen. reg. 33. in verb. ædificare & eleuare in 7. fallent. at quando vtilitas ẽt ædificantis concurrit, licet vicinus damnificetur, excluditur æmulatio, & præſumptio exoritur, quod ratione propriæ vtilitatis quis ædificare velit, & ceſſant in contrarium adducta, vt ſentiunt allegati Docto. & Paul. de Caſt. in dicta l. Cum eo, ff. de ſeruit. vrba. prędi. Martil. ſing. 154. in fin. et Alciat. in dicta reg. 3. præſump. 23. aſſerens etiam modicam vtilitatem ædificare volentis ſufficere. Nec repugnant adducta per Cephal. in dicto conſi. 130. cum ipſe poſt Veronen. quem allegat aſſerat modicam vtilitatem ædificantis, ſi adſit magnum damnum vicini, non excludere æmulationem, quando etiam inimicitia concurrit, et inimicitia principaliter conſideratur à Veronen. quæ hic penitus ceſſat, cum nulla inter Dominum Pirrhum et Domi-

Dñm Alexandrum adſit inimicitia,& propterea noo
poteſt æmulatio conſiderart,præſertim quia ex ædifi-
cio Dominua Alexander non modicam ſed maximã
poterit conſequi vtilitatem, cum domuncula illa ſit
vnita cum magna domo Domini Alexãdri,& vt eiuſ-
dem pars eſt conſiderãda,in quibus terminis ceſſant
obiecta per Ant.Padill.in dicta l.Altius, num.22. aſ-
ſerentem modicam vtilitatem non excludere æmula-
tionis præſumptionem,cum parum, & nihil æquipa-
rentur, cum hic non poſſit conſiderari modica vtili-
tas Domini Alexandri ex ædificio faciendo, & tunc
modica,vtilitas non releuaret,quando erat adeo mo
dica, vt pro nihilo haberetur; prout loquuntur Pa-
dil.& alii ab eo allegati.Sed quando vtilitas eſſet con
ſiderabilis,quo ad ædificare volentem,licet eſſet mo-
dica inſpecto damno vicini, putarem æmulationem
excludi, & iſto caſu opinionem Alciati recipiendam
eſſe.Præterea quia Dominus Alexander non ędificat,
ſed ſe defendit à lite ſibi mota à Domino Pyrrbo, qui
prætendit domum illam oon poſſe extolli, nõ video,
quomodo poſſit dici,id fieri ad æmulationem, ſi pro-
uocatus à Domino Pirrbo,quærit ſe defendere,ne ſer
uitus domui ſuæ imponatur.

Minus nocet quartum;Reſpondetur enim, Primo
iuxta diſpoſitionem dicti ſtatuti lib.2. rub.58. col.3.
verſicu.Item conſors.iuncta colum. præceden. verſic.
Item ſi aliquis. licere conſorti reficienti medietatem
expenſarum,obturare & obturari facere feneſtras e-
xiſtentes in pariete muri, & in boc aliquam præſcri-
ptionem non obſtare.

36 Secundo circumſcripto ſtatuto † dicitur, quod licet
quis feneſtras in pariete muri retinuiſſet per mille
annos,ex hoc non impeditur vicinus, quin ædificare
poſſit, nec vicino domum ſuperiorem poſſidenti ſer-
uitus altius non tollendi poteſt dici quæſita,niſi quã-
do quis voluiſſet ædificare fuiſſet impeditus,& à tem
pore impedimenti tempus ſufficiens ad præſcriben-
dũ defluxiſſet, quia nulla boc reſpectu currit præſcri-
ptio niſi à die contradictionis, glo.in l.Qui luminib.
in fi.& ibi Ang.in fi de ſeruit. vrban.præd. Veronenſ.
in dicto cap.39. nu.1.verſ. & boc intelligo, not.in ter-
minis Ripa,in c.Cum eccleſia Sutrina,nu.50. de cauſ.
poſſ.& propriet.& Alex.conſ.174.col.1.verſic.Nec ha
bet.& verſ.& ideo,lib.2.late Iaſ.in dicto conſ.98.col.
1.ver.Nec habet obſtare.& col.2.li.1. Proſper Paſeth.
conſ.130.nu.12.& 13. Burſat.conſ.111.num.4. & 8.lib.
1.Rim.iun.conſ.367.nu.16.lib.4.ſed in caſu,de quo a-
gitur,non conſtat Dominum Alexandrum voluiſſe ę-
dificare, & fuiſſe impeditum, & à die impedimenti
præſcriptionem fuiſſe completam, ideo in curſu tpis
37 nulla vis fieri poteſt.† & tanto magis,quia Dominux
Pirrbux aſſerit murum, in quo adſunt feneſtræ, eſſe
proprium,quo caſu nulla potuit currere præſcriptio,
quæ vt currat, opus eſt probari feneſtras in pariete
fuiſſe retentas, iure ſeruitutis, & animo ſeruitutem
pręſcribendi.Pariſ.conſ.112.n.37.lib.1.Bero.conſ.134.
nu.23.lib.3. Burſat. d.conſ.111.nu.16. lib.1. quod hic
nullo modo fuit probatum.

Quintum facile remouetur, negando iſtas domos
fuiſſe communes & diuiſas, ſolum enim probatur in
eis habitaſſe illos de Cantagallina,ex qua probatio-
ne nõ infertur domos fuiſſe communes,cum ſint plu-
res familiæ illorum de Cantagallina, & quilibet in
domo ſua babitauerit,ideo hęc probatio non releuat
38 † cum probatio debeat de neceſſitate concludere, c.
in præſentia,vbi glo.& Doct.de probat.Bald.in l.Ma
trem, C.de probat. Pariſ.conſ.29.nu.87.lib.2. Natta
conſ.555.num.2. libro 3.& alibi Doct.paſſim. Præte-
rea,ſi domus, tendentes ad viam publicam, fuiſſent
communes,non ſequitur,quòd fuerit communis etiã
iſta parua domus, de qua agitur, valde diſſimilis a-
liis,& ex inſtrumentis publicis in actix productis, ap
paret illas fuiſſe diuerſorum dominorum, & ſi de cõ-
39 munione conſtaret,† non obeſſet,cum ex inſtrumen-
to,de quo in actis conſtet Camillum patrem D. Ale-
xandri hanc domunculam emiſſe à Petro Cantagal-
lina anno 1516.& ſic eam iure diuiſionis nõ habuiſſe.
Nec in eius venditione poteſt dici impoſita ſeruitus
altius noo tollendi,vt ex aduerſo pręſupponitur; quo
niam Bar.ex aduerſo allegatus,loquitur de ſeruitute
habente cauſam continuam,permanentem,& perpe-
tuam, vt eſt illa oneris ferendi & tigni immittendi
Rim.vero in d.conſ.71.nu.14. conſuluit in caſu,in quo
domus erat diuiſa, & cuilibet portio aſſignata cum
acceſſibus, ingreſſibus, et egreſſibus ſuis, et in dicta
clauſula fundamentum facit.In caſu vero noſtro ſim-
pliciter fuit facta venditio,et non agitur de ſeruitute
habente cauſam continuam,permanentem,et perpe-
tuam;ideo oon poteſt dici in venditione reſeruata,vt
late oſtendit Bero. in conſ.133. num.8. et ſeqq. vſque
ad fin.libr.3.qui contraria omnia confutat,oſtendit-
que domum emptam extolli poſſe,etiam lumina do-
mux ſuperioris,quæ venditoris erat,obturando bãc-
que ſeruitutem altius non tollendi et luminibus oon
officiendi valde differre ab ea tigni immittẽdi,et one
ris ferendi, et eiuſdem ſententiæ eſt *Proſper Paſeth.*
conſ.130.num.8.et M.Antonius *Eugenius*, conſil.74.
oum.62. libro 1. Redduntur que prædicta magis cla-
40 ra, † qoia domus fuit vendita libera ab omni onere
ſeruitutis,quæ ſane clauſula operatur,quod non cen-
ſeatur reſeruata etiam illa ſeruitus,quæ aliàs regula-
riter,ſi dicta clauſula oon eſſet appoſita,reſeruata in-
telligeretur,et ita in contrarium adducta reſtringun
tur,vt declarant Rim. iun.in addit. ad dictum conſi-
lium Rim. ſen.71.in litera B.ſub num.15. poſt *Afflict.*
deciſ.298.num.2.et melius Capic. in deciſ.187.nu.14.
& ſeq.Et quia tempore diuiſionis Petrus,qui hanc do
mum vendidit,non erat dominus alterius domus ſu
perioris,quæ modo eſt Domini Pirrhi; ſed illam po-
ſtea acquiſiuit, non poteſt dici voluiſſe reſeruare ſer-
uitutem pro domo,quæ ſua non erat, & iſto caſu alle-
gati in contrarium non loquuntur; ſed ſolum dicunt
in venditione domus inferioris ab eo, qui dominus
erat domus ſuperioris, cenſeri ſeruitutem reſeruatã.
Additur iam dictis ſatis probari domum hanc nullã
habere ſeruitutem ex confeſſione Petri in dicto *inſtru*
mento venditionis factæ patri Domini Alexandri de
hac domo, cuius confeſſio nocere videtur Domino
Pirrho: nam cum Petrus acquiſiuerit domum nunc
Domini Pirrhi,cui prætenditur ſeruitutem deberi,&
poſtea deuenerit ad manus prædicti Domini Pirrbi,
confeſſio facta à Petro de libertate domus depreſſæ,
& quòd illa domui ſuperiori nõ deberet ſeruitutem;
nocet Domino Pirrho,qui à Petro poſtea cauſam ha-
41 buit,† cum confeſſio venditoris noceat ei, qui poſtea
emit Pau.de Caſt.in l.Pacta,§.ſi hæres,nu.3.ff.ad Tre-
bel.Cuman.conſ.30.in fi.& conſ.155.col.3.ver. Ad id
autem.& not. Socin.ſen.conſ.50. num.8.lib.4.melius
Ruin.conſ.128.num.16.libro 2.& Rim.iun.conſ.214.
num.9.libro 2.

42 Non obſtat vltimum,† quandoquidem dicitur *opi*
nionem Veronenſ.veram non eſſe & communiter dã-
nari, nam quando domus inferior debet ſeruitutem
ſtillicidij recipiẽdi,locus,in quo cadit eſt ipſius,cuius
eſt domus inferior,& in loco,in quem cadit,licet do-
mino domus inferioris ædificare, altius extollendo,
dũmodo ſtillicidium recipiat, vt probat tex. in l. ſer-
uitutes,§.ſi.iuncto §.ſi ſeruitus,ff.de ſeruit. vrb. præd.

&

& ibi glo. in verb.ibi ædificare, quæ communiter approbatur, vt teſtantur Sociu. ſen.in conſ. 105.numero primo, verſicu. Confirmatur.& in conſilio 141.numero primo, verſicu. Confirmo hoc, libro primo. Burſat. conſilio 111.numero 15.libro primo. & de communi teſtatur etiam Veronenſ. in dicto capitu. 28. numero 7.licet ipſe à communi diſſentiat.hanc opinionem cõmunem teſtatur etiam Anton.de Padil. in dicta l.Altius, numero 23. & 24. ſubdens hunc intellectum vti communem à practicis eſſe tenendum. Et quamuis
43 † Veronenſ.ibi numero octauo. dicat ſpacium duorũ pedum relinquendum eſſe à loco, in quo ſtillicidium cadit, & dicta iura declarari per l.fin. ff. fin. regundo. ne melioris ſit conditionis qui debet ſeruitutem, quã alius, qui nullam ſeruitutem debet, hoc concedi poteſt, intelligendo, quòd ſi ſtillicidium non protendit ſe per duos pedes à muro ſuper domum vel fundum vicini, ędificare volens debeat relinquere ſpaciũ duorum pedum à muro, iuxta terminos dictæ l.fin. At ſi ſtillicidium protenderet ſe per duos pedes vel vltra à muro, tunc ædificiũ conſtrui poſſit, relicto ſpacio duorum pedum à muro, & non à loco, in quo cadit ſtillicidium & iſto caſu abſurdum à Veronenſ. conſideratum euitabitur; non tamen eſt recipiẽda eius opinio. quòd ſpacium duorum pedum relinquatur à loco, ſuper quo ſtillicidium cadit, quoniam iure non probatur. Si enim poteſt dominus fundi ædificare in loco, in quo cadit ſtillicidium, dummodo illud recipiat, iuxta tex.in d.§.fin.& §.ſi ſeruitus, & comm. opinion. de qua ſupra, intelligendo tamen, dummodo à muro ſpacium duorum pedum relinquatur, non poteſt opinio Veronenſ.ſuſtineri, vt ſpacium duorum pedum à rigore ſtillicidij conſideretur, & propterea nullo modo eſt ſequenda. Spacium enim à regione vicini & ſic à muro relinqui debet, prout loquitur dicta l. fi. ponderando verba textus, ibi, ab alterius regione. & inferius ibi, ab extranea regione, nõ autem à loco, in quo ſtillicidium cadit, qui non eſt vicini, ſed domini domus ſeu fundi inferioris, vt bene probatur ex iam dictis, & hanc opinionem quidquid Veronenſ. in contrarium dixerit, communem & in deciſiuis ſequendam eſſe teſtatur Bellun.in conſ.61.num.3.vbi per totum cõſilium illam defendit, iura & auctoritates pro ea adducens.

Ex quibus concludo licere Domino Alexandro ædificare iuxta murum prædictum, & in eum tigna & alia immittere. Vel ſi ex æquitate, ne tot feneſtræ domus Domini Pirrhi obturentur, & eius domus fere inutilis ex vno latere remaneat, ſequi velimus eam o-
44 pinionem, quòd † murus ille ſit proprius Domini Pirrhi ex eo quod longe plura ſigna libertatis muri ex eius latere oſtenduntur, iuxta nota. per Ruin.conſil. 55. numero 6.libro 4. & Crot. conſil.153.per totum,
45 libro 2.Vel ſi murus eſſet communis, ſi ex eo † quod longiſſimo tempore paries muri ſupra tectum fuit retentus in eodem ſtatu, in quo modo reperitur pro cõmoditate & vtilitate Domini domus ſuperioris, concederemus, eius formam hodie mutari non poſſe iuxta conſilium Paul.de Caſtr.334.in fin.verſ. Et poſito, libro 2.& not.per Bero.conſ.132.nu.12.lib.3. Saltem ſine probabili difficultate relicto ſpacio duorum pedum à dicto muro, non autem à loco, in quo cadit ſtillicidium, Dominus Alexander domum ſuam ad libitum extollere valet.

De deciſione cauſæ fit mentio in fine ſequentis conſilij.

ARGVMENTVM.

L. final. C. de ſeruit. late declaratur.

An & quando ratione publicæ vtilitatis quis contra regulas iuris impediri poſſit, ne in ſuo ædificet, altius extollendo ædificium.

Doctor quando poſſit expellere fabrum, prope ſcholas, ſeu domum ſuam malleantem.

Vicinus an poſſit ædificare obturando lumina ſtudij vnius Doctoris. Et

Priuilegia cõceſſa Doctoribus numquid competant oĩbus Doctoribus, & quib.

Procuratoris officium an æquiparetur officio aduocati, & in quibus differat.

SVMMARIVM.

1 *Publica vtilitas præfertur priuatæ. & num.37.*
Et etiam cuilibet priuilegio.num.2.
Intellige de magna vtilitate publica; ſecus in modica. numero 38.
3 *Publica vtilitas verſatur in Doctoris & Iuris profeſſoribus.*
4 *Ædificare propè aream, in qua fructus triturantur, non permittitur vicino, ne ventum impediat.*
Et de ratione num.20.cum ſeq.& 24.
Amplia etiam ſi impediret ſolem neceſſarium. numero 22.
5 *Ædificare prope ſcholas, in quibus publice legitur, non permittitur vicino, obturando lumina ſcholarum.*
Declaratur num.36.
6 *Iacobus Benius Iureconſultus Eugubinus laudatur.*
7 *Faber malleans prope ſcholas expelli poteſt, ne afferat impedimentum Doctoribus & ſcholaribus.*
Amplia etiam in Doctore, qui fabrum prope ipſius domũ obſtrepentem expellere poteſt. num.8.
Declaratur tamen num.43.
Amplia etiam in Doctore non legente ſed aduocante & conſulente.num.9.
10 *Ædificare non poteſt vicinus prope domũ Doctoris lumina ſtudij ipſius obturando. Sed contra infra per totum.*
Et declaratur num.48.
11 *Procurator appellatur aduocatus ſaltem large ſumpto vocabulo.*
12 *Extenſio ex identitate rationis etiam in exorbitantib. & correctorijs fit de caſu proprio ad caſum, qui ſub lata ſignificatione vocabuli continetur.*
13 *Procuratoris officium eſt viliſſimum. & numero 55. & ſequen.*
Fallit in procuratore ad lites in Curijs perſonarum illuſtrium.num.14.
Declaratur. num.57.
Item quando procuratores admittuntur ex conſuetudine ad honores, & dignitates.num.15.
Et in procuratore illuſtrium perſonarum Epiſcoporum & ſimilium.num.16.
Et quando ſecundum hominum exiſtimationem reputatur nobile & honorificum.num.17.
18 *Regulam habens pro ſe, dicitur habere fundatam intentionem, & releuatur ab onere probandi.*
19 *Regulæ ſtandum eſt, niſi qui allegat fallentiam, eam concludenter & clare probet.*
20 *L.fin.§.fin.C.de ſeruit.intellectus.& num.29.cum ſequentibus.*
21 *Agricultura fauore in multis caſibus ſeruitus impoſita reperitur,*

peritur, & multa introducuntur contra regulas iuris remiſſiui.

23 *Speciales caſus non trahuntur in conſequentias.*

24 *Argui non poteſt à caſu ſpeciali.*

25 *Extenſio etiam ex identitate rationis ceſſat in priuilegijs.*
Et in correctorijs.num.26.

27 *Statutum correctorium dummodo aliquid operetur, reſtringitur, vt minus Ius commune corrigat.*

28 *Diſpoſitio concernens publicam vtilitatem, reſtringitur, ſi reſpicit præiudicium tertij.*

30 *Publicum bonum fundatur in æquitate.*

31 *Publicæ vtilitatis ratione non derogatur iuri alterius, quoties publicæ vtilitati aliter poteſt prouideri.*

32 *Extenſionis tota materia fundatur in identitate rationis.*
Et qualibet diſſimilitudo eam impedit, etiam quod ratio ſit expreſſa, & caſus ſui natura eſſet extenſibilis.numero 33.
Amplia quod non ſit extenſio, etiam ſi ſolum dubitaretur, an eadem ratio vigeat in vtroque caſu. num.34.

35 *Vicinus poteſt ædificare etiam in totum obturando lumina vicini.*

39 *Faber expelli non poteſt per Doctorem, niſi precium apothecæ ei ſoluat, ſi illam alteri vendere aut locare non poteſt.*

40 *Publicæ vtilitati non eſt conſulendum cum iactura alterius.*

41 *Via publica deſtructa ob publicam vtilitatem dirigi poteſt per fundum vicini.*
Intellige dummodo vicino ſoluatur æſtimatio.num.42.

44 *Via per fundum vicini danda eſt ei, qui ad ipſius fundum aliter accedere non poteſt, ſoluto pretio vicino.*
Limitatur quando aliter ad fundum accedere non valet: ſecus ſi cum maiori incommoditate per viam remotiorem & prolixiorem.num.45.

46 *Publica vtilitas attenditur, ne quid inutile reddatur, non reſpectu maioris vel minoris vtilitatis.*

47 *Argumentum ab æquiparatis non admittitur in caſibus in quibus non reperitur in indiuiduo facta æquiparatio à lege.*
Nec quando per huiuſmodi argumentum corrigitur Ius commune. num.48.

49 *Argumentum de aduocato ad procuratorem non procedit.*

50 *Priuilegium immunitatis conceſſum Doctoribus competit tantum Doctoribus actu legentibus, non autem aduocatis & ſimilibus.*
Sed contrarium quod competat etiam aduocantibus & cõſulentibus ſeu iudicantibus.num.52.

51 *Aduocationis officium laudabile & neceſſarium.*
Honorificum & publicum.num.53.
Et valde differt ab officio procuratoris. numero 55. cum ſeqq.

54 *Aduocatus dicitur in dignitate conſtitutus, & appellatur clariſſimus.*

56 *Peculium quaſi caſtrenſe conſtituitur ex acquiſitis per aduocatum non per procuratorem.*

57 *Procuratorum Collegij Peruſini laudes.*

58 *Doctoratus per reſcriptum non vtitur priuilegijs conceſſis Doctoribus.*

59 *Priuilegia conceſſa Doctoribus competunt tantum Doctoribus actu legentibus, aduocantibus, ſeu conſulentibus, non alijs, qui ſolo nomine Doctoris vtuntur.*
Nec Doctori, qui exercet etiam officium procuratoris. numero 60.

61 *Priuilegium ſeu reſcriptum obtentum lite pendente, non facta mentione litis, non præiudicat iuribus alterius.*

CONSILIVM LXXXI.

CONSVLVI ſuperiori anno licere Domino Alexandro Canta galliuæ domum ſuam extollere, vt in præcedenti conſilio. Verum quia Dominus Pirrhus officium procuratoris exercet, & etiam Doctor nuper factus eſt, & ſi Dominus Alexander extolleret domum etiam relicto ſpacio duorum pedum à muro domus Domini Pirrhi, lumina ſtudij ipſius adeo offuſcarentur, vt fere inutilia remanerent, pretendit modo Dominus Pirrhus diſpoſitionem l. Altius, C. de ſeruit. & l. Cum eo, ff. de ſeruit. vrban. præd. contra Dominum Aleaandrum locum non habere, & domum ſuam extollere non poſſe.

1 Primo quia † vtilitas publica præfertur priuatæ, l.
1. vbi Doct. communiter, ff. ſolu. matrim. Rol. à Vall.
2 conſ.86.num.63.lib.1. & etiam præfertur † cuilibet
priuilegio. Bald. in l. iubemus nullum, in 1. not. C. de
ſacroſan. eccle. Rolan. à Vall. conſ.5.num.29.lib.1. ſed
3 Dominus Pirrhus procurator & Doctor eſt, † & in
Doctoribus & iuris profeſſoribus verſatur publica
vtilitas, vt not. Docto. in l. 1. præſertim Alex. num.51.
Rip. num.129. Soc. iun. num.272. ideo vtilitas publica,
quæ in Domino Pirrho conſideratur, præfertur
priuatæ vtilitati Domini Alexandri, ita vt ædificare
non poſſit, officiendo luminibus ſtudij Domini Pir-
4 rhi, ſicut in ſimili dicitur non licere vicino † ædificare
iuxta aream, in qua fructus triturantur, ne ventum
impediat, l. fin. §. fin. C. de ſeruit. vrban. prædior. c.27.
de ſeruit. altius non tollendi, nu.4. & cap.39. de ſo-
lut. ſeu are. num.3. verſicu. octauo. Quod propter pu-
blicam vtilitatem conſtitutum dicitur, vt per Salic.
in dicta l. fin. & Proſper Paſeth. conſ.130. num.13. ver-
ſicu. Ad quartum.

5 Secundo idem probari dicitur ex eo, † quod ratio-
ne publicæ vtilitatis dicunt Doctores vicinũ non poſ
ſe ædificare obturando lumina ſcholarum, in quibus
publicè legitur, ne publica vtilitas impediatur. Iaco.
Butr. in d. l. fin. §. fin. Veronenſ. de ſol. ſeu are. cap.39.
num.4. verſicu. decimo licet corrupte loco dictionis,
ſcholis, legatur ſcbalis. & hanc concluſionem ſequun
tur Proſper Paſeth. d. conſ.130. num.13. verſicu. Ad
quartum. Horat. Luc. de priuileg. ſchola. priuileg.47.
Anton. de Padill. in l. Altius, num.28. C. de ſeruitut. &
6 Dominus † Iacobus Benius Conciuis meus hono-
randus, ac vti frater amantiſſimus in eius pulcherri-
mo tractat. de priuileg. Iuriſconſ. ſummo ingenio &
doctrina edito, priuileg.7. & ſi hoc in ſcholis conſti-
tuitur, idem ſeruari debet reſpectu domus Doctoris
7 & Procuratoris, cum in ſimili videamus † Fabrum
malleantem prope ſcholas expelli poſſe, ne impedi-
mentum afferat lectoribus & ſcholarib. & communi-
ter concludunt Doct. in d. l. 1. ff. ſolut. matrim. & Abb.
& alij in c. fi. de iud. prout de communi teſtatur Ripa
in d. l. 1. nu.129. Quæ concluſio extenditur, vt locum
8 habeat † etiam in domo vnius Doctoris, qui fabrum
prope eius domum malleantem & obſtrepentem ex-
pellere poteſt, ne in ſtudio impediatur, vt in d. l. 1. no.
Bart. nu.1. Iaſ. nu.45. Soc. ſen. num.16. vbi opinionem
Barto. communiter approbari teſtatur Claud. Seiſel.
nu.43. Bolog. nu.225. Alex. nu.51. Soc. iun. n.272. Ripa
nu.132. late Menoch. de arbit. iud. q. lib.2. cent.3. caſu
237. Pet. Rebuf. de priu. ſcholar. priu.3. & late D. Iac.
Beninten. in d. tract. priuil.69. vbi ponit regulam cum
multis ampliationibus. Et non ſolum id procedit in
Doctore legente, ſed etiam in aduocato & conſulẽte,

cum

cum & in eo ratio publica vtilitatis vigeat, quoniam
ipſi aduocati publicis in rebus ac priuatis lapſa eri-
gunt, fatigata reparant, ac non minus prouident hu-
mano generi, quam ſi prælijs atque vulneribus patriã
parenteſque ſaluarent, vt dicit text. in l. Aduocati, C.
de aduoc. diuerſ. indic. Et propterea Doct. in d. l. 1. di-
9 cunt priuilegium expellendi fabrum † etiam Aduo-
cato & Conſulenti competere, quamuis non legat,
vt aduertunt Soc. iun. ibi num. 27ſ. & Ripa num. 13ſ.
Claud. de Seiſel. num. 43.

Tertio quòd ratione publicæ vtilitatis non poſſit
10 † vicinus ædificare, & lumina ſtudij Doctoris obſcu-
rare, dicitur conſuluiſſe Bened. de Batz. Ang. de Gã-
bel. Nicol. de Raim. & Lucian. de Saxa de Neapoli, &
conſilia eorum manu ſcripta, & cum proprijs ſigillis
munita oſtenduntur, qui prędictis, & alijs rationibus
conantur oſtendere diſpoſitionem dictæ l. fi. C. de ſer-
uit. ex identitate rationis eſſe extendẽdam ad caſum
iſtum, in quo ratio publicæ vtilitatis verſatur.

Nec videtur prædictis obſtare, quòd Dominus Pir
rhus officium procuratoris exerceat, quoniam ipſe
eſt etiam Doctor in vtroque iure, & quamuis ſe exer-
ceat in officio Procuratoris, nihilominus cum etiam
11 in procuratoribus ratio publicæ vtilitatis vigeat, † &
procurator & cauſidicus aduocatus appelletur, ſal-
tem largè ſumpto vocabul, o glo. in cap. quia Epiſco-
pus. & ibi Gemin. in 4. not. cauſ. 5. quæſt. 3. Specul. in
titu. de ſalar. §. Nunc de procuratore, num. 3. Bald. in
l. t. in fin. verſicu. Quæro numquid, C. mandat. Iaſ. in
rubr. C. de procur. in prin. Rim. iun. in §. 1. num. 64. In-
ſtit. per quas perſon. nobis acquir. diſpoſita in aduo-
cato extẽdi debent ad Procuratorem & cauſidicum,
12 præſertim † ſtante in hoc identitate rationis, ex qua
extenſio fit de caſu proprio ad caſum, qui ſublata ſi-
gnificatione vocabuli continetur etiam in exorbitan
tibus & correctorijs, vt per l. filium habeo, ff. ad Ma-
ced. l. Senatus conſult. ff. de rit. nupt. iuncta l. libero-
rum, in prin. ff. de verb. ſignif. dixit Alex. in l. 1. nu. 59.
ff. de offic. eius, in l. ſi prius, nu. 17. ff. de nou. oper. nun-
ciat. Iaſ. in l. ſi conſtante, nu. 82. ff. ſolut. matr. Cephal.
conſ. 539. num. 22. lib. 4.

Nec obſtare videtur officium aduocati differre ab
13 officio Procuratoris † cum illud Procuratoris ſit viliſ-
ſimum, l. ſi quis procuratorem. & ibi Bart. C. de decu-
rio. lib. 10. §. fin. vbi Aretin. Inſtitu. de exceptio. Quo-
14 niam † hoc non habet locum in procuratore ad lites
& in curijs perſonarum illuſtrium. Borgnin. Caual-
15 can. deciſ. 41. num. 56. Nec quando † ex conſuetudine
admittuntur procuratores ad honores & dignitates
Ciuitatis, vt hic fieri dicitur, Couar. practic. quæſtion.
capitu. 19. num. 7. Caualcan. dicta deciſ. 41. num. 24.
16 Nec in † procuratore illuſtrium perſonarum epiſco-
porum & ſimilium, prout eſt Dominus Pirrhus: Bald.
17 in l. Caſſius, col. 2. ff. de Senat. † Nec quando procura-
toris officium ſecundũ hominum exiſtimationem re-
putatur nobile & honorificum. Ripa in reſponſ. 14.
nu. 9. in tit. de diuerſ. reſcript. qui dixit ad cognoſcen-
dum numquid aliquod officium reputetur nobile, cõ-
ſuetudinem & communem exiſtimationem eſſe inſpi
ciendam potius quam legem.

Sed prædictis non attentis, non puto recedẽdum à
concluſione aliàs in cõſilio firmata, quód ſcilicet Do-
minus Pirrhus non poſſit impedire Dominum Ale-
xandum, quin domum ſuam altius extollat, quam-
uis luminibus domus Domini Pirrhi officeret, Quo-
niam Dominus Alexander habet pro ſe regulã, quòd
quilibet poteſt in ſuo altius ædificare, l. Altius, C. de
ſeruit. l. fi. in prin. ff. eod. tit. & ſi luminibus domus vi-
cini officiat, l. Cum eo. ff. de ſeruit. vrban. præd. & late
18 in conſ. fuit oſtenſum. † & qui pro ſe iuris regulam ha
bet, dicitur habere fundatam intentionem, & ab one
re probandi releuatur. Bart. in l. 1. ff. ſi quis in ius vo-
cat. non ierit. in l. quoties, ff. ſi quis caut. glo. in l. om-
nis diffinitio, ff. de reg. iur. & in rubr. de regu. iur. in 6.
Dec. conſ. 8. in prin. & in l. 1. num. 6. ff. de reg. iur. Rol. à
Vall. conſ. 5. nu. 7. lib. 4. Cephal. conſ. 346. nu. 9. lib. 3.
Bellamer. conſ. 33. nu. 6. Silu. conſ. 31. nu. 4. Natta conſ.
t99. num. 10. lib. 1. & alij plures allegati per Maſcar.
19 de probat. vol. 3. conclu. 1561. in prin. Semper que † re-
gulæ ſtandum eſt, & pro ea iudicandum, l. Ab ea par-
te, ff. de probat. Bald. in l. ſi tutor, in fin. C. de ſeru. pig.
dat. manu. Iaſ. in l. Ceterum, in 3. not. ff. de leg. 1. Ne-
uizan. conſ. 66. num. 17. Burſat. conſ. 186. num. 9. libro
2. Cephal. conſ. 748. num. 5. libro 6. Niſi qui aliquam
fallentiam allegat, illam concludenter probet, quia
qui aduerſus ſe regulam habet, & limitationem addu
cit, probare tenetur. Dec. in l. 1. ff. de regu. iur vbi Ca-
gnol. num. 51. Felin. in c. quoniam frequenter, in prin.
col. 3. vt lit. non conteſt. Alber. in s. par. ſtatut. q. 158.
circa finem. Bal. Bero. & alij plures congeſti per Ma-
ſcard. in dicta concluſ. 1261. num. 2. & donec fallentia
à regula non probatur, regulæ ſtandum eſt. Bart. Bal.
& Paul. de Caſtr. in dicta l. 2. & ibi late Iaſ. num. 33.
Iaſ. in dicta l. 1. num. 7. ff. de reg. iur. Ruin. late conſ. 55.
nu. 11. lib. 5. Pariſ. conſ. 11. num. 17. lib. 2. & conſ. 5. nu.
5. lib. 4. Port. Imo. conſ. 3. num. 31. Menoch. conſ. 238.
num. 17. lib. 3. Rol. à Vall. conſ. 5. num. 5. & ſeqq. lib. 4.
& conſ. 81. num. 4. lib. 1. Cephal. conſ. 618. num. 37. lib.
5. late Grat. conſ. 116. num. 9. & ſeqq. lib. 2. qui etiam
ſubdit num. 11. probationem exceptionis à regula de
bere eſſe claram, cum dubia eius probatio non rele-
uet, iuxta cap. in præſentia, de probat. & l. Non hoc,
ff. vnd. cognat. Cum in dubio regulæ ſtandum ſit, vt
per eum, quod etiam dixit Neuiz. d. conſ. 66. nu. 17. &
ſentiunt omnes ſupra allegati Docto. In caſu verò, de
quo agitur Dominus Alexãder habet pro ſe regulam
iuris claram, nec Dominus Pirrhus oſtendit iſto caſu
regulam generalem reſtringi ſeu limitari, ideo pro
regula iudicandum eſt. Et quoniam ex iam dictis &
deductis in conſilio ſatis intentio Domini Alexan-
dri fundatur, ſolum ſupereſt in contrarium adducta
remouere.
20 Non obſtat primum † fundamentum factum in l. fi.
§. fin. C. de ſeruitut. quoniam dictæ l. diſpoſitio locum
habet tantummodo in prędijs ruſticis fauore agricul
turæ & fructuum recolligendorum, vt trıturari & cõ-
culcari poſſint, & non alia ratione, vt ibi tenent om-
nes, & Vero. de ſeruit. vrban. prædior. de ſolo ſeu area
cap. 39. numero tertio, in fin. & poſt Bartol. Cin. Al-
ber. Bald. & alios de communi teſtatur Anton. de Pa-
dill. in dicta l. fin. in fin. Quod iure ſpeciali cantum re
21 peritur, ſicut in multis alijs caſibus † ipſo iure fauore
agriculturæ, et fructuum colligendorum ſeruitus im
poſita reperitur, vt in l. ſecunda, ff. de ſeruitut. ruſtic.
præd. in l. 1. §. de eo opere, et §. in ſumma, ff. de aqua
pluuia arcend. quoniam fauore agriculturæ multa
introducuntur contra regulas iuris. Veronenſ. in
dicto capit. num. 3. in fin. et quod iure ſpeciali ratio-
ne agriculturæ et fructuum procedat diſpoſitio di-
ctæ l. fin. tenent expreſſe poſt Hugo. ibi glo. in verb. fa-
ciat. et Bald. Proſper Paſeth. in dicto conſilio 130.
num. 13. verſicul. Ad quartum. quod eſt etiam de in-
tentione Ang in l. Imperatores, ff. de ſeruitut. vrban.
prædior. Imol. in l. ſi prius, num. 9. verſiculo ſecundo,
ff. de nou. oper. nunciat. Alexan. ibi numero 34. et ſe-
quent. Iaſ. in l. Ex hoc iute, numero 14. ff. de iuſtit. et
iur. Petr. Duen. de regul. et fallent. regul. 33. in verb.
ædificate, in ſexta fallen. Boer. deciſ. 320. numero 14.

verſ.Fallit tertio.Anchar.Regien.quæſt.famil. par. 3.
quæſt.23. num.1. dum dicunt regulariter quemlibet
poſſe ad libitum in ſuo ædificare, ſed iure ſingulari &
22 ſpeciali id locũ non habere in caſu dictæ l.fin.†quam
extendit Anchar.etiam ad ædificium, quod impedi-
ret ſolem neceſſarium pro fructibus ſpeciali eorum
fauore & agriculturæ poſt Veronenſ. dicto cap. 39.
num.4.ver.nono. Cum igitur caſus ille ſit ſpecialis &
ſingularis fauore agriculturæ & fructuum recolligen
dorum,& procedat in prædijs ruſticis,non eſt trahen
23 dus ad caſum, de quo agitur † cum ſpecialis caſus in
conſequentias trahi non debeat, l. Ius ſingulare, iun-
cta ibi glo. & l. Quod vero contra, ff. de leg. Corn. con-
24 ſil.81.num.9.lib. 2.Pariſ.conſ.77.num.44.lib. 1.†Nec
à caſu ſpeciali argui poteſt ad caſum, in quo non lo-
quitur ſpeciale.Rimin.iun.in l.Precibus,num.342.C.
de impub.& alijs ſubſtit.& in conſ.216.num.43.lib.3.
25 Maximeque quia dicta l.fin. continet priuilegium † & in
priuilegijs ceſſat extenſio etiam ex identitate ratio-
nis, vt poſt Anton. de Butr. in cap. ſane, de priuileg.
Bald. in l.1.de leg.& alios dixit Grat.conſ.130. nu.2.
lib. 1.& in ſpecie hoc ſentit Proſper Paſeth. ex aduer-
ſo allegatus in dicto conſ.130.num.13.ver. Ad quar-
tum. Et quia Imperator ex illa noua Conſtitutione,
27 ſio. 173. num. 3. Secundo reſpondetur † ea antiquitate temporis præſumi ſollemnitatem eatrinſecam formalem: nam quando de actu conſtat, præſumitur pro eius ſollemnitate & validitate: ſed nihil operatur antiqnitas temporis reſpectu ſollemnitatis eatrinſecæ ſubſtantialis: nam ſi de actu non apparet, ceſſat omnis præſumptio, quia tunc non tractatur de præſumenda ſollemnitate actus, ſed de ipſo acto præſumendo, quæ præſumptio, nullo modo admittitur, prout declarant Natt. conſil. 165. numer. 24. libr. 1. Brun. in tract. de form. & ſollemn. art. de probat. & præſump. form. & ſollemn. column. 9. verſ. Vndecimo eſt aduertendum. Senat. Pedemont. dicta deciſ. 173. numero 4. quod etiam fuit de intentione Ruin. conſil. 29. nume. 4. lib. 4. Crauet. de antiquit. temp. part. 3. in princip. num. 51. & ſeqq. Dec. conſil. 445. numer. 21. & ſeq. Anton. Gabr. in titu. de præſumpt. concluſ. 1. numero 75. limit. 17. Si igitur conſtaret fuiſſe conceſſam licentiá contra Dominum Felicem, & etiam fuiſſe deuentum ad ſecundum decretum, poſſet præſumi omnia ad validitatem requiſita interueniſſe. Sed quia hic non apparet de licentia, nec de ſecundo decreto, ſi ea antiquitate temporis prædicta præſumerentur, non ageretur de præſumenda ſollemnitate actus tantú, ſed de præſumendo ipſo actu & eius ſollemnitate: quod fieri nó poteſt ſecundum Brun. Senat. Pedemon. & alios ſupra
28 adductos. † Tertio quoniam aduerſarij es hibuerunt acta facta eo tempore contra Felicem, affirmantes eorum vigore patrem poſſeſſionem dictorum bonorum nactum fuiſſe, & es dictis actis conſtat, non fuiſſe citatos eos, qui citari debuerunt, ſed alios, nec apparet, quòd licentia contra Felicem fuerit conceſſa, neque quòd ad ſecundum decretum fuerit deuentum, ceſſat omnis difficultas: nam præſumptio, quæ ex antiquitate temporis exoritur, admittit probationem in contrarium, & ſatis contrarium probatur ad elidendum dictam præſumptionem, ſi ex ſcriptura, quæ producitur, apparet non interueniſſe ſollemnitatem requiſitam. Dec. conſ. 445. num. 68. Natt. d. conſil. 162. nu. 59. lib. 1. Senat. Pedemont. deciſ. 173. num. 7. Ant. Gabr. in d. concluſ. 1. num. 57. in 4. limit. Roland. à Vall. conſil. 2. num. 158. & ſeqq. lib. 1. Soc. iun. qui alios allegat, & de communi teſtatur conſil. 56. numero 52. lib. 5. & in ſpecie quod ea inſpectione actorum, in quibus citatio, & alia requiſita non reperiuntur deſcripta, probetur negatiua, & dicta præſumptio elidatur, poſt Paul. de Caſtr. & alios firmauit Rimin. iun. conſil. 509. nu. 86. & ſeq. lib. 2. Poſſet etiam dici, quod cum non poſſit ſuſtineri actus in fauorem dominorum de Gratianis niſi præſumantur licentia, ſubhaſtatio, æſtimatio, adiudicatio, ſecundum decretum, ac citationes legitimæ factæ, & ſic niſi plures præſumptiones ſimul
29 concurrant, ceſſet dicta præſumptio, † cum plures præſumptiones & improprietates ſimul concurrere non poſſint, iuxt. not. in l. 1. C. de dot. promiſſ. in propoſito aduertit Ruin. conſil. 29. num. 4. lib. 4. & cum licentia, ſubhaſtatio, æſtimatio, adiudicatio, & ſecundum de-
30 cretum, ſint actus ſeparati, † ceſſat quod Pute. deciſio. 136. in fin. lib. 2. Cephal. conſil. 396. nume. 31. & ſeqq. libr. 3. & Menoch. de præſumpt. libr. 1. quæſt. 43. parte. 1. poſt Purpur. Dec. & alios dixerunt, quòd quando plures præſumptiones ſunt tales, vt vna veniat in conſequentiam alterius, tamquam in neceſſarium antecedens, concurſus plurium præſumptionum admittatur. Verum quia tres præcedentes reſponſiones ſufficiunt, in hac vltima non inſiſto, ſed ex alijs prædictis concludo ex antiquitate temporis non induci præſumptionem aliquam, quæ obeſſe poſſet Felici; Et tanto magis quia agitur de magno eius præiudicio, cum reperiatur priuatos ſuis bonis occaſione prætenſi cre-
31 diti, de quo nec concludenter conſtat. † Et quando de magno præiudicio tertij tractatur, ſoli præſumptioni reſultanti ex antiquitate temporis nó eſt ſtandum, ſecundum Barbat. in ca. Cum in iure peritus, de offic. deleg. Afflict. deciſ. 345. nu. 6. Soc. iun. dicto conſ. 56. num. 23. lib. 2.

Nec in allegata præſcriptione fundamentum fieri
35 poteſt. Primo, quia † miſſus in poſſeſſionem ea primo decreto, in perſonalibus nunquam præſcribit, vt tenét Cin. Din. Iacob. de Are. Ioan. Andr. Abb. Ioan. Faber, & Henric. Boic. quos refert & ſequitur Caballin. in dicto milleloq. 181. numero 10. Anto. de Butr. in cap. quoniam frequenter, §. fin. nume. 7. vt lit. non conteſt. Bartol. Salicet. & Paul. de Caſtr. in l. In poſſeſſionem, per illum teat. C. de bon. auctor. iudic. poſſid. Bart. in Auth. Ei qui iurat. num. 3. & ibi Salicet. num. 27. C. eo. tit. Bald. in l. 2. in fin. C. vbi in rem actio. affirmans ita eſſe ea omnium opinione, & ſequuntur ibi Paul. de Caſtr. num. 14. & Salicet. nume. 15. Iaſ. in l. à diuo Pio, §. ſi ſuper rebus, numer. 15. ff. de re iudica. qui omnes concludunt præſcriptioni locum non eſſe, quando quis miſſus fuit in poſſeſſionem ea primo tantum de-
33 creto, † licet quando fuit deuentum ad ſecundum decretum, præſcriptio procedat ſecundum eos, & declarat Iaſ. in dicto §. ſi ſuper rebus, num. 15. Et hæc concluſio optima ratione fundatur: quoniam ſi, vt omnes conueniunt, miſſus in poſſeſſionem ea primo decreto non efficitur poſſeſſor, ſed ſolam detentionem & cuſtodiam habere dicitur, vt ſupra fuit oſtenſum,
34 præſcribere non poteſt, cum † præſcriptio aliqua ſine poſſeſſione non currat, cap. ſine poſſeſſione, de regul. iur. in ſexto, l. ſine poſſeſſione, ff. de vſucap. & tenent

omnes

Digitized by Google

omnes pro hac opin. allegat. Eſt igitur ſequenda hæc
opinio, quia non ſolum vera eſt, & optima ratione
fundata, ſed etiam communiter recepta, quidquid di-
xerit Caballin. in d. milleloq. 181. ſub numer. 10. dum
dixit contrariam opinionem eſſe communem, quod
verum non eſt, & pauci ex allegatis ab eo illam pro-
bant: Nam Bar. in l. Si finita, in §. Iulianus, num. 34. ff.
35 de damn. infect. ſolum dicit † communiter omnes te
nere, quòd paſſus primum decretum perpetuo audia
tur, antequam interponatur ſecundum decretum, &
quòd licet gloſ. dicat non audiri poſt annos triginta,
dicit illam procedere ſecundum opinionem eorum,
qui tenent iuri offerendi præſcribi triginta annis: ſed
ſecundum opinionem illorum, qui firmant iuri offerē
di non præſcribi, videtur quòd paſſus primum decre
tū perpetuo rem recuperare poſſit, & ſic nihil firmat,
Paul. de Caſtr. ibi num. 11. affirmat ſemper ante ſecun
dum decretum rem recuperari poſſe. Ale. num. 1. & 2.
concludit, communem opinionem eſſe, quod non præ
ſcribatur, & num 64. ſolum refert dictam diſtinctio-
nem Bartoli, & dum de communi teſtatur, id dicit tā
tum reſpectu iuris offerēdi, affirmans magis commu
niter teneri, quòd iuri offerendi præſcribatur, Innoc.
in c. quoniam frequenter, col. fin. vt lit. non conteſt. ſo
lum refert cōtrariam opinionem & nihil firmat. Bal.
in d. Auth. Ei qui iurat, num. 18. potius videtur hanc
noſtram opinionem approbare, dum ponit illam pro
vltima, prout eam clare ſequitur nume. 19. Nec Bald.
in c. Paſtoralis, aliquid concludit; Vnde ſequitur non
recte dixiſſe Caball. contrariam opinionem eſſe com
munem cum prædicti Doctores ab eo allegati illam
non probent. Præterea quia Barto. & Alex. in dicto §.
Iulianus, & nonnulli alij, qui ab hac opinione diſ-
ſentiunt, mouentur ex eo, quod iuri offerendi præſcri
bitur triginta annis, eo magis gloſ. opinio non vide-
36 tur amplectenda, † quia præterquam quod multi diſ-
ſentiunt, firmantes iuri offerendi non præſcribi, vt eli
citur ex allegatis per Anton. Gabr. in ſuis concluſ. in
tit. de præſcript. concl. 7. in princ. nihilominus etiam
retenta illa opinione, quod iuri offerendi præſcriba-
tur, illi locus eſſet, Iuris Ciuilis diſpoſitione attenta:
ſecus de Iure Canonico, in ſtatu Eccleſiaſtico obſer-
uando, ſecundum quod iuri offerendi non præſcribi-
tur ob malam fidem detinentis rem alienam, ſecun-
dum Io. Andr. Abb. & Anton. de Butr. in dicto c. quo-
niam frequenter, Fulgoſ. conſi. 153. Barbat. conſil. 22.
num. 14. in fin. cum ſeq. lib. 4. Bald. Alexan. Fel. & alij,
quos refert & ſequitur Anton. Gabr. in dicta concluſ.
7. nume. 9. in 3. limit. contrariæ opinionis. Secundo ſi
gloſ. opinio reciperetur, illi locus eſſet ob iudicis au-
ctoritatem, quando iudex rite, & iuris ordine ſerua-
to aliquem mitte. et in poſſeſſionem ex primo decre-
to, & ſic quando primum decretum eſſet de iure vali-
dum, prout loquuntur illi, qui gloſſæ opinionem ſe-
quuntur. Sed ſi nulliter & Iuris ordine non ſeruato
fuiſſet interpoſitum primum decretum, ceſſaret fun-
damentum contrariæ opinionis de auctoritate iudi-
37 cis: † quoniam iudicis auctoritas nihil operatur,
quando inordinate & nulliter proceſſit, Cephal. con-
ſil. 289. num. 14. libr. 2 Et ſupra fuit dictum. Et quod
primum decretum nulliter interpoſitum, non præſtet
cauſam præſcribendi, firmat Paul. de Caſt. conſ. 429.
num. 1. verſic. his igitur, lib. 1. Cuius opinio veriſſima
eſt: nam quando quis poſſidet rem aliquam, quam ex
titulo iniuſto ſeu nullo acquiſiuit, & hoc ipſe ſcit, tunc
38 dicitur eſſe in mala fide, quæ † ſatis ex iniuſtitia &
nullitate allegati tituli probatur, vt in terminis dixit
Paul. de Caſtr. in cit. loco, & probant Bartol. & alij in
l. Celſus, ff. de vſucap. Innoc. & Bald. in cap. per tuas,
de teſti. Fel. & alij in c. ſi diligenti, de præſcript. no. Pa
riſ. conſ. 101. num. 102. & 113. & ſeq. conſ. 114. nu. 10. &
ſeqq. lib. 1. Senat. Pedemon. deciſ. 101. nu. 31. Rolan. à
39 Vall. conſ. 6. num. 43. & ſeq. lib. 3. † & ſtante mala fide,
de Iure Canonico præſcriptio non currit, cap. fin. vbi
omnes, de præſcrip. c. poſſeſſor, de reg. iur. in ſexto, vbi
glo. & Docto. & ita communiter tenetur, vt teſtantur
Ruin. conſ. 176. nu. 32. lib. 1. Soc. iun. conſ. 69. nu. 44. &
conſ. 144. nu. 44. lib. 1. Cepha. conſ. 161. nu. 32. lib. 2. &
40 in ſpecie † quòd ſtante mala fide præſumpta ob nul-
litatem tituli allegati, non habet locum præſcriptio;
probant Pariſ. Senat. Pedemon. Rolan. & ceteri ſupra
proxime allegati. Quæ concluſio, quòd ſtante mala
41 fide, nō procedat præſcriptio † locum habet in actio
nibus non ſolum realibus, ſed etiam in perſonalibus,
vt tenent communiter Doct. in d. c. fin. & de commu-
ni teſtantur poſt multos, quos allegant, Rolan. à Val.
conſ. 21. nu. 19. lib. 2. Rui. conſil. 150. num. 13. lib. 4. Ce
phal. d. conſ. 161. nu. 32. Fran. Bec. conſ. 48. nu. 3. Anto.
42 Gabr. in tit. de præſcrip. concl. 3. in princ. † locumque
obtinet etiam in præſcriptione temporis immemora
bilis centum annorum & vltra. Philipp. Franc. in c. 1.
in fin. de præſcript. in ſexto. Abb. in c. fin. in fin. de con
ſtit. Petr. de Anchar. conſil. 82. incip. Dicta facti narra
tio. col. 3. ver. non obſtat, Crau. conſil. 146. num. 2. libr.
1. Pariſ. conſil. 101. num. 111. lib. 1. & poſt alios multos
Rolan. à Vall. conſil. 6. nu. 43. lib. 3. Cepha. conſil. 455.
nu. 86. lib. 4. Hieron. Gabr. conſ. 163. nu. 17. libr. 1. Rim.
iun. conſ. 214. num. 66. lib. 2. Anto. Gabr. in dicto titul.
43 de præſcript. concl. 1. num. 55. verſi. Contrarium. † Et
quòd quando conſtat titulū, ex quo quis ſe poſſediſſe
aſſerit, eſſe iniuſtum ſeu nullum, non poſſit aliqua præ
ſcriptione defendi, ét ſi allegetur curſus temporis im
memorabilis, firmat Anton. de Butr. in c. peruenit, de
cenſi. vbi dicit cauendum eſſe in practica, ne allegans
præſcriptionem ex poſſeſſione t̄pis immemorabilis,
alleget aliquem titulum, ſed ſimpliciter dicat poſſe-
diſſe ex iuſta cā, nā ſi titulum allegaret, qui detegere
tur iniuſtus ſeu inualidus, conſtaret de mala fide, &
præſcriptio nec per tempus immemorabile cucurriſ-
ſet. Quam opinionem ſequūtur etiam Pariſ. conſ. 27.
nu. 119. & conſ. 114. num. 9. & ſeqq. lib. 1. Pau. de Caſtr.
conſ. 423. nu. 2. ver. nec obſtat, lib. 2. Crau. conſil. 290.
nu. 6. verſi. ſecundo reſpondeo, lib. 5. Menoch. de reti-
nen. poſſeſſ. remed. 3. num. 638. & ſeq. vbi Ale. Plor. &
alios allegat. Alciat. conſ. 164. num. 4. ver. ſed his non
obſtantibus. Sed in caſu noſtro egit pater dominorū
de Gratianis ſcienter contra pupillum indefenſum,
ex forma ſtatuti propoſita, bonorumq; poſſeſſionem
accepit, non præcedente aliqua licentia, & bona reti-
nuit nulla facta ſubhaſtatione, nec eorum æſtimatio-
ne ac adiudicatione pro menſura debiti: quæ omnia
nulla erant non ſolum iure ſtatutario, ſed etiam com
muni: & modo aduerſarij ad iuſtificandum poſſeſſio-
nem, allegant, bona pro credito patris illi fuiſse con
ceſsa, & ad id probandum, exhibuerunt acta, de qui-
bus ſupra fuit facta mentio, quæ manifeſte nullitatē
allegati tituli oſtendunt; Ideo ad fauorem patris ſeu
ipſorum non potuit currere præſcriptio. Nec obſtat
quod per Reos allegatur ipſos non habuiſse ſcien-
tiam de prædictis, prout præſumitur, cum in locum
patris ſucceſserint, iuxt. reg. l. Qui in alterius, ff. de re
44 gul. iur. & propterea præſcribere potuiſse, † quoniā ſi
volunt vti acceſsione temporis, pro quo pater poſ-
ſedit, ſtante patris mala fide id facere non poſsunt, l.
Cum hęres, l. an vitium, ff. de diuerſ. & tempor. præ-
ſcript. Soc. iun. conſ. 144. num. 52. & ſeq. lib. 1. ſubdens
quod de hoc nemo dubitat. Fran. Balb. de præſcript.
in 2. par. 3. par. princ. q. 12. numero 1. Si vero nolunt

hac

hac temporis acceſſione, vti, minus obtinere valent, ea quo non conſtat poſt mortem patris, & ante mo-
45 tum iudicium per legitimũ tempus poſſediſſe,† quod ab eis, qui ſe fundant in præſcriptione, probandum erat, iuata reg. l. ei incumbit, & l. In exceptionibus, ff. de probat. Allegans enim præſcriptionem concludenter probare debet eam completam fuiſſe ante motã litem. Bartol. & ceteri in l. ſi poſt acceptum, per illum tex. ff. de rei vendic. Bal. & Ang. in l. ſuper longi, in fin. C. de præſcript. long. temp. & alij plures, quos refert & ſequitur Frane Balb. in repetit. l. Celſus, prope fin. nu. 12. ff. de vſucap. Præterea, ſi per legitimum tempus poſt patris mortem poſſediſſent, nec ex propria perſo-
46 na præſcribere potuerunt,† cum enim conſtet eorum patrem fuiſſe in vera mala fide, illa nocet etiam eiuſdem hæredibus vniuerſalibus, qui cum conſcientiam defuncti exonerare teneantur, cap. fin. de ſepult. ca. ſuper eo. de rapt. vera mala fides defuncti impedit, qđ hæredes vniuerſales ex propria perſona etiam ſine acceſſione temporis auctoris præſcriptionem inchoare, & perficere non poſſint, ęquitate canonica attenta, vt reprobata opinione Dini in Regul. poſſeſſor malæ fidei, de reg. iur. in ſexto, firmant Ant. de Butr. Abb. & Imol. in cap. ſi diligenti, de præſcript. Roman. conſilio 201. verſicul. Tertio principaliter. Abb. conſil. 3. in 14. quæſt. lib. 2. Cranet. conſi. 146. num. 7. Rota Genue. deciſ. 203. num. 5. Nat. conſ. 162. num. 35. libr. 1. Gozad. conſi. 56. nu. 15. Corn. conſi. 56. num. 2. lib. 4. Pariſ. conſil. 26. num. 26. lib. 1. & conſil. 66. num. 107. & ſeqq. lib. 3. Aleaand. conſil. 63. numer. 11. & 12. lib. 4. conſil. 78. nume. 3. & ſeq. lib. 6. Ferre. conſil. 179. numer. 12. lib. 2. Curt. iun. conſi. 311. num. 36. lib. 3. Purpur. conſil. 522. num. 45. lib. 2. Quam opinionem magis communiter à Doctoribus approbari teſtantur infraſcripti, Alc. conſil. 4. colum. penult. verſic. & dato, nume. 21. lib. 2. Dec. conſil. 272. num. 5. & 6. latè Balb. in dicta 2. part. 3. par. princ. q. 12. nu. 12. Pariſ. conſi. 27. nu. 139. & ſeq. lib. 1. Socin. iun. conſil. 144. numer. 52. lib. 1. Curt. iun. conſil. 167. num. 14. ver. Poſtremo, lib. 2. Crauet. conſi. 431. lib. 3. late Tiber. Decian. conſil. 2. nu. 197. & ſeqq. lib. 1. vbi alios communem eſſe firmantes allegat. Menoch. conſil. 231. num. 41. & ſeqq. lib. 3. Hieron. Gabr. conſil. 163. num. 14. & conſil. 4. num. 3. libr. 1. Roland. à Vall. conſil. 6. num. 47. libr. 3. Rimin. iun. conſilio 107. num. 28. lib. 1. conſil. 214. num. 67. lib. 2. Cephal. conſi. 102. nu. 21. & ſeqq. lib. 1. conſil. 215. num. 52. lib. 2. conſil. 455. num. 87. & ſeq. lib. 4. Pancirol. conſil. 20. nume. 39. Anto. Gabr. in titu. de præſcript. concluſ. 5. num. 1. verſicu. Contrariam, & num. 2. qui omnes prætequã quod de magis communi teſtãtur, alias etiam auctoritates adducunt, & loquuntur in qualibet præſcri-
47 ptione longiſſimi temporis, & Gabriel. in dicta concluſ. 5. no. 4. verſic. Primo amplia, poſt Socin. iun. conſil. 76. nume. 23. & ſeqq. lib. 1. Ruin. Bertrand. Grat & alios, id procedere dicit in quocũque hærede vniuerſali, & non ſolum primo & immediato ſed etiam in hærede hæredis, & ſic mediato. quod etiam tenet Crauet. in dicto conſilio 431. nume. 2. lib. 3. Tertio poſſet dici nõ obſtare præſcriptionem, quoniam actum fuit
48 remedio can. redintegranda, † quod remedium perpetuo & ſine temporis præfixione competit, vt videtur ſentire textu, in dicto can. redintegranda. ibi, quacumque conditione temporis nõ obſtante, quod etiã ſentit glo. fin. in cap. ſollicite, de reſtit. ſpoliat. dum dicit, quod dictum remediũ perpetuo competit: quod verbum, perpetuo, in infinitum intelligere videntur ibi Imo. & alij, & ita quod remedium Canon. redintegranda, non præſcribatur ſpacio longiſſimi temporis, ſed ſit perpetuum, & ſine temporis præfixione competat, tenuerunt quinque Auditores Rotæ Curiæ Romanæ, aſſerentes hanc eſſe communem opinionẽ, vt teſtatur Caſſador. deciſ. 6. in princ. de reſtit. ſpolia. & alij plures allegati per M. Antonium Eugenium conſ. 58. num. 6. lib. 1. qui dicit eſſe magis communem: quam etiam vti communem & veriorem pluries firmauit Rot. Rom. prout teſtatur Simonet. dec. 40. quæ eſt prima in titu. de reſtit. ſpolia. inter manuſcriptas, & Pute. deciſ. 115. lib. 1. in impreſſis, qui pro ea rationes & auctoritates adducit, & ita pluribus alijs vicibus Rotam tenuiſſe coram Iacobat. Arrag. & alijs teſtatur Contard. de moment. poſſeſſ. limitat. 2. ratione mixturæ, §. 4. num. 23. & ſeqq. vbi num. 25. dicit in Curia Romana dictam opinionẽ te ſequi velis, nolis neceſſe eſt, & quòd facilius eſſet clauam de manu Herculis extorquere, quàm hanc tam perſuaſam & receptã opinionem deijcere in dicta Curia poſſit, & quòd fruſtra tentauerunt nonnulli magni nominis Aduocati
49 dictas deciſiones reuangare.† Et licet contraria opinio, quòd remedium dicti can. præſcribatur triginta annis, verè ſit magis communis: quam tenuerunt Anton. de Butr. Card. & Pet. de Anchar. in dicto cap. ſollicite, & ibi Abb. nu. 4. & Bero. nu. 39. Socin. in l. Rem quæ nobis, num. 14. in 8. q. ff. de acquir. poſſeſ. Angel. Aret. in §. quadrupli, nume. 32. Inſt. de actio. Ang in l. ſiue autem, §. ſi duobus, in fin ff. de publi. eamque late defendit & communem dicit Balb. de pręſcrip. 4. par. 4. par. princ. q. 24. Paul. de Caſtr. conſ. 105. nu. 3. lib. 1. aſſerens, quod qui contrarium dicunt, non intelligũt textum in dicto can. redintegranda. & propterea hãc opinionem eſſe indubitate tenenda. idem ſentire videtur Rot. deciſ. 11. de reſtit. ſpolia. in nou. aliàs dec. 259. Dec. conſ. 302. nu. 22. ver. & vlterius videtur acto ri. Pariſ. conſil. 1. nu. 154. & ſeq. lib. 1. late Anto. Maſſ. de exercit. iuris perit. lib. 3. nume. 56. vbi ſtultos & fatuos appellat illos quinque Auditores relatos per Caſſad. qui contrariam opin. fuerunt ſequuti, Ruin. conſil. 69. num. 14. lib. 1. & conſil. 44. numer. 16. & ſeq. lib. 4. Marant. in ſuo Specul. par. 4. diſtinct. 7. princip. numero 58. in fin. Grat. conſil. 70. numero 18. libro 2. Purpurat. conſil. 374. nume. 13. lib. 1. Crauet. conſilio 124. num. 14. libr. 1. Rolan. à Vall. qui de communi teſtatur conſil. 72. num. 19. & ſequen. lib. 2. Menoch. qui late eam defendit, & concordantes allegat de recuperan. poſſeſſ. remed. 15. nu. 418. & ſeqq. quam etiam communem dicit Bero. conſil. 56. num. 40. lib. 3. Contard. in d. limit. 2. §. 4. num. 22. & 26. & ſeqq. affirmans hanc opinionem eſſe magis communem, & in iudicãdo ſequendam à Iudicibus, qui extra Curiam Romanam in partibus iudicare debent, eum verum non ſit communem eſſe in contrarium, prout dicitur in dicta deciſ. Caſſad. ſed quòd ante tempus illius deciſionis excepto Imol. omnes alij oppoſitum aut expreſſe ſcriptum reliquerunt, aut tacite ſenſerunt: oſtenduntque allegati Doctores non obſtare verba textus can. redintegranda. ibi, quacũque cõditione temporis, quia illa non determinant verba præcedentia, reſtituendi ſunt: ſed ſequentia, perdidiſſe noſcuntur, & ſenſum eſſe quod ſpoliatus reſtituendus ſit, nulla conſtituta differentia inter vnius vel alterius temporis ſpoliationem prout declarant Paulus de Caſt. in dicto conſilio 105. numero tertio, late Anton. Maſſ. in dicto loco numero 56. & Menoch. dicto remed. 15. numero 422. cui etiam aliter reſpondet Contard. in dicto §. 4. numero 28. aſſerens in canon. redintegranda, nullam de præſcriptione fieri mentionem, & verba illa, conditione temporis, nõ importare præſcriptionem, ſed temporis qualitatem, & ad gloſ. in dicto capit. ſollicite, dicentem dictum remedium durare perpetuo

reſpon-

50 reſpondent intelligi † perpetuo, id eſt vſque ad tri-
ginta annos, vt probatur Inſt. de perpet. & tempo. præ
ſcript. l. Sicut, & l. omnes, cum ibi not. C. præſcript. 30.
vel 40. annor. & ita reſpondent Anton. de Butr. & alij
in d. c. ſolicite. Rolan. a Vall. conſ. 72. in fin. lib. 2. Me-
noch. dicto remed. 15. num. 422. Nihilominus opinio
illa, quod dictum remedium non præſcribatur, vide-
tur ſequenda in caſu, de quo agitur, non ſolum quia
51 illam pluries firmauit Rot. Romana † cuius magna
eſt auctoritas, Caſtel. conſi. 7. colum. fin. & ob motum
grauitatem, & præcellētem doctrinam tot illuſtrium
Doctorum ac præeminentem illorum dignitatem de
ciſiones Auditorum dictæ Rotæ quaſi magiſtrales &
communem opinionem conſtituentes ab alijs Iudici
bus ſequendæ ſunt, ſecundum Io. de Imol. & Barbat.
in ca. ſi olim, el 1. de lit. non conteſt. Grauat. ad pract.
Veſtr. lib. 6. c. 1. nu. 18. Caſſad. deci. fin. nu. 12. de conſtit.
& not. Sebaſtia. Vant. in tracta. nullit. in tit. de nullit.
defect. iuriſd. deleg. nu. 19. & 20. licet ius non faciant,
& tāquam leges cauſas non decidant, ſed tamquam
magiſtrales doctrinæ aliorum Doctorum, Cardina.
& alij communiter in c. paſtoralis, de fid. inſtrum. vbi
Fel. col. pen. Ferr. conſ. 52. nume. 5. lib. 1. Lancillot. de
atten. par. 2. c. 20. limit. 1. num. 2. & multa de autori
tate Rotæ dixit Doctor, Marta, in tract. de tribunali-
bus vrbis, cap. 5. & hodie opinio illa in Vrbe habetur
pro canonizata, nec amplius reuocatur in dubium.
52 † Sed etiam quia conſtat de mala fide patris domino
rum de Gratianis, & ſtante mala fide, præſcriptio nō
procedit, vt dixi, & in iſtis terminis opinionem Rotæ
ſequendam, & aliam contrariam reſpuendam, poſt
Soc. Arer. Balb. & Bero. ſupra pro affirmatiua allega-
tos, teſtatur Contard. in dict. limit. 2. §. 4. nu. 35. quod
etiam dixit Nat. conſ. 162. nu. 35. lib. 1. & Eugenius, d.
conſ. 58. nu. 61. & 62.

Aliud obiectum de tranſactione parum reſiſtit;
quoniam pater dominorum de Gratianis bona pro-
pria Domini Felicis detinebat, pro quorum recupe-
53 ratione actio realis Felici competebat, † & generalis
liberatio ad inuicem facta de omni eo, quod vnus ab
altero petere, exigere & conſequi poterat, de qua in
tranſactione, non includit actiones reales competen
tes occaſione bonorum vnius, quæ ab alio poſſideban
tur. l. Aurelius, §. Mæuia, & ibi Bart. ff. de lib legat. l. nō
ſolum, §. fin. in fi. ff. eo. tit. Bal. in l. cum neceſſitate, nu. 1.
& ſeq. C. de fideicom. Solum quidem generalis libera
tio facta in tranſactione includit liberationem ab ob
ligationibus perſonalibus, non ab obligationibus re
ſtituendi rem propriam vnius, quæ per alium detine-
tur, vt not. in l. ſub prætextu, la 2. C. de tranſact. Alex.
num. 4. Iaſ. num. 2. Cur. ſen. in repet. nu. 6. Alcia. in re-
pet. nu. 8. & ſeq. Bolognet. in repet. l. ſi de certa, nu. 15.
C. eo. tit. Bal in l. pactū, q. 12. nu. 15. C. de collat. Hier.
Gabr. conſ. 146. nu. 19. & 20. li. 1. poſt alios multos Ce
phal. conſ. 575. nu. 1. & ſeq. lib. 4. Et quia verba libera
tionis factæ ad inuicem in dicta tranſactione nō ſunt
multum ampla; fortius hæc concluſio eſt recipienda.
Cui etiam locus eſſet, etiam ſi verba liberationis eſ-
54 ſent magis † generalia cum abſolutio quantumcum
que generalis non ſe extendat ad bona, quæ apud ab-
ſolutum eſſent de bonis abſoluentis, niſi expreſſe de
illis ſit facta mentio, vt dicit Frāc. March. deciſ. 146.
par. 1. quod ſatis probat text. in l. Et vno, §. 1. ff. de acce
ptil. vbi datur forma generalis liberationis, & verba
multum vniuerſalia apponuntur, & nihilominus ex-
preſſa fit mentio de actione in rem, quæ fieri non de-
buiſſet, ſi actio realis in liberatione generali include
retur; Vnde cum ſpecialis mentio de actione reali ibi
reperiatur facta, dicendum eſt huiuſmodi actionem
in generali quietatione non includi, ſed de ea ſpecia
lem mentionem fieri debere, prout in propoſito tex-
tum illum pōderat Bar. in d. §. Meuia, Ang. conſ. 185.
incip. Brunellus, in princ. Ale. conſ. 46. col. 2. verſi. ſed
præmiſſis, lib. 1. & conſ. 170. nu. 7. ver. Iſtud idem, lib. 2.
& in fortioribus terminis etiā quando liberatio fuit
facta per verba magis vniuerſalia quam ſint verba di
ctæ tranſactionis idem firmat Rui. conſ. 25. per totum
maxime nu. 4. ver. quarto ceſſantibus, & nu. 8. 17. 19.
& ſeq. lib. 1. Præterea quia tranſactio ſuit facta in fa-
uorem Domini Felicis, vt ex ea manifeſte colligitur,
& ſuit eidem reſeruata facultas petendi, quæ ſibi de-
beri prætendebat, cum conditione tamen quod ſi ali-
quid peteret, tranſactio haberetur pro non facta, &
eſſet ipſo iure nulla, non poteſt in ea fieri aliquod fun
damentum cōtra Felicem, nam eo ipſo quod egit pro
recuperanda poſſeſſione dictorum bonorum, tranſa-
ctio fuit reddita nulla abſque aliqua iudicis declara-
55 tione, cū verba illa irritatiua, † ſit ipſo iure nulla, ope
rentur illius reſciſſionem, & annullationem abſque
miniſterio iudicis, c. 1. §. ſacri. vbi Domi. de S. Gemin.
de homic. in ſexto. Dec. conſ. 138. nu. 1. Rui. conſ. 117.
nu. 9. li. 5. cum alijs allegatis per Rim. iun. conſi. 234.
nu. 137. & ſeqq. lib. 3. & habetur ac ſi numquam facta
fuiſſet non ſolum in fauorem Dominorum de Gratia
nis, ſed etiam ipſius Felicis, cum liberatio, de qua in
tranſactione ſit correſpectiua, & ab vno ex contrahē-
tibus facta contemplatione alterius liberationis fa-
ctæ ab alio, & propterea in totum contractus reddi-
56 tur nullus, † quoniam annullato ſeu reſciſſo cōtractu
ex vna parte, in totum annullatur, & reſcinditur, ma-
xime in correſpectiuis, l. fi. & ibi Imol. ff. de acceptil. l.
Cum emptor, ff. de reſcind. vendit. l. Bona fides, & ibi
Sal. & Caſtr. ff. de actio. empt. Bart. Bal. Paul. de Caſtr.
& alij in l. Si conuenerit, ff. de pact. Et eo magis dicen-
dum eſt in totum, & pro vtraque parte trāſactionem
annullari, ſtante clauſula illa, quod ſit pro ipſo iure
nulla, vt aduertit Iaſ. in d. l. ſi conuenerit, numer. 2. Et
quia vt dixi ex facie inſtrumenti colligitur conditio-
nem illam fuiſſe appoſitam, etiam fauore Domini Fe
licis, cuius ex tranſactione noluerunt partes præiudi-
cari, quatenus aliquid ſibi deberi prætendere poſſet,
ſine difficultate Felici tranſactio in aliquo nocere nō
poteſt, nec impedimentum præſtat, quin pro recupe
ratione dictorum bonorum experiri poſſit.

Quod vero dicitur facultatem conceſſam Felici in
dicto inſtrumento tranſactionis fuiſſe ſublatam per
57 curſum annorum triginta, remouetur † conſideran-
do, ꝙ dicta facultas conceſſa fuit per modum condi-
tionis, & in effectu fuit facta quietatio per dictum Fe-
licem obſeruanda, ſi ipſi Felici videbitur, & aliud non
peteret, etſi peteret, voluerunt partes tranſactionem
eſſe ipſo iure nullam: Cum igitur per modum condi-
tionis facultas illa fuerit reſeruata Felici, & quieta-
tio facta fuerit ſub cōditione, ſi Felix aliud petere nol
let non pōt habere locum præſcriptio, vt probat text.
in l. Vbi autem, ff. de in diem adiect. & in ſimilibus ter
minis firmat Pariſ. conſ. 92. per tot. maxime no. 11. ver.
ex oppoſito, & num. 24. & ſeqq. lib. 3. Præterea dicitur
per reſeruationem, & conditionem appoſitam in di-
cta tranſactione fauore Felicis, illi nullam acquiri a-
ctionem, ſed prius competentem reſeruari: quoniam
partes liberauerunt ſe ad inuicem cum conditione ni
ſi Felix aliquid peteret, & ſi aliquid peteret, liberatio
haberetur pro non facta, & conſequenter Felix pote-
rat agere actionibus prius ſibi competentibus tran-
ſactione, & liberatione in ea appoſita, non obſtante.
Et ſi opponeretur de tranſactione vigore dictæ reſer
uationis, & conditionis, habet ius replicandi, quod
tran-

tranſactio ſibi non nocet,quia in facultate ſua eſt pe-
tere,& petendo tranſactionem ipſo iure nullam red-
58 dere.† Vnde quia, vt dixi,ius, quod ante tranſactio-
nem Felici competebat, non fuit præſcriptum, nec ẽt
fuit præſcriptione ſublatum ius replicandi , qnod ex
dicta reſeruatione reſultat,cum replicatio cum actio
ne commenſuretur,& eodem tempore duret, l.quæſi-
tum,§.in dolo,& ibi Bart.Sal. Paul.de Caſtr.& ceteri
not.ff.de pecul.& late probat Fel. in c.ſi autem, nu.6.
59 in verb.temporalia,verſi.declara.de reſcr.† Vlterius
quia pater Dominorum de Gratianis ſciebat Felicẽ
poſſe recuperare dicta bona,cui ea tranſactione in ef
fectu ius petendi reſeruatum fuit , & ſic erat in mala
fide,ob malam fidem non poterat præſcribere , vt ſu-
pra fuit dictum,& in ſimilibus terminis probat Pari.
d.conſi.92.nu.15.& ſeqq.multis Fulg.conſil.123.in t.
dubio.Barbat.conſi.51.col.10.ver.& ſi quiſpiam,li.1.
& comprobatur,ea eo, quòd iuri offerendi de æquita
te canonica non præſcribitur ob ſcientiam,& malam
fidem,vt diait Ant.de Butr.in c.quoniam frequenter,
§.ſi.in fin.vt lit.non conteſt.quem ſequitur Ant.Gabr.
in tit.de præſcrip.concl.7.nu.9 Poſtremo quia inſtru
mentum tranſactionis ab vtraque parte fuit iuramẽ
60 to roboratum,† & iuramentum habet vim litis con-
teſtationis,l.monet poſtea , §.ſi is qui temporali , vbi
Bart.& Docto.ff.de iureiur. Iaſ.in §.item ſi quis poſtu
lante,num.5.Inſtit.de action. Afflict. deciſ.174.nu.5.
in fin.Gozad.conſ.57.nu.13.Aretin.Corn. & alij plu-
res,quos refert & ſequitur Seraph.de Seraph. de pri-
61 uileg.iuram.priuil.50. & perpetuat actionem † ſaltẽ
vſque ad 40.annos.Bar.Ang.Roman.Alex.& alij,in l.
Nam & poſtea,§.ſi is qui temporali,ff.de iureiur.Fel.
in c.ſi.in 4 declarat.ver.limita ſecundo, de præſcript.
Bauer.in tract.de virtu.iurament.nu.39. Marſil.ſing.
141.vbi alios multos allegat. Rol.à Vall.conſ.25.nu.
19.lib 2.Crau.conſ.71.nu.2.lib.1.& latius Seraph. de
Seraphin.in d.tract.priuil.51.per totum.Quæ conclu
62 ſio procedit † etiam in iuramento, extraiudicialiter
præſtito in inſtrumento, prout Doctores allegati lo-
quũtur,& communem eſſe teſtatur Iaſ. in d.§.ſi is qui
temporali,nu 4.& licet ſecundum Roder.Soarez in l.
poſt rem,col.7.in 2.not.ver.conſidera vltimo, ff.de re
iud.quem ſequitur Didac.Couar.var.reſolut.li.2.c.9.
63 nume.7. in fin. † relata opinio locum habeat in iura-
mento,quod etiam extra iudicium vel in ipſo contra
ctu deferrur contrahentibus,iurantibus vera eſſe ea,
quæ in contractu aſſeruerunt ad exemplum iuramen
ti,quod in iudicio ad litis dubiæ deciſionem litigan-
ti defertur,non autem in iuramento promiſſorio tan
tum,quo quis iurat ſe contractum ſeruaturum , nihi-
lominus etiam retenta eorum declaratione, de qua
dubitat Seraphin.in dicto priuileg.50.num.3. & ſeq.
non nocer in caſu,de quo agitur,quoniam non ſolum
partes iurauerunt omnia in dicto inſtrumento con-
tenta perpetuo attendere & obſeruare , ſed etiam ea
vera fuiſſe & eſſe dixerunt & falſi fuerunt , quo caſu
omnes conueniunt per iuramẽtum actionem eſſe per
petuatam,nec præſcriptionem minoris ſpacij 40.an-
norum allegari poſſe,prout firmat Couar.in d.cap.9.
num.7.& Bero.quæſt.fam.q.5.nu.3.ver.Præterea,qui
alios allegant.

Vltimum parum reſiſtit , tum quia de credito reo-
64 rum non conſtat , tum etiam,quia † tunc debet offer-
ri creditum, & expenſæ reficiuntur , quando ſeruaris
ſeruandis ac iuris ordine ſeruato,creditor fuit immiſ
ſus in poſſeſſionem,& in illis terminis Doctor. in con
trarium allegati loquuntur. Sed quando nulliter (vt
in caſu noſtro) quis in poſſeſſionem fuit miſſus,poſſeſ
ſio reſtitui debet , etiam nulla facta reſtitutione ſeu
oblatione expenſarum,vt in terminis dixit Io.Andr.
in addit.ad Specul.in titu.de primo decreto,§.reſtat,
in addit.magna in lit.S.circa med verſ. Quarta fuit.
Non tenetur igitur Felia reſtituere expenſas, nec cre
ditum offerre,ſed poſſeſſio dictorum bonorum etiam
vna cum fructibus ei reſtitui debet, ſtante nullitate
tenuræ,vt in ſimili caſu dixerunt Roman.in dicto con
ſilio 454. columη. fina. & Abb. conſilio 43. in tertio
dub. lib.2.

Cum in cauſa prædicta Locumtenens Illuſtriſſimi Legati Umbriæ anno 1582. & die 28. Aprilis declarauerit dictum Felicem redintegrandum eſſe ad poſſeſſionem dictorum bonorum , & Reuerendiſſimus Vice Legatus eiuſdem Illuſtriſſimi Legati eodem anno , & die ſexta Nouembris abſoluerit reos ab obſeruatione iudicij,reſeruato iure Felici melius agendi, tandem cauſa introducta in Rota Peruſina , Rota ipſo anno 1585.25. Aprilis cauſam prædictam per compoſitionem, & cõcordiam de partium conſenſu terminauit,rogato Domino Rainaldo de Rubeis Notario Peruſino.

ARGVMENTVM.

Quanto tempore filius per præſcriptionem excludatur à iure petendi legitimam,ſeu ſupplementum , legatum ſeu portionem hæreditatis, & quæ requirantur,vt ſit præſcriptioni locus.

Numquid præſcriptio contra ignorantem currat, & ob ignorantiam concedatur reſtitutio.

Aditio hæreditatis ex quibus actis probetur.

Appellatio quomodo ſit interponenda , vt ſit legitima.

Res emptæ de pecunia aliena,quibus caſibus efficiãtur eius,cuius erãt pecuniæ.

Priuilegium militibus conceſſum an ad milites noſtri temporis extendatur.

SVMMARIVM.

1 *Hæreditas adita præſumitur per habitationem domus,ſeu poſſeſſionem alterius reis hereditatis, & nu.99.*
2 *Hereditas per filiam adita probatur,ſi frater contraxit nomine ſororis ſuper re hereditaria.Sed contra nu.30.*
Et quando aliqnid conſequuta fuit pro dote.nu.3.
4 *Aditio hereditatis probatur ex comminatione facta coheredi de petendo partem herediεatis.*
Sed contra nu.39.cum ſeq.
Etſi heres alienauit bona hereditatis.nu.5.
6 *Heres in actu dubio declarare poteſt numquid actus geſſeris animo adeundi hereditatem,& num.99.*
Intellige quando declarat infra tempus competens ad adeundum.nu.43.
7 *Frater ſciens ſe teneri ad dotandum ſororem eſt in mala fide.*
8 *Preſcriptio tum mala fide non procedit.*
9 *Coniunctus preſumitur ſcire facta coniuncti.*
Fallit in coniuncto abſente.num.10.
Declaratur.num.49.
11 *Preſcriptio contra filium,ignorantem mortem patris, non currit.*
Sed contra.num.50.cum ſeqq.

Igno-

Digitized by Google

22 Ignorantia teſtamenti paterni præſumitur in filio.

23 Filia ignorans patrem ſibi reliquiſſe dotem in teſtamento non excluditur per præſcriptionem.

24 Bannitus de iure amittit tantum iura ſuæ Ciuitatis, non cõmunia. Sed vigore conſtitutionum Pontificum amittit omnia.

25 Præſcriptio non currit ſtante banno, ſed per bannum iam cępta interrumpitur.

Declaratur num. 61.

Amplia quod etiam bannito reſtituto tempus defluxum ante bannum non continuatur cum ſequenti. nu. 16.

17 Præſcriptio non currit durante bello.

Declaratur, nu. 62.

18 Reſtitutio in integrum ex capite ignorantiæ conceditur contra præſcriptionem triginta annorum.

Amplia etiam in præſcriptione quadraginta annorum. nu. 19. Sed contrarium tenent aliqui. num. 66.

20 Reſtitutio in integrum non cenſetur ſublata per verba generalia, niſi de ea fuerit facta ſpecialis mentio.

21 Filius excluſus præſcriptione triginta annorum ex capite Vnde liberi, admittitur per ſucceſſorium edictum infra alios triginta annos ex capite, Vnde legitimi.

Declaratur num. 83.

Et excluſus à iure petendi aliquid ab inteſtato poteſt agere ex teſtamento infra alios triginta annos, numero 22.

Declaratur num. 84.

23 Legitimæ petendæ tempus currit à die aditæ hæreditatis paternæ per hæredem.

24 Ius immiſcendi in hæreditate patris competens filio, triginta annis præſcribitur.

25 Legitima debita filio vel eius ſupplementum præſcribitur triginta annis, & nu. 35.

26 Dos debita filiæ excluſæ à ſtatuto propter maſculos, non debetur iure hæreditario, ſed vt extraneæ.

27 Soror, cui debetur tantum dos in bonis patris habitans cum fratre non cenſetur adire hæreditatem, & numero 29.

28 Inſtitutus in re particulari dato cohærede vniuerſali legati loco habetur.

29 Soror excluſa, quæ habitauit cum fratre hærede patris, iure tantum familiaritatis poſſediſſe præſumitur.

30 Aditio hæreditatis, vt inducatur neceſſarius eſt actus explicitus, geſtus ab eo cui hæreditas fuit delata.

31 Fundare ſe quis non poteſt in eo quod negauit.

32 Argumentum à communiter accidentibus eſt probabile, frequens, & vtiliſſimum.

33 Factum præſumitur quod communiter fit.

34 Dotata præſumitur mulier nupta, quæ diu tacuit, & dotẽ non petijt, maxime concurrentibus coniecturis.

36 Teſtes deponere poſſunt de eo, quod viderunt vel audiuerunt dum erant in pupillari ætate.

Limita ſi erant proximi pubertati: ſecus ſi infantes ſeu infantiæ proximi, nu. 37.

38 Infantiæ proximi qui dicantur.

40 Aditio hæreditatis non reſultat ex verbis prolatis per hęredem, volo adire, niſi fuerint prolata ad interrogationem, vel termino aſſignato ad deliberandum.

Nec ex animo adeundi, niſi factis vel verbis fuerit declaratus. nu. 41.

42 Præſcriptio iuris petendi legitimam ſeu ſupplementum, non interrumpitur per petitionem inualidam.

44 Bona fides præſumitur ex curſu longiſſimi temporis, nec mala fides præſumpta allegari poteſt.

45 Frater præſumitur in bona fide, ſi non ſoluit aliquid ſorori nuptæ à patre, ex quo credere potuit fuiſſe ab eo dotatam.

46 Error etiam iniuſtus cauſat bonam fidem ſufficientem ad præſcribendum.

47 Præſcriptio iuris petendi legitimam ſeu ſupplementum, procedit etiam in fauorem eius, qui ſcit legitimam deberi, ſi petatur, cum ante petitionem agatur de iure quærendo.

Amplia etiam in iure adeundi, immiſcendi, petendi legatum, & ſimile, num. 48.

50 Præſcriptio longiſſimi temporis currit etiam contra ignorantes.

Amplia ſiue ignorent contra ſe pręſcribi, ſiue habere ius agendi. num. 52.

Item contra legatarium, qui ignorat legatum ſibi relictum. nu. 53.

Et contra filium ignorantem hæreditatem patris ſibi delatam, nu. 53. cum ſeqq.

54 Bald. conſil. 12. & 13. lib. 1. reprobatur cum ſeqq.

55 Hęres ignorans hęreditatem eſſe delatam, illam adire non poteſt.

56 Impedimentum iuris impedit curſum præſcriptionis, non impedimentum facti.

57 Legitima debetur inteſtati ſucceſſione attenta.

58 Agens ex cauſa inteſtati, ex qua nihil ſibi debetur, non poteſt obtinere ex cauſa teſtati.

Amplia etiam ſi in libello fuiſſet appoſita clauſula, Petẽs ius & iuſtitiam ſibi adminiſtrari, nu. 59.

60 Clauſula, Petens ius, & iuſtitiam ſibi adminiſtrari, non operatur quoad remedia contraria.

61 Præſcriptio longiſſimi temporis procedit non aliter conſiderata perſona præſcribentis, ſeu poſſeſſione, ſed ſola negligentia non petentis attenditur.

62 Impedimentum non retardat præſcriptionem, niſi clare conſtet illud fuiſſe cauſam immediatam non agendi.

Nec quando eo remoto, creditor non egit, ſed tacuit per longum tempus, num. 63.

64 Debitor non interpellatus extraiudicialiter abſoluitur ab expenſis primæ citationis, ſi conuentus faſſus fuit debitum: aliàs ſecus.

65 Reus abſoluitur ab expenſis, quando actor diu diſtulit exhibere inſtrumentum, ſi eo producto ceſſit liti: aliàs in omnibus condemnatur.

67 Reſtitutio in integrum conceditur infra quadriennium à die ſcientiæ tantum, ſiue ſcientia superuenerit ante completam præſcriptionem, ſiue poſt.

68 Reſtitutio in integrum ex capite ignorantiæ vt concedatur, requiritur, quod ignorantia allegetur in actis.

Et quòd ſit probabilis, & iuſta ac plene probata, num. 69.

Nec releuaret ſi adhibita diligentia potuiſſet remoueri. num. 70.

71 Ignorantia æquiparatur ſcientiæ, ſi adhibita diligentia quis certiorari potuit.

72 Scientia teſtamenti paterni probatur, quando filius ex teſtamento adiuit hæreditatem.

73 Confeſſio plene probat contra confitentem, quando fuit facta in poſitionibus.

Item & in precibus. nu. 74.

Amplia etiam ſi fuiſſent productæ in parte, & partibus. num. 75.

76 Scientia præſumitur eorum, quæ nota erant matri, fratri, & alijs de domo.

77 Filius pręſumitur ſciuiſſe patrem feciſſe teſtamentum, ſi de hoc eſt fama in loco, in quo filius permanet.

78 Scire quilibet præſumitur id, quod ad domum, quam habitat, denunciatum fuit.

79 Habitationis communis ratione multa pręſumuntur, quæ aliàs non pręſumerentur.

80 Scientia quę modo allegatur, pręſumitur etiam in pręteritum, niſi probetur quomodo ſuperuenerit.

81 Filius petens hęreditatem patris de lucro agit.

82 Reſtitutio in integrum pro lucro difficilius conceditur.

85 Appellationem fuiſſe interpoſitam infra decem dies à pro

latione

latione ſententiæ de momento ad momentum probari debet, cum ſeq. aliàs non ſuſtinetur.

In dubio non præſumitur interpoſita in tempore. numero 86.

Amplia etiam ſi fuiſſet interpoſita vltima die, niſi in appellatione fuerit adiecta hora. nu. 87.

88 *Sententia, quæ tranſiuit in iudicatum facit ius inter partes, & pro veritate habetur.*

89 *Appellãdi tempus currit etiam domino, ſi procurator fuit præſens, quando fuit lata ſententia.*

90 *Præſens præſumitur, quod etiam intellexerit ſententiam.*

91 *Mater vidua acquirens præſumitur acquirere de bonis filij, quæ adminiſtrat, niſi aliud probetur.*

92 *Res empta de pecunia aliena efficitur ementis.*

Fallit quando facta eſt emptio de pecunijs militis. nu. 93. & de ratione. num. 97.

Vel ſi concurrunt coniecturæ, quòd facta ſit pro eo, cuius erant pecuniæ. num. 94.

95 *Priuilegium conceſſum militibus non competit militibus noſtri temporis.*

Fallit in militibus ſalariatis, ſeu militantibus. numero 96.

Seu quando ratio priuilegij militat etiam in eis. num. 97.

Et in militibus Peruſini. nu. 98.

100 *Hæreditas non adita per hæredem, qui ignorauit eam fuiſſe delatam, adiri poteſt per hæredes hæredis beneficio reſtitutionis in integrum ex clauſula generali.*

CONSILIVM LXXXIII.

DECESSIT anno 1529. D. Guidangelus de Nobilibus de Monte Sperello Peruſinus, condito teſtamento, in quo reliquit dotes filiabus, & hæredem vniuerſalem inſtituit capitaneum Auerardum filium, & defuncta poſtea anno 1554. Domina Magdalena vxore, Magnifica Domina Lauinia hæres pro tertia parte Dominæ Cleophes filiæ dictorum Guidangeli & Magdalenæ communium parentum petijt tertiam partem legitimę portionis, ſorori debitę in bonis patris, ac ratam bonorum ſtabilium per Dominam Magdalenam acquiſitorum, & per ius acreſcendi aliam medietatem tertiæ partis omnium prædictorum, ex quo Capitaneus Auerardus cohæres pro tertia parte deceſſit, non adita hæreditate ſororis. Et ſuper prædictis iudicium pendet. In quo de tribus principaliter dubitatur.

Primo an Domina Cleophes præſcriptione quadraginta annorum fuerit excluſa à petitione legitimæ.

Secundo vtrum aduerſaria conſequi poſſit portionem bonorum, per dictam Dominam Magdalenam acquiſitorum.

Tertio numquid Capitaneus Auerardus hæreditatem ſororis Cleophes adiuerit: & ſi non adiuit, an ad ipſius hæredes tranſmiſerit ius adeundi.

Et accipiendo primum dubium, videtur dicẽdum per præſcriptionem dictam Dominam Cleophẽ non fuiſſe excluſam.

Primo quia in proceſſu probari videtur, ipsá mortuo patre pluries ad hanc ciuitatem Peruſiæ acceſſiſſe, & in paterna domo cum fratre & ſororibus per-
1 manſiſſe, † ea qua habitatione præſumitur hæreditatem paternam agnouiſſe. Barto. in l. Gerit. & in l. Pro hærede, ff. de acquirend. hæred. Bald. in l. de his, C. de furt.
2 Secundo † ſtante quietatione facta per dictũ quondam Capitaneum Auerardum Hieronymo de Theis nomine ſuo & ſororum de certis pecuniarũ ſummis debitis Guidangelo patri, videtur probari ſororẽ paternam hæreditatem adiuiſſe ex confeſſione dicti Capitanei facientis quietationem etiam nomine ſororũ de rebus, ad eas vt hæredes tantum ſpectantibus, ex not. per Tob. Non. in conſ. 27. num. 6. ver. Non obſtat. & verſic. Et ſi forſan.
3 Tertio Dominam Cleophem † in hæreditate paterna ſe immiſcuiſſe manifeſte probari videtur, cum pro parte filiorũ dicti Capitanei Auerardi aſſeratur Cleophem prædictam certum quid pro dote habuiſſe, ex quo oſtenditur ipſam ſuam portionem agnouiſſe.

Quarto intentio Dominæ Lauiniæ comprobatur ex depoſitionib. nonnullorum teſtium affirmantium dictam Dominam Cleophem comminatam fuiſſe A-
4 uerardo fratri velle petere ſuam portionẽ, † quæ quidem comminatio aditionem inducit, & præſcriptionem interrumpit, iuxta not. per Pau. de Caſt. in l. Poſthumus, §. ſi quis inſtituta, nu. 6. ff. de inoffic. teſtam. poſt Bart. in l. Quemadmodum, eod. tit.

Quinto quia anno 1568. dicta Domina Cleophes teſtamentum fecit, in quo expreſſe bona paterna hæ-
5 redibus reliquit, per illud † paterna hæreditas agnita fuit, cum aditio hęreditatis inducatur ex alienatione facta per hæredem bonorum hæreditatis, l. Pãtonius. §. fin. ff. de acq. hæred. l. actionem, C. de pact. l. Gerit, vbi Doct. ff. de acquir. hæred. Put. deciſ. 447. lib. 1. Menoch. conſ. 105. num. 91. lib. 1. Burſat. conſ. 19. num. 33. lib. 1. ſeu ſaltem ex eo declaratur actus præcedentes fuiſſe geſtos animo in dicta hæreditate ſe immiſcen-
6 di, & in actu dubio hæc declaratio † per Cleophem hæredem fieri potuit, & releuat ſecundum Bart. in l. Gerit, num. 21. ff. de acquir. hæred. Crauet. in conſ. 197. num. 4. lib. 1. Rol. à Vall. conſ. 66 num. 22. lib. 4. vbi Alex. Bero. & alios allegat.

Sexto quoniam dictus Capitaneus Auerardus cũ ſciret ſe vti hæredem vniuerſalem Guidangeli patris teneri ad dotandum Dominam Cleophem ſororem tam vigore teſtamenti paterni, quã etiam vigore ſta-
7 tuti Peruſini † erat in mala fide, quæ ex ſcientia rei alienæ ſatis probatur, cap. ſi virgo. 34 q. 2. Balb. de pręſcript. 2. par. 3. par. prin. q. 3. in prin. Natta conſ. 456. num. 57. libro 2. Tob. Non. conſ. 27. num. 13. ob malam
8 fidem † præſcribere non potuit, cum de iure canonico abſque bona fide præſcriptio non procedat, cap. fin. de præſcript. Ioan. Andr. in cap. 2. de except. in ſexto, & ibi Gemin. & Franc. Hoſt. in cap. Per tuas, col. 2. de donat. Bald. in l. 1. C. de pręſcript. 30. annor. Imol. in cap. quibus diebus, §. dominus, ff. de condit. & demonſt. late Bald. de pręſcript. 2. par. 3. par. prin. q. 13. Soc. iun. qui de communi teſtatur. in conſ. 144 nu 46. lib. 1. Ruin. qui pariter communem appellat in conſ. 170. num. 32. lib. 1. Illamque tenuerunt Bald. Paul. de Caſt. Rom. Alex. Gozad. & alij multi relati per Anto. Gabr. in ſuis concl. in tit. de pręſcript. concl. 3. in prin. vbi multas alias adducit auctoritates, & num. 2. in fi. affirmat hanc opinionem eſſe magis communiter receptam, quam etiam communem appellat Fran. Bec. in conſ. 48. num. 3.

Septimo ſi per Dominam Cleophem hęreditas nõ fuiſſet agnita, tamẽ cum tempore mortis patris eſſet
9 in Vrbe, dicitur mortem patris ignoraſſe. † Nam etſi coniunctus pręſumatur ſcire facta coniuncti, iux. tex. in l. Octaui, ff. vnd. cognat. Bartol. in l. Qui duos, ff. de reb. dub. Alex. conſ. 82. num. 10 lib 3. & conſ. 142. nume. 6. in fin. lib. 2. Rom. conſ. 245. in fin. Bald. in l. fin. §. 1. C. de iur. delib. & poſt Anchar. Fulgoſ. Salic. Barbat. & alios multos Anton. Gabriel. in ſuis conclu. in

10 titu. de præſumpt. concluſ.6.in princ. † Hæc præſum-
ptio in cōiuncto abſente, prout erat Cleophes, quæ in
Vrbe permanebat, remouetur. Bart.in l. Is poteſt, nu.
15.ff.de acquiren.hæred. Abb.in cap. Cum in tua. qui
matrim. accuſa. poſſunt. Dec.conſil.64. col.3. Socin.
ſen.conſil.97.num.4.libro 4.Alexan.Felin.Purpur. &
alij, quos refert & ſequitur Ant.Gabriel.in dicta con
cluſ.6. num.29. & propterea ſtante ignorantia mor-
tis, ſi legitimam portionem non petijt, per præſcri-
11 ptionem non fuit excluſa, † quia contra filium igno-
rantem mortem patris non currit præſcriptio, vt in
terminis dixit Bald.in conſ.12.num.8.& in conſil.13.
num.1 libr.1.quem ſequi videtur Tiraq.de vtroq.re-
tract.§.35.glo.4.num.8.

Octauo poſito quod de ſcientia mortis appareret,
habuit ſaltem Cleophes ignorantiam teſtamenti, in
12 quo dos filiabus relicta fuit, † quæ ignorantia in filijs
præſumitur, vt communiter concludunt Doctor. in
l.Qui Romæ, §.duo fratres, ff.de verb. oblig. vbi Bart.
in 3.q.Iaſ.nu.57.Socin.iun.qui de communi teſtatur.
13 nu.106. † Icicirco ſaltem à iure petendi dotem, ſibi in
teſtamento relictam, per præſcriptionem non fuit ex-
cluſa, vt per Bal.in dictis conſilijs.

Nono ſi contra ignorantes præſcriptio curreret,
non eſſet propterea completa contra Dominā Cleo-
phem, quoniam dictus Capitaneus Auerardus ab an
no 1536.vſque ad annum 1539.fuit bannitus & con-
demnatus in pœnam capitis & confiſcationis omniū
14 bonorum, † & bannitus licet de iure amittat tantum
iura ſuæ ciuitatis, non communia. Alex. & alij in l.ex
facto, §.ex facto, ff.ad Treb. Sebaſt. Vant.in tract.nul-
lit. in titu.de nullit. ſentent. defectu manda. num.51.
de communi teſtantur Boſſ.in tract.cauſ.crim.in titu.
bannit.quid amitt.nu.13.& poſt alios Cepha.in conſ.
324.nu.18.lib.3.tamen vigore Conſtitutionum Sum-
morum Pontificum taliter banniti pro quolibet deli-
cto etiam ea, quæ ipſis de iure communi competunt,
amittunt, quo fit, vt ſi præſcriptio tunc curreret, per
15 bannum fuerit interrupta, † quoniam bannitus non
præſcribit, & præſcriptio iam cœpta interrumpitur,
ſecundum Bald. in titu.de pace Conſtant.§.Imperia-
lis, num.3.de vſib.feud.quem refert, & ſequitur Ruin.
conſil.49. num.5.libro 4.& Nell. in tracta.de bannit.
in 2.parte 2 tempor.quæſt.2.3.4.& 5.ex qua interru-
16 ptione tempora conquaſſantur, † in tantum quod
bannito reſtituto tempus ante bannum cum ſubſe-
quenti non continuatur, ſed remoto impedimento
ad perficiendum præſcriptionem, opus eſt tempus in
tegrum de nouo currere, vt poſt Abb. declarat Bald.
in tract de præſcrip.in 3.par.6.& vlt.par.prin.in prin,
Vnde cum Capitaneus Auerardus anno 1529. fuerit
reſtitutus, ſi tunc præſcriptio iterum currere incepiſ-
ſet, non eſſet completa præſcriptio 30.annorum, cum
ab anno 1539. vſque ad annum 1568. quo tempore
per teſtamentum Cleophes hæreditatem adiuit, vt
dixi ſupra in quinto argumento, triginta anni non
ſint defluxi.

Decimo quatenus præſcriptio eſſet decurſa, fuit tā
tum completa præſcriptio 30.annorum, quoniam an
no 1540. & 1541. in Ciuitate & territorio Peruſino
17 adfuit bellum † & tempus belli detrahitur, quo durā-
te præſcriptio dormit.cap.ex tranſmiſſa, de præſcrip.
vbi Innoc.& Abb.nu.4.qui poſt Bart.& alios de com-
muni teſtatur, not.Balb.in d.tract. de præſcript. in 2.
par.prin.in prin.num.3.Corn.conſ.277.num.9.lib.4.
& Pariſ. affirmans ita omnes tenere in concl.92. nu-
mero 38.lib.3.quo tempore detracto, præſcriptio 40.
annorum non erat completa, ſed tantum triginta,
18 † & conſequenter etiam ſi præſcriptio contra filiam
ignorantem cucurriſſet, aduerſus eam eſſet conce-
denda reſtitutio infra quadriennium à die ſcientiæ.
Bart.in l.1.§.ſi quis, ff.de itin.actuque priuat. Abb. &
alij in c.Vigilanti.de præſcript.vbi Felin.de commu-
ni teſtatur. Paul.de Caſtr. Roman. Alex. & alij, quos
refert Balb.de præſcrip.in 4.par.4.par.prin.quæſt.29.
numero primo, & ſecundo, qui dicit hanc opinionem
veram & communem, glo.& Doctor.in Authen.quas
actiones. & ibi Iaſ.col.7. de communi teſtatur, C. de
ſacroſan.eccleſ.

Vndecimo ſi quadragenaria præſcriptio ante mo-
tum iudicium fuiſſet completa, adhuc reſtitutio ex ca
19 pite, † ignorantiæ eſſet concedenda aduerſus quadra
genariam præſcriptionem.Soc.ſen. in l.Cum filiusfa-
milias, §. in hac, col. fin. ff.de verbor. obligat. & late
conſ.86.lib.1.multos refert Boer. quæſt.39.num.3. &
4.late Balb.in 4.par.4.par.prin.q.19.num.4.& 5.Ce-
phal.in conſ.40.nu.61.lib.1.qui omnes teſtantur opi-
nionem iſtam eſſe communem, & omnes reſpondent.
l.omnes, in fi.C.de præſcrip.30.annor.dicentes, quòd
quamuis ibi dicatur præſcriptionem quadragenariā
pleniſſimam parere ſeruitutem, non propterea per il-
lum textum ſublatam eſſe reſtitutionem in integrum,
20 † cum illa per verba generalia non tollatur, niſi de
ea fiat ſpecialis mentio, quod etiam placuit Crauet.
in conſ.201.num.35.lib.2.& de antiq.tempor.par.4.
c.materia, num.58.& ſeqq. Tob. Non.in conſ.87. Rui.
conſ.35.num.35.lib.1.& conſ.54.num.12.lib.5. Bald.
conſil.136.libro primo.Iaſ.in l.ſi infanti, in fin. C.de
iure deliberan.

Duodecimo ſi Domina Cleophes à iure immiſcen
di fuiſſet excluſa præſcriptione triginta annorum, vt
21 filia ex capite vnde liberi, † poterat nihilominus infra
alios triginta annos venire per ſucceſſorium edictū,
ex capite, Vnde legitimi, & minori ſpacio ſexaginta
annorum non potuit excludi, quod tempus cum ab
anno 5529.de quo Guidangelus pater deceſſerat, vſ-
que ad annum 1570.quo ad iudicium fuit motū, non
defluxerit, non poteſt dici ſororem Cleophem fuiſſe
excluſam per præſcriptionem, ſecundum Bart. in con
ſil.129. num.3. libro 1. & in l.licet, num.9. C.de iure
deliberan.Balb.de præſcript.4.par.4.par.princ.quæ-
ſtio.19.num.5.verſicu.& ſi veniat, & num.6. vbi dicit
ita cum Bald.omnes tenere.Alexan.qui de communi
teſtatur in conſ.89.col.2.in fin.num.7.verſic.Sed cer-
te, lib.1. Alex.& Iaſ.in l. Quamdiu, la 1. ff.de acquir.
hæred.& poſt alios Anton.Gabriel.in tit.de præſcrip.
concluſ.9.num.3.

22 Poſtremo † intentio D. Lauiniæ probari videtur ex
eo quòd D. Cleophes in bonis Guidangeli patris vi-
gore ſtatuti ab inteſtato poterat tantum conſequi do
tem vſque ad quantitatem legitimæ, & ab alijs bonis
erat excluſa, & ſimilem dotem petere poterat ex te-
ſtamento paterno; Vnde ſi per præſcriptionem exclu
ſa fuiſſet à iure petendi dotem ab inteſtato, potuiſſet
infra alios 30.annos venire ex teſtamento, & minori
ſpacio 60.annorum non excludebatur, ſecūdum Bal.
in d.l.Licet, nu.9 quem ibi ſequitur Sal.& Iaſ. num.5.
Iaſ.in d.l.Quamdiu, la 1.nu.18.& 19.Goza.poſt Caſt.
& alios in conſ.80.nu.6.& anni ſexaginta ſine dubio
non ſunt defluxi.

Prædictis nō obſtantib.contrariā partē amplecten
do, cēſeo Dominam Cleophē à iure petendi legitimā
excluſam fuiſſe. Qm̄ Guidāgelus pater deceſſit anno
1529.ſtatimq; Capitaneus Auerardus in hæreditate
eiuſdem ſe immiſcuit. bona hæreditaria poſſidendo,
23 † & à die, qua hæreditas fuit per hæredem adita, tem
pus ad petendum legitimā dictæ Cleophæ filiæ curre
re incepit, l.ſi quis filiū, in fi. iuncta l.Scimus, §.fi.C.de
inoff.

Digitized by Google

inoffic.teſtam. Alea.in conſ.8.num.23.libro 3.cum le-
gitima ſtatim mortuo parte abſque dilatione debea-
tur,& peti poſſit,dicta l.Scimus,§.Cum autem.Bal. in
Auth.Qua mulier, C.de ſacroſan.eccleſ. Felin. in c.in
præſentia, num.56. de probat. Ruin.conſ.17. num.7.
libro 1.Corn.conſ.180.col.5.num.6.in fin.libr.4. quæ
cum petita fuerit anno 1570. & ſic poſt mortem pa-
tris per annos 40.& vltra,Domina Cleophes per præ
ſcriptionem excluſa erat,cum hoc tempore omnis a-
ctio tollatur,iuxta tex.in l.Sicut, C.de præſcrip.30.an
24 nor.& in l.omnes, C.eod.tit. † Hinc videmus ius im-
miſcendi filio competens in hæreditate patris trigin
ta annis præſcribi.glo.in l.licet,vbi Bal. Pau. de Caſt.
Alea.Iaſ.& alij,C.de iur.deliber.gl. & Doct.in l.Vni.
C.quan. non pet.par. Paul.de Caſtr.in l.filio præteri-
to,col.pen.C.de inof.rupt.irrit.fact.teſtam.Soc.ſen.
in l.ſi filius,qui patri,col.2.in fi. ff.de vulg.& pup. vbi
de communi teſtatur, & in conſ.64.num.5.lib.1.Go-
zad.conſ.56.col.1.& ſeq.Ant.Gabr.in ſuis concluſ.in
tit.de præſcript.concluſ.9.in prin.vbi alios multos al
legat,& poſt Alex.in conſ.129.num.20.lib.6.& Iaſ.in
25 conſ.19.lib.1.de communi teſtatur, † & in terminis
quod ius competens filio ad petendum legitimam
vel eius ſupplementum triginta annis præſcribatur,
tenuerunt Pariſ.in conſ.32.lib.3.Balb.de pręſcript.4.
par.4 par.prin.q.23.Natta conſ.156.num.4.& 5.lib.1.
Iaſ.in d l.Si quis filium,num.5.& ſeq.Boer.deciſ.850.
Rota Romana teſte Puteo deciſ.127. lib.2. & Mohe-
dano deciſ.151.late Vaſq.de ſucceſ.creat.libr.1.§.10.
num.255.Alex.conſ.128.num.5.verſ. Præterea lib.1.
Ant.Gabriel.in dicto tit.de præſcrip.concluſ.octaua.
num.8. & poſt multos alios Rim. iun.conſ.31.nu.57.
lib.1.Et quoniam in caſu præſenti non ſolum triginta
anni ſunt decurſi ab ea die,qua legitima peti potuit,
ſed 40.& vltra,Capitaneo Auerardo fuit plena ſecu-
ritas acquiſita,iuxt.text.in l.omnes,in fin. C.de præ-
ſcript.30. annor.cum ſimil. & dicetur infra. Et quia
hæc concluſio ſatis clara videtur,ex ea intentio hære-
dum Capitanei optime fundatur, & ſolum ſupereſt
fundamentis contrariæ partis reſpondere.

Non obſtat primum argumentum Conſiderãdum
enim eſt Capitaneum Auerardum in teſtamento pa-
terno fuiſſe vniuerſaliter hæredem inſtitutum filiab.
autem fuiſſe relictam dotem declarandam per Do-
minam Magdalenam & Dominum Ioannem Benedi
ctum,& ab alijs bonis fuiſſe excluſas.Quo teſtamen-
to ſtante,filiæ aliud quam dotem conſtitutam præten
dere non poterant,nec eis permittebatur aliquid con
tra teſtamentum dicere vigore ſtatuti Peruſini lib.2.
rub.45.& 46. Ideo licet probaretur Cleophem domũ
paternam aliquando habitaſſe,nõ noceret,cum Cleo
phes non fuerit patris hæres: In contrarium autẽ ad-
ducta ad oſtendendum ex habitatione & poſſeſſione
præſumi aditionem hæreditatis,procedũt in hærede,
de quo hic non agitur,ſed de filia,cui competebat tã-
tum ius petendi dotem ſubrogatam loco legitimę,nõ
ſolum ex teſtamento,ſed etiam ab inteſtato iuxta di-
26 ſpoſitionem dicti ſtatuti ,quæ dos † feminis non de-
betur iure ſucceſſionis ac hæreditario, ſed vt extra-
neis,nam cum filia certam pecuniæ quantitatem ſine
onere conſequatur à fratre hærede vniuerſali,non ca-
dit in ea hæreditaria ſucceſſio.l.quoties hęredes,ff.de
hæred.inſtit.l.1.§.ſi ex fundo,C.eod.tit.cum alijs con-
cordantibus,de quibus per Cuman. ita firmantem in
conſ.35.Stante ſtatuto Vicentiæ, col.1.verſic. In con-
trarium.qui idem tenet in conſ.124.col.2. verſ.Nam
cum legitima.Bar.in l.Quæſitum,§.1. ff.de priuil.cre-
dit.& ita poſt Alexan.Cor.& alios dicit Alb.Brun.in
tract.de ſtat.quod ſtant.maſcul.art.11.prin.num.13.
27 & ſeqq.& in eod.art.q.7.nu.75.† Non eſt igitur con-
ſideranda in præſenti caſu aditio hæreditatis per ha
bitationem domus paternæ , cum Cleophes non fue-
rit hæres, & pro ſua legitima vel dote non potuerit
bona patris poſſidere, ſed tantum à fratre hærede do
tem petere,vt in terminis cõcludit Alea. in conſ.134.
maxime numero quarto,libro 4. Et quamuis à patre
in quantitate declaranda Cleophes fuerit hæres in-
28 ſtituta, non nocet , † cum inſtitutus in re particulari
quoad iura & actiones loco legatarij non autem hæ-
redis habeatur, alios,vt hic, vniuerſaliter hærede in-
ſtituto,l.Quoties, C.de hæred.inſtit. Doct.in l.vltim.
C.de edict.diu.Adri.tollen. vbi Pau.de Caſt. Dec.nu.
23.Alexan. num.15. Corn. Bellon.& alij allegati per
Menoch.de adipiſc.poſſeſſ.remed.4.num.132. & ſeq.
29 † Ea habitatione igitur domus nõ probatur agnitio,
ſed pręſumẽdum eſt potius Cleophem domum inha-
bitaſſe iure familiaritatis pro Capitaneo Auerardo,
hærede vniuerſali,qui ſemper à morte patris pro hæ-
rede vniuerſali ſe geſſit,& non animo poſſidendi ali-
quid pro ſua dote vel legitima,iuxta not.per Bart.in
l.Qui iure,ff.de acquir.poſſ. Soc.ſen.conſ.131.num.1.
lib.1.Crauet.conſ.61.num.2.libr.1.& late in terminis
his noſtris Alea.in dicto conſ.134. per totum, & Ca-
ualcan.de vſufructu mulier.relict.num.202. maxime
ver.Nota pro mulieribus, vbi multis auctoritatibus
id comprobat,& hoc etiam videtur voluiſſe in termi-
nis fortioribus Soc.iun.in conſ.2.in princ.& nu.17. &
19.lib.1. qui in caſu in quo pater deceſſerat,ſuperſti-
tibus filio maſculo hærede vniuerſali vigore ſtatuti,
ac duabus feminis innuptis,quæ poſt mortem patris
cum fratre in eadem domo habitauerunt, & dubita-
batur an iſtæ feminæ immiſcuiſſent ſe in hæreditate
paterna, dum in domo cum fratre habitauerant, re-
ſpondet immixtionem non præſumi,niſi probetur,&
quòd ex quo maſculus à morte patris ſemper ſe geſ-
ſerat pro hærede vniuerſali, non eſſe veriſimile femi-
nas in hæreditate ſe immiſcuiſſe.

Nec reſiſtit ſecundum, quandoquidem dicitur hic
non eſſe de aditione quærendum,cum Cleophes non
30 fuerit hæres. † Præterea reſpondetur inſtrumentum
fuiſſe confectum inter Capitaneum Auerardum &
Hieronymum de Theis abſente & inſcia Cleophe, &
ex eo non induci aditionem aliquam,ad quam indu-
cendam neceſſarius eſt actus explicitus geſtus ab eo,
cui hæreditas fuit delata,vt declarant Bartol. & Do-
cto.in l.Gerit,ff.de acquir.hæred. & in fortioribus ter
minis Tob.Non.in alleg.conſ.27.num.6.verſic. Nam
reſpondetur.

Tertium de ſolutione dotis ſubuertitur conſiderã-
do, quòd licet pro parte filiorum Capitanei Auerar-
di allegatum fuerit Cleophem habuiſſe dotẽ, id fuit
31 ab aduerſaria negatũ,† & in eo,quod negauit,ſe fun-
dare non poteſt,c.ex eo.de reg.iur.in 6. Bart.in l.Poſt
legatum,nu.11.ff.de his,quib.vt indign.Doct.in c.1.de
confeſſ.lib.6.Bal.& Sal.in l.Cum precũ, C.de lib.cau.
late Iaſ.in repet.l.Admonendi,nu.116.& ſeq.ff.de iu-
reiur.& Ant.Gab.in ſuis concl.in tit.de conf.concl.4.
nu.29. Reſpondetur etiam ſororem Cleophem effe-
ctam fuiſſe monialem,viuẽte patre,& quia in ingreſ-
ſu monaſterij,dos ſolui ſolet,pariter viuente patre p̃-
32 ſumitur dos ſoluta,† arguẽdo à communiter acciden
tibus,quod argumentum eſt probabile, frequens, &
vtiliſſimum,l.ſi quis donaturus. & ibi gl.ff.de vſur.E-
uerar.in ſuis locis communibus in loco ab vſitatis &
à ſolitis cum alijs adductis per Maſca.de prob. vol.1.
33 concluſ.445.num.6.& † id, quod communiter fit, fa-
ctum pręſumitur.Bald.in l.ſi dotem,C.de iur.deliber.
& in l.conuenticulam,C.de epiſcop. & cleric.l.1. & l.

certi conditio, §. ſi oummos, & ibi Doctor. oot. ma-
ximè Dec. & Iaſ. §. ſi cert. pet. Bar. in l. liberorum, §. il-
lud, in 2. lect. ff. de excuſat. tut. & glo. in l. Neque natu
rales, C. de probat. Aſflict. decis. 58. num. 7. & late Ri-
min. iun. conſ. 9. num. 22. & ſeqq. lib. 1. Iaſ. Soc. Felin.
Dec. & alios adducens, & Menoch. de præſump. lib. 1.
34 q. 18. & fere in terminis, † quod mulier nupta dotata
præſumatur, ſi diu tacuit, & dotem non perijt, probat
Campeg. in tract. de ſtatu. quod ſtant. maſcul. q. 57. &
conferunt not. per Neuiz. conſ. 57. nu. 7. cum ſeqq. &
concurrentibus coniecturis idem firmat Natta conſ.
581. nu. 4. & ſeqq. lib. 3. & latius Matzar. conſ 20. nu.
7. & ſeq. Et quia Cleophes in vita patris ingreſſa fuit
monaſterium, dotata præſumitur ab eius patre, cui o-
nus dotandi incumbebat, iuxt. not per Alber. Brun. in
tract. de ſtatu. quod ſtant. maſcul. art. 6. q. 10. quo caſu
35 ſolum ſupplementum legitimæ petere potuiſſet, † &
ius illud petendi pariter præſcriptum fuit ex curſu
triginta annorum & vltra. Pariſ. conſ. 32. lib. 3. Balb.
de præſcr. 4. par. 4. par. prin. q. 23. & 2. par. 3. par. prin.
q. 13. Bue. dec. 250. nu. 4. Rim. iun. conſ. 31. nu. 57. lib. 1.
vbi de cõi teſtatur; & etiam ſupra demõſtratum fuit.

Quartum argumentum tollitur ex pluribus.

Primo quia non probatur concludenter ſororem
Cleophem comminatam fuiſſe fratri ſe velle petere
portionem: licet enim hoc deponant aliqui teſtes, ni-
hil dicunt, quod concludat, præterquã quod eis nulla
eſt adhibenda fides, cum deponant id audiuiſſe, dum
36 erant infantes, † & licet teſtes deponere poſſint de
eo, quod viderunt, ſeu audiuerunt in pupillari ætate,
vt not. Abb. & Card. in cap. Cum nobis, de præſcript.
vbi Felin. nu. 9. Bart. & Docto. in l. 3. §. lege Iulia, ff. de
37 teſti. & in l. ad teſtium, ff. de teſt. id procedit, † quan-
do deponunt de his, quæ viderunt, vel audiuerunt, dũ
erant pubertati proximi; ſecus ſi erant infantes, aut
infantiæ proximi. Bart. in l. notionem, §. inſtrumen-
torum, ff. de verbo. oblig & in d. l. Ad teſtium, num. 5.
& ibidem Bald. num. 5. Ange. Aret. in §. teſtes, num. 2.
Inſtit. de teſt. Felin. in dicto c. Cum nobis, num. 9. Rip.
in l. Qui Romæ, §. Duo fratres, nu. 59. ff. de verb. oblig.
Sed illi teſtes eo tempore non excedebant annum o-
ctauum, & conſequenter erant infantiæ & non puber
38 tati proximi, † ſiue ſequamur opinionem eorum, qui
dixerunt pubertati proximum illum tantum dici, qui
annum decimum cum dimidio excedit, de qua per
Bart. in l. pupillum, ff. de reg. iur. & ibi Cagn. qui poſt
alios de communi teſtatur. Bald. Ang. & ceteros in l.
Properandum, §. ſi quidem, C. de iud. vbi Iaſ. nu. 2. cõ-
munem appellat Nat. conſ. 334. in fin. lib. 2. Abb. in c.
Continebatur. in fi de deſponſ. impub. & Soc. ſen. in l.
3. §. adipiſcimur, ff. de acq. poſſ. Siue ſequamur alias o-
piniones relatas per Menoch. de arb. iud. quæſt. lib. 2.
cen. 1. caſ. 57. nu. 21. & ſeqq. multis ſine difficultate nõ
excedens octauum annum non dicitur proximus pu-
bertati. Secundo ſi comminatio probata eſſet, nõ no-
39 ceret, † quia Paul. de Caſtr. in l. Poſthumus, §. ſi quis
inſtituta, nu. 5. ff. de inoff. teſtam allegat tantum Bar.
& nihil ipſe firmat. Barto. verò in l. Quemadmodum,
eo. tit. quem Paul. de Caſt. allegat, arguendo tantum
loquitur: ſed dicit nihil determinare, & contrariũ fa-
teri oportet in occurrenti caſu, quia ſi Cleophes di-
xiſſet velle petere portionem ſuam, ex hoc non poteſt
40 dici adiuiſſe hæreditatem: quoniam verba † prolata
per hæredem indeterminate, Volo adire, ſonant, hic
eſt primus motus animi mei ad adeundum, nõ quod
deliberarè velim, ſecundum Bart. in l. Gerit, nu. 10. in
fin. ff. de acquir. hæred. quem in fortioribus terminis
ibi ſequitur Ang. & poſt eos Paul. de Caſtr. nu. 10. ver.
Vltimo. niſi id dicatur, reſpondendo interrogationi,
vel infra tempus datum ad deliberandum, ſecũdum
Bart. & Caſtren. in d. l. Gerit, & in terminis quod ex
dictis verbis aditio non reſultet, tenet Crauet. conſil.
312. num. 3. in fin ver. Sed poſito, libro 2. Et confirma-
41 tur ex eo, quia † etiam quando hæres habet animum
adeundi, ſi deliberare illũ facto vel verbis non decla-
rat, non reſultat ex illo animo aditio: ſed propoſitum
in mente retentum nihil operatur. Paul. de Caſtr. in
d. l. Gerit, num. 4. & ſeq. Bart. & Bal. in l. Pro hærede, ff.
eod. tit. vbi Iaſ. nu. 12. Alex. num. 3. & de communi te-
ſtatur Tob. Non. conſ. 27. nu. 3. Eſt igitur dicẽdum ex
dicta cõminatione, licet probaretur, non induci adi-
tionem, nec præſcriptionem interceptam fuiſſe ex iã
42 dictis, & bene facit Pariſ. in conſ. 32. lib. 3. † affirmans
præſcriptionem iuris petendi legitimam ſeu ſupple-
mentum non interrumpi per petitionem inualidam,
quod non eſſet, ſi animus tantum petendi ſufficeret,
ex quo ſatis animus petendi per petitionem, quan-
tumcumque inualidam oſtenditur, & nihilominus
præſcriptio non interrumpitur ſecundum eum.

Quintum obiectum minus nocet: fuit enim condi-
tum teſtamentum anno 1568. quo tempore præſcri-
ptio completa erat, & conſequenter per teſtamẽtum
illud non potuit præſcriptio iam completa tolli, nec
poteſt releuare in vim declarationis actuũ præceden
43 tium, quia declaratio fieri † debet infra tempus, infra
quod actus principalis fieri poterat, & ſic ante com-
pletam præſcriptionem, l. Licet, C. de iur. delib. & po-
ſtea facta non releuat, vt declarat in propoſito Tob.
Non. conſ 27. num. 6.

Tollitur obiectum de mala fide. Primo quia hic a-
44 gitur de præſcriptione longiſſimi temporis, † in qua
præſumpta mala fides, quæ a vera multum diſtat, al-
legari non poteſt: ſed ex longiſſimi temporis præſcri-
ptione bona fides præſumitur. Bart. in l. fin. num. 17.
C. vnd. vi. Abb. in cap. ſi diligenti, nu. 16. de præſcript.
Dec. conſ. 558. num. 12. & 13. Socin. iun. conſ. 115. nu.
30. lib. 2. Menoch. de recup. poſſeſſ. remed. 15. nu. 424.
& teme. 13. quæſt. 10. vbi de communi teſtatur, & poſt
multos ſimiliter de communi teſtatur Couar. in dicta
regul. Poſſeſſor malæ fidei. 2. par. relect. §. 8. num. 8.
Rolan. à Vall. conſ. 3. num 93 libro 1. Hieronym. Ga-
briel. conſ. 200. num. 19. lib. 1. Balb. in repetit. l. Celſus
in 3. par. num. 10. & ſeqq. ff. de vſucap. Ceph conſ. 240.
num. 17. lib. 2. Ruin. conſ. 44. nu. 17. lib. 4. & in termi-
nis, de quibus agitur idem dixit Pariſ. in conſil. 32. in
45 fi. lib. 3. Secundo quia † Cleophes effecta eſt monialis
viuente patre, & de iure præſumitur, quòd dotata fue
rit vt ſupra fuit oſtenſum, & ſic potuit credere Capi-
taneus Auerardus nihil illi deberi, & conſequenter
habere bonam fidem, vt conſiderat Socin. ſen. in conſ.
64. incipien. In cauſa vertente, num. 7. ver. Propterea,
libr. 1. Et quamuis conſtaret de eius errore, & quod
Cleophes nihil à patre habuerit, excuſatur tamen à
46 mala fide, † cum etiam iniuſtus error bonam fidem in
ducat. Bart. & Paul. de Caſtr. in dicta l. Celſus. & ibi
Balb. in repetit. in 1. parte, num. 13. de communi teſta
tur, & num. 20. affirmat prodeſſe, vt quis præſcribere
poſſit, & comprobatur per Bal. in l. 1. nu. 3. C. vbi cauſ.
ſtat. Aſflict. deciſ. 40. num. 11. Tob. Non. conſ. 26. num.
20. aſſerentes ex qualibet iniuſta cauſa bonam fidem
induci. Tertio reſpondetur, quòd quamuis Capita-
neus Auerardus ſciuiſſet legitimam ſeu dotem ſoro-
47 ri deberi, † ſtante quod legitima non debeatur, niſi
peteretur, & legatum dotis niſi acceptetur, ageba-
tur eo caſu de iure non quæſito, ſed de quærendo,
petendo legitimam, vel acceptando legatum, & re-
ſpectu iuris quærendi præſcriptio procedit in fauo-
rem eius, qui ſcit ſe debitorem eſſe, nec mala fides cõ-

ſide-

ſideratur,vt in terminis firmant Pariſ. dicto conſ.32.
num.15. & 16.lib.3. Rota Romana teſte Moheda.de-
ciſ.151.Balb.de præſcript.2.par.3.par. prin.q.13.nu.
9.vſque ad fi.qui de præſcriptione iuris petendi legi-
timam ſeu ſupplementum loquuntur, & eorum di-
48 cta †comprobantur per Socin.ſen.conſ.64.col.3.lib.1.
Dec.conſ.554 Soc.iun.conſ.145.num.71.& ſeqq.lib.1.
Rol.à Val.in conſ.21.num.54.& ſeqq.lib.2.Anto.Ga-
briel.in ſuis concluſ. in tit.de præſcript. conclu.3. nu.
13.in 5.limit.& late poſt alios multos per Fran.Becc.
in conſ.48.vbi hãc opinionem communiter receptam
eſſe teſtatur.Qui omnes concludunt ius adeundi,im-
miſcendi,petendi legatum,& ſimile,præſcribi,non a-
liter attenta bona vel mala fide, ea ratione quia de
iure quærendo agitur,in quo mala fides non conſide-
ratur,quod etiam firmauit Rota Rom.vt per Put.de-
ciſ.128. lib.2. ea vero quæ in contrarium allegantur,
procedunt,quando quis eſt in mala fide,& agitur de
iure iam quæſito,ſecus ſi de iure quærendo, vt Doct.
proxime allegati declarant.

Quod ſeptimo loco dicebatur de ignorantia mor-
tis patris,parum reſiſtit,quandoquidem dicitur prę-
ſumendum eſſe Dominam Cleophem mortis patris
ſcientiam habuiſſe,l.octaui,ff.vnd.cogna. cum cumu
latis per Gabriel.in titu.de præſumpt. concluſ.6. per
totum, & ſupra fuit oſtenſum. & quamuis Cleophes
fuerit abſens,non excluditur hæc præſumptio. Primo
49 quia †non permanebat in loco multum diſtanti, ſed
in Vrbe,ad quam Peruſini quotidie accedebant,& ex
modico temporis interuallo præſumitur mortem pa
ternam ſciuiſſe, maxime cum ageretur de re magni
momenti,Soc.ſen.conſ.2.num.19.verſic.Vltra, lib.3.
& conſ.153.col.pen.num.35. libro 2.Card. in Clem.
1.§. fin.num.6. de conceſſ.præbend. Burſat.conſ.119.
num.5. & 6.lib.1. Anton. Gabriel. in dicta concluſ.6.
num.30.Secundo & fortius,quia non conſtat de con-
tinua abſentia,quæ ab aduerſaria probanda erat, ad
tollendum præſumptionem dictæ l.octaui.ſecundum
Didac.Couar.in dicta reg.poſſeſſor malæ fidei.in ſex
to,in relect.3.par.§.3.num.2.folio 507.Burſat. d.con-
ſilio 119.num.3.Sed potius conſtare de contrario, vi-
delicet Cleophem ſæpiſſime ad ciuitatem Peruſiæ re-
diſſe,propterea præſumptio dictæ l.octaui, viget, vt
poſt Roman.in conſ.59.col. 2.verſicu. Secundo ratio-
ne abſentiæ,conſiderat Burſat.in dicto conſ.119.num.
4. & ſi admitteretur Cleophem mortem patris igno-
raſſe, currebat nihilominus contra eam præſcriptio
50 longiſſimi temporis,†cum illa etiam contra ignoran
tes ipſo iure currat,l.Sicut, C.de præſcript.30.annor.
l.fi.vbi Doct.C.de long.tempor.præſcript.Capel.To-
loſ.deciſ.76.Corn.conſ.244.num.2.conſ.100.num.3.
libro 4.& in conſ.195.num.8.libro 3.vbi de communi
teſtatur Paul.de Caſtro conſil.220. libro 2. & melius
conſ.30. libro tertio.Ruin. conſ.140.num.16. & conſ.
239.num.15.lib.2.not.Dec.in cap.ſi de terra,num.25.
& ſeqq.de priuil.Balb.de præſcript.4 par.4.par.prin.
q.28.vbi multos allegat.Tiraq. de vtroq.retrac.in ti-
tu.de retract.conſanguin.§.35.glo.4.num.18.& ſeqq.
multos refert Boer.q.39.in prin.vbi etiam de commu
51 ni teſtatur, † & non ſolum quando quis ignorat con-
tra ſe præſcribi,ſed etiam ſi ignorat habere ius agen-
di. Felin.in cap.vigilanti,num.5.verſ.Vnde credo.de
præſcript. Socin.ſen in l.filiusfamilias, §.in hac, col.
penult.ff.de verbor.oblig. Bartol.in l.prima, §.ſi quis
propter, ff.de itiner. actuque priuat. Bald.in l.Sicut,
col.1.C.de præſcri.30. annorum, quos ſequitur Balb.
in d. quæſt.28. & Socin. iun.conſ.22.num.25.libro 1.
52 Hinc eſt,†quod quamuis legatarius ignoret legatum
ſibi fuiſſe relictum,currit tamen contra eum præſcri-
ptio.Petr.de Anchar.conſ.mihi 169.incip. Principa-
liter.per totum.Felin.in d.cap. Vigilanti,num.5.ver.
Secundo contra.& Soc. ſen. qui loquitur de eo, qui i-
gnorabat legitimam ſibi in teſtamento relictam, in
conſ.2.num.17.& 20.libro 3.& idem tenet in dicta l.
Cum filiusfamilias, §.in hac, col.pen. & ſubdit Fel in
dicto loco, quòd ſi mihi fuit legata ſeruitus, & igno-
rans non vtor, quòd nihilominus currit præſcriptio,
per tex.in l.ſi partem,§.1.ff.quemadm.ſer. amit.quod
etiam firmat Veronenſ.de ſeruit.vrban.præd.cap.24.
53 num.6 Et magis in terminis,†quod licet filius igno-
rauerit hæreditatem patris ſibi delatã, & propterea
in ea ſe non immiſcuerit, excludatur tamen per præ-
ſcriptionem longiſſimi temporis 30. annorum, licet
præſcriptio longi temporis non currat, probat text.
iuncta gl. in l.licet,C.de iur.deliber.quæ communiter
approbatur, vti teſtatur Bald.num.8.& ſeqq. Alex.in
1.not.Bald.in l.1.num.27.C.qui admitt. & Felin.in d.
cap.vigilanti,num.5.ver.Secundo contra. Et hoc ſen-
tit etiam Bald.in dicta l.Licet,num.6.qui expreſſe vi-
detur firmare præſcriptionem contra filium ignoran
tem mortem patris currere. Nec impedimento eſt
54 † quod dixit Bal.in allegato conſ.12.& 13.lib.1.quia
loquitur ipſe de aditione hæreditatis de qua hic non
agitur. Præterea eius opinio vera nõ eſt, inquit enim
ipſe in dicto conſil.13. ideo præſcriptionem non cur-
rere, quia filius eſt impeditus impedimento iuris &
facti,quod verum non eſt, nam ſi filius ignorat hære-
ditatem ſibi delatam per mortem patris, illud eſt im
pedimentum facti,ſecundum Bal.in l.prima,num.27.
C.qui admitt. quod facti impedimentum reſultans
ex ignorantia non impedit curſum præſcriptionis.
Alexan.conſ.4.num.19.lib.2.Bart.in l.1.§ ſi quis pro-
pter,ff.de itin.actuque priu. & probat latiſſime Balb.
de præſcript.in 1.par.6.par.prin.num.17.& ſeqq.plu
ribus, quia præſcriptio non obſtante quolibet impe-
dimento currit.Socin.ſen.in d.l. Cum filius, §.in hac,
col.penul. ff.de verbor.oblig. Paul.de Caſtr. conſ.30.
num.15.& num.21.libro 3.& probat tex. clarus in di-
cta l.Sicut, C.de præſcript.30. annorum,& in præſcri-
ptione regulariter tempus eſt continuum, niſi contra
rium lege caueatur,quod in caſu ignorantiæ lege cau
tum non reperitur. Paul. de Caſtr. dicto conſ.30. nu-
mero 10.Balb.in dicto tract.in prima par.4 par.prin.
quæſt.6. Nec dici poteſt,prout dixit Bal. in dictis con
ſilijs,filio ignoranti mortem patris,imputandum nõ
eſſe,quare hęreditatem non adiuit, cum illam adire
non poſſet,niſi prius mortis patris ſcientiam habuiſ-
ſet,iuxta tex.in l.Nec nos,C.de captiu.& poſtl.reuer.
Vnde quia hęreditatem adire, non valebat,& pręſcri
ptio contra eum nõ currit,arg.te.in l.1.in fi.C.de ann.
excep.quia ſi hęc ratio vera eſſet,ſequeretur idem eſ-
ſe dicendum,quando hęres ignorat hęreditatem ſibi
55 delatam,†cum hęres ignorans hęreditatem ſibi dela
tam,illam adire non poſſit.Bar.in l.Is poteſt,num.19.
ff.de acquir.hæred.Corn.conſ.351.num.8.lib.3.& ta-
men contra hęredem etiam ignorantem,qui nec adi-
re poteſt,currit pręſcriptio,l.Licet,iuncta gl.C.de iu-
re deliberan.quę communiter approbatur,vt dicunt
56 Bald.Alex.Iaſ. & alij ſupra allegati. Regula † autem
dictæ l.1. C.de ann.except. per quam Bald.mouetur,
procedit in impedito Iuris impedimento, vt eſt filius
exiſtens in poteſtate patris, qui Iuris impedimento
agere non poteſt,& ita textum illum intelligit Bald.
in dicta l.1.§.fin. affirmans regulam illius legis ve-
ram eſſe, quando quis impeditur de iure, ſed impe-
dimentum facti non attendi, quod etiam eſt de in-
tentione Cappel. Toloſ. in deciſ.76. Vnde quia im-
pedimentum proueniens ex ignorantia dicitur fa-

ſti non iuris, curſum præſcriptionis non impedit, & ita differentiam inter impedimẽtum Iuris & facti in propoſitu conſtituunt Bald. in d. § fin. Barto. in dicta l. 1. §. ſi quis propter, ff. de itin. actuque priuat. Alexan. conſ. 4. num. 19. lib. 2. & poſt alios Balb. in d. tract. 1. par. 6. par. prin. num. 17. & ſeqq.

Nulla etiam habenda eſt ratio eorum, quæ in octauo ſundamento adducuntur, quia aduerſaria non pe
57 tit dotem iuxta formam legati, ſed legitimam † quæ debetur ab inteſtato, & inteſtati ſucceſſione attenta, l. Papinianus, §. 4. ff. de inoff. teſtam. Alex. Aret. & alij in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, ff. de lib. & poſth. Rui. conſ. 17. col. 2. & 3. lib. 2. Alber. Brun. de ſtatut. quod ſtant. maſcul. art. 9. prin. num. 12. & ſequen. Tob. Non. in conſ. 18. num. 20. verſic. & hoc confirmatur. Ideo de dote ex teſtamento debita non eſt hic diſcutiendum
58 † quia petens aliquid ab inteſtato, quod non debeatur ex inteſtati ſucceſſione nõ poteſt obtinere, quamuis probaret idem ex teſtamento deberi; quoniam narrans & concludens ex cauſa teſtati videtur declarare nolle venire ea cauſa teſtati diuerſa & cõtraria, vt declarat Alex. in conſ. 121. col. 2. num. 6. verſ. Cum ergo, libro 1. per textum in l. fin. iuncta gl. in verb. Cu-
59 piens, C. de codicill. vbi in ſimili Bart. & alij not. † Et hoc ſecundum Alexan. in dicto conſ. col. 5. num. 11. in fin. ver. & quod dicta clauſula, &c. procedit, non obſtante quòd in libello adſit clauſula, petens ſibi deſuper ius & iuſtitiam adminiſtrari, nam cum iſta remedia ſint contraria, agens ab inteſtato non obtinet ex teſtamento, nec clauſula illa ad remedia contraria refertur ſecundum eum, & comprobatur per Pariſ. conſ. 7. nu. 21. & conſ. 131. num. 11. libro 1. Brun. de ſtatut. art. 15. & vlt. q. 1. nu. 4. & ſeqq. & Ant. Gabr. in ſuis concluſ. in titu. de clauſulis, concluſ. 4. num. 5 verſicu. Contrarium. vbi Bald. Felin. Ruin. Dec. & alios addu
60 cens † oſtendit clauſulam illam quoad remedia contraria nihil operari, & de communi teſtatur. Inſuper ſi de hac dote in hoc iudicio ageretur, nihilominus aduerſaria præſcriptione excluſa fuiſſet, non obſtante quacumque ignorantia, cum præſcriptio lõgiſſimi temporis currat etiam contra eũ, qui ignorat aliquid ſibi relictum in teſtamento, vt poſt Felin. Socin. ſen. & alios ſupra demonſtraui in ſolutione præcedentis argumenti.

Declinatur etiam nonum: Licet enim Capitaneus Auerardus fuerit bannitus, & poſſeſſionem ſuorum bonorum amiſerit, nõ fuit propterea interrupta præ-
61 ſcriptio; Hic enim † agitur de iurium præſcriptione ex curſu triginta vel quadraginta annorum, in qua non conſideratur perſona præſcribens nec aliqua rerum poſſeſſio, ſed tantum negligentia non petentis, & ſolum præſcriptio interrumpitur, ceſſante negligentia, & non aliter. Bart. in l. Naturaliter, num. 3. & 29. ff. de vſucap. Balb. de præſcrip. ſ. 3. par. 6. par. prin. q. 4. nu. 4. qui etiam ſubdit huiuſmodi præſcriptionem inductam fuiſſe odio non petentis, nec attendi fauorẽ poſſidentis quod etiã placuit in iſtis terminis Pariſ. in d. conſ. 32. nu. 15. & ſeq. lib. 3. Ea vero quę in contrarium allegantur, procederent in vera præſcriptione, cuius natura eſt auferre ius vni & dare alteri, nõ in caſu iſto in quo non agitur de præſcriptione propria, ſed de iuris extinctione; nã ſi quis non agnoſcit per 30. annos, à iure ſuo excluditur, ſed iſta excluſio non eſt præſcriptio, ſed iuris extinctio per non vſum longiſſimi temporis, quia ius illud tãto tẽpore extinguitur, nec alteri acquiritur: Idcirco hæc eſt impropria præſcriptio, & procedit etiam quando non conſideratur actio, & contra alium nõ competit & nemo adſit, qui præſcribit, vt declarat Pau. de Caſt. in l. Licet, nu. 4. C. de iure

deliber. quem refert & ſequitur Ceph. in conſ. 321. nu. 42. lib. 3. & melius explicat Corn. in conſ. 17. nu. 8. col. 6. verſ. Circa ſextum, lib. 4. vbi etiam de communi teſtatur. Quãuis igitur Capitaneus Auerardus fuiſſet tunc incapax, fuit nihilominus ius illud ex curſu longiſſimi tẽporis extinctum, nec perſona dicti Capitanei erat conſideranda. Præterea quia dictus Capitaneus fuit reſtitutus anno 1539. nihilominus ante motum iudicium anno 1570. ẽt non conſiderato tempore præcedẽti, præſcriptio annorum 30. completa fuit, & conſequenter contraria nullo modo reſiſtunt.

Pro reſponſione ad decimam rationem contrariæ partis dicitur ab anno 1529. quo deceſſit Guidus Angelus vſque ad annum 1570. moti iudicij, decurſam
62 eſſe præſcriptionem quadragenariam, † nec tp̃s belli eſt de medio detrahendum, cum non fuerit probatum, prout neceſſario requiritur, Cleophem voluiſſe tũc agere, ſed propter hoſtilitatem fuiſſe impeditam ſecundum Innocen. in c. ex tranſmiſſa, de præſcript. num. 1. & ibi Abb. nu. 5. Corn. in conſ. 277. nu. 9. lib. 4. Nec ſatis eſt conſtare bellum fuiſſe, niſi etiam probetur illud cauſam immediatam non agendi præbuiſſe, & quod omnino actum eſſet remoto bello ſecundum Abb. poſt Inno. in d. c. ex tranſmiſſa, num. 6. Bar. in l. 2. §. quod diximus, ff. ſi quis caut. Anton. de Butr. in c. Cum non liceat, de præſcr. not. Corn. d. conſ. 277. in fi. Alex. in conſ. 151. nu. 8. lib. 2. & idem Alex. in d. §. quod diximus, in prin. & ibi Iaſ. num. 4. de communi teſtatur. & ita etiam omnes tenere affirmat Fel. in d. c. ex tranſmisſa, in prin. & Balb. de pręſcript. 2. par. 6. par. prin. num. 6. ver. Limitatur. & propterea opus eſt tempore impedimenti fieri proteſtationem per eum, qui ex impedimento vult excuſari ſecundum Innoc. Bart. & alios in dictis locis, à quibus licet aliqui diſſentiant, quando bellum eſt notorium, tamen opinio Inno. & Bar. eſt communiter approbata, vt teſtantur Iaſ. & Felin. in dictis locis, & ratione fundatur, nam ſi impedimentum belli non releuat, niſi conſtet quòd voluerit quis agere & ex bello fuerit impeditus, debet tunc fieri proteſtatio, ex qua animus illius iuſtificetur, prout conſiderat etiam Fel. in alleg. c. ex tranſmiſsa. nu. 6. ver. Ad vnum, & num. 7. ver. Poteſt teneri, poſt Alex. in d. §. quod diximus, num. 7. in fi. Cum igitur prædicta nõ probentur, allegatum impedimẽtum non releuat, præſertim quia parum durauit, & per an
63 nos 30. Cleophes remoto impedimẽto tacuit, † quod ſatis oſtendit ex bello non fuiſse impeditam, & quod etiam ſi bellum non fuiſset, nihil petijſset, prout non petijt per tot annos illo remoto, argumento eorum, quę traduntur per Rom. ſing. 401. Alio ſero. qui dixit,
64 † quod ſi debitor non interpellatus extraiudicialiter poſtea conuentus à creditore, fatetur petita, abſoluitur ab expenſis primæ citationis, ſed ſi negat, condẽnari debet in omnib. expenſis, quia præſumẽdum eſt, quod etiã negaſset, ſi fuiſset extraiudicialiter interpellatus, & cõferunt not. per Dec. in l. qui in alterius, ff. de reg. iur. quem ibi refert & ſequitur Cagn. nu. 20.
65 & ſeq. qui dixerunt, † quod ſi actor diu diſtulit producere inſtrumentum crediti, reus abſoluitur ab expenſis antea factis, ſi tunc ceſſit liti, ſed ſi litem proſequutus ſuccubuit, condemnari debet in omnibus expenſis factis tam ante productionem inſtrumẽti, quã poſtea, quia veriſimile eſt, quod litigaſset, ẽt ſi à principio inſtrumenti ſciẽtiam habuiſset; Vnde dicẽdum eſt in caſu iſto nõ releuare allegatum impedimentũ, quia ex quo eo remoto non egit, præſumitur quòd non egiſset, etiam ſi nunquam bellum fuiſset. Poſtremo quia bellum parum durauit, etiam eius tempore de medio ſublato nihilominus fuit completa præ-

ſcriptio

ſcriptio quadragenaria, & ceſſat omnia difficultas.
Vndecimæ obiectioni, in qua tota difficultas præ-
ſentia conſultationis reſider, reſpondetur in caſu no-
66 ſtro decurſam eſſe præſcriptionem 40. annorum,† ad-
uerſus quam nulla reſtitutio concedēda videtur, iua-
ta r ex tum in l. omnes, in fi. C. de præſcript. 30. annorũ
per quem tex. ita tenent Bal. in l. 1. in 24. oppuſ. C. qui
admitt. Anchar. conſ. 169. col. 2. Dec. in conſ. 29. nu. 3.
& ſeqq. conſ. 554 in princ. & in conſil. 375. affirmans
hanc opinionem in rebus priuatorum eſſe magis com
munem. Alexan. conſ. 151. conſ. 163. num. 7. lib. 2. & in
l. 3. §. Labeo, num. 9. ff. de acquir. poſſeſſ. Soc. ſen. conſ.
164. in fin. & conſ. 194. lib. 2. & in terminis, de quibus
agitur, idem tenet in conſ. 2. num. 19. lib. 3. vbi opinio
nem iſtam magis communiter receptam eſſe teſtatur
Gozad. conſ. 8. in fin. Bertran. Ang. Curt. Tiraquel. &
alij, de quibus in addit. ad Alex. in dicto conſ. 151. in
littera D. libro 2. Curt. ſen. qui dicit iſtam opinionem
pluries defenſaſſe, & eſſe tenendam in conſ. 82. num.
4. illamque magis communem & veriorem eſſe affir-
mat Socin. iun. conſ. 54. num. 8. & in conſ. 76. num. 102.
libro 1. ſubdens, quòd etſi plerique aliquando con-
trarium dixerunt, non bene numerauerunt, & pon-
derauerunt Doct. hanc opinionem tenentes, & quòd
pauci ſunt, qui contrarium teneant in præſcriptione
40. annor. Nam etſi Bart. & plerique alij dicant reſti-
tutionem concedendam, loquuntur aut in præſcri-
ptione triginta annorum, aut in reſtitutione conce-
dēda eccleſiæ, vel minori aduerſus quadragenariam
præſcriptionem, & quòd pauci de reſtitutione conce
denda maioribus aduerſus quadragenariam præſcri
ptionem loquuntur. idem dicit in conſ. 145. à nu. 77.
vſque ad 82. libro 1, aſſerens ita fuiſſe iudicatum, &
rurſus in conſ. 6. num. 27. & ſeqq. lib. 3. & eamdem de-
clarationem affert Socin. ſen. in dicto conſ. 2. eamdem
opinionem ſequitur, & magis communem eſſe teſta-
tur Didac. Couar. in regu. poſſeſſor malæ fidei, de reg.
iur. in 6. in relect. 3. par. §. 3. maxime ſub num. 4. ver. 7.
& eam magis communem eſſe teſtatur Bero. in conſ.
56. num. 41. & ſeqq. lib. 3.

Et ſi contrariam opinionem recipere velimus, quã
late comprobat Rolan. à Vall. in conſil. 68. libro 3. &
magis communem teſtatur Sforria Oddus de reſtit.
in integr. pat. 2. quæſt. 90. art. 5. & regulariter reſtitu-
tio aduerſus præſcriptionem 40. annorum eſſet con-
cedenda, non poteſt modo aliquo in caſu, de quo agi-
tur, concedi; Quoniam aut prætenditur Cleophem i-
gnoraſſe mortem patris, & ex hoc capite non eſt reſti
tuenda, cum negari nõ poſſit, quin ſaltem anno 1548.
quo ad hanc ciuitatem acceſſit, & in domo paterna
habitauit, talem ſcientiam habuerit, vt dixi ſupra in
67 ſolutione ſeptimi contrarij,† & quia reſtitutio infra
quadriennium à die ſcientiæ peti debet. Alexan. con-
ſil. 89. num. 10. lib. 2. Couar. in d. §. 3. num. 3. & omnes
admittunt, & quando ſuperuenit ſcientia infra tẽpus
præſcribẽdi conceditur reſtitutio infra quadrienniũ
tantum à die ſcientiæ, & ſi ante completam præſcri-
ptionem per quadriennium ſuperuenerit ſciẽtia, illa
completa non conceditur aliqua reſtitutio, vt in ter-
minis declarat poſt Bald. Pau. de Caſtr. & alios Ruin.
conſ. 139. num. 15. & 16. lib. 2. qui etiam de communi
teſtatur. Bertaz. conſ. Ciuil. 12. num. 38. lib. 1. in occur
renti caſu, in quo ſcientia ſuperuenit ante motum iu-
dicium per annos 20. & vltra, de reſtitutione quæren
dum non eſt. Aut vero petit reſtitutionem ob ignorã-
tiam legati, de quo in teſtamento paterno. Et licet vt
dixi ſupra aduerſaria non petat aliquid ex teſtamen
to, ſed legitimam, quæ cõſideratur habita ratione ſuc
ceſſionis ab inteſtato, & propterea ad hunc effectum
de hac reſtitutione non ſit quærendum: nihilominus
dicitur reſtitutionem eſſe denegandam, quamuis re-
68 gulariter contra quadragenariam dari poſſet.† Pri-
mo quia cũ reſtitutionis petitio fundetur in præſum-
pta ignorantia, non conceditur, quando (vt hic) in a-
ctis ignorantia non allegatur, ita Iaſ. in l. Cum quid,
in 1. lectu. num. 25. ff. ſi cer. pet. Rober. Maran. in repe-
tit. l. Is poteſt, num. 225. ff. de acquiren. hæred. Secun-
69 do† tunc ob ignorantiam reſtitutio conceditur, quan
do illa eſt probabilis, iuſta, & non ſupina, & pleniſſi-
mè probata, cum vrgeat aduerſus eam maxima Iuris
præſumptio ex longiſſimi temporis curſu. Crauet. de
antiquit. tempo. par. 4. cap. incipien. Materia, num. 6.
latiſſime Couar. in dicto §. 3. maxime ſub num. 4. verſ.
Septimo. & poſt alios multos Ati. Pinell. in Authen.
Niſi, num. 60. C. de bon. mat. Pariſ. conſ. 23. num. 220.
libro 1. Cephal. conſ. 180. num. 30. & ſeq. & conſ. 215.
num. 8. lib. 2. Rolan. à Vall. conſ. 3. num. 99. & 100. li-
70 bro primo.† Nec ignorantia illa ſufficeret, quæ adhi-
bita diligentia potuiſſet remoueri, non enim eſt iuſta
ignorãtiæ allegatio, quando quis per ſe vel alios per-
quirendo certiorari potuit. Petr. de Anchar. conſ. 169.
incip. Principaliter, aliàs 170. Cardin. in Clement. 1.
§. fin. num. 6. de conceſſ. præbend. & in propoſito ad-
uertunt Ati. Pinell. in d. Authen. Niſi, num. 60. Burſat.
conſ. 119. num. 5. & 6. lib. 1. Couar. in dicto §. 3. num. 4.
Boer. q. 39. num. 7. circa fin. Rol. à Vall. conſ. 72. nu. 23.
& 24. lib. 3. Curt. ſen. in conſ. 58. nu. 4 in fi. vbi de com
71 muni teſtatur: Nam quando† adhibita diligentia, po
teſt quis certiorari, ignorantia craſſa & ſupina repu-
tatur, ſcientięque æquiparatur, l. ſi Titius, in prin. ff. de
fideiuſſ. Abb. in cap. Apoſtolicæ, nu. 3. de cleri. excom.
Dec. in l. Quamdiu, num. 13. C. qui admitt. & not. Ti-
raquel. de retract. lignag. §. 1. glo. 1. num. 8. ver. & ad
id de qua iuſta ignorantia in proceſſu nõ conſtat, ſed
potius contrarium vt dicetur, præſertim quia dum
Cleophes ad ciuitatem Peruſiæ acceſſit, poterat de
omnibus perquirendo informari; Ideo ex ea non po-
teſt reſtitutio concedi. Et eo magis hoc dicẽdum eſt,
quia non ſolum non iuſtificatur ignorãtia, ſed ex plu-
ribus elicitur præſumptio ſcientiæ non ſolum de mor
te patris, quod videtur indubitatum, ſed etiam pater
in teſtamenti; Conſtat enim in proceſſu Capitaneum
Auerardum ſcientiam dicti teſtamenti habuiſſe, cum
ſtatim mortuo patre hæreditatem ex teſtamento a-
72 diuerit,† quæ aditio clare ſcientiam probat, ſecun-
dum Bart. in l. Qui Romæ, §. duo fratres, num. 13. ff. de
verbo. oblig. quem ſequitur ibi Ripa num. 53. non ſo-
lum reſpectu extranei, ſed etiam filij. Pariſ. conſ. 72.
num. 23. lib. 2. Iaſ. pro communi in dicto §. Duo fra-
tres, num. 57. vbi Soc. iun. nu. 103. Quod ex teſtamen-
to dictus Capitaneus hæreditatem adiuerit, proba-
73 tur per cõfeſſionem aduerſariæ in poſitionibus,† quæ
confeſſio contra eam plene probat. Barbat. conſil. 3.
nu. 33. lib. 2. Pariſ. conſ. 21. num. 23. lib. 4 Papien. in ſua
practic. in tit. de form. capit. actoris, in verb. Coram
vobis, num. 4. Addi. ad Alex. in conſ. 172. in litt. A. lib.
6. De quo teſtamento & legato ſcientiam etiam ha-
buit Domina Lauinia ſoror, vt ipſa fatetur in eius pre
74 cibus,† cuius confeſſio in precibus plene contra eam
probat, l. Cum precum, vbi Bald. Salicet. & Iaſ. C. de
liber. cauſ. Dec. in l. edita, in 4. not. C. de eden. Crauet.
75 conſ. 201. num. 5. & 6. lib. 2. vbi ſubdit† id locum ha-
bere, quamuis in parte & partibus reſcriptum fuiſſet
productum. Habuit etiam perfectam ſcientiam dicti
teſtamenti Domina Magdalena mater, quæ illi fuit
præſens dum conficiebatur, vt dicitur in eo, ex qua
præſentia ſcientia eiuſdem probatur. Bart. & Bald. in
l. ſi tutor, C. de pericul. tut. Crauet. alios adducens in

conſ.193.num 7.libro 1.Cum igitur clarum ſit Capi-
taneum Auerardum fratrem,matrem & ſororẽ Cleo-
76 phes teſtamẽti perfectam ſcientiam habuiſſe,† fatetẽ
oportet ipſam Cleuphem, quæ ad hãc ciuitatem plu-
ries acceſſit & cum matre, & fratre, & ſorore in eadẽ
domu habitauit, illud idem, quod alijs notum erat
ſciuiſſe, & à matre,fratre, & ſorore de eo, quod ipſis
notum erat,certiorem redditam eſſe, iuxta text. cla-
rum in l.ſi legibus,iuncta glo in verb.probatum.& in
verb.imputare,C.de epiſcop.audien.& not.per Rol.à
Vall. in conſil.52.num.12.lib.1. & in fortioribus ter-
77 minis ita dixit Ruin.in conſ.50.num.17.libro 1.† Ad-
mittunt enim Doctores, quòd ſi in loco vel ciuitate,
vbi quis permanet,fama viget, quod pater fecerit te-
ſtamentum,præſumitur de eo filium ſcientiã habuiſ-
ſe, ita Ripa qui de communi teſtatur in dicto §. duo
fratres,num.55.Pariſ.conſil.72 num.26.libro 2. Rol.
à Vall.conſ.36.num.15.lib.2.not. Grat.conſ.49.num.
8.& ſeq.libro 1.& Socin.iunior in conſ.31.num.36.&
ſeq.lib.2.& ſi ex ſola fama in Ciuitate ſcientia præſu-
mitur,non minus erit præſumenda in caſu noſtro,ſtã-
te, quòd oĩbus de domo in qua permanſit Cleophes,
id notum erat; præſertim quia ad inducendam præ-
ſumptionem ſcientiæ,æquiparãtur hæc, quod aliquid
ſit notum illis de domo, vel de eo adſit fama in ciui-
tate,ſecundum Bar.in l.Quidam decedens,§ fin.ff.de
excuſat.tut.Bart.& Bald.in l.ſi tutor,C.de pericu.tut.
& faciunt tradita per Tiraquel. de vtroq. retract. in
titu.de retract. lignagier, § 9 glo.2.num. 40.aſſeren-
78 tem, † quòd quilibet ſcire præſumitur id, quod ad
eius domum,quam habitat,fuit denunciatum.& for-
tius ex ſcientia aliorum de domo exoritur præſum-
ptio ſcientiæ contra Cleophem, quia cum alijs habi-
79 tauit,& ratione† communis habitationis multa præ-
ſumuntur,quæ aliàs non præſumerentur, vt per Cra-
uet. conſ.151.num.24 libro 1. latiſſime per Rolan. à
Vall.conſ.66.num.28.& ſeq.lib.4.& conſ.19 num.39.
& ſeqq.lib.1.Rimin.iun.conſ.1.num.10.lib.1. Burſat.
conſ.118.num.21.lib.1.multa adducentes exempla,
quæ hanc opinionem comprobant. Quibus accedit
aduerſariã fateri in actis, Cleopbem anno 1568. quo
tempore in Vrbe teſtamentum fecit,ſcientiam pater-
ni teſtamenti habuiſſe;quę confeſſio comprobat dictã
80 præſumptionem ſcientiæ, † cum enim non probetur
quomodo ſcientia tunc ſuperuenerit, præſumendum
eſt illam habuiſſe,quando in domo paterna cum ma-
tre & fratribus habitauit per tot annos ante, vt in ſi-
mili dixit Petr.de Anchar. dicto conſ.169. aliàs 170.
col.vlt.verſic. Ex quibus.& Crauet. conſ.255. num.4.
verſic.Septimo,libro 2.aſſerentes,quòd quando nunc
allegatur ſcientia, præſumitur etiam in præteritum,
niſi probetur ſuperueniſſe. Et licet ex prædictis ſcien-
tiæ pręſumptio eliciatur,ad excludendum reſtitutio-
nẽ,nihilominus ſatis eſſet oſtendere allegatam igno-
rantiam non eſſe probabilem; præſertim quia facile
certiorari poterat,de omnibus perquirendo, propte-
rea reſtitutio omnino deneganda eſt, attento maxi-
81 mè quòd aduerſaria tractat de lucro captãdo, † quia
de lucro agit etiam filius petens hæreditatem pater-
nam,glo.Bart.& ceteri, in l.ſi emancipata, C.de iur.
& fact.ignor.Dec.in l.in eo quod velis,nu.2.ff.de reg.
iur.Crauet.conſ.225.num.11.lib.2.& difficilius reſti-
82 tutio † aduerſus præſcriptionem pro lucro concedi-
tur, vt in terminis poſt Iaſ. & alios conſiderat Ceph.
in conſ.215.num.5.& 6.libro 2.

Minus nocet duodecimum fundamentum contra-
83 riæ partis,† tunc enim filius exclusus præſcriptione à
capite vnde liberi, poteſt infra alios 30.annos ex ca-
pite,vnde legitimi admitti, ſi ex capite, vnde liberi
alijs hæreditas non fuit delata,& ita procedit textus
in l.1.§.ſed videndum,ff.de ſucceſſ.edict.ibi, nec cete-
ris &c.in quo opinio Bart.& aliorum fundatur:& lo-
quitur Alex.in allegato conſ.89.col.2.nu.4.libr.2.Sed
quando adeſt alius, qui ex capite,vnde liberi admiſ-
ſus ſit,tunc filius ab vno capite ex curſu 30. annorum
excluſus, remanet etiam excluſus ab omnibus alijs,
glo.in d.§.ſed videndum,in verb.ſuccedat.Bart.in l.1.
in prin.C.quan.non pet.par & ibi Doct.eum ſequun-
tur.Ang.in l.licet, C.de iur.deliber.Ant.Gabr.in tit.
de præſcript.concluſ.9.num.4.Soc.ſen.conſ.64.incip.
In cauſa vertente,col.3.num.6.ver.Nec dicat aliquis,
lib.1.& poſt alios Tob. Non.in conſ.27.nu.21.& 22.
Bertaz.conſ.ciuil.11.nu.40.lib.1.At Capitaneus Aue-
rardus hæres vniuerſalis, qui ex dicto capite,vnde li-
beri, admittebatur, in paterna hæreditate ſe immi-
ſcuit;Ideo Cleophes 30. aut 40. annis ab omni capi-
te remanebat excluſa.

Vltimum ſubuertitur conſiderando, quòd Cleo-
phes non erat hæres, ſed ab inteſtato vt extranea, &
eo teſtamento vt legataria erat conſideranda, vt ſu-
84 pra fuit dictum.† Præterea allegata in contrariũ pro-
cederent in filio,qui ſolus in teſtamento fuiſſet hæres
inſtitutus,& cohæredẽ non haberet: eo quidẽ caſu ex
cluſus 30. annis ex teſtamento poteſt infra alios 30.
venire ab inteſtato.& ita procedit dictum Baldi & a-
liorum,vt declarat Iaſ.in d.l.licet,num.5.ver. Reten-
ta,C.de iur.deliber.Sed quando quis cohæredem ha-
buit, qui ex teſtamento hæreditatem adiuerit, aliud
eſt,& ſolo curſu 30 annorũ ab omni iure excluditur,
vt declarat Gozad.in conſ.80.num.6. & faciunt ad-
ducta ſupra in reſolutione præcedentis argumenti.
Quare cum Capitaneus Auerardus hæres inſtitutus
hæreditatem adierit,nullo iure Cleopbes triginta an
nis excluſa admitti poterat.

Circa ſecundum principale dubium,numquid Do
mina Lauinia conſequi poſſit aliquid de bonis per
Dominam Magdalenam matrem emptis, concluſiue
procedendo; dico filios Capitanei Auerardi quoad
iſta bona in Rota Peruſina fuiſſe abſolutos; quorum
ſententia contra Dominam Lauiniam aduerſariam
85 tranſitum fecit in iudicatum: † quoniam appellatio
interponenda erat infra decem dies à prolatione
ſententiæ.Auth.Hodie,C de appellat.& Robert.Ma-
rant.in ſuo Specul.par.6.de appell.num.133. & alibi
Doct.paſſim admittunt, & onus probandi intra di-
ctum tempus fuiſſe interpoſitam appellationem ap-
pellanti incumbit. Bart. in l. Hi qui ad ciuilia, C.de
appellat. & ibi Salic. Ioan. Andr. Domin. de Sancto
Gemin. Franc.& alij in cap. Romana, de appellat.in
ſexto. Capel.Toloſ.deciſ.341. & ibi Aufrer.in addit.
Ant.Gabriel.in ſuis concluſ.in tit.de appell. concl.5.
86 num.1. qui de communi teſtatur.cum † in dubio non
præſumatur appellatum infra decem dies, vt poſt do
minos de Rota dixit Anto. Gabriel.in dicta concluſ.
5.num.2.& latius Menoch de præſumpt. par.1.libro
2.præſumpt.95.num.3 cum ſeqq. Nec ſatis eſſet con-
ſtare appellationem interpoſitam fuiſſe decima die;
quoniam tempus ad appellandum currit de momen
to ad momentum, l.1.§.dies,iuncta ibi glo. ff.quand.
ſit appellan. Menoch. in dictis præſumpt. num.6.&
omnes communiter admittunt, vt teſtatur Alexan.
in conſ.87.num.1 col.1.libro 7.Lancellot. de attent.
par.2.cap.11. de attent.penden.temp. ad appell. nu-
87 me.6.vbi de communi teſtatur. Et ideo† quando ap-
pellatur vltima die termini,debet in appellatione ap
poni hora, ex qua conſtet fuiſſe interpoſitam infra
decem dies, illos computando de momento ad mo-
mentum,aliàs reputaretur illegitima,& ſententia fa
ceret

Google

ceret rem iudicatam, vt cócludit in iſtis terminis Ale
xand. in d. conſil. 87. lib. 7. Sed in caſu noſtro non con-
ſtat concludenter appellatum fuiſſe pro parte dictæ
Dominæ Lauiniæ intra decem dies de momento ad
momentum illos accipiendo, ideo ſententia Rotæ cō
88 tra eam fecit tranſitum in iudicatum, & † conſequen
ter inter partes ius facit, l. ingenuum, vbi Bald. ff. de
ſtat. homin. & pro veritate habetur, l. res iudicata, de
regul. iur. Curt. iunior conſilio 97. numero 2. libro 2.
cum alijs adductis per Riminald. iun. conſil. 41. nu-
mero 7. lib. 1.

Et quamuis Domina Lauinia non fuerit præſens
probationi ſententiæ, ſatis eſt fuiſſe præſentem eius
89 procuratorem, † & ſtatim tam procuratori quã prin
cipali tempus ad appellandum currere cœpit. Paul.
de Caſtr. in Authen. Hodie, C. de appell. Felin. & alij
in cap. vt lit. non conteſtat. tea. in l. 1. §. fin. ff. quan. ap-
pellan. ſit Rot. deciſ. 27. de appell. in antiqu. & Tira-
quel. de vtroque retract. in tit. de retract. conſanguin.
§. 35. gloſ. 4. numer. 18. Nec vera eſt declaratio Socin.
iun. in conſilio 19. numero 10. lib. 2. quod non ſufficiat
conſtare de præſentia, ſi non probatur, quòd ſenten-
90 tiam intellexerit, † quoniam Notarius teſtatur pro-
curatorem fuiſſe præſentem, & quando Notarius di-
cit aliquem fuiſſe præſentem, præſumptio exoritur,
quod etiam intellexerit, & hoc ſufficit. Corne. conſil.
304. numero 6. lib. 1. Dec. in conſil. 630. num. 5. & ſeqq.
vbi de communi teſtatur; & in terminis hanc opinio
nem communem appellat Cephal. in conſil. 185. nu-
mero 16. libro 2. Quatenus vero prædicta ceſſarent,
ex alio dicitur bona prædicta per Dominam Magda-
lenam empta in ſolidum ſpectare ad hæredes Capita
91 nei Auerardi, † quoniam conſtat in proceſſu Domi-
nam Magdalenam non habuiſſe bona propria aut e-
xercituum, ex quibus pecunias conſequi potuerit,
ideo ea pecunijs Capitanei Auerardi filij, cuius bona
adminiſtrabat, emiſſe præſumitur, vt in terminis di-
xit Angel. in conſil. 141. quem refert & ſequitur Boer.
quæſt. 81. num. 8. & ſequent. & licet Domina Magda-
92 lena proprio nomine emerit, † & res empta etiam de
aliena pecunia efficiatur ementis, l. 1. l. multum & l.
fin. C. ſi quis alt. vel ſib. Barto. in l. & ſi inſtrumentum,
C. de fid. inſtrument. lib. 10. Bald. conſil. 67. numero 1.
lib. 5. & Alciat. de præſumpt. reg. 3 præſumpt. 26. nu-
mer. 14. Nihilominus ſtante quod bona filij admini-
ſtrabat, donec erat abſens à Ciuitate Peruſiæ occaſio
ne belli, & dictus Capitaneus pecunias in bello acqui
ſitas tranſmiſit ad matrem, vt in proceſſu probatur,
93 & conſequenter de pecunijs militis bona emit, † eo-
rum dominium effectum eſt filij, & ſi mater proprio
nomine emerit, ſecundum Bald. & Paul. de Caſt. in l.
ſi vt proponis, C. de rei vendic. Bal. in l. 1. C. ſi quis alt.
vel ſib. & Didac. Couar. in cap. 1. num. 5. extr. de teſta.
Quod priuilegium locum habet non ſolum in militi-
bus militantibus, ſed in omnibus militibus armatæ
militiæ, ſecundum communem opinionem Docto-
rum, de qua teſtatur Bal. in d. l. ſi vt proponis, num. 2.
in fin. & hæc magis ſunt recipienda, cum ex aliquibus
coniecturis probetur emptionem fuiſſe factam pro
dicto Capitaneo Auerardo, & ab eo antea fuiſſe tra-
94 ctatum de emptione facienda, † & quando coniectu-
ræ concurrunt, quòd emptio ſit facta pro eo, cuius e-
rant pecuniæ, tunc ipſe dominium acquirit, licet alter
emat, vt voluerunt Bald. & Paul. de Caſtr. in d. l. mul-
95 tum, C. ſi quis alt. vel ſib. Nec facit negocium, † quod
priuilegium militibus conceſſum, non competat mili
tibus noſtri temporis, ſecundum Bar. in l. 1. C. de iur.
& fact. ignor. Rip. in l. Centurio, numero 9. ff. de vulg.
& pupill. qui de communi teſtatur, Ozer. in rubr. In-
ſtit. de milit. teſtam. qui pariter hanc opinionem com
munem appellat, & ſequitur Aretin. in §. Plane, Inſti-
96 tut. eodem titu. Primo, quia † milites noſtri temporis
ſalariati ſtipendiarij, ſeu qui militant, gaudent om-
nibus priuilegijs militibus conceſſis. Paul. de Caſtr.
& Alexand. in l. ſcriniarios, C. de milit. teſtam. Roma.
conſil. 43. in 4. dub. Iaſ. in l. De quibus, colum. 17. ff. de
lega. quos ſequitur Rip. in d. l. Centurio, nume. 9. Dec.
in rub. C. de milit. teſtam. Aufre. in addit. ad deciſ. 141.
Capell. Toloſ. Bal. in l. 1. C. de iur. & fact. ignor. quam
opinionem ſequuntur etiam multi allegati à Sfort.
Odd. in tractat. compend. par. 5. præmiſ. 3. folio mihi
91. verſicu. contrariam. Contraria autem opinio pro
cederet in alijs militibus, qui non ſunt ſtipendiarij ſa
lariati ſeu militantes, vt poſt Bertrand. declarat Rip.
in allegat. loc. Dec. in dicta rubr. C. de milit. teſtam. &
eſt de mente Alex. in d. l. Centurio, nu. 7. Sed Capita-
neus Auerardus continue extra patriam in exercitio
belli permanebat; ideo gaudebat priuilegijs alijs mi
97 litibus conceſſis. † Secundo quãdo ratio & cauſa pro-
pter quam militibus priuilegium aliquod concedi-
tur, militat in militibus noſtri temporis, illud etiam
ad ipſos extenditur. Bal. in d. l. 1. nu. 8. C. de iur. & fact.
igno. Alex. in l. Centurio, nu. 23. & Sfort. Odd. qui di-
cit ita omnes tenere in dicto tertio præmiſſo. verſ. re-
ſcta igitur. Sed ea ratione ſancitum eſt, quod res em-
pta de pecunijs militum ipſis acquiratur, quoniam
cum ipſi abſint occaſione belli, & per ſe propria nego
cia exercere nō valeant, lex, ne defraudentur, eis ſub-
uenire voluit, transferendo in eos dominium bonorũ
emptorum cum ipſorum pecunia, iux. text. & ibi not.
per Bal. & Pau. de Caſtr. in d. l. ſi vt proponis, C. de rei
vend quæ ratio pariter vigebat in fauorem dicti Ca-
pitanei Auerardi continue abſentia occaſione belli,
98 ergo & ipſe dicto priuilegio vti poterat. † Addi po-
teſt tertio Capitaneum Auerardum fuiſſe militem &
nobilem Peruſinum, cui tamquam Peruſino priuile-
gium, antiquis militibus cōceſſum, competebat, pro-
ut contrariam opinionem limitando, declarat Sfort.
Odd. in dicto præmiſſo 3. verſicu. Limitatur ſecundo,
vbi alios allegat.

Vltimum principale dubium ſtudendo breuitati,
99 facile reſoluitur, conſiderando, † quod Capitaneus
Auerardus aliqua ex bonis Dominæ Cleophes poſſe
dit, ex qua poſſeſſione ſi conſtabat ipſum ſciuiſſe ſe eſ-
ſe hæredem, præſumitur ſororis hæreditatem adiuiſ-
ſe, vt per Bartol. in l. ex annuo, ff. de donat. int. vir. &
vxor. in l. Gerit, nume. 21. ff. de acquir. hæred. Bald. in
l. 1. nume. 40. C. qui admitt. & in l. Debis. in q. 1. C. de
furt. & ſi de hoc dubitaretur, ſtandum eſſet declara-
tioni hæredis, ſeu hæredis hæredis. Bar. in d. l. Gerit,
nu. 21. & num. 27. & poſt alios Crauet. conſil. 197. nu-
me. 4. libr. 1. ſed per filios & hæredes dicti Capitanei
Auerardi fuit in iudicio allegatum patrem dictã hæ-
reditatem adiuiſſe; ideo aduerſaria portionem Capi
taneo Auerardo debitam, iniuſte prætendit. & ſi præ-
tenditur Capitaneum Auerardum animo adeundi
non potuiſſe poſſidere, poſtquam non conſtat mor-
100 tis & teſtamenti ſororis habuiſſe ſcientiam, † reſpō
detur, eiuſdem filios & hæredes illam adire poſſe præ
uia in integrum reſtitutione ob allegatã patris igno
rantiam, ex clauſula generali, ſi qua mihi iuſta cauſa
&c. Quæ reſtitutio cum in actis fuerit petita, hære-
des dicti Capitanei prædictam hæreditatẽ adire poſ
ſunt, prout adiuiſſe declarauerunt, ita Ange. & Paul.
de Caſtr. in l. ventre, ff. de acquir. hæred. Imol. & Ale.
in l. Pantonius, eod. tit. Ale. conſil. 169. lib. 2. & in con
ſil. 71. nu. 4. lib. 1. Fel. in cap. vigilanti, de præſcript. la-
tè Socin. ſen. conſil. 153. num. 88. & ſeqq. lib. 2. Dec. in

l. s.

Digitized by Google

l.2.in 2.lectu.numero 8. C.qui admitt.Gozadin.conſil.68.numero 12. & communem eſſe teſtantur Rube. Alexandri.conſ.56.numero 2.& Burſat.conſilio 60. num.3.libr.1. & conſequenter aduerſaria ad portionem hæreditatis dicto Capitaneo debitam admittenda non eſt.

Ex quibus concludo ſentẽtiam in hac cauſa latam iuxta prædictas concluſiones reſpectiue confirmandam ac reformandam eſſe.

Iuxta prædictam concluſionem iudicatum fuit per Excellentiſſimum Dominum Ioannem Mariam Brugnolum Locumtenentem Reuerendiſſimi Domini Gubernatoris Peruſiæ anno 1576. & menſe Ianuarij rogato Domino Octauiano Aurelio Notario Peruſino.

ARGVMENTVM.

Præſcriptionis exceptio quibus in caſibus impediat compromiſſum.

Donatio per ſuperuenientiam filiorum quando reuocetur.

Narrata in petitione Actoris, an, & quando attendi debeant ad cognoſcendum, numquid cauſa vigore ſtatuti ſit compromittenda.

SVMMARIVM.

1 *Præſcriptio non procedit cum mala fide.*

2 *Mala fides defuncti nocet etiam hæredibus, vt præſcribere non poſſint. Sed aliqui contra nu. 23.*
Et declaratur num. 24.

3 *Donator ſi ſuſceptis liberis ſuperuixit, & aliquid non dixit, & cum hac taciturnitate deceſſit, præſumitur voluiſſe eam valere, licet liberi ſuperuenerint.*
Declaratur num. 27.

4 *Præſcriptio non currit, ſed dormit durante bello, & peſte.*
Intellige vt num. 28.

5 *Petitionis facies attenditur, ad cognoſcendum, numquid cauſa compromitti debeat vigore ſtatuti Peruſini. Sed late declaratur nu. 29. cum ſeqq. multis vſque ad finem conſilij.*

6 *Reſtitutio in integrum conceditur aduerſus præſcriptionem etiam quadraginta annorum.*

7 *Exceptio præſcriptionis oppoſita in vim dilatoriæ ad proceſſum impedit litis ingreſſum.*

8 *Compromiſſum ad quod faciendum ſtatutum compellit partes, impeditur per omnes exceptiones impedientes litis ingreſſum.*

9 *Præſcriptionis exceptio impedit compromiſſum fieri vigore ſtatuti Peruſini.*
Declaratur num. 45. cum ſeq.
Amplia etiam ſi reus fuiſſet in mala fide. nu. 25.

10 *Donatio reuocatur per ſuperuenientiam liberorum ipſo iure. cum ſeqq.*
Amplia etiam ſi modico tempore ſuperuixerint liberi. numero 12.
Item in donatione partis ſeu rei notabilis valoris etiamſi ſit infra dimidiam. nume. 13.

11 *Dominium translatum in donatarium ipſo iure acquiritur donatori, ſuperuenientibus liberis.*

14 *Bona fides in dubio præſumitur ex poſſeſſione longi temporis etiam decem annorum.*
Amplia etiam ſi quis poſſediſſet contra ius commune. numero 15.
Et quamuis non allegetur titulus, quando agitur de curſu longiſſimi temporis triginta annorum. numero 16.
Et ex cauſa etiam iniuſta cauſatur, nu. 17.

18 *Error iuris cauſat bonam fidem etiam ad præſcribendum. Sed contra quod inducat bonam fidem quoad acquiſitionem fructum tantum, nu. 19.*
Prima opinio procedit in iuris errore iuſto, & probabili non in iniuſto. nu. 20.
Item in præſcriptione longiſſimi temporis. Secunda autem in præſcriptione longi temporis. nu. 21.

22 *Bona fides ob ignorantiam præſumitur.*

24 *Hæres ex propria perſona præſcribere poteſt, quamuis defunctus fuerit in mala fide præſumpta, ſecus ſi in vera.*

26 *Statutum quod ad impediendum executionem inſtrumenti admittit exceptionẽ præſcriptionis, intelligitur etiam ſi præſcribens fuerit in mala fide.*

27 *Hæredes donatoris, quamuis donator nihil dixerit, obijcere poſſunt, donationem fuiſſe reuocatam per ſuperuenientiam liberorum.*

29 *Corn. conſ. 46. lib. 2. declaratur, & etiam reprobatur cum pluribus ſeqq.*

30 *Conſtitutum appoſitum in inſtrumento donationis reſoluitur ſuperuenientibus liberis, ſicut ipſa donatio.*

31 *Forenſis ſi conuenitur ratione contractus, qui prætenditur celebratus in loco iudicij, & ipſe illum negat, non proceditur ad vlteriora niſi actor illum probet.*

32 *Narratis in petitione non ſtatur, quando reus illa negat, niſi probentur.*
Declaratur num. 43.

33 *Statutum Peruſinum lib. 2. rubr. 27. de comprom. declaratur cum ſeqq. vſque ad finem conſilij.*

34 *Negatiua eſt improbabilis, ſi loco & tempore non poteſt coarctari.*

35 *Iudex declarans cauſam compromittendam vigore ſtatuti, cenſetur reijcere exceptionem oppoſitam ad illud impediendum.*

36 *Exceptio peremptoria oppoſita ad proceſſum, ſi fuit reiecta non poteſt amplius opponi ad merita cauſæ, quando de ea fuit plene cognitum, aliàs ſecus.*

37 *Exceptio præſcriptionis eſt litis finitæ.*
Item rei iudicatæ. num. 38.
Et ſolutionis. nu. 39.

40 *Statutum compellens partes ad compromittendum, non creditur comprehendere res deciſas & finitas.*

41 *Præſcriptionis exceptio coram Arbitro, habente poteſtatem procedendi de æquitate, & de facto, non attenditur.*

42 *Exceptio impediens litis ingreſſum plene probata, non reſeruatur ad meritu tamquam requirens altiorem indaginem, niſi actor probet ſuam replicationem.*

44 *Compromiſſi petitio reijci debet, quando iudex ex coniecturis cognoſcit illud peti in fraudem ſtatuti.*

46 *Præſcriptionis exceptio requirens altiorem indaginem oppoſita ad impediendum proceſſum, reſeruatur diſcutienda in meritis cauſæ.*
Intellige quando redditur dubia ex defectu probationis ex parte rei: alias ſecus. num. 47.

48 *Compromiſſum vigore ſtatuti fieri non poteſt ſuper cauſa reſtitutionis in integrum aut alia mixti imperij.*

49 *Compromiſſo locum non eſſe in dubio iudicandum eſt, quando cauſa non pendet inter coniunctos.*

CONSILIVM LXXXIV.

DOMINVS Hieronymus & Capitaneus Horatius de Camillis petentes bona aliàs donata per Adrianũ Bernardino ipſorum patri, & cauſam ab eis deſuper propoſitã contra D. Maurũ Maſſinum compromitti, fundatã habent intentionẽ in ſtatuto Peroſino lib. 2. rubr. 27. de

de compromiſſ. diſponente cauſas omnes etiam in-
ter eatraneos ad petitionem partis compromitti de-
bere .

Nec Actoribus obſtare videtur præſcriptionis ex-
ceptio per reum oppoſita, quæ ad impedieodum com
promiſſum à ſtatuto expreſſe permittitur.

Primo quia ſciebat Adrianna, qui bona Beruardi-
oo donauit, illa ad dictnm dooatarium ſpectare, &
ea ſcientia rei alienæ erat in mala fide, ca. ſi virgo. 34.
q. 2. l. ſi quis fundum, ff. de acquir. poſſeſſ. Natt. coosil.
456. num. 17. lib. 2. Bero. conſi. 82. num. 5. libr. 3. Balb.
de præſcript. in 2. par. 3. par. princ. q. 3. io princ. Franc.
1 Becci. conſ. 48. nnm. 3. † & cum mala fide præſcribere
non poterat, Iuris Canonici diſpoſitione attenta, ca.
fin. vbi omnes, de præſcript. cap. poſſeſſor, & ibi gloſſ.
& Doct. de reg. iur. in ſexto, quæ opinio communiter
reeipitur, vt teſtantur Rui. conſ. 176. nu. 32. lib. 1. Soc.
iun. conſ. 69. num. 44. lib. 1. Ant. Gabr. in ſuis concluſ.
in tit. de præſcrip. concl. 3. io prin. & ob malam fidem
2 Adtiani non ſolum ipſe, nec hæredes prçſcribere † po
terant, qnia vera mala fides defuncti impedit hære-
des, qnòd non ſolum non prçſcribant, vtendo acceſſio
oe temporis auctoris, ſed nec illam ex eorum perſona
incipiendo. Ant. de Butr. Abb. & Imo. in c. ſi diligeoti,
de præſcript. Rom. conſil. 201. ver. Tertio principali-
ter. Abb. conſ. 3. io 14. q. lib. 2. Cranet. conſ. 146. num. 7.
lib. 1. Alexand. conſil. 63. numero 11. & 12. libr. 4. cum
alijs allegatis per Aoton. Gabr. de præſcript. concl. 5.
num. 1. & 2.

Nec ea eo quod Adriannus tempore donationis fi-
lios non habebat, quos poſtea procreauit, potuit ha-
bere bonam fidem, credens donatiooem ſuperueniē-
tia liberorum reuocatam fuiſſe, iuata l. ſi vnquam, C.
de renoc. dona. qnooiam donatio, de qua agitur reuo
3 cata non videtur; † cum eoim poſt filiorum natiuita-
tem Adrianus ſuperuixerit per multos annos, nec vn
quam declarauerit velle donationem eſſe reuocatā,
& deceſſerit cum hac taciturnitate; oſtenditur à prin
cipio ea fuiſſe intentione, quod etiam ſuſceptis libe-
ris donatio valeret, cenſeturqne donationem confir-
maſſe, & eius hæredes de donationis reuocatione op
ponere non poſſunt, vt poſt Bal. in l. 1. colum. fin. C. de
ioniſic. don. Iaſ. in Auth. Ex cauſa, col. ſi. C. de liber. &
poſthu. Socin. & alios diait Rip. in dicta l. ſi vnquam,
q. 42. num. 104. & ſeqq. & ſequitur Iul. Clar. in §. dona
rio, q. 23. in fine.

4 Secundo † quia poſt factam donationem in Ciuita
te Peruſina fuerunt peſtilentiæ, bella, partialitater, &
illis durantibus ios non reddebatur, præſcriptio dor
miebat, & tempus, per quod durauit impedimentū,
de medio detrahitur. c. ea tranſmiſſa, de præſcr. & ibi
Innoc. & Abb. num. 4. de communi teſtatur Pariſ. aſſe
rens ita omnes tenere conſ. 95. nu. 38. lib. 3.

Tertio ſtante quod in libello Actorum fuetūt nar-
rata prædicta omnia, & quod tam Adriaons, quam
eius hæredes erant in mala fide, & quòd poſſederunt
nomine Bernardini, quamuis hæc non probarentur,
5 ſufficit ea narraſſe io libello: † quoniam ad effectum
cogooſcendi numquid cauſa ſit compromittenda, ſta
tur narratis in petitione, & ſola facies petitinnis at-
tenditur, vt in terminis ſtatuti Peruſini concludit
Corn. conſ. 46. nu. 4. & ſeqq. libro 2. cuins opinionem
confirmant Dec. conſ. 22. oom. 3. verſ. 2. quia, & Grat.
conſ. 155. num. 18. lib. 2.

Quarto, ſi præſeriptio poſt mortem Bernardioi
6 partis actorum eſſet decurſa, † tamen quia ipſi in lo-
cum patris ſnccedentes dictæ donationis ignoran-
tiam habuerunt, prout de iure præſumitur, l. qui in
alterius, cum ibi oot. ff. de regu. iur. aduerſus præſcri-
ptionem ex capite ignorantiæ in iotegrum reſtituen
di eſſent iam ſi quadragenaria præſcriptio eſſet de-
curſa. Bartol. io l. 1. §. ſi quis, ff. de itin. actuque priuat.
Abb. & alij in dicto c. vigilanti, vbi Felin. de commu-
oi teſtatur. Franc. Balb. de præſcripe. in 4. par. 4. part.
princ. q. 29. num. 1. & ſeqq. vbi etiam de communi te-
ſtatur Boer. deciſ. 39. oumero 3. & ſeq. & latius Sfort.
Odd. de reſt. in integr. p. 2. q. 90. ar. 5. qui alios moltos
allegat, teſtaturque hanc opiniooem magis commu-
niter approbari.

Sed prædictis nonobſtantibus cenſeo cauſam præ
dictam non eſſe compromittendam: Quoniam Do-
minus Maurus ad impediendum compromiſſum op-
poſuit exceptionem præſcriptionis, quæ exceptio
7 † quando in vim dilatoriæ ad proceſſum opponitur,
litis ingreſſum impedire ſolet. Barto. io l. fin. nume. 3.
ff. pro ſuo. Angel. in l. Sicut, C. de præſcript. 30. annor.
Aret. Ang. Bal. Sal. & alij in l. Emptor, C. de præſcripe.
long. tempor. late Blanc. de comprom. q. 4. princip. in
tit. de eacept. ea act. defect. ou. 5. in verb. præſcriptio-
8 nis. † Et quando ſtatutum diſponit ad petitionem al
terius partis cauſam compromitti debere, compro-
miſſum impediunt oēs exceptiones, quæ litis ingreſ-
ſum impedire ſoleot. Ioan. de Mont. Sperello, in l. ele
ganter, §. ſi quis poſt, ff. de cōd. indeb. Corn. cooſ. 209.
num. 2. qni de communi teſtatur, & conſil. 121. in ad-
dit. nnm. 5. li. 1. Soc. ſen. in d. §. ſi quis poſt Ale. cooſ. 62.
9 nu. 9. li. 7. Barba. conſ. 53. per torum, li. 4. † in terminis
quòd eaceptin præſcriptionis impediat compromiſ-
ſum, quod vigore ſtatuti fieri deberet, pbat Soc. ſen.
conſil. 203. numer. 5. libr. 2. Balb. de præſcript. part. 1.
quæſt. 9. num. 5. verſic. Addo Aſin. in praxi iodic. §. 13.
cap. 9. nnm. 3. & ſeq. Quæ conclnſio in caſu oſtro cla-
riſſima redditur quoniam ſtatutum Peruſioum in di-
cta rubr. 27. col. 2. expreſſe diſponit eaceptiooem præ
ſcriptionis, & nonnullas alias compromiſſum impe-
dire. Non erit igitur locus compromiſſo, ſtante dicta
eaceptione, qnoniam illa probata fuit. Conſtat enim
Adriannm donaſſe medietatem ſnorum bonorum
Bernardino anno 1524. Adrianumque deceſſiſſe ao-
no 1549. Bernardinum vero anno 1559. Apparetque
Adrianum, & eius ſucceſſores à dicto anno 1524. vſ-
que ad annnm 1583. quo fuit motnm iudicium, & ſic
per annos 59. continuos pacifice bona donata poſſe-
diſſe, ea qnibus ſatis præſcriptio probatur, cum de iu
re Communi ſpatio triginta annorum omnis actio
tollatur, l. ſicnt, C. de prçſcripe. 30. vel 40. annor. & cur
ſu annorum 40. paretur plena ſecuritas, l. omnes, in
fin. C. eod. tit. De iure autem municipali huius Ciui-
tatis, ſolo curſu quindecim annorum omois obliga-
tio ſeu actio eaſtinguitur, vt dicitur in lib. 2. rubr. 29.
de eaecut. inſtrum. colum. 3. §. volumus autem, & ſiue
ſucceſſores Adriani vtantur acceſſione temporis, per
quod vixit Adrianus, ſiue non, præſcriptio fuit com-
pleta, cum donatio fuerit facta anno 1524. Adrianus
deceſſerit anno 1549. & iudicium fuerit cœptum an-
no 1583.

Et oon ſolum probaoit Dominus Maurus poſſeſ-
ſionem ſnam, & auctorum per annos 59. ante motam
litem: ſed etiam probauit alia multa, quæ oſtendunt
omnes habuiſſe bonam fidem. Et quantū attinet ad
Adrianum, qui donauit, id apparet, ea eo quòd tem-
pore donationis nec vaorem nec filios habebat, ſed
10 poſtea vaorem duxit, & filios procreauit, † ea quorū
ſuperuenientia reuocata fuit donatio, l. ſi vnquam,
C. de renoc. donat. & ibi omnes. Bar. & ceteri in l. Ti-
tia Seio, §. Imperator, ff. de leg. 2. late Iul. Clar. in § do-
natio. q. 22. in prine. Huiuſmodique reuocatio indu-
cta fuit ipſo iure abſque hominis miniſterio. gloſ. fin.

in di.

in dicta l.Si vnquam, à Bar. & alijs in d.§.Impera.Bar.
& Ang in l.ſi totas, C.de inoffic.donat.Socin.ſen.con-
ſil.93.nu,17.lib.4. Corn.conſ.4.colum.1.lib.3. vbi de
communi teſtatur: quam opinionem communem di
cunt Ant Gabr.in tit.de donat.concluſ.2.numer.5.in
prima ampliat. Viui.in tract.commun. opin. in verb.
donatio facta priuato,num.1.Cephal.conſi.49.nu.11.
lib.1.conſ.670.num.23.& ſeq.libr.5. Iul. Clar.in d.§.
21 donatio.q.23. ver.Præterea quæro. † Et ſtante huiuſ-
modi reuocatione dominium,ſi quod in donatarium
ex donatione tranſlatum fuit, ipſo iure donana reac-
quiſiuit ſecundum communem opinionem,de qua te
ſtantur in dicta l.ſi vnquam, Rip.num.103. in 41.q.&
poſt eum Viui.in allegato loco,num.1.& Cephal.con
ſil.445.num.27.lib.3.Habebat enim hæc donatio taci
tam conditionem, ſi filij donatori non naſcerentur,
& natia liberis habetur ac ſi numquam facta fuiſſet,l.
Pecuniam quam, ff.ſi cert pet. l.neceſſario,§.quod ſi
pendente,ff.de peric.& commod rei vendit. & in pro
poſito not. Cephal.conſil.94 nume.12. lib.1. & dicto
conſil.445.num.15.lib.3. & in tantum ipſo iure legia
diſpoſitione donationia reuocatio inducitur ex libe-
22 rorum ſuperuenientia, † vt ſi filij poſtea ex modico
interuallo viuo patre deceſſiſſent, donatio, quæ corũ
natiuitare reuocata fuit,non reuiuiſcat. Bart.in dicto
§ Imperator,colum.vlt.Imol.in cap.fin.colum fin.de
donat.Iaſ conſil.65 num.28.libr.3. Crot. conſil.231.
num.8.conſil.264 num.3.lib.2.Pariſ.conſil.73.nume.
45.libr.1 & poſt alios Gabriel. in dicta concluſ.2.nu-
mero 18.& in 9.ampliat,qui id concedit, quando fi-
lius natus viuere potuiſſet,licet non vixerit,& ſi quan
23 do vinere non potuiſſet, aliud concludat, † & non ſo-
lum procedit l.ſi vnquam, in donatione omnium bo-
norum, ſed etiam in donatione partia,& ſic medieta
tis,prout eſt donatio, de qua agitur, vt dicitur in di-
cta l.ſi vnquam,ibi,omnia bona,vel partem aliquam,
& ibi Rip.nume 14. Immo etiam in donatione alicu-
ius rei particularis,quæ non ſit modici, ſed notabilis
valoris, licet ſit infra dimidiam, quam veriſimiliter
donator non donaſſet,ſi de filijs cogitaſſet. Bart.& a-
lij in d.§.Imperator.Rip.in d.l.ſi vnquam,numer.15.
vbi de communi teſtatur Soc.iun.conſil.113. num.20.
lib.1.Alex.conſil.71.nu.3.& 5.lib.4.qui ponderat tex
tum in d.l.ſi vnquam, non loqui de parte ſimpliciter,
ita vt intelligi debeat de medietate: ſe loqui de ali-
qua parte. Alios multos huius ſententiæ allegat Ga-
briel.in dicta concluſ. 2. num. 8. & vere communiter
approbatur, vt teſtantur Rui.conſ.173.nu.3.ver. Non
obſtat, lib.1. Tiraq.in d.l.ſi vnquam,in verbo. omnia,
vel partem aliquam,nnos.13.& 24. Didac.Couar.va-
riar.reſolut.lib.1.c.19.in fin.Iul.Clar.in d.§.Donatio.
q.22.ver.Quarto infertur.

Stantibus igitur prædictis, Adrianna qui poſſedit
24 bona donata,fuit in bona fide † quæ in dubio præſu-
mitur ex poſſeſſione per longum tempus etiam decẽ
annorum,gloſ.& Abb.in c.ſauctorum, &c. ſi diligen-
ti,de præſcript.Felin. in d.capit.ſi diligenti Alexand.
conſilio 100 libro 2. ſequitur Dec.conſilio 266.nu-
mero 5. Franc. Becc. qui communem dicit conſil. 95.
nume 9.& poſt alioa Didac. Couar.in regu. poſſeſſor
malæ fidei.in relect.2. par.§.8.num.2. Cephal.conſi-
25 lio 316.num.45.& ſequ.lib.3.† Quæ præſumptio bo-
næ fidei per poſſeſſionem longi temporis admittitur,
etiam ſi quis poſſediſſet contra ius Commune. Inno.
& alij,in c 2.de reſtit.in integr.Alex.conſ.110.num.6.
lib.1 Cephal.in dicto conſ.316. numero 46. Et quia à
die factæ donationis elapſi ſunt anni 59. fortiua hæc
procedunt,cum ſolus curſua longiſſimi temporia tri-
ginta annorum faciat præſumi retro in bona fide fuiſ
16 ſe, etiam ſi nullus appareret titulus,† nec mala fides
poſt tantum tempus allegari poteſt. Bart. in l.fin.nu.
17.C.vnde vi.Abb.in dicto c.ſi diligenti,Curt.ſen.con
ſil.82.num.3.ver. Nec expedir. Pariſ.qui communem
dicit conſ.15.numer.22.& ſeqq. lib.1.Curt.iun.conſil.
52.num.11.lib.1.Hieron.Gabriel.conſi.164 num.12.
lib.1.Tob.Non.conſil.16.nume.21. Afflict. deciſ.40.
num.12.Barbat.Cor. Rip. Salicet. & alij multi relatã
per Cephal.dicto conſi.315.num.57.lib.3 vbi de com
muni teſtatur,& idem Cephal.dicto conſil.316.num.
46.& ſeq.eod. libr. qui etiam dicit ex poſſeſſione lon-
gi temporis decem annorum præſumi nunc poſſidere
bona fide,ſed ex poſſeſſione triginta annorum præſu-
mi etiam retro bonam fidem habuiſſe, per curſum e-
nim tanti temporia mala fides,quæ à principio præſu
mi potuiſſet,purgatur. Put.deciſ.192.num.4 libr.1.&
poſt alioa multoa pro communi Dida.Couar.in dicto
§.8.num.3.in princ.& ver. Et quia Bartoli opinio. Et
ideo Mandell.de Alba.conſil.28.num.2. dixit, quod
elapſo tam longo tempore, lex præſumit in bonam
partem, quòd ſuperuenerit aliquid,propter quod ha
buerit debitor iuſtã cauſam non ſoluendi,ſeu verius,
propter quod debuerit creditor amplius non petere,
& quod in ſumma trãſmutatur mala fides in bonam
fidem,niſi contrarium expreſſe probetur. Et quia ho-
die non quæritur nec iudicandum eſt,an donatio fue
rit reuocata,vel non, ſed tantum nunquid Adrianus
fuerit in bona vel mala fide, ſi plene non probaretur
donationem fuiſſe reuocatam,nobia ſufficit oſtende-
re poſt donationem aliqua ſuperueniſſe, quæ ſaltem
potuerint tribuere Adriano cauſam iuſtæ credulita-
17 tia ſufficientem ad inducendam bonam fidem,† cum
bona fides etiam ex quauis iniuſta & temeraria cau-
ſa reſultet. Bald. in l.1.num.3.C.vbi cauſ.ſtat.l.Igitur,
§.poteſt,ff.de liber.cauſ.Iaſ.conſ.153.nume.12.lib.2.
Curt.iun.conſil.168.numero 30.lib.2.Tob.Non con-
ſil.26.numero 20.Crau.conſil.6.num.119. & conſilio
145.numero 14.in fin.lib.1.Franc.Bece.conſil.95.nu-
mero 10.vbi Caſtrenſ.Alex.& alioa allegat, Menoch.
conſilio 214.num.46.lib.3.Franc.Balb.in repet.l.Cel-
ſus,in 1.par.num.13.& ſeq.vbi de communi teſtatur,
18 ff.de vſuca.† Immo etiam iuris error à mala fide ex-
cuſationem præbet, & bonam fidem inducit, l. ſed &
ſi lege,§.ſcire,ff.de petit.hæred.Socin.ſen.conſilio 33.
numero 9 libro 4.Crauett.dicto conſil.6. numet.119.
19 Menoch.dicto conſi.214.numero 43. & ſequent.† Et
quamuis ſecundum Bart.in dicto §.ſcire,Caſtrenſ. &
alioa allegatos per Franc.Balb.in dicta l.Celſus in 1.
par.numero 17.& 18. Iuria error cauſet bonam fidem
quoad acquiſitionem fructuum, non tamen ad præ-
20 ſcribendum,eorum opinio procedit † vel in Iuris er-
rore iniuſto,& non probabili,ſecus ſi iuris error pro-
habilis eſſet.Soc.dicto conſi.33.num.10.Balb.in dicto
21 loco num.17.ver.Primo limita: † Vel in præſcriptio-
ne longi temporis, non in præſcriptione longiſſimi
temporia 30.vel 40 annorum, in qua etiam Iuria er-
ror cauſat bonam fidem, vel ſaltem excuſat à mala,
prodeſtque ad præſcribendum ſecundum Imol.in d.
l.Nunquam,in princ.ver.In præſcriptione autẽ.Paul.
de Caſt.in dicta l.Celſua,num.4.Soc.in dicto conſ.33.
num.11.Fran.Balb.in dicta repet.par.1.num.20.ver.
Quarto limitatur. & idem ſentit in ſua diſtinctione
Alciat.de præſump.reg.3.præſumpt.5.num.3.& ſeq.
& nume.5.ver. Poſſet diſtingui. & quod quælibet ap-
parens cauſa etiam iniuſta, ſeu iuris error inducat
bonam fidem in præſcriptionibus triginta annorum,
firmant Natt.conſil.522.num.17.& ſeq.libr.3.Tiber.
Decian.conſil.13.nu.78.lib.2.Curt.iun.qui ſimiliter
de præſcriptione loquitur,conſilio 310.numero 84.&
ſeqq.

ſeqq. libro 3. Et hæc quo ad bonam fidem Adriani.
De bona fide ſucceſſorum Adriani magis clare cō-
22 ſtat, † quia non apparet ipſos donationis ſcientiam
habuiſſe,& ignorantia præſumitur, iuxta l Qui in al-
terius, ff. de regul.iur.& ſtante ignorantia bona fides
præſumitur. Natt.conſil 456.num.16.& ſequent. libr.
2. Corn.conſilio 117.nume. 2.in fin.& 3.lib.1.Cephal.
conſilio 610 num.58 lib 4 Roland.à Vall.conſilio 3.
num. 108.lib.1.& alibi Docto.admittunt. Cum igitur
de præſcriptione & bona fide conſtet, compromiſſo
locus non eſt.
Nec obſtant ea,quæ in contrarium adducebantur.
Et primum de mala fide ſatis ſupra remouetur: nec
23 allegata mala fides nocet ſucceſſoribus; † quoniam
præterquam quod opinio illa non tranſit ſine difficul
tate,cum Din.in reg poſſeſſor malæ fidei, colum. fin.
de regul.iur.in ſexto dicat de Iure Ciuili malam fidē
auctoris nocere ſucceſſoribus: ſed de Iure Canonico
non obeſſe, ſi ex propria perſona præſcriptionem in-
choare intendunt abſque acceſſione temporis aucto-
ris;cuius opinionem ſequūtur multi allegati per An-
ton.Gabr.in tit.de præſcr.concl.5.in princ.Bero.con-
ſil.85.num.15.& 16.lib.3.Soc.ſen.conſ.203.col.5. ver.
Quarto,& ver.Quinto,& col.3.lib.2.vbi dicit de Iure
Canonico malam fidem defuncti non nocere ſucceſſo
ribus in præſcriptione 30.annorum, & contraria pro
cedere in præſcriptione longi temporis decem vel vi-
ginti annorum; & ita Doctores communiter tenere
teſtatur,& alios huius ſententię refert Ceph. conſ.103.
24 nu. 12.lib.1. † Nihilominus retenta contraria opinio
ne,quæ eſt magis communiter recepta,illa locum ha-
bet,quando auctor fuit in vera mala fide:ſecus ſi ma-
la fides fuiſſet præſumpta ſeu ficta; eo enim caſu po-
teſt hæres à ſeipſo præſcriptionem inchoare & com-
plere, glo.in l.tutor rerum, ff.de admin. tut. Paul. de
Caſtr.in l. Numquam,la 2.in princ.ff.de vſucap.Alex.
in l.Pomponius,§.Cum quis,col.8 verſi. Vnum adda-
tis,ff de acquir.poſſ.Soc.iun.conſil.76.nume.99.lib.1.
Capic.deciſ.86.nu.7.Ferret.conſi.343.num.24.& 25.
lib.2.Fel.Pariſ. & Ruin.quos refert & ſequitur Anto.
Gabr.in d.concl.5.nu.6.in 2.limit.Didac.Couar.in d.
reg poſſeſſor malæ fidei.in relect.2.§ 9.nu 6.qui idem
dicunt,quando defunctus fuit in Iuris errore. Sed in
caſu noſtro ex iam dictis oſtenditur Adrianum ha-
buiſſe bonam fidem, & ſi de aliqua mala fide appare
ret,non erat vera mala fides prout à Doctoribus con
ſideratur quando ſcilicet defunctus retinebat rem cū
peccato, quo caſu Doctores dicunt, teneri hæredem
exonerare conſcientiam defuncti; Ideo ſine probabi-
li difficultate dicendum eſt ſaltem ſucceſſores Adria
ni ex propria perſona præſcribere potuiſſe,cum à die
mortis Adriani & die motæ litis defluxerint anni 34.
25 & vltra. † Vlterius quia ſtatutum ad impediendum
compromiſſum admittit exceptionem pręſcriptionis
etiam ſtatutariæ, & ſtatutum rubr. 29.libr.2.inducit
præſcriptionem 15.annorum, ſtatutum de compro-
miſſis,quod admittit exceptionē præſcriptionis, nul-
la facta diſtinctione inter bonam vel malam fidem,
eſt indiſtincte intelligendum: Nam etſi ſtatutum nō
poſſit inducere pręſcriptionem cum mala fide,quoad
hoc vt auferatur ius parti & remedium Iuris Cōmo-
nis, poteſt tamen inducere præſcriptionem etiam cū
mala fide, ad auferendum beneficium ab ipſo ſtatu-
to, vt cauſa compromittatur; quod non erat de iure
26 communi, † vt in ſimili not. Alexand.conſ 115. col.3.
& 4.libr.7. dixit ſtatutum,quod concedit executionē
inſtrumentis, & admittit exceptionem præſcriptio-
nis,intelligi etiam,quando adeſt mala fides: quoniā
ea præſcriptione ſolum aufertur beneficium conceſ-
ſum ab ipſo ſtatuto, ſaluo manente iure agendi via
ordinaria.
Quod verò dicitur de taciturnitate Adriani poſt
ſuperuenientiam filiorum,ad oſtendendum donatio
nem non fuiſſe natiuitate filiorum reuocatam per di
ſpoſitionem d.l.ſi vnquam,parui eſt momenti; Quo-
27 niam vt ſupra dixi, † natis filijs donatio fuit reuoca-
ta ipſo iure,propterea non erat opus aliqua declara-
tione donatoris: ſed eius hæredes poſſunt de hac re-
uocatione obijcere, ſecūdum Pariſ.qui ita omnes te-
nere teſtatur in conſ.73.nu.16. & ſeq.li.1.& hanc par
tem late defendit Rip.in d.l.ſi vnquā,q.42.vbi Alber.
de Roſ. Ange. & alios multos allegat itamque com-
probat Cephal conſ.445.nu.25.& ſeqq. multis lib.3.
Et quia Bernardinus donatarius nunquam poſſedit
bona donata, ſed illa ſemper vſque ad mortem poſſe
dit Adrianus donator,ſine difficultate dicendum eſt
donationem fuiſſe reuocatam,& de reuocatione exci
piendo à ſucceſſoribus opponi poſſe,quamuis Adria-
nus nihil dixerit,ſecūdum Rip in d.q.42.nu.105.ver.
Primus eſt. Nec iſto caſu nocēt auctoritates Iul Clar.
& aliorum in contrarium allegatorum, qui loquun-
tur, quando poſt natiuitatem filiorum donator per-
miſit bona donata per donatarium ſemper poſſideri
abſque eo,quòd illa vnquam petierit,& de reuocatio
ne donationis obiecerit.
Secondum obiectum de impedimentis ob peſtem
& bellum facile remouetur ex facto, cum probatum
fuerit ferè ſemper ab anno 1524. in Ciuitate Peruſi-
28 na fuiſſe ius redditum. † Præterea non releuant di-
cta impedimenta, cum non probetur Bernardinum
agere voluiſſe & propter impedimētum peſtis & bel-
li fuiſſe impeditum, vt opus erat. Innoc.in c.ex tranſ-
miſſa,nu.1.& ibi Abb nu.5.de præſcript.Corn.conſil.
277.nu.9.lib.4 Non quidem ſufficit apparere de bel-
lo ſeu peſtilentia,niſi probetur cauſam immediatam
non agendi præbuiſſe, & quod illis remotis omnino
quis egiſſet. Abb.in d.cap.ex tranſmiſſa nu.6. vbi Fe-
lin.in princ.de communi teſtatur. Bart. in l.2.§.quod
diximus,ff.ſi quis caut. & ibi Alexan.in princ Iaſ.nu-
me.4.de communi teſtatur. Corn.dicto conſi. 277. in
fin. Alexan.conſil.151.nu.8.lib.2. Balb.de præſcript.
in 5.par.6.par.princ.num.6 ver.Limitantur. Et pro-
pterea ſecundum Inno. & Bar.in allegatis locis opus
eſt tempore impedimenti reſultantis ex bello & ſimi
li cauſa fieri proteſtationem,quòd ob impedimētum
non agitur. Et licet aliqui diſſentiant, nihilominus
opinio Innocent.& Bartoli eſt communiter approba
ta, vt teſtantur Iaſ. & Feli.in allegatis locis. Sed quia
vt dixi modico tempore impedimentum durauit, &
illud non præbuit cauſam non agendi, cum fere ſem-
per ius fuerit redditum,& ſatis oſtēditur ex eo, quòd
Bernardinus ſuperuixit vſque ad annum 1559. & ni-
hil vnquam petijt: Ideo nulla allegati impedimenti
habenda eſt ratio.
29 Tertium tollitur,† Primo,quia Corn.in d conſilio
47.lib. 2.dicit ſtari narratis in libello,niſi reus ſuā ex
ceptionem probet, quod non nocet, quia Dominus
Maurus obiecit exceptionem præſcriptionis, illam
probauit,& docuit de cauſis, ex quibus bona fides re
ſultat,& virtualiter etiam probauit nō poſſediſſe no-
mine Bernardini vigore clauſulæ conſtituti (prout ex
30 aduerſo aſſeritur) quia † ſuperuenientia filiorum nō
ſolum reuocat donationem, ſed etiam ipſo iure con-
ſtitutum reſoluitur. Bald.in l.ex teſtamento, C.de fi-
deicomm. Melchior. Palea.in tractat.maiorat par.1.
quæſt.21.numer.3.verſicu.nec quidquam. Dec.conſi-
lio 366.in fin. Ruin.conſil.173.num.17.& ſeqq. libr.1.
Grat.conſil.50.numer.52. & ſeq. lib.1. Tiraquel.in l.
ſi vn-

ſi vnquam, in verb. reuertatur, num. 2. & de iu. conſtit.
par. 3. limit. 29. nume. 4. En enim ipſo quod probatur
reſolutio donationis, præſumitur etiam, quod dona-
tor nõ poſſederit amplius nomine donatarij, ſed pro
prio nomine, vt ſentiunt Doct. in dictis locis, & clare
explicat Ruin. dicto conſ. 173. num. 18. Secundo dici-
tur opinionem Cornei in dicto conſil. 46. reddi du-
31 biam, † quia de iure communi non ſtatur narratis in
petitione, quando reus negat narrata, ſecundum Do
ctor. in cap. ſuper litteris, de reſcript. Bar. in l. præſcri-
ptione, nume. 7. C. ſi contr. ius vel vtil. publi. & ibi Iaſ.
num. 28. qui approbat primam opinionem relatam à
Bart. quæ fuit Innocent. in dicto c. ſuper litteris, Ioan.
Andr. in cap Romana, colum. 2. de for. compet. in ſex-
to. Bald. in l. ſi quis, numer. 5. verſic. vltimo nota. ff. de
iudic. & in dicta l. præſcriptione, num. 29. & 35. Iaſ. in
l. cum quædam, §. quoties, nu. 2. ff. de iuriſdi. omo. iud.
Concludentes, quod licet ſtetur narratis in libello,
nihilominus ſi conuenitur forenſis ratione contra-
ctus, qui aſſeritur celebratus in loco iudicij, & foren-
ſis illum negat, non eſt ad vlteriora procedendum, ni
ſi actor illum probet. Allegata autem per Corne. in
dicto conſil. 46. procedunt, quando aliqua narrantur
ab Actore, quæ non negantur à Reo, vel ſi negantur,
non ſunt talia, in quibus fundetur intentio Actoris,
prout ſentit Grat. in allegato conſil. 155. num. 18. lib.
2. dum dicit admittere dictum Cornei, quando idem
quod narratur in petitione, colligi poſſet ex reſpon-
32 ſionibus traditis petitioni: † ſed ſi aliqua narrantur,
in quibus fundetur intentio actoris, ſi negãtur à reo,
non eſt ſtandum narratis, niſi aliter probentur, vt de-
clarat Ioan. de Imol. in dicto cap. ſuper litteris, num.
29. & ſeqq. quæ opinio communiter approbatur, vt
teſtantur Curt. iun. in l. 5. num. 31. & ſeqq. ff. ſi quis in
ius vocat. non ier. & conſ. 154. numer. 6. lib. 5. Marian.
Socin. in c. ſi clericus, num. 12. in fin. & ſeq. de for. com
per. Ruin. conſil. 69. numer. 10. lib. 5. qui etiam repro-
bant opinionem Lapi in allegat. 58. incip. §Prælatua
eccleſię contrarium ſentientis, & hanc opinionem ve
ram, & communem dicit etiam Mandoſ. in addit. ad
dictam allegationẽ Lapi in littera B, 2. & in proprijs
terminis, de quibus agitur, quãdo actor narrauit ma
lam fidem ad remouendum exceptionem pręſcriptio
nis ad effectum, vt cauſa compromittatur in vim di-
cti ſtatuti, quòd non ſtetur narratis, niſi veritas narra
torum probetur, & conſequenter quòd cauſa non cõ-
promittatur, firmat Sigiſmund. de Vbald. cuius conſ.
ſubſcripſit Corn. conſil. 141. per tot. lib. 1. vbi teſtatur
hanc opinionem eſſe communẽ, & in deciſiuis ſequen
dam. Sequenda igitur videtur hæc opinio Cornei in
dicto conſi. 141. quia vera eſt, & communis, & quia il-
lum articulum diſputando defendit Corne. per totũ
conſilium, & dubitabilis redditur opinio, quam ſequi
tur in dicto conſ. 46. præſertim quia non mouetur ibi
ſolo illo fundamento quod attendatur facies petitio
nis, ſed alijs multis, vt in dicto conſil. Tertio dicitur
opinionem Cornei in dicto conſi. 46. ſi vera eſſet, quã
do agitur de attendẽda facie petitionis circa ea, quæ
exceptiones à reo oppoſitas concernunt, ſolum pro-
cedere in terminis ſtatuti antiqui Peruſini, quod tem
pore ſuo vigebat, & quando reo non affertur præiudi
cium, niſi ex eo quod cauſa compromittatur, quod po
teſt reo vtilitatem ſicut damnum afferre, prout ipſe
ſentit num. 9. verſic. & poteſt. In terminis autem mo-
33 derni ſtatuti nullo modo eſt ſequenda eius † opinio:
Diſponit enim nouum ſtatutum exceptionem præ-
ſcriptionis, & alias impedire cõpromiſſum, & ſuper
eis eſſe pronunciandum, & ſi non probatur cautam
debere cõpromitti, nec exceptiones reſeruari poſſe
diſcutiendas coram arbitro, tamquam merita cauſæ
concernentes, quod in antiquo ſtatuto, à me viſo non
dicebatur. Ponamus modo reum probare exceptio-
nem præſcriptionis ex curſu tẽporis, & nõnulla, quæ
bonam fidem arguant, & Actorem in ſuo libello nar-
rare malam fidem, interpellationem, promiſſionem
& quædam alia, quæ ſi vera eſſent, dictam exceptio-
nem eliderent, ſi narrata tantum attenderentur, eſſet
in poteſtate actoris facere, quòd omnis cauſa cõpro-
mittatur, & exceptiones impedietea compromiſſum
reijciantur contra mentem ſtatuti; nam cum actor (vt
dicit ſtatutum) teneatur declarare tempus, & cauſã,
34 nec de loco aliquid diſponatur, † negatiua eſſet im-
probabilis, ſi loco, & tempore non poſſet coarctari,
iuxta notat. per Hercul. de probanda negatiua, num.
154 & ſeq. & ſi locus declararetur, eadem difficultas
probationis negatiuæ adeſſet, vt dixit Bartol. in l. prę
ſcriptione, numer. 7. in fin. C. ſi contr. ius vel vtilit. pu-
blic. & quia exceptio non poteſt reſeruari diſcutien-
da coram arbitro, vt dictat ſtatutum, & ex pronuncia
35 quod cauſa compromittatur, reijceretur, † quia iu-
dex declarando cauſam compromittendam, cenſere
tur declarare exceptionem præſcriptionis, quæ com-
promiſſum impediebat, non obſtare, c. ex parte, el 2.
de appe. Bar. in l. à procedente, num. 4. C. de dila. Bal.
in l. 1. num. 11. colum. fin. verſ. contrarium, C. de ordi.
iud. Fel. in c. exhibita, nu. 6. prope fin. ver. poſtea 2. de
iudic. Dec. conſ. 275. colum. 5. verſic. nec obſtat, ſi dica
tur, cum alijs allegatis per Anton. Gabr. in tit. de ex-
cept. concluſ. 1. per totam, afferretur reo ex ſola aſſer-
tione actoris damnum irreparabile, non ſolum quia
fieret compromiſſum non obſtante exceptione præ-
ſcriptionis, ſed etiam quia exceptio illa tolleretur in
totum, nec corã arbitro opponi poſſet ad merita cau
36 ſæ: quoties † enim reus opponit exceptionem perem
ptoriam impedientem; litis ingreſſum ad impedien-
dum proceſſum, ſi iudex de ea plene cognouit (vt hic
plene cognouiſſe conſtat) ſi reijcitur, non poteſt po-
ſtea ad merita cauſæ obijci, ſecundum Bald. in l. Nam
& poſtea, in princ. nume. 3. & ſeqq. ff. de iureiur. quem
ſequuntur Rom. in l. Ait Prætor, la 2. in prin. num. 10.
& ibi Iaſ. num. 20. eod. tit. licet quando de huiuſmodi
exceptione non eſſet plene cognitum, aliud dicant.
Et quamuis Bart. in Extrauag. ad reprimen. in verb.
Summarie, num. 55. Petr. de Anchar. conſ. 373. incip.
Pro declaratione, col. 2. ver. Item aduertendum. Ale.
in l. Eleganter, §. ſi quis, numer. 7. ff. de condict. indeb.
teneant exceptionem, licet reiectam ad impediendũ
proceſſum poſſe opponi in vim peremptoriæ ad meri
ta, eorum opinio procedit, quando de ea non fuit ple
ne cognitum, vt Bal. & alij ſupra allegati declarant;
Vel quando reijcitur, quia non probata, ſecus ſi pro-
bata eſſet, & reijceretur tamquam non vera vel ſim-
pliciter ſecundum diſtinctionem Signor. de Homod.
conſ. 27. colum. fin. Et prædicta magis procedere ar-
bitror, ſtante ſtatuto diſponente, quod ſi exceptiones
permiſſæ non probantur, fiat compromiſſum, & illæ
coram arbitro diſcutiendæ non reſeruentur, quod ſta
tuentes optima ratione prohibuiſſe creditur: Nam ſi
reus habet exceptiones præſcriptionis rei iudicatæ
& ſolutionis, quę à ſtatuto ad impediendum compro
37 miſſum permittuntur, † cum illę exceptiones ſint li-
tis finitæ, vt de præſcriptione dixit Bartol. in l. fina. ff.
pro ſuo. Felin. in rubr. de præſcript. columna. 4. Franc.
Balb. in tract. de præſcript. in 1. par. quæſt. 9. numer. 1.
Rimin. iun. conſil. 407. nume. 16. libr. 4. Aſin. in praxi
iudic. §. 13. cap. 9. numero 1. & communem dicit Bur-
38 ſat. conſil. 291. nume. 7. libro 3. † & de exceptione rei
iudicatæ Bartol. in l. Nam & poſtea, in princ. ff. de iu-
reiur.

reiur. Dec. conſ. 436. num. 21. Bero. conſil. 108. num. 3.
lib. 3. Aſin. dicto §. 13. c. 6. numero 6. Rimin. iun. conſi-
39 lio 420. nu. 9. lib. 4. † & de exceptione ſolutionis Bar.
in l. Cum quærebatur, nu. 3. & in l. Vir bonus, nume. 3.
& ibi Alex. ff. iud. ſol. Blanc. de comprom. q. 4. prin. in
tit. de excep. imped. litis ingreſſ. ex pact. & cõuentio.
num. 12. in verb. ſolutionis, vbi Bald. Soc. & alios alle-
gat, dum ſtatutum mandat compromiſſum fieri de iu
re, de facto, veritate, & æquitate, & à laudo ferendo
appellationem, & fere omne aliud remedium rollit;
40 non eſt credendum ſtatuentes voluiſſe † res deciſas
& finitas in compromiſſum deduci: quia iſto modo
ſtatutum, quod eſt inductum ad litium diminutioné,
contrarium effectum operaretur, vt in ſimili dixit So
cin. ſen. conſ. 300. nu. 7. ver. Prima, libr. 2. Et ex hoc cõ-
promiſſo reus valde lędi poſſet, ex quo arbiter poteſt
ſecundum ſuam voluntatem laudare, & ab eius lau-
do omnis aufertur recurſus; Et etiam quia ſi dictæ
exceptiones coram arbitro obijcerentur, & illas arbi
ter admittere deberet, eius ampla poteſtas reſtringe
retur, ſi iuxta formam iuris ſuper illis iudicare debe-
41 ret. † Et hoc maxime eſt dicendum in exceptione prę
ſcriptionis, quæ ſecundum aliquos coram arbitro ha
bente poteſtaté procedendi de æquitate, & de facto,
attendi non debet, vt dicunt Angel. in l. 1. ff. de negot.
geſt. Bald. in l. 1. num. 4. C. de præſcript. 30. annor. Iaſ.
conſ. 159. num. 9. lib. 2. Tiber. Decia. conſ. 44. num. 27.
& ſeqq. li. 1. conſ. 108. nu. 28. & 29. lib. 3. Rolan. à Vall.
conſ. 68. nume. 11. & ſeqq. lib. 3. Dicendum eſt igitur,
quod ſi reus exceptiones, impedientes compromiſſú
obiecit, & probauit, quamuis actor narrauerit in ſuo
libello aliqua, quę reſpiciant replicationes, ad eliden
dum exceptiones; illa non eſſe attendenda, nec ad
compromiſſum faciendum eſſe procedendum, niſi
prius actor ſuam replicationem probauerit, & conſe
quenter veram non eſſe opinionem Corn. in dicto cõ-
ſil. 46. lib. 2 in terminis, in quibus ipſe conſuluit: ſed
recipi debere aliam, quam ipſe Cor. ſequitur in dicto
conſi. 141. lib. 1. Aut ſi opinio, quam ſequitur Corn. in
dicto conſ. 46. vera eſſet, procederet in terminis anti-
qui ſtatuti, quod nõ diſponebat ſuper exceptionibus
eſſe pronúciandum, nec reſeruari poſſe diſcutiendas
coram arbitro, non tamen admittendas eſſe in termi
nis moderni ſtatuti ex iam dictis. Et ſi aliter dicere-
tur, eſſet in poteſtate Actoris narrare fraudolenter
multa falſa, quæ eliderent exceptiones, impedientes
compromiſſum, & hac via facere, quòd omni caſu fie-
ret compromiſſum contra formá ſtatuti, & quod ex-
ceptio præſcriptionis, & aliæ à ſtatuto permiſſæ reo
in totú tollantur: quod non eſt admittendú, cum frau
dibus ſit obuiandum, vt dicit Corn. dicto conſ. 141. in
fin. & ita in ſimili caſu dixit Socin. ſen. conſ. 300. nu. 7.
ver. ſecunda ratio, & num. 8. lib. 1. Ex quibus conclu-
do de facie petitionis in terminis moderni ſtatuti in
caſu de quo agitur nõ eſſe habendam rationem, & ſo
lum admitti poſſe ſtandum eſſe narratis in petitione
in terminis dicti ſtatuti circa ea, quæ concernunt In-
tentionem Actoris reſpectu actionis, & proceſſus or-
dinandi, & in iſtis terminis poſſent procedere addu-
cta per Corn. in dicto conſ. 46. conſiderata diſpoſitio-
ne dicti ſtatuti, dum dicit teneri actorem declarare
tempus, & cauſam omnium deductorum in libello,
per quam declarationem conſtare & declarari poſſit
per iudicem cauſæ exceptiones obſtare vel nõ obſta-
re, quod ſatis oſtendit non teneri actorem narrata in
libello probare: ſed faciem petitionis attendi. Nam
ſi probatio exigeretur ex probatione de tempore &
cauſa conſtaret, & fruſtra declaratio cauſæ & tempo
ris deſideraretur; Vnde quia declaratio illa non re-
quiritur ad effectum tãtum, vt reus ſuas exceptiones
ꝓbare poſſit, ſed ẽt ad hoc vt Iudex declarare valeat,
numquid exceptiones obſtent vel non; narratis per
Actorem vſ́ ſtandum, ſed non puto attendendam eſſe
ſolam facię petitionis quoad reſpicientia replicatio
nem contra exceptiones permiſſas à ſtatuto ad impe
42 diendum compromiſſum; † ſed de replicatis per acto
rem plene cõſtare debet antequam ad vlteriora pro-
cedatur qñ reus ſuam exceptioné probauit, iuxta not.
per Affli. d. dec. 63. qui dixit, quod ſi reus contra agen
tem oppoſuit, & probauit exceptionem iuſiurandi &
tranſactionis ad impediendú litis ingreſſum, & actor
replicat, ꝙ tranſactio & iuramentum fuit dolo extor
tum, & offert probare in termino probatorio: nõ poſ-
ſe reſeruari ad merita, ſed actorem debere probare
ſuam replicationem, poſtquam reus probauit exce-
ptionem impedientem litis ingreſſum; Et Afflictum
ſequitur Cephal. conſ. 754. nu. 12. & ſeq. lib. 5. Et quia
ſuper illis exceptionibus coram Arbitro diſcuti non
poteſt, & poſt laudum à ſtatuto omne remedium au-
fertur; plena exigitur probatio ex his, quæ in ſimili
dixit Bald. in l. præſcriptione, nu. 32. ver. quarto quæ-
43 ro, in fi. C. ſi contr. ius vel vtilit. public. † & circa nar-
rata in petitione, in quibus fundatur intẽtio actoris,
ſi à reo negantur, tunc illis ſtandum eſſet, quando de
veritate narratorum conſtat ſaltem præſumptione, ita
vt fraus actoris excludatur: aliàs ſecus, vt be declarat
Dec. in l. Cú quædam puella, §. quoties, in fin. ff. de iu-
riſd. omn. iudi. & ita intelligo Imo. in c. ſuper litteris,
nu. 19. & Corn. conſ. 141. num. 1. in fi. & nu. 2. in fi. li. 1,
Marian. Soc. Cur. iuñ. & alios ſupra pro opinione iſta
allegatos, dum dixerunt ſufficere conſtare ſummarie
de veritate narratorum: quorum dicta locum habẽt
quoad fundandam iuriſdictioné, non circa reſpicien
tia replicationem & exceptionem, ſuper quibus an-
tequam ad vlteriora procedatur, ſit pronunciandú,
& non reſeruentur poſtea diſcutiendæ, vt in caſu no-
ſtri ſtatuti. In caſu vero de quo agitur, actores narra-
uerút malam fidem, interpellationem, promiſſionem
rei de reſtituendo bona donata, & alia multa, quæ ſo
lum replicationem contra exceptionem præſcriptio-
nis reſpiciunt, nec narrata modo aliquo probarunt.
Ideo narratis ſtandum non eſt ex iam dictis, & quia
in fraudem omnia narrauerunt, qñ de fraude cõſtat,
etiam in terminis antiqui ſtatuti narrata non atten-
di, dixit Corn. dicto conſ. 141. in fi. quod concedit e-
44 tiam in dicto conſil. 46. num. 9. in fin. ver. † & propte-
rea. & idem tenet Socin. ſen. in dicto conſil. 300. num.
8. libro 1. aſſerens debere iudicem compromiſſi reij-
cere, quando ex coniecturis cognoſcit illud in frau-
dem ſtatuti peti. Quidquid igitur in libello narretur,
arbitror ſtante præſcriptione compromiſſo locum
45 non eſſe. † Nec obſtat exceptionem præſcriptionis
ex prædictis reddi ſaltem dubiam, quo caſu non im-
pedire compromiſſum dixerunt Dec. conſil. 22. num.
3. ver. Tertio principaliter. Balb. de præſcript. part. 1.
q. 9. nume. 5. aſſerentes ſolum impedire compromiſ-
ſum, quando ſtatim liquidabilis eſt; Reſpondetur e-
nim dupliciter. Primo contraria procedere ſecúdum
46 terminos iuris communis † ea ratione, quia huiuſmo
di exceptio oppoſita ad impediendum proceſſum, ſi
requirit altiorem indaginem, per Iudicem reſerua-
tur ad merita cauſæ, vt Doctor. in l. Nam & poſtea,
ff. de iureiur. Paul. de Caſtr. conſ. 247. colum. 3. verſic.
Nam poſito, lib. 1. Afflict. dicta deciſ. 63. Crauet. conſ.
204. num. 7. libr. 2. Blanc. de compromiſſ. q. 3. in tit. de
except. imped. lit. ingreſſ. in princ. num. 4. verſ. Tertia
erit regula. Marant. in Specul. part. ſexta, membr. 9.
num. 14. Sed aliud dicendum eſt in caſu noſtri ſtatuti
pro-

prohibentis exceptiones huiuſmodi reſeruari diſcu-
47 tiendas coram arbitro. Secundo dicitur† allegata in
contrarium locum habere, quando reus non proba-
bit incontinenti clare ſuam exceptionem, & ſic exce-
ptio redditur dubia ex defectu probationis ex parte
rei, prout loquuntur Dec. & Blanc. in dictis locis, ſed
quando reus illam clare probauit, licet actor contra
exceptionem replicauerit, ſi replicationem non pro-
bauit, non poteſt dici exceptionē requirere altiorem
indaginē ex replicatione actoris, & reſeruari: & tunc
non poteſt, niſi actor ante omnia ſuam replicationē
probet, vt bene declarat Afflic. d. dec. 63. & poſt eum
Ceph. in d. conſ. 754. nu. 13.

Vltimū de reſtitutione in integrum ex capite igno
rantiæ attendi non debet; Tum quia præſcriptio tri-
ginta annorum completa fuit, viuēte Bernardino pa
tre, qui, vt dicitur in libello, deceſſit anno 1559. & do-
natio fuit facta anno 1524. & in eo nulla cadebat igno
rantia; Tum etiam quia ſi completa eſſet poſt mor-
tem Bernardini, non poſſet cauſa compromitti, cum
enim reſtitutio in integrum ſit mixti imperij, & in li
bello non ſolum incidenter, ſed etiam principaliter
48 petatur. † ſuper ea non poteſt vigore ſtatuti compro
miſſum fieri. Bar. & alij, in l. fin. C. vbi, & apud quem.
Bapt. à Sancto Blaſ. in tract. de arbit. q. 20. & late pro
bat Blanc. de compromiſ. q. 4. in princ. tit. 1. cauſa de-
cima, in verb. mixti imperij, & cauſ. 14. in verb. reſti-
tutionis in integrum.

Concluditur ex prædictis declarari debere cau-
49 ſam non eſſe compromittendam, † quod etiam in re
dubia faciendum eſſe dixerunt Bald. in l. 1. C. qui ac-
cuſ. non poſſ. Soc. ſen. conſ. 300. nu 8. verſ. ex quo. libr.
2. Grat. conſil. 33. in fi. lib. 1. Cephal. conſ. 480. nu. 25.
libr. 4. quæ opinio recipienda videtur in caſu, de quo
agitur, cum differentia non ſit inter conſanguineos,
& ex reiectione compromiſſi vtrique parti conſula-
tur, quoniam Actoribus non præiudicatur, quin iudi
ciaria via agant, & coram iudice plenius de iuribus
vtriuſque partis diſcuti poterit. Sed ſi cōpromiſſum
fieret, ius Domino Mauro ex preſcriptione quæſitum
in totum tolleretur.

Domini Auditores Rotæ Peruſinæ, coram quibus cauſa pendebat, quia Actores poſt redditum conſilium exhibuerunt librum aromatarij pro iuſtificatione narratorum in libello, & ex eo acceperunt informationem de meritis donatarij in ſubueniendo neceſſitatibus donatoris tempore peſtis, ob quam cauſam fuit facta donatio, & prætendebatur eam eſſe remuneratoriam, & conſequenter non fuiſſe reuocatam ob ſuperuenientiam filiorum; Habuerunt exceptionem præſcriptionis pro dubia, & propterea declarauerunt cauſam compromittendam Anno 1585. rogato Domino Euangeliſta ſer Hieronymi Notario Peruſino.

ARGVMENTVM.

Coloni qui longiſſimo tempore bona coluerunt, & aliquam partem fructuū domino reſtituerunt, an, & quando ius perpetuæ coloniæ acquiſiuiſſe intelligantur, ita vt à colonia expelli non poſſint.

SVMMARIVM.

1 *Coloni qui longiſſimo tempore partem aliquam fructuum quolibet anno reſtituerunt domino, acquiſiuerunt ius perpetuę colonię, & remoueri non poſſunt.*
Sed contrarium tenent aliqui. nu. 32. & declaratur. num. 33. cum ſeqq.
2 *Coloni, qui fundos ſteriles ſua cultura fertiles reddiderūt, non poſſunt expelli, nec eis penſio augeri poteſt.*
Declaratur. nu. 41. cum ſeqq.
3 *Coloniæ perpetuæ ius etiam in prædijs Eccleſiæ acquiritur. Sed contra. nu. 37. cum ſeq.*
4 *Qualitas ſuperueniens, & addita generi, illud diſtinguit ac conſtituit in alia ſpecie.*
5 *Ruſtici habitatores Cluſij Peruſini quod ius habeant in bonis per eos retentis cum ſeqq.*
6 *Colonia dicitur patria à nouis inhabitata colonis.*
7 *Locatio de anno in annum præſumitur in prædijs ruſticis non perpetua.*
8 *Dominium vtile transfertur per locationem perpetuam.*
Amplia etiam in locatione vltra decennium. nu. 9.
10 *Locatio cum colono renouata cenſetur de anno in annum.*
Idem etiam cum coloni hæredibus. nu. 26.
11 *Locatione finita tam dominus quam colonus ad libitum ab ea recedere poſſunt.*
12 *Coloni partiarij, & domini ſunt ſocij. Sed contra nu. 18. cum ſeqq. Et declaratur nu. 20. cum ſeqq. multis.*
13 *Socius diſcedere poteſt à ſocietate non obſtante quocunque curſu temporis.*
14 *Colonus partiarius à domino expelli poteſt, non obſtante quocumque longiſſimi temporis curſu.*
15 *Dictio, quaſi, eſt nota improprietatis.*
16 *Societas morte ſoluitur, nec tranſit ad hæredes.*
Fallit in contractu inter dominum, & colonum partiarium. nu. 17.
Declaratur nu. 24.
Fallit etiam quoad emolumētum, quod prouenit ex rebus communibus ſeu ex antea geſtis. nu. 24.
18 *Actio præſcriptis verbis non autem pro ſocio datur pro contractu locationis.*
Fallit, quando colonus reſpondet domino de aliqua parte fructuum quolibet anno, pro qua datur actio pro ſocio. nume. 21. vbi declaratur.
19 *Societas non transfertur in alias perſonas.*
22 *Colonus non tenetur reſarcire damnum domino, ſi animalia deceſſerunt caſu fortuito.*
23 *Colonus partiarius non tenetur domino vltra quam facere poteſt.*
25 *Societas contracta cum colonis partiarijs, finitur eiſdem modis, quibus alia ſocietas, nec tranſit ad hæredes.*
26 *Societas morte finita poteſt renouari etiam tacite cum hæredibus ſocij mortui, & renouata præſumitur, quando cum hæredibus continuatur.*
Intellige cum eiſdem conditionibus, & qualitatibus, cum quibus fuit à principio ordinata. nu. 27.
28 *Confeſſioni emanatæ in poſitionibus ſtandum eſt contra confitentem.*
29 *Melioramenta refici debent etiam colono partiario per dominum, quando expellitur.*
30 *Alienans rem, cuius dominium ſpectat ad alium, cenſetur tantum alienare ius quod habet.*
31 *Socius ius ſuum alienare poteſt, & ſi cum ſucceſſore continuatur ſocietas, cum eo renouata præſumitur.*
32 *Præſcriptio iuris perpetuæ coloniæ in quibus caſibus locum habeat, & quæ requirantur. cum ſeqq.*
34 *Titulus allegari debet per eum, qui prætendit illum acquiſiuiſſe ex diuturna præſtatione.*
35 *Locationis perpetuæ titulus quo caſu præſumatur.*
36 *Præſcriptione etiam longiſſimi temporis ius non acquiritur, niſi conſtet præſcribentem ex illa cauſa rem poſſediſſe.*
37 *Bona Eccleſiæ locari non poſſunt vltra triennium inconſulto Romano Pontifice.*
Et ex curſu longiſſimi temporis non preſumitur eorum per-

perpetua locatio, ſed ad tempus, prout concedi potuerũt. num. 38.

39 *Emphyteuta, vaſallus, ſeu colonus perpetuus, negans dominium directo domino, amittit ius ſuum.*

40 *Locatio perpetua ſeu ad longum tempus æquiparatur emphyteuſi.*

41 *Melioramenta facta fuiſſe à ſe vel alio, cui quis ſucceſsit titulo vniuerſali vel ſingulari probari debet per eũ, qui eorum occaſione ius aliquod prætẽdit, nec ſatis eſt quòd prædium melioratum poſſideat.*

CONSILIVM LXXXV.

SENTENTIAE, aliàs latæ in fauorem Reuerendi Domini Paſcutij Rectoris Eccleſiæ Sanctorum Philippi, & Iacobi de Villa Panicraolæ Cluſinæ diœceſis contra ruſticos, quibus declaratum fuit bona, per dictos ruſticos detenta, & quorum ipſi terriam partem fructuum quolibet anno Rectori reddunt, eſſe libera dictæ Eccleſiæ, & eidem, ſuisque pro tempore Rectoribus licere ad libitum cui voluerint, eadem locare, & dislocare; iniuſtæ videntur.

1 Primo quia † dicti ruſtici ſemper ab antiquiſſimo
tempore vniformiter penſionem, hoc eſt tertiam par
tem fructuum Rectoribus dictæ Eccleſiæ ſoluerunt,
quo fit, vt ipſi ſint coloni perpetui, & à colonia remo-
ueri non poſſint Bal. in l. male agitur. in 1. lectu. nu. 3.
ver. ſi vero conducti u. C. de præſcript. 30. vel 40. anno-
rum. & ibi Angel. ſub num. 7. verſic. ſi vero conductio.
Gozadin. conſ. 9. num. 8. Afflict. in c. 1. §. Præterea du-
catus. num. 43. de prohib. feud. alien. per Feder. & in
deciſ. 365. num. 13. Ruin. conſ. 75. ſub num. 2. verſic. &
idem. Bald. lib. 1. & alij, quos refert Marzar. conſ. 16.
num. 1. qui etiam dicit in iudicando ab hac ſententia
non eſſe recedendum.

2 Secundo dicitur † dictos ruſticos fundos ſteriles,
ſiluatos, & paludoſos ſua cultura fertiles reddidiſſe,
ergo nõ poſſunt expelli, neč eis penſio augeri poteſt.
l. Quicunque. la s. & ibi nur. Bart. in fi. num. 4. & Ang.
C. de omni agro deſerto. lib. 11. & l. cugnouimus. &
ibi Bart. num. 2. C. de mancip. & colon. patrimo. eod.
lib. 11. Paul. de Caſtr. conſ. 387. num. 1. lib. 1. Curt. ſen.
conſ. 47. nu. 7. & 8. late Marzar. dicto conſ. 16.

Tertio quia nimis abſurdum, & iniquum videre-
tur, eos, qui magno impenſu labore agros ſteriles
fructiferos, reddiderunt, poſſe expelli, ita vt doleant
operam ſuam agrorum culturam dediſſe, & diligen-
tiam ſuam ſibi damnoſam eſſe, l. vlt. C. de alluuio. &
3 palud. & l. penul. C. de omn. agr. deſert. libro 11. † di-
cendum eſt huiuſmodi colonos ius perpetuæ coloniæ
acquiſiuiſſe, & hanc perpetuam coloniam locum ha-
bere in prædijs Eccleſiæ, quæ alienari non poſſunt.
capit. ad aures. cum gloſſ. de reb. Eccleſ. non alienan.
Bero. conſil. 98. num. 13. & ſequen. libro 1. qui etiam
dicit in conſulendo, & in iudicando ab hac opinione
non eſſe recedendum, & quòd hæc concluſio vera ſit
etiam in bonis Eccleſiæ, probatur non ſolum in di-
cto capit. ad aures. & per Doctor. ibi, ſed etiam in di-
cta l. Quicunque. quæ licet loquatur de fundis patri-
monialibus Principis, nec procedat in fundis priua-
torum, quorum ille, qui eos reducit ad culturam non
efficitur dominus (prout efficitur in bonis Principis)
niſi elapſu biennio, in quo dominus nihil dixerit. l.
qui agrus. & l. locat. C. de omn. agr. deſert. libro 11.
prout declarant Riminald. ſen. conſilio 100. nume-
ro 44. & 45. libro 1. & Burſat. conſilio 330. numero
143. & ſequen. libro 3. Nihilominus eius diſpoſitio
viget etiam in bonis Eccleſiæ, quæ Principi, & Reipu
blicæ æquiparatur. l. fin. C. de ſacroſan. Eccleſ. vt di-
xit Bero. in dicto conſil. 98. numero 14. verſic. quæ ra-
tio. & quamuis Roman. ſingu. 373. incip. fundus ſte-
rilis. dixerit l. quicunque. non probate opinionem cõ
tra Eccleſiam, quam tenet Bart. in dicta l. Quicunque
reprehenditur à Bero. in dicto loco, & per Addentes
ad dictum ſingula. Romani, qui poſt Bero. in cap. in
præſentia. numero 379. de probatio. & alios oſten-
dũt opinionem iſtam communiter approbari, quam
etiam in bonis Eccleſiæ late probat Marzar. in dicto
conſ. 16. per totum.

Et quamuis illi habitatores Cluſij in ſtatutis an-
tiquis Peruſinis nuncupentur coloni, & laboratores,
id non videtur obſtare, quia licet à principio eſſent
coloni ſimplices, ea eorum tamen diligenti cultura,
4 & temporis vetuſtate facti ſunt perpetui. † Nam qua
litas ſuperueniens, & addita generi illud diſtinguit,
& conſtituit in alia ſpecie. c. licet canon. iuncto capit.
ſtatutum. de electio. lib. 6. l. Ius ciuile. ff. de inſt. & iur.
Præterea iſti coloni adhuc laboratorum nomen reti-
nere poſſunt, ſed magno eorum labore ſibi ac poſte-
ris ſuis ius perpetuæ coloniæ acquiſiuerunt, vt ea præ
dictis manifeſte apparet.

Et ita per dictas rationes deciſum fuit in Rota Ro
mana coram Reuerendo Patre Domino Mantica die
duodecima Februarij 1588. in cauſa Cluſina exem-
ptionum pro ruſticis habitatoribus Cluſij contra Il-
luſtriſſimum Dominũ Marchionem Caſtilionis Clu-
ſij prædicti.

Mihi tamen diligentius conſideranti in caſu, de
quo agitur, videtur ſententias pro eccleſia latas, iu-
ſtas eſſe: & pro fundamento præſuppono. Primo bo-
na, de quibus agitur, iure dominij ſpectare ad dictã
eccleſiam, quod modo in dubium non refricatur. Se-
5 cũdo præſuppono, † ruſticos habitatores Cluſij anti-
quitus ius aliud nũ habuiſſe, quam laboratitij: quod
probatur ſtatuto Peruſino libro 4. rubr. 116. colum.
2. & ſequen. §. & volumus. in fin. §. volumus. §. nulli
prorſus. & §. quod Syndicus. vbi dicitur bona Cluſij
ſpectare ad Commune Peruſiæ, & illa concedi debe-
re ad laboratitium etiam forẽſibus. Quodque etiam
probatur alio ſtatuto libro 2. rubr. 19. col. fin. §. & cum
Commune Peruſię. vbi dicitur laboratores Cluſij ne-
que directe neque vtiliter dominos eſſe. & ideo dixit
Bald. in l. Certi iuris. nu. 66. de loca. & conduct. quem
6 refert Iaſ. in §. Item Seruiana. nu. 27. Inſt. de actio † co-
loniam dici patriam à nouis habitatam colonis pro-
pter inopiam propriorum compatriotarum, ex quo
infert, quòd Cluſium Peruſinum, quia maxime per
aduenas colitur, colonia dici poteſt.

Iſtis præſuppoſitis dicitur, quod cum habitatores
Cluſij iure laboratitij, & coloniæ bona detinuerint,
7 illa † detinuiſſe cenſentur iure tantum ſimplicis tem
poralis locationis, quæ in prædiis ruſticis præſumi-
tur de anno in annum, iuxta. l. Item quæritur. §. qui
impleto. ff. locat. non autem iure perpetuæ locatio-
nis: quoniam vt dixit Bald. in conſ. 116. incipien. Co-
lumbinus. nu. 3. lib. 1. quoties vnus, & idem actus po-
teſt ſapere alienationem & non alienationem, nun-
quam præſumitur alienatio. l. Cum quid ff. ſi cer. pet.
& quãdo actus poteſt ſapere ſimplicem locationem,
non ſapit alienationem, quæ fit per contractum loca-
tionis perpetuæ. Quod etiam probatur per dictum
ſtatutum in allegata rubr. 19. in qua dum dicitur
laboratores Cluſij non habere nec directum neque
vtile dominium, ſatis conſtat dictos colonos deti-
nuiſſe bona iure ſimplicis non autem perpetuæ loca-
tionis: Nam ſi ius perpetuę locationis eis cõpetijſſet,

8 vtile dominium in eos fuiſſet tranſlatum, † cum per
locationem perpetuam vtile dominium träſferatur,
l. 1. in fin. cum l.ſequen. ff. ſi ager vectig. vel emphyt.
l. 1. §.quod autem. ff.de ſuperfic.Barto. & Docto. in l.
Codicillis.§.inſtituto.ff.de leg.2. Iaſ.in l.Manumiſſio
nes. num.6. ff.de inſtit. & iure. Alexan.conſil. 112.nu.
3. lib. 1. cum alijs allegatis per Tiber. Decian. conſ.
9 123.nu.14.& 15.lib.3.qui poſt Iaſ. dicit vtile † domi-
nium non ſolum ex perpetua locatione,ſed etiam per
locationem vltra decennium in conductorem trans-
ferri. Præſuppoſito igitur quod antiquitus habitato-
res Cluſij eſſent ſimplices coloni, quod nec negat Ro
10 ta,in dicta decisione,dicitur,quod quamuis,† longiſ-
ſimo tempore illi, & eorum ſucceſſores laboritium
continuauerint, cenſetur facta tacita reconductio de
anno in annum. l.Item quæritur. §. qui impleto. & l.
qui ad certum.ff.locat.l.legem. C.eodem tit.Soc. iun.
conſ.63.num. 50.lib. 2.Ancharan.q.54.num.11.in fin.
par. 1. Rota Florent. teſte Magon. deciſ.2. num.4. in
fi.cum ſequent.Crauet.de antiquit. tempor.par.4.ſe-
11 ctio.incipien. materia iſta. num. 104.& finito † tem-
pore locationis,& conductionis eſt in libertate colo-
norum ab ea diſcedere,& dominorum colonos expel
lere. l.ſi quis conductionis. iuncta glo. C.locat. Ripa
in tract.de peſt.in tit.de remed.præſeruat.cötra peſt.
num. 259. Burſat. conſil.330. num. 74. libr. 3. Quod
eo magis dicendum eſt in caſu, de quo agitur; quo-
niam illi ruſtici non ſoluunt dominis certam penſio-
12 nem ſingulis annis,† ſed reddunt tertiam partem fru
ctuum,qui recolliguntur in bonis, de quibus agitur,
& ſic ſunt coloni partiarij,qui ſocij appellantur,cum
inter dominum, & colonum partiarium ſocietas con
trahatur.l.cum duobus.§.ſi in coeunda. ff.pro ſoc. l.ſi
merces.§.vis maior. ff.locat.vbi Bart. num.3. & 9.Sa-
lic. num.4. Paul. de Caſtr. num.3. Petr. de Vbald. de
duob.fratrib.par.11.num.35.in fi.Ang.Aretin.Inſtit.
de locat. in princ.num.5. Abb. in c.Propter. num.14.
Senat.Pedemont.Deciſ.82.num.5. Rimin.ſen. conſil.
100.num. 16.lib.1. Ruin.conſ.151.num.8.lib.4.& poſt
alios multos Burſat.conſ.330.num.41.lib.3.& alij al-
legati per Menoch.de adipiſcen.poſſeſſ.remed.3. nu.
87.in qua ſocietate dominus permanere non compel
13 litur, † quia ſocius à ſocietate diſcedere poteſt. l. A-
ctione.§.diximus. ff.pro ſoc.§.manet.Inſti.eodem tit.
non obſtante quocüque longiſſimi temporis curſu,
cum inter ſocios nulla cadat præſcriptio etiam lon-
giſſimi temporis, quin à ſocietate recedant.glo.Cyn.
Bart. & Salic.in l.1. C.de annali exceptio. Quæ com-
muniter approbatur,vt teſtatur Franc. Balb. de præ-
ſcript. in 4. par.4. partis principal. q.13. & poſt eum
Villalob. in ſuis commun. opinio. in verb. præſcript.
14 nu.565.† & in terminis per dictam rationem, quod
non obſtante quocumque longiſſimi temporis curſu
Dominus poſſit à ſocietate recedere, colonüque par-
tiarium expellere, concludunt Ruin.dicto conſ.151.
num.9.in fi.& ſeq.qui num.13. de communi teſtatur,
lib.4.Rim.ſen.conſ.100.num.37.& ſeqq.vſque ad fin,
lib.1.Ioſeph Ludo.deciſ.Peruſ.106.nu.26.& ſeq.par.
2.Ancha.q.24.nu.12.& ſeq.par.1.Burſat.qui de com-
muni teſtatur dicto conſ.330.nu.45.& ſeq.& nu.147.
ver.Tertio ius coloniæ.lib.3.
15 Nec obſtant † rationes in contrarium conſideratæ
p dominos de Rota in dicta deciſione, quod ſcilicet
iſta nö ſit proprie ſocietas,ſed improprie. Primo per
text.in dicto §.vis maior,ibi,quaſi iure ſocietatis,quæ
dictio,quaſi,eſt nota improprietatis.l.2. ff.de inoffic.
16 teſtam. l. ſi pater. §.qui duos. ff. de adopt. † Secundo
quoniam ſocietas morte diſſoluitur, & ad hæredes
non tranſit,l. Actione, §. morte. & l.Nemo.ff. pro ſo-
17 cio.† & tamen iſta vt fructuum certa portio domino
reſtituatur,ad hæredes tranſit.Bal.in l.Certi iuris.nu
me.6.C.locat.& in l.1.nu.13. C.de fruct. & lit.expen.
Quas rationes adducit etiam Menoch. in dicto 3. re-
18 med.adipiſc.poſſ.nu.87.in fi.qui aliã addidit,† quod
ſcilicet pro contractu locationis non agitur actione
pro ſocio, ſed actione præſcriptis verbis. l. 1. §. ſi quis
ſeruum. ff.depoſit. & tamen pro ſocietate ſola datur
actio pro ſocio, & hanc quidem coloniam *ſemper ad*
hæredes träſiuiſſe plus quam manifeſtum eſſe. *Tertio*
quia probatum dicitur habitatores Cluſij, ius quod
habent,titulo venditionis,permutationis,dotis,do-
nationis,& ſimiliü ſolitos eſſe in alios transferre,hęc
19 non conueniunt ſocietati,† quæ ad alias perſonas nö
träsfertur,dicta l.Nemo.ff.pro ſocio.Rip.reſpon.15.
nu.11.de obligat. vol.2.vt dicitur in dicta deciſione.
20 Iſtæ inquam rationes non nocent. † Nam etſi co-
lonus partiarius non ſit proprie ſocius, ſatis eſt cen-
ſeri magis ſocium quam conductorem, vt reſpondet
Burſat.in dicto conſil.330. num.47.verſic. Nec repli-
cetur, & vere huiuſmodi contractus potius accedit
ad naturam ſocietatis, ſecundum Abb.in c.propter.
21 nu.14.de locat.& conduct. † & quando facta fuit lo-
catio pro certa parte fructuum recolligendorum in
bonis locatis quolibet anno reſtituenda, ratione hu-
ius ſocietatis competit actio pro ſocio. *Bart.*in *dicto*
§.vis maior.num.9.& ibi Alber.& *Bald.* Pet.de Vbal.
in dicta 11.par.nu.35.in fi. Rim.ſen.in alleg. cöſ.100.
num.38.Ruin. in dicto conſil.151.num.8. in fin. qui-
bus non obſtat,quod dicebat Menoch. in dicto 3. re-
med.nu.87.in fin.dari hoc caſu actionem præſcriptis
verbis,non autem pro ſocio: ſane conſiderandum eſt,
quod aliquando pro mercede datur pecunia, & tunc
competit actio locati.l. Cum in plures. §. meſſem. ff.
locati.quandoque non datur pecunia, ſed conductor
promiſit decem corbes frumëti in genere, vel quid ſi
mile,& eo caſu non oritur actio locati,ſed pręſcriptis
verbis,cum reſultet contractus innominatus, vt poſt
Bart.& alios dixit Ruin.d.conſ.151.num.8.& in iſtis
terminis procedit §. ſi quis ſeruum.per Menoch. alle-
gat.Sed nos in aliquo ex dictis caſibus non verſamur,
cum iſti ruſtici reſtituant dominis tertiam partem
fructuum,& quando colonus tertiam, ſeu aliam par-
tem fructuum recolligendorum in bonis locatis dare
tenetur, vt in caſu noſtro, quia is eſt colonus partia-
rius,& ſocius ratione huius locationis reſultat *con-*
tractus nominatus ſocietatis,dict.§.ſi in coeunda. &
dicto §. vis maior. & pro eo datur actio pro ſocio, vt
dixi ſupra, & ita declarant Petr. de Vbald. in dicta
11.par.num.32.ver.Ad tertium autem.& Ang. Aret.
Inſti.de locat. & conduct.in princ.num.5.
Et licet Bald. in dicta l.1. num.10. C. de fruct. &
lit.expenſ. dicat colonum partiarium differre à vero
ſocio in duobus. Primo quia huiuſmodi ſocietas
22 cum colono tranſit ad hæredes. † Secundo, quia ſi a-
nimalia decederent caſu fortuito, colonus non tene-
retur reſarcire damnum dño; quod non accidit in ve
ra ſocietate,tñ ex hoc nö ſequitur, quin & huiuſmodi
contractus reſpectu actionis,& aliorum,retineat na-
turam ſocietatis,ſed dicendü eſt in alijs naturã ſocie
23 tatis retinere. Et ideo videmus † priuilegium quod
cöpetit ſocijs,ne teneantur vltra quã facere poſſint,
l.verum.in princ. ff.pro ſocio. competere etiam colo-
nis partiarijs,licet alijs colonis denegetur. Fulgo.in
dicto §. vis maior. Petr. de Vbal. in d.tract.de duob.
fratrib. in 11. par. num.34. Mathæus Brun. deciſſio.
bono. quæſt.33. 4. par. princip. in princip. Præterea
dicitur opinionem illam quod huiuſmodi ſocietas
24 tranſeat ad hæredes nö obeſſe,† quia omnis ſocietas
tranſit

tranſit in hæredes, & eius effectus durat circa emo-
lumentum, quod prouenit ex rebus cõmunibus ſeu
antea geſtis, & inchoatis, etiãſi prouenirot poſt mot
tem ſocij. l. Nemo poteſt. in fi. iuncta glo. in ver. Præ-
ſtat. l. verum. §. io hæredem. vbi glo. & Doctor. ff. pro
ſocio. cum aliis allegatis per Corn. conſil. 134. col. 3.
ver. His tamen oon obſtantibus. lib. 1. Ange. Aret. in
§. Soluitur. nu. 1. Inſtitur. de ſocier. Pariſ. conſil. 84.
nu. 53. lib. 1. Burſat. conſil. 351. nn. 59. verſic. Secundo
morte. lib. 3. & ſi hoc reſpectu intelligeretur dictum
Baldi, quòd ſocietas coottacta cum colonis tranſeat
in hæredes, eius opinio vera eſſet, ſed non propterea
differret hæc ſocietas ab alijs ſocietatibus, ſed ſi opi
nio Baldi intelligererut indiſtincte oon tranſiret ſi-
25 ne difficultate, † quooiam iura loquẽria de ſocietate
diſſolueoda locum habent etiam io ſocietate cõtra-
cta cum colonis partiarijs, quæ finitur eiſdẽ modis,
qnibus finitur alia ſocietas, oec ad hæredes tranſit ſe
cũdum Bart. io d. §. Vis maior. nu. 9. & ibi Fulg. Rom.
in l. Si filio. §. fin. ff. ſolut. marr. Abb. in cap. Propter. ou
me. 14. de locar. & conduct. Rimin. ſen. conſ. 100. ou-
me. 16. & 38. Ruin. cõſ. 151. ou. 8. & ſeq. lib. 1. & idem
firmat Burſ. in ſæpe cirato cooſil. 330. nu. 47. vbi alios
allegar. Et quamuis in caſu, de quo agirur, hæredes
continoauerint coloniam, non propterea probatur
illam traoſiuiſſe ad hæredes ea iuris diſpoſitione, ſed
dicendum eſt hæredes continuaſſe coloniam vi taci-
26 tę renooarionis ſocietatis eum eis poſt mortem † pa-
rentum, eum ſocietas, morte finita, potuerir reoou a-
ri etiam tacire cum hęredibus ſocij mortui. l. Plane. l.
Nemo. & l. ſi Titius. ff. pro ſocio. Bart. in l. ſi id qnod.
§. ſi filius. ff. eod. rit. Abb. cooſ. 87. lib. 2. & reoouata in
telligitur, quando vno ea ſocijs morruo alter cũ eius
filijs ſocietatem continuauit. Dec. conſ. 548. num. 3.
& alij plures allegari per Tiber. Decian. cooſ. 22. nu-
me. 17. & 18. lib. 3. qui dicir renouationem iſtam locũ
habere etiam in tacita ſocietate. & ſi vi tacitæ reno-
uationia per hæredes cenſetur renouata ſocietas, ab
ea recedi poteſt, ſicur potuiſſet recedi à ſocietate cũ
auctoribus contracta. Rimin. ſeo. dicto conſil. 100. nu
27 me. 57. † quia de anoo in annum renouata ceoſetur.
l. Item quęritur. §. qui impleto. ff. loca. & cum eiſdem
conditionibus, & qualitatibus renouatio ſacta iorel
ligitur, cũ quibus fuit à principio ordinata Dec. con-
ſil. 548. nu. 4. poſt Bal. quem allegat, & Tiber. Decia.
in d. cooſ. 22. oum. 19.

Quod vero dicitur colonos iſtos conſueuiſſe booa
illa in alios transferre, remouetor.

Primo quia non conſtat, booa eccleſię, de qoibus
agitur, fuiſſe alieoara: Immo ex confeſſione aduerſa
riorum in quarta eornm poſirione contrarium pro-
batur, quòd ſcilicet ipſi eorumque anteceſſores ſem-
28 per bona illa poſſederuor, † quorum confeſſioni ſa-
ctæ in poſitionibus in eorum præiudicium ſtandum
eſt. Barbar. cooſil. 3. nume. 33. lib. 5. Pariſ. cooſ. 21. ou-
mer. 52. lib. 4. Addent. ad Aleaaod. in conſ. 172. in li-
tera A. lib. 6. Pract. Papien. de forma. capitul. actor.
in verb. Coram vobis. num. 4. Vnde licer coiooi, qui
alia bona in Cluſio poſſident, ea alienauerint, proue
dicitur in dicta deciſione Rotæ, ooo poteſt aliquid
inferri ad booa eccleſiæ, de quorum alienatione noo
conſtat.

Secundo dicirur alienationes huiuſmodi, ſi de eis
conſtaret, non obeſſe, quia ſi coloni habitatores Clu-
ſij in bonis meliotamenta fecerunt, vt ipſi præſuppo-
29 nunt, † pro melioramentis eis ius competit, quorum
æſtimatio à dñis io caſu expulſionis reſtitui debet. l.
Colonus. iu octa glo. ff. de vi & vi armat. l. ſed addes.
§. ſi inquilinus. l. ſi dominus. §. ſi conductor, l. Colo-
nus. in princ. ff. locat. Bero. in c. potuit. nu. 149. locati.
Patiſ. conſ. 79. nu. 16. lib. 3. eum alijs per Burſar. ad-
ductis dicto conſ. 330. nume. 52. verſic. ſexto decla-
rator. & cum booorum dominium ſit vel Cameræ
Apoſtolicæ & Illuſtriſſimi Marchioois, vel particula-
30 rium eccleſiarum exiſtentiom in dicto Cluſio, † dicen
dum eſt, colonos illos ius tantum, quod eis pro me-
lioramentis comperebat, in alios tranſtuliſſe. l. Qui
tabernas. ff. de coorrahen. emptio. Innoc. io cap. Pa-
ſtoralis. colnm. 2. io princ. de donatio. Sed non pro-
pterea huiuſmodi alienationes de neceſſitate exclu-
duot ſocietatem, reſultantem ex colonia partiaria,
31 † quia ſocius poteſt ius ſuum alienare. l. Nemo ea ſo-
cijs. ff. pro ſocio. & licet facere noo poſſit, quod ille,
cui ius ſuũ cõcedit, ſocius ſit. l. Nemo põt. ff. pro ſocio.
& cooſequenter dominus poſſit ſucceſſorem expelle-
re, nihilominus ſi ſocius cum ſocietatem cootinuaue
rit, nouo cooſenſu cum eo ſocietas renouata intelli-
gitur. d. l. Nemo poteſt. iuncta l. Plane. ff. eodẽ tit. Vn-
de licet coloni iura ſua in alios transferre aliquaodo
conſueuiſſent, & ſucceſſores in colonia permanſiſ-
ſent, ooo propterea excluditur ſocietas, quæ reſultat
ex colonia partiaria, quia ius colonorum pro melio-
ramentis alienatum cenſetur, & cum ſucceſſoribus
ſocietas renouata intelligitur.

Nec nocent aliæ conſiderationes in contrariom
adductæ; ſane prima ratio quod per curſum longiſſi-
mi temporis ruſtici illi acquiſiuerint ius perpetuæ co
loniæ, ita vt modo expelli noo poſſint iuxta doctri-
nam Bal. & Ang in l. Male agitur. C. de præſcri. 30. an
oorum; pluribus modis in caſu noſtro euitari poteſt.
32 Primo † quia opinio illa non eſt tuta, & eam vigin
ti fundameoris reprobat Crauet. de antiquit. temp.
par. 4. ſectio. incip. materia iſta. nu. 100. & ſeqq. mul-
tis. & contrarium conſuluit Soc. iun. conſ. 63. no. 20.
& ſeq. lib. 5. & contra illam opinionem iudicauit Ma
gna Curia Vicarię Neapoli, vt teſtatur Vrſil. in addi.
ad Afflict. Dec. 365. oum. 15.
33 Secundo † ſi opinio Baldi & Aogeli regulariter ve
rior eſſet, prout etiam regulariter eſt magis recepta,
vt per Docto. ſupra adductos, & Rotam Florent. re-
ſte Magon. in deciſ. 5. num. 4. illa procederet taotum
in colono, qui nummis colit, vel aliquid certum quo-
libet anno locatori ſoluit, non autem io colono par-
tiario, qui ſocius appellatur, vt clare explicant Rim.
ſen. conſil. 100. onm. 37. & ſeqq. vſque ad finem. lib. 1.
Ruin. conſil. 151. oume. 13. qui de communi teſtatur.
lib. 4. & eos ſequuntur Anchar. q. 24. num. 15. & ſeqq.
par. 1. Ioſeph Ludou. deciſ. Peruſ. 106. num. 16. & ſeq.
Burſar. in d. conſil. 430. nume. 45. & ſeq. & nume. 147.
ver. Tertio ius coloniæ. lib. 3. qui pariter de commu-
ni teſtatur. & quia hic agitur de colonis eccleſiæ par
ticularis, ab hac opinione non videtur receſſiſſe Ro-
tam in dicta deciſ. dum dicit Rimin. & Ruin. loqui
de prædijs priuatorũ, ſed in caſu illo agi de prædijs,
quæ fuerunt patrimonialia Ciuitatis Peruſiæ, & nũc
ſunt Cameræ Apoſtolicæ. & licet Bal. & Ang. loquan-
tur de colono partiario, aliqui ex eis, qui pro illa opi
nione adducuntur, non loquuntur de colono partia-
rio, licet Baldũ, & Angelũ allegent: ſed loquuntur de
alio coaductore, videlicet, Afflict. deciſ. 365. io princ.
Rui. conſi. 75. nu. 5. lib. 1. Marzar. vero in conſ. 16. nu.
1. circa mediũ, vr admittere declarationẽ illam Rui.
in d. conſ. 151. Vnde in colono partiario opinio Rui.
& Rim. magis recepta videtur, qñ non cooſtat qood
illi qoi erant ſimplices coloni mutauerint cauſã poſ
ſeſſioois & cęperint retinere bona vti coloni perpe-
tui, & ea illa cauſa expreſſe ſoluerint vniformẽ reſpõ
ſionem per longiſſimum teopus, vt declarat Rota

Florent. in dicta deciſ.de qua ſolutione ex cauſa per-
petuæ coloniæ hic non conſtat.
Tertio dicitur, quòd opinioni Baldi locus eſſet, ſi
coloni allegarent titulum perpetuæ locationis, vt ip-
ſe clare dicit in dicta l. male agitur. in r.lectu. num.
34 4.verſ.ſi vero.quod regulariter procedit, † quoniam
ille,qui prætendit probare titulum ex diuturna præ-
ſtatione.debet titulum allegare. Bart.in l.Cum de in
rem verſo.num.3. ff.de vſur.Ruin.conſ.75.num. 2.lib.
1.Iaſ.in l.ſi certis annis.num.15.verſic.2.limita. C.de
pact. Sed iſti ruſtici non ſolum non allegant titulum
perpetuæ coloniæ,ſed illum expreſſe negant, reſpon-
dentes poſitionibus Reuerendi Rectoris, aſſerentes
ſe eſſe dominos dictorum bonorum; Ideò diuturni-
tas temporis ad præſumendum titulum perpetuæ co
loniæ eis non prodeſt;ſed poſtquam illū negauerunt,
ac impugnare nixi ſunt, in eo ſe fundare nullo modo
poſſunt,iuxta reg.c.ea eo.de reg.iu.in ſexto.&c. Cum
olim.cum ibi not.per Doct.de cenſib.
35 Quarto,† ſi titulus perpetuæ colonię allegatus fuiſ
ſet,non ſufficeret, niſi clare conſtaret, quòd dicti ru-
ſtici ex dicta cauſa ſingulis annis tertiam partem fru
ctuum rectori Eccleſiæ reſtituerint, vt poſt Salic.Bar-
tol. & alios dixit Ruin.conſ.61.num.11. & ſeq. vſque
ad finem, & conſ.75 num.4. verſic. Nec etiam dicto
caſu.& ſeq.lib.1.qui in dicto conſ.61.num.13.ſubdit,
quòd titulus perpetuę locationis allegatus tunc prę-
ſumitur ex curſu longiſſimi temporis, quando con-
ſtat,quòd aliquis vt colonus perpetuus & ex cauſa lo
cationis perpetuæ ſoluit: ſecus ſi poſſeſſio eſſet infor-
mis & ſine cauſa; vel ſi cauſa eſſet incerta vel obſcura,
vt quia poſſet intelligi tenuiſſe ex locatione tempora
li vel perpetua, & quando non conſtat quod Coloni
ſoluerint ex cauſa perpetuę Colonię; opinionē Ruini
approbauit Rota Floren.vt teſtatur Magon. in deciſ.
2.num.4.in fin.cum ſeqq.vbi alios allegat,dummodo
conſtet quod ab initio eſſent ſimplices coloni, prout
in caſu illo conſtare videtur, vt dixi ſupra. Quorum
36 opinio confirmatur conſiderando, † quòd ad hoc vt
per præſcriptionem lōgiſſimi temporis etiam imme-
morabilis alicuius acquiratur,opus eſt conſtare eum
ex tali cauſa rem poſſediſſe, aliàs præſcriptione nul-
lum ius acquireretur. l, fin. & ibi clarè not. Paul. de
Caſtr.ff.quemadmod.ſeruit.amitt. Paul. de Caſtr. in
l.Seruitutes.la grande.ff.de ſeruit.titu.generali.Cra-
uet.conſ.197.num.13.lib.1.Barr. Veroneſ.de ſeruit.
vrban.præd.cap.20.num.1. Felin.in cap.ſi de quarta.
nu.40.de pręſcript.Pariſ.qui alios allegat,& de com-
muni teſtatur in conſilio 27.num.110.conſ.112.num,
37.& melius conſ.114.nu.19.& ſeq.lib.1.Natta conſ.
23.num.2.& ſeq.lib.1. Hieronym. Gabriel.conſ.145.
nu.47.& ſeq.lib.1. At ruſtici illi non allegarunt, nec
probauerunt reſtituiſſe tertiam partem fructuum re-
ctori dictæ Eccleſiæ tanquam coloni perpetui & ex
cauſa perpetuæ coloniæ: ſed id expreſſe negarunt,re-
ſpondentes poſitionibus dicti rectoris, aſſerentes ſe
eſſe dominos,& habere ſolum onus reſtituendi tertiā
partem fructuum: Ideo in iure perpetuæ coloniæ fun
damentum aliquod facere non poſſunt.
37 Quinto † conſiderandum eſt, quòd bona, de qui-
bus agitur,ſunt Eccleſiæ,quorum locatio vltra trien-
nium inconſulto Romano Pontifice, prohibita repe-
ritur non ſolum per extrauagantem Pauli Secundi,
Ambitioſæ, de reb. Eccleſ.non alien.ſed etiam ante il
lam Conſtitutionem Pauli per cap. Nulli. extr. eod.
titu.Cum igitur bonorum Eccleſiæ perpetua locatio
38 prohiberetur,†non eſt dicendum ex curſu longiſſimi
temporis probari ius perpetuæ coloniæ:quia opinio
Baldi & Angeli procedit in bonis priuati,quę in per-
petuum locari poſſunt,nō in bonis Eccleſiæ ſeu alijs,
quorum perpetua locatio prohibetur: ex longo qui-
dem tempore tunc probaretur perpetua conceſſio, ſi
bona concedi potuiſſent perpetuo,ſecundum Ang.in
l.Qui in aliena.in prin.ff.de acquir.hæred. Sed quan-
do bona ſunt huiuſmodi, quæ in perpetuum concedi
non valeant, tunc titulus, qui probatur ea diuturni-
tate temporis, & qui aliàs acquireretur ex *præſcri-*
ptione, non eſt perpetuus, ſed extenditur, quatenus
ex pacto concedi potuiſſet,& non vltra,ſecundum A-
lexan.in dicta l.Qui in aliena.in princ.num.15. & in
terminis ita declarat Ruin. conſ.75.num.6.verſic.ſe-
cundo principaliter.& num.ſeq. lib.1. & magis clare
in conſ.151.num.14.ver.ſed daro etiam.lib.4. Et iſtis
non obſtat Bero.in conſ.98.num.14.lib.1. per Rotam
allegatus;quoniam ipſe loquitur de acquiſitione iu-
ris per reductionem ad culturam rei ſterilis Eccleſię,
iuxta terminos cap.Ad aures. de reb. Eccl.non alien.
39 Sexto & vltimo reſpondetur,†quod ſi ea curſu lon
giſſimi temporis ruſtici acquiſiuiſſent ius perpetuæ
coloniæ,eo priuati eſſent,quia negauerunt eo iure bo
na retinere, eorumque dominium ad Eccleſiam ſpe-
ctare, aſſerentes ſe eſſe dictorum bonorum domi-
nos, vt probant Specul. in titul.de emphyteuſi. §.
nunc aliqua.verſ.65. num.82. Angel.in l.fin. C.de rei
vendicat.Grat.conſ.93. num.30.lib.1. Rolan. à Vall.
conſil.88.num.4. lib.4. & Senat. Pedemon. deciſ.29.
num.2. & 3.reſpondentes emphyteutam, vaſallum,
& ſimiles,negantes ſe eſſe emphyteutas vel vaſallos,
amittere ius illud, quod negauerunt. Quæ concluſio
procedit nō ſolum in emphyteuta,ſed etiam in alijs,
vt per Grat. in dicto conſ.93. num.30. & ſeqq. ea ra-
tione, quia negans omni commodo negatæ rei priua
tur,ſecundum Senat.Pedemont.in dicta deciſ.29.nu-
40 me.2. † Tum etiam quia locatio ad longum *tempus*
ſeu perpetua æquiparatur emphyteuſi.Ang.in Auth.
de non alien. aut permut.bon.eccleſ. §.ſcire. Bero.q.
14. num. 1. Ari. Pinell.in l.2. par.2. cap.3. nume.8.C.
de reſcind. vendit. Burſat.conſil.23. num.10. lib.1.&
idem de vna quod de alia indicatur. Ruin. conſ.156.
nu.6.lib.1.Tiraq.de retract.lignag.§.1.glo.14. nu.84.
vbi alios plures allegat.
Aliæ verò duæ rationes,in quibus Rota in dicta de
ciſione fecit principale fundamentum, facilè remo-
uentur in occurrenti caſu.
Primo quia negatur bona, de quibus agitur, *fuiſſe*
ſterilia,& per dictos colonos ſeu eorum anteceſſores
eorum cultura fuiſſe reddita fertilia: hoc inquam nō
iuſtificatur,& nemo eſt, qui probet ſtatum dictorum
fundorum ante prætenſam extirpationem & redu-
ctionem ad culturam: immò cōſtat de contrario per
publica documēta,quibus probatur agros Cluſij Pe-
ruſini ab anno 1276. fuiſſe cultos in notabili quanti-
tate,prout Rota ipſa poſtea firmauit in eadem cauſa
pro dicto Illuſtriſſimo Marchione contra eoſdem ru-
ſticos Cluſij coram Reuerendo Patre Domino Man-
tica die 4. April. 1588.
Secundo dicitur,quod ſi appareret,fundos,de qui-
bus agitur, fuiſſe ad meliorem culturam reductos &
melioratos,non propterea iſti coloni poſſent illos re
41 tinere inuito Rectore,†tum quia non probatur, quis
eos meliorauerit,nec ſufficit, quod ipſi fundos melio
ratos detineant,niſi probent,ſe, vel illos, quibus ipſi
ſucceſſerunt,titulo vniuerſali & hæreditario,vel titu
lo ſingulari cum ceſſione iurium melioramenta feciſ
ſe, vt poſt Cin. & Bar.in l.3. C. quod met.cauſ.dixe-
runt Paul.de Caſtr.conſ.270.num.4.verſic. ad vnum.
lib.2. Menoch.de recuper. poſſ. remed.15. num.567.
42 Burſat.d.conſ.330. num.96. lib.3. † Tum etiam quia
cum

cum appareat fundos Cluſii ab anno 1276. fuiſse pro maiori parte coltos, licet poſtea fuiſſent redditi ſterliores, non procederent allegata in contrarium, quæ duntaxat locum habent, quando quis fundos ſteriles in totum ad culturam reduxit, non ſi pro aliqua parte tantum. ita Paul. de Caſtr. conſ. 142. col. 2. verſ. Nec etiam obſtat. lib. 2. Capyc. deciſ. 105. in fin. Ruin. conſ. 116. num. 4. verſ. Nec obſtat ſecundum, lib. 1. & poſt eos Burſat. dicto conſ. 330. num. 138.

43 Tertio † reſpondetur reducentem bona ad culturam, acquirere vtile dominium, & expelli non poſſe, concurrentibus tamen octo requiſitis adductis per Burſar. in conſ. 23. num. 8. lib. 1. & conſ. 330. num. 136. & ſeqq. lib. 3. quæ non refero breuitatis gratia. At illa in caſu, de quo agitur, non concurrunt; Ideo dicto rectori in contrarium adducta non nocent.

Et ex prædictis etiam apparet non obſtare allegatam deciſionem Rotæ, & etiam quia in caſu illo agebatur de bonis Principis, hic autem de bonis priuatæ Eccleſiæ, & Rota principaliter ſe fundauit in probatione extirpationis & reductionis ad culturam fundorum ſterilium, & incultorum, de quibus in caſu iſto non conſtat: & eadem Rota poſtea in eadem cauſa firmauit per iura producta per illuſtriſſimum Marchionem conſtare agros Cluſij à dicto anno 1276. fuiſſe pro maiori parte cultos, ex qua vltima deciſione ſublatum videtur fundamentum extirpationis, & reductionis ad culturam.

ARGVMENTVM.

Fructus cuiuſcunque generis pertinent ad dominum fundi.

Princeps in quibus caſibus poſſit auferre rem ſubdito, aut ei collectam, ſeu aliud onus imponere.

Bona particularium perſonarum nunquid veniát in conceſſione Caſtri facta à ſyndico vniuerſitaris.

Et nũquid præſcriptio locũ habeat, quãdo cõſtat de titulo inualido ſeu iniuſto.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum facit ius clarum, & manifeſtum, ac euidentem probationem.*

2 *Quaſi poſſeſſione longiſsimi temporis ius acquiritur.*

3 *Fructus fundi pertinent ad dominum eiuſdem, ſiue ſint induſtriales, ſiue naturales, vt glandes, herbæ, aliæve res, quæ in fundo naſcuntur.*

4 *Princeps non poteſt etiam ſubdito rem auferre ſine cauſa.*

Ex cauſa tamen poteſt, ſi illa concernit publicam vtilitatem principaliter, aliàs ſecus. num. 5.

Sed tunc debet dare domino rei condignam recompenſationem. num. 6.

7 *Dominos alicuius Terræ, ſeu Caſtri non poteſt imponere hominibus eiuſdem collectas, angarias, ſeu aliud onus.*

Limita, quando eas imponit pro particulari commodo, ſecus ſi ratione publicæ vtilitatis. num. 8.

9 *Vniuerſitas dicitur alia perſona à ſingulis de Vniuerſitate.*

10 *Vniuerſitatis quod eſt, non eſt ſingulorum, nec econtra.*

11 *Singulis de Vniuerſitate quod debetur, non dicitur debitũ Vniuerſitati, nec econtra.*

12 *Caſtro conceſſo cum pertinentijs, non cenſentur conceſſa bona particularia ſita in diſtrictu Caſtri.*

13 *Syndicus Vniuerſitatis non poteſt obligare bona particularium perſonarum.*

14 *Procurator Vniuerſitatis non eſt procurator ſingulorum.*

15 *Contractus vltro citroque obligatorius non iuuat eum, qui illum pro parte ſua non ſeruauit.*

16 *Exceptio implementi non ſecuti obſtat ei, qui non ſeruauit omnia per eum permiſſa, licet etiam in minimo capitulo defecerit.*

17 *Dominus Caſtri, exigens à ſubditis noua vectigalia, per metum, illa extorſiſſe præſumitur.*

18 *Præſcriptio etiam temporis immemorabilis non prodeſt, quando allegatur titulus, qui detegitur inualidus ſeu aliàs inutilis.*

CONSILIVM LXXXVI.

DOMINI Caſtri ſeu terræ Pomontis, prætendentes homines Caſtrorum Putei, Gaglietoli, & Ciſternæ, poſſidentes bona in diſtrictu Pomontis, non poſſe vti ad libitum paſcuis, glandibus, & fructibus arborum in eorum proprijs bonis recolligendis, ſed teneri ſoluere aſſidas iuxta ordines ipſorum Dominorum Pomontis, Videntur habere fundatam intentionem.

Primo ex conceſſione dicti Caſtri facta auctoribus dictorum Dominorum (vt verbis inſtrumenti vtar) De Caſtro ipſo cum omnibus communantijs, & terris fodiuis, exiſtentibus in pertinentijs eiuſdem
1 Caſtri, de qua conſtat publicum inſtrumẽtum, † quod inſtrumentum facit ius clarum & manifeſtum, ac euidentem probationem. l. cum precibus. C. de probat. l. deſiderium. C. depoſit. Tiraquel. de retract. lignagier. §. 2. glo. 1. num. 20. cum alijs allegatis per Cephal. conſilio 448. numero 1. libro 3. & obſeruari debet, maxime quia confirmata fuit à Nicolao Papa Quinto.

Secundo intentio dictorum Dominorũ comprobari videtur ex quaſi poſſeſſione exigendi occaſione prædicta certum quid quolibet anno pro aſſida à præ-
a fatis ruſticis, per quam † quaſi poſſeſſioné longiſſimi temporis præſcriptione ius acquiſiuiſſe prætendunt, iuxta l. ſicut. & l. omnes. cum ibi notatis. C. de præſcriptio. 30. annorum.

Sed prædictis non obſtantibus cenſeo ruſticos præfatos vti poſſe ad libitum paſcuis, glandibus, & fructibus præfatis, nec occaſione particularium fundorum ipſorum ruſticorum à præfatis Dominis Caſtri Pomontis moleſtari poſſe occaſione ſolutionis alicuius aſſidæ. Cum enim clarum ſit ruſticos illos habere particularia prædia in diſtrictu Pomontis, quæ ad eorum dominium pertinent, de quo non dubitatur,
3 † fructus qui in dictis bonis recolliguntur, pertinent ad dominos ipſorum fundorum. l. fructus. & l. ex diuerſo. §. vbi autem. ff. de rei vendic. l. fructus. C. de actio. emptio. Quod non ſolum procedit in frumento & aliis fructibus, qui etiam cum induſtria hominis percipiuntur, ſed etiam in glande. l. vnica. ff. de glãd. legen. Et in herba quæ in fundo priuato naſcitur, quæ pariter eſt domini illius fundi, qui de ea ad libitum diſponere valet. l. 1. 2. & 3. C. de paſcu. publi. & priuat. lib. 11. Et generaliter quod omnes fructus aliæve res, quæ naſcũtur in fundo priuato, ſint domini illius fundi, poſt Bertrand. conſ. 1. nu. 6. libro 3. &

alios late probat Didac. Couar.pract. quæſt. cap.37.
num.5.verſic. Secundo quia.cum verſic. ſeqq. & nu.3.
Cum igitur omnes fructus illorum fundorum per
tineant ad dictos ruſticos, Domini Caſtri non poſ-
4 ſunt illos eis auferre,† cum nec Princeps poſſit alicui
etiam ſubdito rem ſuam auferre ſine cauſa, ſecūdum
opinionem communiter approbatam,de qua teſtan-
tur Abb.in c. quæ in Eccleſiarum. de conſtitut. Socin.
ſen.conſ.164.num.7.verſic. ſecundum fundamentum.
lib.2.Alexan.conſil.47.num.3. lib.7. late poſt multos
Anton.Gabriel.in ſuis concluſ.in titu. de iur. quæſit.
non tollen.concluſ.1. num.1.verſ. Contrarium.Vaſq.
de controuer.Illuſtr.cap.5. num.16. & ſeq. & Burſat.
5 conſ.345.nu.48. lib.4.† Et ſolum ex cauſa poteſt pri-
uare ſubditum re ſua,quando cauſa illa concernit pu
blicam vtilitatem principaliter,aliàs ſecus. Barto.in
l.quæcunque.in fin. C.de fid.inſtrum. & iur. haſtæ Fi-
ſcalis.lib.10.Dec.conſ.361.nu.8.& conſ.588.num.14.
Crau.conſ.5.num.4.lib.1.Felin. in d. c.quæ in Eccleſia
rum.col. 10.verſ.Cauſa autem. Riminal.iun. conſ.74.
num.43.lib.1.& latius Anton. Gabr.in d.tit.concl.2.
6 per totam, † qui num.25. in 5.limit. poſt Bart. Bald.
Ang.& alios multos ſubdit,quod nec concurrente pu
blica vtilitate poteſt priuari per Principem, niſi data
condigna recompenſatione.
Et non ſolum Domini dicti Caſtri non poſſunt au-
ferre glandes, & paſcua bonorum dictorum ruſtico-
rum,illa alijs vendendo, prout facere poſſe præten-
dunt,ſed nec etiam potuerunt imponere dominis di-
ctorum fundorū onera, vt ratione affidæ pro paſcuis
in proprijs bonis certam quātitatem Dominis dicti
Caſtri ſoluere teneantur.Cum enim ipſi recognoſcāt
in ſuperiorem, & directum dominum Summum Pon
tificē,onus illud dictis ruſticis imponere non potue-
7 runt ſine licentia Summi Pontificis, † cum dominus
temporalis alicuius terræ vel Caſtri de iure non poſ-
ſit imponere hominibus loci collectas vel angarias,
aut aliud onus.l.1. C. de ſuperindict. lib.10. Bald. in
l.cum multa.num.5.C.de bon.quæ liber.l.5. & ibi Sa-
lic. C.non.vectigal. inſti.non poſſe. & poſt alios pro-
bant Alex.in conſ.145.in princip.lib.5.& Ripa in re-
8 ſponſ.4.num.1.in titu.C.de diuerſ.reſcript.†Quæ con
cluſio ſine difficultate procedit,quādo Dominus Ca-
ſtri vel alius etiam Princeps recognoſcens ſuperiorē
imponeret collectam aut aliud onus ratione priuatæ
vtilitatis,ac particularis commodi, non autem pro-
pter vtilitatem,vt per Alex.in conſ.35.col.1.lib.5.Pa-
ris de Puteo.de Syndica.ſub tit.de exceſſibus Regum,
Principum,& Ducum.num.4.& 25.in fin. Tiber. De-
cian.conſ.41.num.66.cum ſeqq.lib.5.& Rimin.iun.in
conſ.10.nu.1. cum ſeqq.& nu.17. vbi ita declarat. lib.
1.Vnde cum Domini dicti Caſtri intendant ipſis per
ruſticos ſolui debere certam quantitatem prò affida
non ratione publicę vtilitatis,ſed pro particulari ip-
ſorum commodo,audiendi nō ſunt,nec prædictorum
occaſione ruſticos moleſtare poſſunt.
Nec intentioni dictorum ruſticorum ita fundatæ
obſtat dictum inſtrumentum conceſſionis;Quoniam
dicti Maſſarij dicti Caſtri conceſſerunt auctoribus
dictorum Dominorum (vt verbis inſtrumenti vtar)
omnes communantias & terras ſodas, & exiſtentes
in pertinentijs dicti Caſtri, ita vt ipſi illis vti poſſent
libere,quemadmodum tota vniuerſitas poterat:Quę
conceſſio comprehendit tantum quædam bona ſodi-
ua, quæ tunc erant Communitatis dicti Caſtri, non
autem bona propria particularium perſonarum. Cū
enim conceſſerint bona communantia, exiſtentia in
pertinentijs dicti Caſtri, ita vt de eis diſponere poſ-
ſent,quemadmodum poterat tota Vniuerſitas, clare
conſtat conceſſiſſe bona Vniuerſitatis, quæ commu-
nantia appellabant,& de quibus tota Vniuerſitas po
terat diſponere, non tamen in huiuſmodi conceſſio-
9 ne veniunt bona particularium perſonarum, † quo-
niam Vniuerſitas aliud eſt, & dicitur eſſe alia perſo-
na à ſingulis de Vniuerſitate. l.ſicut.ff.quod cuiuſque
vniuerſit.nom.c.cum omnes. & ibi Doctores. de con-
ſtit.Bero.conſ.8. num.25.lib.3. Pariſ.conſ.111. num.
61.lib.1.Rolan.à Vall.conſil.75.num.4.*libr.2. Et bo-*
10 na Vniuerſitatis differunt à bonis ſingulorum, † *Et*
quod eſt Vniuerſitatis,non eſt ſingulorum, nec econ-
tra.l.in tantum. §.vniuerſitatis.vbi Bart.ff.de rer.di-
uiſ.l.ſed & ſi hæc.§.qui manumittitur. ff.de in ius vo-
can.cum alijs adductis per Anton. Gabr.in ſuis con-
cluſ.in tit.quod cuiuſque vniuerſit. nomin.concluſ.1.
num.51. & Crot. conſil.145. num.9. lib.1. Et ideo e-
11 tiam dicitur,†quod illud quod debetur ſingulis,non
dicitur debitum Vniuerſitati,nec econtra. d. l. ſicut.
vbi Angel. Paul.de Caſtr. & alij. Bertran. conſil.241.
lib.3. Roland. à Vall. conſil.53.num.6. cum ſequen.
lib.4.Cephal.conſil.515.num.33.cum ſeq. lib.4. & li-
cet verba illa inſtrumenti conceſſionis clare demon-
ſtrent conceſsionem fuiſſe factam de bonis commu-
nibus Vniuerſitatis,de quibus tota vniuerſitas diſpo
nere poterat,tamen idem eſſet concludendum,ſi ſim-
pliciter a Syndicis fuiſſet facta conceſſio Caſtri *cum*
bonis exiſtentibus in pertinentiis eiuſdem, cum *illa*
intelligeretur facta de bonis,quæ eſſent de pertinen-
tiis Caſtri, non autem de bonis particularibus homi-
12 num,quæ in districtu eiuſdem caſtri eſſent ſita,†quia
concedens Caſtrum cum pertinentiis, non videtur
concedere bona particularia,ſita in diſtrictu Caſtri,
vt per doctrinam Ioan.de Imol.in l.3. in princ. num.
5.ff.de acquir.poſſeſſ.dixerunt Alex.in d.l.3.num.53.
& in conſ.555.in fin.lib.6.& conſ.14.nu.6.lib.7.*Iaſ.in*
l.beneficium.num.7.ff.de conſtit.princ. & poſt eos ac
alios Cephal.conſ.250.num.16.lib.2.
Et eo magis fateri oportet in conceſſione præfa-
ta non venire bona, quæ erant particularium perſo-
narum, quia facta fuit à dictis Maſſariis, qui etiam
ſi voluiſſent,non potuiſſent obligare ſingulos de vni-
13 uerſitate; † cum de iure Syndicus Vniuerſitatis non
poſſit obligare bona particularium perſonarum e-
tiam ſi in mādato facto ab Vniuerſitate id diceretur,
ſi talis eſt Vniuerſitas, quæ non habeat poteſtatem
condendi legem, & ſuperiorem recognoſcit. Bartol.
in l.4.§.actor.num.9. ff.de re iud.Bart. Pau. de Caſtr.
Salic. & alii in l. Ciuitas.ff.ſi cert.pet. Alex. late in d.
l.4.in princ.num.51.cum ſeq. Purpur.conſ.483.num.
7.lib.2.Vnde ſi illi,qui conceſſionem fecerunt, habe-
14 bant mandatum ab Vniuerſitate,& ſic†erant procu-
ratores Vniuerſitatis,non ſingulorum.l.5.ff.quod cu-
iuſque vniuerſit.nom.Dec.in c.eam te.col.fin.in prin.
de reſcript.& in conſ.61.nu.3.Rot. Vant.& alii, quos
refert & ſequitur Rol. à Vall.in conſ.53.nu.30. lib.4.
Et nomine Vniuerſitatis tantum conceſſionem fece-
runt,ſequitur quod noluerint,& ſi voluiſſent,non po-
tuerint in aliquo præiudicare particularibus perſo-
nis Dominis dictorum fundorum.
Poteſt etiam addi ad maiorem corroborationem
iurium dictorū ruſticorum,Dominos dicti Caſtri,qui
bus fuit facta dicta conceſsio promiſiſſe fortificare,
& in fortilitium ponere dictū Caſtrum propriis ſum
ptibus,hominesque eiuſdem tractare, vt probus pa-
ter ſuos filios, ipſos adiuuare, & defendere ab omni
perſona,quæ vellet eos damnificare, & moleſtare, &
qđ ipſi non conſentiēt,quod in territorio laboratiuo
mittatur ad paſcolādum aliquod genus beſtiarū. Et
quia ꝑſupponitur prædicta non fuiſſe obſeruata, eos
non

oon poſſe vti beneficio dictæ conceſſionis, quatenus illa in aliquo obeſſe poſſet iuribus particularium per
15 ſonarum.† Cum enim contractus ille ſit vltro citroque obligatorius, ſi aduerſarij non ſeruarunt omnia per eos promiſſa, non poſſunt vti beneficio dictæ conceſſionis, nec homines Caſtri Pomontis tenentur illam obſeruare. l. cum proponas, la 2 vbi Dec. nume. 5. Cuet. inn. nume. 10. Claud. nume. 3. C. de pact. Corn. conſil. 101. colum. 2. verſicul. conſtat. lib. 1. Alexan. conſil. 101. num. 7. lib. 1. late Rolan. à Val. conſil. 69. num. 6. cum ſeqq. lib. 4. & Franc. Becc. conſil. 45. num. 6. cum ſeqq. multis, vbi alios plures allegat. Et quia illi ruſtici præſupponunt Dominos illos in multis defeciſſe, carent commodo contractus, à cuius beneficio etiam repellerentur, ſi in modico defeciſſent;
16 nam † qui ſe fundat in contractu vltro citroque obligatorio, etiam ſi fere omnia obſeruauit, ſi tamen defecit in vno minimo capitulo, ei obſtat exceptio in principali contractu, & licitum eſt alteri parti non obſeruare, vt dixit Bal. in l. iuriſgentium. §. pacta conuenta. num. 1. ff. de pact. Iaſ. conſil. 216. num. 1. lib. 2. Natta conſ. 673. num. 19. lib. 4. Rolan à Vall. conſ. 53. nu. 29. lib. 1. & d. conſ 69. nu. 6 lib. 4. Menoch. conſ. 1. num. 368. lib. 1. Fran. Becc. d. conſ. 45. num. 10. vbi alios multos allegat.

Minus nocet vltimum de quaſi poſſeſſione exigendi affidas, & diſponendi de glādibus, & paſcuis, quoniam præſupponitur pro parte ruſticorum fuiſſe probatum antiquos dominos dicti Caſtri hæc facere nō conſueuiſſe, ſed à modernis tantum dominis id fuiſse introductum, quod ipſis ruſticis obeſse non poteſt,
17 nam quando † dominus alicuius Caſtri exigit à vaſallis noua & inſolita ſeruitia ſeu vectigalia ipſis nō fit præiudicium, cum metu extorta præſumantur. Io. Andr. in c. 1. de præſcript in 6. Bald. in c. 1. qual. vaſal. iur. deb. fidel. domi. cum alijs adductis per Rolan. à Vall. conſil. 40. num. 20. cum ſeqq. libr. 4. Preterea ſi etiam antiqui domini dicti Caſtri idem feciſſent, tamen quia allegant cauſam & titulum acquiſitum ex dicta cōceſſione, quæ vt dixi, non eſt ſufficiens, vt eius vigore ruſticos præfatos in perceptione fructuum, qui naſcuntur in proprijs bonis moleſtare poſſint, ſeu eorum occaſione aliquid exigere, per curſum etiam longiſſimi temporis ius aliquod acquirere non
18 potuerunt: nam & ſi † ex quaſi poſſeſſione longiſſimi temporis titulus validus præſumatur, ſi de eo aliter non conſtat, tamen quando de titulo conſtat, qui detegitur inualidus, ſeu alias inutilis, præſcriptio etiā temporis immemorabilis nullum affert præiudiciū, vt declarant Paul. de Caſtr. conſil. 423. colum. 2. circa finem. lib. 2. Pariſ. conſil. 27. num. 119. & conſil. 114. num. 8. & ſeqq. lib. 1. Crauet. conſil. 290. num. 6. verſicu. ſecundo reſpondeo. lib. 2. Alciat. conſ. 164. num. 4. Curt. iun. conſil. 206. num. 10. lib. 3. & Senat. Pedemont. deciſ. 101. num. 31. & propterea Pariſ. in dictis locis poſt Anton. de Butr. & alios admonet, quod ille, qui fundat ſe ſuper præſcriptione longiſſima etiam tanti temporis, cuius non extet memoria in contrarium, debet ſimpliciter dicere ſe præſcripſiſſe illo tēpore ex iuſta cauſa, & debet aduertere, & cauere ne alleget titulum, nam ſi illum allegaret, & appareret, quod ab initio fuerit iniuſtus, talis præſcriptio non prodeſſet, quia ex titulo iniuſto reſultat mala fides, qua ſtante nulla currit præſcriptio. c. fin. de præſcript. c. poſſeſſor. de reg. iur. 106.

Iudicatum fuit pro dictis Ruſticis ſecundum prædictam concluſionem per Reuerendiſſimum Dominum Fabium Menechinum Vmbriæ Vicelegatum Anno 1583. rogato Domino Raynaldo de Rubeis Notario Peruſino.

CONSILIA OCTO SVPER VARIIS REBVS & quæſtionibus reddita.

ARGVMENTVM.

Matrimonium quando clandeſtine, ſeu publice, & in facie Eccleſiæ cōtractum intelligatur.

Filij nati ex matrimonio contracto inter conſanguineos, an, & quando reſpectu ſucceſſionis reputentur legitimi. vbi late declaratur cap. cū inhibitio. de clandeſt. deſponſat.

SVMMARIVM.

1 *Filij, nati ex matrimonio contractu publice, bona fide, & in facie Eccleſię, ſunt legitimi, quamuis poſtea fuerit detectum impedimentum.*
Declaratur num. 22. & 27.
Extende primo ſiue vere, ſiue præſumptiue cōiuges ignorauerint impedimentum. num. 2.
Secundo etiam ſi vnus tantum ex coniugibus impedimentum ignorauerit. num. 3.
Tertio tam reſpectu ſucceſſionis parentis ignorantis, quā alterius, qui impedimentum ſciuit. num. 4.
Quarto etiam reſpectu ſucceſſionis aliorum coniunctorum. num. 5.
Quinto etiam quoad fideicommiſſum. num. 6.
Sexto & circa ſpiritualia, & ordines ſacros. num. 7.
Septimo, & quoad dignitates & feuda. num. 8.
Octauo, & in aliquo à cæteris filijs legitimis non differunt. num. 9.
Nono extende prædicta non ſolum quando bona fides cauſatur ab errore iuris, & facti ſimul, ſed etiam ſi à ſolo errore iuris, maxime ex parte mulieris. num. 10
Sed contra. num. 38. cum ſeqq. vbi declaratur.
Decimo etiam ſi non fuerit ſeruata forma c. cum inhibitio. de clandeſt. deſponſat. quæ de conſuetudine non obſeruabatur. num. 15.
11 *Matrimonium publice contractum, conuocatis conſanguineis & amicis ſecundū conſuetudinem patriæ, præſumitur bona fide contractum, licet poſtea detegatur impedimentum.*
Intellige vt num. 42.
Vel ſi mulier tempore contracti matrimonij erat minor. num. 12
Aut ſi ſciebant impedimentum, & fuit obtenta commiſſio pro diſpenſatione obtinenda, quia mulier potuit credere fuiſſe obtentam diſpenſationem. num. 13
Sed contra. num. 48
14 *Matrimonium nō præcedentibus publicis denunciationibus contractum, detecto impedimento, nō faciebat filios legitimos ēt ante Concilium Tridentinum. Et num. 20*
Sed contra ſtante conſuetudine. num. 15
Intellige vt num. 26. cum ſeq. & 49. cum ſeq.
Hodie tamen denunciationes ſunt de ſubſtantia ex diſpoſitione Concilij Tridentini, niſi de licentia ordinarij omittantur. num. 16.
17 *Matrimonium præſumitur validum, & legitime contractum ex curſu temporis.*
Declaratur num. 52. cum ſeq.

18 *Filiorum ſtatus in dubium reduci non poteſt elapſo quinquennio à morte patris.*
Contrarium.num. 56.cum ſeq.
19 *Filÿ in dubio legitimi præſumuntur.*
20 *Matrimonium inter attinentes vſque ad quartum gradum prohibetur, & proles inde ſuſcepta efficitnr illegitima.*
21 *Filÿ, nati ex matrimonio contracto inter attinentes vſque ad quartum gradum, non ſunt capaces ſucceſſionis parentum.*
23 *Matrimonium cõtractum ante Concilium Tridentinum, non præcedentibus publicis denunciationibus, detecto impedimento, reputabatur clandeſtinum reſpectu legitimationis prolis.*
Secus quoad alios effectus matrimonÿ. nu. 26
24 *Matrimonium etiam dicitur clandeſtinum, quando remotis teſtibus contrahitur, vel contractum retinetur occultum. Secus ſi publice conuocatis conſanguineis & amicis fuit contractum.*
25 *Clam quid fieri dicitur, quando omittitur ſolemnitas à iure in actu requiſita.*
27 *Matrimonium ante Concilinm Tridentinum debebat ſaltem contrahi palam in facie Eccleſiæ, & conuocatis conſanguineis iuxta conſuetudinem patriæ, vt filÿ ex eo nati eſſent legitimi, non obſtante impedimento poſtea detecto.*
28 *Conſanguineus præſumitur habere ſcientiam conſanguinitatis etiam reſpectu ſcientiæ impedimenti matrimonÿ inter eos contracti.*
Limita quando ſunt eiuſdem Ciuitatis, ſecus ſi diuerſarum.num. 29
30 *Scientia conſanguinitatis probatur ex fama.*
Item quando impetratur commiſſio pro diſpenſatione obtinenda.nu. 31
32 *Reſcriptum præſumitur impetratum ab eis, qui in precibus pro oratoribus nominantur, niſi qui id negat, probet contrarium.*
Et ſi ab alio fuit obtentum, præſumitur de mandato domini, maximè quando cum impenſu fuit impetratum.n. 33
34 *Confeßione nulla poteſt dari maior probatio.*
35 *Iuratæ aſſertioni creditur circa ea, quæ conſiſtunt in animo.*
36 *Singula quæ non proſunt iuncta iuuant.*
37 *Scientia conſanguinitatis inter coniuges præſumptionibus tantum probatur.*
39 *Ignorantia iuris nemini prodeſt, quando potuit conſulere peritiores.*
40 *Error iuris quando excuſat mulierem.*
41 *Ignorantia affectata æquiparatur ſcientiæ.*
43 *Error & ignorantia ex actu palam geſto quomodo præſumatur. Et num. 47*
44 *Præſumptio vna tollitur ab alia.*
Item fortius à pluribus.num. 45
Et à probatione contraria.num. 46
48 *Diſpenſatio conſanguinitatis pro matrimonio contrahendo, à quo concedi poßit.*
49 *Conſuetudo contra ius eſt ſtricti iuris, nec extenditur de loco ad locum, aut alias extra terminos ſuos. Et nu. 51*
50 *Conſuetudo ab eo, qui illam allegat, probari debet in ſpecie in caſu, de quo quæritur.*
53 *Præſumptio, quæ exoritur ex curſu temporis admittit probationem in contrarium, & tollitur contraria probatione.*
54 *Sententia ad probationem pro ſubſtantia requirit ſcripturam.*
55 *Præſumptio ex curſu temporis nunquid ceſſet in actu, qui ad probationem excipit ſcripturam.*
Filiorum illegitimitas opponi poteſt etiam mortuis parentibus ad effectum excludendi eos à ſucceſſione.
Amplia etiam poſt quinquennium.nu. 57
58 *Diſpenſatio inter coniuges conſanguineos quando poſſit concedi poſt contractum matrimonium, & mortem vnius ex coniugibus ad effectum legitimandi prolem.*
59 *Legitimari poteſt filius per Papam etiam mortuo altero ex coniugibus, non obſtante præiudicio venientium ab inteſtato, concurrente voluntate patris.*

CONSILIVM LXXXVII.

VIDETVR circa propoſitã dubitationem reſpondendum filios procreatos ex matrimonio putatiuo, inter cõiunctos contracto, legitimos eſſe.
1 Præſupponitur † enim matrimonium fuiſſe in facie Eccleſiæ, & bona fide contractum, & coniuges impedimentum ignoraſſe. Et quamuis poſtea compertum fuerit impedimentum ob conſanguinitatẽ in tertio, & quarto gradu, & propterea matrimonium illegitimũ reddarur, tñ filij ex eo procreati legitimi reputantur, cap. per venit. vbi gloſſa, Abb. Hoſtien. Butr. Ancharan. & cæteri. qui fil. ſint legit. Abb. in cap. cum inhibitio. num. 4. de clandeſt in. deſpon. Paleot. de noth. & ſpur. cap. 9. num. 1. Capra conſ. 116. num. 5. vbi de communi teſtatur. Pariſ. conſil. 15. num. 44. lib. 2. Socin. iun. conſil. 39. num. 63. lib. 3. Curt. iun. conſil. 52. colum. 1. libro 2. Iaſ. conſil. 156. colum. 1. & ſequent. lib. 4. Cephal. conſil. 647. num. 13. libr. 5. Anton. Gabr. in ſuis concluſio. in
2 titul. de legitimat. concluſio. 4. in princ. † Quod procedere videtur ſiue vere, ſiue præſumptiue cõiuges ignorauerint impedimentum. Glo. in l. qui contra. quam ibi omnes ſequuntur. C. de inceſt. nupt. Ruyn. conſ. 51. num. 16. lib. 5. & conſil. 100. num. 2. verſic. ſi ergo. lib.
3 3. & hæc concluſio recipienda eſſet, † non ſolum ſi bona fides & ignorantia mulieris & viri concurrerent, ſed etiam ſi alter tantum fuiſſet in bona fide, & iuſta ignorantia, cum circa legitimationem prolis ſufficiat bona fides, & ignorantia vnius tantum ex coniugibus, quando matrimonium in facie Eccleſiæ cõtrahitur. cap. ex tenore. qui fil. ſint legit. vbi gloſſ. & Abb. in 2. not. Innocent. in fin. & alij notant. Hoſtienſ. Anton. de Butr. & alij in d. capit. cum inhibitio. Bald. in l. qui contra. in 3. quæſt. C. de inceſt. nupt. Ruyn. conſil. 14. colum. 1. & ſeq. lib. 3. Caſſad. deciſ. vnica de ſponſal. Veral. deciſ. 203. par. 2. Iaſ. conſil. 168. nu. 8. libr. 4. Pariſ. dicto conſil. 15. nume. 44. & 45. Grammat. conſil. ciuil. 56. colum. 2. Cephal. qui de communi teſtatur dicto conſil. 647. num. 14. & idem tenet in conſil. 444. num. 7. lib. 3. Anton. Gabriel. dicta concluſ. 4. nume. 2. vbi num. 3. verſic. Tamen. hanc magis communem eſſe teſtatur, & hanc opinionem ab omnibus receptam eſſe dixit Roland. à Vall. conſil. 93. numer. 18.
4 lib. 3. & licet gloſſ. in d. l. qui contra. in verb. acerrimo. & ibi Cyn. Rayner. & aliqui alij. & Bartol. in l. fin. colum. vltim. ff. de condit. ſin. cauſ. dixerint, ſtante bona fide vnius tantum ex cõiugibus filios effici legitimos, ſed ſuccedere tantum ei, qui fuerat in bona fide, non alteri, eorum opinio vera non eſt, & communiter dãnatur, cum filij ex bona fide vnius reddantur ſucceſſibiles quoad omnes ſecundum Specul. in titu. de ſucceſſion. ab inteſtat. num. 23. verſic. ſed pone. Iaſ. in dicto conſil. 156. num. 4. & conſil. 168. numer. 9. & ſeqq. lib. 4. qui alios huius ſententię allegat, & communem eſſe teſtatur, quam etiam communem dicit Socinus iunior conſil. 39. numero 8. libro 3. Anton. Gabriel.
5 alios adducens dicta concluſ. 4. num. 4. † & in tantum filij ex dicto matrimonio procreati legitimi efficiuntur, quòd non ſolum habentur pro legitimis quoad ſucceſſio-

ſucceſſionem parentum,ſed etiam aliorum coniuncto
rum patris & matris.capitu.2.& capit. ex tenore.qui
fil. ſint legit.gloſſa in cap.1. de eo qui duxit in matri.
gloſſa in d.l.qui contra.in verb. acerrimo. in fin. Dec.
6 conſil.154.in princip.† & etiam ad fideicommiſſa ad-
mittuntur. Dyn. conſil.6.in fin. Dec. conſil. 153. nu-
7 me. 1.† Suntque etiam capaces eorum, quæ ſpiritua-
lia reſpiciunt, & admittuntur ad ordines ſacros, qui
filij reputari non debent pro parte legitimi, & pro
parte illegitimi. Abb.in capit.ex tenore.in fin. qui fil.
ſint legit. Iaſ. conſilio 156.numero 3. lib.4. & vocan-
8 tur † etiam ad dignitates & feuda. Bald.in capit.1.§.
naturales. numero 15.ſi de feud. fuer. controu. Curt.
iunior conſil.52.num.1.& ſequen.lib.1.Nec in aliquo
9 † à cęteris iuſtis filijs differunt. Paleot.de not.& ſpur.
capit.9.num.14.Roland.à Vall.conſil.93.nume.18.&
ſeqq.lib.3

Et licet prædicta ſine difficultate procedant, quan
do bona fides cauſatur ab errore iuris & facti ſimul,
10 † adhuc tamen eis locus eſſet, etiam ſi de ſolo errore
& ignorantia iuris appareret,maxime ex parte mulie
ris, in qua facilius iuris error & ignorantia præſumi
ſolet,ſecundum Ruyn.conſil.100.num.2.conſ.108.nu.
2.lib.3.conſil.51.nu.16.& ſeq.lib.5. & Iaſ.conſil.156.
nu.5.& 6.lib.4.

In caſu vero,de quo agitur, cōſtare dicitur de igno
rantia impedimenti, ac bona fide mulieris & viri.

Primo quia præſupponitur fuiſſe contractum ma-
trimonium publice conuocatis amicis & conſangui-
11 neis ſecundum conſuetudinem patriæ, † & quando
ita publice contrahitur, bona fides arguitur, & niſi
impedimentum poſtea detegitur, eiuſdem ignoran-
tia præſumitur.l.fin.ff.de rit.nupt.gloſ.in d.l.qui con-
tra.in verb.errore, C.de incæſt. nupr. & ibi Bald. co-
lum.fin.& alij ſequuntur.Abb.in dicto cap.cum inhi-
bitio.in fin.Bald. & Alber.de Roſ.in l.nemo clericus.
C.de ſumm.Trinita.Ruyn.conſil.51.num.15. libro 5.
& in dicto conſil.100.nu.2. Iaſ.in d.conſ.156. num.3.
Capra conſil.116.numero 8. Socin.iun. conſil.86.nu
mer.57.& ſeqq.lib.2. Roland.à Vall.conſil.93.nu.29.
lib.3.Cephal.conſil.307.num.61.conſil.390. num.16.
lib.3.& conſil.647. num.12.lib.5. Anton. Gabr. in d.
concluſi.4. in fin. vbi poſt Ruyn.dicit ex eo ſolo,quod
matrimonium publice,& in facie Eccleſię fuit contra
ctum,ignorantia probetur, & ſequitur Menoch.con-
ſil.15.num.7.lib.1.

12 Secundo † quia mater tempore contracti matrimo
nij erat minor annis viginti quinque,& in ea tum ra-
tione minoris ætatis, tum ſexus, error & ignorantia
præſumitur.Auth.de incæſt.nupt.in princ. verſic.Mu-
lier quoque.Ruyn.d.conſil.100.num.4. & d.conſil.51.
nu.17.circa medium.& conſil.108.num.2.lib.3.Iaſ.in
allegato conſil.156.nu.5. Cephal.conſil.444. num.4.
& ſeq.lib.3.

13 Tertio ſtante,† quòd tunc obtenta fuerat commiſ-
ſio ſuper diſpenſatione dicti matrimonij,potuit mu-
lier veriſimiliter credere diſpenſationem recte obten
tam fuiſſe,nec præſumendum eſt,quòd ſi aliter credi-
diſſet,per tot annos in matrimonio ſtetiſſet cum pec-
cato,vt late probat Cephal. io allegato conſilio 647.
num.31.& ſeqq. multis.

14 Nec filij dicuntur illegitimi, † ex eo quod in con-
trahendo matrimonium non fuit ſeruata forma cap.
cum inhibitio.de clandeſt.deſponſ. in faciendo publi
cas denunciationes in Eccleſia, prout requiritur ſecū
dum diſpoſitionem d. cap. inhibitio. ad effectum, vt
non obſtante impedimento conſanguinitatis filij effi
cerentur legitimi, Quoniam quando fuit contractum
15 matrimonium, † ſolennitas dicti cap.cum inhibitio.
de conſuetudine non obſeruabatur; & ſatis erat ma-
trimonium publice iuxta conſuetudinem patriæ con-
trahere cum pręſentia amicorum & conſanguineo-
rum. Nec propterea appellari poterat clandeſtinum,
nec filij ex eo nati illegitimi reputabantur. Innocent.
in dicto cap.cum inhibitio.ver. Tamen colum.2.Abb.
num.9.Ioan.Andr.in addit.ad Specul.in titul.de clan
deſt.deſponſ.in princ.Didac.Couar.de ſpōſal. cap.6.
2.par.nu.10.Abb. & alij in cap.ex tenore, qui fil. ſint
legit. Pariſ.conſil.13.qu.12.& ſeqq.& conſil.15.nu.41.
& 42.lib.2.Ioan. Lup. in tractat. de matrim. cap. vlt.
nume. 18. & 20. Paleot.de noth. & ſpur.cap.9.num.3.
aſſerens hanc opinionem eſſe magis receptam.Ruyn.
d.conſil. 51.nu.15.lib.5. qui dicit per cōtrarium vſum
à diſpoſitione d.cap.cum inhibitio.fuiſſe receſſum; &
idem tenet in dicto conſil.108.nu.2.verſi.& quamuis.
lib.3.Menoch.conſil.199.num.40.lib.2.ſequitur Rol.
à Vall.qui de communi teſtatur in dicto conſil. 93.
num.24.& ſeq.Non enim ſolebant ſecundum eos de-
16 nunciationes fieri ante Concilium Tridentinum,† li-
cet poſtea eodem Concilio ſeſſ.24.cap.1. de reforma.
matrimo.forma obſeruanda in matrimonijs contra-
hendis conſtituta fuerit, & denunciationes in Eccle-
ſia parochiali fieri debeant,quæ ſine licentia ordina-
rij omitti non poſſunt,vt ibi dicitur, & declarat Do-
mini.Bonfij inter conſi.Menoch.conſil.398.num.8.&
ſeqq.lib.4.vbi Cephal.in ſubſcriptio.num.19.Et mul-
ta de huiuſmodi denunciationibus per Concilium
requiſitis ponunt Menoch.conſilio 69. libro 1.& Ce-
phal.conſil.422.lib.3. qui late explicant, an & quan-
do omitti poſſint, & illis omiſſis matrimonium ſubſi-
ſtat, vel ſit nullum.

Præterea, quia iam ſunt multi anni, quod matri-
17 monium fuit contractum, † præſumptio exoritur,
quòd fuerit validum,& legitime contractum, vt poſt
Anton. de Burr. in c.lator.circa fin. qui fil. ſint legi.&
Cepoll.in conſil. ciuil.5. nu.16, dixit Anton.Gabr.in
ſuis concluſio.in titu.de præſumpt. conclu.1. numero
40.& comprobat Cephal.dicto conſil.647. nume.23.
affirmans in caſu ſuo poſt Gozad. & Iaſ. ex curſu vi-
ginti quinque annorum,quibus matrimonium dura-
uit.præſumi legitime contractum fuiſſe,& ſuperiores
conſenſum præſtitiſſe.

Vlterius, quia præſupponitur patrem deceſſiſſe,
18 non † videtur modo elapſo quinquennio à morte pa
tris de filiorum ſtatu quæri poſſe, iuxta titul. C.ne de
ſtat.defunct.prout ſentit Gloſſa in capit.peruenit. in
verb.ſi ita eſt. qui fil. ſint legit. quam ibi Hoſtienſ. ſe-
qui videtur.

19 Et quamuis hæc clare videantur, † nihilominus ſi
res eſſet dubia,in dubio, filii potius legitimi quam il-
legitimi iudicantur.l.miles. §.defuncto. ff.ad leg.Iul.
de adulr.Curt.iun.conſil.52.num.2.libr.1. Cephal.d.
conſil.647.numer.30.Dec.conſil.153.numer.1.in fin.
Nec eſt multum ſubtilizandum pro illegitimitate fi-
liorum, ſed poſt factum, quantum fieri poteſt, debet
negligentia parentum excuſari. Innocent.d.cap.cum
inhibitio. colum.2. in princ.quem ſequitur ibi Anto.
de Butr.num.17.

Prædictis non obſtantibus, arbitror filios ex dicto
matrimonio generatos, eſſe illegitimos, & ſucceſſio-
20 nis incapaces. † Præſupponitur enim eorum parētes
attinentes fuiſſe in tertio & quarto gradu,inter quos
prohibitum erat matrimonium contrahere, & con-
tractum irritabatur,prolesque inde ſuſcepta, illegi-
tima eſt. cap.nō debet. & ibi Doctores de conſangui.
& affinit. Anton.de Butr.in dicto cap.cum inhibitio.
numero 1. & alii omnes ſequuntur. Dec. conſil. 153.
in princip.Cephal.conſil.503.num.1.& ſequen. lib.4.
Roland.

Digitized by Google

21 Rol.à Vall.conſ.61.n.18.li.1.†Filijque tanquã illegi
timi hæreditatum patris & matris incapaces reddú-
tur. Auth. Ex complexu. C.de inceſt.nupt.§.penul.in
Authen.quib.mod.natural.effic.ſui.cap.tanta.qui fil.
ſint legit.§.nouiſſime. vbi Fab.& Aret.inſtitu.ad orfi-
cian. cum alijs ſimilibus adductis in iſtis terminis
per Curt.iun.conſ.64 nu.6.lib.1.& Cephal.conſ.444.
num.8.lib.3.

Nec poſſunt filij ab illegitimitate defendi, afferen
22 tes matrimonium fuiſſe bona fide contractum,† quo
niam ex matrimonio putatiuo filij redduntur legiti-
mi, duobus copulatiue concurrentibus.

Primo quod matrimonium non ſit clandeſtinum,
ſed publice & in facie Eccleſiæ contractum.

Secundo quod coniuges ſeu eorum alter fuerit in
bona fide, ac iuſta ignorantia impedimenti, vt probat
textus in d.c.cum inhibitio.de clandeſt.deſponſat.Si
enim bona fides adeſſet, ſed matrimonium non fuiſ-
ſet in facie Eccleſiæ contractum, detecto impedimen
to, filij redderentur illegitimi, prout etiam illegitimi
eſſent, ſi in facie Eccleſiæ, & palam contraheretur ma,
trimonium, ſed cõtrahentes bonam fidem & iuſtam
ignorantiam nõ haberent, quia hæc duo requiſita co-
pulatiue verificari debent, alias filii non reddũtur le-
gitimi. Doctores in d.capitul.cum inhibitio. præſer-
tim Ant.de But.numero 10.& 19.Abb.num.4 Hoſt.in
ſumm.de clandeſt.deſponſ.§.1.ver.Quarto.& num.8.
ver.Sed bis.Put.deciſ.118.num.12.libro 2.Didac.Co-
uar.de ſponſ.dicto cap.6. numero 12. Menoch. conſil.
199.numero 39.lib.2.Sed in caſu, de quo agitur, non
conſtat prædicta concurrere, ideo filij illegitimi ſunt
iuxta d c.cum inhibitio.

Et quantum ad Primum requiſitum dicitur non
conſtare matrimonium fuiſſe publice contractum in
facie Eccleſiæ, ſed potius ad effectum, de quo agitur,
23 dicitur clandeſtine contractum.† Ad hoc enim vt ma
trimonium dicatur contractum palam in facie Eccle
ſiæ, & filij ex eo procreati efficiantur legitimi, quam-
uis poſtea impedimentum detegatur, opus eſt denun
ciationes publice in Eccleſia fieri, antequam matri-
monium contrahatur, quæ ſi omittantur, dicitur clan
deſtinum, quantum ad hoc vt filij inde nati illegitimi
reputentur, vt probat textus in d c.cum inhibitio.vbi
Gloſſa in princ. in verb. clandeſtina. & in §.1.in verb.
clandeſtina.& ibi Ant.de Butr. nume.19. Card.in fin.
Petr.de Anch.in 7.not.Hoſt.in ſumm.eod.tit.§.1.ver-
ſic.Quarto.& num.8.verſic. Sed bis.Abb.Henri.Boic.
& alij multi, quos refert, & ſequitur Soc.iun.in conſil.
86.numero 48. & ſeqq.libro ſecundo. vbi numero 49.
de communi teſtatus. & numero 53. aſſerit de iure
ſcripto hanc opinionem non habere dubitationem.
Iacob.Leonis, inter conſi.matr.diuerſ.conſ.49.nume.
5.Incertus auctor inter conſilia eadem conſil. 94. nu.
2.Ruin.conſi.14.num.10. lib.3. late Cephal. d.conſilio
503.num.18.& ſeqq.& num.26.& ſeq. lib.4. Rolan. à
Vall.qui de communi teſtatur in d.conſil.93.num.26.
24 Et quamuis dici ſoleat † matrimonium clãdeſtinum
eſſe, ſi remotis teſtibus contrahatur, vel contractum
retinetur occultum, ne ad notitiam aliorũ deueniat,
ſecus ſi publice conuocatis amicis & conſanguineis
fuerit contractum.ca.2.vbi Doctores. de clandeſt. de
ſponſ.Port.conſ.39.num.57.Cephal.conſil.435.num.
95. & ſeqq.libro 3.Ex hoc non ſequitur, quin alijs mo
dis clandeſtinitas conſideretur, prout eſt, quando nõ
ſeruatur forma d.ca.cum inhibitio.Sed denunciatio-
nes omittuntur, vt notat gloſſa in d. c. cum inhibitio.
in princ.in verb.clandeſtina.& aduertit Soc.iun.in d.
25 conſi.86.numero 50. Nam vere † clam fieri quid dici
tur, quando omittitur ſolemnitas à iure in actu requi
ſita. Bart.in l.fin. ff.de ritu nupt. & hæc clandeſtinitas
26 ob omiſſas denunciationes † non conſideratur, quo-
ad omnes effectus matrimonij, quia etiam omiſſis de-
nunciationibus ante Concilium Tridentinum matri-
moniũ poterat dici palam & in facie Eccleſiæ contra
ctum quoad alios effectus, dummodo aliter publice
contractum fuiſſet, & iſto caſu poteſt admitti opinio
Oldrad.Io.And.& aliorum, ſed tantum conſideratur
clandeſtinitas ex omiſſis denunciationibus quoad
hoc, ne filij reddantur legitimi, ſi impedimentum con
ſanguinitatis detegitur, poſtquam forma decretalis
d.cap. cum inhibitio. ſeruata non fuit ſecundum An-
to.de Butr.in d.cap.cum inhibitio.nu.19. in fin.Ruin.
in d. conſ.14. num.10. Cephal. conſil.503.numero 2.
& ſeqq.multis.lib.4.& per iſta remouetur, quod dice-
batur denunciationes non requiri, & valere matrimo
nium illis omiſſis, id quidem verum erat ante Conci-
lium Tridentinum, reſpectu ſubſtantiæ matrimonij
& legitimationis filiorum, ſi impedimentum conſan-
guinitatis non fuiſſet detectum, quoniam matrimo-
nium valebat, & filij erant legitimi, non exiſtente alio
impedimento, etiam non factis denunciationibus.gl.
in d.cap.cum inhibitio.in princ.in verb.clãdeſtina.&
ibi Ant.de Butr.num.3. Spec.eod.titul.de clandeſtin.
deſponſ.in princ.Port. Imo.conſil.39. num.57.& ſeq.
& in iſtis terminis procedunt, quæ ex aduerſo addu-
cuntur, ſed denunciationes neceſſariæ erant ad hoc,
vt filij eſſent legitimi, quamuis impedimentum dete-
geretur, quia detecto impedimento, ſi denunciatio-
nes fuiſſent omiſſæ, filii ex illo matrimonio nati, non
eſſent legitimi, prout ſentiunt Doctores in citatis lo-
cis, præſertim Ruin.dicto conſilio 14.numero decimo.
verſiculo, Nec obſtat. & Cephal. dicto conſilio 503.
numero 27.

27 Præterea † ſi admitteremus cõtrariam opinionem
indiſtincte procedere, & denunciationes ad nullum
effectum fuiſſe neceſſarias ante Concilium Tridenti-
num, opus tamen erat palam in facie eccleſiæ contra-
here matrimonium, iuxt.cap.ex tenore.qui fil.ſint le-
git.& ſaltem recipi debebat benedictio in eccleſia, vt
poſt Gem.in conſ.27.colum.fin.verſic. Quoad ſecun-
dum.Io.Andr. & Oldra.aduertit.Rol.à Vall.in dicto
conſilio 93.numero 29.ver.& eo magis.Soc.iun.dicto
conſil 86. numero 61. qui dicunt ſaltem neceſſarium
fuiſſe ad effectum legitimandi prolem, ſi impedimen-
tum detegeretur, quod iugales in eccleſia fuerint be-
nedicti, quod hic factum non apparet. Imo quia nec
conſtat fuiſſe tunc conuocatos amicos & attinentes
ſecundum notoriam conſuetudinem huius ciuitatis,
etiam ſecundum opinionem eorum, qui dicunt denũ
ciationes non requiri, matrimonium appellatur clan
deſtinum quantum ad hunc effectum legitimationis
filiorum, vt dicunt Abb.in d.cap.ex tenore.& late So-
cin.iu.in dicto conſilio 86.numero 54. & ſeqq.multis.
Rolan.à Vall.d.conſil.93.numero 26.ver.ex alio capi
te.Menoch.d.conſ.199.num.40.verſic. Hac opinione
admiſſa.Curt.iunior conſilio 64.numero 1. in fi.lib.1.

Circa ſecundum requiſitum bonæ fidei & ignoran
tiæ viri ac vxoris dicitur id non iuſtificari, ſed contra
rium apparere.

Primo, quia illi erãt attinentes in tertio & quarto
28 gradu, † & veriſimiliter credendum eſt conſangui ni
taris ſcientiam habuiſſe, iuxta l.octaui. ff.vnd.cogna.
Quam præſumptionem in propoſito adducunt Bart.
in l.fin.num.1.ff. de condict. ſine cauſ. Ruin.d.conſilio
14.numero 5.Cephal.d.conſil.444.numero 10.& late
Crott.in conſ.196.numer.5. & ſeqq. multis vſque ad
numerũ 14.libr.3. vbi præſumptionem iſtam conclu-
dentem eſſe oſtendit. Quæ præſumptio eo magis hic

ceci-

recipienda eſt, cur vir & vxor eſſent einſdem ciuita-
tis, & mater viri eſſet eiuſdẽ familiæ, & domus, cnius
29 erat vxor, † licet ſi fuiſſent diuerſarum ciuitatũ, aliud
dici poſſet, vt in propoſito aduertit Palçot. in d. trac.
de noth. & ſpnr. cap. 9. nu. 13. & poſt eum Mennch. de
arbit. iudi. q. lib. 2. cent. 3. caſ. 244. nu. 19.

Secundo probatur in proceſſu tempore contracti
matrimonij fuiſſe famam inter cõſanguineos, qnod
30 pręfati coniuges erant conſanguinei, † ea qua fama
præſumpta eorum ſcientia exoritur. c. 1. de poſtulat.
prælat. l. regula. §. 1. ff. de iur. & fact. ignor. & in termi
nia not. Dec. conſ. 154. nu. 1. in fi. Crott. d. conſil. 296.
nnm. 12. Curt. iun. d. conſil. 64. nu. 8.

31 Tertio multo magis hæc præſumptio † exoritur ex
commiſſione ante contractum matrimonium, obten
ta à quodam aſſerto commiſſario Reuerendæ Fabri-
cæ Diui Petri de Vrbe, qui cauſam commiſit Vica-
rio Epiſcopi ſuper diſpẽſatione dicti matrimonij, ea
qua commiſſione clariſſime ſcientia impedimenti tã
in viro, qnam in vxore probatur, poſtquam illud re-
mouere tentabant, vt eſt clariſſimũ, & conſiderat Io.
Bolognet. in conſilio 11. num. 23. & ſeq. & quoniam
vir & vxor erant ſui iuris, & ambo in precibus proo-
32 ratoribus nominabantur, † pręſnmitur ab eis fuiſſe
impetratam cõmiſſionem, nec fuiſſe ſubmiſſam per-
ſonam. Abb. in cap. nonnulli. §. ſunt & alij. num. 9. de
reſcript. & ibi Fel. numero 7. verſic. Tertio nota. ni-
ſi qui id negat, contrarium probet. Felin. in dicto lo-
co. num. 7. verſic. Demum. Et ſi ipſi non impetraſſent
33 commiſſionem, † ſed alius illam obtinuiſſet, eſſet ta
men præſnmendum de eorum mandato omnia fuiſ-
ſe geſta, præſertim quia fuit obtenta cum impenſa,
quo caſu mandatum præſumitur ad obtinendum re-
ſcriptum. iuxta notata per Bellamer. in d. c. nonnulli.
nnm. 19. verſi. 13.

Quarto magis clare inſtificatur ſcientia etiam tẽ-
pore contracti matrimonij ex cõfeſſione vxoris, quæ
34 interrogata cum iuramento id faſſa fuit, † qua con-
feſſione nulla poteſt dari maior probatio. Bald. con-
ſilio 192. numero 8. libro ſecundo. Rimin. iun. conſil.
103. numero 28. libro 1. cum confeſſio efficacior &
fortior ſit qnacumque alia probatione. Iaſo. in l. cum
te. io 3. not. C. de tranſact. Alexan. conſil. 141. nume. 3.
lib. 6. Soc. iun. conſil. 5. nu. 4. & 5. lib. 3. cnm aliis plene
congeſtis per Rimin. inn. conſ. 503. nnmero ſecundo.
35 & ſeq. lib. 5. Et qnia † agebatur de probatione ſcien
tiæ, quę in eius animo conſiſtebat, iuratæ aſſertioni
matris ſtandum eſt ad plenam probationem. Barto.
in l. atqui natura. §. ſi cum me. num. 3. ff. de neg. geſt.
Iaſ. in §. ſed iſte. numero 89. Inſtit. de actio. & in rep.
l. admonendi. numero 308. & 309. ff. de iureiurand.
præſertim cum pro ea iuria præſumptiones concur-
rant. Iaſo. in dicto loco. & omnia comprobantur per
Menoch. de arbit. iudi. quæſt. lib. 2. cent. 2. caſ. 186. nu
mero 4. & ſeq. & licet ex quolibet ex prædictis funda
mentis plene ſcientia probetur, fortius ex omnibus
36 ſimul iunctis magis iuſtificatur, † cum quæ non pro-
ſunt ſingula, iuncta iuuent. iuxta Gloſſam in l. 2. in
verb. legitimis. ff. de excuſat. tut. & in cap. cum cau-
ſam. de probat. cum aliis adductis per Anton. Gabr.
in ſuis concluſio. in tit. de probat. conclu. 1. in princ.
37 Præſertim quia † ſufficit præſumptiue ſcientiam pro
bare, vt probant in iſtis terminis Crot. d. conſilio
296. nume. 5. & ſeqq. lib. 3. & Ruin. conſil. 14. nume-
ro 6. lib. 3. quorum opinio ex eo comprobatur, quod
cum in probanda ſcientia agatur de eo, quod in ani-
mo conſiſtit, præſumptionibus & coniecturis ſuffi-
cienter probatur. Mand. de Alba conſi. 18. col. 1. Nat.
conſ. 231. col. 1. Crauet. conſ. 193. num. 7. lib. 2. & com-
probatur per Doctores in l. qui Romæ. §. duo fratres.
ff. de verb. oblig. vbi Bart. in 3. q. princ. & Soc. iun. nu.
109. Abb. conſilio 19. libro 2. Dec. conſilio 287. & con
ſilio 303. Soc. iun. conſilio 116. nu. 42. libro 1. Menoch.
conſil. 87. numer. 56. libro 1. qui ſcripſerunt ſcientiam
teſtamenti & fideicommiſſi etiam præſumptionibus
ac coniecturis tantnm probari.

Cum igitur, vt ex iam dictis apparet, matrimoniũ
non fuerit contractnm, prout opus erat, palam in fa-
cie Eccleſię & vir & vxor fuerunt in mala fide ob ſcien
tiam conſanguinitatis, ſine difficultate concluden-
dum eſt filios, ex dicto matrimonio natos, illegitimos
ac inſucceſſibiles eſſe.

Non obſtant contraria, licet enim filij nati ex ma-
trimonio, in facie Eccleſiæ contracto efficiantur legi-
timi, iuxta c. ex tenore. qui fil. ſint legit. non nocet, ſtan
te quod non conſtat matrimonium contractum fuiſ-
ſe in facie Eccleſiæ, vt requiritur, & de mala fide ob
ſcientiam impedimenti apparet.

38 Nec ex iuris errore † mulier, quæ contraxit matri-
monium, à iure reprobatum, excuſatur ita vt filij nati
efficiantur legitimi, qnoniam ignorantia iuris excu-
ſat mulierem quoad pœnam tantum corporalem, &
ita procedit textus in Authen. de inceſt. nupt. in prin.
non tamen prębet aliquam excuſationem in reliquis,
ita Cin. & alij omnes in l. qui contra. C. de inceſt. nup.
& poſt eos Cephal. conſil. 390. nnmer. 42. libr. 3. Iuris
igitur ignorantia matris non prodeſt filijs ex illegiti-
mo matrimonio natis, ſed illegitimi reputantur, niſi
ſaltem cum iuris errore tempus 40. annorum fuerit
deſtuxum, iuxta textum in l. qui in prouincia. §. 1. ff. de
rit. nupt. & ita qnod ad hunc effectnm iuris ignoran-
tia non ſufficiat, tenent Abb. in cap. perlatum. qui fil.
ſint legit. late Ruin. conſilio 14. numero octauo. & ſeq.
libro 3. Anton. Gabriel. in d. titul. de legit. concluſ. 4.
nnmero 20. & Cephal. d. conſilio 444. nnm. 10. & ſeqq.
39 Nec † etiam prodeſt mulieribus iuris ignorantia,
quando potuerunt conſulere peritiores, cum regula-
riter iuris ignorantia nemini proſit iuxta notata in l.
iuris ignorantia. C. qui admit. per Meno. de arbi. iud.
quæſt. libro 2. cent. 3. caſ. 244. num. 18. & ita in iſtis
terminis dixit Rot. Rom. teſte Put. in deciſ. 118. num.
17. lib. 2. Et late hanc opinionem comprobat Palçot.
in d. tracta. de notb. & ſpur. c. 9. numero 7. & ſeqq. qui
reſpondet omnibus fundamentis Ruin. in alijs conſi-
40 lijs ſupra in cõtrarium adductis. Solum quidem † iu-
ris error in muliere etiam quoad legitimationem fi-
liorum conſideratur quando fuiſſet probabilis & iu-
ſtus, vt poſt Abb. aduertunt Ruin. in d. conſil. 14. nnm.
9. & Palęot. vbi ſupra numero 9. verſicu. fateor, qnod
eſſet, vt ipſi declarant, Vel quando eſſet error iuris du
bij, quo caſu æquiparatur errori facti, Vel ſi non po-
tuiſſet cõſulere peritiores, aut ab inexperto viro rece
piſſet malum conſilium, iuxta notata per Dec. in d. l.
iuris ignorantia. & per Fel. in cap. de quarta. de præ-
ſcript. numero 30. Qui iuris error ita iuſtus in caſu no
ſtro nullo modo probatur, immo apparet de ſcientia
facti, & ius eſt clarum, qnod infra quartum gradum
incluſiue nõ poteſt contrahi matrimonium, & potuit
iſta mulier in hac Ciuitate Peruſiæ, in qua tot Excel-
lentiſſimi Iuriſconſulti aderant, illos conſulere, quod
facere debuit, cum eſſet ſui iuris nec in poteſtate ali-
cuius, & tunc eſſet ætatis annorum viginti quattuor,
qnod ſi non fecit, iuris ignorantia nullam præbet ex-
41 cuſationem, cũ potius ſit † ignorantia affectata, quæ
ſcientiæ æquiparatur, vt in propoſito dicunt Anto. de
Butr. in d. cap. cum inhibitio. nu. 10. Cephal. d. conſi-
lio 444. num. 10.

Quod dicitur matrimonium fuiſſe palam contra-
ctum,

42 ctum,ea iam dictis remouetur. Præterea † ea matri-
monio palam contracto oritur præſumptio ignoran-
tiæ, quando impedimentum cauſatur ex alia cauſa,
quam affinitatis, ſed quando adeſt impedimentum
affinitatis,ceſſat dicta præſumptio,ſecundum Cro.d.
conſilio 596.num.15. verſi. Non obſtat, & Cephal.d.
conſil.503.numero 57. verſiculo. Nec obſtat. Inſuper
43 † præſumptio erroris & ignorantię, quæ exoritur ex
actu palam geſto, non attenditur quando probatur
contrahentes matrimonium habuiſſe ſcientiam im-
pedimenti,eo quidẽ caſu filij non naſcuntur legitimi,
cum copulatiue requiratur quod actus ſit palam ge-
ſtus,& bona fides & ignorantia concurrãt. iuxta d.ca
pitul.cum inhibitio. §.1. vbi Innoc. notat.colum.2. &
idem tenet Dec.conſil. 154. num. 1. Publicitas enim
matrimonij nihil operatur, quando de ſcientia impe
dimenti conſtat.Put.deciſ.118.num.12. libro 5. & di-
xi ſupra; Præſertim quia quando probatur ſcientia
impedimenti,non attenditur præſumptio,exoriẽs ex
44 actu palam geſto, † cum vna præſumptio aliam tol-
lat.l.diuus.ff.de reſtitu.in integr.l.non ſolum,ff.de ri-
tu nupt.Crau.conſi.145.num.11.lib.1.& conſilio 550.
45 num.2.lib.3.Et ſi vna præſumptio aliam tollit, † for-
tius plures præſumptiones in iſto caſu pro ſcientia
cõcurrentes vnicam illam deſumptam ea actu palam
geſto,elidunt. Authent. Itaque. C. commun. de ſucceſſ.
Crauett.conſil.149.num.17.lib.1.& conſi.282.nume-
ro 6. libro 5. Et quia non ſolum vigent præſumptio-
46 nes ſcientiæ,ſed vt dixi,veræ probationes, alia † con-
traria præſumptio ea probatione tollitur.l.fi.in prin.
ff.quod met.cauſ.Crauet.conſi.6.numero 70.& conſi.
35.nu.5.libro 1.Inſuper ex actu palam geſto, quando
47 alia in contrarium non vrgent pro ſcientia,non † ori
tur præſumptio ignorantiæ facti,ſed tantum ignoran
tiæ & erroris iuris.Palęot.in d.capit.9.numero 12. &
ſequent.Dec.conſ.154.numero 1. Ruin.d.conſ.14.nu-
mero 5.Menoch.in d.cent.3.caſ.244.num.15. & ſeqq.
Sed error & ignorantia iuris non ſufficiunt ad legiti
mationem prolis, vt ſupra demonſtraui, ideo nullo
modo contraria reſiſtunt.

Quod vero dicitur de præſumpta ignorantia ob
qualitatem ſexus, & minorem ætatem, ſatis remotũ
fuit ex iam dictis,cũ conſtet de ſcientia facti,& etiam
iuris præſertim ex commiſſione obtenta ſuper diſpen
ſatione,ex qua probatur etiam ſcientia impedimenti
contrahendi matrimonium, poſtquam illud remoue
re tentabat per diſpenſationem.

Tollitur etiam aliud de credulitate ſublati impe-
dimenti ob obtentam commiſſionem ſuper diſpenſa-
tione,quoniam commiſſio illa videtur inualida, cum
48 non conſtet, † fuiſſe conceſſam ab habente auctorita
tem,& ex cauſa legitima,vt requiritur, ad hoc vt di-
ſpenſatio valeat,iuxta late deducta per Menoch. con
ſilio 15. per totum. maxime numero 13.& ſequentib.
multis.lib.primo. Et ſi commiſſio valuiſſet,poſtquam
non conſtat Vicarium Epiſcopi Iudicem per dictam
commiſſionem delegatum ad concedendum diſpen-
ſationem ad eius executionem proceſſiſſe, nihil ope-
ratur ſola commiſſio,vt dixit Crott.in conſil.77.num.
6.& ſeq.li.1. Idcirco ſtante quod diſpenſatio non fuit
obtenta, non excuſatur mulier, ſi aliter credidit,cum
enim ſciuiſſet impedimentum,debebat clare inueſti-
gare,antequam matrimonium contraheret,nunquid
impedimentum eſſet ſublatum per legitimam diſpẽ-
ſationem,nec ſi alteri id aſſerẽti credidiſſet,ſufficeret,
ad effectum vt filij nati ſint legimi,vt notat Innocen.
in d.c.cum inhibitio.col.5.verſ. Item & ſi.quem ibi ſe-
quitur Anto.de Butr. num.18. & comprobat Cephal.
in dicto conſil.444.numero 10.

Neque impedimento eſt allegata cõſuetudo circa
omiſſam ſollẽnitatem.cap.cum inhibitio. quoniam ſi
conſtaret de conſuetudine huius Ciuitatis Peruſię ad
mitti poſſet, ſed illa non apparet approbata, & Do-
ctores nõ teſtantur de conſuetudine generali, ſed q͂d
in multis locis forma dicti decretalis nõ obſeruatur,
& eorum opinio recipienda eſſet tantum in loco, in
quo vere hęc conſuetudo vigeret,non in alijs, quoniã
49 conſuetudo, † quæ eſt contra ius, eſt ſtricti iuris, nec
extenditur de loco ad locũ,& ſic extra terminos ſuos.
l.1.§.Iulianus.ff.de itin.actuque priuat.l.ius ſingula-
re.& l.quod vero.ff.de legib. Bald.in cap.1.num.1. de
feud.cognit.Aret.conſil.135.num.4. Dec.conſil.479.
num.55.Roland.à Vall. conſ.35.num.30.lib.3.& alij,
quos ſequitur Maſcard.de probat.vol.1.concluſ.423.
num.15. & ſeq. Et quia nos habemus ius ſcriptum in
d.c.cum inhibitio.ei ſtandum eſt,donec de contraria
legitima conſuetudine huius Ciuitatis conſtet, vt in
terminis tenuit Rota Romana, prout teſtatur Put. in
deciſ.565.num.5. in fi.& 3.libro tertio. Quod veriſſi-
50 mum eſt, quoniam † conſuetudo ab eo,qui illam alle
gat,probanda eſt,aliàs eiuſdem allegatio nõ releuat,
maxime ad derogationem iuris, cap.1.de conſtitu.in
6.Barto.in l.5.q.25. C.quæ ſit long. conſuetud. Decia.
conſ.475.nu.16.Io.Faber in §.ex non ſcripto. Inſtit.de
iur.natur.gent.& ciuil. Soc.iun.conſil.65.numero 36.
lib.1.& alii plures adducti per Maſcar. in d. concluſ.
453.nume.20. Nec ſufficeret conſuetudinem probare
in genere, ſed in ſpecie in caſu, de quo quæritur, eam
iuſtificare oportet, vt poſt Oldrad. ſcripſerunt Cra-
uett. conſilio 96. numero quarto. libro primo. & Ri-
minal.iunior conſilio 99.numero 187. libro ſecundo.
& conſilio 363.numero 584.& 588.libro quarto.quia
vt dixi ante Concilium Tridentinum denunciatio-
nes non erant neceſſariæ in omni caſu, ſed ſolum ad
effectum, vt detecto impedimento filij eſſent legiti-
mi, ideo non eſſet ſatis probare conſuetudinem non
faciendi denunciationes, antequam matrimonia cõ
traherentur,ſed in ſpecie probanda eſſet conſuetudo
in caſu,in quo loquitur dictum capitulum cum inhi-
51 bitio, cum conſuetudo † iuris communis correctoria
ſit ſtricti iuris, & ſtrictiſſime intelligenda, nec extra
terminos ſuos extendenda. capitulo quoad conſulta
tionem. & ibi Abb.in vlt.not. de offi.delegat. Etiam
ex identitate rationis. Bal.in l.5.§.creditum.ff.ſi cert.
pet. Ant. de Butr. conſil. 27. in fine. cum aliis addu-
ctis per Tob. Nonium in conſ.48. nume. vigeſimoſe-
cundo, & 53.

Illud de præſumptione validitatis, & præſumpta
confirmatione ſuperioris ex curſu temporis ſubuer-
titur, quia à die contracti matrimonij & motæ litis
non ſunt defluxi anni viginti,& clare conſtat de inua
liditate, cum fuerit contractum matrimoniũ in gra-
du prohibito, & non ſeruata forma d.capituli cum
52 inhibitio, nec obtenta legitima diſpenſatione,† quo
caſu curſus temporis nihil operatur ſaltem quando
triginta anni non ſunt defluxi. Put. deciſ.557.nume-
ro ſecundo,& ſequent. libro tertio. Immo quia præ-
53 ſumptio, quæ ex curſu temporis exoritur, † admit-
tit probationem in contrarium. Anto.de Butr.& Ab-
bas, in capit. quoniam contra. de probat. Bald. in l.
2.C.de dot. promiſſ. Alexan. conſilio 113.lib.primo.
penitus contraria præſumptio eliditur, poſtquam de
contrario conſtat, quocũque curſu temporis non ob-
ſtante. Alexan.conſilio primo. numero 19.libro quar
to.Soc.ſenior. conſilio 46.numero 37.& 41. lib.quar-
to.late Rol.à Val.conſilio 5. numero 135. lib. primo.
Et poſt alios multos Senat.Pedem.deciſ.173.num.7.
& ſeq. Poſſet etiam addi magis id procedere reſpe-

ctu

ctu ſententiæ, quæ ſuper diſpenſatione à Vicario Epi
ſcopi Iudice delegato proferri debebat, quæ ſenten-
54 tia,† cum ad probationem pro ſubſtantia requireret
ſcripturam. Innoc. in cap. dudum. colum. 2. verſic. Et
nota. de reb. eccleſ. non alien. Roland. à Vall. conſi-
lio 33. num. 11. & ſequen. lib. 1. non poteſt ea tempo-
55 ris curſu præſumi ſententia, cum præſumptio illa
ceſſet in actu, qui ad probationem ſcripturã exigit.
Ruin. conſ. 69. num. 9. ver. Secundo reſpondetur. li. 1.
poſt alios Anton. Gabr. in ſuis conclu. in tit. de præ-
ſumpt. conclu. 1. in 8. limit. nu. 60. Verum quia multa
in contrarium ponit Cephal. conſ. 171. nu. 37. & ſeqq.
lib. 2. qui dixit hanc præſumptionem operari etiam
in caſibus, in quibus exigitur ſcriptura. In hac vlti-
ma reſponſione non inſiſto, cum præcedentes reſpon
ſiones ſint magis claræ.

Parumque reſiſtit, quod à die mortis patris ela-
56 pſum ſit quinquennium, † quoniam contra filios, ad
effectum excludendi eos à ſucceſſione, poteſt de ille-
gitimitate opponi etiam mortuis parentibus. c. cau-
ſam. qui fil. ſint legit. Innocent. in cap. peruenit. eod.
57 tit.† Et etiam poſt quinquennium ſecundum Anton.
de Butr. in d. cap. peruenit. num. 5. & colum. fin. verſ.
Et hoc teneas. & Abb. num. 4. vbi dicit ita modernos
communiter tenere. Nec ſecundum eos obſtat Titu.
C. ne de ſtat. defunct. quoniã materia illius tituli eſt
diuerſa, cum procedat qñ vertitur dubium de ſtatu
ſeruilis conditionis. Sed hic agitur de probanda legi
timitate, vel illegitimitate filiorum viuentium, de
qua poteſt quæri etiam elapſo quinquennio.

58 Poſſet bene dubitari,† nunquid dicti filij redderen
tur ſucceſſionis capaces tãquam legitimi, ſi Vicarius
Epiſcopi, cui ante matrimonium fuit delegata cauſa
diſpenſationis, hodie mortuo patre ſententiam pro-
ferret ſuper diſpenſatione dicti matrimonij, quod fie
ri poſſe retrotrahi, & filijs prodeſſe concludit Crot.
in conſ. 77. per totum. lib. 1. Vel ſi de poteſtate illius,
qui cauſam delegauit, nõ appareret, ſi filij à Summo
Pontifice nouã diſpenſationem commiſſionem nouæ
diſpenſationis obtinerẽt, prout fieri poſſe, ẽ mortuo
vno ex coniugibus, teſtatur Put. deciſ. 483. lib. 2. qui
59 nu. 2. cum ſeqq. etiam dixit † Papam poſſe legitima-
re filium etiam mortuo altero coniugum, non obſtan
te præiudicio venientium ab inteſtato, concurrente
voluntate patris. Sed quia dicti filij id non quærunt,
& de hoc modo non agitur; inſpecto ſtatu præſenti,
concludendum eſt dictos filios eſſe illegitimos, & ad
ſucceſſionem admittendos non eſſe.

Differentia, de qua ſupra, fuit (vt audiui) amicabili ter concordata.

ARGVMENTVM.

Tutela quo ordine deferatur, & quis in ea ſit præferendus.

Statutũ, quod corrigit ius commune reſpectu ſucceſſionis, nunquid cenſeatur illud corrigere etiam reſpectu tutelæ.

Et an patruus ad ſucceſſionẽ vocatus per ſtatutum, in tutela præferatur matri, auiæ maternæ, & auo materno à ſucceſſione excluſis.

SVMMARIVM.

1 *Tutela defertur proximioribus agnationis & cognationis ſublata differentia.*
2 *Auus maternus in tutela præfertur patruo.*
Amplia etiam ſi à ſucceſſione per ſtatutum excluderetur per patruum. num. 10.
Sed contra per totum. maxime num. 23. 30. cum ſeq.
3 *Statutum corrigens ius commune reſpectu ſucceſſionis non videtur illud corrigere in tutela.*
Sed contra num. 21. & 24
4 *Tutela debetur matri non ratione ſucceſſionis, ſed affectio nis, & pietatis.*
Et quamuis à ſucceſſione filij per ſtatutum reperiretur excluſa. num. 5. 25. & 28
Amplia etiam in auia materna. num. 7. & 28
6 *Mater & auia reſpectu tutelæ æquiparantur.*
8 *Auus maternus in tutela præfertur auiæ maternæ. cum ſequen. Et de ratione. num. 34*
Fallit in auo paterno, cum quo admittitur ad tutelam etiã auia materna. num. 9
11 *Mater in tutela præfertur fratri defuncti, licet ſimul ad ſucceſſione vocatur.*
12 *Auus in tutela præfertur patruo, qui per ſtatutum ad ſucceſſionem pro medietate tantum vocatur.*
Sed contra num. 36. vbi quod ſimul admittuntur, prout ad ſucceſſionem vocantur.
13 *Auus excluditur à ſucceſſione pupilli per matrem.*
14 *Prior in gradu præfertur in ſucceſſione.*
15 *Tutela non defertur minori.*
Amplia etiam in matre. num. 16
17 *Patruus eſt legitimus tutor.*
18 *Tutor legitimus non eſt ille, qui non ſuccedit pupillo.*
19 *Tutela ei debetur, ad quem ſpectat ſucceſſio, aliàs ſecus. Et num. 31*
Amplia non ſolum quando defertur ſucceſſio de iure communi, ſed etiam ſi per ſtatutum, quod agnatos præfert cognatis. num. 20. cum ſeqq.
22 *Lex noua ſuperueniens, loquens de vno ex æquiparatis à lege antiqua, trahitur ad alium.*
23 *Patruus, qui vigore ſtatuti à ſucceſſione excludit auum maternum, præfertur etiam in tutela. Et infra per totum.*
25 *Tutela, quæ defertur matri & auiæ maternæ, eſt extraordinaria & irregularis, nec regulatur à ſucceſſione.*
Et eſt voluntaria, non neceſſaria. num. 26.
Secus eſt in tutela debita agnatis & cognatis, quæ defertur etiam inuitis. num. 27.
29 *Tutela non defertur excluſo à ſucceſſione, quando tutela eſt regularis, ſecus ſi anomala & irregularis.*
Amplia etiam in auo materno, cui debetur ratione ſucceſſionis & coniunctionis, ſicut alijs legitimis tutoribus. num. 30. cum ſeq.
32 *Bero. conſ. 123. & conſ. 124. lib. 3. reprobatur. cum ſeq.*
33 *Vinco regula illa, Si vinco vincentem te, multo magis vinco te, procedit, quando vincens ſuccedit in locum victi, quaſi illum repræſentans. Secus ſi ob potentias ius.*
35 *Bald. conſ. 84. lib. 5. reprobatur.*
36 *Tutela defertur ei, cui debetur de iure communi, licet per ſtatutum alij vocentur in certis bonis non vt hæredes.*
37 *Tutela, decreta ex falſa cauſa, redditur ipſo iure nulla.*
38 *Mater in tutela filij præfertur omnibus alijs.*
Et quando eſt minor, & alius fuit delata, completa ætate, ad tutelam admittitur, remotis tutoribus interim datis. num. 39.
Et an durante minori ætate matris locus ſit tutori legitimo, vel datiuo. num. 40. remiſſiue.
41 *Tutela defertur conſanguineo, non obſtante odio inter ipſum & patrem pupilli, cum illud morte fuerit extinctũ.*

CON-

CONSILIVM LXXXVIII.

DVSITATVR principaliter in cau-
ſa vertente inter Paulum Michaelis
Angeli de Paſſignano, & Seuerum Ba
ptiſtæ de eodem Caſtro, nunquid ad
tutelam filiæ Antonij ſit admitten-
dus dictus Paulus eiuſdem patruus,
Vel dictus Seuerus auus maternus. In qua dubita-
tione videtur dicendum Seuerum auum præferen-
dum eſſe patruo, quoniam auus attinet dictæ pupil-
læ in proximiori gradu, eſt enim ipſe in ſecundo. l. iu-
riſconſultus. §. ſecundo gradu. ff. de grad. attinit. Pa-
truus vero eſt in tertio. d. l. iuriſconſultus. §. tertio gra
1 du. Inſtit. eod. §. 2. & tertio gradu. † Et ad tutelam pro
ximiores admittuntur. Authent. Sicut. C. de legi. tut.
Bartol. in l. 1. in princip. ff. de leg. tut. Et quamuis de
iure Digeſtorum tutela debita fuiſſet agnatis, exclu-
ſis cognatis. l. 1. ff. de legit. hæred. hæc differentia po-
ſtea ſublata fuit, & omnes tam cognati quam agnati
ſecundum gradus prærogatiuam ad tutelam admit-
tuntur, cũ differentia agnationis & cognationis ſub-
lata ſit etiam reſpectu ſucceſſionis, iuxta textum in
§. nullam. Auth. de hæred. ab inteſt. ven. Et tam agna-
tis quam cognatis tutela defertur, vt probat text. in
d. Auth. Sicut. Gloſſ. in l. 1. in verbo. prouidentia. & ibi
Bart. in princ. ff. de legit. hæred. Ang. Aret. in §. actio-
num, numero 70. verſi. legitimi. Inſtit. de actio. Vnde
auus maternus, qui proximior eſt, præferendus vide-
2 tur, † vt in terminis per dictas rationes, quod auus
maternus ad tutelam admittatur, excluſo patruo, fir-
mant Bald. conſil. 84. incip. Viſo puncto. lib. 5. Dec.
conſil. 188 nu. 1. Bero. conſil. 123. nu. 11. & ſeq. & conſ.
124. nu. 5. & ſeqq. lib. 1. Et hoc iure communi inſpecto
videtur clariſſimum.

Nec obſtare videtur ſtatutum Peruſinum, quod ad
ſucceſſionem vocat patruum vna cum matre.

3 Primo quia † licet ſtatutum corrigat ius commu-
ne reſpectu ſucceſſionis, non videtur illud corrigere
quoad tutelam, de qua non diſponit, cum enim ſtatu
tum ſit contra rationem, non videtur ad conſequen-
tias trahendum, præſertim quia ceſſat in tutela ratio
conſeruandi agnationem, quæ reſpectu ſucceſſionis
à ſtatuto conſideratur, vt in terminis dixit Bal. dicto
conſil. 84. libro 5. & conſil. 218. incip. ſtatutum quod
ego vidi. libro 4. Angel. in l. 1. C. de legit. tut. Bero. di-
cto conſilio 123. numero 26. & ſeq. & conſil. 124. per
totum. libro 3.

Secundo ſi ſtatutum, quod corrigit ius commune
reſpectu ſucceſſionis, intelligeretur etiam corrigere
4 in tutela, non procederet in matre, † cui non debe-
tur tutela filiorum ratione ſucceſſionis, ſed ratione
affectionis & pietatis. §. quia vero matribus. & §. hæc
igitur. Auth. Vt ſin. prohi. mat. debit. vel credi. Et pro-
5 pterea debetur † tutela matri, quamuis à ſucceſſione
filij reperiretur per ſtatutum excluſa. Sali. in Authen.
Matri. & auiæ. nu. 11. in 9. quæſt. C. quan. mul. tut. offi.
fung. poſſ. late Dec. in conſ. 16. per totum. maxime nu.
2. & 4. in cap. ex parte. el 2. num. 2. de app. in l. 8. num.
29. & in l. qua tutela. num. 8. ff. de reg. iur. Socin. ſenior
conſil. 153. nume. 37. lib. 2. Cor. conſil. 101. numer. 4. &
ſeqq. libro 3. Ioan. Dilect. de arte teſtan. titul. 7. caut.
1. numero 1. Borgnin. Caualca. in tractat. de tut. & cu
rat. numero 183. Anto. Plag. de tuto. & curat. quæſt. 9.
numero 4. verſi. limita hæc. Et quod in matre dicitur,
6 ſeruari debet etiam in auia materna, † cum enim ma
ter & auia reſpectu tutelæ æquiparentur. l. 2. & Auth.
Matri & auiæ. C. quand. mul. tut. offi. fung. pari ratio-
7 ne † ad tutelam admittitur auia, licet ſtatuto à ſucceſ
ſione excluderetur, ſicut mater fuiſſet admittẽda. De
ci. d. conſilio 16. num. 4. verſic. Et ea quæ. & in d. l. qua
tutela. num. 2. Port. Imol. conſil. 193. num. 9. Alex. con
ſilio 109. num. 3. libr. 3. Caualcan. in allegato loco. Et
ſi auia non obſtante ſtatuto, quod excludit à ſucceſſio
ne, ad tutelam admittitur, à fortiori videtur admit-
8 tendus auus maternus, † nam quando auia materna
& auus maternus concurrunt, auus excludit auiam
à tutela, ne coæquetur viro, cui eſt ſubiecta. Bartol. in
l. ſi quis ſub conditione. nume. 9. ff. de teſta. tut. & Sal.
9 d. Auth. Matri & auiæ. num. 9. & 10. † reſtringens lo-
cum habere in auo & auia maternis, ſecus ſi concur-
runt auus paternus & auia materna, quia tunc auus
paternus non præfertur auiæ maternæ, ſed auia vo-
lens, ſimul cũ auo paterno admittitur: Et quod auus
maternus præferatur auiæ maternæ, firmat etiam Be-
ro. qui de communi teſtatur. d. conſil. 124. nu. 7. Corn.
10 conſil. 284. nume. 4. & 5. lib. 3. † Vnde cum patruus ab
auia excludatur à tutela, multo magis repellitur ab
auo materno, qui auiam excludit ſecundum Dec. in
conſilio 188. num. 1. & ita in terminis tenet Bald. in d.
conſil. 84. & late comprobat Bero. d. conſilio 124. nu-
mero 5. & ſeqq. & num. 15. & ſeq. & ſequitur Menoch.
de arbitr. iudi. quæſtio. libro ſecundo. cent. 2. caſ. 150.
numer. 38. & ſequent. moti principaliter ex regula il-
la ſi vinco vincentem te, multo magis vinco te, de
qua in l. de acceſſionibus. in fin. princ. ff. de diuerſ. &
temp. præſcript.

Tertio quia ſtatutum non excludit in totum ma-
trem & lineam maternam, ſed ad ſucceſſionẽ admit-
tit patruum pro medietate, & pro alia medietate ma
trem & lineam maternam, auus non poteſt dici peni
tus excluſus, & propterea quia auus potentialiter po
teſt ſuccedere, & poteſt admitti non ſolũ de iure com
muni, ſed etiam ſtatutario, patruus qui de iure ſpecia
li tantum vigore ſtatuti ad ſucceſſionem pro medie-
te vocatur, à tutela excluditur, & ei auus præfertur,
ex notatis per Salic. in d. Auth. matri & auiæ. ſub nu-
11 me. 11. ver. Nã licet, † qui dixit, quod quando concur
runt mater & frater pupilli, qui ſimul ſuccedunt pu-
pillo, nihilominus in tutela præfertur mater, quia fra
ter ad ſucceſſionem venit cum matre in gradu priore
de iure ſpeciali, quo ad conſequentias non debet tra-
hi. l. ſi ius ſingulare. ff. de legi.

12 Quarto addi poteſt, † quod cum ſtatutum non ad-
mittat patruum ad ſucceſſionem inſolidum, ſed pro
medietate tantum, non poſſit ad tutelam admitti,
ſtante auo, qui de iure communi ei præfertur, vt ſen-
tit Bal. in dicto conſil. 218. verſic. Item quod. & Alber.
Brun. in tract. de ſtat. quod ſtant. maſcul. artic. quin-
to. numero 155.

Licet prædicta multum pro auo materno ſtringere
videantur, nihilominus puto patruum in tutela præ-
ferendum eſſe. Et vt id clare oſtendam.

Præmitto mõ ſupereſſe matrem dictæ pupillæ, auũ
maternum, & patruum, & vigore ſtatuti patruum ad
ſucceſſionem dictæ pupillæ vocari pro medietate, pro
alia vero medietate matrem & aſcendentes ex linea
materna iuris ordine inter matrem & aſcendẽtes ex
linea materna obſeruando. Sed quia mater & auus
13 maternus concurrunt, auus ipſe, † ſtante matre, à ſuc
ceſſione dictæ pupillæ, quatenus mori contingeret, ex
cluderetur, & ei mater eſſet præferenda. Auth. defun-
cti. & ibi gloſ. in verb. gradus. & Doctores notant C.
ad Tertul. Bar. in d. l. ſi quis ſub conditione. nu. 10. Sal.
in d. Auth. matri & auiæ. nume. 5. Eſt enim auus huic
pupillæ in ſecundo gradu. §. ſecundo gradu. Inſtit. de
grad. cognat. mater vero in primo. §. primo gradu. In-
ſtit.

ſtit.eod.tit.l.iuriſconſultus.§.tranſeamus.ff.de grad.
14 affinit. † Et de iure qui prior eſt in gradu, præfertur
in ſucceſſione ei, qui in poſteriori gradu reperitur.§.
ſi plures.& §.ſeq.Inſtit.de legit.agnat.ſucceſſ.l.8.§.hę
reditatis.& ſeq.ff.de ſuis,& legit. Bal.conſi.293.in fi.
lib.8.Pariſ.conſil.37.nu.6.lib.2.

Præmitto etiam matrem eſſe minorem annis vi-
15 gintiquinque. † Et minorem ad tutelam non poſſe
admitti,cum minor ipſe curatore indigeat.l.fin.C.de
legit.tut. & ibi Bald. Sal.& alij notant.§.fin.Inſtit.de
16 fiduciar.tut.Ange.conſil.102. quod † etiam in matre
procedit,quæ ſi minor eſt annis vigintiquinque,tute-
lam filiorum ſuſcipere non poteſt. Bal. in Anth.eiſdē
pœnis.num.5.C.de ſecund.nupt.& in l.omnem.num.
9. C.ad Senat.conſul.Tertul.quem alij ſequuntur, vt
teſtatur Ant.Plag.in d.tract.de tutor.& curator.q.3.
nu.8.& ſeqq.Bero.d.conſil.124.in fin.lib.3.

Iſtis ſic præmiſſis,dico tutelam ſpectare ad patruū
17 auo materno excluſo, † quoniam patruus legitimus
tutor eſt. §.1.Inſti.de legit.agnat.tut. Soc.iun.conſilio
86.nu.11.lib.8.Cephal.conſil.674.nu.53.lib.5. & ipſi
vti legitimo ipſo iure tutelæ debetur, vt per text.in l.
legitimos.ff.de legit.tut.dixit Specu.in tit.de tutore.
in Rubr.de legit.tut.num.3.verſi.Et videtur. Et quia
auus maternus ad ſucceſſionem dictæ pupillæ pro ali
qua parte non vocatur, ſtante matre in medio,vt di-
18 xi,† ille qui non ſuccedit,legitimus tutor non appel-
latur. Bar.in d.l.ſi quis ſub conditione.num.10. ff.de
teſta.tut.ſequitur Iaſ.conſil.149.num.7.lib.8.Et pro-
pterea auus ad tutelam non eſt admittendus,ſed pa-
19 truus,qui ad ſucceſſionem vocatur,† cum enim tute-
lę onus eſſe debeat,vbi eſt ſucceſſio.§.fi.Inſtit.de legi.
patr.tut.Ceph.conſ.423.nu.78.lib.3.Nec alibi ſit tu-
tela, & alibi ſucceſſio.l.quo tutela.ff.de reg.iur. & ibi
Dec.& Hier.Cagn.Natt.conſ.514.nu.3.lib.3.Et legiti
ma tutela defertur ei, ad quem ſpectat hęreditas cū
ei,qui ſucceſſionem ſperat, conueniat bona tueri, ne
dilapidentur.l.1.& ibi Bar.in princ.ff.de legit.tut.l.ſi
cut hæreditas.C.de legit.tut.Ang.Aret. in §.actionū.
num.70.verſi.legitimi.Inſtit. de actio. Corn.conſilio
281.in princ.lib.1.& in conſil.101.in prin.lib.3. Ang.
de Gambel.in tract.de teſta.glo.96.num.2. Dec.con-
ſil.16.nu.1.& per totum. & in cap.ex parte. el 2.num.
25.de appel.Cagno.in d.l.quo tute. in princ. Gozad.
20 conſi.54.num.7. † Idque recipitur non ſolum quan-
do de iure communi quis ad ſucceſſionem vocatur,
ſed etiam ſi per ſtatutum aliquæ perſonæ excludun-
tur, & aliquæ ad ſucceſſionem admittuntur, puta ſi
ſtatutū excludit cognatos, & admittit agnatos,quia
tunc ipſi agnati in tutela cognatis præferuntur. Bat.
in d.l.1.in prin.ff.de legit.tut.Pau.de Caſt.Sal. & alij.
l.ſi.C.eod.titu.Ang.Aret.in d. §. actionum. nume.70.
vet.Ex quo ſequitur.& in §.cum autem num.3. Inſtit.
de cap.dimi.Pet.de Anch.Io.de Imo.& alij, quos re-
fert, & ſequitur Iaſ.conſ.149.nu.7.& 8.lib.2. Dec. d.
conſil.16.num.1.& ſeq.vbi nume.3. in fi.opinio. Bar-
tol. communiter approbari teſtatur.& idem tenet in
d.c.ex parte.el 2.num.28.de appel.in l.2.nume.80. ff.
de reg.iur.In l.quo tutela.num.2.vbi Hieron.Cagno.
num.2.de communi teſtatur.Corn.conſi.101. num.2.
& in fin.num.9.lib.3.Ang.de Gamb.in d.tract. de te-
ſtam.glo.96.nu.2.Borgn.Caualca.de tut.& curat.nu.
183.Ang.de Plag.in tract.de tut.& curat.q.9.nu.4.Ia
ſe Gozad.conſil.54.nu.7. & ſeqq. vbi nu.11. de com-
muni teſtatur.Curt.ſen.conſil.46.nu.14. verſ. Corro-
boratur,quam opinionem ſequitur,& comprobat Al
bert.Brun.in tract.de ſtatut.quod ſtant.maſcu. art.5.
princ.nu.116.& ſeqq.& 120.& ſeq.vbi Pet.de Anch.
Pau.de Caſt.Aret.Bapt.de Sancto Seuerino.Corn. &
alios multos pro ea allegat, & hanc opinionē vti cō-
munem ſequitur Menoch. in d. caſ.150. nume.32.&
ſeqq.Quæ concluſio veriſſima eſt, quoniam dum ſta-
tutum pręfert aliquem in hæreditate,cenſetur etiam
voluiſſe eum præferre in tutela, vt dicit textus Inſtit.
de legi.patro.tute.verſi.eo enim ipſo. Et quem ſtatu
tum priuauit hæreditate, credendum eſt etiam tute-
la priuare voluiſſe, ſecundum Dec. in d.l.8. num.80.
ff.de reg.iur.Tutela enim ad conſequentiam hæredi-
tatis defertur,& ab ipſa ſucceſſione depēdet, vt dixi,
21 & propterea,† ſtatutum, quod ius commune corre-
xit reſpectu ſucceſſionis,videtur etiam correxiſſe quo
ad dependentia, & conſequenter etiam in tutela, quæ
habuit exordium, & depēdet ab hæreditate,ſecundū
gloſam in §.cum autem. Inſtit.de cap. diminut.& ibi
not.Ang.Aret. num.8. Rimin.iun. in addit.ad conſil.
Iaſ.149.in litera B.li.8. Præſertim quia iſti duo caſus
delationis ſucceſſionis, & tutelæ per modum regulæ
22 erant à lege antiqua nō æquiparati.† Et lex noua ſu-
perueniens,de vno loquens, trahitur ad aliū. l.ſi quis
ſeruo.cum ibi notatis,C.de furt.l.tantum.ff.eodem ti
tu.vt in terminis dixerunt Alber.Brun.in d.art.5.nu-
me.121.& Gozad.conſil.54.nume.11. Cum igitur in
caſu noſtro ſtatutum correxerit ius commune reſpe-
ctu ſucceſſionis, & patruum ad ſucceſſionem admiſe-
rit, cenſetur etiam ius commune correxiſſe reſpectu
tutelæ. & quia patruus ſuccedere poteſt,& auus, ſtan
te matre in medio, excluditur à ſucceſſione, patruus
23 ad tutelā eſt admittendus,excluſo auo,† & ita in ter
minis,quod ſi patruus ad ſucceſſionem per ſtatutum
admittitur, pari modo ad tutelam, excluſo auo ma-
terno, vocetur,tenent Iaſ.conſ.149.nu.6.& ſeqq.lib.2.
Curt.ſen.conſi.46.nu.6.& ſeqq.& num.14.ver. Corro
boratur.late Gozad.conſ.54. per totum Borgnin.Ca
ualc.in d.tract.de tut. & cura.nu.183.Pertinet igitur
tutela ad patruum, excluſo auo, & etiam excluſa ma
tre,quæ cum ſit minor annis vigintiquinque,ad tute-
læ onus eſt inhabilis, vt ſupra demonſtraui.

Nec obſtant ea, quæ in contrarium allegantur. Ve
rum quidem eſt de iure communi auum maternum
præferri patruo in tutela,quia & pariter in ſucceſſio-
ne præfertur.Sed quia per ſtatutum corrigitur ius cō
mune reſpectu ſucceſſionis, ad quam patruus voca-
tur, & auus nullo modo in caſu,de quo agitur, ſtante
matre, admittitur, pariter à tutela auus excluſus re-
manet,vt dixi.

Minus obſtant reſponſiones datæ ſtatuto.

Et prima, quod licet ſtatutum corrigat ius cōmu-
ne in ſucceſſione,non cenſetur illud corrigere in tute
la,cum per ſimilitudinem caſuum non inducatur le-
gum correctio,vt dicebant Bal.in d.conſi.84.lib.5. &
24 Ang.in d.l.1.C.de legit.tut. † tollitur conſiderando,
quod ius commune in hoc ſe refert ad ſtatutū, & ex-
tenſio eſt paſſiua, ex quo per modum regulæ iſta duo
ſunt æquiparata, vt notant omnes Doctores in l.2. ff.
de leg.1.& in ſpecie ita reſpondent Goza.d.conſi.54.
nu.11. & Alb.Brun.in d.art.5. nume.121. & ſtante hac
æquiparatione,eo ipſo quod lex aliquos vocat ad ſuc
ceſſionem, cenſetur etiam eos vocare ad tutelam, vt
dicit tex.Inſti.de leg.patro.tut.ver.eo enim ipſo. Nō
eſt igitur opinio Baldi & ſequacium attendēda,quia
vera non eſt,& quia opinio Bar.in d.l.1. ff.de leg.tut.
communiter approbatur, ut colligitur ex iam dictis,
& de communi teſtatur Dec.Cagnol. Gozad. & Me-
noch.in locis ſupra adductis.

25 Secunda reſponſio minus nocet, † nam & ſi verum
ſit matrem & auiam ad tutelam admitti, quamuis à
ſucceſſione ſtatuto excluderentur, id procedit ea rō-
ne,quia tutela matri & auiæ debita, eſt extraordina-
ria,

ria, & irregularis, nec à ſucceſſione regulatur, quod
oſtenditur ex eo, quod matri de iure antiquo deferebatur hęreditas per Senatuſconſultum Tertullianũ,
& tñ ei non deferebatur tutela, exſtantibus legitimis
26 tutoribus, l. x. C. quan. mul. tut. offi. † Item quia de iure Authenticorum mater admittitur ad tutelam, ſi
vult, nec cogitur illã ſubire, vt in Auth. Matri & auię,
C. quand. mul. tut. offi. & ibi notant Doctores. Quod
non eſt in alijs tutelis, debitis agnatis, & cognatis ra
27 tione ſucceſſionis, † quas ſuſcipere agnati & cognati
compelluntur. Auth. Sicut. & ibi omnes, C. eod. tit. &
in corpore vnde ſumitur. Non eſt igitur mirum, ſi ma-
28 ter & auia ad tutelam admittuntur, † quamuis non
ſuccedant, cum eorum tutela ſit extraordinaria & irregularis, nec ex ſucceſſione reguletur, ſed ſolum deferatur matri & auiæ ratione affectionis, §. hęc igitur.
Auth. Vt ſine prohi. matr. debit. & credi. & ita declarant Sali. in d. Auth. Matri & auiæ, num. 11. q. 9. Socin.
ſen. conſ. 153. nu. 37. lib. 2. Dec. conſil. 16. num. 2. Alex.
conſ. 109. nu. 3. lib. 3. Cor. dicto conſ. 101. nu. 8. verſ. &
hanc partem. lib. 3. & concedit Bero. ex aduerſo alle-
29 gatus d. conſil. 124. nu. 8. † Solum quidem excluſus à
ſucceſſione excluditur à tutela, quando eſt regularis,
ſecus in tutelis anomalis, & irregularibus, prout eſt
illa, quæ defertur matri, & auiæ. Specu. in tit. de tutor.
§. nunc videndum. Hieron. Cagnol. in l. qua tutela, nu.
2. & 3. ff. de reg. iur. Port. Imol. conſ. 193. nu. 9. Sed qđ
dicitur de matre & auia, nõ poteſt extendi ad auum
maternum, ita vt ipſe ad tutelam admittatur, quamuis à ſucceſſione repelleretur, quoniam non reperitur
iure cautum, quod auo debeatur tutela, ſi non ſucce-
30 dit, ſicut in matre ſancitum eſt, † ſed auo ratione ſucceſſionis & coniunctionis, ſicut alijs legitimis tutoribus tutela regularis debetur, vt dicit Gozad. d. conſ.
54. nu. 11. verſi. Non obſtat quintum, & auus tanquam
legitimus ad tutelam vocatur ſicut ad hæreditatem.
Sal. in d. Auth. Matri & auiæ, num. 6. verſ. Non obſtat,
& ideo quando auus ab hæreditate reperitur excluſus, nõ dicitur legitimus tutor, vt expreſſe dixit Bar.
in l. ſi quis ſub conditione, nu. 10. ff. de teſta. tut. quem
ſequitur Iaſ. in d. conſil. 149. numero 7. quoniam tutela debita auo eſt regularis, & in ea habetur ratio ſuc-
31 ceſſionis, vt dixi, † & regularis tutela non debetur ei,
qui non poteſt ſuccedere, ſed regulatur ſecundum ſucceſſionem, iuxta notata per Bartol. in d. l. 1. ff. de leg.
tut. vt dicunt Corn. conſi. 101. in fin. lib. 3. Dec. d. conſilio 16. nume. x. & alij ſupra pro hac parte allegati.
Nec nocet ratio illa, quod ſi admittitur auia, multo
fortius eſt admittẽdus auus, qui auiam excludit, quoniam Deci. in conſi. 188. numero 1. & alij ab eo allegati loquuntur de iure communi, & quando auus non
eſt à ſucceſſione excluſus, non poteſt admitti, quando
ad auum non ſpectat ſucceſſio, quia tunc non eſt legitimus tutor, & ita reſpondet Gozad. d. conſil. 54. numero decimo. poſt medium. & numero 11. Ex quibus
32 patet, † non eſſe bonam conſequentiam, quam facit
Bero. in dictis conſilijs 123. & 124. dum dixit, quod
ſicut auia ad tutelam admittitur, quamuis non ſuccederet, eodẽ modo ſit admittẽdus auus maternus, qui
auiam excludit. Ipſe enim id non probat nec lege nec
auctoritate: & regula illa, ſi vinco vincẽtem te, de qua
in l. de acceſſionibus, ff. de diuerſ. & tempor. præſcrip.
ex qua ad id dicendum mouetur Bero. d. conſil. 124.
num. 7. & ſeq. non militat in caſu, de quo agitur, quo-
33 niam regula illa † locum tantum habet, quando ille,
qui vincit vincentem me, ſuccedit in locum eius, qui
vincit me, quaſi illum repræſentans, ſed quando vincens non ſubrogatur in gradum & locum victi, ſed ſibi tantum ea aliqua cauſa ius potentius defertur, illi
locus non eſt. Barto. in l. 1. §. qui habet, nu. 4. ff. de bon.
poſſeſ. contr. tabul. Bald. in l. ſi quis filium. in fin. verſi.
ex prædictis, C. de inoffi. teſta. & declarat Soc. ſen. conſil. 28. num. 29. lib. 4. Bero. conſil. 150. num. 10. libr. 2.
Tob. Noni. conſi. 16. nu. 4. Alber. Brun. de ſtat. quod
ſtatut. maſcul. art. 6. nu. 148. & 159. At in caſu, de quo
34 agitur, † quãdo adſunt auus & auia, ſi auus excludit
auiã à tutela, id accidit ob potentius ius, quod habet
auus, quia auia eius vxor eſt ſub aui poteſtate, vt Bartol. & omnes ex aduerſo allegati dicunt, nec auus in
locum auiæ, quaſi illam repræſentans, in tutela ſuccedit. Ideo regula l. de acceſſionibus, ex qua mouetur
Bero. adduci non poteſt ad deciſionem quæſtionis, de
35 qua quæritur. & quamuis † Bald. in allegato conſilio
84. lib. 5. videatur idem cõcludere, aduertendum eſt,
quod dum dicit præferri auum, qui auiam excludit,
loquitur ſecundum ius commune, & quando auus poteſt ſuccedere, & dum reſpõdet ſtatuto excluſiuo, non
fundat ſe in eo, quod ſicut admittitur auia, etiam ſi
non ſuccedit, pari modo admittatur auus, ſed tãtum
generaliter dicit ſtatutum, quod loquitur de ſucceſſione, nõ ſe extẽdere ad tutelam, cuius opinio in hoc
eſt cõmuniter reprobata, vt ſupra demonſtraui. Non
eſt igitur ſequenda opinio Bero. quia vera non eſt, vt
ex iam dictis demonſtratur, & etiam, quia ita in terminis contra auum in fauorem patrui reſponderũt Cur.
ſen. Iaſ. Gozad. & Caualcan. in locis ſupra adductis.

Tertia reſponſio tollitur, nã Sali. in d. Auth. matri
& auiæ, numer. 11. verſic. Nam licet, loquitur, quando
concurrunt mater & frater, eo enim caſu licet ambo
ſuccedant, tamẽ pręfertur mater in tutela, ſed hoc nõ
reſiſtit, quia modo dubitatur ſolum, ad quem ſpectet
tutela, an ad auum maternum, vel ad patruũ: & quia
ſtante matre auus non cõcurrit ad ſucceſſionem cum
patruo, ſed patruus & mater à ſtatuto vocantur, non
poteſt dici, quod auus, qui ad aliquam portionem hæreditatis non admittitur, præferatur patruo in tutela. Præterea loquitur Sal. ſecundum ius commune, aſſerens iure ſpeciali fratrem vocari, propterea ad conſequentias trahi non debere, ſed nos loquimur in terminis ſtatuti, quod ſecundum opinionem Bart. communiter approbatam diſponens circa ſucceſſionem,
locum habet etiam in tutela.

36 Vltimum parum nocet; † loquitur Alb. Brun. quando quis ad ſucceſſionem admittitur tantum in re certa, qui hæres non dicitur, iuxta text. in l. quoties, C. de
hær. inſti. & Bal. in d. conſ. 518. ſimiliter loquitur, quãdo aliquis ſuccedit vigore ſtatuti in bonis paternis,
alius vero in bonis maternis, quo caſu nec hæres appellatur, ſed nec Bal. nec Brun. aliquid dicunt, quando (vt hic) aliquis pro medietate ad ſucceſſionem in
hæreditate admittitur, quoniam ipſe vere hęres eſt &
iuris ſucceſſor, & in eo d. l. quoties. & alia per Bald. &
Alb. Brun. allegata non procedũt, & ceſſat abſurdum
conſideratum à Baldo, nam quando plures ad ſucceſſionem vocantur pro medietate, vel pro alia quota
hæreditatis, non eſt inconueniens, quod omnes fiot
legitimi tutores, & omnes prout ad ſucceſſionem admittuntur, ſimul ad tutelam vocentur, vt dicit tex. in
Auth. ſicut. ver. Quod ſi plures. C. de legit. tut. Salic. in
d. auth. matri. & auiæ. nu. 11. verſ. In contrarium facit
text. in l. 3. §. ſi duo. ff. de legit. tut. quem adducit Spec.
in titul. de tut. in Rub. de legitim. tutor. numero 3. ver.
econtra.

Ex iam dictis igitur apparet tutelam dictæ pupillæ ſpectare ad patruum, & nullam eſſe habendam rationem tutelæ decretæ auo, quoniam illi data fuit ad
ipſius petitionem ſub prætextu quod ad eum de iure
37 ſpectaret, vt dicitur in principio inſtit. tutelæ, † quæ
cauſa,

Digitized by Google

cauſa, cum ſit falſa, tutela auo decreta redditur ipſo iure nulla, vt dixit Corn.conſi. 281.nu. 2.verſ.& datio tutelæ.lib. 2.

Et quia ambo tam auua quam patruus vti legiti-
mi fuerunt conſtituti tutores abſque aliqua inquiſi-
tione, non eſt opus diſcurere, nunquid exiſtente ma-
tre minore 25.annis, ad quam tutela ſpectaret, om-
38 nibus alijs exclusis, ſi maior eſſet, † cũ mater omnib.
præferatur, vt in Auth.matri & auiæ. C.quã.mul.tut.
39 offi. & quæ completa ætate † ad tutelam erit admit-
tenda, remotis tutoribus interim datis ob eius mi-
norẽ ætatem, vt dicũt Spec. in tit.de tut.in Rub.de le-
git.tut.nu. 3.in fi.Corn.conſ. 17.num. 16.lib. 2. Vrſil.In
40 addit.ad Afflict.deciſ. 281.nu. 2.Interim † ſit locus tu
tori datiuo vel legitimo, vt per Specu. in loco proxi-
me citato, Ang.Aret. in §. eſt alia. in fin. Inſtit. de fi-
duc.tut.Corn.d.conſ. 17.nu. 26. lib. 2. Bero. conſ. 123.
num. 27.lib. 3.Gozad.conſ. 54.nu. 8. qui alios allegãt, quoniam quæſtio non eſt de hoc, ſed ſolum quæritur quis eorum ſit legitimus tutor, & propterea non eſt diſcutiendum, an durante minori ætate ſit locus legitimo vel datiuo tutori.

Nec allegatum odium inter Paulum patruũ, & pa-
41 trẽ ipſius pupillæ nocet, tũ quia non probatur, † Tũ
ẽt quia ſi pater pupillæ odio proſequutus eſſet Paulum, id non obſtaret, quia illud morte fuit extinctũ, vt dixit Corn.in d.conſ. 17.nume. 20. & ſeqq.lib. 2.

Et ita iudicatum fuit per Rotam Peruſinam die 14. Ianuarij anni 1584. rogato Domino Bernardino Ballarino Notario Peruſino.

ARGVMENTVM.

Legitimatio Filij naturalis nunquid valeat, ſi in precibus ſuperexiſtentiæ filij legitimi, & naturalis, vel alterius filij prius legitimati nulla ſit facta mentio.

Iuri accreſcendi in fauorem hæredis particularis quando locus ſit.

Clauſula ſine præiudicio venientium ab inteſtato, in legitimatione apposita, quid operetur.

Filio legitimato an, & quando debeatur legitima in bonis patris. Et ſi minus legitima ei fuerit relictum, nunquid poſſit petere ſupplementum.

SVMMARIVM.

1 *Naturales legitimantur in defectum legitimorum.*

2 *Legitimatio filij illegitimi, non facta mentione filiorum legitimorum, eſt ſubreptitia, nec nocet legitimis.*

Sed contra nu. 20.

Et declaratur. nu. 21.cum ſeqq. & 41.

Amplia etiam ſi pater non haberet filios legitimos, ſed naturales, prius legitimatos, quorum non fuerit facta mentio.num. 3.

Sed contra.num. 24

4 *Hæreditatis pars, relicta filio illegitimo, accreſcit filio legitimo pro alia parte heredi inſtituto.*

5 *Ius accreſcendi locum habet etiam in fauorem hæredis inſtituti in re certa.*

Intellige vt num. 55.

Amplia ẽt ſi teſtator prohibuerit, ne plus peteret. nu. 6.

Sed contra.nu. 52.& ſeq. vbi declaratur.

7 *Legitima debetur filio legitimo ſicut vere legitimo.*

Declaratur.num. 60

8 *Ioannes Paulus Lancellotus Peruſinus laudatur.*

9 *Legitimatus, cui fuit relictum minus legitima, poteſt petere eius ſupplementum.*

Intellige quando fuit legitimatus ſimpliciter, ſecus ſi cum clauſula, ſine præiudicio venientium ab inteſtato. num. 59.cum ſeq.

10 *Filius non obſtante prohibitione plus petendi poteſt petere ſupplementum legitimæ.*

Amplia etiam ſi ſimpliciter relictum agnouiſſet, dummodo in ſpecie ſupplemẽto legitimæ non renũciauerit.n. 12.

Sed aliqui contra.cum. 53

11 *Proteſtatio conſeruat iura proteſtantis.*

13 *Legitima ſeu ſupplementi petitio ad hæredes filij tranſmittitur.*

14 *Pater poteſt de ſuis bonis diſponere etiam in præiudicium filiorum, dummodo eos legitima non defraudet.*

15 *Filius cui iure inſtitutionis minus legitima fuit relictum, poteſt tantum agere ad ſupplementum, nec aliter teſtamentum impugnare poteſt.*

16 *Inſtrumentum publicum dicitur veritas apparens, ac probatio probata.*

17 *Legitimatio valida probatur, quando oſtenditur priuilegium conceſſum legitimanti, & contrarium aſſerenti incumbit onus probandi.*

18 *Pater poteſt facere legitimare illegitimos, etiam ſi habet filios legitimos.*

19 *Legitimatio impetrari poteſt etiam per procuratorem.*

21 *Legitimatio non facta mẽtione filiorum legitimorum, qui ſuccedere non poſſunt, eſt validiſſima.cum ſeq.*

Sed ſi legitimi erant ſucceſſibiles, valida eſt legitimatio in ſubſtantia, ſed non præiudicat legitimis.nu. 22

23 *Legitimatus cũ clauſula, ſine præiudicio venientiũ ab inteſtato, cẽſetur tantũ habilitatus ad ſuſcipiendũ ea, quę pater ſibi reliquerit, ſed ab inteſtato non põt ſuccedere exiſtẽtib. filijs legitimis vel trãſuerſalib. ĩfra quartũ gradũ.*

25 *Legitimatio non dicitur ſubreptitia, ſi ea, quæ fuerunt tacita, non reddidiſſent difficiliorem legitimantem ad concedendum legitimationem.*

26 *Legitimatio valet in ſubſtantia, & etiam ratione præiudicij, licet de legitimis non fuerit facta mẽtio, ſi legitimãs aliter ſciuit etiam præſumptiue adeſſe legitimos.*

Vel ſi de filijs etiam in genere cogitaſſet.num. 37

28 *Obliuio non præſumitur in facto recenti.*

29 *Legitimatio, in qua nõ fuit facta mẽtio filij legitimi, valet quoad oẽs effectus, ſi filius legitimus eã non impugnat.*

30 *Approbatum quod ſemel fuit, amplius improbari non põt.*

31 *Legatarius petens legatum dicitur approbare teſtamentum, inſtitutionem, ac teſtatoris volũtatem, cui amplius contrauenire non poteſt.*

Limita ſi obtinuit, ſed ſi ſuccubuit ſecus eſt.num. 32

33 *Reſeruatio iurium generalis velut incerta, & obſcura non releuat.*

Et intelligitur ſecundum naturam actus, cui adijcitur etiã impropriando verba.num. 34

Et quando eſt contraria facto infringitur.num. 36

35 *Proteſtatio contraria facto nihil operatur.*

Nec circa ea, quæ dependent ex iuris diſpoſitione operatur contra legis diſpoſitionem.num. 38.

Et ſolum operetur circa ea, quæ dependent à mera voluntate proteſtantis, nec ſunt deciſa per legem.num. 39.

Amplia etiam ſi proteſtatio in aliquo verificari non poſſet.num. 40.

37 *Acceptans legatum non poteſt amplius impugnare teſtamentum, ſeu teſtatoris voluntatem.*

42 *Legitimatio ſubſiſtit etiam in præiudicium legitimorum, quorum non fuit facta mentio, ſi pater legitimans fecit*

teſtamentum, & in eo legitimatum hæredem inſtituit.

43 *Inteſtati cauſa ceſſat ſtante teſtamento.*

44 *Legitimatus cum clauſula, ſine præiudicio venientium ab inteſtato, non poteſt aliquid petere vltra ea, quæ ſibi pater reliquit in teſtamento contra teſtatoris voluntatem.*
Et num. 59. cum ſequen.

45 *Statutum loquens de filijs legitimis, intelligitur de vere legitimis, non de legitimatis. Et num. 49.*

46 *Legitimati per reſcriptum non ſunt proprie filij legitimi, ſed ficte, & improprie.*
Maxime attento communi vſu loquendi. num. 47.
Vel ſi non fuerunt legitimati ſimpliciter, ſed ſecundum quid. num. 48.

50 *Ius accreſcendi non habet locum, quando portio non deficit ipſo iure, ſed per exceptionem, vel oppoſitionem.*
Nec poſt acquiſitam portionem, & aditam hæreditatem. num. 51.
Aut ſi per prohibitionem plus petẽdi ius accreſcendi fuit prohibitum. num. 52
Declaratur tamen, quando inſtitutio fuit facta iure particulari, & prohibitio eſt vniuerſalis. Secus quando inſtitutio eſt vniuerſalis, & prohibitio particularis. num. 53.
Nec locum habet ius accreſcendi contra voluntatem teſtatoris etiam præſumptam, nu. 54. cum ſeq.

56 *Legitimationem eſſe validam in dubio iudicandum eſt.*

57 *Legitimatio, in qua fuit facta mentio legitimorum, non poteſt impugnari velut ſubreptitia, ſtante clauſula, Non obſtantibus, &c.*

60 *Legitimatio ſeu eius ſupplementum non debetur filio legitimato cum clauſula, ſine præiudicio venientium ab inteſtato, vel ſimili, & contra patris teſtantis voluntatem.*

CONSILIVM LXXXIX.

NOBILIS Dominus Carolus de Pinna tres habens filios naturales, omnes legitimari obtinuit, videlicet Dominum Fabritium de menſe Aprilis, et Dominam Iuliam, & Dominam Hippolytam de menſe Auguſti eiuſdem anni 1559. à Collegio Archiuij Romanæ Curiæ cum clauſula, ſine præiudicio venientium ab inteſtato. Poſtque Dominus Carolus dotauit Dominam Iuliam, demum teſtamentum condidit, in quo hæredem vniuerſalem inſtituit Dominam Hippolytam eiuſdem filiam legitimatam, & Domino Fabritio Florenos 500. iure inſtitutionis reliquit pro omni eius legitima portione, cum prohibitione ne plus de bonis petere poſſet, & ſi plus peteret, voluit cadere à legato, et omni alia ſucceſſione, & cum declaratione vt Dominus Fabritius infra duos menſes relaxare deberet dictæ hæredi domum, ſitam in Caſtro Pontis Pactuli. Defuncto Domino Carolo, Dominus Fabritius de anno 1565. egit contra Dominam Hippolytam vti filiam legitimatam & hæredem Domini Caroli, petens executionem dicti teſtamenti pro dicto legato Florenorum 500. Cum proteſtatione quod ſibi eſſet ſaluum ius petendi alia, quę ſibi deberi de iure prætendebat; offerens ſe paratum domum præfatam relaxare, & tandem executionem obtinuit, Florenoſque 500. conſequutus fuit. Poſtremo Dominus Fabritius prætendens legitimationem Dominæ Hippolytæ ſibi non nocere, cum ipſe prius fuiſſet legitimatus, integram hæreditatem Domini Caroli, et quatenus legitimatio ſubſiſteret, legitimæ ſupplementum petit. Cuius petitio iuridica videtur.

Quoniam Dominus Carolus prius legitimari obtinuit Dominum Fabritium, & quando legitimationem Dominæ Hippolytæ impetrauit, nullam ſuperexiſtentiæ Domini Fabritij filij legitimati mentionẽ fecit, nec aliter legitimantem certiorauit, prout de iu-
1 re faciendum erat; † cum enim naturales legitimentur in defectum legitimorum, §. illud. & §. ſi quis ergo. Auth. quibus mod. nat. effic. ſui. §. ſi quis vero. Auth.
2 quib. mod. nat. effi. legi. † quando pater legitimos, & illegitimos habet, & inſtat pro legitimatione naturalium, debet legitimorũ mentionem facere, aliàs legitimatio redditur ſubreptitia, & legitimis nõ obeſt. Anton. de Butr. in c. per venerabilem. col. 27. verſicu. Credo tamen. qui fil. ſint legit. Petr. de Anchar. conſi. 241. incip. Ex tenore. Paul. de Caſtr. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. colum. penul. verſ. Sed aduerte, ff. de lib. & poſthum. Alexan. conſ. 25. nume. 7. lib. 1. Curt. iun. conſil. 32. num. 6. lib. 1. Dec. conſ. 52. in fin. Pariſ. conſ. 3. nume. 16. lib. 2. Crot. in d. §. & quid ſi tantum. nu. 63. & ibi Iaſ. in 2. lect. colum. 13. in 3. limit. Abb. Aret. Corn. Roman. Curt. ſen. & alij multi relati per Anton. Gabr. in ſuis conclu. in tit. de legit. concluſ. 7. num. 1. Bero. conſ. 172. num. 8. lib. 2. Rolan. à Val. conſil. 89. nume. 32. & ſeq. & conſil. 61. nume. 24 lib. 1. Rimin. iun. conſ. 446. nume. 49. & ſeq. lib. 4. quam late comprobat, & communem eſſe oſtendit Tib. Decian.
3 conſ. 19. num. 47. & ſeq. lib. 1. † Et quamuis allegati Doctores loquantur, quando ſuperſunt filij legitimi, & naturales, idem concludendum eſt, quando pater haberet filium prius legitimatum, cuius in legitimatione aliorũ naturaliũ eſt facienda mentio, ne legitimatio ſubreptitia reddatur; Et quia legitimati ęquiparantur legitimis, & quia ſi id legitimanti fuiſſet expreſſum, aut alios non legitimaſſet, ſed potuiſſet dicere patri, ſufficiat tibi prima gratia, vel cum maiori difficultate legitimationem conceſſiſſet, vt in terminis concludit Soc. ſen. conſ. 65. num. 10. in fi. cum ſeqq. lib. 3. quem ſequitur Ant. Gab. in dicta concl. 7. nu. 5. in 2. ampliat.

Cum igitur Dominus Carolus, quando legitimationem filiæ impetrauit, Domini Fabritij prius legitimati mentionem non fecerit, legitimatio vti ſubreptitia corruit, nec ex ea Domina Hippolyta ſucceſſionis fuit reddita capax. Et cum Dom. Fabritius prius legitimatus capax ſucceſſionis redditus fuerit, portio hæreditatis Dominæ Hippolytæ relicta, per ius accreſcendi ſpectabat ad Dom. Fabritium in flore-
4 nis quingentis hęredem inſtitutum, nam quando † pater in eodem teſtamento hæredem inſtituit pro parte filium naturalem incapacem, & pro parte filium legitimum capacem, tota hæreditas capaci accreſcit, l. 2. & ibi gloſ. Paul. de Caſt. & alij, C. de hære. inſtit. Bart. in l. hæreditas, col. 2. iuncta addit. ad eum, C. de his quib. vt indig. ſequitur Bero. cõſ. 163. nu. 44. lib. 2.
5 † Quod ius accreſcendi locum habet, non obſtante quod Dominus Fabritius non fuerit pro quota hæreditatis hæres inſtitutus, ſed in certa pecuniarũ quan-
6 titate tantum, l. 1. §. ſi ex fundo, ff. de hæred. inſtit. † Et quamuis à teſtatore aliud petere fuerit prohibitus. Capt. conſ. 9. in 3. dub. num. 15. Iaſ. conſ. 8. col. 2. circa medium, & conſil. 72. in fi. lib. 3. Ruin. conſilio 109. colum. fin. circa princip libro 3. Bald. Alexand. & alij, quos refert, & ſequitur Crauet. conſil. 360. numero 4. lib. 3.

Quatenus vero prædicta ceſſarent, & tota hæreditas reſtitui non debuiſſet, nihilominus ſtante quod Dominus Fabritius fuit legitimatus, illi ſaltem de-
7 bebatur legitima in bonis Dom. Caroli patris, † quoniã legitima debetur legitimato ſicut vere legitimo.

Bal.

Bal.in c.de cauſis.de offic.deleg. Abb.in conſ.86.lib.1.
Salic.in Authen.ſi qua mulier. C.de ſacroſan. Eccleſ.
Ang.in §.fin.in Auth.quib.mod.nat.effic.ſui. Dec.con
ſil.52.col.1.Crauet. conſ.450.num.14.lib.3. Iaſ.con-
8 ſil.154.num.25.lib.2.Dominus Ioannes Paulus† Lan
cellotus Iuris Conſultus Peruſinus excellentiſſimus,
& noſtra tempeſtate non ſolum in hac Ciuitate, ſed
fere in tota Italia nemini ſecundus, vt Inſtitut. iuris
Canonici, & alia multa opera ab eo compoſita teſti-
ficantur, dictam opinionem firmauit inter conſil. vlt.
volunt.conſ.176.num.41. Alciat.conſ.85. nu.1. lib.5.
Tiraquel.in l.ſi vnquam.in verbo.ſuſcepetit.num.79.
C.de reuoc.donat.Alex.conſ.139.col.1.lib.1. Fabi.in
Auth.nouiſſima.num.36. C.de inoffi.teſtam. Rolan.à
Vall.affirmans hanc eſſe indubitatam iutis concluſio
nem conſ.196. num.50.lib.3. vbi etiam ſub titulo ho-
norabili inſtitutionis patrem teſtantem legitimam
filio naturali relinquere debere,& idem tenet conſil.
67.num.20.eod.lib.ſequitur Menoch.conſ.165.num.
35.lib.2.& latius Rimin.iun.conſ.156.nu.36.lib.2.Et
9 propterea cum illam, † Dominus Fabritius integre
non fuerit conſequutus, ius petendi ſupplementum
ipſi competebat, vt in terminis tenent Pariſ. conſil.7.
nu.4.lib.2.Bero.conſ.136.in prin.lib.2. Rol.à Vall.d.
conſ.96.nu.55.Rim.iun. in d.conſ.156.num.37. Non
obſtante prohibitione plus petendi à Domino Caro
lo in ſuo teſtamento adiecta, quoniam prohibitio illa
reſpectu legitimæ reijcitur, cum pater non poſſit in
legitima præiudicium afferre filio, ſed prohibitione
10 non obſtante, † filius, qui integram legitimam non
fuit conſequutus, ad eius ſupplementum agere po-
teſt, §.ceterum. Authen. vt cum de appellat. cognoſc.
Bald.Salic.& alij in l.ſi quando,§.& generaliter,C.de
inoffic.teſtam.Socin.iun.conſ.107.num.16.lib.1.cum
alijs per Cephal.conſ.479.num.73.lib.4.& conſ.617.
& ſeqq.lib.5. Burſat.conſ.92.nu.9. lib.1. Nec Domi-
no Fabritio præiudicium attulit, quod florenos quin-
gentos ſibi relictos petierit, & conſequutus fuerit:
Tum quia proteſtatus fuit, vt ſibi eſſet ſaluum ius pe-
11 tendi alia, quæ ſibi deberi prætendebat, † Et prote-
ſtatio iura proteſtantis conſeruat, l.non ſolum, §.mor
te. vbi omnes, ff. de nou. oper. nunciat. Tum etiam
12 quia ſi ſimpliciter relictum agnouiſſet, †ſibi non præ-
iudicaſſet reſpectu ſupplementi legitimæ, niſi in ſpe-
cie illi renũciaſſet. Signoro. de Homod.conſ.80.nu.4.
in fin.& 5.Pet. de Anchar.conſ.151.incip. Plura ſunt
dubia.col.4.verſ.Ego dico.Dec.conſ.81. col.1.conſil.
218.num.3.verſ.Nec obſtat.Alexan.conſ.43.num.10.
& 11.Crauet.conſ.200.nu.6.verſ.Præterea.lib.1.con-
ſil.580. num.3.lib.4. Cephal.d.conſ.479.num.70. &
ſeq.& d.conſ.617.num.184.& ſeqq. Et ſi Domino Fa-
britio ius petendi legitimam ſeu ſupplementum cõ-
13 petebat, † illud in Dominam Iuliam eius hæredem
tranſmittere potuit, quamuis ipſe in vita legitimam
non petierit, nec agnouerit. Bal.conſ.432.col.1.ver. Et
ſi dicatur.lib.3.Alex.conſ.150.num.8.lib.2.Dec.conſ.
320.nu.3.Pariſ.conſ.9. num.8.& conſ.45.nu.8. lib.2.
Ceph.conſ.56.nu.21.lib.1.cum alijs adductis per Me-
noch.conſ.77.nu.8.& ſeq.lib.1.vbi dicit tranſmitti ét
ad extraneos hæredes ius petendi legitimam, ſeu il-
lius ſupplementum.

Prædictis non obſtantibus cenſeo Dominum Fa-
britium in prædictis non fuiſſe de iure audiendum, &
modo eius hæredem repelli debere, quoniam Domi-
nus Carolus in ſuo teſtamẽto hæredem vniuerſalem
inſtituit Dominam Hippolytam filiam legitimatam,
& Domino Fabritio florenos 500. iure inſtitutionis
14 reliquit, quod ſibi de iure facere licuit, †cum permiſ-
ſum ſit patri etiam in præiudicium filiorũ legitimo-
rum & naturalium de ſuis bonis ad libitum etiam in
fauorem extranei diſponere, dummodo filios legiti-
mos, & naturales legitima, iure naturæ debita, non
defraudet, l.Papinianus, §.quoniam autem, ff. de in-
offic.teſtam.l.parentibus.& ibi Bart.C.eodem titu.l.
verbis legis, ff.de verb.ſignific.gloſſa in l.Titia. §.1.ff.
de leg.1.Crauet.conſ.856.num.23.lib.5.& ſi permiſ-
ſum eſt patri fauore extranei ita diſponere, quanto
magis ſi vnum ex filijs hęredem fecit, vt eſt clariſſimũ
15 & aduertit Burſat. conſil.179. num.25. libr.2. † & ſi
pater aliquid iure inſtitutionis filio relinquit, quod
non aſcendit ad legitimam, tunc filio ad eius ſupple-
mentum tantum competit actio, teſtamento in cete-
ris firmo remanente, l.omnimodo.C.de inoff.teſtam.
§.ceterum.Auth.vt cum de appell.cognoſc.Socin.iun.
conſ.107. num.16.libr.1. Et quamuis Domina Hip-
polyta, attento primæuo ſtatu, eſſet tantum natura-
lis, nihilominus tempore, quo fuit hæres inſtituta, e-
rat effecta legitima per legitimationem obtentam à
Collegio Archiuij Romanæ Curiæ legitimandi pote-
ſtatem habente, de quibus ſatis apparet ex publico
inſtrumento legitimationis, iunctis priuilegijs à Sũ-
mis Pontificibus dicto Collegio conceſſis, quæ qui-
16 dẽ †publica inſtrumenta dicuntur veritas apparens,
& probatio probata, nec diſceptatione fori indigent.
Bald.in l.Imperator.col.1.ff.de ſtatu homin.Dec.con
ſil.36. col.1. verſ. Sed tamen prædictis, & in materia
legitimationis Socin.iun.conſ.93.nu.16.lib.3.eſtque
17 dicta legitimatio validiſſima, †quod probatur, dum
Domina Hippolyta oſtendit reſcriptum ſuper legiti-
matione à dicto Collegio obtentum, ex quo fundatã
habet intẽtionem pro eius validitate, in tantũ quod
contrarium aſſerenti onus probandi inualiditatem
incumbit. Abb. & alij in c.in præſentia. de probat.&
in terminis notat Goaad.conſ.48.num.11. Roland.à
Vall.conſ.67.num.14.lib.3.& conſ.12.num.19. lib.4.
Nec ex eo quod tempore legitimationis ſupererat
Dominus Fabritius prius legitimatus, legitimatio
infringitur, quoniam Collegium Archiuij habet in
ſuis priuilegijs facultatem legitimandi quoſcunque
illegitimos, etiã ſi eorum genitores filios legitimos
18 & naturales haberent, †& de iure permittitur patri,
filios legitimos, & naturales habenti, alios illegiti-
mos legitimari facere, vt late oſtendit Iaſ.in conſ.68.
num.10. lib.3.& conſ.110. num.8. & ſeq.lib.4. & ad-
mittunt omnes ſupra in contrarium allegati, ſolum
dicentes legitimorum eſſe faciendam mentionem.
Vnde cum legitimatio iſta fuerit impetrata per pro-
curatorem ſpecialem à Domino Carolo conſtitutũ,
19 quod bene fieri potuit, † cum legitimatio etiam per
procuratorem impetrari poſſit ſecundum Bart. Bal.
Ang.Imol.Paul.de Caſt.& Alex.in l.Gallus, §.forſi-
tan.ff.de lib.& poſth.& Ruin.conſ.73.nu.21.lib.3.qui
de communi teſtatur, illa validiſſima redditur, non
obſtante quod Dominus Fabritius filius prius legiti
matus tunc ſupereſſet.

Et quamuis multi dixerint de ſuperexiſtentia legi
timorum fuiſſe certiorandum legitimãtem, quod in
caſu, de quo agitur, non apparet factum, attamen di-
citur legitimationem Dominæ Hippolytæ ſubſiſtere,
quamuis in precibus de ſuperexiſtentia Domini Fa-
britij legitimati nihil fuerit dictum.

20 † Primo quia nonnulli dixerunt patrem non tene-
ri legitimorum mentionẽ facere. Feder. de Senis.cõſ.
57.Bal.conſ.56.lib.2.quos refert & ſequitur Iaſ.conſ.
68.nu.10.& ſeqq.lib.3.& conſ.110.nu.8.& ſeqq.lib.4.

21 Secundo, & melius dicitur, †legitimorum mentio-
nem fieri debere, quando patri ab inteſtato ſunt ſuc-
ceſſibiles, cum tunc agatur de eorũ præiudicio, & in

iſtis terminis loquuntur, qui in contrarium allegan-
tur. Sed ſi legitimi à ſucceſſione ab inteſtato excludé-
rentur, nulla eorum eſt facienda mentio, vt bene de-
clarat Iaſ. in d. conſil. 68. nume. 24. & ſeq. cuius opi-
nionem veriſſimam puto. Non enim dicũt Doctores
legitimationem obtentam, non ſacta mentione legi-
timorum, eſſe nullam, ſed quod legitimis non præiu-
22 dicat: † eſt quidem valida legitimatio in ſe, ſed filiis
legitimis, quorum non eſt facta mentio, præiudicium
non affert, & ſic nullitas conſideratur tantum reſpe-
ctu extenſionis præiudicii, non quoad ſubſtantiam le
gitimationis. Anton. de Butr. Cardin. & Præpoſit. in
cap. per venerabilem. qui fil. ſint leg. Ruin. conſil. 81.
num. 8. & ſeq. conſil. 93. nume. 7. & ſeqq. lib. 3. Anton.
Gabr. in tit. de legit. concluſ. 7. num. 25. in 5. limita. &
comprobat Cephal. conſil. 285. nu. 52. lib. 2. & Bero.
conſ. 177. num. 81. lib. 2. Vnde ſi non requiritur, quod
certioretur legitimans de ſuperexiſtentia filiorum le
gitimorum ad validitatem legitimationis, ſed ſolum
ratione extenſionis præiudicii, veriſſima eſt declara-
tio Iaſ. in dicto conſil. 68. quoniam ſi filius legitimus,
qui ſupereſt, non eſſet ſucceſſurus patri, de eius præiu
dicio ex legitimatione nõ tractatur, & ſucceſſiue quo
ad omnẽ effectum validiſſima redditur legitimatio,
quod etiam clare explicat Ruin. in d. conſil. 93. nu. 8.
verſi. Igitur legitimatio. verſic. Sic igitur eſt in propo
ſito, & verſ. Sic ergo. Sed Dominus Fabritius, licet fue
rit legitimatus, nõ poterat Domino Carolo patri ab
inteſtato ſuccedere, quoniam Dominus Carolus ha-
bebat ſororem germanam, & alios cõſanguineos in-
fra quartum gradum, & Dominus Fabritius erat le-
gitimatus cum clauſula, ſine præiudicio venientium
23 ab inteſtato, † quæ clauſula operatur, vt diceretur ha
bilitatus tantum ad recipiẽdum ea, quę ſibi pater re
linqueret, nec ab inteſtato ſuccedere poterat, exiſten-
tibus filiis legitimis, vel tranſuerſalibus ſaltem infra
quartum gradũ. Nicol. de Vbal. in tract. de ſucceſ. ab
inteſt. pat. 1. num. 117. & ſeqq. Petr. de Anchar. conſil.
242. incip. ex tenore. colum. 2. verſ. Præterea poſito.
Capr. conſ. 157. nu. 44. & ſeqq. Hieron. Gabr. conſ. 30.
nu. 26. & ſeqq. lib. 1. Mandel. de Alba conſ. 7. nu. 1. Pur-
pur. conſ. 585. nu. 2. lib. 2. aſſerens legitimatum cum
dicta clauſula poſſe tantum ſuccedere facto teſtamen
to, quæ opinio communiter approbatur, vt teſtantur
Dec. conſil. 393. num. 1. conſil. 610. num. 1. Socin. iun.
conſil. 121. nu. 16. & ſeqq. lib. 2. Pariſ. conſ. 14. nu. 44. &
ſeqq. lib. 2. Curr. ſen. conſil. 73. nu. 8. Didac. Couar. de
ſucceſ. ab inteſt. c. 8. par. 2. §. 10. num. 1. verſ. Verum. &
nu. 2. Ludou. Catus inter conſ. Marzarii conſ. 37. nu.
51. & 64. & licet multi firmauerint legitimatum cum
dicta clauſula non excludi à tranſuerſalibus, creden-
tes clauſulam illam operari ſolum reſpectu deſcẽden
tium, vt habetur in conſi. 306. Menoch. lib. 4. per totũ,
nihilominus dicitur clauſulã illã, exiſtentibus tranſ-
uerſalibus ſaltem infra quartum gradum, operari, vt
legitimatus ad ſucceſſionem ab inteſtato non admit-
tatur, prout vltra ſuperius allegatos Doctores tenẽt
Bal. inter conſi. Angel. conſil. 264. Paul. de Caſtr. con-
ſil. 102. col. vlt. verſic. Quarto videndum. lib. 2. Corn.
conſ. 3. lib. 1. conſ. 93. nu. 26. lib. 2. Socin. ſen. conſ. 212.
col. 2. 3. & 4. lib. 2. Ruin. de communi conſil. 103. nu-
me. 4. lib. 3. Card. Alex. in cap. per venerabilẽ. §. quod
autem. col. 20. qui fil. ſint legit. & alii allegati per Me-
noch. in d. conſ. 306. nu. 27. & poſt alios multos hanc
intelligentiam magis communiter approbari teſtan
tur Tibe. Decian. conſ. 19. nu. 25. & ſeqq. lib. 1. conſil.
40. nu. 33. lib. 3. Cephal. conſil. 442. nu. 38. lib. 3. Rim.
iun. conſ. 446. num. 42. & ſeqq. lib. 4. Burſat. conſil. 1.
num. 27. lib. 1. Dominus Raynaldus Ridolphinus Iu-
ris conſultus Peruſinus in ſua ſecunda oratione pro
pupillo. nu. 111. & eam opinionem veriorem & com-
munem teſtatur etiam Dominus Hiero. Gabr. conſil.
22. nu. 12. lib. 2. poſt Put. deciſ. 303. lib. 3. & alios mul-
tos, quos pro ea allegat: & eandem opinionem firma
uit Rota Romana in cauſa Bononienſi apothecatum,
coram R. P. Domino de Graſſis, die 25. Ianua. 1575.
Villalob. in ſuis commun. opin. in lit. L. nu. 81. Viu. in
ſuis cõmunibus opinionibus par. 2. in verb. legitima
tus abſque pręiudicio. Qui & maxime Tiber. Decian.
tot alias auctoritates adducunt, vt fateri oporteat
hãc propoſitionem magis communiter receptam eſ-
ſe. Non poteſt igitur dici, quod ſi Domini Fabritij nõ
fuit facta mentio, legitimatio reddatur ſubreptitia.
Sed poſtquam conſiderata ſucceſſione inteſtati nul-
lum ſibi fiebat præiudicium, legitimatio in totum, &
quoad omnes effectus valida redditur, ſecũdum Iaſ.
24 & Ruin. in allegatis locis: † & etiã quia ſi fuiſſet nar-
ratum legitimãti, quod ſupererat filius legitimatus,
cum dicta clauſula, qui non poterat ſuccedere, niſi
pater expreſſe ei relinqueret, pari modo legitimatio
nem conceſſiſſet. Ruin. d. conſ. 93. nu. 8. ver. Quia ſi Pa
25 pa. lib. 3. taciturnitas nocere non poteſt, † cum legiti-
matio non poſſit dici ſubreptitia, ſi ea, quæ ſunt taci-
ta, non reddidiſſent difficiliorem legitimantem ad
concedendum legitimationem, vt poſt Bart. & alios
in l. præſcriptione. C. ſi cõt. ius vel vtilit. publ. Soc. iun.
conſ. 70. in fi. lib. 1. dixit Rol. à Val. in cõſ. 96. n. 40. li. 3.
Tertio non fuit opus facere mentionẽ Domini Fa-
britij legitimati, quũ Doctores eam fieri debere affir-
mant ad effectum, vt legitimãs id ſciat, & ne per ſub-
reptionem, & obreptionem legitimatio extorquea-
26 tur, & propterea † ſi aliter legitimãs ſciuiſſet patrem
habere filios legitimos, valeret legitimatio & in ſub-
ſtantia & etiam ratione præiudicij legitimorum, quã
uis de eis nihil eſſet dictum, ita Bero. conſ. 172. num.
10. lib. 2. Ruin. conſ. 124. nu. 10. lib. 4. qui poſt Feder.
de Sen. Petr. de Peruſ. Felin. & alios plus dixit ſatis
eſſe in loco, in quo degit legitimans, notorium eſſe
patrem filios legitimos habere, vel aliter veriſimile
eſſe id legitimanti innotuiſſe, & quod ſatis ſit legiti-
mantem ſuperexiſtentię legitimorum ſciam habuiſſe
etiam ante legitimationem, & ſi in precibus non ex-
primeretur, firmat Ruin. conſil. 93. num. 8. prope fin.
27 verſ. Sic ergo punctaliter. & conſ. 75. nu. 16. lib. 3. † vbi
dixit ſufficere legitimantem etiam in genere de legi-
timis cogitare potuiſſe, & ſi nulla corũ ſit habita men
tio. In caſu vero, de quo agitur, non ſolum præſumpti
ue, ſed certitudinarie conſtat Collegium Archiuij ſci
uiſſe Dominum Carolum habuiſſe Dñm Fabritium
filium prius legitimatum, ſtante quod oẽs filij ab eo-
dem Collegio cum conſilio Dñi Pauli Dragi Corre-
ctoris fuerant legitimati, & Dñs Fabritius fuerat le-
gitimatus per quattuor tantũ menſes ante legitima-
28 tionem Dominæ Hippolytæ, † cuius ſtante modicita-
te temporis, obliuio non erat præſumenda, cum in fa
cto recenti non præſumatur obliuio. glo. in l. furtum,
§. fin. ff. de vſucap. Crau. conſ. 134. nu. 31. lib. 1. Cephal.
conſ. 428. nu. 38. lib. 3. Merito non poteſt legitimatio
de ſubreptione vel obreptione notari, ſi id, quod legi
timanti notum erat, non fuit expreſſum.
Præterea ſi ea taciturnitate ſuperexiſtentiæ Do-
mini Fabritij dubitabilis redderet validitas legiti-
29 mationis reſpectu extẽſionis præiudicij, † dicitur ta-
men inualidam non fuiſſe legitimationem ipſo iure,
ſed ſi filius, cuius erat facienda mentio, id declaraſ-
ſet, ſed ante declarationem valida reputatur. Ruin.
conſil. 93. num. 8. lib. 3. Anton. Gabr. in d. concluſ. 7.
num. 26. in 6. limit. Rolan. à Val. conſil. 22. nume. 41.
lib. 3.

lib.3. Sed Domious Fabritius non ſolom id à princi-
pio non declarauit, ſed teſtamētum Domini Caroli,
in quo Domina Hippolytæ hæres inſtitura erat,& le-
gitimationem approbauit agendo anno 1565. con-
tra Dominam Hippolytam vti filiæm legitimatam,
& hæredem Domini Caroli,& petendo executionem
teſtamenti, & legati in eo ſibi relicti. Vnde quamnia
per annos tredecim poſtea legitimationem, & teſta-
mentum impugnauerit, id facere non potuit, ſtante
30 præcedenti approbatione,† cum ſemel approbatum
amplius reprobari non poſſit.c.quod ſemel. & c.mul-
ctari.de reg.iut.in 6.l.oemo poteſt mutare. ff.de reg.
iut.conſ.108.num.44.lib.2.Dec.conſ.475.nu.28.cum
ſimil.Quod antem teſtamētum, & diſpoſitionem Do
mini Caroli Dominus Fabritius approbauerit, ſatis
conſtat ex eo, quod egit contra Dominam Hippoly-
tam hæredem,à qua legatum in eo ſibi factum petijt,
31 ac conſequutus fuit,†cum petens legatum, teſtamen
tum,inſtitutionem, ac teſtatoris voluntatem appro-
bare dicatur,l.ſi pars,§.fi.ff.de iuof.teſt.l.Papinianus,
§.ſi cōditioni,ff.eo.tit.l.poſt legatum. in prin.cum ibi
ootatis,ff.de his qui.vt indign.Pau.de Caſt.io l.nihil.
nu.2.ff.de iooff.teſt.late Mandel.de Alba conſ.17.no.
1.& ſeqq.Nec amplius teſtamento cōtrauenire poſſit
ſeu modo aliquo illud impugnare. d.l.nihil in princ.
& ibi Bar.Bal.& Ang.notant.& Caſtr.& Alban.in al-
32 legatis locis.† Et quia Dominus Fabritius nō ſolum
petijt legatum, ſed illud cum effectu fuit cōſequutus,
res eſt clariſſima,licet ex ſolæ petitiooe,quando agēs
non obtinet, non reſultet talis approbatio, vt teſta-
mētum impugnari non poſſit,d.l.nihil,§.1.& ibi Bar.
& Bald.Crot.conſ.2.num.11.& 12.lib.1.Nec defendi
poterat Dominus Fabritius ex proteſtatione illa a-
dicta petitioni,reſeruato iure petendi alia, quæ ſibi
de iure deberi prætendebat.Illa enim reſeruatio oon
operatur, quin teſtamentum,cuius executio peteba-
tur, cum omnibus in eo contentis approbatum fue-
33 rit:†Tum quia reſeruatio fuit generalis,quæ velut in
certa,& obſcura noo releuat,l.in tradendis,ff.comm.
præd.Coro.conſ.146. col.2.circa finem. lib.4. & poſt
eum Crau.conſ.411. num.37. lib.3. Tum etiam quia
ſi releuaret, debeant cenſeri reſeruata iura petendi
alia,quæ ſecundum naturam actus ſibi deberi præté-
debat à Domina Hippolyta vti hærede Domini Ca-
roli ratione legitimę,ſeu ſupplementi,vel fideicomiſ-
ſi ex teſtamentis Dominæ Pantaſileæ & Dominæ Cō-
ſtantiæ, pro quibus poſtea ipſe Dominus Fabritius,
& eius hæres contra Dominam Hippolytam egerūt,
non poteſt tameo intelligi reſeruatum ius petendi
ipſam hæreditatem,quæ non poterat peti, niſi impu-
gnaſſet teſtamentum Domini Caroli pro cuius obſer
34 uantia tunc agebatur,†cum reſeruatio ſemper intel-
ligenda ſit ſecundum naturam actus,cui adijcitur,ēt
ſi verba reſtringi oporteret,vt declarat Crau.d.conſ.
411.nu.38.Et ſi aliter reſeruatio intelligeretur, nulla
eius eſſet habenda ratio, velut contraria facto, repu-
gnāt enim hæc ad inuicem,quod Dominus Fabritius
intenderet cōſequi legatum pecunię à Domina Hip-
polyta hærede,& eidem reſtituere dictam domum re
lictam in hæreditate iuxta formā teſtamenti,& quod
poſtea ab ea totam hæreditatem,& domum illam e-
uincere vellet, vt clarum eſt,ideo ſi Dominus Fabri-
tius intellexiſſet per dictam proteſtationē ius iſtud
35 reſeruare,& in eo ſibi præiudicium non afferre,† pro
teſtatio tanqoam contraria facto nihil operaretur, l.
ſi extraneus, in princ.ff.de acquit. hæred. l.cum plu-
res,§.locator horrei,ff.locat.Barto.& alij io l.non ſo-
lum,§.morte, ff. de nou. oper. nunc. Doctores in cap.
cum M.Ferrarienſis.de conſtit. Bal in c. Cumana.nu-

me.3.de elect.Crau.conſ.463.num.18.lib.3. Cephal.
conſ.173.num.21.lib.2.& conſ.133.oum.86.lib.1.vbi
poſt Dec.conſil.160.col.2. de communi teſtatur Ri-
min.iuo.conſ.244.num.251.lib.3.Menoch. conſil.38.
36 num.3.lib.1.† Quod non ſolum in proteſtatione ad-
mittitur, ſed etiam in reſeruatione contraria facto,
quę infringitur,ſicut ,p̄teſtatio facto contraria.Grat.
conſ.37.num.35.lib.1.Franc.Becc.conſil.34. num.25.
Et quia vt ſupra dictom eſt,quando quis conſequitur
legatum, teſtamentum, & teſtatoris diſpoſitionem
approbare dicitur, & amplius contrauenire oon pōt
ex iuriſdictione,iuxt.d.l.ſi pars,§.1. l.oihil. cum alija
ſupra adductis, nihil operatur hoc reſpectu proteſta
tio,& reſeruatio Domini Fabritij, cum enim non de-
pendeat ex partis voluntate, ſed ex iuris diſpoſitio-
37 ne,†quod qui acceptat ſibi relictum,non poſſit teſta-
mentum, & teſtatoris diſpoſitiooem amplius impu-
38 gnare, d. l.ſi pars, & d. l.nihil. proteſtatio circa † ea
quæ dependent ex iuris diſpoſitione, nihil operatur
contra legis diſpoſitionem & formam,l.alimenta. &
ibi Aret.C.de nego.geſtis, l.Papioianus,ff.de public.
Paul.de Caſtr.in l.fin.col. fin.nu.7. ff.de eo quod cert.
loc.Capra conſ.24.Abb.io cap.ea tenore.col.3.de te-
ſtib.Felin. & alij allegati per Neuizan.conſ.38. num.
15.Tiber.Decian.conſ.19.num.38.lib.3. Cephal.con
ſil.407.num.42.lib.3.Solum quidem releuat proteſta
39 tio †io his,quæ non ſunt per legem deciſa, ſed à mera
proteſtantis voluntate dependent, ſecus in his, quæ
certo modo ſunt diſpoſita,& deciſa per legem. Bart.
in l. Neſennius Appollinarius in 1.not.ff.de neg geſt.
gloſ.& Bar.in d.l.alimenta.Rom.conſ.247.col.2. vet.
Primo quia. Iaſ.in §.fuerat.num.106.Inſtit. de actio.
40 Crau.conſ.348.nu.8.lib.3.quibus locus eſt † etiam in
caſu,in quo aliàs proteſtatio fruſtratoria,& ſine effe-
ctu aliquid operandi remaneret, nam quando reſer-
uatio ſeu proteſtatio eſt contra naturam actus, & cō
tra legis prohibitionem non valet, etiam ſi in nullo
vel minimo poſſet verificari,vt poſt Ioan. And in ad-
dit.ad Spec.io tit.de natis ex liber. ven. in vlt. addit.
Oldra.conſ.214.Rom.ſing.309.Iaſ. & alios dixit Ti-
ber.Decian.conſ.12.nom.25.lib.3.

41 Confirmatur intentio Dominæ Hippolytæ, † ex eo
quod ſi legitimatio naturalis, nulla facta mentione
legitimorum in ſubſtantia validiſſima eſt, ſed habe-
tur pro inualida quantum ad extenſionem præiudi-
cij,vt fuit dictum,hoc eſſet admittēdum, quando pa-
ter decedit ab inteſtato,relictis filijs legitimis,q ſuc-
ceduot,tunc.n.agitur de præiudicio legitimorum; &
legitimatio eis non præiudicat,& legatimati cum le-
gitimis ad ſucceſſionem ab inteſtato non admittun-
tur,& io iſtis terminis procedunt contraria, ſed ceſ-
ſant in caſu noſtro, quoniam legitimatio Dominæ
Hippolytæ non attulit præiudicium Domino Fabri-
tio legitimato cum clauſula, ſine præiudicio venien-
tium ab inteſtato, cum ipſe ad ſucceſſionem patria
ab inteſtato nō eſſet admittendus, vt dixi. Et ſi ab in-
teſtato ſuccedere potuiſſet, ſibi non præiudicauit le-
gitimatio,ſed teſtamētum, in quo fuit in certa parte
tantum inſtitutus, cum prohibitione plus petendi;
quod bene à Dño Carolo fieri potuit,cum ſit permiſ-
ſum patri de ſuis bonis in quēcunque ēt extraneū di-
ſponere ēt cum pręiudicio filij vere legitimi,dūmodo
filij legitimam conſequantur l.pætentibus.& ibi Do-
42 ctores.C.de inoff.teſt.& dixi ſupra.Et propterea †cū
legitimatio non ſit illa,quæ præiudicat,ſed teſtamen
tum, non eſt curandum, quod in legitimatione filij
legitimati non ſit facta meotio,ſed teſtamentum ob-
ſeruari debet, vt in terminis conſiderat Socin. iun.
conſ.93.num.66.verſ.Vel ſecundo.lib.3. quod etiam

ſentit Rolan.à Vall.conſil.12. num.53. lib.4. & quando pater legitimãs fecit teſtamentum, & legitimatũ inſtituit, legitimam vero, cuius tempore legitimationis non fuit facta mentio, excluſit, quod legitimatio reaſſumat effectum ad legitimati commodum, & ad ſucceſſionem admittatur, firmauit Ruin. d.conſil.93, num.8. verſic. Sic igitur.lib.3.

Vlterius aduertendum eſt, quod Dominus Fabritius, qui petijt integram hæreditatem Domini Caroli, nullo iure ad illam erat admittendus. Aut enim prætenditur hæreditatem ab inteſtato ſibi debitam fuiſſe, & hoc non poteſt dici; tum quia Dominus Ca-
43 rolus fecit teſtamentum, † & ſtante teſtamento, ceſſat cauſa inteſtati.l.quam diu,ff.de acquir.hęred.l.ex teſtamento.C.vnd.lib.l.antequam. C.comm.de ſucceſſio. tum etiam quia Dñs Fabritius non erat taliter legitimatus, vt ab inteſtato ſuccedere poſſet, vt dixi. Aut vero dicitur illam eſſe ſibi debitam ex teſtamento, & hoc verum non eſt, cum in teſtamento ſibi fuerint relicti Floreni 500.cum prohibitione plus petendi, & Domina Hippolyta fuit vniuerſaliter hæres in-
44 ſtituta, † Et ſtante legitimatione Domini Fabritij, ita limitata, vltra ſibi relictum aliud conſequi non poterat. Dec.conſil. 264.colum.fin. Tiber. Decian.conſ.19. num.73.verſ. Adde. lib.1. Aut dicitur hæreditatem in ſolidum ad Dominum Fabritium pertinuiſſe per ius accreſcendi, ſub prætextu quod Domina Hippolyta fuerit incapax ſucceſſionis, & Domino Fabritio pro certa parte inſtituto accreſcat, & neque ex iſto capite ius aliquod ei competebat, quod oſtenditur.

Primo quia, vt fuit dictum, legitimatio ſine dubio eſt valida in ſubſtantia, & ex ea ſucceſſionis ex teſtamento paterno delatæ, Domina Hippolyta fuit reddita capax. Ruin.d.conſ.93.nu.7.& ſeq.& dixi ſupra, & propterea non poteſt ab ea hęreditas tanquam ab indigna, & incapaci auferri.

Secundo ſi per legitimationem non fuiſſet reddita capax ſucceſſionis, ſuſtineretur nihilominus inſtitutio in fauorem Dominæ Hyppolytæ, etiam ſi naturalis tantum, & nullo modo legitimata fuiſſet vigore ſtatuti Peruſini, lib.2. Rubr.47. per quod conceditur patri poteſtas inſtituendi hæredem inſolidum filium illegitimum, ſi filios legitimos, & naturales non haberet. Nec poteſt dici Dominum Carolum habuiſſe Dominum Fabritium naturalem, & legitimatum, & propterea, ceſſare ſtatutum, cum illud permittat ita demum illegitimum hæredem inſtitui poſſe, ſi legiti-
45 mi & naturales non ſuperſunt, quoniam † ſtatutum, intelligitur de vere legitimis, & naturalibus, non de legitimatis, cum verba ſtatuti ſint in proprio ſignificatu accipienda. Bart.in l.omnes populi. in 6.q. prin. ff.de iuſt.& iur.& ibi omnes notant. & quia legitima-
46 ti † per reſcriptum, non ſunt proprie filij legitimi, ſed ficte, & improprie, l.qui in ꝓuincia, §.diuus, ff.de ritu nupt.l.3.& l.quæris, ff.de nat.reſtitu. in quibus dicitur legitimationem per reſcriptum induci per quandam fictionem, §.filium, & §.generaliter. Auth. quib. mod.nat.effi.legit. vbi etiam dicitur legitimationem induci per quandam machinationem, & idem colligitur in l.Imperialis. in verbo, quaſi naturalib. C.de nupt. appellatione filiorum legitimorum & naturalium, de quibus in ſtatuto, legitimati per reſcriptum non veniunt, vt per dicta iura firmant Dec. in l.liberos.num.7.C.de collat.Curt.ſen.conſ.13.num.7.& 8. Iaſ.in l.ſi quis pro emptore.col.60.verſ.Scato, & vltimo.ff.de vſucap. Tiraq.in l.ſi vnquam, in verb. ſuſceperit liberos.nu.79.ver.Attende. C.de reuoc.don. & alios multos huius ſententiæ adducunt, illamque cõprobant Cephal.conſ.88. nu.26.& ſeq. lib.1.& latius conſ.525.nu.29.& ſeqq.lib.4.vbi nu.70.& ſeqq.multis contrarijs reſpõdet. Menoch.conſ.266.n.32.lib.3.
47 Senat.Pedemon.dec.121.nu.6. Quæ maxime † procedit, attento communi vſu loquendi, ſecundum quem appellatione legitimorum & naturalium non veniũt legitimati per reſcriptum. Goza.conſ.6.nu.10.& ſeq. Ceph.d.conſ.525.nu.81.& ſi admitteretur opinio illorum, qui tenẽt legitimatos eſſe proprie legitimos,
48 non propterea noceret, † quia ea, ſi vera eſſet, procederet, quando filij fuiſſent legitimati ſimpliciter, non ſecundum quid, vt poſt Ripã in l.nemo poteſt. nu.55. ff.de leg.1.dixit Ceph.conſ.144. num.32. lib.2.& nihilominus etiã in caſu ſimplicis legitimationis, quia legitimati non ſunt legitimi de iure communi, ſed de
49 iure ſpeciali, † ſtatutum in eis non verificaretur, nec de illis ſtatuentes cogitaſſe crederetur. Ant.de Butr. in c.per venerabilem.in vlt.q.qui fil.ſint leg.& ſequitur Ludou.Bologn.conſ.59.nu.14.& 21.

Tertio ſi legitimatio potuiſſet impugnari à Domino Fabritio, & conſequenter inſtitutio infringi, non propterea ad hæreditatem Dominæ Hippolytæ relictam, Dominus Fabritius fuiſſet admittendus per ius accreſcendi, nam cum, vt dixi, legitimatio valeat in ſubſtãtia, ſi per impugnationem Domini Fabritij infringeretur, portio Dominæ Hippolytæ non defeciſſet ipſo iure, quia ipſo iure Domina Hippolyta eſt legitima, & poteſt eſſe hæres, niſi à Domino Fabritio
50 impugnetur teſtamentum, & iuri † accreſcẽdi locus non eſt, quando portio non deficit ipſo iure, ſed per exceptionem vel oppoſitionem. gloſſa in l. ſi duo patroni, in prin.in verb.iuraſſet.ff.de iureiur.quam communiter approbari teſtatur Cur.iun.conſ.89.num.3. lib.2. & cum Domina Hippolyta iam adiuerit hære-
51 ditatem, non poteſt tractari de iure accreſcendi, † cui locus non eſt poſt acquiſitam portionem, & aditam hæreditatem.l.1.§.fi.ff.de vſufruct.accreſcend.l.1.vbi omnes.C.quand.nõ pet.part.l.aquam,§.vlt.ff.quemadmod.ſeruit.amitt. Nam ante aditam hæreditatem locus eſt iuri accreſcendi, ne quis decedat pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus. Doctores in l.re coniuncti.de leg.3.et omnes in d.l.1.ſed poſt aditã hæreditatem in reſolutione acquiſitorum ceſſat gloſſa in l.mater decedens, ff.de inoffic.teſtam. Bald.in Auth.ſi quis minus.col.vlt.C.de ſacroſan.eccleſ. Doctores in l.1.C.quan.non per.par.cum alijs allegatis per Tibe. Decian.conſ.129.num.15.lib.3.

Quarto quia Dominus Carolus reliquit Domino Fabritio Florenos 500. pro omni ſua legitima portione cum prohibitione plus petendi, non poterat
52 per ius accreſcendi ad totam hæreditatem † admitti, quoniam per dictam prohibitionem, et particularẽ, ac reſtrictam diſpoſitionem, videtur ius accreſcendi prohibitum. Bar.in l.ſi quis priore. in fi. ff.ad Trebel. et in l.pater filium.num.18.ff.de inoff.teſtam.et conſ. 177.Bal.in l.1.col.vlt. C.de ſecund.nupt. Iaſ.in l. qui certam, §.ſi quis vnam, ff.de leg.1.Guzad.conſ.21.nu. 26.Purpur.conſ.558.nu.31.lib.2.late Iaſ.qui opinionẽ Bar. magis cõiter approbari teſtatur in conſ.247. nu.38.et ſeqq.lib.3.et ibi Franc.Bec.in addit.in lit.R. et L.alios multos adducit. Et quãuis opinio iſta ſimpliciter intellecta habeat cõtradicentes, cũ multi teneant non valere prohibitionẽ iuris accreſcendi à teſtatore factã, et prohibitione non obſtante totam hęreditatẽ accreſcere inſtituto in re certa, vt colligitur ex allegatis ſupra in contrarium, et ex cõgeſtis ꝑ Iul. Clar.recept.ſent.§.teſtam.q.74. verſic. Punctus eſt.et Viu.in tract.com. opin.in verb.filius inſtitutus. in re
53 certa; † contrarietatẽ conciliare conatur Iaſ.in d.conſil.247.nu.41.qui dixit, quod qñ inſtitutio eſt vniuer-
ſalis,

Digitized by Google

ſalis,& exceptio particularis, puta inſtituitur Titius
in vniuerſa hæreditate excepto fundo, tunc præualet
inſtitutio,& exceptio nihil operatur, & habetur pro
non facta,quia cauſa inteſtati vniuerſalia,quæ eſt po-
tentior,& dignior,trahit ad ſe cauſam inteſtati,& ſic
inſtitutus vniuerſalis,non obſtante prohibitione, ha
bebit illum fundum. Sed quando inſtitutio fuit facta
in re certa,& ſic particularis, exceptio vero,ſeu pro-
hibitio fuit in vniuerſo,puta inſtituitur aliquis in cer
ta re vel quãtitate,& prohibetur, ne plus petere poſ-
ſit, & tunc exceptio ſeu prohibitio vniuerſalis velut
potentior præualet, & trahit ad ſe cauſam inteſtati.
poſt Ang.in l.penul.ff.de iniuſt.rupt. & in l.ſi poſthu-
mus,ff.de lib.& poſthum. Imol.in c. t.col.vlt.de teſta.
& alios,quos ipſe Iaſ.allegat, qui etiam ſubdit diſtin
ctionem iſtam Angeli eſſe æquam & rationabilem, &
in iudicando ſequendam,cum reducat opiniones ad
cõcordiam. Quæ diſtinctio recte applicatur caſui no-
ſtro, in quo Dominus Fabritius inſtitutus fuit in re
certa cum vniuerſali prohibitione plus petendi. Præ-
terea iſtæ difficultates ceſſant hic, quoniã Doctores,
qui in contrarium allegantur,loquuntur,quando hę-
res vniuerſalis prædeceſſit,aut noluit, vel non potuit
hæreditatem adire ob iuris impedimentum, ea ratio
ne,ne teſtator decedat pro parte teſtatus, et pro par-
te inteſtatus,ſed hæc non militant in caſu,de quo agi
tur,quia Dominus Carolus inſtituit hæredẽ vniuer-
ſalem Dominam Hippolytam, quæ hæreditatẽ adi-
uit,et eam poſſedit per annos viginti et vltra,et quia
valida eſt legitimatio in ſubſtantia,et Domina Hip-
polyta reddita eſt capax ſucceſſionis, ſi non moleſta-
tur à Domino Fabritio,ſine dubio hæres eſt, et teſta-
mentum effectum habebit in totum ſecundum teſta-
toris mentem. Præterea cum non poſſit ex alia cauſa
euenire, quod Domina Hippolyta hæres non ſit,niſi
ex prædicta impugnatione teſtamenti,ſine probabili
difficultate dicendum eſt ex mẽte teſtatoris non po-
tuiſſe Dominum Fabritium ad totam hæreditatem
per ius accreſcendi admitti excluſa Domina Hippo-
lyta, nam ſi teſtator cogitaſſet de hac contrauentio-
ne,et impugnatione teſtamenti, non ſolum expreſſe
ius accreſcendi prohibuiſſet,ſed maiorem pęnam im
poſuiſſet Domino Fabritio contrauenienti,et impu-
gnanti ipſius diſpoſitionem,et ſi Domina Hippolyta
excluderetur, ſubſtitutum dediſſet, et maxime quia
54 eum parum diligebat. † Propterea dicendum eſt ius
accreſcendi ex præſumpta mente teſtatoris locũ non
habere contra eius voluntatem,et in iſtis terminis o-
pinio Bartoli omnino eſt recipienda,prout bene pro
batur ex declaratione, et diſtinctione, quam poſuit
Crau.de antiq.tempor.par.4.ſect.t.nu.130.ver.ſecun
dus caſus.et nu.ſeqq.et in conſ.360.nu.4.in fi.li.3.qui
dictas contrarias opiniones concordando dixit, in-
55 ſtitutum † in re certa etiam cum taxatiua,ſuccedere
per ius accreſcendi,quando eſt talis perſona,quæ ve-
riſimiliter fuiſſet inſtituta in ſolidum, hærede vniuer
ſali non ſuccedente.Sed ſi fuiſſet talis perſona,quam
teſtator veriſimiliter inſtituturus non erat,vt quia eũ
odio haberet,vel alii adeſſent, tunc procedat opinio
illa,vt inſtitutus in re certa cum taxatiua non admit
tatur per ius accreſcendi,vt bene facit Iul.Cla.in d.q.
74.ver.punctus.in fi.et Burſ.conſ.262.nu.33.lib.3. dũ
dixerunt ius accreſcendi locũ non habere, qñ aliquæ
adſunt coniecturæ voluntatis teſtãris, vt quod inſti-
tutus in re certa nõ conſequatur reſiduũ hęreditatis.
Ex iam dictis igitur ſatis ſufficienter apparet legi
timationem validiſſimã eſſe, et recte Dominã Hippo
lytam à Domino Carolo patre hæredem inſtitui po-
56 tuiſſe; † quod etiam ſi res eſſet dubia, admitti opor-
teret,cum in dubio illa ſit ſumẽda interpretatio, per
quam potius actus valeat,quam pereat. iuxta l.quo-
ties in ſtipulationibus,ff.de verb.obl. & in l.quoties,
ff.de reb. dub. & in terminis ita dixit Iaſ. in conſ.68.
num.32. & ſeqq. lib.3. & conſ.110. nume.t7. & ſeqq.
lib.4. ſubdens fortius id eſſe dicendum, cum legiti-
matio ſit fauorabilis, & amplianda tanquam patris,
& Principis donum.
Ea vero, quæ in contrarium conſiderata fuerunt,
ſatis ex ſuperioribus diluuntur,& ex abundanti dici
tur, quod ſi opus fuiſſet facere mentionem ſuperexi-
57 ſtetię Domini Fabritij, † legitimatio hæc à vitio ſub-
reptionis,& obreptionis defenderetur, ſtante facul-
tate conceſſa Collegio Archiuij legitimandi illegiti-
mos ẽt eaiſtẽtibus legitimis, & ẽt ſtante clauſula ap-
poſita in legitimatione, Non obſtantib. quibuſcũque
Apoſtolicis ac Imperialibus cõſtitutionibus,& ordi-
nationibus,ac legibus, prouincialibus Synodalib. &
municipalibus,ſtatutis,& cõſuetudinib. priuilegiis,
& indultis in contrariũ editis; per q̃ clauſulã ſuſtine
tur legitimatio,ẽt quod legitimorũ non ſit facta mẽ-
tio,cũ per eam iuribus,diſponentibus eorũ fieri debe
re mentionem,derogatũ cenſeatur, vt in fortioribus
terminis firmauit Iaſ.d.cõſ.68 nu.t8.& ſeq.& per to-
tũ lib.3. & ibi Franc.Becc.in addit.in lit.N.& O. con
cordantes allegat.& idem Iaſ.in conſ.t10. num.11.&
ſeqq.et nu.18.ver. Tertio reſpõdetur,lib.4.cuius opi-
nio comprobatur ex adductis per Curt.iun.conſ.196.
nu.25. et ſeqq.lib.3.& Rolan.à Val.conſ.6t. nu.56.et
ſeq.lib.1.& quia multis modis ſupra tollũtur omnia,
quæ contra legitimationem, et de iure accreſcendi
opponebantur,non eſt vlterius inſiſtendum.
Nec obſtat, quod dicitur de ſupplemento legiti-
58 mæ,quoniam præterquam quod poſſet dici † teſtato-
rem, dum reliquit Florenos 500. pro omni legitima
portione cum prohibitione plus petendi, prohibuiſ-
ſe legitime ſupplementum,et Dominum Fabritium,
qui legatum agnouit, non fuiſſe vlterius audiendum,
ex late deductis per Rim. iun. conſ.31.nume.58.et
ſeqq. lib.1. Adhuc ex alio omnia remouentur, conſi-
derando quod ſi Fabritius fuiſſet ſimpliciter legiti-
matus, procederent ea, quæ in contrarium allegan-
tur: ſed quia fuit legitimatus cum clauſula, ſine præ-
iudicio venientium ab inteſtato,quæ operatur, vt ab
inteſtato non ſuccedat, ſed conſequatur illud, quod
ſibi à patre in teſtamento fuerit relictum, vt late per
Tiber. Decian.conſil.40.num.33.lib.3.& conſ.t9.nu-
59 me.26.et ſeq.lib.1.et alios ſupra adductos, † ſequitur
quod non potuerit vltra quantitatem in teſtamento
ſibi relictam aliquid aliud petere contra tenorem te
ſtamenti, & voluntatem teſtatoris, vt notat Rimin.
ſen.conſ.41.num.9 lib.t. aſſerens in hoc non reperiri
contradicentem, quem refert, & ſequitur Tiber. De-
cian.d.conſ.40.nu.33.circa medium.verſ. Hanc quo-
que.quod etiam voluerunt Alexan.in Rub. ff.de libe.
& poſthum. Iaſ.in conſ.20t.num.14.et 15.lib.2.Dec.
conſ.264.col. fin.verſic. & non poteſt. & quod legiti-
60 matus † non ſimpliciter, ſed cum aliqua clauſula, ex
qua tantum ſit habilitatus ad ſuccedendum ex pa-
tris diſpoſitione,et in eo quod ſibi à patre relinquere
tur, non poſſit petere contra voluntatem patris nec
legitimam,neque eius ſupplementum, probatur per
Alexand. in conſil.30. lib.4. Iaſ. in Rub. ff.de liber.&
poſthum.num.13. et melius num.16. Dec.dicto con-
ſil.264.colum. fin.verſicu.& non poteſt. Marcus An-
ton. Cuccus in tract. de legit.in princ. num.4. et poſt
Socin.& alios Cephal. conſil.442.num.43. & ſeq.lib.
3.& in terminis,quod legitimatus cum clauſula, ſine
præiudicio venientium ab inteſtato, vel ſimili, non

poſſit conſequi legitimam, nec aliud contra voluntatem patris poſt Dec. in conſil. 576. num. 6. circa medium verſic. Vnde cum ab inteſtato, firmauit Tiber. Dec. in allegato conſil. 19. num. 74. lib. 1. & Rota Romana in dicta deciſ. facta in cauſa Bononienſi apothecarum coram R. P. Domino de Graſſis. die 25. Ianuarij 1575. Et quamuis circa ſupplementum legitimæ diſſentire videantur Pariſ. conſil. 7. num. 24. & ſeqq. lib. 2. Cephal. conſil. 117. lib. 1. Tiber. Dec. conſil. 49. num. 43. lib. 2. Ipſi loquuntur de legitimatione vera, & ampliſſime facta, quæ quamuis eſſet reſpectu ſucceſſionis reſtricta, vt legitimatus ſuccedere poſſit in ea portione, quam pater filio reliquerat, ſeu relinqueret, nihilominus dicunt appellatione partis ſaltem venire legitimam, & patrem minus legitima filio relinquere non poſſe; Quæ ceſſant in caſu noſtro, cum legitimatio non ſit multum ampla, & in ea nulla portionis fiat mentio, ſed fuerit tantum facta cum clauſula prædicta, quæ operatur, vt dixi, diſpenſationem ad recipiendum illud, quod pater illi relinqueret, ita vt contra teſtamentum legitimatus venire nõ poſſit, in quibus terminis Pariſius & alij non loquuntur, immo Pariſius in dicto cõſilio in legitimato cum dicta clauſula aliud ſentit, vt patet ibi nu. 56. & ſeqq. dum Alexandro & Decio reſpondet. & cum ſuperioribus annis quidam hæres filij legitimati cum dicta clauſula legitimę ſupplementum peteret, contra eum ita iudicari obtinui.

Ex quibus concludendum dico Dominam Hippolytam in totum abſoluẽdam eſſe à petitis per dictum Dominum Fabritium, & ſucceſſiue per eius hęredem.

Quia Domina Iulia de Penna, hæres Domini Fabritij, contra quam reſpondi, per multos annos non fuit proſecuta litem; ideo illa nunquam fuit terminata per aliquam ſententiam.

ARGVMENTVM.

Lex dedit dotem, ff. de collat. bonor. late declaratur, diſcutiturque.

An Auus teneatur dotare neptẽ ex filio.

Et dos data ſeu relicta nepti, in quibus caſibus præſumatur data ſeu relicta cõtemplatione filij, & nunquid in legitimam imputetur.

SVMMARIVM.

1 *Auus non tenetur dare dotes neptibus propter ſe, ſed propter filium. Et num. 28.*
Intellige viuente filio, non autem ſi filius deceſſit, quia tũc tenetur dotare neptes propter ſe. num. 30. cum ſeq.
2 *Dos data ab auo nepti, contemplatione filij data præſumitur. Et de ratione. num. 37. cum ſeq.*
Aliqui contrarium tenent. num. 3.
Sed prima eſt communis. num. 4. Et ibi opiniones conciliantur.
Intellige quando neptis non erat nata, ſed teſtatori incognita. Aliàs ſecus. num. 19.
5 *Dos data ab auo nepti imputatur filio in legitimam.*
Intellige vt num. 25. 35. & 36.
Ac etiam imputatur in legitimam debitam nepti in bonis patris. num. 6.
Amplia etiam in dote relicta ab auo in teſtamento. nu. 7.
Sed contra. num. 21.
Amplia etiam exiſtente patre inope. num. 29.
8 *Dos ab auo data ſeu relicta nepti eius contemplatione non imputatur filio in legitimam.*
9 *Auum reliquiſſe dotem nepti eius contemplatione, coniecturis & præſumptionibus oſtenditur.*
Puta ſi inſtitutis maſculis nepti reliquit dotem cum prohibitione plus petendi. num. 10.
Vel quando grauauit ipſum filium ad dandum dotem. nu. 12. cum ſeq. & num. 16.
Et ſi neptes proprijs nominibus expreſſit. num. 17. cum ſequen.
Vel ſi erant teſtatori cognitæ, & potuit eorum contemplatione moueri. num. 19.
Et ſi teſtator reliquit dotem neptibus pro omni eo, quod conſequi poſſent ex bonis & hæreditate teſtatoris pro legitima, vel alia cauſa. num. 20.
Aut ſi reliquit dotes ſoluendas poſt eius mortem. nu. 21.
Vel ex pluribus ſimul iunctis, ſi per ſe non ſufficiunt. numero 24.
11 *Dos quando relinquitur nepti contemplatione filij, cenſetur breui manu data filio, & per filium nepti.*
13 *Dos relicta ab auo nepti ſoluenda à filio hærede inſtituto non dicitur profectitia.*
14 *Legatum relictum hęredi à ſe ipſo præſtandum non valet.*
15 *Legatum potius valere quam perire debet.*
18 *Emphyteuſis ſeu feudum conceſſum patri & filio proprio nomine nominato, filij etiam contemplatione conceſſum præſumitur.*
22 *Dos relicta ab auo nepti ſoluenda poſt mortem ipſius, non eſt ſoluenda de legitima patris, ſed de ceteris bonis hæreditatis.*
23 *L. dedit dotem, ff. de collat. bonor. intellectus. Et num. 36. cum ſeq.*
26 *Auus tenetur dotare neptem.*
Intellige quando non viuit filius, ſeu eſt pauper. Secus ſi ſupereſt, & ſit diues. num. 27. & 34.
31 *Nepos mortuo filio in locum & gradum patris ingreditur, & auo ex propria perſona ſuccedit.*
Et ab auo inſtitui, aut ex cauſa exhæredari debet, aliàs teſtamentum rumpit. num. 32.
Sed ſi pater viuit, auo non ſuccedit, nec ei legitima debetur. num. 33.
37 *Filius præſumitur magis dilectus quam nepos ex eo.*
38 *Dos relicta ab auo nepti ex filio prædefuncto, non cenſetur relicta contemplatione aliorum nepotum maſculorum ex eodem filio, nec eis imputatur in legitimam.*
39 *Teſtamenti vna pars aliam declarat.*
40 *Auus qui plures habet filios, & ex vno ex eis neptem, illam de ſuo dotare tenetur.*
41 *Nepotes pro legitima debita ex bonis aui, conſequuntur eandem quantitatem, quam conſequeretur eorum pater, ſi viueret.*
42 *Legitima non debetur fœminæ à ſucceſſione excluſa per ſtatutum.*

CONSILIVM XC.

CVM Dominus Laurentius de Fucinis ex Terra Caſtilionis Florentini in ſuo teſtamento hæredes vniuerſales fecerit Dominum Franciſcum, Dominum Petrum Antonium filios, & Dominum Aſcanium & Laurentium nepotes ex Domino Nicolao filio prædefuncto, mandaueritque Dominas Beatricem, Antoniam, Mariam & Luciam filias dicti Nicolai prædefuncti dotari de bonis maternis, & in eo quod deeſſet, ad congruam dotem de bonis ipſius teſtatoris de portione relicta dictis Dominis Aſcanio & Laurẽtio, & illas in dicta dote hæredes inſtituerit, & inter

ma-

maſculos fideicommiſſum fecerit. Et tandem ob mor
rem Aſcanij & Laurentij ſine filijs ſit putificatum fi-
deicommiſſum, & hæredes dictorū Laurentij & Aſca-
nij legitimam & trebellianicam detrahere debeant,
iuxta c. Rainutius, cum ibi notatis, de teſtam. & per
Doctores in l. in ratione, §. quod vulgo, ff. ad leg. Falc.
Modo in dubium reducitur, nunquid dotes per Aſca-
nium & Laurentium ſororibus ſolutæ de bonis teſta-
toris, imputari debeant in legitimam & trebelliani-
cam debitas Aſcanio & Laurentio.

Et pro ſubſtitutis dicitur dotes in quartas per hæ-
redes Aſcanij & Laurentij detrahendas imputari de
1 bere † cum enim auus neptibus dotem propter ſe da-
re non teneatur, ſed propter filium, cum officium aui
circa neptem ex officio patris erga filium pendeat, vt
dicit text. in l. dedit dotem, ff. de collat. bonor. Quod
2 auus dedit neptibus pro dote, contemplatione † filij
in dubio dediſſe pręſumitur, niſi aliud appareat. Bar-
tol. & Alber. in d. l. dedit dotem. Cin. in l. ſcimus, q. 5.
C. de inoffic. teſtam. Ang. in l. in quartā. in fi. ff. ad leg.
Falc. & ibi Rip. num. 202. in fin. Alex. nu. 57. ver. Tamē
non diſcedo. & Pic. in repet. nu. 83. ver. Quæſiuit. Soc.
iun. conſ. 16. nu. 5. lib. 4. late Cephal. conſ. 105. nu. 36.
& ſeqq. lib. 1. Maſcar. de probat. vol. 1. concl. 573. nu. 1.
3 & 5. Et quamuis aliqui † crediderint dotem datam
ab auo, in dubio præſumi datam contemplatione ne-
ptis, non filij, ſecundum Corn. conſ. 34. incip. Quia de
pluribus, nu. 3. lib. 4. qui de communi teſtatur. Socin.
ſen. conſil. 33. num. 16. lib. 3. Alexand. conſil. 138. nu. 1.
& 2. lib. 5. Tib. Decian. qui communem teſtatur con
ſil. 9. numero 15. lib. 3. quam opinionem communem
etiam appellat Menoch. conſil. 183. num. 15. & num.
4 35. lib. 2. Eorum opinio non eſt ſequenda, † quoniam
contraria, quod intelligatur data contemplatione fi-
lij, communis eſt, prout oſtendit Crauet. in conſ. 519.
num. 1. & 2. lib. 2. & in dote eam ſequitur Cephal. con
ſil. 485. num. 1. & ſeqq. lib. 4. qui nu. 7. & ſeqq. oſtendit
opinionem Corn. & aliorum recipiendam eſſe in re
data ab auo nepti alia cauſa quam dotis. iuxta termi
nos l. qui in aliena, §. interdum, ff. de acquir. hæred. Se-
cus in dote, ad quam auus tenetur tantum propter fi-
lium, merito in legitimam & trebellianicam imputa
5 ri debet, quia quando auus † dotat neptem contem-
platione filij, dos in legitimā filio debitam eſt impu-
tanda. Cin. in d. l. ſcimus, in 5. quæſt. Angel. & Imol.
in dicta l. in quartam, & ibi Rip. nu. 505. Alex. nu. 58.
Pic. in repet. num. 546. & Cæſar Fiumagioli. in repet.
num. 411. Soc. in l. 1. nu. 193. & ſeq. ff. ſolut. matr. Alex.
conſ. 31. num. 3. & ſeq. lib. 4. Dec. conſil. 81. nu. 5. Crau.
conſ. 219. num. 1. lib. 5. Ruin. conſil. 138. nu. 111. libr. 5.
Anton. Gabr. in ſuis concluſ. in tit. de iur. dot. concl. 5.
num. 5. & ſeq. Cephal. conſil. 105. num. 23. & ſeq. lib. 1.
Menoch. conſil. 183. nume. 10. lib. 2. & in tractat. præ-
ſumpt. lib. 3. præſumpt. 17. nume. 19. in fin. part. 1. Si-
mon de Pret. conſ. 65. per totum, qui alios plures pro
hac opinione adducunt; prout etiam imputatur in le
6 gitimam debitam nepti † in bonis patris. Angel. Ale
xand. & ceteri in l. in quartam, vbi Rip. nu. 506. ff. ad
leg. Falcid. Ang. conſil. 78. Alciat. de præſumpt. reg. 1.
præſumpt. 17. nume. 2. & Menoch. in d. præſumpt. 17.
num. 19. Maſcard. in d. concluſ. 573. nume. 1. Sicut igi-
tur quando auus vino filio dotat neptem, dotare cen-
ſetur contemplatione filij, & dos in legitimam filij
7 imputatur, † eadem ratione dicitur dotes relictas ne
ptibus ex Nicolao filio, cenſeri relictas contempla-
tione Nicolai, vel Aſcanij & Laurentij filiorum dicti
Nicolai & fratrum dictarum Beatricis, Antoniæ, &
Mariæ Luciæ: & propterea ſicut Nicolaus, ſi viueret,
teneretur imputare dictas dotes in legitimam ſibi
debitam in bonis Laurētij patris, pari ratione impu-
tandæ ſunt in legitimam debitam filijs Nicolai, cum
ipſi, mortuo patre, in locū patris ſucceſſerint, l. poſt-
humorum, ff. de iniuſt. rup. irritoque fact. teſta. §. poſt-
humorum. Inſtit. de exhæred. lib. cum ſimil.

Et hæc magis admittenda ſunt, cum teſtator man-
dauerit illud, quod deeſſet pro complemento con-
gruæ dotis vltra bona materna ſuppleri de parte &
portione tangēte dictis Aſcanio & fratri de bonis di
cti teſtatoris: & ſic videtur clare diſpoſuiſſe dotes ex
eorum portionibus tantum detrahi debere.

Sed prędictis & alijs ſimilibus nō obſtantibus, con
ſideratis teſtamento, & propoſita facti ſpecie, contra
riam ſentētiam, quod ſcilicet hæredes Aſcanij & Lau
rentij legitimam & trebellianicam detrahere poſ-
ſint, nec in eis dotes imputare teneantur, amplecten-
dam eſſe cenſeo.

8 Quoniam clara eſt iuris concluſio, † dotem datam
ſeu relictam ab auo nepti ex filio, non imputari in le-
gitimam filii, quando auus illam non dedit, ſeu reli-
quit propter filium, ſed contemplatione neptis. Bal.
in Auth. Ex teſtamento, colum fin. verſic. Tertio quæ-
ro, C. de collat. Barto. Angel. & Imol. in l. quæſitum, in
princ. ff. de leg. 1. Dec. conſil. 81. num. 5. Docto. omnes
in d. l. in quartam, Socin. ſen. conſil. 33. num. 16. lib. 3.
Alexand. conſil. 31. num. 4. lib. 4. Ioan. Botta conſil. 20.
numer. 3. quæ opinio probatur in l. auus, ff. de iur. dot.
prout communiter intelligitur ſecundum Ceph. con
ſil. 485. num 69. lib. 4. & 660. nu. 4. lib. 5. Anton. Gabr.
in d. titul. de iure dot. concluſ. 5. num. 6. Et cum ea con
cordare videntur etiam illi, qui tenent in legitimam
filii dotem datam nepti imputari, quando contem-
platione filii data fuit, aliud ſentientes, ſi contempla
tione neptis data appareret. Sed in caſu noſtro (vt
mox oſtendam) Laurentius auus dotes reliquit ne-
ptibus ex Nicolao filio propria ipſarum neptum con
9 templatione; † quod ſatis eſt coniecturis, pręſumptio
nibus, & vehementibus indiciis oſtendere. Ang. in d.
l. in quartam. Soc. ſen. & Alex. in allegatis locis. Soc.
iun. conſil. 79. num. 51. lib. 3. Bolognet. in d. l. in quar-
tam, num. 364. Anton Gabr. in d. concluſ. 5. num. 7. &
latius Cephal. d. conſ. 485. nu. 32. Maſcar. in d. concl.
573. nu. 5. Ideo dotes illæ in legitimam & trebelliani
cam non imputantur.

Prima quidem coniectura, ex qua elicitur auum di
ctis neptibus propria earum contemplatione dotes
10 reliquiſſe, ex eo deſumitur, † quod auus filio maſcu-
los, & etiam nepotes ex filiis pręmortuis hæredes vni
uerſales inſtituit, dictas vero neptes ab vniuerſali ſuc
ceſſione priuauit, dotes iure inſtitutionis eis relin-
quendo, cum prohibitione plus petendi: Et dum do-
tes reliquit, propria earum contemplatione reliquiſ-
ſe creditur in recompenſationem excluſionis ab hæ-
reditate, & ne in totum neptes priuarentur, vt conſi-
derant Ceph. in conſil. 485. nu. 35. & 34. lib 4. & Tib.
Decian. conſil. 10. nu. 9. & 13. lib. 2.

Pro ſecunda conſiderandum eſt, quod quando
11 dos relinquitur nepti contemplatione filij, † cenſetur
breui manu per auum data filio, & per filium nepti,
vt per l. 3. §. fina. ff. de donatio. inter vir. & vxor. l. ſin-
gularia, ff. ſi cert. pet. dixit Cin. in d. l. ſancimus, q. 5.
& poſt eum & alios Cephal. conſil. 105. nu. 22. lib. 1.
12 Sed quia teſtator † grauauit in effectu Aſcanium &
Laurentiū filios Nicolai ad dotandum ſorores, ſi con
templatione Aſcanii & Nicolai dotes reliquiſſet, in-
telligeretur ipſis fratribus legatū dotis relictū, & per
eos breui manu ſororibus datum, quod non eſt di-
cendum, quia fratres in hoc grauare, non honorare
voluit, vt in propoſito poſt Rimin. ſenior. conſil. 257.
num.

num. 24. conſiderat Cephal. d.conſ.485. nu.36.libro
4.& conſ.660.num.5.libro 5.Et hæc coniectura com-
probatur alia ratione ſecundum Rui.in conſil.72.nu.
13 3.& 4.lib.2. † qui ait, quod quando auus inſtituit fi-
lium vniuerſalem hæredem, & ab eo legauit dotem
nepti ex eodem filio, nõ dicitur dos profectitia, quia
ſi eſſet patris, intelligeretur relicta, l.ſed & ſi plures,
14 §.in arrogato, ff.de vulgar.& pupil. † & conſequenter
legatum dotis non valeret, cum à ſeipſo ſibiipſi lega-
tũ eſſet, quod fieri non poteſt.l.plane, §.ſi duob.l.lega-
15 tum, la vlt.§.1. ff.de leg.1. Vt igitur legatum † potius
valeat, quã pereat, l.quoties, ff.de verb.obl.l.quoties,
ff.de reg.iur.intelligitur relictum contemplatione ne
ptis, & non filii. Et ita hanc cõiecturam adducunt e-
tiam Cephal.dicto conſil.485.numero 52. & ſequen-
tibus. Nat.conſ.363.numero 12.lib.2.& Menoch.con
ſil.183.num.11.lib.2.

Tertia coniectura deſumitur, nam quando aliquid
alicui relinquitur contẽplatione alterius, id ei acqui
ritur, ac commodum affert, cuius contemplatione re-
lictum fuit, & ita procedunt notata in l.ſed ſi plures,
16 §.in arrogato, ff de vulg.& pupil. † Sed ſi legatum do
tis intelligeretur factum contemplatione dictorum
Aſcanii & Laurentii, eis non affert commodũ, ſed in-
commodum, cum eſſet de legitima detrahendũ, ideo
non eorum, ſed dictarum neptum contemplatione fa
ctum dr, prout conſiderat Meno.d.conſ.183.num.20.
17 Quarta perpenditur ex eo, quia cum teſtator † do-
tes reliquerit neptibus, illas propriis nominibus ex-
primendo, earum contemplatione eas reliquiſſe con-
ſtat, vt in ſimili conſiderant Aſflict.deciſ.393. nume.
5.& 6. Anto. Gabriel. in tit.de iure emph. concluſ. 2.
numero 10. Iul. Clar.in §.emphyteuſis, q. 16. verſic.
18 His præmiſſis, in fi.qui dixerunt, † quod ſi fuit conceſ
ſa emphyteuſis ſeu feudum patri & filiæ proprio no-
mine nominato, filii etiam contemplatione præſumi
tur facta conceſſio, & in terminis dotis hanc coniectu
ram adducit Cephal. d.conſil.485.nu.38. & ſeq. quæ
coniectura recipienda eſt, cum neptes illæ eſſent tem
pore conditi teſtamenti natæ, & teſtatori cognitæ, &
potuerit teſtator dotes relinquere particulari affe-
19 ctione erga eas, † licet ſi fuiſſent teſtatori incognitæ,
præſumeretur magis motus filii cõtemplatione, quã
ipſarum neptum, in quas nec merita, nec veriſimilis
dilectio cadere poterant, prout dixerunt Barto. con-
ſil.131.Ang.conſ.78.Dec.conſ.81. nu.5. Rub.Alexan.
conſ.124.num.4. Anton.Gabriel.in d.tit.de iure dot.
concl.5.num.5.& 21.Ruin.conſ.138. num.11.libro 2.
& poſt Rui.Alciat.& alios Cephal.in allegato conſil.
205.numero 23. Menoch. de præſumptio.libr.3.præ-
ſumpt.17.numero 5.part.1.Quorum opinio procedit,
quando auus reliquit dotes neptibus incognitis, pro
ut ipſi loquuntur, ſecus ſi neptes ſunt natæ, & teſtato-
ri cognitę, vt ſe ipſum declarat Cephal.d.conſil.485.
num.62.& ſeqq. & explicat etiam Menoch.d.conſilio
183.num.13.in fin. & Io. Botta conſil. 20.num.7.Quæ
declaratio veriſſima eſt, quoniam tunc dicitur reli-
ctum nepti contemplatione patris, quando aliàs non
erat daturus, niſi patris reſpectu, ideſt, ad vtilitatem
patris, quod præſumitur, vbi ſolius merita, & nulla
filij interuenerunt, vt dicit Bald. in l.cum oportet, in
princ.num.4. C.de bon. quæ lib. quem ſequitur Rim.
iunior conſil. 31.nume.109.lib.1. Merito quando ne-
ptes ſunt auo incognitæ, dicta præſumptio exoritur,
ſed quando ſunt natę & cognitę, potuit auus propter
neptũ merita & dilectionem erga eas moueri. Ideo
dicta præſumptio, quod patris contemplatione reli-
querit, eo caſu non concludit, vt in propoſito aduer
tit Ceph.conſ.660.nu.7.lib.5.

20 Quinta coniectura reſultat, † dum teſtator decla-
rauit dotes prędictas iure inſtitutionis relinquere di
ctis neptibus pro omni eo, quod conſequi poſſent ex
bonis & hæreditate teſtatoris pro legitima, vel qua-
cumque alia de cauſa, quod ſatis oſtendit teſtatorem
non reliquiſſe dotes contemplatione Aſcanij & Lau-
rentij fratrum dictarũ neptum, nec vt in legitimã di-
ctis Aſcanio & Laurentio debitam imputentur, qm̃
ſi teſtator hoc ſenſiſſet, reliquiſſet etiam pro omni eo,
quod ab Aſcanio & Laurentio petere poſſent, & etiã
ad computum legitimæ Aſcanio & Laurẽtio debitæ,
quod cum non dixerit, conſtat illas reliquiſſe animo
tantum liberandi ſuam hæreditatem & imputãdi in
eo, quod neptes de bonis aui conſequi poſſent, & ſic
ipſarum neptũ contemplatione, ſecundum Soc. ſen.
conſ.33.nu.17.lib.3.Ceph.d.conſ.485.num.40.& 41.
Menoch.d.conſil.183.nu.16. verſi.Septimo.

Accedit pro ſexta coniectura, auum non dediſſe ne
21 ptibus dotes in vita, † ſed eas reliquiſſe ſoluendas
poſt eius mortẽ à dictis Aſcanio & Laurentio, ex quo
reſultat præſumptio, quod neptum contemplatione
de dotibus eis prouidere voluerit, rationib.adductis
per Rim.ſen.conſilio 257.num.19. verſic.Tamen con-
trarium. Ruin.conſ.72.nume.6. libro ſecundo. Ceph.
d.conſilio 483.num.49.& ſeqq. Menoch. d.conſi.183.
numero 12.ver. Secundo, & conſil.327.nume.128. &
ſeq.lib.4. Anto.Gabr.in d.concluſ.5.num.16. ver. Se-
cundo limita. Menoch. in d. præſumpt.17. nume.11.
Maſcard.de probat. vol.1. conclu.573. num.8. Et eo
22 caſu † dotes non de legitima, ſed de reſiduo hæredi-
tatis ſunt ſoluendæ, vt poſt Caſt.conſ.102.nu.2.lib.2.
dixit Cephal.d.conſil.485.num.48. Nec ab opinione
Caſtr.recedit Cephal.in conſi.105.numero 43.verſi-
cu. Nec obſtat, quando neptes ſunt natæ, & teſtato-
23 ri cognitæ, † & propterea ipſe Cephal.d.conſil.485.
nu.71.poſt Rim.ſen. Ruin. & alios, cenſuit diſpoſitio
nem l.dedit dotem. ſolum locũ habere in diſpoſitio-
ne inter viuos, et quando auus ſuperſtes dat dotem
nepti, ſecus qñ de dote prouidit in vltima voluntate.

Cõſtat igitur ex prędictis multas præſumptiones
concurrere, quæ oſtendunt dotes neptibus eorũ con-
templatione, non Aſcanij et Laurentij fuiſſe relictas,
24 † quod multo magis ex omnib. ſimul iunctis demon
ſtratur, ſi quælibet coniectura per ſe ſola non ſuffice-
ret, iuxta Gloſſam in l.2.in ver.legitimis, ff.de excuſ.
tut. & late deducta per Ant. Gab.in tit.de prob. con-
clu.1.in prin. quod in propoſito dixit etiam Cephal.
d.conſil.485.nu.61.

Vlterius, quod dotes non ſint in legitimam & Tre
bellianicam, Aſcanio & Laurentio debitam imputã-
dæ, oſtenditur alio principali fundamento, conſide-
25 rando tunc † dotem datam nepti in legitimam filii
imputari, quando filius tenebat illas dotare, & auus
propter filium dotauit. Sed quando ipſe auus dotare
tenetur, tunc dotem reputari onus aui, & tanquã æs
alienum aui deduci, nec per filium conferri, neque in
partem imputari, ita Bal.in l.fi.nu.22.C.de dot. pro-
miſſ. Alex.in l.in quartam, nu.27.in fi. Dec. conſil.66.
col.fin.ver. Tertio principaliter.& conſil.81.nume.5.
ver. Et hoc ſane. Ruin.conſ.171. num.9. libro primo.
Natt. conſilio 363. numero ſexto, libro ſecundo. Sed
in caſu, de quo agitur, onus dotandi neptes, erat ip-
ſius aui, ideo aliqua dotis collatio ſeu imputatio fie-
ri non debuit.
26 Quod auus † teneretur dotare neptes, probatur in
l.cognouimus, C.de hæred.ibi, ſed et dotem pro filia-
bus et neptibus, et in l.fin.C.de dot. promiſ. ibi, Pro
ſua dare progenie, cum ſub progenie veniat etiã ne-
ptis ex filio, et hoc etiam firmãt Cãpeg.de dot.par.2.
q.18.

Digitized by Google

q.18.Soc.iun.in l. t.nu. t90.ff.ſolu.matr.& in conſ.79.
nu.35.lib.3. vbi de cōmuni teſtatur. Bene verum eſt,
27 † quando auus babet filium & ea eo neptem, ſi filiua
eſt diues, & babet enmmoditatem dotandi propriā
filiam, auus non tenetur illam dotare, ſed ad id pa-
ter principaliter tenetur, d.l.dedit doté.l.fi.C.de dot.
promiſſ. l.qui liberos, ff.de rit. nupt. prout dixerunt
Bal.in Auth.res quæ.nu.12.C.cō.de leg. Rnm. Sali.&
alij, quos refert, & ſeqnitur Campeg.in d.q.18.Iaco.
de Aret.& Bar.in l.non quēadmodū, ff.de lib.agnoſc.
Ant.de Butt.conſ.56.Socin. ſen. qui hanc opinionem
cōem, & ab ea non recedendum eſſe reſtatur in d.con
ſil.33.nu.16.in fi.Doct.in d.l.1.ff.ſol.matr. vbi Iaſ.nu.
26.Rip.nu.74.Soc.iun.num.192.qui ēt dicit hanc eſſe
receptā concluſionem, late Menoch.conſ.183.nu.14.
lib.2.Sed quando filius eſt pauper, ita vt ſuam filixm
dotare non valeat, auus neptem dotare compellitur.
Bal.in d. Auth. res quæ.nu.12.& ibi Cur.iun.num.13.
in fi.Rub.Alex. conſ.t24.nu.3.Soc.iun.aſſerens in hoc
omnes concordare in d.l.1.nu.199. ver. & ex iſta, ff.
28 ſolu.matr.Natt.conſi.363.nu.6.lib.2.†Huiuſmodi ta
men obligatio aui, exiſtente filin inope, non eſt pro-
pter ſe, ſed propter filium, & auus tenetur, quia filius
obligatus eſt, & obligatio filij eſt principalis, aui au-
tem acceſſoria, vt habetur in d.l.dedit dotem, & no-
tat Soc. ſen. conſ.33. num. 16. in fi.lib.3. Rip.in d.l.1.
num.74.ff.ſolu.matr.& drclarat late Ceph. d.conſil.
105.nu.30. & ſeqq.multis, vſque ad num.41.& in con
29 ſil.485. num.65. & ſeqq. † qui oſtendit etixm in ca-
ſu, in quo auus dotauit neptem, eaiſtente filio inope,
dotem cenſeri datam contemplatione filij, & in legi-
timā filij imputari, cū obligatio illa aui oriatur pro-
pter filium, nō propter ſe, reprobata opinione Alea.
in d.l.in quartxm, nu.28.& Dec.conſ.81.num.5. ver-
ſic.& hoc ſane, & ſequacium aſſerentium ob pauper-
ratem filij auum teneri ad dotandū neptem, & eo ca
ſu dotem datā nepti, eius contemplatione datā præ-
ſumi. Quando autem auus habuit filium, & ex eo ne-
30 ptes, † & filius prædeceſſit, auus indiſtincte tenetur
dotare neptes propter ſe, & propter proprixm obli-
gationem, non propter filium prædefunctū, cuius fi-
31 lij obligatio morte extincta fuit. Morte enim † filij
nepotes ea eo in locum & gradū patris ingrediūtur.
l.poſthumorum, ff.de iniuſt.rupt.& irrit.fact.teſtam.
& auo nō ea perſona patris, cui nulla fuit delata ſuc-
ceſſio, ſed ex propria perſona ſuccedunt. Bar. in l.1.§.
ſi ſit nepos.in prin. ff.de collat.dot.Barto.Bald.Salic.
Alex.Corn. & alij, in l.2.C.de lib.preter. Alex.conſil.
4.num.13.lib.4.Iaſ.in rub.C.de ſucceſſ.edict.nume.5.
conſ.221.num.12.lib.2. & ibi Franc. Becc.in addi. in
litera, B.Bero.conſil.149.num.11. lib.2. Hiero. Gabr.
conſ.153.num.21.lib.1.Cephal.conſil.334. nume.42.
& conſi.431.num.26.lib.3. Tob. Non.conſil.49.num.
20.Et ſicut filins ab auo inſtitui, aut ex cauſa eahære
32 dari debet, † idem obſeruandum eſt in nepotibus ex
filio prædefuncto, aliàs teſtamentum rumpitur. d.l.
poſthumorum, l.2.C.de poſthum.hære.inſti. Dec.con
ſil.346.in princ. Pariſ. conſ.60. col. 1. lib.2. Rolan. à
Val.conſi.68.nume.25.lib.1. Quando enim filius vi-
uit, auus non tenetur propter ſe dotare neptes ea di-
33 cto filio, † cū enim pater eas præcedat in gradu, auus
legitimam eis dare non tenetur, nec neptes auo ſuc-
cedere poſſunt, l.ſi quis poſthumos, §.ſi filiū, ff.de lib.
& poſthum.l.ſi quis filio exhæredato, §.1.ff. de iniuſt.
rupto irritoque teſtam. Ideo nec ad dotem propter ſe
obligatur, vt dicunt in propoſito Soc.iun.conſ.79. nu
me.41.& ſeq.lib.3. Ruin.conſil.58.num.25.lib.1. Sed
quando filius eſt de medio ſublatus, nepotes ex eo, iu
re communi attento, creditores aui in legitima eli-
ciuntur, vt dicit Tob. Non.conſil.95. nu.8. & 10.in fi.
Et auo ex propria perſona, nō ex perſona patris præ
defuncti ſuccedunt, vt diai, merito auus ad dotandū
neptes tunc tenetur, non propter filium ixm defun-
ctum, ſed propter ſe, & propriam obligationem, cū
neptes in locum patris ingredientes, auo ea propria
34 perſona ſuccedant. † Et quod auus obligatus ſit do-
tare neptem ea filio prædefuncto, firmat Soc.iun.con
ſil.79.nu.41.& 45.ver.Verum lib.3.& in d.l.1. nu.190.
verſ.Et ex iſta concluſione. Et ita inter caſum, in quo
auus dotat neptes ex filio viuente, & alium qñ dotat
neptes ea filio prædefuncto, in propoſito differentiā
conſtituit Bero.conſ.149.nu.8.& ſeqq.lib.2. Puto igi-
tur in caſu, de quo agitur, rem eſſe clariſſimam, quod
auus in teſtamento dotauerit neptes ea Nicolao præ
defuncto non contēplatione filij, qui prædeceſſerat,
nec cōtemplatione Aſcanij & Laurentij filiorum Ni
colai, quia pro eis ad dotandū neptes nō tenebatur,
ſed eis dotes conſtituerit ſolum contemplatione ip-
ſarum neptum, & vt ſatisfaceret obligationi, qua ip-
ſe auus ex propria perſona, et propter ſe tenebatur,
propterea dotes in dictis quartis non ſunt imputan-
dæ, vt ex iam dictis apparet, & eſt de intentione
Alex.in conſ.138.nu.3.lib.5. Neuiz. conſ.76. num.12.
35 & 13.† qui concludunt dotes non eſſe imputandas in
legitimam filij, qñ auus illas dedit neptibus in caſu,
in quo propter filium dotare nō tenebatur, ſed pro-
pter ſe, & iſto caſu ceſſare diſpoſitionem d.l.dedit do
tem, et ea quæ per d.l.dicunt Doctor. et quando auus
dedit aliquid nepti, ad quod non tenebatur pro filio,
nec propter filium, non diſſentit Cephal. in d. conſil.
105.num.41.verſi.Non obſtant contraria.

Et ſtantibus prædictis, non obſtant contraria; Illa
quidem procedūt in dubio in terminis l.dedit doté.
Secus quando ex coniecturis apparet auum reliquiſ-
ſe dotem neptibus earum contemplatione, prout in
36 caſu noſtro coniecturas adeſſe demonſtraui. † Præ-
terea l.dedit dotem. ſecūdum Ruin. in d.l.in quartā.
num.59.in fi.locum hxbet ad effectum, vt pater doté
datam xb auo filix ſuæ, exigere poſſit tanquam profe
ctitiam, iuxta l. dos à patre, C.ſolu.matr.l.2.§.quod ſi
in patris, l.3.et 4.ff.eo.tit. Non autem ad effectum vt
illam imputet in legitimam, et Ruinum ſequitur Me
noch.d.conſ.183. nu.25. et ſolum de collatione dotia
facienda per filium agi poſſet, ſi dos ab auo data ne-
pti ex filio iam reuerſa eſſet ad patrem, et non aliter,
et ita procedit tex. in d. l. dedit dotem, vt elicitur ex
eius verbis à cōtrario ſenſu, quem ita intelligunt ibi
gloſſx in verb. Idem. Corn.conſi. 34.num.4.lib.4. Are.
conſ.17. num. 20. in 7.dub. Menoch.d.conſil.183. nu.
25. Quando autē dos non eſt reuerſa ad patrem, nec
filius tenetur illxm conferre, et conſequenter nec im-
putxre in legitimam, vt in propoſito declarat Aret.
d.conſ.17.in 7.dub.num.20.et 21. de qua declaratio-
ne Aret. licet dubitet Ripa in d.l.in quartam, nu.203.
eam ſequuntur Alex. Pic. et alij, quos refert, et ſequi-
tur Tib. Dec.conſ.10.num.11. lib.2. et Menoch.in lo-
co proxime allegatn. Ea quibus apparet de collatio-
ne ſeu imputxtione facienda per Aſcanium et Lau-
rentium filios Nicolai tractati non poſſe, cum ipſi
actionem recupetandi dotes non habuerint, nec do-
tes ad eos reuerſæ ſint.

Vlterius quidquid dicendum ſit, quando tempore
mortis aui ſupereſt filius pater neptum, pro quibus
auus dotes dedit, in quibus terminis allegata in con
trxrium procedunt: Clarū eſt ea omnia ceſſare in oc
currenti caſu, in quo auus reliquit dotes neptibus ex
Nicolao filio prædefuncto, vt late ſupra demonſtra-
ui, et ea abūdanti dicitur rationes principales, in qui
bus

bus fundatur l. dedit dotem. & opinio contraria, ceſ-
ſate in caſu noſtro.

Prima quidem ratio dictę concluſionis adducitur,
37 † quod cum filius ſit proximior nepte, præſumitur
etiam magis dilectus, l. cum ita, §. in fideicommiſſis,
ff. de leg. 2. l. Gallus, §. 1. cũ ibi notatis, ff. de lib. & poſt-
hum. & conſequenter dum auus dotat neptem ex fi-
38 lio, † illam dotaſſe præſumitur contemplatione filij
proximioris, & magis dilecti, vt dixerunt Ruin. conſi
lio 148. nu. 8. lib. 2. Natt. conſ. 363. nu. 6. lib. 2. Menoc.
d. conſ. 183. nu. 5. Marcus Ant. Cuccus in tracta. de le-
git. ad Auth. Nouiſſima, C. de inoffic. teſta. fol. 52. col.
2. circa medium. Quæ ratio ſolum viget in dubio, quã
do filius ſupereſt, & nullæ extant coniecturæ, quæ nos
ſuadeant neptum contemplatione auum motum fuiſ
ſe, vt per Menoch. in d. conſ. 183. nu. 59. non tamen po
teſt modo aliquo adaptari ad caſum noſtrum, in quo
multæ concurrunt coniecturę, & tempore teſtamenti
erat defunctus Nicolaus, & ſupererãt Aſcanius, Lau-
rentius, & dictæ eorum ſorores, quæ omnes auo teſta
tori attinebant in æquali gradu.

Secunda affertur ratio, quia cum auus non tenere-
tur dotare neptem niſi pro filio, & propter filiũ, illã
dotãdo, credendũ eſt dotaſſe contẽplatione filij, ſiue
diues, ſiue pauper fuerit, vt per Ceph. d. conſ. 105. nu.
29. & ſeqq. & alios ſupra adductos; Quę rõ ſolũ viget,
qñ filius ſupereſt, qui dotare tenetur, ſed qñ filius eſt
ſublatus de medio, auus tenetur dotare neptem non
propter filium iã defunctum, ſeu propter alios nepo
tes maſculos, ſed propter ſe, & propriam obligatio-
nẽ, qua auus, ſublato filio de medio, tenetur dare le-
gitimã neptibus, eas hæredes inſtituere, ſeu ex cauſa
exhæredare, & conſequenter dotare, vt dixi. Ideo l.
dedit dotem. & alia incontrarium adducta, quę in di
cta ratione fundantur, locũ nõ habent, qñ filius mor
tuus eſt, antequam auus dotes dederit, ſeu reliquе-
rit neptibus, vt colligitur ex notatis per Bero. d. con-
ſil. 149 nu. 8. & ſeqq. lib. 2. & alios ſupra allegatos.

Nec nocet, quod dicebatur illos nepotes maſcu-
los ſuccedentes in locum patris teneti cõputare dotẽ
in legitima, ſicut teneretur eorũ pater, ſi viueret, qm̃
ſi Nicolaus pater ſuperuixiſſet auo, & filij ſuccederẽt
ex perſona patris, dubitatio procederet. Sed quia Ni
colaus deceſſit ante factum teſtm̃, in quo dotes nepti
bus relictæ fuerunt, & ſic ante mortẽ teſtõris, & eius
filij ſucceſſerũt auo ex propria perſona, non ex perſo
na patris prædefuncti, iuxta doctrinam Bar. in l. 1. §. ſi
ſit nepos, ff. de collat. dot. & alios ſupra adductos, ar-
gumentum prædictum nullo modo procedit.

Minus reſiſtit vltimum, quoniam teſtator hæredes
inſtituit filios, & nepotes ex filijs prædefunctis, &
quia aderant plures neptes, illas dotari iuſſit à patre
ſeu fratribus earum reſpectiue cum bonis & rata bo-
norum ei, ſiue eis reſpectiue tãgentibus de hæredita-
te & bonis dicti teſtatoris, & non de portione aliorũ,
& ſolum de tota hæreditate & portionibus omnium
hæredum dotari voluit D. Iuliam vnam ex neptibus
ex Nicolao filio, ſi Monaſterium ingrederetur. Dum
igitur teſtator dixit, quod dotentur neptes de bonis
& rata bonorum dotantẽ tangente, non intellexit de
legitima tantum, ſed de tota portione hæreditatis
dotantẽ tangente, & id expreſſit ad declarandum,
quod volebat dotari ab omnib. hæredibus, & de por
tionibus omnium, ſicut Iuliam dotari voluit, quod ſa
tis ex lectura teſtamenti conſtat, etiam ex verbis præ
cedentibus & ſubſequentibus, quæ partem illã teſta-
39 menti, ſi dubia eſſet, declarant, † cum vna pars teſta-
menti aliam declaret, & præcedentia per ſequentia
interpretentur, l. ſi cui dubia, ff. de trit. vin. oleoque le
gat. l. qui filiabus, de leg. 1. Crau. conſi. 297. nu. 5. li. 2.
cum ſimi. Seu etiam id potuit dicere teſtator ad tol-
lendum dubitationem, quæ exoriri poterat, nunquid
dos ab auo relicta nepti eſſet de portionibus omniũ
40 hæredum ſoluenda, cum auus † plures habens filios,
& ex eis neptes, neptes de ſuo dotare debeat, vt dixe
runt Spec. in tit. de iud. §. ſequitur, num. 11. Dec. conſ.
66. col. fin. ver. Tertio principaliter moueor. Menoch.
conſil. 183. nu. 24. lib. 2.

Concludo igitur ex prædictis ſupplementũ dotiũ
relictarũ in teſtamento fuiſſe detrahẽdum de portio
ne hæreditatis Laurẽtij, quæ obuenit Aſcanio & Lau-
rẽtio nepotibus vti æs alienũ teſtõris, illudq; nõ eſſe
in legitimam & Trebellianicam per hęredes dictorũ
Aſcanij & Laurentij detrahendas imputãdum. Et cir
ca quantitatem legitimæ, debitæ Aſcanio, & Lauren
41 tio, res modicam habet difficultatem, † cum enim ip-
ſi ſucceſſerint in gradum Nicolai patris, per legitimã
conſequi debebant eandem quantitatem, quam con-
ſequutus fuiſſet eorum pater, ſi ſuperuixiſſet Lauren-
tio teſtatori, vt per Bar. in d. l. 1. §. ſi ſit nepos, ff. de col-
lat. dot. Alex. conſ. 4. nu. 13. lib. 4. Nec legitima maſcu
lorum diminuitur ex aliqua portione legitimæ debi-
ta ipſis feminis dotatis, qm̃ feminæ dotatæ aliquam
portionem conſequi nõ poſſunt, cum per ſtatutum di
ctæ terræ à ſucceſſione patris & aui ab inteſtato dece-
45 dentium excludantur, & quando femina † dotata à
ſucceſſione ab inteſtato excluditur, aliquid pro legiti
ma non conſequitur, ſed etiam ab ea excluſa dicitur.
Alex. conſ. 3. nu. 10. & ſeqq. lib. 7. Corn. conſi. 123. in fi.
lib. 3. Soc. ſen. conſ. 150. nu. 17. in fi. & nu. 13. lib. 1. Pariſ.
conſ. 93. nu. 15. & conſi. 94. nu. 23. lib. 3. Rub. Ale. conſ.
155. nu. 5. Barba. conſi. 50. col. 8. verſ. & licet iſta, cum
ſeqq. lib. 3. Iate Albert. Brun. de ſtat. quod ſtant. ma-
ſcul. art. 9. nu. 11. & ſeqq. & hanc opinionem commu-
nem eſſe teſtantur infraſcripti Corn. conſ. 100. nu. 2.
in fi. ver. & hoc. lib. 3. conſil. 116. col. 5. lib. 5. Campeg.
in tract. de dot. par. 5. q. 43. Soc. ſen. conſil. 288. nu. 17.
lib. 2. Dec. conſ. 26. num. 4. Rol. à Vall. conſi. 62. nu. 53.
lib. 3. Cephal. conſ. 5. nu. 43. & ſeq. lib. 1. conſil. 343. nu.
47. lib. 3. Tiraq. de primogen. q. 55. nu. 9. Gozad. conſ.
43. num. 24. Franc. Becci. conſi. 103. num. 21. Menoch.
conſ. 81. nu. 3. lib. 1. alios multos adducentes.

Cauſa prædicta, vt audiui, concordata fuit, abſque eo quod deſuper fuerit lata aliqua ſententia.

ARGVMENTVM.

Quando in diſpoſitione proprietas, ſeu ſolus vſus veniat.

Et ſciens & patiens conſentire videatur.

Verbum, Volo, quando importet liberum arbitrium.

Maritus ſeu eius hęredes nunquid teneantur reſtituere fructus perceptos ex bonis mulieris non dotalibus.

L. Quintus Mutius. ff. de donat. inter vir. & vxor. in quibus caſibus locũ habeat.

Dos data ab extraneo, ex quibus donata intelligatur.

SVMMARIVM.

1 *Verbum, Volo, importat liberum arbitrium. Declaratur nu. 50. cum ſeq.*

Ar-

2 *Arbitrium liberum non debet regulari ab aliqua ratione, ſeu iure, aut aliás ſecundum arbitrium boni viri.*

3 *Proprietas relicta cenſetur, quando ſuit relicta aliqua res ſimpliciter, vel ad vſum, vel vſumfructum.*

Amplia etiam ſi in eadem diſpoſitione uliarum rerum, vſus, ſeu vſusfructus fuiſſet relictus.nu.4.

5 *Dictio, Item, inducit repetitionem qualitatis, & conditionis in præcedentibus uppoſitæ.*

6 *Copula, Et, repetit conditiones et qualitates precedentes. Sicut dictio Item. Et nu.21.*

7 *Repetitio ceſſat, quando ſit mutatio rerum & perſonarũ.*

Et quando plura relinquuntur in diuerſis & ſeparatis orationibus etiam per rationes repetitiuas. nu.8.

Maxime quando ſi quælibet oratio eſt perfectu, & qualibet babet ſuum principale verbum, à quo regitur. num.9.

Amplia etiam ſi qualitas ſeu conditio omnibus relictis cõueniret.nu.10.

11 *Proprietas domus non cenſetur conceſſu ex conceſſione vſus & hab.tutionis eiuſdem.*

Nec etiam ſupellectilium domus, quando fuit dictum vſum & babitationem domus cum ſupellectilib. nu.12. cum ſeqq.

13 *Dictio, Cum, copulare ſolet acceſſorie non principaliter.*

14 *Acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis.*

Nec poteſt continere quid maius ſuo principali. nu.15.

16 *Legatum relictum Titio ſub conditione aliqua cum Seio, cenſetur relictum Titio ſub eadem conditione.*

17 *Diſpoſitio quæ venit vt acceſſoria alterius, mutat ſuam naturam & regulatur iuxta metum principalis diſpoſitionis.*

18 *Repetitio omnium, quæ continentur in eo, cui aliquid additur, cenſetur facta iu eo, quod fuit udditum.*

19 *Qualitas adiecta iu vna ex pluribus copulatis in eadem oratione, ad omnes ulias porrigitur.*

20 *Repetitio qualitutis & conditionis in vna ex præcedentibus rebus expreſſis, fit in ſequentibus uppoſitis in ſequẽti diſpoſitione imperfectu.*

Amplia ſiue ſit uppoſitu dictio, Item, ſiue copula, Et nume.21

22 *Vſuiſructus etiam in vino, frumento, & alijs, quæ vſu conſumuutur, conſtituitur, quia per vſumfructuarium recipiuntur æſtimata cum cautione de reddeuda eorum æſtimatione.*

23 *Repetitio qualitatis & conditionis ſit etiam in caſu, in quo aliter non fieret, quando de mente diſponentis apparet etiam præſumptiue.*

24 *Verbum, Dederunt, importat tranſlationem dominij.*

25 *Verbum, Ceſſerunt, operutur tranſlationem iuris.*

26 *Verbum, Conceſſerunt, interpretatur ſecundum naturam contractus, cui adijcitur.*

Aliquando importat tranſlationem dominij maxime ratione adiuncti.nu.27.

Aptumque eſt importare vnamquamque conceſſionem, ſiue quoad truuslationem, ſiue quoad vſum.nu.28

Sed ex propriu ſignificatione importat tranſlationẽ vſus, non dominij.nu.29.

Et quando adiungitur actui indifferenti, qui poßit aliud importare quam tranſlationem totius iuris, tunc non importat omne ius.nu.30.

31 *Repetitioni locum eſſe in dubio ſit interpretatio, quando illa eſt magis vtilis promittenti.*

32 *Conceſſum quod minus eſt in dubio intelligitur.*

33 *Verba ſtipulationis in dubio interpretantur, vt minus obligent.*

34 *Repetitio operatur, at ſi uliquid nominatim & ſpecifice eſſet diſpoſitum.*

35 *Conceſſio iu dubio interpretatur, vt trahatur ud cauſam alimentorum, velut mugis neceſſariam.*

36 *Conuentio non debet ſtare ſiue effectu aliquid operandi.*

37 *Contrarietas iu eadem diſpoſitione euitatur.*

38 *Generulis diſpoſitio non trahitur ad ea, de quibus facta eſt ſpecialis prouiſio.*

39 *Subſequentes actus declarant voluntatem præcedentem.*

40 *Intellectus ille ſumitur, quem rerum exitus & obſeruantia partium demonſtrat.*

41 *Scientia & patientia eius, qui ſcit, & patitur ita obſeruari maxime longo tempore, declarationem præcedentis voluntatis inducit.*

42 *Sciens & tacens non cenſetur conſentire in præiudicialibus.*

Fullit, quando actus potuiſſet impediri coutradicendo. numero 43

Item ratione coniunctionis.num.44.

Et quando cum ſcientia & taciturnitate concurrit etiam rei traditio.num.45.

46 *Patientia diuturna idem operatur quod conſenſus.*

47 *Beneficij collatio, facta præſente & tucente eo, qui iu illo ius habet, ipſi præiudicat, quia videtur iuri ſuo renuntiaſſe.*

48 *Hæres legitimus, qui patitur transferri hæreditatem in hæredem extraneum inſtitutum ſub conditione, ſi hæres legitimus uoluerit vendicare hæreditatem, cenſetur declarare, quod uolit eſſe hæres.*

49 *Ius quærendum facilius tollitur, quam ius quæſitum.*

50 *Verbum, Volo, importat arbitrium regulatũ, quando quid remittitur arbitrio alterius ex contrahentibus.*

Et ſi remittens ſe voluntati alterius tractat de damno vitando.nu.51.

Et quando importut liberum arbitrium, intelligitur, dummodo dolus abſit.nu.52.

53 *Dolus & fraus iu quocumque libero mandato ſeu generali commiſſione cenſetur exceptu.*

54 *Actus geſtus à grauiter infirmo, præſumitur fraudulẽtus.*

55 *Repetitioni locus eſt reſpectu eorum, quæ ponuntur iu vnica oratione, quæ totu regitur ab vnico verbo, licet ceſſet, quando ponuntur in pluribus ſeparatis perfectis orationibus.*

56 *Fructus bonorum extradotalium vxoris, exſtantes tempore mortis viri, reſtitui debent vxori per hæredes viri.*

Amplia tam in fructibus naturalibus quam induſtrialibus.nu.57.

Item reſtitui debent fructus, qui erant pendentes tempore mortis viri, & fuerunt poſteu percepti per ipſius hæredes.num.58.

Et induſtriales conſumati contru voluntatem vxoris, quia reſtituitur eorum precium.nu.61.

Idem ſi ſumus iu dubio, quia præſumuntur conſumpti contra voluntutem vxoris.nu.62.

Et etium quando fuerunt conſumpti de voluutate vxoris in vſus viri tantum, & ex eis vir ſuit factus locupletior. nume.66

Item ſi fuerunt conſumpti pro alimentis familiæ vxoris & viri.num.68.

Intellige tamen, quando in promiſcuos vſus fuerunt conuerſi contra voluntatem vxoris, ſed ſi de eius voluutate conſtat, alij tenent contrarium. nu.70.

59 *Fructus bonorum extradotalium vxoris non reſtituuntur vxori per hæredes viri, ſi erunt nuturales nou magni valoris, & conſumpti ante mortem viri, ſecus ſi erant magni momenti.*

Nec quudo fuerunt conſumpti de voluntate vxoris in promiſcuos vſus viri & vxoris. nu.65.

Neque reſtituuntur, quando mulier nupſit ſiue dote, quia tunc fructus bonorum paruphernalium cedunt lucro viri.num.71.

60 *Fructus naturules qui ſint, & qui induſtriales remiſſiue.*

Fructus

62 *Fructus bonorum extradotaliũ mulieris in dubio conſumpti præſumuntur contra ipſius voluntatem.*
Niſi hæredes viri contrarium probent. nu. 64.
Intellige in fructibus bonorum acquiſitorum vxori poſt cõtractum matrimonium, ſed in fructibus bonorum paraphernalium videtur dubium. nu. 63.
67 *Maritus tenetur alere vxorem de proprijs bonis vel dotalibus, niſi ſit poſitus in maxima neceſſitate.*
69 *Maritus, qui percepit fructus bonorum extradotalium vxoris, ex eis præſumitur factus locupletior.*
72 *Soluens, ſeu acquirens præſumitur ſoluere, & acquirere de proprijs pecunijs non alienis.*
Fallit exiſtentibus coniecturis in contrarium. numero 73.
74 *Mulier quidquid acquirit conſtante matrimonio, præſumitur acquirere de bonis viri.*
Amplia etiam in vidua infra annum luctus. numero 75.
Amplia etiam, quod ſi poſt annum luctus vidua cum filiys permanſit, de bonis filiorũ acquiſiuiſſe præſumitur. num. 76.
Fallit tamen, quando probatur mulierem aliunde pecunias conſequutam fuiſſe. nu. 77.
78 *Mater tenetur dotare filiam in ſubſidium, quando pater eſt inops, & filia aliter dotari non poteſt, aliàs ſecus.*
79 *Dotans aliquam mulierem, qui eam dotare non tenebatur præſumitur donaſſe dotem, nec eam repetere poteſt, cum ſequen.*
Amplia etiam in matre. nu. 80. cum ſeq.
Si tamen mater non adminiſtrat bona filij, aliàs dubitari poſſet, nunquid eſſet ſoluta animo repetendi. numero 84.
Item amplia in fratre dotante ſororem. nu. 82.
Et etiam in auia. nu. 83
81 *Extraneus pluribus modis accipitur, & quomodo accipiatur in materia dotationis.*
85 *Dos data à matre filiæ in diuiſione hæreditatis matris, cõfertur, ſeu in partem tangentem filiæ imputatur.*
86 *Liber priuati non facit fidem pro ſcribente.*
Fallit quando continet veriſimilia. nu. 87.
88 *Morientem falſum dicere non præſumitur.*
89 *Dicto defuncti bonæ opinionis & famæ maior fides adhibetur.*
90 *Mors addit fidem ſcripturæ defuncti, & habet vim iuramenti.*
91 *Hæres non poteſt venire contra factum defuncti.*
92 *Confeſſio auctoris nocet cuicumque ſucceſſori.*
93 *Expenſarum qualibet probatio ſufficit in caſu, in quo non ſolet confici ſcriptura, nec teſtes adhibentur, quando fiunt, & ſic eſt difficilis probationis.*

CONSILIVM XCII.

PLVRES exoriuntur dubitationes in cauſa vertente inter Magnificum & Excellentem Iuris vtriuſque Doctorem Dom. Gioiam de Dragnmanis hæredem hæredis Dom. Heliſabethæ de Beroardis olim eius vxoris ex vna, & Dominam Smiraldam de Beroardis filiam & hæredem Dom. Doralicis ex altera, omnes de Caſtilione Florentino.

Quarum prima eſt, nunquid hæres Dominę Doralicis cõſequi debeat omnia bona mobilia, & ſupellectilia, domus, ſtaria 8oo. frumenti, cados ſexaginta vini, & cados decem & octo olei, relicta in hæreditate Dom. Ioannis Baptiſtæ de Beroardis, ſtante quod Dominæ Heliſabeth, & Smiralda in inſtrumento diuiſionis bonorum Domini Ioannis Baptiſtæ eorum patris dictæ Dominæ Doralici conceſſerunt illã quãtitatem ſupellectilium domus frumẽti, vini, oleiq; quam ipſa Domina Doralices velit, & ipſa prædicta omnia velle declarauit, donec erat grauiter infirma & morti proxima. In qua difficultate videtur pro Domina Smiralda reſpondendum. Quoniam dictæ filiæ conceſſerunt Dominæ Doralici matri eam quantitatem dictarum rerum, quam ipſa velit. Et quia ipſa declarauit velle omnia ſupradicta, conuentio ſeruari dẽt, nec de immoderata declaratione opponi poteſt. Cum enim partes in hoc remiſerint ſe voluntati Dominæ Doralicis, ei liberum arbitrium, liberamq; poteſtatem eligendi, quid, & quantum vellet, conceſſiſſe
1 creditur, quoniam verbum † illud, Velit, liberum arbitrium liberamque voluntatem importat. l. cũ quædam, ff. de leg. 2. l. fideicommiſſa. §. quamquam. iũcta gl. in verb. arbitrium, ff. de leg. 3. Quæ plus dixit, quod habens arbitriũ aliquid faciendi ſeu declarãdi, prout vellet, poteſt æquum, iniquum, & iniquum, æquũ iudicare. Et quod verbum, Volo, liberam arbitrium importet, tenent Bar. in extrauaganti ad reprimendum in verb. Videbitur. nu. 3. Alex. conſi. 47. num. 14. lib. 1. Natt. in Clem. ſæpe. §. non ſic tamen. col. 10. in verb. verbum volo. & ibi Card. Zabarel. col. 2. de ver. ſignif. & alij adducti per Menoch. de arbit. iud. q. lib. 1. q. 7. num. 2. & conſ. 30. num. 11. lib. 1. & idem firmat
2 Rim. iun. conſ. 204. num. 110. lib. 2. † ideo non tenebatur Dom. Doralices dictum liberum arbitrium ſibi cõceſſum regulare aliqua ratione, ſeu iure, aut aliàs ſecundum arbitrium boni viri, vt habetur in dictis locis, & not. Cur. iun. conſ. 199. nu. 16. lib. 3. Gerard. Mazol. conſi. 120. n. 80. Si enim arbitrium moderare & regulare debuiſſet, illud nõ eſſet liberum, prout importat verbum, Velit, cum moderamen excludat abſolutum arbitrium ſecundum Natt. in d. clem. ſæpe. in 4. caſu princ. col. 61. de verbor. ſig. & poſt eum Crott. in conſ. 432. nu. 75. lib. 3.

Nec poteſt dici Dominæ Doralici fuiſſe cõceſſum vſum tantum dictarum rerũ non proprietatem, quoniam contrahentes eidem conceſſerunt illam quantitatem mobilium & ſupellectilium frumenti, olei, & vini, quã ipſa velit, nec dixerunt concedere illorum vſum tantũ, ideo eorum proprietas conceſſa dicitur,
3 nam quando † alicui conceditur, ſeu relinquitur aliqua res, niſi dicatur, quod cõceditur vſus rei, proprietas cõceſſa dicitur, quamuis (quod plus eſt) exprimeretur, quod res ad vſum ſeu vſumfructum concederetur, cũ verba illa non reſtrictiue, ſed cauſa demonſtrationis adiecta intelligantur, l. ſpecies, ff. de au. & arg. leg. l. donationes, §. ſpecies. vbi Bar. ff. de don. gl. Cin. & Bal. in l. ſi mulier, C. de iur. dot. Iaſ. in l. illud, nu. 3. & ſeq. C. de leg. Alex. conſil. 223. in fin. libro ſecundo. Ruin. conſ. 123. num. 8. lib. 2. Cur. iun. conſil. 38. nu. 3. lib. 1. Natt. conſi. 211. num. 17. lib. 1. Bero. conſilio 33. nume. 1. lib. 2. Soc. iun. conſil. 54. nume. 16. lib. quarto. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 9. tit. 2. num. 29.
4 † Et quamuis in eodem inſtrumento ex præcedentibus & ſubſequentibus appareat aliorum bonorum ſtabilium, mobilium, & ſe mouentium vſum & vſumfructum tantum dictæ Dominæ Doralici conceſſum fuiſſe, duraturum in eius vita tantũ, non eſt idem dicẽdum reſpectu mobilium & ſupellectiliũ domus, ac frumenti, vini, & olei, quorũ reſpectu de vſu nihil dicitur, licet enim præfatę mulieres multa conceſſerint matri in eius vita, non cenſetur facta repetitio conditionis & qualitatis appoſitæ in præcedentibus diſpoſitionibus, nam etſi in diſpoſitione illa, in qua mobilium, frumenti, & aliorum fit mentio, adſit dictio, itẽ, & copula, Et, quæ ſolent inducere repetitionem qualita-

5 liiatis & conditionis in præcedenti appoſitæ, † vt de
dictinne, Item, eſt textus in l. repetendis, & ibi not. ff.
6 de leg. Et † de copula, Et, habetur in l. Seiæ, §. Caio, ff.
de fund. inſtr. Nihilominus repetitio ceſſat, quando
7 † fit mutatio retum ſeu perſonarum, & ſic non eſt omnimoda identitas rerum, quæ relinquuntur, & perſonarum, à qua & quibus relinquuntur, ſecundum Bartol. conſil. 39. numer. t. & eſt de intentione Alber. in 2. par. ſtat. q. 70. num. 23. & ſeqq. Fuerunt quidem à dictis mulieribus conceſſa multa bona præfatæ Dominæ Doralici matri, donec viaerit, & demum diaerũt. Item conceſſerunt & c. de diuerſis tebus in ſepatatis & perfectis orationibus diſpoſuerunt, merito conditiones & qualitates in præcedentibus appoſitæ, repe-
8 titæ non cenſentur, † cum repetitio ceſſet, quãdo plura conceduntur, ſeu relinquuntur in diuerſis & ſeparatis orationibus etiã per dictiones repetitiuas. Bar. in d. l. in repetendis, col. 2. ver. Quandoque eſt identitas perſonarum. Alex. conſil. 47. nu. 2. in fi. & nu. 3. lib. 5. Ruin. conſ. 120. nu. 6. lib. 3. Capt. conſil. 70. num. 8. & ſeq. Corn. conſil. t 89. in fin. libr. 2. Rom. conſil. 503. in fin. cum alijs allegatis per Cephal. conſil. 528. nu. 43.
9 lib. 4. Quod magis procedit, † quando quælibet oratio eſt perfecta, & quælibet habet ſuum principale verbum, à quo regitur. Bar. in d. l. in repetendis. Alex. conſi. 96. in fi. lib. 7. Grat. conſ. 18. nu. 39. lib. 2. Aemil. conſil. 131. nu. 5. Burſat. conſil. t 89. nu. 7. & ſeqq. lib. 2. Cephal. conſi. 587. nu. 22. & conſi. 588. nu. 36. lib. 4. qui
10 poſt Rui. conſil. 176. col. 5. lib. 2. † id procedere dicit, quamuis eadem qualitas ſeu conditio omnibus relictis cõueniret, & hoc etiam ſenſit Gomeſ. in §. atque, num. t9. Inſti. de actio. dum dixit tunc repetitionem fieri, quando eſt neceſſaria, vel ſequens oratio eſt imperfecta, aliàs ſecus.

Re tamen melius conſiderata, contrarium de iure reſpondendum cenſeo, nempe declarationem, vt præmittitur, factam à Domina Doralice, non obeſſe, & mobilia, frumentum, & alia quæ velle declarauit, ad eius hæredem non pertinere.

Cõſtat enim Dominam Smiraldam, & Dominam Heliſabetham in inſtrumento diuiſionis conceſſiſſe multa bona ſtabilia & ſe mouentia Dominæ Doralici matri pro dote & cõtradore, libere, reſidui autẽ vltra quantitatem dotis & contradotis voluerunt ipſã eſſe vſufructuariam, donec viueret, & ſucceſſiue in eodem inſtrumento dixerunt. Item eidem earum matri conceſſerunt vſum & habitationem earum domus cũ omnibus illis maſſaritijs & ſupellectilibus cuiuſcunque generis, quas ipſa earum mater velit, & illã quantitatẽ grani, & vini in hæreditate paterna relictam, ac etiam olei de eo anno recolligẽdi, quam ipſa velit. Ex dictis verbis puto clare apparere dictorum mobiliũ, & ſupellectilium vſum tantum fuiſſe conceſſum, non
11 eorum proprietatem. Conceſſerunt quidem † vſum & habitationem domus, per quæ verba non cenſetur conceſſa proprietas, ſed vſus & habitatio, ſecundum Barto. in l. donationes, §. ſpecies, ff. de dona. Alexand. conſi. 223. in fi. lib. 2. Cur. iun. conſi. 38. nu. 3. lib. 1. & ſicut domus, vſus, & habitatio tantum fuit conceſſus,
12 † idem dicẽdum eſt de mobilibus & ſupellectilibus, cum dictum fuerit, conceſſerunt vſum & habitationẽ domus cum omnibus illis maſſaritijs & cet. quæ dictio, cum, maſſaritias & ſupellectilia acceſſorie ad
13 domũ in ſua diſpoſitione includit, nam † dictio, cum, copulare ſolet, l. 1. & 2. ff. de pecu. leg. Bar. in d. §. Caio, num. 4. Doctores in l. fin. C. de impub. & alijs ſubſtit. Ruin. conſil. t 14. nume. 4. libro 4. Pariſ. conſil. 1 t 1. numer. t7. lib. t. Sed non æque principaliter copulat, ſed acceſſorie, iuxta d. l. 1. & 2. de pecul. legat. & not. Purpurat. conſi. 85. nu. 28. lib. 1. conſi. 547. num. t5. libr. 2. Crott. conſi. 400. nu. 28. & ſeq. lib. 3. Cor. conſ. 38. col. 2. ver. & confert. lib. t. conſil. 78. nu. 2. libr. 2. Natt. conſilio 573. lib. 3. nu. 14. Tob. Noni. conſil. 40. numer. 5. Icci rco ſicut vſum & habitationẽ tãtum domus principaliter in diſpoſitione poſitæ conceſſerunt, ſimiliter ſolus vſus maſſaritiarum & ſupellectilium acceſſorie ad domum in diſpoſitione poſitarum cõceſſus in-
14 telligitur, † quia acceſſorium ſequitur naturã princi-
15 palis, c. acceſſorium, de regul. iur. in 6. & non † poteſt continere quid maius ſuo principali, l. cum auum, §. fi. ff. de aur. & arg. leg. §. ſi tamen. Inſt. de rer. diuiſ. Tib. Decia. conſi. 45. num. 3. libr. 2. & in conceſſione dictorum ſupellectilium intelligitur facta repetitio vſus, cuius in principio dictæ orationis reſpectu domus fiebat mentio, quod etiam oſtendit Bar. in d. §. Caio, nu.
16 4. dum dixit dictionem, cum, copulare acceſſorie, † & ideo ſi quis dixerit, Titio, ſi nauis ex Aſia venerit cum Seio, lego centũ, videtur legaſſe Seio cum eadem cõdi-
17 tione qua Titio, qui eſt principalis in oratione. † Immo quãdo vna diſpoſitio venit vt acceſſoria alterius, mutat ſuam naturam, & regulatur iuxta metam principalis diſpoſitionis. Crot. conſ. 6 t. num. 28. lib. t. Præſertim vbi additio venit, vt hic, quo caſu ea omnia,
18 † quæ dicuntur in eo, ad quod additio fit, repetita cẽſentur in eo, quod additum eſt, l. inter ſocerum, §. cum inter, ff. de pact. dotal. l. etiam C. de iur. dot. l. etiam, ff. de leg. t. Albert. in t. part. ſtat. quæſt. 70. nume. 23. Senat. Pedem. deciſ. 147. nu. 18.

Et quod dictum eſt de ſupellectilibus & maſſaritijs, videtur ẽt dicendum de frumento & vino, relicto in hæreditate Domini Ioannis Baptiſtæ patris, quoniam in eadem oratione dicitur. Item conceſſerunt vſum domus cum omnibus illis maſſaritijs & c. & il-
19 lam quantitatem grani vini & c. † Et qualitas adiecta in vna re ex pluribus copulatis in eadem oratione, ad omnes alias porrigitur. Bar. in d. §. Caio, nu. t. Dec. conſil. 92. num. 2. Rim. iun. conſ. 59. num. 50. lib. 1. Ea ratione ſecundum Dec. in d. conſi. 92. Pariſ. conſil. 18. num. 25. & ſeq. lib. 2. poſt Bar. in l. ſi ita ſtipulatus, §. Chriſogonus, col. 3. ff. de verb. obl. quia cum in vna oratione includantur, debent pariformiter determinari. Idque magis hic procedit, cũ tota oratio reſpectu domus, ſupellectilium, frumenti, & aliorum prędictorum regatur ab vnico verbo, cum dictum ſit. Item conceſſerunt vſum & habitationem domus cum omnibus illis ſupellectilibus &c. & illam quantitatem frumenti vini, & cet. Et ſic oratio reſpectu frumenti & vini tantum eſt imperfecta, & quando eſt identitas perſonarum, à qua & cui relinquitur, licet adſit diuer-
20 ſitas rerum, † repetitio qualitatis, & conditionis in vna ex præcedentibus rebus expreſſa, fieri ſolet in ſequentibus appoſitis in ſequenti diſpoſitione imperfecta, quæ regitur ab eodem verbo, quo regitur præcedens diſpoſitio, vt dixit Bart. in d. l. in repetendis. colum. 2. ver. Quandoque eſt identitas perſonarum, qui ponit exemplum, quando dicitur: Titio lego fundum ſub conditione, Item eidem domum. Secus ſi diceretur. Item eidem lego domum, & idem firmat Cephal.
21 conſi. 527. num. 22. & conſil. 528. nume. 44 libr. 4. † & quamuis Bar. in d. l. in repetendis. exemplificet, quando eſt adiecta dictio, Item, idem eſt dicendum, qñ adeſt copula, &, quæ in omnibus repetitionẽ operatur, ſicut dictio, Item, quãdo plures res copulantur in eadem oratione. Bar. in d. §. Caio, num. 1. & 2. late Bero. conſilio 185. numero 9. lib. 1. Pariſ. conſil. 18. num. 23. & ſeqq. lib. 2. Gerard. Mazol. conſil. 1. numer. 23. Nec eſt inconueniens, quod quis habeat vſumfructum tantum etiam frumenti, vini, & aliorum, quæ vſu conſu-
mun-

22 mantur,† quia etiam in illis vſusfructus cõſtituitur,
& per vſumfructuarium recipiuntur æſtimata cũ cau
tione de reddenda bonorum æſtimatione finito vſu-
fructu, iuxta notata in l.1. C. de vſufruct. & per Rol. à
Vall. conſ. 92. num. 6. & ſeq. & melius, nu. 53. lib. 1.
Et vltra præmiſſa dicitur, eo magis repetitionem
prædictam faciendam eſſe etiam reſpectu ſupellecti-
lium frumenti, & vini, cum ex alijs contentis in inſtru
mento diuiſionis videatur elici ita fuiſſe de intentio-
23 ne dictarum mulierum,† & quando de mente diſpo-
nentis appareret etiam præſumptiue, fit repetitio qua-
litatis & conditionis etiam in caſu, in quo aliàs non
fieret, l. Iulius Paulus, & l. cum ſeruus, ff. de cond. & de
monſtr. Alber. in 1. part. ſtat. q. 70. nume. 57. Alexand.
conſil. 47. num. 3. lib. 5. Natt. conſil. 476. num. 1. lib. 2.
Rim. iun. conſilio 112. numero 48. libr. 2. De præſum-
pta mente conſtat, dum illæ mulieres prius dederũt,
conceſſerunt, & conſignauerunt Dominæ Doralici,
matri quædam bona ſtabilia & ſe mouentia, & decla
rauerunt, quod illa pro quantitate dotis & contrado
tis eſſent libera & expedita dictæ earũ matris, & pro
reſiduo ipſa eſſet vſufructuaria, dum viueret, & demũ
ſubſequenter multa alia eidem matri conceſſerunt, &
ſemper in principio cuiuslibet orationis de vſu men-
tionem fecerunt, ex quibus elicitur vltra quantitatẽ
dotis & contradotis nihil fuiſſe conceſſum, quod eſ-
ſet liberum matris, ſed conceſſionem illorum vſum &
vſumfructum tantum continere. Nam ſi ſupellectilia,
frumentum, & alia concedere eidem voluiſſent, vt e-
ius eſſent libera, expreſſiſſent, ſicut ſupra fecerunt pro
quantitate dotis, & contradotis, quod cum non fece-
rint, oſtenditur aliter ſenſiſſe, vt in ſimili probat text.
in l. vni. §. ſin autem ad deficientis, in fin. C. de caduc.
toll. & in capit. inter corporalia. poſt medium, verſic.
Vnde ſi circa translationem. de translat. epiſco. Quę
coniectura etiam adiuuatur, conſiderando diuerſum
modum loquendi, quo mulieres illæ in conceſſioni-
bus factis matri vſæ fuerunt, nam quando eidem con
ceſſerunt bona ſtabilia & ſe mouentia, quorum pars
pro dote & contradote libere, alia pars pro vſufru-
ctu tantum concedebatur, dixerunt. Dederunt, con-
ceſſerunt, & conſignauerunt, & ſic vſæ fuerunt etiam
24 verbo,† Dederunt, quod importat translationem do
minij, l. vbi autem, in fi. & ibi omnes, ff. de verb. oblig.
25 & verbo, ceſſerunt,† quod iuris tranſlationem ope-
ratur, gl. in l. fi. ff. de donat. Imo. in cap. paſtoralis, nu.
2. de donat. At quando vſum aliorum bonorum con-
ceſſerunt in alijs ſubſequentibus orationibus, & etiã
ſı in ea, in qua ſupellectilium frumenti & aliorum fit
mentio, ſemper vſæ fuerunt ſolo verbo, conceſſerunt,
26 quod verbum † licet intelligatur, & interpretetur ſe-
cundum naturam contractus, cui adijcitur. Gloſ. in c.
1. de vſur. in 6. Bero. conſil. 188. num. 8. & ſeq. libro 1.
27 & ſit aptum † aliquando importare tranſlationem
dominij, maxime ratione adiuncti. Bero. in allegato
loco. Fel. in c. cum venerabilis. num. 2. & ſeqq. de exce.
Imo. in d. c. paſtoralis, nu. 2. Alex. cõſi. 7. nu. 14. li. 7. qui
28 dicit verbum, concedo,† eſſe aptum importare vnam
quamque conceſſionem, ſiue quoad tranſlationem do
minij, ſiue quoad vſum, nihilominus de ſui natura &
29 ipſius propria ſignificatione, † non videtur importa
re translationem iuris, ſeu dñij, vt poſt gloſ. in d. l. fin.
ff. de dona. dixit Imo. in d. c. paſtoralis, num. 2. & poſt
eum Afflict. deciſ. 305. nu. 3. Sed tantum videtur ap-
tum ad importandum translationem ſimplicis vſus,
30 ſecundum Rom. in d. l. fi. num. 4. & quando † adiungi
tur actui indifferenti, qui poſſit aliud importare, quã
tranſlationem totius iuris, tunc importat illud ſpe-
ciale tm̃, & non omne ius, vt per text. in d. c. paſtora-
lis, dixit Fel. in d. c. cum venerabilis, nu. 4. Erit igitur
dicendum repetitionem verbi, vſus, in omnibus præ-
dictis eſſe faciendam, quod & ſi eſſet dubium, fateri
oportet. Cum enim interpretatio ſit ſequenda con-
tra eum, in cuius fauorem promiſſio ſeu diſpoſitio fa-
cta fuit, iuxta l. veteribus, cum ibi notatis, ff. de pact.
31 In dubio ſumitur interpretatio, vt † ſit locus repeti-
tioni, quando ea eſt magis vtilis promittenti. vt dixit
in ſimili Bero. conſi. 185. num. 9. in fin. lib. 1. Et etiam
32 quia in dubio illud † quod minus eſt, cenſetur conceſ
ſum, iuxta l. apud Iulianum, §. Seio, ff. de lega. 1. l. ſi ita
ſcriptum, §. fin. ff. de leg. 2. l. nummis. ff. de leg. 3. Corn.
conſi. 38. num. 1. lib. 1. Dec. in l. ſemper in obſcuris. nu.
33 2. ver. Habet, ff. de reg. iur. & verba ſtipulationis in du
bio interpretantur, vt minus obligent. Ang. conſi. 67.
prope finem. Dec. conſi. 453. nu. 8. Cum igitur repeti-
34 tioni locus ſit, & virtus repetitionis † operetur, ac ſi
nominatim & ſpecifice eſſet diſpoſitum, quod vſus
tantum ſupellectilium, frumenti, & aliorum concede
retur. Oldrad. conſi. 135. col. 2. ver. Nec obſtat, Crau.
conſ. 135. nu. 17. lib. 1. Menoch. conſ. 154. nu. 61. lib. 2.
Huiuſmodi vſus & vſusfructus morte Dominæ Dora
licia extinctus remanet, nec ad eius hæredem ius ali
quod deſuper tranſlatum fuit, §. finitum, Inſtit. de vſu
fruct. l. defuncta, ff. eo. tit. cum ſimil.
Quatenus vero iſte intellectus, quod prædictorum
vſus & vſusfructus tantum intelligatur conceſſus, nõ
reciperetur, dicitur, quod ſi partes ſenſiſſent, vt Do-
mina Doralices conſequeretur libere illam quantita
tem frumenti, vini, & olei, quam ipſa vellet, intellige-
retur facta conceſſio eius quantitatis tantum, qua ip-
ſa indigeret pro victu & alimentis à mẽſe Februarij,
de quo fuit facta diuiſio cum cõceſſione prædicta vſ-
que ad tempus recollectæ, quoniam conceſſerunt di-
ctæ mulieres Dominæ Doralici multa bona ſtabilia,
ex quibus non poterat per aliquos menſes fructus ali
quos conſequi, ideo interim eidem de alimẽtis neceſ-
35 ſariis prouidere voluerunt, cum † conceſſio in dubio
interpretari debeat, vt trahatur ad cauſam magis ne
ceſſariam, l. 1. §. quid ergo, ff. de vent. inſpic. l. quod La
beo, ff. de Carbon edict. & ſic ad cauſam alimẽtorum
velut magis neceſſariam, vt per dicta iura. & not. per
Bald. conſi. 35. col. 2. lib. 2. dixit Crauet. conſ. 25. num.
29. lib. 1. Non enim intellexerunt dictæ mulieres con
cedere matri totum frumentum, vinum, & oleum, ſeu
maiorem partem, prout ipſa declarauit velle, quod
etiam ſatis oſtenditur, dum in eodem inſtrumento in
ferius conuenerunt, vt frumentum, quod erat in fo-
ueis Villæ Nocetæ, & Villæ Brolij, & pretium frumen
ti vẽditi, deberet æqualiter diuidi inter dictas Smiral
dam, & Heliſabetham, ſolutis prius de pretio frumẽ-
ti venditi debitis, ad quem effectum pecunias in ma-
nibus Dominæ Doralicis poni voluerunt, quæ conuẽ-
tio oſtendit, Vel quod paruam quantitatem pro ali-
36 mentis tantum eligere poſſet, † ne ſequens conuẽtio
remaneret fruſtatoria, & ſine effectu aliquid operan-
di, contra. c. ſi Papa, de priuil. not. in l. 1. ff. quod met.
cauſ. Cald. conſi. 6. in fin. in titu. qui fil. ſint legit. Bald.
in rubr. C. de contrah. empt. q. 9. & late per Crau. con
37 ſil. 294. nu. 3. li. 2. & vt † contrarietas in eadem diſpo
ſitione euitetur. arg. §. quibus, prim. conſtit. C. l. preci-
pimus, in fi. C. de app. Iaſ. conſi. 18. nu. 10. lib. 1. conſil.
273. nu. 10. lib. 2. Vel ſi poſſet generaliter intelligi, vt
quamcumque quantitatem etiam vltra alimenta ac-
cipere poſſet, non intelligeretur de frumento, quod
erat in dictis foueis, ſeu fuerat venditum, cuius reſpe
ctu fuit facta particularis diuiſio, vt inter dictas Smi-
raldam & Heliſabetham æqualiter diuideretur, & ex
pretio frumenti venditi debita ſoluerentur, ſed intel-
ligi

ligi deberet dicta conceſſio reſpectu alterius frumen
38 ti, exiſtentis in domo vel alijs locis, cum † generalis
diſpoſitio non contrahatur ad ea, de quibos eſt facta
ſpecialis prouiſio.Iaſ.in l.3.nu.3.verſ.Mihi placet,C.
de leg.Crauet.conſ.144.num.11.& ſeqq.lib.1.Simon
de Pret.qui alios adducit de interpret.vlt.volun.lib.
4.interpret.vlt.dubit.vlt.in 4.inſpec.nu.13.folio 474.
Et quod partium intentio fuerit,quod mater accipe-
ret illam quantitatem frumenti,exiſtentis in domo,
& vini,& olei pro alimentis vſque ad recollectam, &
reſiduum eſſet eius filiarum liberum,ſatis oſtenditur
ex obſeruãtia ſubſecuta,quoniam mater accepit cer-
tam quantitatem, & reſiduum eius filiæ vendiderũt,
ſciente, & non contradicente Domina Doralice ma-
39 tre.† Actus enim ſubſequentes declarant volũtatem
præcedentem,l.ſed Iulianus,§.ſed proinde, ff.ad Ma-
cedo.Bartol.in l.cetera,§.primo, ff.de leg.1.cap. cum
veniſſet.vbi Anton.de Butr.& Imo.de inſtitut.Natta
conſ.406.nu.28.lib.2. Corne.conſil.188.col.vlt.lib.4.
40 & latiſſime Franc. Becc.conſ.101. num.49.†& ille in-
tellectus ſumendus eſt, quem rerum exitus & obſer-
uantia partium demonſtrat.Iaſ.conſ.128.nu.7.lib.1.
Crauet.conſ.201.num.11 in fi.lib.2.Tiber. Dec conſ.
87.num.21.lib.2.Menoch conſ.35.num.23.lib.1. Di-
ſpoſitioniſque ambiguæ nulla ſolet eſſe maior decla-
ratio,quam ea quę ſumitur ex facto poſtea ſubſecuto.
Bart.conſ.59.num.3.Mand.de Alba conſ.64.nu.31.&
conſ.74.num.8. Quod maxime procedit,ſtante quod
Domina Doralices accepit partem dictorum fructũ,
reſiduum vero filiæ vendiderunt ipſa ſciente,quæ per
41 annos quinque nihil vnquam dixit.Scientia enim†&
patientia eius qui ſcit & patitur ita obſeruari maxi-
me longo tempore,declarationem tacite præcedẽtis
volũtatis inducit, iuxta l.qui in aliena, §.ſed ſi non a-
dierit,ff.de acq hæred.l.ſi filius, C.de pet.hære. l.cum
poſt,ff.de iur.dot. Rom.conſ.271.ver.Tertio. Paul.de
Caſtr.conſ.347.in fi.lib.1.Crau.conſ.273.col.fin.ver.
Poſtremo.lib.2 Franc.Bec.conſ.6.nu.15.

Vlterius ſi Dominę Doralici ius competijſſet acci-
piendi omnem quantitatem grani,vini,& olei,quam
voluiſſet, & etiam totum, nihilominus quia præſup-
ponitur frumentũ & alia prædicta fuiſſe vendita per
dictas D.Smiraldã & Heliſabethã,ac earũ viros,ſcien
te,præſente,& non contradicente Dña Doralice ma
tre,præſumitur matrem venditioni conſenſiſſe,& iu-
42 ri,quod deſuper habuiſſet, renunciaſſe, † licet enim
ſciens & tacens non videatur conſentire in his, quæ
ſibi ſunt pręiudicialia,l.qui cras,§.vetari,ff.de fur.In-
noc.in c.in geneſi.de electio.Crot.conſ.187. num.15.
lib.2.Id procedit,quando actus geritur per perſonas
extraneas,& tacenti non coniunctas,& tacens nõ po
tuit actum impedire, l.Caius,ff.de pign.actio.Bar.in
l.quæ dotis.nu.22.ver.Aut erat,ff.ſolu.matr. Iaſ.con-
43 ſil.3.num.10.ver.Vel aliter.lib.1.†Sed quando tacens
potuiſſet actum impedire contradicendo,ex tacitur-
nitate inducitur conſenſus,quando de iure reali agi-
tur.Bart.in d.l.quæ dotis.num.23. & ibi Iaſ. num.88.
glo.in c.is qui tacet.de regu. iur.in 6.Menoch. conſil.
304.nu.30.lib 4.Tiraquel.de retractu Lignagier.§.9.
glo.3.num.16.Vel ſi ex contradictione actus non po-
tuiſſet per tacentem impediri,quo caſu conſenſus nõ
44 præſumitur regulariter,†nihilominus ſi inter coniũ-
ctos ageretur ratione coniunctionis, etiã eo caſu con
ſenſus ex taciturnitate reſultaret,l.ſi ſeruus,ff.de do-
nat.inter vir.& vxor.Barto.in d.l.quæ dotis, num.22.
verſ.Fallit.Crot.conſil.187.nu.15.lib.2. & poſt Iaſ.&
45 Rip. Menoch.conſ.304.nu.30.lib.4.† Quod maxime
procedit quñ ſciens,& tacens patitur rem ſuam alteri
tradi, & ſic quando cum ſcientia & patiẽtia concur-
rit etiam rei traditio, vt declarat Iaſ. conſil.3.num.
11.lib.1. Sed in caſu de quo agitur, ſi Domina Dora-
lices ius in frumento habuiſſet potuiſſet, declarando
ſuam voluntatem impedire illius venditionem, ideo
eius cõſenſus ex hac taciturnitate probatur maxime
in fauorem filiarum ob maximam coniunctionẽ,quæ
erat inter eas,& quia non ſolum tacuit tempore ven-
46 ditionis, ſed per quinquennium poſtea,†hęc diutur-
na patientia idem operatur,quod conſenſus.Alex.in
l.2.§.voluntatem.in prin.ver.Hoc tamen limita.ff.ſo-
lut.matrim.Dec.conſ.409.num.6. Cephal. conſ.314.
num.41.& conſ.315. num.29. vbi de quinquennio lo-
quitur.lib.3 Et conſequenter ex hac taciturnitate &
conſenſu ex ea reſultante ſibi in prætenſo iure præiu-
dicauit,prout habetur in dictis locis,& probant Cra
uet.conſil.425. num.57.lib.4. Grat.conſ.94. num.21.
libro 1.pro qua concluſione bene facit,quod poſt Tã-
cred.dixerunt Archid.& Prępoſit.in cap.ſi ſeruus,34.
47 diſtinct.† quod ſi aliquis haberet ius in beneficio, &
eo præſente & tacente dicti beneficii alteri fieret col-
latio dicta collatio eſt valida, & ille præſens, qui ius
habebat, videtur ſuo iuri renũciaſſe, in tantum quod
ad illud nullus ei datur regreſſus,& Tancred. opinio
nem ſequuntur Imo.Bened.Pariſ.& alij communiter
vt teſtatur Rimin.iun.conſ.244.num.240.& ſeq.libro
3.Corroborãtur prædicta ex eo,quod ſi Domina Do-
ralices habebat facultatẽ accipiendi illam quantita
tem frumenti, quam ipſa vellet, cum ante illius ven-
ditionem nõ declarauerit velle illud frumentum, qđ
fuit vẽditum, videtur declaraſſe illud nolle,cum ſciẽs
illud vendi tacuerit,ſicut in ſimili dicitur,quod ſi ex-
48 traneus†hæres inſtituitur,ſi legitimus hæres nolit vẽ
dicare hęreditatem,iuxta terminos l.ſi quis ita hęres
inſtituatur ſi legitimus,ff.de hæred.inſti.Si legitimus
conſentit,ſeu patitur hęreditatem transferri in inſti-
tutum,dicitur apparere,quod nolit eſſe hęres,vt dixe
runt Dec.in l.non vult eſſe hæres, nu.1. ff.de regu.iur.
Soc.iun.conſ.53.num.3.libro 3. Præſumitur igitur ex
prædictis Dominam Doralicem ex ſciẽtia & taciturn-
nitate in iure, ſi quod habuiſſet in dicto frumento,
ſibi præiudicaſſe, quod fortius admittitur hic, quia
non agebatur tunc de iure quæſito, in quib. terminis
etiam procedũt ſupra adducta, ſed agebatur de iure
quærendo, cum non fuerit ſibi conceſſa certa quanti-
tas frumenti,ſed illa quãtitas quam ipſa vellet,& an-
tequam declararet,an frumentum,& quam quantita
49 tem vellet, agebatur de iure quærendo, † quod faci-
lius tollitur quam ius quæſitum, iuxta plene notata
in l.non amplius.in princ. ff.de leg.1. & in l.filius.& l.
ſeruus.C.de pact.prout declarant Balb.de præſcript.
in 2.par.3.par.prin.quæſt.13.nu.9.& ſeqq.Rol.à Val.
conſ.21.nu.54.& ſeqq. vſque ad finem lib.2.

Nec obſtant ea,quę in contrarium adducta fuerũt,
Et primum, quod Domina Doralices haberet liberã
facultatem conſequendi eam frumenti quãtitatem,
quam vellet,prout Verbum, Vellet,importat: Tolli-
tur ex iam dictis, dum oſtẽſum fuit vſum & vſumfru-
ctum tantum fuiſſe conceſſum, ſeu conceſſionem re-
ſtringi ad eam quantitatem, qua ipſa indigeret pro
alimentis, & in oẽm euentum iuri ſuo renunciaſſe ex
ſcĩa alienationis eiuſdem frumenti, & taciturnitate.
50 Preterea dicitur † verbum, Volo, non importare
liberum arbitrium,quñ,vt hic,quid remittitur volũta-
ti alterius ex contrahentib.quia tunc arbitrium iure
& ratione regulatum eſſe debet.glo.Bar.& Doctores
in l.penul.ff.de arbit.Innoc.in cap.veniens.& c.ſane.
de renunc.Iaſ.in l.ſi ſic legatum.num.30. ff.de lega.1.
Menoch.de arbit.iud.quæſt.lib.1.q.7. num.6. præſer-
51 tim quando† remittens ſe voluntati alterius tractat

de damno vitando, pront mulieres illas tractaſſe con
ſtat, Bar. & Imo. in l. ſi. ff. de prætor. ſtipul. Alex. in l. cẽ
teſimis, §. ita ſtipulatus, num. 9. in fin. ff. de verb. obli.
Afflict. dec. 91. num. 5. Soc. Aret. & alij relati per Pet.
52 Gerard. ſing. 6. † Vlterius etiam, quando verbum,
Volo, importat liberum arbitrium, nec regulatum à
regulis iuris ſemper intelligitur, dummodo dolus
abſit, l. creditor, §. Lucius Titius, ff. mand. Bart. in l. fi-
deicommiſſa, §. ſic, nu. 5. ff. de leg. 3. Bero. conſ. 167. nu-
53 mero 2. lib. 3. † nam quodcumque liberum mandatũ
ſeu generalis commiſſio ſemper habet exceptuatum
dolum & fraudem, l. creditor, §. Lucius. & ibi Bart. &
alij, ff. mand. Pariſ. conſ. 96. nu. 26. lib. 3. Sed D. Dora-
lices doloſe & frauduleter declarauit velle oĩa ſupel
lectilia domus, & fere totum frumentũ, vinũ, & oleũ,
ideo ſtante dolo & fraude non nocet. De dolo & frau-
de conſtat, quia ſupellectilia domus concedebantur
pro eius vſu vna cũ domo, frumẽti, vini, & olei habuit
à principio certã quantitatem, & reſiduum fuit ven-
ditũ ipſa ſciente & patiente, & per annos quinque ta
cuit, nec aliquid velle declarauit, niſi per tres dies an
te mortẽ, tpe, quo erat grauiter infirma, & morti pro-
xima, quæ declaratio ſatis fraudulenta & doloſa de-
tegitur, non ſolum ea eo, quod declarauit velle fere,
omnia, ſed ẽt tempore declarationis erat taliter infir
54 ma, vt illis rebus amplius nõ indigeret. † Et actus ge
ſtus à grauiter infirmo, ſatis fraudulentus probatur,
licet tempore ſanitatis libere geri potuiſſet. text. eſt
in c. ſi. de renunc. in 6. & firmant Bart. & alij omnes
in l. filiæ meæ, ff. ſolut. matr. late Menoch. conſil. 226.
nu. 15. & ſeqq. multis. nu. 70. & ſeqq. lib. 3.

Minus nocent alia, quoniam ex adductis ſupra ſa
tis remota apparent, maxime quia nos non dicimus
repetitionem eorum, quæ ſunt in præcedentibus ora-
tionibus perfectis, fieri in illa oratione incipiẽte. Itẽ
conceſſerunt vſum & habitationem domus, in quib.
55 terminis poſſent procedere contraria, † ſed dicimus,
verbum illud, Vſum, & c. poſitum in principio dictæ
orationis. Item conceſſerunt vſum & habitationẽ do
mus, & c. repetitum cenſeri in omnibus in eadem ora
sione poſitis, quæ reguntur ab illo vnico verbo, Con-
ceſſerunt; Et reſpectu eorum, quæ ponuntur in vni-
ca oratione, quæ tota regitur ab vnico verbo, repeti-
tioni locum eſſe, licet aliud dicendum eſſet, ſi ponerẽ
tur in pluribus perfectis & ſeparatis orationibus, vt
dixerunt Bar. in d. §. Caio, in d. l. in repetendis. Ceph.
conſ. 528. num. 43. & ſeq. lib. 4. Dec. Pariſ. Bero. et alij
omnes ſupra pro hac parte allegati. Præterea ſi repe
titioni locus non eſſet, alia ſuperius adducta ſuffici-
unt ad excludendum hæredem Dom. Doralicis, ne
conſequatur ea, quæ ipſa velle declarauit.

Secunda dubitatio in eo conſiſtit, an hæredes Do-
mini Ioannis Baptiſtæ teneantur reſtituere hæredi
Dom. Doralicis fructus perceptos per dictum D. Io.
Baptiſtam de bonis non dotalibus præfatæ Dominæ
Doralicis ſuæ vxoris. In qua concluſiue procedendo,
quia factum clare non proponitur, facio infra ſcri-
ptas concluſiones.

56 Primam † quod ſi fructus extabant tempore mor
tis D. Ioannis Baptiſtæ, illi indiſtinctè erant reſtituẽ
di, ſiue eſſẽt percepti de bonis paraphernalibus, ſiue
alijs non dotalibus, l. ſi ſtipulata, ff. de dona. inter vir.
& vxor. Bar. in l. penu. ff. ad leg. Falci. & ibi alij. Ang.
et Salic. in l. ſi. C. de pact. conuent. Alex. conſ. 63. nu.
5. et 7. lib. 2. Ruin. conſil. 162. num. 25. in fi. lib. 3. Pan-
cirol. conſi. 76. nu. 1. Menoch. de præſumpt. par. 1. lib.
3. præſum. 9. nu. 6. Soc. ſen. conſil. 82. nu. 9. et 15. lib. 4.
qui dicit in hoc omnes concordare. Campeg. in tra-
ctat. de dot. par. 1. q. 7. in fi. & q. 9. vbi de communi te-
57 ſtatur. Crauet. conſ. 193. num. 15. lib. 1. † Quæ procedit
tam in fructibus induſtrialibus quam naturalib. Soc.
d. conſ. 82. nu. 8. Et ſicut reſtitui debent fructus perce-
pti ante mortem viri, ſed tempore eius mortis exſtan
58 tes, † multo magis reſtitui debẽt illi, qui eo tempore
erant pendentes, vel poſt mortem per hæredes viri
percepti ſunt. Natta conſ. 75. in fi. lib. 1.

Secundam facio concluſionem, quod ſi fructus fue
runt conſumpti ante mortem viri, ſi illi erant natura
59 les, † reſtitui non debent, quando non ſunt magni va-
loris. Bar. conſ. 125. & in d. l. penul. Soc. ſen. d. conſ. 82.
num. 8. in fi. & numero 24. Campeg. d. quæſtio. 7. & 9.
Sed ſi ſunt magni momenti, reſtituendi ſunt. Bart. in
d. l. penul. Soc. in allegato loco, quam diſtinctionem
communiter approbari dicit Campeg. in d. quæſt. 9.
60 Qui † autem fructus ſint naturales, & qui induſtria-
les habetur per Bar. & alios in d. l. pen. Guid. Pap. de-
ci. 468. nu. 2. in fi. Cor. conſ. 129. col. 1. lib. 4 Vrſil. in ad-
ditio. ad Afflict. in deciſ. 44. nu. 8. Menoch. de arbitr.
iud. quæſt. libro 2. cent. 3. caſu 210. per totum.

61 Tertia erit concluſio, † in fructibus induſtrialibus
conſumptis, qui ſi per virum conſumpti fuerunt con-
tra mulieris voluntatem, eorum pretium reſtitui dẽt.
textus eſt in l. de his, C. de dona. inter vir. & vxor. Bar
to. in d. l. penul. num. 3. Socin. d. conſ. 82. num. 9. verſi.
Aliquando, & ſecundo. Ruin. conſ. 162. num. 5. in fin.
lib. 3. Alex. d. conſ. 63. num. 7. Crauet. conſ. 193. nu. 15.
lib. 4. Bero. conſ. 44. num. 12. lib. 2. Pancirol. in d. con-
ſil. 76. num. 2. Menoch. in d. præſumpt. 9. num. 7. Quæ
concluſio communiter approbatur, vt teſtantur Dec.
conſ. 521. num. 4. ver. Sed dubium. Campeg. in allega.
62 quæſt. 9. † Quando autem non conſtat, an vir conſum
pſerit fructus cum voluntate, ſeu contra voluntatem
mulieris, in dubio præſumuntur cõſumpti contra vo-
lũtatem mulieris, & pretium reſtitui debet, vt multis
rationibus oſtendunt Alex. conſ. 42. col. 1. & ſeq. ver-
ſic. Si vero voluntas. lib. 1. & conſil. 63. num. 7. verſicu.
Aut voluntas. lib. 2. Ruin. d. conſ. 162. num. 26. Soc. in
alleg. conſ. 82. nu. 13. Natta conſ. 75. nu. 5. & ſeq. Cam
peg. d. q. 9. ver. Vnde ego. vſque in finem. Dec. in alle-
ga. conſ. 521. num. 4. Grat. conſ. 54. num. 42. & ſeqq. &
nu. 45. vbi de communi teſtatur lib. 1. & late Menoch.
in d. præſump. 9. nu. 19. cum ſeq. Vrſil. in addit. ad Af-
63 flict. in d. deciſ. 44. nu. 9. † Et in bonis acquiſitis mulie
ri poſt contractum matrimonium hæc cõcluſio, quod
diſſenſus mulieris in dubio præſumatur, videtur cla-
ra, licet in fructib. bonorum paraphernaliũ, quæ mu-
lier tempore contracti matrimonij ſecum defert, &
viri adminiſtrationi cõmittit, videatur dubium, num
quid conſenſus aut diſſenſus præſumatur, vt per Cra-
uet. conſ. 193. nu. 15. lib. 1.

Quartam conſtituo concluſionem, quod ſi fructus
fuerunt per maritum conſumpti de voluntate vxoris
64 † quę qualitas ab hęredibus viri probari debet. Nat.
d. conſ. 75. num. 5. Soc. d. conſ. 82. nu. 13. verſic. Præte-
65 rea. Vrſil. in d. deciſ. 44. num. 7. † repeti non poſſunt, l.
ſi. & ibi not. C. de pact. conuent. Bero. conſ. 139. in fin.
lib. 2. Si tamen in promiſcuos vſus mulieris & viri cõ
ſumpti ſunt. Bar. conſ. 125. & in d. l. pen. & ibi Angel.
& Io. de Imo. eum ſequuntur. Bal. in l. ſi viua matre, C.
de bon. mater. et in l. aſſiduis, C. qui pot. in pign. hab.
Campeg. in d. q. 7. et alij allegati à Soc. in d. conſ. 82.
num. 9. ver. Aliquando et tertio, et verſ. Secunda fuit
opinio. Pancirol. in d. conſil. 76. num. 3. cum ſeq. et alij
allegati per Menoch. in d. præſum. 9. numero decimo.
et 15. Quæ opinio magis recepta videtur, licet ab ea
diſſentiat poſt Caſtren. et alios Soc. in alleg. conſilio
82. numero 10. verſicu. Tertia fuit opinio. Fuiſſeque
in promiſcuos vſus conuerſos ab hęredibus viri pro-
bati

bari debet,ſecuódum Soc.in d.conſ.8 2.num.13. verſ.
66 Præterea.†Sed ſi in propriam viri vtilitatem fuerunt
conuerſi,eorum pretium repeti poteſt, quamuis mu-
lieris voluntas acceſſerit , ſi maritus ex eis factus eſt
locupletior,d.l.de his,C.de donat.inter vir.& vxor.l.
ſi.C.de pact.conuent.& ibi Doctores.Ang.& Imol.in
d.l.penul.Soc.in alleg.conſ.82.nu.9.in fin.& num.24.
Alea.d. conſ,63.num.7.Bero. conſ.44. num. 10. lib. 1.
Vrſil.in d.deciſ.44.nu.5. & ſeqq. Campeg.in d.quæſt.
7.in fi. Natta d.conſ.75.nom.5. Corn.conſ.129.num.
5.col.3.libro 4.Nec ſatis eſt dicere conſumptos fuiſſe
pro alimentis familiæ,vxoris,& viri,cum enim mari-
67 tus†teneretur vxorem de ſuis bonis,vel dotalib.ale-
re,nec ad id vxor teneretur de bonis non dotalib.iux
ta notata in l.ea annuo, ff.de donat.inter vir. & vxor.
Alex.Dec.& Campeg.in allegatis locis Niſi ſecundú
Soc.vbi ſupra.num.10. ver.Hoc tamen. maritus eſſet
68 poſitus in maxima neceſſitate, † ſi in talem vſum per
maritum fructus eſſent conſumpti, maritus tanti lo-
cupletior factus diceretur,& hæredes ad pretij reſti-
tutionem tenerentur,ſecundum Soc.in d.conſ.81.nu.
10.& num.24.verſ.Tertio concludo,& ſequitur Vrſil.
69 in d.deciſ.44.nu.8.†qui num.9.dicit in dubio præſu-
mi virum eſſe effectum locupletiorem pro quantita-
te valoris fructuum,niſi contrarium per virum ſeu e-
ius hæredes probetur, quod etiam placuit Soc.in di-
cto loco.num.8.in fin.& 24.& Alea.d.conſ.63.num.5.
Sed quod dictum eſt fructus conſumptos in promi-
70 ſcuos vſus familiæ reſtitui debere,†dubium eſt,quan
do maritus illos percepit de voluntate vxoris , cum
Bal.& alij,quos referunt Corn.d.conſ.129.col.1. ver.
Nam ſecundum eum.& ver.Idem etiam.& col.3.ver.
Reperio etiam.lib 4.& Soc.d.conſ.82.nu.9.ver.Secun
da fuit opinio.aliud concludant,credentes eo caſu re
ſtitui non debere,ſed fine dubio reſtituẽdi ſunt, quan
do in proprios vſus viri fuiſſent conuerſi in emptio-
nem bonorum.vel aliter in vtilitatem viri.

Iuxta prædictas concluſiones,verificato facto,eli-
ci poterit,numquid hæredes Domini Ioannis Bapti-
ſtæ teneantur reſtituere fructus bonorum mulieris ex
71 tra dotem,ſed illorum pretium , † quæ omnia proce-
dunt in muliere nupta cum dote,nam ſi indotata fuiſ
ſet,fructus bonorum paraphernalium mulieris lucro
mariti cederent, vt poſt Bal.conſ.276.in fi.lib.3.dixit
Crauet. conſil.193.in fin.lib.1.Menoch. in dicta præ-
ſumpt.9.num.21.

Tertio principaliter dubitatur,núquid ſcuta 200.
ſoluta per D. Doralicem poſt mortem viri pro parte
dotis Dominæ Heliſabethæ,eſſent hæreditatis præfa
ti Domini Ioannis Baptiſtæ, ſeu Dominæ Doralicis ,
& núquid Domina Smiralda hęres Dominæ Dorali-
cis illa repetere poſſit. Pro cuius reſolutione dicitur,
72 † quod licet ſoluens ſeu acquirens præſumatur ſol-
uere & acquirere de proprijs pecunijs non alienis , l.
& magis,ff.de ſol l.2.& ibi Bat.& Bal. C.pro ſoc.Ta-
73 mẽ præſumptio illa non procedit†ſtantibus alijs cõ-
iecturis in contrarium,vt poſt Bart. & alios in l.cum
oportet.in prin.C.de bon.quæ lib.Alex.conſ.82. col.
fi.num.14.lib.2.dixit Crauet. conſ.129.nu. 1. & conſ.
191.nu.8.li.1.Sed in caſu,de quo agitur,iuris præſum
ptio in contrarium viget,quoniam Domina Dorali-
ces femina erat , & quod ipſa habuit , præſumitur de
74 bonis viri conſequutam fuiſſe;†Quicquid enim vxor
tempore conſtantis matrimonij acquirit, gratia tur-
pis ſuſpicionis euitandæ, de bonis viri acquiſiuiſſe
præſumitur,l.Quintus Mutius,ff.de donat. inter vir.
& vxor.l.etiam,C.eodem tit.cap.2.extra eod.tit.glo.
in cap.ſicut manifeſte.7.quæſt.1.Ioan.Andr.in addit.
ad Specu.in tit.de præſumpt.§.ſpecies,num.5. verſic.
In prædictis concordant.Innoc.in c.cum ex officij. de
teſta.Bal.in l.cum oportet.nu.12.& 13.C.de bon.quæ
liber.Ant.Gabr.in ſuis concl.in tit.de præſumpt.con
cluſ.15.in prin.Alciat.de præſumpt.reg.3. præſumpt.
26.Senat.Pedemont.deciſ.140.num.4.8.& ſeq.Socin.
Alcia.Boer.& alij multi, quos refert & ſequitur Ma-
ſcard.de probat. vol.1.concluſ.30.num.1. Menoch.de
præſumpt. lib.3.præſumpt.51. num.1.cum ſeqq. mul-
tis,vbi late regulam illã extendit , & declarat par.1.
75 Et licet , † l. Quintus Mutius , loquatur in muliere
nupta,& in vidua locum non habeat. Ange. conſ.141.
Alciat.d. præſumpt.26. num.4. id verum eſt poſt an-
num luctus , ſed infra annum luctus eadem præſum-
ptio viget in vidua,quæ in vxore nupta. Alber.& Sa-
lic.in d.l.etiam,C.de donat.inter vir.& vxor.Ang.d.
conſ.141.col.1.& ſeq.Alciat.d.præſumpt.26. nu.4. &
ſeq.Ripa Crot.Caſſan.& alij allegati per Ant.Gabr.
in d.conclu.15.num.3.& ſeq.Capra conſ.12.Nenizan.
in Silua nupt.lib.4. num.11.Boer.deciſ.81.num.7.Pa-
riſ.conſ.80.num.8. & 28. in fin. libro 1.Dec. Ruin. &
ceteri,quos ſequitur Maſcard.in dicta conclu.30.nu.
4.cum ſeq.& Menoch. in dicta præſumpt.51. num.12.
76 Et poſt† annum luctus etiam procedit dicta præſum
ptio,quando mulier cum filijs permanſit,quo caſu de
bonis filiorum acquiſiuiſſe præſumitur. Ang. d.conſ.
141.Boer.deciſ.81.numero octauo.& ſeq.Maſcard.qui
teſtatur de communi in dicta concl.30.numero quin
to. Sed dicta Domina Doralices ſcuta 200. ſoluit in-
fra annum poſt mortem viri, & eo tempore quo cum
Domina Heliſabetha filia permanebat , ideo præſu-
mitur ſoluiſſe aut de bonis viri , aut de bonis filię , &
conſequenter hæres Dominæ Doralicis illa repetere
77 non poteſt,†niſi probet Dominam Doralicem pecu-
nias aliter veriſimiliter conſequutam fuiſſe , quod ſi
probaret,& ceſſaret pſumptio. d.l. Quintus Mutius,
ſecundum Bald.in l.cum oporteat,C.de bon.quæ lib.
& conſ.70.col.2.lib.1.Corn.conſ.327. col.2.lib.1.cum
alijs per Crauet.allegatis in conſ.61.num.7.lib.1.Al-
ciat.d.præſumpt.26.nu.10.Ant.Gabr.in d. conclu.15.
nu.12.& ſeq.qui alios allegant.& latius pluribus mo
dis exemplificando oſtendit Menoch. in d.præſump.
51.num.32.cum ſeqq. vſque ad finem.

Quatenus vero cõſtaret dictas pecunias fuiſſe Do-
minæ Doralicis, non videtur, quod Domina Smiral-
78 da illas repetere poſſit. † Cum enim Domina Dora-
lices mater non teneretur dotare Heliſabetham fi-
liam,cum ex bonis & hęreditate patris competenter
dotari poſſet,l.neque mater.& ibi omnes , C. de inte
dot.Doctores in l.1.ff.ſolut.matrim. Campeg. in tra-
ctat.de dot. par.1. q.22. & ſolum mater diues tenea-
tur dotare filiam in ſubſidium , quando pater inops
eſt,& filia aliter dotari non poſſet.Bald. & Cin. in d.
l.mater.Doctores in dicta l.1.vbi Ripa num.79.Cam
peg.d.quæſt.22. Gozad. conſil.97. num.11. Clement.
de patr.poteſt. cap.6.effect.11.num.4. Cephal.conſil.
5.numero 63.libro 1.& melius conſ.574. nu.23.libro
4.vbi Bart.Bald.& alios allegat.ſi quid mater de ſuo
79 ſoluit, filiæ donaſſe cenſetur, quia † dotans aliquam
mulierem in caſu, in quo eam dotare non tenebatur,
cenſetur donare dotem.Ruin.conſ.74. numero 18.et
ſeq.lib.2.Cephal.conſil.95. numero 26.lib.1.et quod
80 † dos ſoluta per matrem , intelligatur donata filiæ ,
probatur clare per textum in l.vni.§.accedit,C.de rei
vxor.actio.in quo diſponitur , quod extraneus ſol-
uens dotem de ſuo pro aliqua muliere,videtur illam
donaſſe, niſi ſtipulatus ſeu pactus ſit illam ſibi reſti-
tui, per quem textum dotem datam ab extraneo do-
natam cenſeri,nec repeti poſſe, concludunt ibi Bald.
Ang.et Salic.Bal.in l.fin.nu.18. C.de dot.prom. Bald.

Nouell.in tract.de dot.par.6.priuil.16.num,5.verſic.
Præterea.& priuil.79.in princ. Neguſant. de pignor,
par.2.memb.4.num.27. verſic.Tu autem. Rimin.iun.
conſ.167.nu.1,& 12, lib.2.conſ.234.num.1.lib.3. Ce-
phal. conſ.398.num.10. lib.3.& idem tenet Bart.in l.
fin.in princ.,nu.3. C.de iur.dot. Qui textus bene pro-
bat intentionem Domini Gioiæ, quia mater extra-
81 nea dicitur.licet enim extraneus† pluribus modis ac
cipiatur,vt per Aſcan.Clemen.de patr. poteſt.cap.5.
num.12. In caſu,de quo agitur extraneus appellatur
omnis citra parentem virilẽ ſexum aſcendẽtem, & in
poteſtate dotatã perſonam non habentẽ, vt dicit tex
tus in d.§.accedit.in fin.& ibi Bald.Salic.& Ang.& ſic
mater extranea eſt ad effectum,de quo agitur,cũ non
ſit aſcendens per virilem ſexum,& quia mater nõ ha-
bet filiam in poteſtate,vt per Clemen.in d.tract.cap.
4.nu.15.& ſeqq.Iccirco diſpoſitio d.§.accedit. locum
habet etiam in matre,quod ſentit etiam Bal.in d. l.fi.
82 nu.20.† Idem in fratre dotãte concludit Bal.in d.l.fi.
nu.18.Salic.in d.§.accedit,in fin. Soc.ſen. qui de com-
muni teſtatur conſ.291. num.11.verſ. Ad tertiam ra-
83 tionem.& num.12.lib.2.† & idem in auia dotem ſol-
uente reſpondet Cephal. conſ.398.num.10. lib.3. Et
quia Domina Doralices mater nõ erat tutria,nec cu-
84 ratria filiæ,prædicta de plano procedunt,†licet ſi bo-
na filiæ adminiſtraſſet tempore,quo dotẽ ſoluit, poſ-
ſet dubitari, nũquid animo repetendi,vt adminiſtra-
trix ſoluerit,vt poſt Bald.& alios in d.l. fin. dixit Soc.
in alleg.conſ.291.nu.11.ver. Ad tertiam. Verum qui-
85 dem eſt, † quod ſi Domina Heliſabeth ſuperuixiſſet
matri,quantitas à matre ſoluta eſſet cõferenda, & in
portionem ſibi debitam de bonis matris imputãda,
ſecundum Pic.in repet.l.in quartam.nu.196.ff.ad leg.
Falcid. Rol.à Vall.conſ.44.nu.33.conſ.70.nu.14.lib.4.
Sed quia ipſa prædeceſſit matri,ſuperſtite filio,qui fi-
lius ſimiliter obijt ante Dominam Doralicem auiã,
ſuperſtite præfato Domino Gioia patre & hærede,&
Domina Doralices vltimo deceſſit, relicta Domina
Smiralda filia hærede vniuerſali, non eſt de collatio-
ne ſeu imputatione tractandum, ſed dicitur dotem
per Dominum Gioiam hæredem Dominæ Heliſabe-
thæ non eſſe reſtituendam,cum illius donatio per Do
minam Doralicem facta intelligatur,vt dixi.

Quartum dubium eſt, numquid Domina Smiral-
da hęres Dominæ Doralicis teneatur reſtituere hære
di Dominæ Heliſabethæ hæredis pro medietate Do-
mini Ioannis Baptiſtæ de Beroardis medietatem ſcu
torum 250. quos dictus Dominus Ioannes Baptiſta
in ſuo teſtamento aſſeruit erogaſſe pro lite in recupe
randis bonis dictæ Dominæ Doralicis. Et quia du-
bium conſiſtit, an ſit credendum dictæ aſſertioni di-
cti Domini Ioannis Baptiſtæ, dicitur, quod ſi proba-
bitur (vt fieri poſſe præſupponitur) vere ipſum litem
ſuſtinuiſſe, & veriſimiliter tantum erogare potuiſſe,
eius aſſertioni circa quantitatem erogatam ſtãdum
erit,cum ex hac probatione,huiuſmodi aſſertio veriſi
86 milis reddatur, † ſicut dicimus,quod quamuis libro
priuati non ſit in fauorẽ ſcribentis credendum,iuxta
l.inſtrumenta,l.rationes, cum l.ſequen. C.de probat.
& notatur per Doctores in l.admonẽdi,ff.de iureiur.
87 † Attamen quando continet veriſimilia,fidem facit,
vt poſt Iaſ.& alios dixit Menoch.de arbitr.iud.quęſt.
lib.2.cen.1.caſu 85.num.2. Et magis hæc procedunt,
cum Dominus Ioannes Baptiſta id dixerit tempore,
87 quo erat infirmus,& morti proximus,cũ nõ ſit † præ-
ſumendum, quod moriens falſum dixerit, & imme-
mor ſalutis æternæ fuerit, l.fin. C.ad leg. Iul.repet. c.
litteras,de pręſumptio.c.ſancimus,1.q.7.Crauet.con
89 ſil.275.num.6.lib.2. & dicto † defuncti bonæ opinio-
nis & famæ maior fides adhibetur. Barto.in l.admo-
nendi.nu.27.Paul.de Caſtr.nu.43.Iaſ.in repet. num.
105.& ideo Crauet.conſ.275.nu.5.ver.Sexto.& nu.6.
90 lib.2.poſt Bal.Cor.& alios multos dixit† mortem fi-
dem addere ſcripturæ defuncti,vimque iuramẽti ha-
bere,& quia pręſupponitur Dominam Smiraldã non
ſolum eſſe hæredem Dominæ Doralicis, ſed etiã pro
medietate hæredem Domini Ioãnis Baptiſtæ patris,
ei non permittitur impugnare aſſertionem patris,
91 cui ſucceſſit, † cum hæres contra factum defuncti ve-
nire non poſſit,l.cum à matre,C.de rei vendicat.l.ſiue
poſſeſſio.C.de euict.l.venditrici. C.de reb. alien. non
92 alien.& †confeſſio auctoris cuicumque ſucceſſori no-
ceat.Paul.de Caſt.in l.pacta,§.ſi hęres.n.3.ff.ad Treb.
Soc.ſen.conſ.50.nu.8.lib.4.Rui.conſ.128.nu.16.lib.2,
cum alijs adductis per Rim.iun.conſ.214.nu.9. lib.2.

Ex prædictis igitur concluditur expenſas probari,
93 † præſertim in caſu, de quo agitur, in quo Dominus
Ioannes Baptiſta illas ſoluit pro vxore:Et quia quan
do in ſimilibus fiunt expenſæ maxime in viaticis &
alijs huiuſmodi, non ſolet confici ſcriptura, nec te-
ſtes adhibentur,quælibet eorum probatio ſufficit, cũ
agatur de re difficilis probationis,ex his,quæ de pro-
batione expenſarum in ſimili dixit Feder.de Sen.con
ſil.119.incip. Nulli dubium.num.3. & ſeqq. quem ſe-
qui videtur Alex.dum ipſum allegat in l.cum ſeruus,
num.5.ff.de verbor.obligat.

Cauſa,de qua ſupra(vt audiui)adhuc indeciſa reperitur.

ARGVMENTVM.

Collegiũ Archiuij Romanæ Curiæ, habens poteſtatem legitimandi illegitimos, nunq d poſſit legitimare feminas.

Maſculinum an & quando contineat femininum.

Priuilegium legitimandi ſpurios numquid ſit fauorabile & extendẽdum, ſeu potius odioſum, & reſtringendum.

SVMMARIVM.

1 *Legitimandi ſpurios habens poteſtatem non poteſt legitimare feminas.*

2 *Maſculinum non continet femininũ in materia differenti.*

3 *Inſtitutio filij legitimati nulla redditur, ſi legitimatio detegitur inualida.*

4 *Collegium Archiuij Romanæ Curiæ poteſt legitimare et feminas,& infra per totum.*

5 *Maſculinum regulariter in quocumque materia continet femininum.*

Et etiam proprie num.6

7 *Dictio, Quoſcumque, maſculinum & femininum cõtinet.*

8 *Maſculinum proprie continet femininum, quando ponitur per verba adiectiua, quicũque, quiſquis, quilibet, & ſimilia, ſi ſubſtantiuum, quod reſpiciunt, eſt terminus cõmunis comprehendens marem & feminam, vt homo.*

9 *Maſculinum continet femininum in materia fauorabili.*

Et in materia, in qua verba improprie & large accipiuntur.num.10.

11 *Legitimandi poteſtas conceſſa per Principem, eſt beneficium Principis fauorabile extendendum, & largiſſime interpretandum. Et num.35.cum ſeq.*

Limitatur.vt num.37.

12 *Verbum quoſcumque ab hoĩe prolatum operatur, vt oẽs perſonæ etiam feminæ includantur, nec aliqua fiat reſtrictio.*

Ver-

13 *Verbum, quodcumque, quoſcumque, quibuſcumque, & ſimile omnia includit, etiam quæ aliàs in diſpoſitione non includeretur.*

Et ſolet extendere verbum, cui adiungitur, vt omnia importet, etiam quæ veniant ſecundum impropriam ſignificationem. num. 14.

15 *Legitimandi facultas alicui conceſſa non includit facultatem legitimandi infantes, niſi expreſſe id fuerit dictum.*

Fallit quando fuit conceſſa poteſtas legitimandi quoſcumque illegitimos. nu. 16

17 *Legatarius non eſt hæres, ſed improprie, quaſi hæres appellatur.*

Venit tamen appellatione hæredis in diſpoſitione in qua de quibuſcumque hæredibus fit mentio. nu. 18.

19 *Emphyteuſis Eccleſiaſtica conceſſa alicui pro ſe & hæredibus deſcendentibus tantum debetur.*

Fallit quando conceſſa eſt pro hæredibus quibuſcumque, quia tunc etiam extranei continentur. nu. 21.

20 *Feudum conceſſum pro hæredibus ad deſcendentes tantum tranſit.*

Fallit in conceſſio pro quibuſcũque hæredibus, quod etiam extraneos continet. nu. 22.

23 *Curt. ſen. in conſil. 9. nu. 34. verſi. Ergo priuilegium. reprobatur.*

24 *Verba vniuerſalia legis recipiunt interpretationem de habilitate. Sed prolata ab homine, nullam recipiunt reſtrictionem.*

Amplia etiam in materia ſtricta, in qua verba vniuerſalia hominis non recipiunt reſtrictionem. nu. 25.

26 *Legitimandi filios ſpurios poteſtatem habens poteſt legitimare etiam filias ſpurias.*

27 *Obſeruantia ſubſecuta deſeruit ad declarationem cuiuſcũque diſpoſitionis.*

Amplia etiam quod etiam verba priuilegij ex ea declarantur. num. 28.

Amplia etiam in omni alia diſpoſitione legali hominis inter viuos, & vltimæ voluntatis. nu. 29.

Et quamuis obſeruantia eſſet contra veram intellectum diſpoſitionis. nu. 30.

Item etiam ſi non fuiſſet aliquid obſeruatum lõgiſſimo tempore ſufficienti ad præſcribendum. nu. 31.

32 *Legitimationes factæ ab eo, qui reperitur in quaſi poſſeſſione legitimandi, præſumuntur validæ.*

Signor. de Homod. conſ. 184. & conſ. 219. nu. 15. & Dec. conſi. 453. reprobantur.

34 *Legitimatio per reſcriptum dicitur odioſa, & ſtricte interpretanda, ſed priuilegium legitimandi eſt fauorabile. cum ſeqq. Et num. 41.*

36 *Priuilegium conferendi beneficia eſt fauorabile, & late interpretandum, licet collatio beneficij ſtricte interpretetur.*

38 *Legitimandi poteſtatem habens numquid poſſit legitimare illegitimum, qui patitur duplicem defectum.*

39 *Maſculinum continet femininum etiam in priuilegijs.*

Limita in materia odioſa odio irrationabili. nu. 42.

Sublimita in materia odioſa odio rationabili. nu. 43.

Et quando fauor eſt cauſa odij. nu. 44.

40 *Beneficia Principum, quæ de ſui natura late interpretantur, reſtringuntur, quando tractatur de præiudicio tertij.*

41 *Legitimandi poteſtas latiſſime interpretatur, ſed legitimatio, quæ ſubſequitur reſtringitur, ſi tertio præiudicium affert, & non aliter.*

45 *Legitimatio facta inſtante patre eſt fauorabilis.*

Et etiam illa, quæ non lędit ius tertij. nu. 52.

46 *Legitimandi poteſtas velut fauorabilis extenditur etiam ad caſum, in quo non adeſt tantu ratio.*

47 *Legitimandi actus conuenit etiam femina.*

48 *Maſculinum ſemper continet femininum in materia indifferenti.*

49 *Legitimare qui poteſt ſine præiudicio venientium ab inteſtato, non poteſt auferre ius, quod competit tertio.*

50 *Pater poteſt de ſuis bonis diſponere etiam in extraneos, dummodo filys legitimam relinquat iure inſtitutionis.*

51 *Legitimatio obtenta per patrem, qui de bonis ſuis ad libitum diſponere poterat, non dicitur continere præiudicium venientium ab inteſtato.*

CONSILIVM XCII.

PRAETENDIT Magnifica ac nobilis
mulier Domina Iulia de Pinna le-
gitimationem Magnificæ ac nobilis
Dominæ Hippolytæ de Penna, à Col
legio Archiuij Romanæ Curiæ ob-
tentam, non ſubſiſtere. Quod illi,
qui pro Domina Iulia reſponderunt, demonſtrari di-
cunt ex eo, quod per Summos Pontifices reperitur
conceſſa poteſtas dicto Collegio Archiuij legitiman-
di quoſcumque illegitimos in qua dicunt nõ includi
1 poteſtatem legitimandi feminas: † Nam qui habet
poteſtatem legitimandi ſpurios, non poteſt legitima-
re feminas, vt dixerunt Signorol. de Homod. conſilio
184. & conſilio 219. numero 15. Iaſo. in l. ſecunda, ſub
numero 8. verſicu. Pro eadem parte, ff. de verborum
obligat. & in l. ſi quis id quod, numero 8. ff. de iuriſd.
omn. iud. Marſil. ſing. 536. Habuiſti. Præpoſit. Cardin.
Alexand. in cap. per venerabilem, §. quod vero, nume-
ro 125. qui fil. ſint legitim. Dec. conſil. 453. per totum.
Curt. ſen. conſil. 9. numero 31. cum ſequent. Socin. iun.
conſilio 100. numero 2. libr. 2. Caualcan. in addit. ad
Dec. in l. feminæ, ſub numero 118. ff. de regul. iur. An-
ton. Gabriel. in titul. de verborum ſignifica. concluſ.
6. num. 20. quæ opinio videtur communiter appro-
bata ſecundum Addentes ad Dec. in dicto conſilio
453. & in d. l. feminæ, & etiam ſequenda, quoniam in
caſu iſto materia eſt differens, cum maior vigeat ra-
tio legitimandi maſculos quam feminas, quia maſcu
li legitimati poſſunt promoueri ad dignitates, offi-
cia, & honores publicos, feminæ vero non, l. 2. ff. de re-
gul. iur. Per maſculos conſeruatur agnatio. Ang. conſ.
37. Tiraq. de retract. Lignagier. §. 1. glo. 8. num. 10. Ce-
phal. conſil. 167. numer. 3. lib. 2. Quæ non conſeruatur
per feminas. Alber. Brun. de ſtat. quod ſtant. maſcul.
2 artic. 3. num. 7. † Et in materia differenti maſculinum
non concipit femininum. Bart. in l. 1. ff. de verborum
ſignific. in l. 1. in fin. ff. de pecul. Dec. d. conſil. 453. ſub
num. 7. cum alijs congeſtis per Anton. Gabr. in tit. de
verb. ſignif. conclu. 6. nu. 49. Et conſequenter facultas
conceſſa dicto Collegio legitimandi illegitimos per
verba maſculini generis, ad feminas non extenditur,
nec maſculinum femininum concipit. Cum igitur
Collegium præfatum non habeat poteſtatem legiti
3 mandi feminas, dicta legitimatio corruit. † Et quia
Domina Hippolyta fuit à patre inſtituta vt filia legi-
timata, poſtquam legitimatio inualida detegitur,
redditur nulla & inualida etiam inſtitutio ob errorẽ
teſtatoris circa qualitatem filiationis, & conſequen-
ter Domina Hippolyta hæreditate priuari debet, vt
ſcripſerunt Paul. de Caſtr. in l. eam quam, numero 4.
ver. Et per iſtam legem, C. de fideicom. Cap. conſilio
2. numer. 20. Dec. dicto conſil. 453. in fin. & conſi. 176.
numero 3. conſil. 600. numero 10. Pariſ. conſilio 3. nu-
mero 16. conſil. 12. numero 227. vbi alios adducit, &
de communi teſtatur libro 2. Socin. iun. conſil. 99. nu-
mero 34. conſil. 100. num. 33. lib. 2. Iaſ. conſi. 127. num.
22. libro quarto. Rol. à Vall. conſil. 12. numero 18. lib.

4.Ceph.conſ.440.num.23.& conſil.410.nu.39.libr.3.
Gerard.Mazol.conſil.89.num.10.& conſil.90.nu.53.
latiſſime Celſ.Vgo.conſil.73.ſub num.42.Tib.Decia.
conſ.40.num.73.lib.3.

Licet prædicta multum ſtringere videantur,nihilo
minus illis non obſtantibus,puto legitimationem,de
qua agitur, validiſſimam eſſe,illamque obſeruari de-
4 bere. † Habebat enim Collegium Archiuij in ſuis fa-
cultatibus conceſſis à Iulio Secundo Anno 1507.pote
ſtatem legitimandi manſeres & baſtardos.Et à Pau-
lo Tertio Anno 1538.extēſa fuit, vt poſſet legitimare
quoſcumque illegitimos ex quocūque illegitimo &
damnato coitu procreatos.Et ab illis temporibus ci-
tra,ſemper Collegium pręfatū tam maſculos, quam
feminas indifferenter legitimare conſueuit. Quibus
ſtantibus puto legitimationem feminæ ſubſiſtere.

Primo, quia & ſi verba dictorum priuilegiorum in
5 maſculinum ſonare videantur, † tamen regulariter
maſculinum continet femininum, l.qui duobus, ff.de
leg.3.l.ſi ita ſcriptum,in princ.ff.de leg.2. Quod regu
lariter in quacūque materia recipitur. Glo.Bar. Bal.
& Sal.in l.ſi quis in tantam, C.vnde vi. Alcia.conſilio
6.tom.1.lib.2.num.4.Marſ.ſing.20.Rebuff.in l.1.ff.de
verb.ſignific.cart.3.verſic.Ego vero.& pluribus ſeqq.
Rim.iun.conſi.246.num.4.lib.3.Curt.iun.qui de com
6 muni teſtatur conſi.280.nu.4.lib.3. Et licet † hoc pro
cedat ex propria ſignificatione, cum in d.l.qui duob.
dicatur,maſculinum continet, quod verbum, Conti-
net,proprietatem importat,vt dixerunt Bart.in d.l.1.
ver.Ego dico.& magis clare Dec.conſ.570.nu.2. Soc.
iun.conſ.26. nu.3.lib.4. Nihilominus & ſi improprie
contineretur femininum in maſculino, id non noce-
ret,poſtquam legiſlatores ita interpretati fuerunt, ſe
cundum Rebuff.in d.l.1.verſic.Ego vero.

Secūdo quod in dictis priuilegijs includatur facul
tas legitimandi feminas,ſatis oſtenditur,conſideran
do verba priuilegij Pauli Tertij ibi, Quoſcūque ille-
7 gitimos,† quæ dictio,Quoſcumque,maſculinum & fe
mininum continet.Bar.in l.ait, §.1.ff.de iur.fiſc.d.l.di
uus,l.quicumque, & ibi Bald. nu.10.C.de ſeru. fugit.
Alex.conſ.24.num.13.lib.2.Rebuff.in d.l.1.car.3.ver.
Sexto extende.Burſat.conſi.22.nu.14.& 16.lib.1.Præ
8 ſertim quia † quotieſcumque maſculinum ponitur
per verba adiectiua,Quicumque,Quiſquis,Quilibet,
& ſimilia,quę reſpiciunt ſubſtantiuum,ſi ſubſtantiuū,
quod reſpiciunt,eſt terminus communis,comprehen
dens marem,& feminam,vt homo,quod nomen com
mune eſt,& vtrumque comprehendit,l.nominis,ff.de
verb. ſign.Glo.in Clem.1.de elect.Rebuff.in dicta l.1.
cart.3. verſic.Decimo. & ibi ceteri Doctores ſequun-
tur; Adiectiuum non attenditur, ſed ſubſtantiuum
homo, non minus quam ſi ſimpliciter dictum eſſet,
Homo: & eo caſu maſculinum femininum continet,
non ex interpretatione ſeu improprie,ſed ea propria
ſignificatione. ſecundum Bart. in d.l.1.num.2. verſic.
Ego dico. Domi.de Sancto Gemi.in cap generali,col.
3.verſic.Quædam ſunt nomina communia.de elect.in
6.Ang.in d.l.quicumque.nu.2.& ibi Sal. num.1.Bald.
num.10.Alexand.conſi.24.num.13.lib.3.Purpur.con-
ſil.484.num.13.lib.2. Lodouicus Catus inter conſilia
Marzarij conſil.37.numer.66.Sed in dicto priuilegio
Pauli Tertij dicitur, quod Collegium poſſit legitima
re quoſcumque illegitimos,quæ oratio eſt ſine termi-
no,& neceſſario habere debet determinationem à no
mine communi,Homo, intelligendo quod poſſit legi
timare quoſcūque homines illegitimos,ideo ea pro-
pria ſignificatione verba illa femininum continent,
cum pariſicentur hæc, vel quod dicatur quoſcumque
homines, vel oratio ſit ſine termino, & ſubintelliga-
tur nomen,Homines, vt clare dicunt Barto.Domi.de
Sancto Gemi,Ang.& Sal.in dictis locis.

9 Tertio dicitur † in materia fauorabili ſemper ma-
ſculinum continere femininum.Gloſ.in c.generali,&
ibi Dom.& alij.de elect.in 6. Card.& alii communi-
ter in Clem.1. de elect.in 6.Crot.conſ.282.nu.19.li.3.
Bal.Cuma.& alii allegati à Tib. Dec.conſ.1.num.88.
lib.2. Cur.ſen.qui communem dicit conſi.9. num.18.
10 † Prout etiam maſculinum ſemper femininum con-
tinet,vbicūque verſatur materia,in qua verba impro
prie aut large accipiuntur. Archi.in c.ſi quis ſuaden-
te.17.quæſtio.4.Alexand.conſil.204.numero 9.libro
ſecundo.Crauett.conſil.641.num.10.lib.4.Sed mate-
ria, de qua agitur,eſt huiuſmodi,quoniam hic quæri-
tur,quomodo intelligenda ſint verba dicti priuilegii
11 poteſtatis legitimandi, † quæ poteſtas legitimandi
eſt beneficium Principis,quod fauorabile reputatur,
latiſſimeque interpretari debet, vt dixit Barto.in l.2.
circa fin.ff.de verb.oblig. quem ibi ceteri ſequuntur.
Crot.conſil.325.nu.9.lib.3.conſ.60.nu.12. lib.1. Dec.
in l.2.num.118.ff.de regul.iur. Lodouicus Çatus in d.
conſil.37.num.65.& quod poteſtas legitimandi con-
ceſſa à Principe Comiti Palatino,ſeu aliis, ſit fauora
bilis,et extendenda,& late interpretāda, communiter
firmant Doctores,vt teſtantur Didac.Couar.lib.4.de
cre.de ſponſal.2.par.cap.8.§.8.num.6. Galianl.in re-
pet.l.2.in princ.num.8.ff.de verb.oblig.& ibi Aſc. pa
riter in repe.num.45. Soc.ſen.conſil.3.num.14.lib.3.
Dec.conſ.76.num.1.verſ.& pro fundamento.& nu.3.
in fin.Curt.iun.conſil.75.nume.8.lib.2.Burſat.conſil.
287.num.16.lib.3.qui omnes de communi teſtantur.
Eſtque etiam materia,in qua verba improprie accipi
debent ob vniuerſalem dictionem, quoſcumque vt
mox demonſtrabitur,ideo ſub verbis illis in maſculi
num ſonantibus femininum complectitur.

Quarto fortius intentio Dominæ Hippolytæ ſuſti-
netur conſiderando,quod Summi Pontifices conceſſe
runt dicto Collegio poteſtatem legitimandi illegiti-
12 mos ſimpliciter,ſcilicet quoſcūque illegitimos, † qđ
verbum vniuerſale, quoſcumque, ab homine prola-
tum,operatur,vt omnes perſonæ includantur,nec ali
qua fiat reſtrictio.Ruin.conſil.112.numero 14.verſic.
ſupereſt. libr. 5. Et quod etiam feminæ comprehen-
dantur.Dec.conſil.599.num.1.& ſeqq. Ruin.conſilio
13 150.nu.15.lib.2.† Verba enim illa,quodcumque,quo
ſcūque quibuſcūque, & ſimilia, omnia includunt, &
ſub eis cōprehenduntur etiam ea,quæ nullo modo in
diſpoſitione includerentur.Glo.in l.1.in verb.quibuſ-
cūque,ff.de indi. Dec.conſi.599. nu. 2.& ſeq. Iaſ.con-
ſil.115.numero 28.lib.4.Soc.iun.conſil.38.num.2.con
ſil.52.num.2.lib.3.Gozad.conſ.6.num.42.& ſequen.
Ruin.conſil.18.num.19.lib.2. Tiber.Decia.conſil.55.
14 num.22.lib.1.† & ideo dixerunt Curt.iun.conſil.48.
numero tertio,libro primo.Cephal.conſi.137.nume.
34.& ſeq.lib.1.quod verbum,quoſcumque, de ſui na-
tura ſolet extēdere verbum cui adiungitur, vt omnia
importet,& etiam illa,quæ veniunt ſecundum impro
priam ſignificationem, ſeu quæ aliàs non includeren
15 tur. Proprerea dicitur in ſimili, † quod facultas legi-
timandi alicui conceſſa,non operatur,vt infantes le-
gitimari poſſint, niſi expreſſe id fuerit dictū in priui-
legio.Bartol.in l.iubemus,C.de emancip.liber.Bald.
in l.fin.ff.de his qui ſunt ſui vel alieni iur.Curt.ſenior
conſilio 64.& poſt eos communem dicit Crott.conſi-
lio 296.numero 22.& ſequent.libro tertio. Idem te-
nent Socin.iun.conſil.93.numero 10. libr.3. Roſſel. in
tract.de legit.li.2.in Rub.de cauſ.materia.circa prin.
latè Curt.iun.conſilio 32.numero primo, & ſequenti
bus,lib.1.vbi num.4.de communi teſtatur. Bero.con-
ſil.176.

16 ſil.176.num.54.lib.5.† Et tamen quando eſt conceſſa
poteſtas legitimandi quoſcũque illegitimos, ob ver-
bum generale, Quoſcũque, etiam infantes legitima
ri poſſunt. Crot.d.conſ.296.num.23.Gozad.conſil.6.
num.45.Dec.conſ.55.nu.6.verſ.Supereſt reſpondere.
Ruin.Soc. & alij, quos refert, & ſequitur Burſat. conſ.
32.num.15.lib.1.& idem firmant Hiero. Gabr. qui lo
quitur de poteſtate Collegij Archiuij conſ. 59.nu.11.
17 libro primo.& Ceph.conſ.66.nu.4.lib.1.† Hinc etiam
dicit, quod quamuis legatarius non ſit hæres, ſed im-
proprie quaſi hæres appelletur, l.in tempus.in fi.ff.de
vſucap. Et conſequenter hæredis appellatione non
veniat, quando ſimpliciter hæredum fit mentio, ve-
18 niunt tamen etiam legatarij, † quando diſpoſitio de
quibuſcumque hęredibus loquitur vi illius verbi vni-
uerſalis, Quibuſcumque, ita Bal.in c.1.in prin.ver.Sed
quid ſi conceſſum eſt feudum. de prohib. feud. alien.
Dec.conſ.599.nu.5.Iaſ.in l.5.§.prætor ait.nu.5.ff.qui
ſatiſd.cogan.Burſa.conſ.52.nu.3.& ſeq.lib.1.& conſ.
137.nu.46.& ſeq.lib.2.vbi de cõmuni teſtatur. Proue
19 etiam videmus, quod quãdo facta eſt conceſſio, † em-
phiteuſis eccleſiaſticæ, ſeu feudi alicui, ſtipulanti pro
ſe & hæredibus ſimpliciter, ſolũ deſcendentes & non
extranei hæredes includũtur, vt de emphyteuſi dixe
runt Doctores in l.etiam, ff.ſolut.matr. probat tex.in
§.emphyteuſim. Auth.de aliena.& emphyt. & cõmu-
niter recipitur, vt per Iul.Cla.in §.emphyteuſis.q.58.
ver.Secundus caſus.Rol.à Val.conſ.96.num.4.lib.1.
20 Cepha.conſ.400.nu.5.& ſeqq.lib.3.† & de feudo pro
communi ponit Iul.Clar.in §.feudum.q.83.verſi.Sed
quid ſi feodum. Attamen ſi ſit conceſſa emphyteuſis
21 eccleſiaſtica pro hæredibus quibuſcũque, † oẽs etiam
extranei veniunt, quamuis alias non includerentur
in ſimplici conceſſione facta pro hæredibus, ſecũdum
Bald.in l.1.nu.27.ff.de rer.diuiſ.Afflict.deciſ.386.nu.
5.Soc.ſen.conſ.266.nu.37.lib.5.Gozad.conſ.39.num.
12. Curt.iun.conſ.4.nu.24.lib.1.& conſ.183.num.6.
lib.2.Rol.à Vall.d.conſ.96.num.28.& ſeqq.45.& 48.
lib.1.Pariſ.conſ.84.nu.6.li.4.Iul. Clar. in d. §.emphy
teuſis.q.58.verſic.Secundus.& verſic.Sed quæro Ripa
in l.ex facto, §.ſi quis ita.n.16.& ſeq.ff.ad Treb.in qui-
bus locis de conceſſione emphyteuſis loquuntur, &
22 fere omnes de communi teſtantur, & † de conceſſio-
ne feudi idem dicunt Iaſ.in l.2.§.prætor ait.num.6.ff.
qui ſatiſd.cog.Curt.iun.conſ.183.num.6.lib.2.& alij
ſupra proxime allegati. Ex prædictis igitur apparet,
quod ſi dubitari poſſet, numquid Comes Palatinus,
qui habet ſimplicem poteſtatem legitimandi illegi-
timos, poſſit legitimare feminas, hęc dubitatio ceſſat,
quando, vt euenit in caſu noſtro, conceſſa fuit pote-
ſtas legitimandi quoſcumque illegitimos, cum illud
verbum vniuerſale, quoſcũque, omnes & etiam eos,
23 qui aliàs non includerentur, comprehendat.† Ex qui
bus conſtat opinionem Curt. ſen. in conſ.9.num.34.
ver.Ergo priuilegium, contrarium aſſerẽtis, ea ratio-
ne, quia verbum illud vniuerſale, quoſcũque recipe-
re debet reſtrictionem de habilitate, falſam eſſe. Tum
quia verbum, quoſcumque, habile eſt etiam contine-
24 re femininum, vt dixi, Tum etiam quia, † licet verba
vniuerſalia legis, vel ſtatuti, recipiant interpretatio-
nem de habilitate ea ratione, ne ſi aliter generaliter
intelligerentur, inducatur aliarum legum correctio,
contra l.vni.C.de inoffic.donat. aliud dicendum eſt,
quando verba vniuerſalia proferuntur ab homine, in
quib. ceſſat ratio correctionis prædictæ, & conſequen
ter reſtrictionem aliquam non recipiunt, vt declarãt
Bald.in l.fin.colum.1.C. ſine cenſ.vel reliq. Iaſ.in d.§.
prætor ait. numero quarto. Curt.iun. conſ.183.num.
ſexto, in fin.libro ſecundo. Ripa in l.ex facto, §.ſi quis

ita.num.17.ff.ad Trebellian.Alciat.conſil.13.num.3.
tom.1.lib.3. Rolan.à Vall. qui de communi teſtatur
25 dicto conſilio 96. numero 48.† & poſt multos alios
eamdem opinionem comprobat Burſat.conſilio 55.
numero 15.libro primo. & conſilio 138. numero 27.
libro ſecundo. affirmãs verba vniuerſalia prolata ab
homine, non recipere reſtrictionem de habilitate e-
tiam in materia ſtricta, & tanto magis puto verbum
illud vniuerſale, quoſcumque, tollere difficultatem,
quoniam illud non referrur ad quoſcumque illegiti-
mos reſpectu qualitatis illegitimitatis, quia non ſolũ
dicitur in facultatibus prædictis, quod poſſit Colle-
gium legitimare quoſcumque illegitimos, ſed etiam
additur ex quocũque illicito, & damnato coitu pro-
creatos, & ſic cum verba ſequentia referantur ad qua
litatem illegitimitatis, alia præcedẽtia, quoſcumque
illegitimos, ad omnes illegitimos cuiuſcumque con-
ditionis, & ſexus referri debent.

Quinto, vt huius ſim ſententiæ, valde moueor au-
26 ctoritatibus eorum, † qui dixerunt habentem facul-
tatem legitimandi filios ſpurios, etiam ſine verbo v-
niuerſali, poſſe legitimare etiam filias ſpurias, hanc
quidem opinionem probauit Ruin.conſ.145.nu.10.&
ſeqq.lib.3. qui contrarijs reſpondet, & in fine ſubdit
hanc ſententiam ab omnibus alijs, qui fuerũt requi-
ſiti, fuiſſe approbatam, & quod ipſe ſecundum eã in-
trepide iudicaret. eãdem opinionem tenuerunt De-
ci.in l.feminæ quæ eſt 2.num.118.ff.de reg.iur.vbi de
communi teſtatur contra Signoro. Tiber.Dec.conſ.1.
nu.85.lib.5.Galiaul.in repet.l.2.in prin.num.10.ff.de
verb.oblig.Didac.Couar.lib.4.decretal.de ſponſa.in
2.par.cap.8.§.8.nu.7.Ludou. Catus in dicto conſ.37.
nu.61.& ſeq.inter conſilia Marzarii.

Et eo magis concludẽdum eſt dictam legitimatio-
nem feminæ, obtentam à dicto collegio Archiuij, va-
lidiſſimam eſſe, quoniam manifeſte conſtat Collegiũ
præfatum, poſtquam priuilegia legitimandi habuit,
ſemper indifferenter legitimare conſueuiſſe tam ma-
ſculos quam feminas, quinimo plures feminas quam
maſculos legitimaſſe, quæ longa obſeruãtia multum
deſeruit ad declarationem dictę facultatis legitimã-
di, quatenus in aliquo dubia redderetur, & oſtendit
facultatem illam legitimandi etiam feminas conti-
27 nere, † quoniam obſeruantia ſubſequuta ad declara-
tionem cuiuſcumque diſpoſitionis deſeruit, & ſecun-
dum obſeruantiam diſpoſitio interpretatur Bar. con
ſil.59.num.3.c.cum veniſſet.vbi Anton.de Butr.num.
15.51.& Imol. num. 19. de inſtit. Cuman.conſil.165.
colum.2. Corne. conſil.188. num.10. libro 4. Crauet.
conſil.294.colum.13.verſiculo. Vigeſimo primo. lib.
ſecundo. & alios multos diffuſe congerit Franc. Bec-
ci.conſilio 101.num.49. & late Ioſeph Ludou. in ſuis
28 concluſio.conclu.38.per totam. Et quod † obſeruan-
tia declaret etiã verba priuilegij concludit poſt Are-
tin.conſil.11.col.3.verſ.Sed limita.& Corn.conſ.193.
num.10. lib.5.Ioſeph Ludou.in d.conclu.38.in 13.il-
latio. & Menoch.conſil.176. num.10.lib.3. conſ.390.
29 num.16.libro 4. † Quod in omni diſpoſitione ſiue le-
gali, ſiue hominis, ſiue inter viuos, ſiue vltimæ volun-
tatis locum habere dixit poſt Crauet. & Bero. Me-
noch.conſilio 341.numero 5.& 23.libro quarto. Qui-
nimo plus dicunt Crauet. & Becci. in locis ſupra al-
30 legatis, † quod quamuis obſeruantia eſſet contra ve-
rum intellectum diſpoſitionis, nihilominus diſpoſi-
tio intelligi ac interpretari debet ſecundum obſeruã
tiam & quia in obſeruãtia declaratiua aut interpre-
31 tatiua actus præcedẽtis, † non eſt opus aliquid fuiſſe
obſeruatum longiſſimo tempore ſufficienti ad præ-
ſcriptionem. Pau.de Caſtr.conſ.337. numero 4.lib.1.

Corn.d.conſ.188.col.fin. Alex.conſ.8.nu.7.lib.6. Ne-
uiz. in Sylua nuptia.lib.5.num.94.verſi.Nec requiri-
tur.Socin.ſen. conſ.145.lib.1.Crauet.dicto conſ.394.
col.13.ver.Amplius dico.Franc.Becc.dicto conſ.101.
num.50.qui Aret.Iaſ.Dec. & alios multos ad id alle-
gant.& Roch.de Cur.Alex.Menoch.& alij plures ad-
ducti per Ioſeph Ludo.in dicta concluſ.38.col.1. ver.
Ampliatur primo. Fortius hæc obſeruantia iuuabit
intentionem Dominæ Hippolytæ, ſtante quod per
longiſſimum tempus Collegium præfatum in Vrbe,
in qua continue Pontifices permanere ſolent, fœmi-
nas legitimare conſueuit, & in quaſi poſſeſſione legi-
timandi feminas fuit, ex qua temporis antiquitate
præſumptio exoritur validitatis legitimationum, &
quod dictum Collegium legitimandi poteſtatem ha
beret, argumento eorum, quæ adduxit Anton. Gabr.
in ſuis concluſ. in tit. de præſumpt. concluſ.1. per to-
tam. maxime num.10. & ſeqq. qui ex curſu temporis
32 multa præſumi oſtendit, † & quod præſumatur pro
validitate legitimationum factarũ ab eo, qui in quaſi
poſſeſſione legitimandi fuit, voluit Bal.in l.non igno-
rat.col.4.nu.10.in fin.verſ.Vnde ex quo Comes. C.de
his qui accuſ.non poſſ.

Nec obſtant ea, quæ in contrarium allegãtur, quo-
niam ſatis ea prædictis diluuntur. Et ea abundanti
dicitur verum non eſſe (vt præſupponit Caualcan. ex
aduerſo adductus) opinionem Signor.in d.conſ.184.
& ſequacium eſſe communem quoniam recte cõſide-
rando auctoritates eorum, qui in contrarium allegã-
tur, pauci ex eis illam taliter firmant, vt ad faciẽdum
communem adduci poſſint. Licet enim Iaſ.in l.s. ſub
num.4.ver.Pro eadem parte, ff.de verb.oblig.Simpli-
citer ad aliud propoſitum referat opinionem Signo-
roli, de ea tamẽ dubitari dicit in l.ſi quis id quod.nu.
8.& 9. ff.de iuriſdic.om.iud. Præpoſ.Card.Aleaandr.
in allegat. cap.per venerabilem.col.mihi 136.verſic.
Annectitur quoque.qui fil.ſint legit.nihil firmat, ſed
ſolum de verbo ad verbum refert conſilium Signoro.
& nihil concludit, vt etiam conſiderat Ruin.d.conſil.
145.in fin.Eodem modo reſpondetur Socin.iun.conſ.
100.num.2.lib.2. qui ſolum refert opinionem Signo-
roli, & dicit, poſito quod ſit vera, non obſtat &c. & ſic
illam non firmat.& quamuis Dec. in d. conſ.453. ſe-
quatur ſententiam Signoro. de ea parum videtur cu-
randum, poſtquam contrarium tenuit in alleg.l.femi
næ.vbi dicit, communem videri contra Signorol.

33 Præterea dicitur ſententiam † Signoroli, & Dec.ac
eorum, qui illam ſimpliciter ſequuntur, veram non
eſſe, nec ſequendam, vt ex iam dictis apparet, & præ-
cipue quia rationes, in quibus illa fundatur, non
ſubſiſtunt.

Mouentur enim principaliter eo fundamento,
quod poteſtas legitimandi eſt odioſa, & reſtringẽda,
& vbi agitur de odio maxime irrationabili maſculi-
num non continet femininum: Quod verum non eſt,
& contra communem opinionem Doctorum, quę ha-
bet, quod poteſtas legitimandi eſt fauorabilis, & la-
tiſſime interpretanda, vt dixi ſupra in tertio funda-
34 mento huius partis, † licet enim ſecundum aliquos
legitimatio per reſcriptum ſit odioſa, & ſtricte inter-
pretanda, vt dicunt Doctores in l.s. ff.de verb. oblig.
Alexand. conſil.70.num.7. lib.6. Ruin. conſil.88. nu-
me.15. lib.3. cum alijs allegatis per Port. Imol. con-
35 ſil.106.nu.81.99.& 101. † nihilominus generalis fa-
cultas legitimandi à Principe conceſſa Comiti Pala-
tino, quia eſt beneficium Principis, & conceditur nõ
odio alicuius, ſed ſolum fauore ipſius Comitis legiti-
mantis, eſt fauorabilis, amplianda, & latiſſime inter-
pretanda. inat. gloſſam in cap.dudum.in verb. bene-
ficij. iuncto cap.quamuis, de præbend.in 6. cap.fin. &
ibi gloſſa.& Ioan. Andr.de Simo.in quibus locis pro-
36 batur priuilegium † conferendi beneficia eſſe fauora
bile, & late interpretandum, licet ipſa collatio bene-
ficij ſtricte interpretetur, & in terminis vltra Docto-
res allegatos ſupra in dicto tertio fundamento ita
declarant differentiam conſtituentes inter legitima
tionem & priuilegium legitimandi, Doctores in l.2.
in princ.ff.de verbo.oblig.maxime Aleaan.nu.6. Bar
tolo.Socin.num.7. verſ.Circa primum. Bald. num.4.
verſ.Sed in diſpenſatione. Imol.num.2.verſic.ſed ad-
uerte.Roman.num.61.& ſeq.Anton. de Butr. in cap.
per venerabilem, colum.50. qui fil.ſint legit.Felin.in
d.c.fin.nu.7.& 8.Abb.in cap. at ſi clerici, §.de adulte-
rijs.num.11.& ibi Ioan.de Imol.nu.15.de iudic.Ang.
conſ.17.Aleaan.conſ.188.nu.53.lib.5. Grat.conſ.63.
num.8.& ſeq.lib.1. Felin.conſ.6.num.7.Cephal. con-
ſil.186.num.43. & ſeq.lib.2.Ang. Aret. in §.omnium.
Inſtit. de actio. num.6. Iaſ.conſil.156.num.10.lib.4.
Quam diſtinctionem communem eſſe teſtantur Soc.
ſen.conſ.3.num.14.& ſeq.lib.3.Bero.conſilio 168.nu-
me.9.lib.2.Villalob.in tract.commu.opin.in verb.le-
gitimandi.num.94. Dec.conſil.76. num.1. vbi in fine
conſilij dicit opinionem Signorol. in alio caſu tenen-
tis, quod facultas legitimandi ſit odioſa, falſam eſ-
ſe, & contra communem, cum facultas illa ſit fauora-
bilis, & latiſſime interpretanda, & hãc diſtinctionem
communem dicunt etiam Alciat.in d.l.s.in prin. nu.
45.& 48. affirmans ab ea in practica non eſſe recedẽ-
dum.Lancillot. Galiaul.ibi in repet.num.8. & Ruin.
conſ.145. nu.13. & ſeq.lib.3. qui multas alias addu-
cunt auctoritates.

Ex quibus elicitur diſtinctionem iſtam regulariter
37 communiter approbari, & ſequendam eſſe, † cui & ſi
aliquæ afferantur limitationes, quas recenſent Alcia.
in d.l.s.num.49. & ſeqq. Galiaul.in repet.num.11.&
ſeqq.& Didac.Couar.lib.4 decreta. par.2.cap.8. §.8.
num.9.de earum veritate nõ eſt opus diſputare, cum
nulla ex dictis limitationibus adaptari poſſit in ter-
minis, de quibus agitur. Et licet ab opinione. Bart.in
38 d.l.2.† dum dixit habentem poteſtatem legitimandi
ſpurios vel inceſtuoſos poſſe legitimare etiam illegi-
timum, qui patitur duplicem defectum, aliqui diſſen
tiant, vt habetur per Doctores in d.§.de adulterijs.&
p Iaſ.in d.l.s.in prin. nu.4. nihilominus opinio Bar-
toli videtur magis communiter recepta, vt habetur
in dictis locis. Et ſi in illo articulo ſententia Bartoli
non eſſet communis non noceret, quia non negant
diſſentientes à Bartolo facultatem legitimandi non
eſſe fauorabilem, & extendendam, ſed ea ratione con
trarium ſentiunt in illa quæſtione de legitimatione
illegitimi patientis duplicem defectum, quia ſecun-
dum eos Princeps concedens quod eſt minus, non vi-
detur concedere quod eſt maius, vt per Iaſ. in d. l.2.
nume.4.verſicu.Contrariam. & Imol. & alios in d. §.
de adulterijs.

Alia ratio Signorol.& Decij, quod facultas legiti-
mandi eſt priuilegium, & cum ſit contra ius commu-
ne ſtricte interpretari debeat, ita vt maſculinum non
concipiat femininum, minus procedit, quoniam fa-
cultas legitimãdi eſt beneficium Principis, & late in-
terpretari debet, vt in terminis firmant communiter
Doctores in d.l.2.ff.de verb.oblig. & alij ſupra proxi
39 me allegati. Præterea ſi eſſet priuilegium, † dicitur,
quod etiam in priuilegijs maſculinum continet femi
ninum, quod non ſolum dixit Bal. in c.ad audientiã.
el 1.num.12.de reſcript.cui Dec.reſpondet, ſed idem
firmant Archid. in cap. ſi quis ſuadente. 17. quæſt.4.
Dom.de Sancto Gem.in c.generali.col.3.in fin.verſic.
Tetto

Tertio caſu. de elect.in 6.Crot.conſ. 582.nu.17.lib.3.
Iaſ.conſ.141.num.4.ver.ſimiliter etiam lib.2. & in d.
l.ſi quis id quod. num.8.ff.de iuriſd.omn.iudic.Ruin.
conſ.145.nu.15.lib.3.Dec.qui communem dicit in d.
l.feminæ.nu.118.Tib.Decian.conſ.1.nu.84.lib.2.Re-
buff.in d.l.1.car.4.ver.Decimoſeptimo, ff.de ver.ſig.
Quod vero dixit Dec.in d.conſ.453.nume.5. & 6.
poſt Domi.de Sancto Gemi.in d.c.generali.colum.3.
verſ.Tertio caſu.& alios, quod ſi poteſtas legitiman
di regulariter eſſet fauorabilis, id non haberet locũ,
40 quando ageretur de præiudicio tertij, † cum benefi-
cia Principis, quæ de ſui natura late interpretantur,
reſtringi ſoleant, quando tractatur de præiudicio ter
tij, ſubuertitur conſiderando, quod ex priuilegio le-
gitimandi in genere conceſſo vere nullum alteri quã
Principi concedenti infertur præiudicium, nec dero-
41 gatur alterius iuri, ſed ſolum iuri communi; † Et pro
pterea poteſtas legitimandi latiſſime velut fauorabi
lis eſt interpretanda, licet legitimatio, quæ ſubſequi
tur, reſtringatur, ſi tertio præiudicium affert, & non
aliter, vt not.dixerunt Roman. in d.l.2.in princ.nu-
me.62.verſ. Sed ad hoc. Angel. conſ.17. col.2. verſic.
Cum ergo. Soc.ſen.conſil.47. num.32.lib.4.Inſuper ſi
poteſtas legitimãdi eſſet odioſa, nihilominus maſcu
42 linum contineret femininum, † quoniam tunc ma-
ſculinum non continet femininum, quando diſpoſi-
tio eſt odioſa odio irrationabili, exemplificando quã
do vnus pro delicto alterius punitur, vt in l.quiſquis.
43 C.ad leg.Iul.maieſt. † Sed ſi materia eſt odioſa odio
rationabili, tunc maſculinum continet femininum,
ut declarant Bart.in l.1.nu.1.in fi. ff.de verb. ſignific.
Salic.in l. quicumque, num.1.in fi. & ibi Ang.num.1.
C.de ſeru.fugit. Et quod in materia odioſa odio ta-
men rationabili ſemper maſculinum contineat femi
ninum, communiter firmant Doctores, vt teſtatur
Hieronym. Gabr.conſil.14.nu.24.lib.1. Quod maxi-
44 me procedit, † quando fauor eſt cauſa odij, quo caſu
etiam in odioſa diſpoſitione maſculinum continet
femininum.Bald.conſil.433.nu.1.lib.2.incip. Domi-
na Ioanna.Brun.conſil.1.num.62.quos ſequitur Bur-
ſar.conſ.22.nume.14.& 16.lib.1. Sed poteſtas legiti-
mandi, & ipſa legitimatio, quando fit ad inſtantiam
patris ad habendum poteſtatem, aut fauorabilis eſt,
45 vt de poteſtate legitimandi dictum fuit ſupra, † & de
ipſa legitimatione idem. poſt Bal. & alios concludit
Natt.conſil.623.num.9.lib.3. & Roman. in d.l.2.nu.
62.verſi.Siue enim. Ruin.d.conſil.145.nu.15. Aut ſal
tem ſi odioſa eſt, odium non eſt irrationabile, & o-
dium, ſi quod reſultat, cauſatur fauore patris & filij,
quorum fauore legitimatio conceditur; ideo femini
num in maſculino continebitur etiam in materia no
ſtra, quamuis odioſa dici poſſet.
Vltima ratio de diuerſitate rationis inter maſcu-
lum & feminam, quam in allegatis locis adducunt Si
gnorol.& Dec.nullius erit impedimenti, quoniam vt
reſpondet Ruin.d.conſ.145.num.15.ver. Non obſtat
quinto. attenta principali intentione cõcedentis, nul
la eſt differentia inter maſculum & feminam, cum le
gitimatio principaliter concedatur fauore priuati
videlicet patris ſeu filij, & non fauore publico, vt poſ
ſit admitti ad honores, & officia; ideo ratio illa atten
denda non videtur. Præterea licet non adeſſet tanta
46 ratio legitimandi feminas, † nihilominus, quia ſecũ-
dum opinionem communem poteſtas legitimandi
eſt fauorabilis, debet late interpretari & extendi ẽt
ad caſum, in quo non adeſſet tanta ratio, ſecundum
Alciat.in d.repet.l.2.in princ.num.44.in fi. Et minus
repugnat, dum dicebatur in materia differenti ma-
ſculinum non concipere femininum, quoniam id pro
cedit, quando actus non poteſt modo aliquo conue-
nire feminæ, & femina admitti non poteſt ad illum
actũ, qui ſub maſculino genere exprimitur, & ita lo-
quuntur Bar. in d.l.1. & alij ex aduerſo allegati, &
declarat Rebuff.in dicta l.1.car.5.verſic. Primo per-
dit officium ſuum. Sed caſus de quo agitur, non eſt
talis, licet enim non adeſſet tanta ratio legitimandi
47 feminas non propterea negari poteſt, † quin actus
legitimãdi conueniat etiam feminæ, quia & ipſa le-
gitimari poteſt ab habente poteſtatem legitimandi
vt reſtituatur natalibus, & ſucceſſionis reddatur ca-
pax, qui actus maſculis & feminis conueniunt, iuxta
l.maximum vitium, C.de lib.præterit.cum ſimil. Vn-
de cum materia legitimationis indifferens, etiam
feminæ in dicta poteſtate legitimandi includuntur;
48 nã quando † agitur de materia indifferenti reſpectu
maſculorum & feminarum, ſemper maſculinum fe-
mininum continet. Anton.de Butr.Cur. & alij, quos
refert, & ſequitur Socin.iun.conſ.10.nume.13. lib.1.
& poſt alios multos Burſat.conſ.300. num.17. lib.3.
vbi hanc opinionem communiorem, & vſu approba
tam eſſe teſtatur.
Ex iam dictis igitur apparet rationes, quibus Si-
gnorol.& Dec.mouebantur, non ſubſiſtere, & propte
rea eorum opinionem veram non eſſe, nec ſequendã,
vt etiam dixit Dec.in conſ.76.in fi. reſpondendo Si-
gnorol.in alio ſimili caſu.
Quatenus vero opinio Signorol.& Dec.in caſibus,
in quibus conſuluerunt, vera eſſet, nullo modo noce-
ret Dom. Hippolytę.
Primo quia loquuntur ipſi de priuilegio legitimã
di filios, nos vero de priuilegio indeterminate cõceſ-
ſo, in quo ſubintelligitur ſubſtantiuum homo, quod
eſt commune maſculis & feminis, inter quæ magna
conſtituitur differentia, ſecundum Bar.in d.l.1.Ang.
Bald. & Salic. in d.l.quicumque 1 & dixi in ſecundo
fundamento.
Secundo Signoro.& Dec. loquuntur de priuilegio
ſimpliciter conceſſo, non autem de priuilegio legiti-
mandi quoſcumque illegitimos, quod verbum, Quoſ
cumque, omnes comprehendit, vt demõſtraui ſupra
in quarto fundamento.
Tertio in caſu Signorol.& Dec. agebatur de præiu
dicio tertij, quia per legitimationẽ auferebatur ius
legitimarum hæreditatum, quod non eſt in caſu no-
ſtro; nam ſi conſideramus poteſtatem legitimandi,
quia Collegium poteſt tm̃ legitimare cum clauſula ſi
ne præiudicio venientium ab inteſtato, legitimando
49 † non poteſt ius, quod tertio competit, auferre, ſeu in
eo præiudicare, vt per Ang conſil.264.colum.prima.
Anchar. conſilio 152. incip. Pro fratribus defuncti,
aliàs 153.colum.3.verſic. Dixerit aliquis. Capic. de-
ciſ. 22. in fin. Hieronym. Gabriel. conſil.30. nume-
ro 30. libro primo. Si vero conſideramus ipſam legi
timationem ſubſecutam, illa alicui præiudicium non
attulit, quoniam legitimatio facta fuit cũ dicta clau
ſula, ſine præiudicio venientium ab inteſtato; & ſi pa
ter ab inteſtato deceſſiſſet, legitimatus non ſucceſ-
ſiſſet. Sed hæreditas non ſolum filijs legitimis, ſi il-
los habuiſſet, deberetur, ſed etiam alijs venientibus
ab inteſtato vſque ad quartum gradum, excluſis legi
timatis, ſecundum magis communem opinionem, de
qua per Tib.Decian.conſ.19.nu.25.& ſeqq. lib.1. Et
late in alio conſilio in hac cauſa reddito demõſtraui.
Sed quia Dominus Carolus pater, cui permiſſũ erat
50 † de ſuis bonis etiam in extraneos diſponere, quam-
uis filios legitimos & naturales haberet, dummodo
filijs legitimam reliquerit iure inſtitutionis. l. Papi-
nianus, §.quoniam autem, ff.de inoffi. teſta.l.parenti-
bus.

Digitized by Google

bus.& ibi Bar.C.eod.tit.l.verbis legis,ff.de verbo. ſignif. glo. in l. Titia, §.1. ff.de leg.2. In ſuo teſtamento Dominam Hippolytam hæredem fecit, ex dicta legitimatione nemini præiudicauit, & minus Dom. Fabritio filio naturali, legitimato ab eodē collegio cum dicta clauſula, quoniam Dom. Fabritius ita legitimatus ſolum ſuccedere poterat in eo, quod Dñs Carolus ipſi reliquiſſet ex teſtamento, vt in alio Conſilio demoſtraui. Et ſi venientes ab inteſtato ſucceſſionem non habuerunt, id euenit, quia ita diſpoſuit Dominus Carolus in ſuo teſtamento, & ſic non legitimatio ſed teſtamentum eis præiudicauit, vt conſiderat Socin.iun.conſil.93.num.66. verſic. Vel ſecun
51 do.lib 3. Cum igitur † legitimatio impetrata fuerit per Dominum Carolum patrem, qui poterat de bonis ſuis ad libitum diſponere etiam illa dilapidādo, & ſpes, quam habebāt ſuccedentes ab inteſtato, non eſſet conſiderabilis, non poteſt dici legitimationem concernere præiudicium tertij reſpectu bonorum de quibus pater diſponere poterat, cum eſſet in poteſtate patris etiam alios inſtituendo, eū qui fuiſſet ſucceſſurus ab inteſtato excludere, ſeu aliter de eis bonis diſponere, vt per dictas rationes ſcripſerūt Rom.in d.l.2.in princ.num.62. verſ. Siue enim. & ibi Cuman. & Paul. de Caſtr. Ang. Aret. in §. omnium. num.6. Inſtit.de actio. Anton. de Butr. in c.per venerabilem.num.15.qui fil.ſint legit. Socin. ſen conſ.47. num.31. lib.4. Rolan.à Vall. qui alios allegat, & de communi teſtatur conſil.52.nu.53. lib.4.quod etiam ſentit Bero.conſ.172. num.3.& ſeqq. lib.2. Et conſequenter cum legitimatio obtenta à Domino Carolo nemini præiudicium attulerit, ſententia Signoro. & Dec. non repugnat, quoniam ipſi ex eo principaliter mouentur, quod tertio eſſet præiudicialis legitimatio, quod præiudicium principaliter conſiderat etiā
52 Curt.ſen.d. conſ.9.num.31. & ſeq. † Et quando legitimatio non lædit ius tertij, omnes admittunt non ſolum priuilegium legitimandi, ſed etiam ipſam legitimationem eſſe fauorabilem, & late interpretandam, prout firmant Roma. Cuma. Caſtr. Rui. & Anton.de Butr. in locis proxime adductis, Ang. Aret.d. §.omnium, num.6. ver.tu autem dicas. Anton.de Roſel.in tracta.legitima.lib.2.tit.de cauſ. material. nume.10.verſic. Sed iuxta iſta quęro.& ita declarat Rebuff.d.l.1.cat.4.in fin.in 17.caſ.verſ. Quod eſt intelligendum.

Quarto quia in caſu noſtro apparet dictum Collegium ſemper conſueuiſſe legitimare feminas, quod non erat in caſibus, in quibus conſuluerunt Signoro. & Dec. Ex hoc etiam, & alijs prædictis conſtat eorū ac ſequacium auctoritates non obſtare Dominæ Hippolytæ, ſed legitimationem validiſſimam eſſe.

Poſtremo quia Dominus Fabritius fuit legitimatus cum clauſula, Sine præiudicio venientium ab inteſtato, per quam erat tantum habilitatus ad recipiendum ea, quę ſibi Dominus Carolus in teſtamento relinqueret, poſtquam Dominus Carolus teſtamentum fecit, & Domino Fabritio certum quid reliquit cum prohibitione aliud petendi, & Dominus Fabritius teſtamentum approbauit, non poterat ipſe Dominus Fabritius, nec modo poteſt eiuſdem hæres teſtamentum impugnare, & hæreditatem Domini Caroli petere, vt latiſſime in alio Conſilio demonſtraui.

Quia Domina Iulia, contra quam reſpondi, litem non fuit proſecuta: ideo cauſa non fuit adhuc terminata.

ARGVMENTVM.

In quibus caſibus mulier conſequi poſſit quartam partem bonorum viri, iuxta terminos Auth. Pręterea, C. vnde vir, & vxor.

SVMMARIVM.

1 *Auth. Præterea. C. vnde vir, & vxor. late declaratur infra per totum.*
2 *Mulier inops ſuccedit in quarta parte bonorum viri locupletis.*
3 *Pauper ſeu diues in materia Auth. præterea, C. vnde vir, & vxor. quis ſit, iudicis arbitrio relinquitur nu.30.*
4 *Mulier inops etiam dotata conſequitur quartam partem bonorum viri, ſi fuit nupta cum dote parua, quæ non ſufficit ad ipſius alimenta. Et de ratione.nu.23.*
Sed contra quando non eſt indotata.num.29.
Et declaratur num.22.cum ſeqq.31.36.cum ſeq.
Amplia etiam ſuperſtitibus filijs primi matrimonij.nu.5.
Extende hanc ampliationem, quod ſuperſtitibus filijs primi matrimonij tantum, mulier conſequitur etiam proprietatem quartæ. Sed ſi ſuperſunt filij communes, habet vſumfructum tantum.nu.6
7 *Quarta bonorum viri, debita vxori inopi, dicitur debitum neceſſarium.*
Et debetur etiam contra voluntatem viri, qui eam prohibuerit. nu.8.cum ſeq.
Et quamuis ſtatutum diſponeret, quod maritus non poſſit relinquere vxori, niſi certam quantitatem.nu.9.
Item debetur etiam ex bonis viri confiſcatis ex crimine læſæ maieſtatis.nu.10.
Et quamuis quarta excederet id, quod pro alimentis ſufficeret.nu.11.
Et licet alia bona acquiſiuerit ſoluto matrimonio. nu.12.
Et etiam ſi alijs inſeruiendo, ſeu ex aliqua arte alimenta conſequi poſſet.num.13.
Sed contra num.34. Et declaratur.nu.35.
14 *Quarta bonorum viri locupletis non debetur concubinæ.*
Nec vxori, ſi matrimonium non fuiſſet legitime contractum, quamuis coniuges fuiſſent in bona fide.nu.15.
16 *Quarta bonorum viri nunquid debeatur vxori, ſi dos tempore contracti matrimonij erat competens, licet tempore ſoluti matrimonij non ſufficeret ad alimenta.*
17 *Vxor non ſuccedit viro, nec vir vxori, niſi deficientibus omnibus agnatis, & cognatis vſque in decimum gradum.*
18 *Mulier conſequitur quartam bonorum viri, ſi matrimonium fuit contractum ſine dote, & vir eſt diues tempore mortis, & vxor pauper, nec habet vnde viuat, & ſic omnibus prædictis concurrentibus, aliàs ſecus.*
20 *Conſuetudo probatur per teſtes deponentes caſus plures eueniſſe, & tamen aliquid non fuiſſe ſeruatum, licet non appareret obtenta in iudicio.*
21 *Conſuetudo eſt optima legum interpres.*
24 *Quarta bonorum viri, vt debeatur mulieri, non ſufficit, quod ipſa ſit ſimpliciter pauper, ſed exigitur talis paupertas, ob quam mendicare compelleretur. Et quoties mendicare non teneretur, non debetur quarta.*
Nec debetur, ſi mulier habet alia bona.num.25.
Aut patrem à quo ali poſſit.num.26.
Vel ſi pater deceſſit, ſuperſtite filio maſculo, quia mulier legitimam conſequi deberet.nu.27.
Sed quid ſi ſupereſt frater diues, à quo ſoror ali debeat. num.29.
28 *Frater diues tenetur alere ſororem.*

Pauper

30 *Pauper quis dicatur. Et ſupra.nu.3.*
32 *Pater tenetur alere filium.*
Fallit quando filius poteſt viuere ſua induſtria.nu.33
34 *Mulier non conſequitur quartam bonorum viri, quando vel alijs inſeruiendo, aut cum operibus ſuæ perſonæ, vel aliter poteſt quarere victum ſine dedecore. Secus in muliere nobili.num.35*
38 *Quarta bonorum viri, que debetur mulieri, non poteſt excedere libras centum auri.*
Et in omni caſu in quarta computantur dos, & alia bona mulieris.nu.39

CONSILIVM XCIII.

PRAETENDIT Domina Agnes vxor olim Matthæi Paſcutij conſequi debere quartam partem bonorum relictorum in hæreditate viri
1 † iuata diſpoſitionem Auth. Prætcrea, C. vnd. vir & vxor. cum ipſa ſit inops, & bona non poſſideat, quæ pro eius alimentis ſufficiant, & Matthæus vir locuples obierit cum bonis valoris florenorum decem millium, & vltra, cuius intentio verificari videtur ex clara diſpoſitione textus in d. Auth. Prætcrea, & in §.fin. Auth. Vt liceat matri & auiæ. In
2 quibus diſponitur mulierem † inopem ſuccedere in quarta bonorum viri locupletis, quæ iura locum obtinent in caſu, de quo agitur, cum enim ad cognoſcen-
3 dum † quis ſit pauper vel locuples in materia de qua agitur, id Iudicis arbitrio remittatur. Glo. in d. Auth. Prætcrea. in verb. locuples. & ibi Bal. num. 4. Rom. nu. 5. Ang. in fin. Iaſ. qui de communi teſtatur, nu. 27. Salic. num. 4. Natt. conſ. 605. nume. 12. lib. 3. Soc. ſen. qui communem dicit conſil. 30. in princ. lib. 4. Iudex ipſe, attentis facultatibus dictorum coniugũ, arbitrari debet mulierem inopem, virumque locupletem fuiſſe. Et licet dicta iura loquantur, quando mulier nupta
4 eſt ſine dote, † procedunt nihilominus etiam in muliere dotata parua dote. Bal. in d. Auth. Niſi, vbi Sali. Caſt. & Iaſ. nu. 3. Guil. de Benedict. in repet. cap. Raynutius, in verb. vxorem nomine Adelaſiam, num. 242. Ang. de Gambell. in tract. de teſta. glo. 4. nu. 20. Viu. qui de communi teſtatur in eius commu. opin. in verbo. vxor. nu. 2. Cephal. conſ. 244. num. 10. lib. 2. Nicol. de Vbal. in tract. de ſucceſ. ab inteſt. par. 4. numero 8. ver. Et idem. Simon de Pret. qui de communi teſtatur conſ. 9. nu. 4. lib. 1. Rim. iun. conſ. 657. num. 17. & ſeqq. multis, & num. 37. & ſeq. 40. & ſeq. lib. 6. Vnde quamuis mulier illa nupſerit cum dote quinquaginta florenorum, videtur tamen, quod poſſit conſequi dictam quartam, cum ex dote illa viuere non poſſit; nam quando dos non ſufficit ad alimenta vxoris, parua dicitur, & quarta ei debetur, ne in opprobrium præcedentis matrimonij mendicare compellatur. ita Bald. in d. Auth. in fi. & ibi Sal. nu. 2. Paul. de Caſt. in fin. Roman. nu. 8. Alex. num. 4. Pic. in repet. num. 10. Fabian. de Pepis. in repet. num. 10. Quæ opinio communiter approbatur, vt teſtantur Dec. in d. Auth. nu. 4. Rolan. à Vall. conſ. 14. per totum, conſil. 15. numer. 24. & ſeqq. lib. 3. Tib. Decia. conſ. 111. num. 15. & ſeq. lib. 3. Burſat. conſil. 92. num. 22. lib. 1. Hieron. Gabr. conſ. 142. nu. 3. lib. 1. Nec Domina Catharina filia & hæres dicti Mat-
5 thæi ex primo matrimonio id negare poteſt, † cum filij primi matrimonij prouiſionem d. Auth. Non impediant, vt ibi dixit Bald. & ſequuntur Roma. num. 3. Iaſ. num. 13. Paul. de Caſtr. num. 4. Curt. iun. nu. 14 &
6 demonſtrant clara verba d. Auth. † Immo exiſtentib. filiis primi matrimonij etiam proprietas dictæ quartæ acquiritur nouercę, quæ ei non acquiritur, quando filij eiuſdem matrimonij ſupereſſent, quo caſu mulier conſequitur tantum vſumfructum quartæ, reſeruata proprietate filijs communibus, vt textus clare dicit in §. quia vero, el 2. & ibi Aug. num. 12. & ſeqq. Auth. Vt liceat matri & auię. & textus in d. Auth. Prætcrea. & ibi declarant Pic. in repet. num. 19. & ceteri. idem ſentit Cephal. conſ. 671. num. 31. & ſeq. lib. 5. dum dixit quartam non finiri cum vita vxoris, niſi quando
7 adſunt filij communes. † Debetur igitur mulieri inopi dicta quarta, quæ debitum neceſſarium appellatur, vt dicunt Doctores in d. Auth. & Socin. ſen. conſ. 131. num. 14. lib. 4. & vxori debetur non ſolum defuncto viro ab inteſtato, ſed etiam ſi cum teſtaměto obie-
8 rit, & quartam prohibuerit, † cum illa etiam contra viri voluntatem vxori concedatur, nec à viro auferri poſſit. & ita reprobata opinione Angeli contrarium, ſentientis in d. Auth. Prætcrea, dixerunt Bald. num. 1. in fin. Paul. de Caſt. in fin. Roma. num. 10. Iaſ. num. 17. Dec. num. 9. Corn. num. 18. Natt. conſ. 605. num. 6. lib. 3. Corn. conſ. 4. lib. 4. Viu. qui de communi teſtatur in d. verbo. vxor. num. 6. & hanc opinionem magis communiter approbari dixit Fabia. de Pepis, in d. repet. numero 35. & 36. quam opinionem approbat etiam Ioan. de Plotis inter conſ. vltim. volunt. diuerſ. conſil.
9 168. nu. 45. † vbi plus dicit, diſpoſitionem d. Authent. Procedere, etiam ſi ſtatuto diſponeretur maritum nõ poſſe relinquere vxori niſi certam quantitatem, aſſerẽs ſtatutum non comprehendere iſtam quartam debitam ex diſpoſitione legali, vt per eum, & quod quarta debeatur, etiam contra teſtatoris voluntatem probant etiam Socin. ſen. conſil. 108. colum. 1. & 2. libr. 1. Ioan. Petr. Surdus conſil. 81. num. 15. lib. 1. & Rim. iu. in d. conſ. 657. nu. 24. libr. 6. & eſt adeo fauorabile di-
10 ctum debitum, † quod licet bona viri eſſent confiſcata ex crimine læſæ maieſtatis, nihilominus vxor à fiſco quartam conſequitur, prout oſtendunt Socin. ſen. conſ. 121. lib. 4 & Fabian. de Pepis, in d. repet. nu. 113. & ſequent. Et quamuis bona Matthæi excedant valorem florenorum decem millium, & ſic quarta trãſcendat id, quod pro alimentis dictæ mulieris deberetur,
11 non refert, † quia quarta conceditur, quamuis excedat id. quod pro alimentis ſufficeret. Corn. conſil. 4. num. 7. lib. 4.

Nec intentioni dictæ mulieris obſtabit, quod ipſa modo habeat alia bona vltra dotem; Tum quia om-
12 nia pro † alimentis non ſufficiunt; Tum etiam quia ſi alia bona acquiſiuit poſt mortem viri, non aufertur quarta, cum illa debeatur mulieri inopi tẽpore mortis viri, quamuis poſtea bona acquireret, & diuitiæ ſa peruenirent, ita Dec. conſil. 24. Viu. qui de communi teſtatur in d. verb. vxor. nu. 4. Ceph. conſi. 244. num. 4. lib. 2. conſ. 671. nu. 35. lib. 5.

Et licet mulier illa poſſet ſibi quęrere alimenta, a-
13 lijs inſeruiendo, ſeu in aliqua arte ſe exercẽdo, † non propterea ceſſat diſpoſitio d. Auth. Prætcrea, cũ alijs inſeruire, ſeu artem exercere, non teneatur; Dec. in d. Auth. Prætcrea, num. 21. Barbat. conſ. 74. num. 5. lib. 4. Rolan. à Vall. conſ. 14. num. 44. & ſeqq. libr. 3. Tib. Decia. conſ. 111. nu. 19. & ſeq. lib. 3. Rimin. iun. conſ. 657. num. 53. & ſeqq. multis, lib. 6. & Menoch. conſil. 433. nu. 14. & 15. libr. 5. qui in eadem cauſa reſpondit cum Riminaldo iuniore.

Licet prædicta multum vrgere videantur contra Dominam Catharinam, nihilominus in præſenti caſu, conſideratis omnibus, quæ in facto præſupponuntur, arbitror non eſſe locum diſpoſitioni dic. Authen. Prætcrea. & conſequenter dictam vxorem Matthæi quartam prædictam nullo modo conſequi poſſe.

Et in primis conſiderandum eſt, nunquid inter di-

ctos

ctos Matthæum, & Agnetem fuerit contractum ma-
14 trimonium † nam ſi Matthæus retinuiſſet Agnetem
pro concubina, non deberetur quarta, vt in d. Auth.
Præterea. dixerunt Curt. iun. nu. 3. & Fabia. de Pepis,
in repet. nu. 7. & ſi eſſet inter eos contractum matri-
15 monium, † eſt ſimiliter conſiderandum, nunquid il-
lud fuerit legitime contractum, nã vt debeatur quar
ta, requiritur, quod matrimonium fuerit iuſtum, vt
per textum in l. 1. ff. vnde vir & vxor. dixerunt Curt.
iun. & Fabian. de Pepis. in locis ſupra adductis. Si ve
ro matrimonium fuiſſet putatiuom, & non legitime
contractom, non eſſet locus diſpoſitioni d. Auth. Præ
terea, quamuis coniuges fuiſſent in bona fide, vt poſt
Bal. Nouel. in tract. de dot. in par. 11. in fi. dixit Pur-
pur. conſ. 330. col. 1. lib. 1.

Eſt etiam aduertendum, nunquid dos dictæ mu-
lieris, attenta eorũ qualitate tempore cõtractui ma-
16 trimonij, fuerit congrua; † nam ſi tunc congrua fuiſ-
ſet, quamuis ad alimenta modo non ſufficeret, pro-
babilior videretur illa opinio, quæ habet ceſſare di-
ſpoſitionem Auth. Præterea, prout oſtendunt Socin.
ſen. conſ. 30. num. 8. & ſeqq. lib. 4. late Hieron. Gabr.
conſ. 142. per totum. lib. 1. Cephal. conſ. 671. nu. 26. &
ſeqq. lib. 5. Simon de Pret. conſ. 9. nu. 5. lib. 1. Quam-
uis contradicant in hoc Barb. conſ. 74. col. 3. num. 3.
lib. 4. Rolan. à Val. conſi. 15. per totum. lib. 2. Rimin.
iun. conſ. 657. num. 44. & ſeq. lib. 6. & Menoch. conſil.
433. nu. 4. lib. 5. quorum rationibus reſpondet Hier.
Gabr. & Cephal. in citatis locis.

Quatenus vero matrimonium appareret legitime
contractum, & dos dictæ mulieris ẽt tempore contra
cti matrimonij fuiſſet incongrua, adhuc putarem di-
ctam mulierem in quarta non ſuccedere. Et pro fun-
damento præſuppono in caſu noſtro ex Matthæo ſu-
pernixiſſe Dominam Catharinam eius filiam legiti-
17 mam & naturalem ex primo matrimonio. † Et quan
do adſunt filij, vxor viro non ſuccedit, cum vxor non
ſuccedat viro, nec vir vxori, niſi de iure prætorio defi
cientibus omnibus agnatis & cognatis vſque ad de-
cimum gradum, vt habetur in l. 1. C. vnde vir & vxor,
& in l. 1. ff. eo. tit. & per Soc. ſen. conſi. 30. nu. 3. lib. 4. Et
licet ſancitum fuerit mulieri inopi deberi quartam
bonorum viri locupletis, quamuis adſint filij prioris
vel eiuſdem matrimonij, vt in d. Auth. Præterea, & in
corpore vnde ſumitur. Eius diſpoſitioni cenſeo locũ
18 non eſſe. † Ad hoc enim vt diſpoſitioni dictorum iu-
rium locus ſit, plura requirũtur, & inter cetera quod
matrimonium ſit ſine dote contractum, vir fuerit di
ues tempore mortis, & vxor ſit pauper, nec habeat
vnde viuat, ita Doct. in d. Auth. Præterea, præſentiũ
Paul. de Caſt. in princ. Fabian. de Pepis in d. repet. nu
me. 7. Curt. iun. nu. 3. & ſeqq. Hieron. Gabr. conſ. 142.
num. 1. lib. 1. Simon de Pret. conſ. 9. nu. 2. lib. 1. vbi di-
cit locum non habere diſpoſitionem d. Auth. Quan-
do vnum ex prędictis requiſitis ceſſat. Quæ omnia ca
ſu, de quo agitur, non concurrunt, & ſolum verifica-
tur virum fuiſſe locupletem, ideo diſpoſitioni dicto-
rum iurium locus non erit.

19 Primo, quia quarta conceditur vxori, † quæ ſine do
te aliqua matrimoniũ contradixit, ꝙ clare probatur
in §. quoniam vero. Auth. de exhib. reis. in quo dum
diſponitur vxorem in quarta ſuccedere, ſemper mu-
lieris indotatæ ſit mentio, vt ibi in principio. Mulie-
ribus indotatis. & ibi. eo quod nõ ſit facta dos, neque
ante nuptialis donatio nihil habere valentes. Item
ibi, & ſi ſine dote exiſtente vxore, Rurſus ibi. Dimiſſæ
fuerint à viris indotatæ conſiſtentes. Idem etiam pro
batur in §. quia vero, el 2. Authen. vt liceat matri, vel
auiæ. ibi, ſi quis vxorem ſine dotalibus acceperit. &
ibi. ſi quis indotatam vxorem per affectũ ſolum acce
perit. Quod ẽt iuſtificatur in d. Auth. Præterea, ſi ma-
trimoniũ ſit abſque dote. Quæ iura diuerſis tẽporib.
condita, dũ ſemper pluribus vicibus de mulierib. nu
ptis loquũtur, clare probãt quartã ſolis mulierib. nu
ptis ſine dote concedi, non aliis, quæ dotatæ fuerint,
& ita multis fundamẽtis per dicta iura probauit So-
cin. ſen. in conſ. 121. nu. 38. & ſeqq. lib. 4. qui nu. 42. de
cõi teſtatur, aſſerens oẽs gloſſas, & Doct. antiquos
vſque ad tempora Baldi ſimpliciter & indiſtincte ac-
quieuiſſe textui in d. Auth. Præterea, & poſt Bal. Ang.
& Salic. non feciſſe diſtinctionem inter paruã, & non
paruam dotem. & Socinum ſequitur, aliis rationibus
eius opinionem comprobans Ceph. conſ. 671. nu. 14.
& ſeqq. & per totum cõſilium lib. 5. cui opinioni mã-
gis hic adhærendum eſt, cum probatum fuerit per
multos teſtes in hac Ciuitate Peruſiæ annis præteri-
tis paruas dotes communiter dari conſueuiſſe, quæ
ad alimenta non ſufficiebant, & tamen vxores mor-
tuis viris nunquam in quarta ſucceſſiſſe, qui teſtes,
20 † ita deponentes recte probant hanc obſeruantiã, &
conſuetudinem, licet non appareret obtenta in iudi
cio ſecundum Purpur. in conſ. 249. lib. 1. & in conſil.
432. vbi de communi teſtatur. lib. 2. Et tanto magis
quia hæc obſeruantia non eſt contraria legi, quia nõ
dicimus d. Auth. Præterea, nõ obſeruari, ſed dicimus
illam non procedere in muliere dotata parua dote,
& obſeruantiam prædictam deſeruire ad declaratio-
21 nem d. Auth. † cum conſuetudo ſit optima legum in-
terpres, l. minime, ff. de legi. cap. cum dilecti, de con-
ſuetud. & ita dixit Soc. ſen. in d. conſ. 121. nu. 46. in fi.

Secundo ſi d. Auth. etiam in muliere dotata parua
dote locum haberet, prout dixerunt Bald. & ceteri,
quos ſupra adduxi, non propterea dicta mulier in
22 quarta ſuccederet, † quoniam Bal. & ceteri non di-
cunt mulierem dotatam in parua dote ſuccedere in
quarta vi ſermonis dictorum iurium, ſed conſidera-
ta mente, & ratione ipſarum conſtitutionũ, ita Dec.
in d. Auth. Præterea, num. 4. & eſt de intentione om-
nium, qui Baldum ſequuntur. Rationem autem ſeu
23 cauſam, † ex qua per dictas conſtitutiones quarta
mulieri conceditur, eam fuiſſe à Doctoribus deduci-
tur, ne ſcilicet vxor inops mendicare cogatur in op-
probrium præcedentis matrimonij, ita Bal. Sal. Caſt.
in d. Auth. Præterea, et ibi Alex. nume. 4. Soc. ſen. qui
ita omnes tenere teſtatur conſil. 121. nume. 32. lib. 4.
Cephal. conſil. 244. nu. 11. & 20. lib. 2. Burſ. conſil. 22.
nume. 21. lib. 1. Rolan. à Vall. conſil. 14. nume. 27. lib. 3.
24 † Et propterea dicitur non ſufficere ſimplicem pau-
pertatem mulieris, ſed exigi talem pauperratem, ob
quam mulier ſi non ſuccederet in bonis viri, mendi-
care cogeretur, prout eſt de intentione Doctorum,
& declarant Corn. conſilio 249. nume. 3. verſicu. Et
ideo Doctores. lib. 3. Hieron. Gabr. d. conſ. 142. num.
25. lib. 1. Eſt enim remedium d. Auth. ſubſidiarium,
quando aliunde mulier non poteſt habere alimenta,
ne cogatur mendicare, ita Socin. d. conſ. 121. num. 36.
lib. 4. Cephal. d. conſ. 244. nume. 24. lib. 2. conſil. 671.
num. 20. in fi. lib. 5. vbi id omnes fateri dicit Fabian.
de Pepis in d. repet. nume. 85. in fin. Hieron. Gabr. d.
conſ. 142. nu. 19. verſ. Nihil enim. Et propterea ad co
gnoſcendum numquid dicta quarta debeatur, ſolum
conſideratur, an mulier ſine quarta mendicare coge-
retur, ſecundum Corn. in conſ. 4. colum. 1. verſ. Aggre
diendo, lib. 4. Et ſi ceſſaret ratio illa à Doctoribus
conſiderata, & mulier mendicare non cogeretur, nõ
deberetur quarta, ſiue paruam, ſiue nullam dotem
mulier haberet, vt late oſtendunt Socin. ſen. d. conſil.
121. per totum, Purpu. conſil. 330. num. 3. lib. 1. & Ce-
phal.

phal.in d.conſi.244.nume.10. & ſeqq.eſt etiam opus,
vt quarta peti poſſit, non ſolum conſtare mulierem
eſſe indotatam, ſed etiam eſſe inopē, vt dicitur in d.
§.fin.& in d. Auth. Præterea; ceſſante autem inopia,
ceſſat etiam dictorum iurium diſpoſitio.Soc.ſen.con-
25 ſil.30.nu.11.ver.Confirmatur. lib.4. & ſi mulier indo
tata aliunde haberet alia bona,ita vt mendicare non
cogeretur,in quarta non ſuccederet, vt probat textus
in d.§.fin. Auth. de exhib.reis, & declarat Cephal. d.
conſil.671.num.16.& ſeq.ſatis enim eſt aliter habere,
vnde ſe alere poſſit,quamuis dote careat.Socin.ſen.d.
conſi.121.nu.36.Corn.conſ.249.col.fi.ver.& inſuper.
lib.3.& conſi.4.nu.7.lib.4.& hoc omnes,& etiam illi,
qui pro contraria parte allegantur, fateri videntur.

Et non ſolum non debetur quarta, quando mulier
habet bona,ex quibus ali poſſit, ſed etiam ſi aliter ali
menta conſequi poteſt, abſque eo quod mendicare
26 compellatur; & propterea † ſi mulier haberet pa-
trem diuitem, à quo ali poſſet, ceſſaret diſpoſitio d.
Auth. Vt dixit Raphael Cuman.in l.in ſuis, ff.de libe.
& poſthum. à quo licet diſſentiant Dec. in d. Authen.
Præterea,num.20.& Fabian.de Pepis in repet.nume.
22. & ſeq. nihilominus opinionem Cumani ſequun-
tur Alexand.in d.Auth.Præterea,nu.11.Iaſ.numer.6.
Curt.iun.num.9.Soc.ſen.conſ.30. numero 4. & ſeq.&
num.8.lib.4. & opinionem illam communiter appro
bari,teſtatur Cephal.d.conſ.244.nu.20.& ſeqq. & in
d. conſ.671.nu.21. quam communem fatentur etiam
Dec.in d.Auth.nu.19.& Fabian.num.22.in fin. & 25.
27 in fin. † Vel ſi pater deceſſiſſet, & ſupereſſet frater,
idem dicendum eſſet,quia legitimam in bonis patris
conſequeretur,vt poſt Cuman.dixit in d.Authen.Iaſ.
nume.7. & ſequent.Immo non deſunt,qui dixerunt,
28 quod cum † frater diues teneatur alere ſororem ino-
pem.Barr.in §.diſcretis, Auth. Qui.mod.nat.effi. ſui.
Iaſ.in Auth.Res quæ,num.10.C.comm.de leg.Angel.
Aret.in §.ſed ſi quis,nume.3. & ibi Ioan.Faber & Iaſ.
num.4.Inſtit.de actio.

29 Quartæ petitio denegatur,† quando mulier inops
habet fratrem diuitem,à quo ali poſſit,ſecūdum Hie-
ron.Gabr.conſil.142.nu.30.lib.1. & Ioſeph Ludou.in
ſuis concluſ.in concl.25.in 2.limit.& idem tenent Ro
lan.à Vall.conſ.14.nu.19.& 53.lib.3. & Tiber.Decia.
conſ.121.nu.21.lib.3.& conſ.70.nu.17.lib.2.qui ſupra
pro contraria parte adducebantur. Quæ opinio licet
reſpectu fratris ſit dubitabilis ea ratione, quia etiam
frater in ſubſidium tātum tenetur alere ſororem ino-
pem, quando ſcilicet non habet, vnde ſe alat; quod
non eſt,quando quartam conſequi poteſt, vt late pro
bant Menoch.conſ.433.num.16.& ſeqq.lib.5.& Rim.
iun.conſ.657.num.60.& ſeq.lib.6. Quicquid ſit reſpe-
ctu fratris,de quo nūc non expedit diſputare,clarum
tamē eſt,quando mulier habet patrem, à quo alimen
ta conſequi poſſit,quarta non debetur, vt declarat ip
ſe Menoch.ibi num.20. Prout etiam non debetur niſi
in ſubſidium,quando mulier non habet,vnde ſe alat,
quod omnes admittere videntur.

Cum igitur tunc ſolum debeatur quarta, quando
mulier eſt inops, & ſine quarta mēdicare cogeretur;
& ſi aliquo modo alimentari poſſet, abſque eo quod
mēdicare compelleretur,excludatur,vt Doctores cō-
muniter admittunt; cōcludendum eſt in caſu noſtro
dictam mulierem nullo modo quartam conſequi poſ
ſe. Quoniam ipſa eſt ruſtica, ac vilis conditionis, &
orinnda ex caſtro Sancti Angeli de Celle, & præſup-
ponitur habere bona valoris Florenorum 200. & vl-
tra, qui faciunt ſcuta 125. & ſic pauper ſeu inops ap-
30 pellari nequit, † cum pauper ille ſit, qui non habet
centum aureos, vt dicit gloſſa in dicto §. fin.in verb.
pauper.Auth.de exhib.reis. Et ſi admitteremus pau-
perem vel diuitem iudicari arbitrio iudicis, vt ſupe-
rius dixi, quod magis communiter Doctores conce-
dere elicitur,ex deductis per Menoch.de arbitr. iudi.
quæſt.lib.2.cent.1.caſ.65. num.7.& ſeq. Iudex in hoc
debet conſiderare qualitatem, & conditionem perſo
narum;nam vnus nobilis,vel qui neſcit operari, non
dicitur diues de eo, quo dicitur diues ruſticus ſeu ar-
tifex,prout dixerunt Iacob.Butr. & Corn.in d.Auth.
Præterea.& ſequitur Fabian. de Pepis in repet. num.
72.& Natt.qui alios refert conſil.605.num.12. lib.3.
Sed conſiderando qualitatem & conditionem dictæ
mulieris ruſticæ, quæ ſemper antequam matrimoniū
cum dicto Matthæo contraxerit,ſtetit pro famula cū
diuerſis perſonis, ipſa potius iudicabitur diues quā
inops, vel ſaltem non iudicabitur in magna pauper-
tate: ideo ceſſat diſpoſitio dictæ Authent. poſtquam
in ea non verificatur requiſitum talis inopiæ, qualia
à Doctoribus cōſideratur,præſertim,quia bona, quæ
ipſa poſſidet, ſunt ſufficientia, vt iterum cum eis nu-
bere poſſit homini ſuæ conditionis, & conſequenter
31 euitare mendicitatem.† Et quando mulier habet ta-
lem dotem,cum qua ſecundo nubere poſſit, ceſſat di-
ſpoſitio d.Auth. Vt poſt Alex.dixit Paul.Pic.in reper.
d.Auth.Præterea,num.1.quos ſequitur Hier.Gabr.in
d.conſ.142.nu.19.lib.1.

Præterea quia ipſa mulier poteſt ſibi quærere vi-
ctum,exercendo ſe in aliqua arte, vel ſeruiendo nobi
libus mulieribus pro famula, & ſic ſine mendicitate
viuere valet, ei nullo modo debetur quarta; ſicut in
32 ſimili dicitur,† quod licet pater teneatur alere filiū,
l.1.ff.de lib.agnoſc.Glo.in §.1.in verb. Et educatio.In
33 ſtit.de iur.natur.Id non procedit,† quando filius in-
duſtria ſua viuere poteſt,tunc enim pater non tenere
tur impēdere alimenta filio, l.ſi quis à liberis in prin.
iuncto §.ſed ſi filius, & ibi Bartol.not.ff.de lib.agnoſc.
Caccialup.in repet.l.frater à fratre,num.94.& 106.ff.
34 de cond.indeb. Et ita in terminis,† quod ſi mulier eſt
apta ad operandum, & quærendum victum, abſque
eo quod mendicare cogatur,ei quarta non debeatur,
etiam ſi nihil habeat in bonis, firmauit Purpu.in con
ſil.330.num.4.& ſeq.lib.1.qui nu.6.dicit pro hac opi-
nione aliàs fuiſſe conſultum per Soc.& Corn.& ſecun
dum eam iudicatum,ab eaque non eſſe recedendum.
Et quia iſta mulier bona poſſidet, & cum operibus
ſuæ perſonæ commode ſuſcipere poteſt alimenta con
decentia,magis huic opinioni erit adhærendum: nā
quādo mulier habet tantum in bonis,vel dotem par-
uam,ita vt cum operibus ſuæ perſonæ,exercendo offi
cia mulieris ſuæ qualitatis, alimenta ſuſcipere & vi-
uere poſſit,tunc quarta non debetur,cum eo caſu non
dicatur nouiſſima laborare inopia, ita vt mendicare
cogatur, prout concludunt Soc.ſen. conſ.30. num.12.
& ſeq.conſil.121. numer.45. & ſequent. libro quarto.
Corn.in dicta Auth.Præterea,nu.26.& ibi Fabian.de
Pepis in repet.num.83. & ſequent. vbi dicit ita Senis
fuiſſe iudicatum. Purpur. in dicto loco. Hieron. Ga-
briel.dicto conſil.142.num.24. & ſequent.lib.1. & Si-
mon de Pret. in dicto conſil.9. nu.15. lib.1. Et quam-
uis Roland.à Vall.Tiber.Decian. Rimin. iun. & Me-
noch.in contrarium allegati concludere videātur lo-
cum eſſe diſpoſitioni d. Auth. præterea, etiam quan-
do mulier eſt induſtrioſa,& manibus ſuis,vel alijs ſer
uiendo poteſt quærere victum, eorum concluſio non
35 reſiſtit,† quoniam ipſi loquuntur de muliere nobili,
cui vel viro defuncto dedecus eſſet laborare, vel alijs
inſeruire. Et eodem modo intelligendi ſunt Dec. in
authent. præterea. numero 21. & Barbar. conſilio 74.
nume.5.lib.4.qui cum eadem opinione concordant,

Sed ſi mulier eſſet talis códitionis, cui vel viro defun
cto non eſſet dedecus ſuis manibus, ſeu alijs ſeruien-
do victum quærere, ipſi nō contradicunt, ſed potius
cum opinione noſtra concordant. At iſta mulier eſt
vilis conditionis & ruſtica, & eius attinentes artem
ruſticalem exercent, & Matthæus vir erat ex caſtro
Manrignanæ, & ſemper in Ciuitate Peruſiæ artem
piſtoris exercuit, & durante inter eos matrimonio
nullam famulá retinuit, ſed vxor ipſa ſemper in om-
nibus ſeruitijs domus ſe exercuit, & etiam extra do
mum vti famula ſe gerebat, accedendo ad lauandum
pannos, per plateas ad vendendum res pro victu, &
etiam ad emẽdum carnes, & alia omnia faciendum,
quę famulæ facere ſolent, prout probari poſſe præſup
ponitur; Ideo abſque aliqua eius vel viri ignominia
etiam modo ſe exercere, & alijs inſeruire, & ſic ali-
menta quærere poteſt, nec erit coacta mendicare, ne-
que redundaret in opprobrium præcedentis matri-
monij, ſi faceret ea, quæ viuẽte viro facere ſolebat, vt
dixit Hiero Gabr. in d. conſ. 142. n. 25. & ſeq. li. 1. Meri
to ad petitionẽ dictæ quartę nullo modo admittitur.

Nec obſtant ea, quæ ſupra in contrarium conſide-
rabantur, quoniam illa ex ſuperioribus remouentur,
cum oſtenſum fuerit in caſu noſtro non concurrere
ea, quæ requiruntur, vt diſpoſitioni d. Auth. Præte-
rea, ſit locus Et magis clare reſpondendo dico, quod
opinio Baldi, & aliorum, vt mulier dotata in parua
dote ſuccedat in quarta, licet ex prædictis reddatur
36 dubitabilis, † nihilominus non intelligitur in quali-
bet parua dote, ſed quando dos eſt valde modica, id
eſt minima, cum minimum à nihilo non differat, pro
ut Bald. & ſequaces loquuntur, & in iſtis terminis il-
lam opinionem tenet Franc. de Rampon. in d. Auth.
& eam ſequuntur Angel. Aretin. in §. fin. numero 8.
Inſtit. de ſucceſ. cognat. Matheſil. in tract. de ſucceſ.
ab inteſta. nu. 22. & ibi Bologn. in addit. Curt. iun. in
d. Auth. nu. 7. Corn. conſ. 249. col. 2. verſ. ſemper fui.
num. 2. vbi de communi teſtatur. lib. 3. qui dicunt do-
tem valde modicam ſeu minimam non impedire lu-
crum dictæ quartæ. Et quod dicta opinio Baldi ſolú
intelligatur, quando daretur adeo notabilis incon-
gruitas dotis, vt cum ea mulier verisimiliter mendi-
care cogeretur, nec ſatis ſit dotem eſſe paruam, decla
rant Socin. ſen. conſ. 121. nume. 44. & conſ. 30. nume.
14. lib. 4. Purpur. conſil. 330. nume. 7. ver. non obſtat.
lib. 1. Cur. iun. in d. Auth. num. 7. & ibi Corn. num. 4.
Fabian. de Pepis in repe. nu. 16. & 17. Corn. conſ. 249.
num. 3. verſ. licet autem. lib. 3. Hieron. Gabr. d. conſ.
142. nu. 3. & 25. & in dote minima, cum qua cogere-
tur mendicare, militant omnes rationes Bal. Sal. &
ſequacium, & ita loquitur etiam Rol. à Vall. ex ad-
uerſo adductus in conſ. 14. num. 29. in fin. & num. 34.
37 lib. 3. † Præterea dicitur tunc iuxta opinionem Bal.
dotatam in parua dote ſuccedere in quarta, quando
neſcit operari, vt poſt Caccialup. & alios dixit Cor-
ne. conſ. 249. nu. 3. ver. & conſideratur. lib. 3. & eo tan
tum caſu dos minima non impedit lucrum quartæ,
quando ex dote cum operibus conuenientibus mu-
lier non poſſit ſumere victum & veſtitum, vt dixit
Corn. conſ. 4 in princ. lib. 4. Sed in caſu noſtro mulier
illa habet dotem, et bona valoris florenorum 200.
quæ attenta qualitate, et conditione eius perſonæ, ip
ſam ab inopia excludunt, et ex eis cum operibus con
uenientibus eius perſonæ, & ſeruiendo alijs alimen-
ta commode conſequi poterit, nec erit coacta mendi
care, ideo non eſt locus diſpoſitioni d. Auth. & ceſ-
ſant ea, quæ Bal. Salic. & ſequaces dicebant de dota-
ta in minima dote.

Et cum ex prædictis demonſtretur dictæ mulieri
quartam non deberi, non eſt neceſſarium reſpondere
alijs in contrarium adductis. Solum addo ad maio-
rem declarationem, quod licet quando debetur quar
ta, illa non commenſuretur cum alimentis, ſed conce
cedatur, quamuis neceſſitatem alimentorum exce-
38 dat, vt ſupra fuit dictum, † nihilominus ſancitum
eſt illã non poſſe excedere libras centum auri; Et ſi
bona mariti quadringentas libras auri excederent,
tunc mulier nō ſuccederet in quarta, ſed condictione
ex lege ſolum ageret ad libras centum auri, §. quia ve
ro legem, el 2. Auth. vt liceat matri, vel auiæ. & ibi An
gel. num. 22. Bald. in c. 1. §. fin. nu. 2. de inueſtitu. de re
alie. fact. Matheſil. in tract. de ſucceſ. ab inteſt. art. 4.
in prin. nu. 10. & 12. Ang. de Gambel. in tract. de teſt.
gloſ. 4. nu. 19. verſ. Prædicta tamen. Corn. in d. Auth.
Præterea, num. 4. ver. In textu. Fabian. de Pepis, in re-
pet. num. 16. Ang. Aret. in §. fi. num. 6. Inſtit. de ſucceſ.
cognat. & Hieron. Gabr. d. conſ. 142. num. 17. & ſeqq.
39 † Et in omni caſu in quarta computari deberent dos
parua, & etiam alia bona mulieris, ſecundum Paul.
de Caſtr. in d. Auth. Præterea, in fi. Dec. nu. 5. ver. Et
ad prædicta. Corn. nu. 8. & Bal. & Barb. quos refert &
ſequitur Hiero. Gabr. in d. conſ. 142. num. 33. id rece-
ptius eſſe teſtatur. Et quia bona, quæ modo poſſidet
dicta mulier poſſidebat etiam tempore mortis viri,
non obſtat vltimum obiectum contrariæ partis.

Cauſa fuit plene diſcuſſa in Rota Peruſina anno 1588. Et quia fuit compertum iura filiæ, & hæredis Matthæi, pro qua ego reſpondi, eſſe meliora, cauſa fuit concordata, & ex benignitate vxori fuit ſoluta octaua pars tantum in circa quartæ partis bonorum viri.

ARGVMENTVM.

Bona ingreſſi monaſterium an, & quando Monaſterio acquirantur. Et quomodo probetur profeſſio.

Statutum excluſiuum feminarum reſpectu bonorum ſitorum in loco ſtatuti, numquid locum habeat, quando femina & maſculi ſunt forenſes.

Reſcribens an cenſeatur conceſſiſſe omnia petita in precib. Et de effectu clauſulæ, Summarie, &c. ac, Sola veritate inſpecta, &c.

SVMMARIVM.

1 *Conuerſæ non ſunt propriè moniales, ſed reputantur perſonæ laicæ.*

2 *Bona ingreſſi acquiruntur Monaſterio.*

3 *Ingreſſus religionem quis non dicitur ante profeſſionem.*

4 *Habitus nō facit Monachũ, ſed regularis ꝓfeſſio, et vita.*

5 *Monachus quis non appellatur, nec efficitur de corpore Monaſterij ante profeſſionem.*

Nec dicitur religioſus, ſed remanet laicus. nu. 6.

7 *Bona ingreſſi Monaſteriũ, decedentis ante profeſſionẽ, acquiruntur Monaſterio, ſi illa expreſſe contulit Monaſterio, aliàs reſtitui debẽt ſuccedẽtibus ab inteſtato. cũ ſeq.*

8 *Bona oĩa, quæ pater dedit pro ingreſſu filiæ in Monaſterium, ei reſtitui debent, decedente filia ante profeſſionẽ.*

9 *Monaſterio non acquiritur hæreditas delata poſt mortem Monachi.*

Sed ei acquiruntur tantum bona, quæ ingreſſus habebat tempore quo contulit ſe in Monaſterium. nu. 10.

Sed contra. nu. 15. & 28.

Hæc-

Google

11 *Hæreditas non adita non transſertur per Monachum in Monaſterium.*

Sed contra num. 30. & 31.

12 *Ingreſſus monaſteriũ ipſo ingreſſu ſe, & ſua dedicat Deo, & eius bona monaſterio acquiruntur.*

Amplia tam quoad dominium, quam poſſeßionem bonorum ingreſſi. num. 13

14 *Monachus ſeu Monialis quidquid acquirit, monaſterio acquirit.*

15 *Hæreditas delata monacho ſeu moniali poſt ingreſſum ſtatim acquiritur monaſterio.*

Non tamen poteſt adiri per monaſterium, ſed ius adeundi ſpectat ad monachum. num. 17.

Intellige ſecundum Legiſtas, ſed ſecundum Canoniſtas cõtrarium verius eſt. num. 16.

Amplia quod hæreditas poteſt adiri per monaſterium etiã monacho ignorante, ſeu inuito. num. 18

19 *Monaſterio acquiruntur bona ingreſſi, ſiue expreſſe, ſiue tacite profeßionem fecerit.*

20 *Profeſſio tacita non ſolum probatur ex velo profeßionis; ſed alijs modis.*

21 *Præſumptio ſumitur à conſuetis.*

22 *Profeſſio per lapſum anni, alio non probato præſumitur.*

23 *Profeſſus tacite præſumitur, offerens ſe Eccleſiæ, quando promittit obedientiam, & remittit ſe voluntati ſuperioris.*

24 *Oblatus monaſterio æquiparatur profeſſo, quãdo in totum ſe tranſtulit certo recepto habitu differenti ab habitu ſeculari.*

25 *Conuerſi eccleſiæ regularis cenſentur bonis ſuis abrenunciaſſe.*

26 *Oblati, qui non faciunt profeßionem, ſi offerunt ſe Eccleſiæ ſæculari, retinent proprietatem bonorum. Secus ſi ſe offerunt monaſterio, & totaliter renuncians ſeculo.*

27 *Bona oblati Eccleſiæ ſæculari, mutato habitu, & vita, qui ſe, & ſua obtulit Eccleſiæ, transferuntur in Eccleſiam tam quoad proprietatem quam poſſeſſionem.*

Amplia etiam quoad bona acquiſita, poſtquam ſe obtulit Eccleſiæ capaci acquiſitionis bonorum. nu. 28

29 *Monaſterium eſt loco filij.*

30 *Hæreditas fratris non delata non tranſmittitur ad hæredes.*

31 *Monaſterium beneficio reſtitutionis in integrum admittitur ad adeundum hæreditatem delatam monacho non aditam.*

32 *Dubia in re pro Eccleſia iudicandum eſt.*

33 *Monialium monaſterio magis eſt fauendum, quam monaſterio monachorum, cum ſit locus magis pius.*

34 *Statutum excluſiuum feminarum, loquens in perſonam, non excludit feminas forenſes etiam quoad bona ſita in territorio ſtatuentium.*

Maxime ſi tam feminæ, quam maſculi ſunt forenſes. numero 35.

36 *Libellus alternatiuus admittitur, quando in vtraque parte alternatiuæ clara concluditur intentio libellantis, licet oriatur diuerſa ſpecies agendi.*

37 *Cumulatio diuerſorum remediorum ex diuerſis cauſis, & ad diuerſa fieri poteſt.*

38 *Cumulari non poſſunt plures actiones contrariæ in eodem libello, & inſtantia.*

Limita quando cumulãtur copulatiue, ſecus ſi conditionaliter & ſucceſſiue. nu. 39.

40 *Iudex debet proferre ſententiam conformem libello.*

41 *Actor, qui vnam cauſam deduxit in libello, ſi illam non probauit, ſed aliam, obtinere non poteſt.*

Sed tunc actor ab obſeruatione iudicij eſt abſoluendus. numero 42.

Limita quando vnita cauſa fuit expreſſa in libello, & proſequutione cauſæ. Secus ſi in libello tantum, nu. 44.

43 *Iudex appellationis de his tantum cognoſcere poteſt, de quibus poterat cognoſcere primus Iudex.*

45 *Reſcribens videtur conceßiſſe omnia narrata in precibus, quæ non fuerunt delata.*

Et etiam dediſſe poteſtatem procedendi ſummarie, ſimpliciter, de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, & ſola facti veritate inſpecta, prout petitum fuerat, ſi in reſcripto appoſuit clauſulam Summarie, &c. num. 46.

47 *Legatus de latere regulariter de iure non poteſt committere cauſam ſummarie, ſimpliciter, & de plano.*

Limitatur. num. 46. remißiue. Et maxime iuxta facultates eis à Pontifice conceſſas.

49 *Iudex habens poteſtatem iudicandi ſola veritate inſpecta poteſt iudicare ſuper cauſa probata, quamuis non fuerit deducta in libello.*

Amplia quod iudicare poteſt etiam ſuper libello inepto, & continente remedia contraria. nu. 50.

51 *Clauſula, Sũmarie, &c. & ſine ſtrepitu, & figura iudicij operatur, quod iudex poßit iudicare ſicut Princeps, & ſicut Deus.*

Item vigore dictæ clauſulæ forma iudicialis non eſt ſeruanda, ſed ius gentium, quo ſola veritas attenditur. numero 52.

53 *Clauſula, Sola facti veritate inſpecta, plus operatur, quã clauſula, Summarie, &c. & Sine ſtrepitu, & figura iudicij.*

54 *Cauſa quæ in prima inſtantia erat ſummaria, in omnibus inſtantijs iudicatur ſummaria.*

55 *Reſcribens cum clauſula, Vt petitur, cenſetur concedere omnia, quæ in precibus petuntur.*

Limita quando ſimpliciter reſcripſit concedens, vt petitum fuit. Secus ſi in reſcripto mentionem fecit aliquorum ex expreſſis in precibus. num. 57.

56 *Gratia per Principem cenſetur conceſſa iuxta formam petitionis.*

58 *Commißio appellationis cum negotio principali intelligitur, vt non cognoſcatur de negotio principali, niſi prius iuſtificato grauamine. Declaratur num. 67.*

59 *Reſcriptum non reducitur ad intellectum iuris, quando conſtat de mente reſcribentis.*

60 *Iudex appellationis cum toto negotio principali non poteſt procedere in negotio principali, niſi iuſtificato grauamine.*

Fallit, quando ex facie reſcripti apparet fuiſſe demandatam cognitionem ſimul, & ſemel, ſuper articulo grauaminis, & negotij principalis. num. 61.

62 *Poſſeſſoris cauſa prius eſt terminanda, quamuis cauſa petitorij, & poſſeſſorij ſimul fuerit commißa.*

Fallit quando fuit commiſſa cum clauſula, Summarie, & Sola facti veritate inſpecta. num. 63.

64 *Attentata prius ſunt purganda, licet cauſa attentatorum & negotij principalis ſimul fuerit commiſſa.*

Niſi cauſa fuerit commiſſa cum clauſula, Summarie, &c. & Sola facti veritate inſpecta. nu. 65.

66 *Reſcripta delegatoria in fauorem ſupplicantis interpretantur.*

CONSILIVM XCIV.

IN cauſa & lite vertente inter Moniales & Monaſteriũ S. Margharitæ de Peruſia ex vna, & D. Petrum de Fulgineo, ac multos alios de Terra Meuaniæ reos cõuentos ex altera, de pluribus dubitatur. Primum, numquid Monaſterium præfatum ex perſona ſororis Pacificæ admitti debeat ad hæreditates Dominici patris, ac etiam fratrum dictæ ſororis Pacificæ. In qua dubitatione videtur negatiuè reſpondendum.

Primo,

Primo, quia præſupponitur dictam ſororem Pacifi
eam fuiſſe conuerſam dicti Monaſterij, nec ſuſcepiſſe
1 velū portari ſolitum per moniales profeſſas. † & quia
conuerſæ non ſunt proprie moniales, vt dixit Abb. in
c. de monialibus, nu. 3. de ſent. excomm. Nec habent
Sacros ordines, ſed reputantur perſonæ laicæ, c. cum
ex eo. in fin. de elect. in 6. Cald. conſ. 7. in titul. de iudi.
conſ. 4. in tit. de reg. Gemi. conſi. 15. col. 2. Crau. conſil.
303. num. 10. libr. 2. Non videtur, quod monaſterium
ex perſona dictæ ſororis Pacificæ, ab inteſtato defun-
2 ctæ, ad dictas hæreditates admittendum ſit, † nam etſi
bona ingreſſi acquirantur monaſterio. Auth. Ingreſ-
ſi, & Auth. Si qua mulier, C. de Sacroſanct. eccleſ. non
poteſt dici, quod Pacifica, quæ erat conuerſa, ingreſſa
fuerit monaſterium, quoniam conuerſæ non faciunt
3 profeſſionem, & † ante profeſſionem quis non poteſt
dici ingreſſus. Bartol. in dicta Auth. Si qua mulier. co-
lum. fin. Dec. in cap. in præſentia, num. 202. de probat.
Et licet ſoror Pacifica portauerit habitum monialiū,
4 non propterea erat monacha, † quia habitus non fa-
cit monachum, ſed regularis profeſſio, & vita, cap. ex
parte, de regul. cap. quia ingredientibus. vbi Ioan. de
Imol. de teſta. Bero. in d. c. in præſentia, num. 56. verſi.
5 ſi tamen, & ingreſſus monaſterium † non appellatur
monachus, nec efficitur de corpore monaſterij ante
profeſſionem. c. porrectum, de regul. Bart. & alij in d.
Auth. Si qua mulier, & ibi Iaſ. colum. fin. Barbat. in d.
cap. in præſentia, num. 56. Fel. in c. nuper nobis. num.
2. de teſti. Soc. iun. conſil. 48. num. 51. libr. 4. & Rimin.
6 iun. conſil. 85. nu. 32. & ſeq. lib. 1. † Neque etiam effici-
tur religioſus, ſed ante profeſſionem remanet laicus.
c. religioſo. de ſent. excomm. in 6. c. non ſolum, c. conſti
tutionem, de reg. in 6. Bero. d. c. in præſentia. nu. 552.
verſ. ſed aduerte. Magon. in deciſ. 141. nu. 1. cum ſeqq.
Rotæ Florentinæ.

Secundo intentio reorum iuſtificatur, nam etſi ſo-
ror Pacifica effecta fuiſſet monialis, & in monaſterio
vti monialis ſtetiſſet, nihilominus ſi non feciſſet pro-
feſſionē (prout Rei prætendunt) eius bona non perti
nerent ad monaſterium, ſed ad proximiores ipſius
mulieris ab inteſtato ſuccedentes, vt voluit Abb. in
7 d. capit. in præſentia, numero 68. qui dixit, † quod ſi
quis ingreſſus monaſteriū, vt efficeretur monachus,
deceſſerit infra annum probationis ante profeſſio-
nem, ſi bona ſua expreſſe cōtulit monaſterio, illa mo-
naſterio acquiruntur; At ſi expreſſe bona non contu-
lit, nullo modo monaſterio intelliguntur acquiſita,
quia eo caſu ingreſſus non erat effectus religioſus cū
effectu. Quam opinionem, vt bona decedentis infra
annum probationis ante profeſſionem non acquiran
tur monaſterio, ſed reſtituenda ſint ſucceſſoribus mo-
nachi, ſeu monialis, probant Ioan. Andr. in d. cap. in
præſentia, vbi etiam Barbar. num. 56. & Bero. numero
552. & ſequen. Capr. conſil. 145. num. 10. qui de com-
muni teſtatur. Bero. conſil. 28. numer. 12. verſic. ſecun-
do non obſtat. lib. 1. vbi allegat Fulgo. Anchar. Cald.
& alios, affirmatque opinionem iſtam magis commu
niter approbari, ab eaque in iudicando, & conſulen-
8 do non eſſe recedendum † & ſupra numero 8. & poſt
Calder. conſil. 9. in titul. de regul. dixit, quod mortua
moniale infra annum probationis, & ante profeſſio-
nem, monaſterium tenetur reſtituere etiam elemoſi-
nam receptam, & omne id quod pater pro huiuſmo-
di ingreſſu dedit, eandem opinionem ſequitur Meno.
conſil. 396. num. 9. lib. 4. & ſecundum dictam opinio-
nem obſeruari teſtatur Appoſt. ad Dec. in d. Auth. In-
greſſi, ſub num. 4. in litera, B. Et quamuis nonnulli cre
diderint bona ingreſſi defuncti in monaſterio, acqui
ri monaſterio, etiam ſi deceſſerit infra annum proba
tionis ante profeſſionem, monaſterium eo tantum ca
ſu bona reſtituere debere, quando ingreſſus ante pro
feſſionem à monaſterio recedit, quia ex receſſu acqui
ſitio illa reſoluitur, vt concludit Pet. de Anchar. conſ.
68 Contra donationem, col. fin. quem ſequitur Dec.
in d. Auth. Ingreſſi, nume. 4. rationibus per eos addu-
ctis; Præſertim quia moriens in monaſterio etiam an
te profeſſionem, videtur voluiſſe vt monachus mori,
bonaque in monaſterium transferre, perinde ac ſi eſ-
ſet profeſſus, prout etiam clare firmant Cin. Iacob.
de Rauen. & Petr. in d. Auth. Ingreſſi, & Bar. in Auth.
Si qua mulier, in fin. C. de ſacroſanct. eccleſ. Anton. de
Butr. in d. cap. in præſentia, num. 44. quam ſequuntur
eo loco Bellam. num. 37. & Dec. qui de magis commu
ni teſtatur, num. 284. & ſeqq. Nihilominus hodie pri
ma opinio recipienda eſt contra monaſterium, præ-
ſertim quia per Concil. Trident. Seſſio. 25. de regular.
cap. 16. diſpoſitum fuit, vt ante profeſſionem, excepto
victu & veſtitu nouitij, vel nouitiæ illius temporis,
quo in probatione eſt, quocumque prætextu ex bonis
nouitij monaſterio nihil acquiratur, ſed quod abeun
tibus ante profeſſionem omnia reſtituantur, quæ eo-
rum erant, quod obſeruatur etiam in moniali defun-
cta in monaſterio ante profeſſionem, vt euenit in filia
Magnifici Domini Agapiti de Cauaceppis Peruſini,
quæ cum deceſſerit ante profeſſionem in monaſterio
Sancti Thomæ de Peruſia, monaſterium præfatum re
ſtituit dicto Agapito elemoſynam ab eo receptam.

Tertio ſi prædicta ceſſarent, non propterea mona-
ſterium ad dictas hæreditates admittendum videre-
tur; Aut enim illi, de quorum hæreditatibus agitur,
9 deceſſerunt poſt mortem ſororis Pacificæ, † & ſine du
bio ex eius perſona nihil acquiſitū fuit monaſterio,
ſecundum Corne. conſilio 13. numero 4. verſicul. &
quicquid. lib. 2. Aut vero hæreditates delatæ fuerunt
ſorori Pacificæ, donec ipſa viuebat, & quia ipſa illas
non adiuit, non videtur, quod poſt eius mortem mo-
naſterium dictas hæreditates adire potuerit: nam ſi
ex ingreſſu bona Pacificæ monaſterio acquiri potuiſ-
ſent, non propterea intelligeretur quæſitum ius iſtud
adeundi, quod tempore ingreſſus non competebat;
10 † Tum quia monaſterio acquiruntur bona, quæ in-
greſſus habebat, eo tempore, quo in monaſterium ſe
contulit, iuxta textum in d. Auth. Ingreſſi. & in can.
ſi qua. 19. quæſt. fin. Non autem bona futura, ſecun-
dum Roman. in l. ſi marito. num. 18. ff. ſoluto matrim.
& conſilio 592. colum. 2. verſicul. Aut quis, & Anton.
11 de Butr. in dicto cap. in præſentia, numero 66. † Tum
etiam quia ſoror Pacifica non potuit tranſmittere in
monaſterium hæreditates, quas non adiuit, vt decem
rationibus probat Bald. in l. 1. num. 51. & ſeqq. C. qui
admitti. & Bart. in l. is poteſt, num. 13. ff. de acquiren.
poſſeſſio.

Contrarium tamen in caſu de quo agitur, verius
eſſe exiſtimo, quod ſcilicet Moniales, & Monaſteriū
præfatum admitti debeant ad dictas hæreditates ex
perſona dictæ ſororis Pacificæ. Conſtat enim dictam
ſororem Pacificam ſuſcepiſſe habitum monialium,
monaſteriumque ingreſſam fuiſſe, ac in eo vſque ad
mortem per annos quinquaginta permanſiſſe: & in
12 a iure clarum eſt † ingreſſum monaſterium ipſo ingreſ
ſu ſe, & ſua dedicare Deo, eiuſque bona monaſterio
ipſo iure acquiri. d. Authen. Ingreſſi, & ibi Iaſ. nume-
ro 1. & ceteri. can. ſi qua. 19. quæſt. final. Hoſtienſ. in
dict. capit. in præſentia, numero 7. & ſequent. de pro-
bat. & ibi Ioann. de Imol. colum. 2. verſicul. Item de
ea. l. Deo nobis, §. hoc etiam cognitum, vbi Bartol.
& Bald. C. de epiſcop. & cleric. Francus in deciſ. Nea-
polit. 41. part. 2. Crot. conſilio 406. numero 6. libr. 3.

Burſat.

Digitized by Google

13 Burſat.conſ.63.nu.25. lib. 1. † & in monaſterium ip-
ſo ingreſſu dominium, & poſſeſſionem bonorum in-
greſſi transferri, vt dixerunt in d. Auth. Ingreſſi. Bald.
num.19. Paul.de Caſtr. nume.8. & Dec.num.7. idẽ te-
net Bal.in Auth.niſi rogati, in fi.C.ad Treb.Bart.in l.
ſi adoptator.ff.de præcar. Innoc. in d.c.in præſentia,
col.fin.verſi. ſi autem ingreditur. & ibi Dec. nu. 595.
vbi Specu.in tit.de ſtat.monach.§.1. verſ.Sexto.Abb.
Cin. & alios allegat, & eos ſequitur Socin. ſen. con-
ſil.101.nu.3.lib. 1.Maluaſ.late conſil.105.nu.17. cum
ſeq.lib.1. quæ tranſlatio, & acquiſitio non ſolum in-
telligitur facta bonorum, quæ quis habebat tempore
ingreſſus, ſed etiam futurorum, & poſt ingreſſum ad
14 eum deuolutorum, †quoniam quidquid acquirit mo
nachus vel monialis, indifferenter acquirit monaſte
rio ſuo.c.cum ad monaſterium.de ſtatu monach.cap.
cum olim, el 2.de priuil.& ibi Abb.in 6.not. Alc.con-
ſil.139.nume.9.lib.2. & in l.non amplius. in princip.
num.5.ff.de leg.1. Curt. iun. conſil.48. circa fin.lib.1.
Ioan. Botta conſ.55.num.29. Francus in dicta deciſ.
15 nume. 5. Rimin. iun. conſ.115.numero 75. lib.2. † &
ſi monacho vel moniali poſt ingreſſum defertur ali-
qua hæreditas ex teſtamento, ſeu ab inteſtato, illa
ſtatim acquiritur monaſterio, in eaq; monaſterium
pro monacho ſeu moniali ſuccedit. Archidia. in cap.
monachi enim.16. q.1. Hoſtien. & Henric. in cap. ex
parte.de poſtul.not. Bellam. in dicto c. in præſentia.
num.26.Capr.conſ.24.nume.6.& conſ.40. nume. 16.
Quod deciſum videtur per Concilium Tridentinum.
Seſſio.25.de regular. cap.2.vbi cauetur nemini regu-
larium tam virorum, quam mulierum licere poſſide-
re bona eis quouis modo quæſita, nec nomine pro-
prio, neque monaſterij, ſed ea ſtatim Conuentui in-
16 corporari; † & licet Legiſtæ communiter cõcludant,
quod monaſterium non poſſit hæreditatem delatam
monacho adire, ſed ius adeũdi ſpectet ad monachũ,
vt dixerunt Bart.& alij in l.1.ff.de vulgar. & pupil. &
Bero.qui de communi teſtatur, conſ.26.num.9.lib.1.
17 † Contraria tamen opinio verior eſt, & indiſtincte
monaſterium adire poteſt hæreditatem, monacho
ſeu moniali delatam, ſecundũ Abb.in d.c. in præſen-
tia, nu.77.quem ſequitur ibi Bero.num.559.& Capr.
18 conſil.40. numero 16. & ſeq. † etiam monacho igno-
rante, ſeu inuito, vt concludunt Ioan. Andr. & alij
communiter in d.c.in præſentia, quæ opinio per Ca-
noniſtas communiter approbatur, vt teſtatur Ruin.
conſ.200.nu.7.lib.5.Bero.conſ.26.nu.9. lib.1. Alc.in
l.1.§.per ſeruum, nu.15.ff.de acqui.poſſ.Rim.iun.con-
ſil.154.num.8.& ſeq.lib.5.& conſil.341. numer.27. &
ſeq.lib.3.

Et quamuis ſoror Pacifica eſſet conuerſa, nec por-
tauerit velum à monialibus profeſſis portari ſolitũ,
nihilominus prædicta etiam in caſu, de quo agitur,
19 procedere debent. † Ad hoc enim vt monaſterio ac-
quirantur bona, ſufficit ingreſſum fecisse profeſſionẽ
expreſſam, ſeu tacitam, vt poſt gloſsam in d. Auth. In
greſſi.dixit ibi Bart.num.1.& ceteri ſequuntur. Ioan.
20 Botta conſ.55.nume.59.cum ſeq. Et tacita † profeſ-
ſio probatur non ſolum ex velo profeſſionis, ſed e-
tiam alijs modis, vt recenſet Pau.de Caſt.in d.Auth.
ingreſſi, numero 3. Et in caſu, de quo agitur, ex pluri
bus iuſtificatur ſororem Pacificam tacitam profeſ-
ſionem feciſſe, & ſic alijs monialibus profeſſis æqui-
parari.

Primo quia conſtat ex depoſitionibus plurium re
ligioſorum cõuerſas eiuſdem monaſterij tacitã pro-
feſſionem facere ſolere, quam etiam dictam ſororem
21 Pacificam feciſſe præſumitur, quia à conſuetis † ſu-
mitur præſumptio, l.ſi de interpretatione, ff. de leg.
l.certi condictio, §.ſi nummos, ff.ſi cer.pet.Crau.conſ.
206.num.15.lib.5.

Secundo apparet dictam Pacificam permanſiſſe in
clauſura cum aliis monialibus. Et quia Pius Papa
Quintus per ſuam conſtitutionem editam ſuper clau
ſura monialium anno 1566. Kalendis Iunii decreuit
in clauſura permanere debere quaſcumque monia-
les etiam conuerſas tacite vel expreſſe profeſſas, non
autem alias non profeſsas; Soror Pacifica in clauſu-
ra recipi, & permanere non potuiſset, niſi fuiſset pro-
feſsa. Vnde cum ibi ſemper permanſerit: vel dicen-
dum eſt profeſſionem feciſse ante clauſurã: vel poſt-
quam per plures annos in monaſterio, & clauſura vſ-
que ad mortem permanſit, cenſetur tacitam profeſ-
22 ſionem poſtea feciſse, † cum monialis per lapſum an-
ni, alio non probato intelligatur tacite profeſsa. c.1.
de reg.iur.in 6.Alciat.conſ.193. nu.8.tom.3.lib.9. Io.
Botta d.conſ.55.nu.30. & Maſcard.de probat. vol.3.
concluſ.1237.nu.15.vbi declarat.

Tertio eadem intentio iuſtificatur, quia probatum
fuit dictam Sororem Pacificam ingreſſam fuiſſe dictũ
monaſterium monialium, habitum monialiũ ſuſce-
piſſe, & nomen Iubileæ, quod in ſęculo retinebat, mu-
taſſe, & ſororem Pacificam poſtea nuncupatam fuiſ-
ſe, clauſuram acceptaſse, & ſub obedientia Abbatiſſę
ac aliorum ſuperiorum ſemper vſque ad mortem per
annos quinquaginta ſtetiſſe: Quibus ſtantibus cõſtat
ipſam feciſſe tacitam profeſſionem, & bonis propriis
23 renunciaſſe, † quia vt dixit Archid. in c.vt lex conti-
nentiæ. 27. q.1. & in c.ex eo. de elect. in 6. offerens ſe
eccleſię pręſumitur tacite profiteri, ac renũciaſſe pro-
priis, quando promittit obedientiam, & remittit ſe
voluntati ſuperioris, & talis promiſſio & obedientia
ſufficit, ac pro profeſſione habetur, & Archid. ſequitur
Staphil.de grat.& exſpect.in tit.de var.mod.vacat.n.
103.& idem tenent Cald.conſ.31.verſ.Et quod dictũ.
in tit.de reg.& Fel.in d.c.in pręſentia.num.4. Et quia
mutato habitu ac nomine, perpetuo vſque ad mortẽ
ẽe ſub clauſura permanſit, ſicque in totum renuncia-
uit ſęculo, profeſſionem in effectu feciſſe præſumitur,
quia vt dixit Io.de Imol.in c.quod à te.in fi.de cleric.
24 coniugat. † Si aliquis non eſt profeſſus, ſed tantum
oblatus monaſterio, totaliter renunciat ſeculo, æ-
quiparatur profeſſo, quando in totum ſe tranſtulit,
certo recepto habitu differenti ab habitu ſęculari,
quia tunc renunciando ſæculo, videtur feciſſe profeſ-
ſionem in effectu, & hoc eſt etiam de intentione Fel.
in d.c.in præſentia.nu.5 prope fi.ver. Vt ſcias differẽ-
tiam, dum dixit, quod etiam oblati, quando ſunt per-
petuo oblati, æquiparantur profeſſis, & idem probat
Magon.in deciſ.141.num.7.Rotæ Florentinæ, dum di-
cit ex habitu probari tacitam profeſſionem.

Quatenus vero non præſumeretur facta tacita ꝓ-
feſſio, adhuc bona Pacificę pertinerent ad monaſte-
25 rium, † quoniam conuerſi eccleſię regularis etiam
ante profeſſionem cenſentur bonis ſuis abrenunciaſ-
ſe, ſecundum gloſſam. in c.lex continentiæ.27. q.1. in
verb. profeſſi. à qua in practica non eſſe recedendum
admonet Bero. in d.c.in præſentia, num. 51. licet ipſe
ab ea diſſentiat, quæ ſententia procedit etiam in illis
conuerſis, qui non faciunt profeſſionem, nam vt dixit
26 Bal.in d.Auth.Ingreſſi.q.3.nu.24.† oblati, qui non fa-
ciunt profeſſionem, ſi offerunt ſe eccleſiæ ſęculari, re-
tinent proprietatem bonorum, ſecus ſi offerunt ſe
monaſterio, & totaliter mutant ſęculum, & renun-
ciant ſęculo, quia tunc æquiparantur monachis: & ſi-
cut bona ingreſſi profeſſi acquiruntur monaſterio,
27 vt dixi ſupra: † pari modo, quando quis mutato ha-
bitu, & vita, offert ſe, & ſua eccleſiæ regulari, tranſ-

fert dominium & poſſeſſionem bonorum in monaſte-
rium,vt poſt Barto. Aretin.& alios in l.cum hæredes,
§.item quando,ff.de acquiten.poſſeſſ.dixit Sociu.ſen.
conſ.101.num.3.lib.3. Quod non ſolum procedit re-
ſpectu bonorum,quæ habebat tempore ingreſſus,ſed
28 etiam † bonorum poſtea acquiſitorum, vt dixerunt
in d. Auth.ingreſſi. Salic.num.1.& Iaſ. num.4. & licet
Roman.in l. ſi marito.nu.18. ff.ſolut.matrim.& conſ.
292.col.1.verſ.Aut quis.& Ant.de Butr.in d.c.in præ-
ſentia. num.66.qui in contrarium allegantur, credi-
derint bona futura non acquiri monaſterio, ab eorũ
opinione recedunt Salicet. & Iaſ.& ſi opinio Romani
verior eſſet,non noceret monaſterio, quia procedunt
in caſu, in quo quis ſe offerret ſimpliciter eccleſiæ ſe-
culari. Sed quando quis ſe offert eccleſiæ regulari ca-
paci acquiſitionis bonorum (prout fecit dicta Pacifi-
ca)videtur vouere paupertatem pro omni tempore,
& etiam caſtitatem, quia hoc eſt de natura ipſius re-
ligionis, & tunc acquiruntur monaſterio non ſolum
bona præſentia, ſed etiam futura, prout declarant
Roman.& Ant.de Butr.in allegatis locis,& quia tres
Monachi eiuſdem religionis cum iuramento exami-
nati depoſuerunt Conuerſas dicti monaſterii ſolere
dedicare ſe,& omnia ſua bona monaſterio,eo magis
concludendum eſt bona dictæ Pacificæ ad dictũ mo-
naſterium ſpectare, poſtquam de dedicatione etiam
bonorum cõſtat,præſertim quia ille actus dedicatio-
nis, qui eſt tranſlatio perſonæ, & bonorum, eſt effe-
ctus profeſſionis,ſecundum Paul.de Caſtr.in d.Auth.
ingreſſi.nu.3.verſ.Sed pone.

Ex quibus apparet bona Pacificæ ſpectare ad mo-
naſterium,nec obſtare ea, quæ in contrarium conſi-
derantur, cum fere omnia ex ſupra adductis remota
appareant, ex quibus remouetur etiam id,quod dice
batur monaſterium non poſſe adire hæreditates dela
tas ſorori Pacificæ,cum per eam non fuerint aditæ, &
conſequenter nec in monaſterium tranſmiſſæ, quo-
niam vt dixi ſecundum magis communem Canoni-
ſtarum opinionem ius adeundi non competebat Pa-
cificæ,ſed monaſterio. & ex abundanti dicitur hære-
ditates fuiſſe delatas viuente ſorore Pacifica, & cum
Pacificæ ius adeundi competijſſet, illud reſpectu hæ-
reditatis Dominici fratris tranſlatum fuit in mona-
29 ſterium. † Cum enim monaſteriũ ſit loco filij. Auth.
niſi rogati.C.ad Treb.§.ſed præſenti. Auth. de Sanct.
Epiſcop. Anchar.conſ.265.col.1.Ange.conſ.80. col.3.
Dec.in c.in præſentia. num.55.de probat.Rimin.iun.
qui de communi teſtatur conſ.270. num.5.lib.3. Pa-
cifica hæreditatem patris non aditam in monaſteriũ
tranſmittere potuit,tot.tit.C.de his,qui ant.aper.ta-
30 bul. † Hæreditates vero fratrum, quæ non fuerunt a-
ditæ, licet tranſmitti non potuiſſent. iuxta l.vnicam.
§.in nouiſſimo,C.de cadu.tollen.l.quoniam ſororem,
C.de iur.deliber.Corn.conſ.207.num.4.lib.1. Tamen
31 † ad adeũdum monaſterio cõpeteret reſtitutio in in-
tegrum tanquam læſo,ex hoc,quod Pacifica hæredi-
tates non adiuit,iuxta l.Patronius.& l.cum quidam.
cum ibi notatis per Bart. & ceteros, ff.de acquir.hær.
& beneficio reſtitutionis in integrum monaſterium
adire poſſet hæreditates pręfatas,vt in propoſito de-
clarant Iacob.de Aret.& Cin.in l.Deo nobis, C.de e-
piſcop.& cler.Ant.de Butr.in d.c.in præſentia,nu.28.
& ibi Aret.nu.92.& 95.& Bellamer.num.28.

Concluditur igitur ex prędictis,monaſterium prę-
fatum admittẽdum eſſe ad dictas hæreditates, quod
32 ſtantibus iam dictis videtur cla[illegible]am. † Et quatenus
res eſſet dubia, idem fateri opo[illegible]teret, cum in dubijs
opinionibus pro eccleſia & religione iudicandũ ſit,l.
ſunt perſonę,ff.de relig.& ſump.funer.& in propoſi-
to Dec.in d.c.in præſentia,nu.122.& 287. Tiraquel.
de priuil.piæ cauſ.priuil.94. prope finem; Præſertim
33 pro monaſterio monialium, † cui magis fauendum
eſt,quam monaſterio monachorum; cum cenſeatur
locus magis pius,vt poſt Cin.& Bal. in l.cũ multo, C.
de donat.ant.nupt.aduertit Iaſ.conſ.43.nu.6.lib.3.à
quo ipſe non diſſentit inferius, num.25. licet ibi poſt
Io.de Anan.in conſil.68.dicat interpretationem illã
pro monaſterio faciendã eſſe in dubio,non aũt *in* re
clara cũ iniuria aliorũ, & deuiando à tramite *iuris*.

Secundo principaliter dubitatur, nunquid ſtante
ſtatuto Terræ Meuaniæ excluſiuo feminarũ propter
maſculos,ſoror Pacifica excluſa fuerit ab hæreditati-
bus prædictis reſpectu bonorum exiſtentium in terri
torio dictæ terræ Meuaniæ. In qua dubitatione cõclu
ſiue procedendo,dico ſtatutum non habere locum in
caſu,de quo agitur, illud enim excludit ſeminas do-
tatas,& in perſonam loquitur, & quia Pacifica erat
34 Peruſina, & non ſubiecta ſtatuentibus, † ſtatutum
quod in perſonam loquitur, non excludit feminas
forenſes etiam quoad bona ſita in territorio ſtatuen
tium,vt dixerunt Bar.in l.cunctos populos, num.42.
C.de ſumm. Trinit.Alexan.conſ.44. per totum,lib.5.
Ruin.conſil.195.nu.4.5. & ſeqq.lib.2. Abb.in c.quod
clericis,num.52.& ſeq.de for.compet.Fel.in c.poſtu-
laſti.num.4.eod.tit.Pariſ.conſi.12.num.11.conſil.53.
num.86.lib.3.Dec.conſ.276.nume.5.verſic.ſecundo.
Cephal.conſi.161.nu.10. & ſeqq.conſ.278.in fi.lib.2.
Bero.quæſt.famil.q.117. per totam. Anton. Gabr.in
ſuis concluſ.in tit.de ſtat. concluſ.9.nume.11. & ſeq.
& hanc opinionem communem eſſe teſtantur Barb.
conſ.75.lib.3.Corn.conſi.94.in 2.dub.nu.9.lib.2.Iaſ.
conſ.80.col.pen.& fi.lib.3.Soc.ſen.conſ.288.in 1.dub.
vſque ad num.15.lib.2.Rol.à Val.conſ.24.à nu.17.vſ
que ad finem lib.3.

Et eo magis ſtatutum prædictum attendi non de-
bet reſpectu dictarum ſucceſſionum,quoniam non ſo
lum Pacifica erat forenſis,ſed etiam fratres erant Pe
35 ruſini,& à dicta terræ Meuaniæ forenſes.† Et qñ non
ſolum femina, ſed etiam maſculi ſunt forenſes, ſta-
tuentibus non ſubiecti, maſculi ipſi beneficio ſtatu-
ti vti non poſſunt, nec ſtatutum locum habet etiam
quoad bona ſita in territorio ſtatuentium, vt oſten-
dunt Ruin.conſil. 200.num.11. & ſeqq.& conſil.195.
num.10.lib.2.Alexan.conſ.41.lib.7.Iaſ.conſil.80.col.
pen.& vlt.lib.3. Alber.Brun. in tractat. de ſtat. quod
ſtant.maſcul.art.6.q.1.nu.3.Socin.ſen.conſil.128.nu.
1.& 2.lib.4.Socin.iun.conſ.25. nu.13. verſ. Præterea.
lib.3.& melius conſil.49.num.3.& ſeqq. & conſil.80.
num.14.& 17.lib.4. vbi de communi teſtatur. Pariſ.
conſil.53.num.99.lib.3.Tiraq.de primog.q.44. nu.4.
eamdem opinionem communem eſſe dicit Pariſ.con
ſil.12.num.24.& ſeqq.lib.3. Marzar. in conſil.14. qui
pariter communem teſtatur. Burſat. conſil.8. nu.26.
& ſeqq.lib.1.Hieron.Alban.conſ.20. in 1.dub. & per
dictas rationes aliàs in facti contingentia reſpondi
pro Domina Lucretia de Raſtellis Peruſina, ſtatuta
Piſauri,& Aſſiſij locum non habere etiam quoad bo-
na ſita in territorijs ſtatuentium, quando femina &
maſculi ſunt forenſes, & proea ita iudicatum fuit
per Rotam Peruſinam.

Vltima proponitur difficultas,nũquid admittẽda
ſit petitio Monialiũ, in qua concluditur monaſteriũ
ex perſona dictæ ſororis Pacificæ admitti debere ad
ſucceſſiones prædictas: & quatenus conſtaret ſororẽ
Pacificam fuiſſe dotatã, & conſequenter à dictis hæ-
reditatibus temporaliter per ſtatutũ Peruſinum ex-
cluſam, ad ſucceſſiones præfatas redintegrari, cum
per mortẽ fratrum eorum linea maſculina defecerit.

In

In qua cenſeo libellum prædictum procedere ad-
mittique debere. Quamuis enim libellus ſit alterna-
tiue conceptus,& diuerſa remedia in eo propoſita vi-
36 deantur, † nihilominus admittitur libellus alterna-
tiuus, quando (vt in caſu de quo agitur) in vtraque
parte alternatiue clare concluditur intentio libellan
tis,licet non oriatur eadem ſpecies agendi, ſed diuer
ſa. Abb.in c.ex parte.B.nu.4.& 7.de for.compet. Do-
ctores in c. conſtitutus. de reſtit. in integr. præſertim
Henric.Boic.num.19.& ſeqq.Iaſ.in §.ſed iſte.num.73.
37 verſicu. Item in materia. Inſtitut.de actio. † Et facit
Dec.in l.edita.num 63.C.de eden.& in conſ.213. nu-
me.3.in fi.& 4 dum dixit cumulationem diuerſorum
remediorum ex diuerſis cauſis,& ad diuerſa fieri poſ
ſe.Et licet hæc remedia videantur contraria,cũ redin
tegratio præſupponat exclusionem, & ſi femina non
fuit dotata,& petuntur portiones hæreditatum,dica
38 tur nunquam fuiſſe excluſam.† Et de iure plures con
trariæ actiones non poſſint cumulari in eodem libel-
lo,& eadem inſtantia.l. 1. C.de furt.gloſſa, & Docto-
res in c.ſolicitudinem.de appell.Iaſ.in l.eum qui,nu-
39 me.5.C.de inoff.teſtam.†Id procederet ſi copulatiue
plures actiones contrariæ proponerentur, ſed quan-
do conditionaliter & ſucceſſiue proponuntur (prout
in occurrenti caſu factum apparet) tunc eorum cumu
latio permittitur, ſecundum Paul.de Caſt. in l. Papi-
nianus,§.ſi quis & irritum. num.3. ff.de inoff. teſtam.
Iaſ.in l.contra maiores,num.1.C.eo.tit. Put.deciſ.21.
lib.1.per totam.

Nec intentioni monialium obſtat,ſi obijciatur,re-
media prædicta alternatiue fuiſſe propoſita in cauſa
appellationis,ſed in prima inſtantia fuiſſe ſolum de-
ductam cauſam redintegrationis, quæ cum probata
non fuerit,Iudex primæ inſtantiæ ſuper alia cauſa nõ
40 deducta iudicare nõ potuit,cum† Iudex debeat pro-
ferre ſententiam conformem libello, l. vt fundus, ff.
comm.diuidun. Et quando ab actore vna cauſa in li-
41 bello deducitur,ſi illa non probatur,ſed alia† ex cau
ſa probata obtinere non poteſt, l.habebat,ff.de inſti.
actio.l.non poſſumus,ff.ſi pars hær.pet.Bar.in l.1.nu.
12.ff.de eden.Paul.de Caſt.in l.ſi is apud quem. nu.5.
ff.de acquir.hæred.Ant.de Butr.in c.examinata. nu.
27.de iud.Alex.conſ.121.col.fi.ver.Non obſtat.lib.1.
Imol.in c.5.de reſcript.vbi Fel.num.38.verſ.Reſtrin-
ge quarto. Rim.iun.conſ.261.num.9. & ſeq lib.3. Io.
Botta conſ.55.num.1.Menoch.conſ.199.nu.34.lib.5.
& Corne.qui huius concluſionis duplicem rationem
adducit in conſ.99.circa finem.libro 3.Et propterea
42 debuit primus Iudex(prout fecit)†abſoluere reos ab
obſeruatione iudicii, reſeruato iure dicto monaſte-
rio melius agendi,c.examinata.de iud.Bald.in l.5.in
14.oppo.C.de reſcin.vend.Dec.conſ.83.nu.5.& not.
Rim.iun.d.conſ.561.nu.11. Et ſi primus Iudex ſuper
alia cauſa iudicare non poterat,eius nõ habet cogni-
43 tionem Iudex appellationis, † cum Iudex appella-
tionis de his tantum cognoſcere poſſit, de quibus po
terat cognoſcere Iudex, à quo appellatum fuit. Spe-
cul.in tit.de appel.§.de officio.nu.16. ver.forma man
damus. Ant.de Butr.in c.olim,nu.9.verſ. Demum. de
except.Philip.Franc.in c.vt debitus.nu.4.de appell.

44 Quoniam reſpondetur. † Primo prædicta proce-
dere, quando vnica tantum cauſa eſt expreſſa in li-
bello,& in proſecutione cauſæ,ſecus ſi in libello tan-
tum.Paul.de Caſtr.in d.l.habebat.in fin.princ.Felin.
d.c.5.num.38.verſ.Reſtringe quarto. Sed in caſu no-
ſtro in proſecutione cauſæ vtraque fuit deducta, &
cauſa ſucceſſionis fuit probata; Ideo etiam ſuper ea
primus Iudex iudicare poterat,quãuis in libello non
fuiſſet deducta,ſecundum Felin. in dicto loco, qui ex
mente Caſtren.dixit actorem probantem aliam cau-
ſam,illi videri inhærere,& ſuper ea obtinere poſſe.Se
cũdo dicitur per Illuſtriſſimum, & Reuerendiſſimum
Legatum Peruſiæ fuiſſe commiſſam cauſam primo
Iudici cum clauſula Summarie, ſimpliciter,de plano,
ſine ſtrepitu,& figura iudicij,ac ſola facti veritate in-
ſpecta, quod ſatis apparet ex eo, quod clauſula illa
fuit inſerta in precibus, & Illuſtriſſimus legatus re-
ſcribendo dixit. Audiat &c.ſummarie &c.per quam
45 † ſignaturam videtur omnia conceſſiſſe,quæ in preci-
bus petebantur, nec fuerunt delata, & conſequenter
poteſtatem procedendi ſummarie, vt dixit Rot.in de
ciſ.9.de reſcript.in nouiſ. & deciſ.1.eod. titu.in anti-
quis.Alex.conſ.84.num.7.lib.1.Præſertim quia in re-
46 ſcripto dictum fuit,†Summarie &c.quæ verba oſten-
dunt fuiſſe conceſſam poteſtatem procedendi ſimpli
citer,de plano, ſine ſtrepitu,& figura iudicij, ac ſola
facti veritate inſpecta,prout petitum fuerat. Rot.de-
ciſ.10. nume.2. & deciſ.42. de reſcript. in antiq. Sta-
phil.de lit.grat.& iuſt.in 2.par.de commiſ.& lit.iuſt.
in princip. numero 16. Matthæ. Brun. de ceſſio. bo-
nor. q.9.prin. num.17. Nec de poteſtate Illuſtriſſimi
47 Legati dubitari poteſt; † nam etſi legatus de latere
non poſſit committere cauſam ſummarie, ſimplici-
ter,& de plano,gloſſa in c.fin.in verb.figura. verſ.Sed
dubitari poteſt, de hæret in 6. vbi Lap.Ioan. Andr.&
Dom.de Sancto Gemin glo.in Clemen. ſæpe.in verb.
mandamus.de verb. ſignifi.& ibi Zenzellin. & Card.
Specul.in titu.de leg §. ſupereſt,verſicu. Sed nunquid
legatus,l.nec quidquam, §.fin. & ibi Bald. ff. de offic.
proconſul & leg.Socin.ſen.conſ.96. num.4.lib.1.cum
alijs allegatis per Ant.Gabriel.in ſuis concluſ.in tit.
de clauſul. concluſio.6. per totam, vbi concluſionem
48 ampliat.† Et demum in quattuor caſibus limitat:Ta-
men in caſu, de quo agitur, res indubitabilis reddi-
tur, cum Summus Pontifex in facultatibus conceſ-
ſis dicto Illuſtriſſimo Legato ſpecialiter eidem pote
ſtatem dederit cauſas cum dicta clauſula committẽ-
di. Cum igitur cauſa fuiſſet commiſſa primo Iudici
cum dicta poteſtate, Iudex ille, qui procedere pote-
49 rat ſola veritate inſpecta, † iudicare poterat ſuper
cauſa probata,quamuis non illa ſed alia fuiſset in li-
bello deducta, ita poſt Ant.de Butr. & alios Alex. in
l.ſi ſtipulatus,§.Chriſogonus,num.8.ff.de verb.oblig.
Dec.in c.dilecti. col.3.num.18. verſ. Primo quod tali
caſu.de iud.Marſil.ſing.272.Grammat.deciſ.103.nu.
141.Soc. Pariſ.& alii,quos refert, & ſequitur Rimin.
iun.conſ.186.num.58.libro 2.& d.conſ.561.num.15.
lib.3.Quam concluſionem probauit etiam Senat.Pe-
demont.in deciſ.1. nume.51. & eam confirmat Aſin.
50 in ſua praxi iudi. §.3. cap.55. † dum dixit Iudicem,
cui competit poteſtas iudicandi ſola facti veritate
inſpecta, iudicare poſſe ſuper libello etiam inepto,&
continente remedia cõtraria. Poterat igitur primus
Iudex iudicare in fauorem monaſterii ſuper cauſa co
ram eo probata, licet in libello non deducta ex iam
dictis, & ẽt quia clauſula illa,Summarie & c.tollit or
51 dinem iudiciarium,† Iudexque cũ dicta clauſula da-
tus iudicare poteſt ſicut princeps, & etiam vt Deus.
Dec.in c.dilecti,col.2. nu.15. verſ.Et prædicta. de iu-
di.in c.quoniam contra,col.3.num.17.verſicu.Tertio
quod ſi cauſa,de probat. Alex. conſ.6. nu.5.lib.3. Se-
52 nat.Pedemon.in d.deciſ.1.nu.20.Et operatur† clau-
ſula prædicta, vt forma iudiciaria non ſit ſeruanda,
ſed ſolum ius naturale gentium, quo ſola veritas at-
tenditur,ſeruari debeat. Ang. Aretin.in §.in bonæ fi-
dei. in fin. num.33.verſiculo.Quid ſi fiat. & ibi Iaſon
numero 45. Inſtitut. de action. Et quia dictus effe-
ctus reſultat ex ſola clauſula, Summarie, & c & ſine

ſtrepitu,ac figura iudicij,vt dixit Bart.in extrauagã-
ti ad reprimendum.in verb.figura.num.4.& 5. Mul-
53 to magis eũdem effectum operabitur alia † clauſu-
la,ſola facti veritate inſpecta,quæ plus operatur quã
clauſula,Summarie &c.& ſine ſtrepitu & figura iudi
cij,ſecundum Dec.in d. cap.quoniam contra.nu.16.
Alex.d.conſ.6.nu.4.in fi.Imol.& Fel.in cap. dilecti.de
iud.Senat.Pedemon.in d.deciſ.1.num.10.Cum igitur
primus Iudex potuiſſet admittere monaſterium ad
hæreditates prædictas ex qualibet cauſa coram eo
probata, idem facere poſſunt Iudices appellationis,
qui iudicare poſſunt de illis,de quibus iudicare pote
54 rat primus Iudex, vt dixi. † Præſertim quia poteſtas
conceſſa primo Iudici procedendi Summarie,ac ſola
facti veritate inſpecta,non expirauit per ſententiam
ab eo latam,ſed tranſiuit in alios Iudices etiam ſe-
cundæ & tertiæ inſtãtiæ,& in omnibus inſtantijs cau
ſa durat Summaria. Aegid.in deciſi.41, Si Papa. late
Caſſador.deciſ.8.de reſcript.per totam.

Et eo magis dicendum eſt Iudices appellationis
admittere poſſe monaſterium ad dictas hæreditates
ex capite redintegrationis,ſi de dotatione & ſic de tẽ
porali excluſione conſtaret,cum iam linea maſculina
ſit extincta.Et ſi de dotatione nõ appareret,illud ad-
mittere poſſe ad ſucceſſiones,ac ſi nũquam ſoror Pa-
cifica fuiſſet excluſa,quia monaſteriũ præfatum porre
xit preces Summo Põtifici,in quibus petijt committi
alicui alteri, vt dictum monaſterium ea perſona di-
ctæ Sororis Pacificę ad hęreditates prędictas admit-
tat,non ſolum ex capite redintegrationis, ſi de dota-
tione & temporali excluſione conſtaret; ſed ſi de do-
tatione non appareret, ex alio quocumque capite &
remedio magis competenti cum poteſtate proceden
di,& ſententiandi ſummarie, ſimpliciter,dę plano,ſi
ne ſtrepitu, & figura iudicij, ac ſola facti veritate in-
55 ſpecta. † Et Summus Pontifex cauſam commiſit, vt
petitum fuit, per quam ſignaturam cenſentur omnia
conceſſa,quæ in precibus petebantur, vt clare probat
Caſſad.dec.7.in tit.de reſcript.& confirmatur ex ad-
56 ductis per Gramm. deciſ.103.nu.201.& ſeq. † Dum
oſtendit gratiam conceſſam à Principe,intellige con
ceſſam iuxta formam petitionis; & quod oĩa cẽſean-
57 tur conceſſa, † qñ nullo verbo in precibus cancellato
reſcribẽs ſimpliciter conceſſit,vt petitum fuerat,abſ-
que eo quod ad aliquid de comprehenſis in precibus
ſe reſtrinxerit,firmat Matth.Brun.in tracta.de ceſſio,
bono.q.9.prin.nu.9.& ſeq.& nu.17.ver. Non obſtant
tradita;licet ipſe Brun.aliud cõcludat,quando in re-
ſcripto fieret particularis mentio aliquorum ex ad-
ductis in precibus,cum ſecũdum eum ex illa particu-
lari expreſſione cenſeatur reſcribens ad contenta in
reſcripto voluiſſe ſe reſtringere, nec alia concedere,

Nec repugnare videtur reſpõſio,quæ per Reos af-
fertur,quod licet omnia per Summum Pontificem vi
deantur commiſſa,nihilominus reſcriptũ intelligen-
dum ſit iuxta iuris diſpoſitionem & ordinem,& ſic vt
prius terminetur cauſa, introducta corã primo Iudi-
ce,& poſtea decidatur alia iuxta tradita per Cor.cõ-
58 ſil.312.libro 3. qui cenſuit † commiſſionem cauſæ ap-
pellationis cum negotio principali intelligi, vt non
cognoſcatur de negotio principali, niſi iuſtificato
prius grauamine ſecundum diſpoſitionem cap.vt de
bitus,de appell.

Subuertitur hæc reſponſio.

Primo ea forma precũ & reſcripti; ex quibus cla-
re conſtat cognitionem ſuper prædictis ſimul & ſe-
59 mel fuiſſe demandatam; † & quando conſtat de men
te reſcribentis,reſcriptum nõ reducitur ad intellectũ
iuris cõis,ſed eius forma quamuis dura ſeruanda eſt,
Dec.conſ.33.num.2.verſic.Primo quod. Rober.Lan-
cellot.de attent. par.2.cap.20. limit.11.nu.2. & pro-
60 pterea dicitur, † quod quamuis commiſſa cauſa ap-
pellationis à grauamine cum negotio principali,ſu-
per negotio principali procedi non poſſit, niſi prius
iuſtificato grauamine,iuxta d.c.vt debitus. Attamen
qñ ex facie reſcripti apparet fuiſſe demandatam co-
gnitionem ſimul & ſemel ſuper articulo grauaminis
61 & negotij principalis; † tunc ceſſant prædicta, & ſu-
per negotio principali proceditur,quãuis grauamen
non fuerit iuſtificatum, vt declarat Sebaſt. Vant. in
tract. nullit.in tit.de nullit. ex defect.iuriſd.vnde, ac
quib.mod.proueniat.nu.65.in fine.

Secundo quia etiam Summus Pontifex cauſam cõ-
miſit cum poteſtate procedendi ſummarie, & ſola fa
cti veritate inſpecta, vt dixi,ordo iuris non eſt atten-
62 dendus ex adductis ſupra.Hinc videmus,† qđ quam-
uis cõmiſſa cauſa petitorij & poſſeſſorij ſimul, cauſa
poſſeſſorij prius ſit terminanda, l.ordinarii. C.de rei
vendic.Secus eſt,quando data eſt poteſtas proceden-
63 di ſummarie, ac ſola facti veritate inſpecta, † quia vi-
gore dictæ clauſulæ poteſt Iudex poſſeſſorium & pe-
titorium ſimul terminare,vt dixit Senat. Pedemont.
in d.deciſ.1.nu.28. Sicut etiam quando commiſſa eſt
64 cauſa attẽtatorum & negotii principalis ſimul, † at-
tentata prius purgari debent. toto titu. nil nou.app.
penden.c.non ſolum.de appel.in 6.Si in commiſſione
datur poteſtas procedendi ſummarie, & ſola facti ve
65 ritate inſpecta, † poteſt iudex ſuper negotio princi-
pali procedere,licet attentata prius nõ ſint purgata,
quia per huiuſmodi commiſſionem videtur ſublatũ
priuilegium attentatorum, vt illa ante omnia reuo-
centur,vt conſiderat Rober.Lancello.de atten.par.1.
in præfa.nu.45.& ſeqq.& par.3.c.30.nu.211.cum ſeq.
Mandoſ.de commiſ.formula 14.de commiſſ.attenta-
torum.in verbo.in primis & ante omnia.q.4.Tollitur
Tertio omnis difficultas ex aliis adductis ſupra, dũ
oſtẽdi etiam primum iudicem habuiſſe cognitionem
prædictorum.Eſt igitur concludendum iudices,qui-
bus ex Apoſtolico reſcripto cauſæ fuerunt commiſſæ,
admittere poſſe monaſterium ad dictas ſucceſſiones
ex quocũque iure & remedio ei cõpetenti, nec prius
de vno quam de alio remedio eſſe cognoſcendum,ra
tionibus ſupra adductis,quæ rem claram reddunt:&
quamuis res eſſet dubia,ita in dubio iudicandum eſt,
66 † cum reſcripta delegatoria fauore ſupplicantis in-
terpretationem recipiant. Abb.in c.conſuluit.el 2.de
appel.Caſſad.deci.6.nu.4.de reſcrip.Sebaſt. Vant.de
nullit.in tit.quib.mod.ſent.nullit.de fend.poſſ.nu.65.
67 & ſeq.† Nec prædictis obſtat Corn.in d.conſ.312.lib.
3. quia in caſu ſuo cauſæ non fuerant commiſſæ cum
dictis clauſulis,& reſcriptum erat obtentũ ab inferio
re à Principe,qui non poterat derogare iuri commu-
ni; vel ſi poterat,non cenſetur voluiſſe derogare. Pręterea
in caſu Cornei in precibus petitum fuerat com
mitti cauſas in plurali, quia vna erat appellationis
à grauamine, alia negotii principalis, & cum reſcri-
bens commiſerit cauſam in ſingulari,ſecundum eum
oſtendit reſcribentem noluiſſe committere omnes
cauſas iuxta petita,ſed ſolam cauſam appellationis,
& ex iſtis rationibus Corn.principaliter mouetur,vt
elicitur in d.conſ.312.num.1.2.3.& 4.Quæ in caſu,de
quo agitur,ceſſant.

*Rota Peruſina circa Vltimum dubium iudicauit pro di-
cto monaſterio, mandauitque ad vlteriora in cauſa procedi
iuxta formam dictæ petitionis, menſe Nouembris anni
1585. rogato Domino Franciſco Torello notario Peruſino.
Et quoad reliqua cauſa non fuit deciſa per ſententiam, ſed
poſtea per tranſactionem terminata.*

SEQVVN-

Digitized by Google

SEQVVNTVR CONSILIA XVIII. CRIMINALIA.

ARGVMENTVM.

Pater ad quid teneatur pro filio condem nato cum publicatione bonorum.

Statutum quod compellit patrem ad ſolutionem legitimæ, nũquid locum habeat reſpectu vnciæ filio illegitimo debitæ.

Debitum pro alimentis an veniat in con fiſcatione bonorum.

SVMMARIVM.

1 *Pater tenetur dare fiſco legitimam filij condemnati in pœnam vltimi ſupplicij, & confiſcationis bonorum vigore ſtatuti Peruſini.*

2 *Pater tenetur dare fiſco vnciam debitam filio illegitimo, quando fuit condemnatus cum publicatione bonorum.*
Sed contra infra per totum.

3 *Illegitimus non debet eſſe melioris conditionis, quam ſit legitimus. & num. ſeq.*

4 *Statutum imponens pœnam filio pro delicto patris, locum habet etiam contra filium ſpurium.*
Declaratur. num. 92.

5 *Pax facta pro filijs rumpitur ex offenſione facta per filium naturalem.*
Declaratur. num. 91. & ſeqq.

6 *Pater poteſt compelli ad præſtandum fideiuſſionem de nõ offendendo pro filio naturali & ſpurio.*
Sed contra. num. 93.

7 *Verba patris, & filij ſonant in nomen naturæ & naturalia appellantur.*

8 *Delicta puniri expedit Reipublicæ.*

9 *Lex loquens per verba naturalia etiam pœnalis comprehẽdit naturales, quando tractatur de pœna ipſi imponenda.*
Declaratur num. 94.

10 *Conſtitutio reſpiciens rationem naturalem afficit etiam filium naturalem tantum.*
Declaratur. num. 95.

11 *Statutum compellens partes ad compromittendum, comprehendit etiam naturales.*
Declaratur. num. 96.

12 *Mens ſtatuti ex ratione elicitur.*

13 *Conſtitutio etiam pœnalis, facta in fauorem Reipublicæ, vt delicta puniantur, fauorabilis iudicatur, & eſt extendenda ad filios illegitimos.*
Declaratur num. 29. 102. & 112.
Intellige quando delictum remaneret impunitum, aliàs ſecus. num. 14.
Declaratur. num. 102.

15 *Vxor putatiua punitur ſicut vera uxor, ne ſit melioris conditionis vera vxore.*

16 *Statutum extenditur, ne ſequatur abſurdum, vt minus dilectus ſit melioris conditionis quam magis dilectus.*

17 *Statutum fauorabile iudicatur, licet in alterius præiudicium vergat, ſi principaliter in fauorem vnius ſit conditum.*

18 *Statutum obligans patrem pro contractu filij eſt fauorabile, & de ratione ibi.*
Sed contra. num. 111.

19 *Extenſio, quæ tendit in fauorem Reipublicæ, ita fit in ſtatuto odioſo ſicut in fauorabili.*

20 *Statutum compellẽs patrem ad ſoluendum legitimam pro filio delinquente, fauorabile iudicatur, attenta principali ratione.*
Sed contra. nume. 102.

21 *Statutum loquens de filijs, extenditur etiam ad illegitimos, quibus conuenit ratio in ſtatuto expreſſa.*

22 *Extenſio fit etiam in correctorijs ex identitate rationis expreſſæ.*

23 *Statutum compellens patrem ad ſoluendum legitimam pro filio condemnato, extenditur etiam ad vnciam debitam filio illegitimo.*
Sed contra per totum.

24 *Filij legitimi, & illegitimi æquiparantur in materia, quæ omnibus conuenit.*

25 *Lex noua loquens de vno ex æquiparatis per legem antiquam extenditur ad alium.*
Declaratur num. 119.

26 *Grauari nemo debet alterius odio.*

27 *Vxor non tenetur pro marito.*

28 *Pater non tenetur pro filio, nec econuerſo.*

29 *Statutum dicitur correctorium iuris communis, quando illud in totum corrigit: Sed ſi in parte tantum ei derogat, dicitur exorbitans.*

30 *Extenſioni locus eſt, quoties ſtatutum exorbitans verſatur in publica vtilitate.*

31 *Bona condemnati hodie non publicantur.*
Fallit quando aliquis eſt condemnatus pro crimine hæreſis, vel læſæ maieſtatis. nu. 32.

33 *Filij delictum non præiudicat patri.*

34 *Pater de iure communi non tenetur aliquid dare fiſco pro delicto filij, nec etiam pro legitima.*
Imo nec etiam ex bonis aduentitijs filij aliquid fiſco ſoluere compellitur. num. 35.
Et minus ex peculio profectitio. num. 36.

37 *Peculium caſtrenſe filij condemnati non publicatur, ſed patri in ſolatium patriæ poteſtatis reſeruatur.*

38 *Filiusfamilias in bonis patris eo viuente nullum ius habet.*
Nec etiam ratione legitimæ. nu. 39.

40 *Statutum compellens patrem ad ſoluendum condemnationem pro filio condemnato vſque ad legitimam validum eſt.*
Eſt tamen contra ius commune. num. 41. & 46.
Item contra ius naturæ humanæ. num. 42. & 47.
Repugnat iuri diuino. num. 43.
Et eſt contrarium iuri canonico. num. 44.

45 *Conſtitutiones vnum pro delicto alterius punientes reſtringendæ ac ſtrictiſſime interpretandæ ſunt.*

47 *Statutum compellens patrem pro condemnatione filij vſque ad legitimam, odioſum, durum, ac ſtrictiſſime interpretandum eſt, & ad terminos iuris quantum fieri poteſt reducendum. cum ſeq.*
Immo ſecundum aliquos tyrannidem ſapit. nu. 48.
Et reſpectu patris continet odium irrationabile. numero 103. & 118.

49 *Conſtitutio Sixti quarti compellens patrem pro condemnatione filij vſque ad legitimam velut odioſa & pœnalis reſtringenda eſt.*

50 *Adulterium committitur cum muliere nupta etiam per virum ſolutum.*

51 *Spurius appellatur natus ex adulterio.*

52 *Spurius quis magis præſumitur, quam naturalis, quando conſtat eſſe illegitimum.*

53 *Spurius non appellatur filius.*

54 *Verba in ſtatutis ſunt proprie accipienda.*

55 *Filiorum appellatione proprie non veniunt ſpurij.*

Maxime iu materia ſtatuti.nu.56.
Licet aliud dicatur de naturali. num.57.
58 *Statutum compellens patrem pro delicto filij, non comprehendit filium ſpurium.& num.105.*
Neque etiam naturalem. nu.59.
60 *Filius illegitimus in bonis patris nullam babet portionem.*
61 *Fiſcus ob condemuationem filij viuente patre nihil conſequitur, nec patre viuente, neque eo mortuo.*
62 *Legitima non debetur filio illegitimo.*
63 *Statuti diſpoſitio locum non habet in caſu, in quo eius verba intellecta, vt debent, non verificantur.*
Etiam ſi in aliqua parte verificarentur, ſi in totum non verificarentur,& num.64.
65 *Statuta tantum diſponunt, quantum loquuntur, & non vltra.*
66 *Vncia filio illegitimo debita vigore ſtatuti Peruſini, debetur pro alimentis, & de ea ſicut de alimentis iudicatur, nec tranſmittitur ad hæredes filij illegitimi, ſed finita cauſa alimentorum ad hæredes patris reuertitur.*
Et num.ſeq.
68 *Dos data filiæ ſpuriæ, ad patrem, & eius hæredes mortua filia redire debet ſine præiudicio lucri debiti viro vigore ſtatuti.& num.ſeq.*
70 *Publicari non poteſt debitum pro alimentis etiam durante vita banniti, qui ali debuit, Et de ratione ibi.*
Nec debitum ſub conditione.num.71.
Declaratur.num.72.
73 *Alimenta de iure etiam bannito dari debent, ne fame pereat.*
74 *Pater tenetur alere etiam filium bannitum.*
75 *Filius tenetur alere patrem etiam bannitum.*
76 *Conſtitutio prohibens dari alimenta bannitis ſub pœna non ligat patrem & filium.*
77 *Filius bannitus, & reſtitutus alimenta à patre ſeu eius hæredibus petere poteſt.*
78 *Statutum intelligitur, vt aliquid operetur vltra ius commune.*
79 *Filius ſpurius de iure canonico à patre ali debet.*
Nec aliud à patre conſequi poteſt ex teſtamento, ab inteſtato, ſeu ex contractu.num.80.
81 *Statutum iuris communis correctorium, dummodo aliquid operetur, reſtringitur, vt quanto minus fieri poſſit, ex eo ius commune corrigatur.*
Et ſi plura poſſet operari, interpretatur vt in vno tantum corrigat etium verba impropriando.num.82.
83 *Statutum diſponens, vt pater poſſit aliquid dare, ſeu relinquere filio ſpurio, eſt inualidum.*
84 *Conſtitutio Sixti quarti compellens patrem ad ſoluendam legitimam pro filijs condemnatis, qualiter intelligatur.*
85 *Spurius non eſt iu poteſtate patris.*
86 *Patria poteſtas amittitur bannito filio cum bonorum publicatione.Et num.ſeq.*
87 *Banniti cum publicatione bonorum, qui poſſunt impune offendi, æquiparantur deportatis.*
88 *Statutum ceſſat etiam in materia quantumcumque fauorabili, quando eius verba iu multis impropriare oporteret.*
89 *Dubijs in opinionibus contra fiſcum eſt iudicandum.*
90 *Opinio quæ facit pro euitatione pœuæ, ſemper in dubio amplecti debet.*
91 *Statutum loquens de filijs locum babet contra ſpurium in eius præiudicium, Secus ſi alteri pro delicto filij pœna imponitur.*
93 *Spurius includitur in promiſſione de non offendendo in eius præiudicium, nou in præiudicium alterius.*
98 *Extenſio ceſſat iu odioſis etiam ex maioritate rationis.*
Item in pœnalibus.num.99.
Et in correctorijs.num.160.
Et quando agitur de præiudicio tertij.num.101.
Et quando ex extenſione aliquis indebite damnum pateretur, etiam ſi ageretur de fauore Reipublicæ. numero 104.
105 *Statutum compellens patrem ad ſoluendum legitimam filij condemnati qua ratione fundetur.*
106 *Legitima in bouis patris eſt quaſi debita filio.*
107 *Legitima tranſmittitur ad hæredes filij etiam extraneos.*
108 *Fiſcus habetur loco extranei hæredis.*
109 *Fiſco acquiruntur ea, quæ ſunt ad extraneos hæredes tranſitoria, non ea quæ ad extraneos non ſunt tranſitoria.*
110 *Extenſio non fit de vno caſu ad alium vi rationis expreſſæ, quando minor viget ratio in caſu non expreſſo, ſiue clarum ſit vigere diuerſam rationem, ſiue dubitetur.*
112 *Conſtitutio reſpiciens fauorem Reipublicæ eſt fauorabilis, ſed quatenus concernit odium tertij eſt odioſa, ac reſtringenda.*
113 *Ratio expreſſa tunc facit extendere diſpoſitionem, quando eſt finalis, & per modum rationis profertur. Secus ſi eſt impulſiua, & eius verba enunciatiue proferuntur per modum cuiuſdam futuri euentus.*
114 *Conſtitutio Sixti quarti compellens patrem ad ſoluẽdum legitimam pro filio condemnato, non habet locum in filio adoptiuo.*
115 *Filius adoptiuus ſeu arrogatus eſt in poteſtate patris adoptantis, ſeu arrogantis licet non ſemper.*
116 *Legitima debetur filio adoptiuo, ſeu arrogato, ſicut legitimo, & naturali.*
117 *Extenſio fieri debet ad caſum comprehenſum ſub verbis rationis expreſſa proprie ſaltem ex lata ſignificatione. Secus ſi verba rationis extendere aut impropriare oporteret.*
118 *Extenſio ceſſat, quando lex eſt correctoria, pœnalis, & odioſa, etiam ſi ratio finalis in ea expreſſa appareret, licet ſi eſſet pœnalis tantum, aut ſimpliciter correctoria, ſeu tantum odioſa permitteretur extenſio.*
120 *Impropriatatis plures in eadem materia etiam fauorabili non admittuntur.*
121 *Extenſio ceſſat etiam in exorbitantibus.*

CONSILIVM XCV.

VIsis dubitationibus, Motis per Excellẽtiſſimum Dominum Flaminium Cattarium Illuſtris & Reuerẽdiſſimi Domini Gubernatoris Peruſiæ in criminalibus Locumtenentem, dicendũ videtur Capitaneum Traianũ de Vermigliolis, teneri ſoluere vnciam Aſcanio filio ſpurio debitam vigore ſtatuti Peruſini libro 2. Rubr. 47. Cum Dominus Aſcanius pro homicidio condemnatus fuerit in pœnam vltimi ſupplicii, & confiſcationis
1 bonorum, † quo caſu pater legitimam, filio legitimo debitam, fiſco dare compellitur tam vigore ſtatuti Peruſini lib.3.Rub.15. quam Conſtitutionis Sixti Papæ Quarti, inſertæ inter conſtitutiones Marchiæ lib. 4.cap.19.

Primo, quia cum pater ex dictis conſtitutionibus legitimam ſoluere cogatur pro filio legitimo & natu
2 rali, † à fortiori vnciam illegitimo debitam dare cogitur, ne plus priuilegii habeat luxuria, quam caſti
3 tas, † & ne melioris ſit conditionis illegitimus quam ſit legitimus, vt in Auth. de reſtitut. & ea quæ parit. in fin. gloſ. in cap. ſtatutum, el 1. de hære. lib. 6. qua ratione Paul. de Caſtr. conſil. 19. numero 2. lib. 3. cenſuit

ſtatu-

4 ſtatutum, † quod pęnam imponit filio ob delictum
patris, contra filium ſpurium locum habere, quod e-
tiam voluerunt Caſtren. in l. ex facto, §. ſi quis roga-
tus, ff. ad Trebel. Aleaan. in conſ. 60. lib. 1. & idem ſen
tit Cin. in l. quiſquis, C. ad leg. Iul. maieſt. dum pęnã
illius legis ad ſpurios extendit, dummodo patrẽ cer-
tum habeant, ea ratione, ne ſpurij melioris ſint con-
ditionis quam legitimi, & eum ſequuntur Alexan. d.
conſ. 60. num. 7. in fin. & num. 16. & Imol. in d. §. ſi quis
5 rogatus. nu. 7. † & eadem ratione Rim. iun. conſ. 442.
nu. 69. li. 4. firmauit pacem ſtipulatam pro ſe, & filiis
6 ex offenſione facta per naturalem rumpi, † quibus ac
cedit, quod Hiero. de Mont. variar. quæſ. lib. 1. q. 8. ra-
tione de qua ſupra dixit patrem cogi poſſe ad fideiu
bendum de non offendendo pro naturali, & ſpurio.

Secundo, quia Conſtitutiones prædictæ loquun-
tur per verbum naturale tam de patre quam de filio,
7 quæ verba † ſonant in nomen naturæ. Doctor. in d. §.
ſi quis rogatus, Caſtr. d. conſil. 19. num. 12. Aleaand.
d. conſ. 60. num. 11. Hęc pars recipienda videtur, cum
tractetur de puniendo filium ſpurium, & licet dictæ
Conſtitutiones pœnales ſint, & odioſæ, odium tamẽ
8 eſt rationabile, † cum Reipublicæ expediat delicta
puniri, l. ita vulneratus, ff. ad leg. Aquil. & propterea
large debent interpretari. Din. in c. odia, de reg. iur.
in 6. in terminis Caſtr. d. conſ. 19. nu. 11. in d. §. ſi quis
9 rogatus. Alea. d. conſ. 60. nu. 11. † firmantes quod vbi
tractatur de pęna imponenda illegitimo ob eius de-
lictum, lex loquens per verba naturalia, quamuis ſit
pęnalis, comprehendit naturales, quia odium, vt deli
cta puniantur, rationabile eſt.

Tertio licet conſtitutiones loquantur de legitima,
quæ filijs legitimis, & naturalibus tantum debetur,
nihilominus, quia naturalem rationem in ſe habent,
quæ verbis prædominatur, l. non aliter, de leg. 3. natu
rales includuntur, cum materia dictarum conſtitu-
tionum etiam naturalibus tantum conueniat, ea e-
nim ratione conſtitutum eſt legitimam publicari, vt
filij à delictis ſe abſtineant, quæ ratio tam legitimos
quam illegitimos tangit, propterea illegitimos com
10 prehendere debet, † cum conſtitutio rationem reſpi-
ciens naturalem, afficiat etiam filium naturalem tan
tum, vt per Doct. in d. §. ſi quis rogatus. & Rimin. iun.
11 d. conſ. 442. nu. 37. † qua ratione, vt ſcandala euiten-
tur, etiam naturales in ſtatuto de cauſis compromit-
tendis includi dixerunt Anchar. conſ. 187. Blanc. de
compromiſ. q. 3. in ver. naturalis. Rim. iun. d. cõſ. 442.

Quarto eo magis hæc videntur admittenda, quo-
niam ratio prædicta militat etiam in naturalibus, &
identitatis ratio pateſacit ſaltem tacitam volunta-
tem ſtatuentium, vt etiam illegitimi in dictis conſti-
12 tutionibus comprehendantur, † mens autẽ ex ratio-
ne elicitur, l. cum mulier. ſolu. matri. l. ſcire oportet,
§. oportet, ff. de excuſ. tut. Abb. in c. præſentia, nu. 22.
de prob. & ibi Pariſ. & Dec. Rim. d. conſ. 442. num. 64.
Blanc. in citato loco, ſed eadem ratio, quæ in legiti-
mo, & naturali cõſideratur, vt à delictis ſe abſtineat,
13 etiam in naturali tantum viget, † Ideo conſtitutio
ad eos erit extendenda, licet pęnalis ſit, cum ob di-
ctam rationem, vt delicta puniantur, fauorabilis iu-
dicetur, & extendatur. Bar. in l. quemadmodũ. C. de
agric. & cenſit. lib. 11. Dec. conſ. 65. col. 2. num. 3. Cra-
uet. de antiq. temp. par. 4. verſ. Videamus, num. 1. late
14 Becc. conſ. 71. num. 4. † Nec extenſio prohibetur, ex
eo quod etiam ſi vncia non publicaretur, delictum ta
men non propterea remaneret impunitũ, cum Aſca-
nius in pœnam capitis condemnatus fuerit, iux. do-
ctrinam Bar. in l. 2. §. exercitum, ff. de his qui not. in-
fam. Dec. in l. 2. ff. de reg. iur. Crauet. d. loco, nume. 5.

Quoniam extenſio facienda eſt ratione de qua ſupra,
ne abſurdum ſequatur, quod melioris ſint conditio-
nis ſpurij, quam legitimi, & ne plures prærogatiuas
habeat luxuria, quam caſtitas, quæ opinio cõprobà-
15 tur per l. ſi vxor, §. 1. ff. de adult. † vbi vxor putatiua de
adulterio punitur ſicut vera vxor, & lex pęnalis de
vxore loquens, extenditur ad putatiuam, ea ratione,
ne vxor putatiua, & de facto, melioris ſit conditionis
vera vxore, quod eſſe non debet, l. 3. §. 1. ff. de donat. in
ter vir. & vxor. Crauet. in alleg. loco, num. 2. idque cõ
probatur per Ruin. in conſ. 43. nu. 7. & conſil. 34. nu. 5.
lib. 3. & Rol. à Val. conſ. 72. num. 82. & ſeq. lib. 1. aſſe-
16 rentes † ſtatutum extendi, quando aliàs ſequeretur
abſurdum, quod minus dilectus melioris eſſet condi
tionis quam magis dilectus.

Accedit quinto Conſtitutiones iſtas, attentà prin
cipali intentione Pontificis, & ſtatuentium retrahen
do filios à delictis pro conſeruatione publicæ quie-
tis, fauorabiles eſſe. Bar. Caſtr. Alex. & Iaſ. in l. qui ex
ceptionem, ff. de cond. indeb. Bald. Dec. Curt. iũn. &
Rimin. ſen. in l. 2. C. de in ius vocan. Tiraq. de retrac.
tit. 1. §. 30 glo. 1. nu. 5. Rim. iun. conſ 71. nu. 43. & ſeq.
lib. 1. conſ. 354 num. 16. & ſeqq. lib. 4. firmantes ſtatu-
17 tum † fauorabile iudicari, licet in alterius præiudi-
cium vergat, ſi principaliter ad fauorem vnius ſit cõ-
ditum, quanto igitur magis id erit ratione publicæ
vtilitatis, confirmatur per Aret. conſ. 26. nu. 20. verſ.
Quarto præmitto, quem ſequitur Rim. iun. d. conſ. 72.
18 nume. 45. aſſerentem † ſtatutum, quod obligat pa-
trem pro contractibus filij, fauorabile eſſe, cum prin
cipaliter factum ſit fauore publico, vt mercatura me
lius exerceatur: Iccirco conſtitutiones, cogentes pa-
trem ad ſoluendum condemnationem pro filio, reſpi
ciẽtes principaliter fauorem Reipublicæ, ad ſpurios
19 extendendę ſunt, quia † vbi extenſio tendit ad fauo-
rem Reipublicæ, ita debemus legem ſeu ſtatutum o-
dioſum extendere, ſicut legem vel ſtatutum fauora-
bile. Bar. in d. l. quemadmodum. Marſil. in pract. cri-
mi. §. aggredior, nu. 59. Crauet. in d. 4. par. verſ. Tran-
ſeo nunc. nu. 146. ex quibus dicitur ſequendam non
eſſe in caſu iſto opinionem Raiuer. de Forliu. in l. lege
Iulia, §. 1. ff. de rit. nup. Crot. in l. omnes populi, col. 35.
ff. de iuſtit. & iur. quam ſequitur Crauet. in d. verſ.
20 Tranſeo nunc. nu. 157. quod ſtatutum † compellens
patrem ad ſoluendum legitimam pro filio delinquẽ-
te, quia continet odium irrationabile, ſtricte intelli-
gi debeat; cũ enim cõſtitutiones iſtæ ſint conditæ prin
cipaliter ratione publicæ quietis, vt ea rõne in conſti
tutione Sixti expreſſa dr̃, ſine dubio hac principali
intentione attenta fauorabiles ſunt, & extendendæ.

Sexto quoniam in conſtitutione Sixti expreſſa eſt
ratio, ne filij, qui bona non habent, promptiores ſint
21 ad delinquendum, † & quia huiuſmodi ratio conue
nit etiam filijs illegitimis reſpectu eorum vnciæ, ex
ſtatuto debitæ, conſtitutio ad illegitimos erit exten-
denda Palęot. de noth. & ſpur. cap. 23. nume. 1. & ſeq.
22 communiter enim concluditur † etiam in correcto-
riis ex identitate rationis ſcriptæ extenſionem fieri
ad caſum, in quo eadem ratio vigeat, nec agi tunc de
extenſione, ſed de comprehenſione, quia ſicut genus
comprehendit ſpecies, ita ratio generalis diuerſas
caſuum emergentium ſpecies complectitur, & ratio
generalis, & finalis diſpoſitionem ampliat, & virtu-
te rationis generalis diſpoſitio etiam ſpecialis gene
raliter intelligitur. Pariſ. conſ. 16. col. 3. & 4. lib. 3. Ri-
min iun. conſ. 4 num. 8. 12. & ſeqq. lib. 1. Crauet. con-
23 ſil. 183. col. 2. lib. 1. & propterea † conſtitutiones præ-
fatæ, mentionem facientes de legitima filiorum, &
ſic de legitimis, & naturalibus ratione frequentio-

ris contingentis, licet pęnales ſint, ad vnciā ex iden-
titate rationis extenduntur. glo. in l. 1. in verb. ſpon-
ſam. C. de rapt. virg. Cur. ſen. conſ. 11. col. 3. Crau. d. 4.
24 par. ver. Videamus. nu. 37. Præſertim quia † legitimi
& illegitimi æquiparantur in materia, quæ omnibus
illis conuenit, vt per Doctor. in d. §. ſi quis rogatus, &
quando duo ſunt æquiparata per legem antiquam,
25 † lex noua pœnalis, diſponens ſuper vno, extenditur
ad alterum. Dec. in l. factum tuum, §. in pœnalibus. in
5. fallen. ff. de reg. iur. Socin. in l. Gallus, §. videndum,
in fin. de liber. & poſthum. Iaſ. in l. ſi prius. col. 19. ff. de
oper. nou. nunciat. per text. in c. ad audientiam. & in
cap. cum dilectus. & ibi not. per Abb. & Imol. de cle-
ric. non reſiden.

Poſtremo quia prædicta recipienda ſunt in corre-
ctorijs, à fortiori id erit concedendum in iſtis conſti-
tutionibus, quæ non ſunt correctoriæ, ſed exorbitan-
26 tes: eſt enim regula in iure, † qd̄ nemo alterius odio
grauetur, nec alteri per alterum iniqua conditio infe
ratur, l. non debet alteri, ff. de reg. iur. cap. non debet.
de reg. iur. in 6. Quæ regula exemplificatur in vxore,
27 † ne pro marito teneatur, vt C. ne vxor pro marit. in
28 patre & filijs, † ne alter pro altero aſtringatur, vt C.
ne fil. pro patre. Sed conſtitutiones prædictæ, cogen-
tes patrem ad ſoluendum legitimam filij, regulā præ
dictam in totum non corrigunt, ſed ſolum in parte,
& non vt pro filio teneatur generaliter, ſed ipſo tan-
29 tum delinquente. Et cum † ſtatutum tunc dicatur cor
rectorium iuris communis, quando illud in totū cor-
rigit, ſed ſi in aliqua tantum parte ei derogat, non ſit
correctorium, ſed exorbitans, vt per Corn. conſ. 174.
col. 2. lib. 4. Rimin. iun. conſ. 354. num. 13. & conſ. 442.
nu. 47. & ſeq. lib. 4. ſequitur conſtitutiones prædictas
correctorias non eſſe, ſed dumtaxat exorbitantes, &
propterea extendendas, quoniam quoties ſtatutum
30 exorbitans in publica vtilitate verſatur, † extenſioni
& late interpretationi locus erit, vt per gl. & Doct. in
l. ſi conſtante. ff. ſol. matr. Alex. in l. 1. nu. 59. ff. de offic.
eius. Crau. in d. 4. par. verſ. Tranſeo nunc. num. 78. &
ſeq. Rim. d. conſ. 354. num. 14.

Quibus doctiſſimis dubitationibus non obſtanti-
bus, arbitror Capitaneum Traianū nullo modo co-
gi poſſe ad aliquid ſoluendum pro Aſcanio eius filio
illegitimo. Ad quod clare demonſtrandum,

Præmitto de iure communi in caſu de quo agitur,
bonorum confiſcationi locum non eſſe. Primo, quia
Aſcanius non eſt pro crimine læſæ maieſtatis, vel hæ-
31 reſis cōdemnatus, ſed pro homicidio, † ꝓ quo de iure
nouiſſimo Authenticorū bona publicanda non ſunt.
Auth. Bona damnatorum, C. de bonorum præſcript.
& communiter per totum Orbem ſeruatur, quod bo-
32 na non confiſcantur in aliquo caſu, præterquam † in
crimine hæreſis, vel læſæ maieſtatis, niſi aliter ſtatu-
to, vel particulari conſuetudine caueatur. Alber. in 3.
par. ſtat. quæſt. 18. in fin. Dec. conſ. 442. num. 6. Boer.
deciſ. 264. num. 15. Cepol. conſ. crim. 17. in 3. dub. ver.
Cum itaque dicti fratres. Iaſ. conſ. 46. num. 7. libro 3.
Nouel. in pract. crim. fol. 166. num. 6. Tiber. Decian.
conſ. 64. lib. 2. Iul. Clar. alios referens in pract. crim. §.
fin. quæſt. 78. poſt princ. Secundo ſi publicationi bono
rum Aſcanij locus eſſet, non poſſet eius pater in ali-
quo inquietari, cum non ſolum ex regula generali pa
ter pro filio non teneatur, l. 1. in fin. C. ne fil. pro patr.
33 ſed etiam ex particulari diſpoſitione ſancitū ſit † deli
ctum filii patri non pręiudicare, l. poſt legatum, §. ſi fi-
liusfamilias, ff. de his qui. vt indign. ſeu aliter ex filii
delicto patrem non grauari, l. 1. §. quid ergo, & §. fi-
liusfamilias, vbi glo. ff. de vi & vi arma. Bart. & alii in
l. cum filiusfamilias, in princ. ff. de verb. obligat. not.
Hieronym. Gabriel. conſil. 185. numero 1. lib. 1. Cle-
ment. de patr. poteſt. effect. 5. num. 37. Nec aliàs mo-
do aliquo damnificari. l. filius paciſcendo. vbi Dec. n.
1. & alii omnes, C. de pact. Cephal. conſ. 577. num. 13.
lib. 4. Menoch. conſ. 116. nu. 53. lib. 2. In tantum quod
ſi filius, viuente patre, delictum commiſerit, ex quo
34 bona filii publicanda eſſent, non propterea † pater à
fiſco inquietari poſſet ēt rōne legitimæ, vt per text. in
l. 1. in fin. ff. de bon. poſſ. contr. tab. tenet Bal. in l. lex
Cornelia, nu. 3. ff. de vulg. & pupil. in l. ſi qua pęna, nu.
3. ff. de his qui ſunt ſui vel alien. iur. Specul. de execut.
ſent. §. ſequitur, num. 11. verſic. Quid ſi filius. Bart. in l.
1. §. ſi impuberi. in fin. ff. de collat. bonor. Angel. in §. ſi
quis autem non implens. Auth. de hære. & Falcid. Co
raſ. in l. filium quem habentem, num. 188. C. fam. her-
ciſcun. Dec. conſ. 438. num. 9. Ruin. conſ. 149. num. 13.
lib. 3. Rolan. à Vall. conſ. 97. num. 5. lib. 2. Franc. Becc.
qui de communi teſtatur conſ. 34. num. 25. Rim. iun.
conſ. 50. num. 75. & 93. lib. 1. Clement. de patr. poteſt.
effect. 16. num. 16. & 59. Viui. in tract. commun. opin.
in verb. ſtatutum diſponens, quod bannitus, verſ. ſta-
tutum diſponens quod pater. Nell. in tracta. de ban-
nit. in prima par. 2. temp. quæſt. 33. Tob. Nuni. con-
ſil. 94. num. 1. Iul. Clar. in pract. crimin. §. fin. quæſt. 86.
verſ. Secundo infertur. Et non ſolum pater non poteſt
à fiſco compelli, vt aliquid de proprijs bonis ſoluat
35 pro delicto filii etiam ratione legitimæ, † quin imo
nec de bonis aduentitiis filii, quorum pater vſumfru-
ctum tantum habet, pro filii delicto aliquid fiſco ſol-
uere tenetur, Bart. in l. finita, §. ſi de vectigalibus, nu.
15. & ſeqq. ff. de damn. infect. & ibi Alex. num. 44. Iaſ.
in §. actiones, num. 62. Inſtit. de actio. Socin. iun. conſ.
77. nu. 8. lib. 5. Boer. qui de communi teſtatur deciſ. 7.
nu. 10. & ſeq. quam etiam communem appellat Curt.
ſen. conſ. 59. nu. 12. Iul. Clar. in allegat. loco. Menoch.
conſ. 185. num. 13. lib. 2. Tob. Non. conſ. 105. Clement.
36 in d. effect. 2. num. 35. in fi. & ſeq. † Et multo minus o-
bligatur pater pro peculio profectitio, in quo pater
plus iuris habet, l. 3. §. ſed vtrum, ff. de min. notant om
nes in d. §. ſi de vectigalibus. Ripa in l. fin. quæſt. 53. C.
de reuoc. donat. Curt. ſen. de communi in d. conſ. 59.
nume. 15. Didac. Couar. variar. reſolut. lib. 2. c. 8. nu-
me. 7. verſ. Sic delinquente. Et in tantum pater ob de-
37 lictum filii non eſt grauandus, † quod immo Caſtren
ſe peculium ipſius filii, quod in totum tam reſpectu
proprietatis quam vſusfructus ad filium ſpectabat,
nō publicatur in patris præiudiciū, ſed patri in ſola-
tium patrię poteſtatis reſeruatur, l. 3. C. de bono. pręe-
ſcript. vbi Petr. Cin. Bald. Salicet. & alii omnes. Bart.
Caſtr. Imol. & Alexan. in d. §. ſi de vectigalibus. Pariſ.
conſil. 157. num. 36. lib. 4. Couar. qui de communi te-
ſtatur in d. cap. 8. num. 7. verſic. Hinc apparet. Tertio
quod pater in aliquo pro filii delicto de iure non te-
38 neatur, oſtenditur: quia † filiusfamilias viuente pa-
tre, in eius bonis nullum ius habet. Barto. in l. fin. nu-
me. 2. de lib. agnoſcen. in l. poſt emancipationem, §. 1.
39 ff. de lib. legat. Nec etiam ratione legitimæ, † cum fi-
lio viuente patre in legitima nullū ius competat, iux
ta textum clarum in l. 1. §. ſi impubere. in fin. ibi, Præ-
matura eſt enim, & ibi Barto. ff. de collat. bonor. not.
Bald. Ang. Imol. & alii, in l. lex Cornelia. de vulga. &
pupil. vbi Iaſ. num. 5. Dec. in l. fin. num. 13. C. de pact.
& conſ. 438. num. 10. Iaſ. in l. in ſuis, num. 18. de lib. &
poſthum. Guid. Pap. quæſt. 486. Specul. de execut. ſen-
tent. §. ſequitur, num. 11. prope fin. Cephal. conſilio
214. num. 8. libro 2. conſ. 605. num. 24. lib. 4. Menoch.
conſ. 250. num. 83. lib. 3. Roland. à Vall. conſil. 97. nu-
me. 4. lib. 5. latiſſime Franc. Becci. conſil. 34. num. 17
& ſequent. & conſil. 74. numero 5. Clement. de patr.
poteſt.

poteſt.effect.16.nu.59. Et ſi filio in vita patris ius nõ
competit,minus ex filij perſona fiſcus, qui in locum fi
lij damnati ſuccedit, ius aliquod prætendere põt, cũ
plus iuris in fiſcũ non tranſeat,quã haberet filius con
demnatus: & quia hæc procedunt in patre legitimo
& naturali,à fortiori admittẽda ſunt reſpectu patris
naturalis tantũ, cum ius filij legitimi & naturalis po
tentius ſit,quàm ius filij illegitimi,vt eſt notiſſimum.
40 Præmitto etiam,† quod licet ſtatutum poſſit com-
pellere patrem ad ſoluendum condemnationem filij
vſque ad quantitatem legitimæ, illudque validum
ſit.Bald.in d.l.lex Cornelia,num.3. ff. de vulg. & pu-
pil.vbi Ang.num.1.Imol.num.3. & Alexand. num.8.
de communi teſtatur, quam opinionem communem
teſtatur etiam Bonacoſ.in ſuis quæſt.crimin.in verb.
pater.in princ. & hoc ad publicam vtilitatem,& vt fi
lijfamilias in delictis remiſſius agant.Iaſ.in auth.no
uiſſima.num.8.C.de inoff.teſtam.Alber.in 1.par.ſtat.
quæſt.47.Vulpel.conſ.crimi.121.nume.1. Additio.2.
ad cap.18.lib.4.conſtit.Marchiæ.in qua de communi
teſtatur. Iul.Clar. §.fin.q.86. verſ. Et hæc quidem. &
ver. Valebit, vbi etiam de communi teſtatur, nibilo-
41 minus †huiuſmodi conſtitutiones vnum pro delicto
alterius,& patrem pro delicto filij punientes,ſunt cõ
tra ius commune, quia pœna debet tenere ſuos au
thores, l. ſancimus, C. de pœn. tot. titu. ne filij pro
42 patr. † Item ſunt contra ius naturæ humanæ ſecun-
dum Bald. & Salic. in rubr.C.res inter alios act.quia
eo iure diſponitur,quod noxa caput ſequitur, §. om-
43 nis.Inſtit.de noxal.actio. Item † repugnant iuri diui
no,cum ſcriptum ſit,Anima quæ peccauerit,ipſa mo-
rietur,cap.ſi habes, 24. quæſt.3. Et filius non porta-
bit iniquitatem patris, nec pater filij,quod eſt relatũ
44 in c.Iudæi, 1. in quæſt.4. † Sunt etiam contra ius ca-
nonicum, quo cauetur, neminem odio alterius gra-
uari, cap.non debet.de reg.iur.in 6.Et propterea cõ-
45 ſtitutiones † vnum pro delicto alterius afficientes,
tamquam continentes odiũ irrationabile contra ius
ciuile,naturale,diuinum, & canonicum, & contra na
turalem æquitatem reſtringendæ ac ſtrictiſſime in-
terpretandæ ſunt,Salic.& alij,in l.quiſquis,C.ad leg.
Iul.maieſt.& poſt alios multos prædicta omnia pro-
bant Iaſ.in conſ.106.nu.5.lib.4.Iul.Scarlat. inter cri-
min.diuerſ. conſ.113.num. 6. & ſeq.tom.1. Roland.à
Val.conſ.74.nume.9.& ſeqq.multis.lib.3. Aret. con-
ſil.92.num.2. Menoch. qui communem teſtatur con-
46 ſil.99.num.117.lib.1.Et in ſpecie,quod †ſtatutum ar
ctans patrem pro condemnatione filij vſque ad le-
gitimam,ſit contra ius, tenet Imo. in l.lex Cornelia,
num.3.de vulg.& pupil.vbi Alexand.num.8. Marſil.
47 ſing.362.† ſubdens etiam odioſum eſſe. Menoch. con
ſil.53.num.9.& ſeq.lib.1. Vulpel. conſil. crim.100.in
princip. aſſerens illud durum eſſe, & contra ius natu
rale,& in conſ.121.nu.2.& ſeq. vbi pariter dicit odio
ſum eſſe,& contra ius naturale,Imo.in l.cum filiusfa
milias.in princip.& ibi Iaſ.num.13.ff.de verbo.obli-
gat.firmantes ſtatutum huiuſmodi vti exorbitans &
iniquum,nõ eſſe extendendum, ſed quantum fieri po
teſt ad terminos iuris reducendum. Dec. conſi.359.
num.1. & ſeq. qui pariter illud rigoroſum appellat,
ſtricteque interpretandum,quẽ ſequitur Cephal.con
ſil.577.num.14.& ſeqq.lib.4.Marſil.dicto ſingu.362.
& quod huiuſmodi ſtatutum odioſum ſit, iuri con-
trarium, & ſtrictiſſime interpretandum, tenuerunt
etiam Bald.in Auth.Si captiui,num.8.C.de epiſco.&
cler.Iaſ.in l.ſi quis in ſuo,§.legis,nume.2. verſ. Quin-
to.C.de inoffic.teſta.& poſt eos Purpur. conſ.432. in
fin.lib.2.& conſil.343.in fin.lib.1.& glo.2.ad conſtit.
Marchiæ,cap.18.lib.4.idem etiam in terminis firmat
Tob.Noni.in conſil.95. num.10.& in conſil. 102. nu-
me.5.vbi poſt Alber.in 1.par. ſtat. quæſt.52. & Doct.
in d.l.cum filiusfamilias, dixit ſtatutum hoc odium
irrationabile cõtinere, cum diſponat patrem ex filii
delicto teneri, & propterea ſtricte interpretandum
eſſe,& de communi teſtatur. Nec deſunt, qui dixerũt
48 ſtatutum † prędictum compellens patrem vſque ad
legitimam pro delicto filij, Tyrannidem ſapere, ita
Cin.& ceteri, in d.l.lex Cornelia.vbi Bal.num.3.An-
gel.num.1.Imo.num.3.Alexand.num.8.Purpurat. in
dictis conſiliis 432.& 343. in fin. Cephal. conſil.577.
49 num.16.lib.4. † & de dicta conſtitutione Sixti idem
reſponderunt Corn.conſil.97.nu.4. & ſeq. & 14.li.4.
& Tob.Non.conſil.100.nume. 6. qui pariter illam o-
dioſam,iuri contrariam,pœnalem,& reſtringendam
eſſe affirmant, & quia prædicti omnes loquuntur de
ſtatuto,ſeu alia conſtitutione, obligante patrem pro
delicto filij vſque ad legitimam, & etiam alias aucto-
ritates & rationes ad id probãdum adducunt, patet
illam vti communem ſequendam eſſe, & opinionem
Rain.de Forliu.in l.lege Iulia.§.1.ff.de rit.nupt.Crot.
in l.omnes populi, colum.35.ff.de iuſt. & iur. & Cra-
uet.de antiq.temp.par.4. §.tranſeo nunc. nume.157.
qui in terminis ſimilis ſtatuti idem dixerunt, non eſ-
ſe reſpuendam,vt in dubiis dicebatur, cum illa vera
ſit, & communis.
Vlterius præmitto Aſcanium procreatum fuiſſe
ex damnato & punibili coitu, cum eius mater tem-
50 pore,quo conceptus fuit, virum haberet; & quia† ex
coitu cum muliere nupta adulterium committitur,
licet à viro ſoluto cognoſcatur, iuxta communem
Doctorum opinionem,de qua per Iul. Clar. in §.adul
51 terium.verſic.Tribus autem.†Aſcanius ex huiuſmo-
di adulterio natus,ſpurius appellatur. Ang.Aret. in
§.nouiſſime.Inſtit. ad Orficiaо. Corn. conſ.310.col.
1.verſ.& licet,lib.1. Alex.conſ.60.num.8.& 16.lib.2.
Purpur conſ.305.nume.11. lib.1.Rip.in l.ex facto,§.ſi
quis rogatus,ff.ad Treb.nu.3. Palęot.de not. & ſpur.
c.16.nu.5.& faciunt adducta per Bal.in conſ.267.lib.
2.conſ.457.nu.7.lib.5.Soc.ſen.conſ.148.num.6. lib.1.
& quia hoc in facto clare præſupponitur, de Aſcanio,
vt de filio ſpurio,non vt de naturali erit iudicandum:
tum quia talem eſſe conſtat, tum quia ſi eſſemus in
dubio,poſtquam conſtat eſſe illegitimum,magis ſpu
52 rius † quàm naturalis præſumitur,ſecundum Alciat.
de præſump.reg.2.præſ.6.nume.4.& ſeq.& conſ.269.
nu.3.Ceph.conſ.368.nu.1.lib.3.conſ.593.nu.12.lib.4.
Menoch.conſ.285.nu.11.lib.3.
Iſtis ſic præmiſſis,dico ſtatutum Peruſinum,& con
ſtitutionem Sixti in caſu, de quo agitur, nullo modo
locum habere.
Primo,quia dum loquuntur de filijs condemnatis,
intelligi debent de filijs legitimis & naturalibus, nõ
53 de ſpurijs, † cum ſpurius filius non appelletur. Au-
thent. Ex complexu.C.de inceſt.nupt. l.filium diffini
mus,ff.de his qui ſunt ſui vel alien.iur. Bartol.conſil.
229.num.1.Dec.conſ.471.num.6.Burſat.qui de com-
muni teſtatur.conſ.268.num.16.lib.3.Quod bene pro
54 cedit in materia ſtatuti,cum enim in ſtatutis † verba
proprie intelligenda ſint, l.3.§.hæc verba, ff.de nego.
geſt.cap.in noſtra,vbi Innoc.de iureiur. Cepha.conſ.
55 210. nu.14.lib.2. & de propria ſignificatione † filio-
rum appellatione ſpurij non veniant, d.l.filium diffi-
nimus.not.omnes in d.l.ex facto,§.ſi quis rogatus, el
s.ff.ad Treb.Gigas de Crim.læſ. maieſtat.libr.3.q.7.
num.5. Bald.in l.quiſquis, nume.4.& 5.C.ad leg.Iul.
maieſt. Dec.in ca.in præſentia,nu.134.et ſeq.de pro-
56 bat.†In ſtatutaria diſpoſitione de filijs loquente ſpu
rij non includũtur, vt per Doctores in dictis locis, et
per

Digitized by Google

per Rim.iunior.conſ.380.numero 63.& ſeqq.libro 4.
57 & quamuis † in filijs naturalibus hoc ſit dubium,om-
nes tamen conueniunt ſpurios in ſtatuti diſpoſitio-
ne non includi, vt firmant Purpur. conſil.269. nume-
ro ſecundo,& tertio.libro primo.Grat.qui de cómu-
ni teſtatur conſil.145 numero 14. libro ſecundo,& in-
ter naturales & ſpurios differentiam conſtituunt.
Blanc. de compromiſſ. quæſt.3. princip.numero 7. &
ſeqq.vſque ad numerũ 15. & poſt Angel.in conſil.30.
Cephal.conſil.591.numero 4. & 10.libro quarto.qua
58 ratione concludũt Doctores ſtatutum,† quod diſpo-
nit patrem teneri pro delicto filij,vel alias pro eo pę-
nam ſoluere, locum non habere in filio ſpurio. Ioan.
Andr.in addit.ad Specul.in rubr.qui fil.ſint legit.ver
ſicu. Quæſtionum de ſtatuto. Roman.in l.filiusfami-
lias,la 2.numero 33.ff.ſolut.matrim.Ang.de malefic.
in verb.dictum Sempronium,numero 14.Imo.in l.ex
facto,§.ſi quis rogatus, numero 17.ad Treb. Caſtren.
in l.cum filiusfamilias.in fin.prin. ff.de verbor.oblig.
dum ſe remittit ad Io.Andr.Marſil.in tract.de bann.
in verb.pace.num.71.& in ſing.139.incip.Dixit tibi.
Calcan.conſ.60.Ant.de But.in cap.per venerabilem.
qui fil.ſint legit.Blanc.in dicta quæſt.3.num.14.verſi-
cu.Ex hoc dicebat,quos ſequitur Rim. iunior in con-
59 ſil.442.num.46.libro quarto. † Quinimmo dixerunt
Roman.in d.l.filiusfamilias, nu.33. Imo.in l. Lucius,
la 2.§.fin. num.19.verſicu. Nam ibi plene,de legat.2.
Alexan. conſil.60. num. 14. libro ſecundo. ſtatutum
prædictum nec comprehendere naturalem, quod ẽt
tenet Ripa in d.§.ſi quis rogatus. num.70. & ibi Ale-
xan.num.30.& ſeq. Palæot.de not.& ſpur.c.32. num.
7. verſicu. Ex his. Idem igitur dicendum eſt in caſu
dicti ſtatuti ac conſtitutionis, loquentium de filijs,
quod ad delictum commiſſum per ſpurium in præiu-
dicium patris non extenditur. Et quia vt dixi, Aſca-
nius non eſt naturalis ſed ſpurius, ceſſat prima reſpõ
ſio,quæ in dubijs huic obiecto afferebatur,reſtringen
do prædictam cõcluſionem ad ſpurium,& non ad na-
turalem,iuxta not.per Doctor.in d.§.ſi quis rogatus.
Prout etiam tollitur alia reſponſio, quod ideo ſtatu-
60 tum ad illegitimum non trahatur, † quia de iure in
bonis patris naturalis nullam habet portionem.iuxt
l.vulgo,ff.de ſtat.hom.& not.per Alber.in 1.par. ſtat.
quæſt.49.& Marſil.in l.infans.nu.18.C. ad leg.Corn.
de ſicar.quam bene habent vigore dicti ſtatuti, quia
Doctores non mouentur hac ratione ad dicendum
ſtatutum prædictum in ſpurio non verificari,ſed alia,
quia ſpurius filiorum appellatione non venit,& quia
ſtatutum ita diſponens contra ius vt odioſum,& irra
tionabile ſtricte interpretari debet, vt ex eo minus
quam fieri poſſit pater lædatur. Præterea ratio ex ad-
uerſo adducta,ſubuertitur ex eo,quia nec filius legiti
mus & naturalis,viuente patre,ius ſeu portionem a-
liquam habet in bonis patris,cuius reſpectu pater a-
ſtringi potuerit, ſed ſolum mortuo patre conceditur
vncia filio illegitimo, & circumſcripto ſtatuto pater
ad aliquid ſoluendum pro filij delicto non compelli-
61 tur,vt ſupra fuit dictum, † Immo ſecuta condemna-
tione filij legitimi non ſolũ viuente patre,ſed nec pa-
tre mortuo fiſcus cõſequitur portionem ſeu legitimã
ex bonis ipſius patris,ſi filius patre viuẽte,fuerit ban
nitus,nec ante mortẽ patris reſtitutus.Bal.in l.ſi qua
pęna,ff.de his qui ſunt ſui vel alie.iur.Soc.iun.cõſ.51.
nu.4.& ſeq.lib.1.Curt.ſen.conſ.59.num.13.& Ludou.
Cat.inter crim.diuer.tom.1.conſ.103.nu.3. qui alios
adducunt. Vnde cum nec filio legitimo,viuẽte patre,
portio aliqua deberetur,nec etiam eo mortuo,ſi in vi
ta patris fuiſſet bannitus,diuerſitatis ratio ex aduer-
ſo conſiderata,non videtur attendenda.

Secundo ſtatutum & conſtitutio diſponunt pa-
62 trem cogi debere vſque ad legitimam,† & cum legi-
tima non debeatur filio ſpurio, aut naturali, l.iube-
mus,l.legem,l.humanitatis, C.de natur. liber. Bald.
in l.cuidam, num.2.C.de natur.libe.& in Authen.ex
qua,C.com.de leg.nu.8.Ang.in §.fi.Auth. quib. mod.
natur.effic.ſui. cum alijs per Rim. iunior. conſil.215.
num.52.& 116.lib.2.Sed tantum illa conſideretur re
ſpectu filii legitimi, & naturalis,ſequitur conſtitutio
nes præfatas de legitima filiorum loquentes intelli-
gi debere de legitimis filijs tantum,quibus legitima
deberetur, non de ſpurijs, quorum reſpectu nulla le-
63 gitimæ habetur ratio, † nam quoties verba ſtatuti
intellecta prout debent,non conueniunt in aliquo ca
ſu,non conuenit ſtatuti diſpoſitio in alio caſu, in quo
non diſponit,l.4.§.toties,de damn.infec. Bald.in l. il-
lam,nu.1.C.de collat.Grat.conſi.85.nu.9.lib.1.ſed in
illo alio caſu ceſſat ſtatutum.Bald.conſ.295. ver. Præ
terea,lib.2.Soc.iun.conſil.1.nu.22.lib.2.Mazzol.con-
64 ſil.115.num.17.Grat.conſil.122. nume.6. lib. 1. † vbi
poſt alios ſubdit id procedere, etiam ſi ſtatuti verba
in aliqua parte verificarentur, ſi non in totum, ſtatu
65 ta † enim tantum diſponunt,quantum loquuntur, &
non vltra. Bald.in l.teſtamentum,in fin.C.de teſtam.
Curt.ſen.conſi.11.col.1.nu.3.Iaſ.conſ.205.col.4.num.
11.lib.2.Rol.à Val.conſ.68.nu.19.lib.4. Cephal.con-
ſil.137.nu.16.lib.1.conſil.383. nu.40. & ſeq.& conſil.
343.nu.13.lib.3. & in propoſito Tob. Non. conſil.94.
num.11.verſic.Secundo.

Tertio ad id dicendum moueor,quia vncia illegiti
mo præſeruata à ſtatuto debetur loco alimentorum,
& pro alimentis,vt clare in dicto ſtatuto dicitur in li
bro ſecundo.rub.47.col.fi.verſi.Quam duodecimam.
66 † Et propterea eandem naturam retinere debet,quã
retinent alimenta, in quorum locum vncia ſubroga-
tur,& de vncia ſicut de alimentis eſt iudicandum, l.ſi
eum,§.qui iniuriarum,vbi Docto. ff.ſi quis caut. Do-
cto.in §.fuerat,vbi Iaſ. nu.5.7.& ſeq. Inſtit. de actio.
Dec.conſ.190. nume.3. poſt medium, verſi. Quarto.
Gozad.conſilio 65.numero 12. Menoch. conſilio 70.
67 numero 10.& ſequen.libro 1.† & in terminis quod il
lud quod datur ſpurio loco alimẽtorum, retineat na
turam alimentorum, etiã in tantum quod alimento-
rum cauſa finita,redire debeat ad patrem, ſeu patris
hæredes,nec ad alios etiam hæredes ipſius ſpurij ſit
tranſitoriũ, firmant Abb. in conſ.50. & in conſil.115.
in 2.dubio,lib.ſecundo.Dec.conſil.311.nu.3. Benin-
tend.deciſ.22.numero 6.Ruin.conſil.103.in fin.lib.3.
Rip.in l.1.nume.67.ff. ſolut. matrimo. Vaſq. de con-
trou.illuſtr.capit.102.numero 8.Burſat.conſil.62.nu
mero 10. libro primo. Menoch. de arbitr. iud.quæ.
lib.2.centur.2.caſu 169.numero 10. & in conſilio 60.
nume. 29.lib.1. & latiſſime Rimin.iunior conſil.380.
numero 34.& ſeqq. multis, lib. 4. Et quamuis Bero.
conſilio 165. num.20.& ſeqq. multis. libro ſecundo,
68 diſſentiat, tamen hæc pars tenenda videtur,† cum a-
gatur de filio ſpurio,nato ex damnato coitu,& de vn
cia debita in bonis patris, quo caſu idem admittere
videtur Bero.in d.loco,nu.20.& ſeq.33.in fi.& 34.35.
& 38. licet quod quoad filium naturalẽ,& dotem da
tam ab auo ipſe diſſentiat. Prout etiam tenenda vi-
69 detur, † quando non agitur de præiudicio viri filię
ſpuriæ, cui à ſtatuto lucrum alicuius partis dotis de-
fertur,quo caſu quæſtio recipit dubitationem, vt per
Crauet.conſi.186.nu.16.lib.1.Rolan. conſil.74.nume
ro 51.& ſeqq. lib.1. Et quoniam Doctores in allega-
tis locis loquuntur, quando filio ſpurio aliquid ſim
pliciter conceditur, à fortiori idem concludendum
eſt in caſu noſtri ſtatuti, quod expreſſe præſeruat vn-

ciam

ciam filio illegitimo loco alimẽtorum, & pro alimen
tis, bis cauſam alimentorum repetendo; Vnde cum
vncia loco alimentorum, & pro alimentis conceda-
tur, ſtatutum & conſtitutio diſponens de legitima fi-
lii legitimi & naturalis, ad vnciam ſpurij non eſt ex-
70 tendenda, † ex quo debitum pro alimentis in publi-
cationem bonorum nullo modo venit, nec etiam du-
rante vita ipſius banniti. Specul. in tit. de executi. ſent.
nu. 11. prope fi. ver. alimenta quoque, Salic. in l. ſi adẽ-
ptis. verſi. Sed eſt, C. de ſent. paſſ. Nell. in tract. de ban
nit. in 1. part. 2. tempo. q. 36. num. 36. Boſſi. de public.
bonor. num. 72. vbi ita iudicatum fuiſſe teſtatur. Iul.
Clar. in §. fin. quæſt. 78. ver. Item in fiſcum, in fi. Caual-
can. de vſufruct. mulier. relict. nu. 238. Clem. de patr.
poteſt. effect. 17. num. 69. & ſeq. alios huius ſententiæ
adducentes. Quæ opinio quod debitum pro alimen-
tis non publicetur, etiam durante vita grauati, proce
dit in quocunque debito, vel legis diſpoſitione, vt in
debitis à patre, vel ex legato poſt mortem teſtatoris,
quo tempore effectum eſt irreuocabile, vel aliter, vt
Doctores allegati dicunt, veriſſimaque eſt, ac plurib.
rationibus comprobatur.

Prima quidem ratione ſecũdum Boſſi. Clar. & Ca-
ualca. nam quod debetur pro alimentis, ſub conditio
71 ne debetur, ſi alimentarius vixerit, & egeat; † debitũ
autem ſub conditione non confiſcatur, quia opus eſt
tempore exiſtentis conditionis adeſſe perſonam, in
quam obligatio cadat, quæ non adeſt, quando filius
reperitur capitaliter damnatus, & propterea iurium
conditionalium publicationi locus non eſt, vt probat
tex. in l. quoties, in fi. ff. de nouat. vbi Doctores, pręſer
tim Pau. de Caſt. num. 4. Aug. nume. 4. & Imo. num. 5.
Glo. in l. non ad ea. in verb. præſens, ff. de cond. & de-
monſt. Alex. in l. ſi marito, in princ. num. 2. ff. ſol. matr.
Boſſ. & Nell. in allegatis locis. Nec reſiſtit, dum in du
72 bijs dicitur, † regulam, quod conditionalia nõ publi-
cantur, nõ procedere generaliter, cum videamus con
ditionalia ex contractu in confiſcationem venire, vt
per Alexan. in addit. ad Bart. in l. quod traditum. vbi
Imo. ff. de cond. & demonſt. Bald. in l. fi. nu. 31. & ſeqq.
C. de contrah. emp. Ari. Pinell. in rubr. C. de bon. ma-
ter. numero 3. Quoniam reſpondetur id procedere in
iuribus conditionalibus irreuocabilibus, ad hęredes
extraneos tranſitorijs, vt dicunt Imo. in l. quod tradi
tum, in fin. Bald. in d. l. fin. num. 33. Roman. ſingu. 170.
quod non eſt hic, cum vt dixi ſupra ius iſtud vnciæ lo
co alimentorum non ſit ad hæredes tranſitorium, ſed
finita cauſa alimentorum, ad patrem ſeu patris hære
des redire debet.

73 Secunda affertur ratio, † quoniam alimenta etiam
bãnito & deportato præſtari debent, ne fame pereat,
vt per tex. in l. legatum, ff. de capit. dimin. dicit Specu
lat. in citato loco, quem Boſſi. & Caualcan. ſequũtur,
74 quæ ratio fortius in patre procedit, † cum obligatio
paterna alendi filium vigeat etiam filio exiſtente bã-
nito. Rain. de Forli. in l. ſi quis à liberis, §. ſed verum,
de libe. agnoſc. Cephal. conſil. 324. num. 12. libro 3. Si-
75 cut è contra † filius patri etiam bannito alimẽta ſub
miniſtrare tenetur. Barto. in d. §. ſed verum. Tiraquel.
de pœn. cauſ. 20. nume. 11. Duen. de reg. & fallen. reg.
68. limit. 10. Cephal. d. conſi. 324. nu. 15. Clem. de pat.
76 poteſt. effect. 17. nu. 3. non obſtante † quacumque con
ſtitutione prohibitoria, & pœnali, quæ in hoc patrem
& filios non arctat. Nell. de bannit. in 1. part. 2. temp.
q. 48. Soc. iun. conſi. 54. num. 4. & ſeqq. libro 3. qui nu-
mero 12. id extendit, etiam ſi conſtitutio de patre lo-
queretur. eamdem opinionem ſequitur Clem. in d. ef
fect. 17. num. 10. & idem ſentit Matſi. in tract. de ban-
nit. in verb. exſults. nu. 6. dum ſe remittit ad Nell. in

alleg. loco, inconueniens eſt igitur debitũ pro alimen
tis publicari, cũ de eo filius alẽdus ſit à patre, & quia
caritate paterna, etiam publicata vncia, pater alimẽ
ta filio præſtare deberet, duplici onere grauaretur, ſi
vncia publicanda eſſet.

Tertia ratio conſideratur, quoniam in bannito ad
eſt ſpes indulgentiæ & gratiæ, quæ conſiderabilis eſt,
vt not. Doct. in l. ex facto, §. ex facto, ad trebel. Et quia
77 ſi ſequeretur reſtitutio, † filius iura pro alimentis cõ-
ſequendis recuperaret, alimentaq; petere poſſet à pa
tre ſeu patris hæredib. l. ſi cui, vbi Bar. ff. de aliment. &
cibar. leg. Sal. in d. l. ſi ademptis, C. de ſent. paſſ. Ratio
nabile eſt non publicari debitum pro alimentis, vt à
filio, ſi gratiam obtineret, recuperetur.

Et huic tertio fundamento non obſtat, dum in du-
bijs replicatur, quod vt aliquid ſtatutum vltra ius cõ
78 mune operetur, † prout debet ſecundum Barto. in l.
4. §. prætor, ff. de dam. infect. l. 2. ff. de vſucapio. Alex.
conſil. 24. numero 12. libro ſecundo, omni caſu vncia
debetur filio illegitimo pure, libere, & abſque aliqua
conditione, nec naturam alimentorum retinet, quia
aliter intelligendo, nihil operaretur ſtatutum, cum
79 † ſpurius ſi egeat, & non habeat vnde ſe alat, à patre
etiam de iure canonico ali debeat. c. cum haberet, de
eo qui dux. in matrim. quam polluit per adulter. Bal.
conſil. 116. libr. 2. Alexand. conſil. 74. numero 4. libro
ſecundo. Anto. Gabr. in ſuis concluſ. in tit. de alimen.
concluſ. 1. numero 21. Sane reſponderi poteſt ſtatuti
verba eſſe clara, dum vnciam loco alimentorũ, & pro
alimentis concedit, & propterea vncia alimentorum
naturam retinet, vt dixi, & ſatis operatur ſtatutum,
quoniam de iure canonico, & eius æquitate attenta,
ſpurio alimenta tantum pręſtanda erant. Natt. con-
ſilio 297. numero 8. libro ſecundo. Rot. Bononien. d.
80 deciſ. 22. numero 7. † Nec quid aliud à patre ex teſta-
mento, ab inteſtato, ſeu ex cõtractu accipere poterat,
l. 1. vbi omnes, C. de natur. liber. §. ſi. Auth. Quib. mod.
natur. effic. ſui. Didac. Couar. de ſponſal. part. 2. ca. 8.
§. 5. num. 3. & per totum. Cephal. conſil. 390. numero
39. libro tertio. Port. Imol. conſil. 106. numero 68. &
ſtatuto habilitatur ad recipiẽdum vnciam, & ſic quo
tam bonorum, cuius fructus quandoque alimenta ex
cedere poſſent, quod iure communi attẽto, nullo mo-
do erat permiſſum, & quia ſuperfluitas tollitur, ſtatu
tum ius commune corrigere non debet quoad hoc, vt
vncia alimentorum naturam in omnib. non retineat,
81 præſertim † quia ſtatutum iuris communis correcto
rium, dũmodo aliquid operetur, in reliquis ſemper
reſtringitur, vt quanto minus fieri poſſit ex eo ius cõ-
mune corrigatur, l. 2. vbi Salic. C. de noxal. Rom. con-
ſilio 199. num. 4. Bellon. conſil. 53. num. 8. Pariſ. conſi-
lio 110. numero 6. lib. 3. Cephal. conſil. 210. numer. 15.
82 libro ſecundo. † Immo quando ſtatutum correctoriũ
plures caſus comprehendere poſſet, ea ſemper ſumi-
tur interpretatio, & verba impropriando, vt in vno
tantum caſu ius commune corrigatur, cap. cum dile-
ctus, vbi Abb. de fid. inſtrum. Roma. conſil. 180. Grat.
conſi. 13. num. 43. libro ſecundo. Bero. conſil. 150. num.
26. libro 1. Port. Imo. conſil. 86. numero 6. Deciſ. Pede
mont. 167. numero 22. Roland. à Vall. conſilio 80. nu
mero 21. libro 4. & ſi vncia prædicta alimentorum na
turam non retineret, & ex diſpoſitione ſtatuti omni
caſu pure & libere deberetur ſpurio, poſſet dici quod
pater ſeu eius hęredes non ſint compellendi ad illam
dandum ſpurio ob inualiditatem ſtatuti, cũ citra cau
ſam alimentorum, & pro ipſis alimentis aliud ſpurio
83 à patre dari non poſſit, & ſtatutum, † aliter diſponẽs
non valet, vt in terminis dicti ſtatuti Peruſini firmãt
Feder. de Sen. conſi. 275. & Iacob. de Butr. Recupe. de

Sancto

Sancto Minia. & Ant.de Butr.inter conſilia eiuſdem
Feder. de Senis conſ.276. 277. & 278. Pau. de Caſtr.
conſil.467. lib.2. Barto. in l.3. nume. 7. ff. de teſtam.
Bald. in l. 1. nume.63. & ſeqq. C. de ſumma Trin. &
generaliter quod non valeat ſtatutum, quo permit-
titur patri aliquid relinquere ſpuriis, tenent Hoſt. in
Summa in tit. qui fil. ſint legit. §. qualiter. nu. 13. in fi.
Bald.conſil.457.col.4.verſ. In contrarium. lib.5. Ro-
man.conſi.105.colum.2.verſ. Primo quia. Roſſel. in-
ter conſilia vlt.volunt.conſil.244.num.34. & ſeq. Iaſ.
in l. ait prætor, num.11. & ſeq. ff. de iureiur. Dec. in c.
in præſentia, num.154. de probat. Rol. à Val. conſil. 3.
num. 37. lib. 2. Crauet. conſil. 237. numero ſecundo, li-
bro primo. & hanc opinionem reſpectu ſpurij com-
muniter approbari teſtantur Ioan. Bapt. de Sancto
Seuer. in repet. l. omnes populi, num.8. ff. de iuſt. & iu.
Soc. ſen. conſ. 47. nume. 43. lib. 4. Gozad. conſil. 21. nu.
23. Couar. d. cap 8. §. 5. num. 6. Natra, conſi. 619. nume
ro 15. libro 3. Bero. conſil. 164. nume. 10. libro ſecun-
do. Alexan. conſil. 289. colum. 3. numero 15. verſicu.
Accedit, libro ſexto. Ruin. conſilio 179. numero 7. li-
bro 2. Io. Dilect. de art. teſt. caut. 14. nume. 1. Michael
de Graſſ. in tract. commun. opin. lib. 1. in verb. ſtatu-
tum, q. 4. verſic. ex quo infertur. tom. 2. qui omnes de
communi teſtantur.

Quarto dicitur in conſtitutione Sixti, non poſſe fie
84 ri fundamentum, † quoniam ibi Pontifex diſpoſuit
parentes habentes in poteſtate ſua filios condemna-
tos, compelli poſſe ad ſoluendum pro illis, quos ha-
bent in poteſtate integram legitimam, quæ conſtitu-
tio locum tantum habet contra parentes, qui poſt cō
demnationem in poteſtate retinent filios condemna
tos, ſecus ſi huiuſmodi condemnatos in poteſtate nō
retinent, vt in terminis dictæ conſtitutionis Sixti fir
mat Coro. in conſi. 97. colum. pen. verſ. Item dicta cō-
ſtitutio, & colum. fin. lib. 4. vbi ponderat bis Pontificē
ibi de patria poteſtate mentionem feciſſe, & idem te
net Tob. Noni. conſil. 100. nume. 7. & ſeq. aſſerens
ideo Pontificem voluiſſe compellere parentes ad ſo-
lutionem legitimæ, quando filij poſt condemnationē
in patris poteſtate remanent, quia tunc eis ſupereſt
ius ad legitimā mortuo patre, quos delinquentes di
cto iure priuare voluit, ac ſi pater deceſſiſſet, ſed ſi in
poteſtate patris non remanerent, vt quia iura cōmu-
nia amitterent, tunc quia nullum ius ſupereſt filio
ad bona paterna, noluit patrem ad legitimam ſol-
uendam compellere, quia id non eſſet pœna filij, qui
nullum ius amplius bxbebar in bonis paternis, ſed
ſolius patris. In caſu vero noſtro Capitaneus Traia-
nus non retinet Aſcanium in patria poteſtate. Tum
85 quia † ipſe tamquam ſpurius nūquam fuit in poteſta
te paterna, §. fi. Inſtit. de nupt. §. 1. & ibi Arer. in 2. no-
ta. Inſtitu. de patr. poteſt. l. item in poteſtate, & l. nam
& ciuium, ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. Tiraquel.
in l. ſi vnquam, in verb. ſuſceperit liberos, nume. 58.
C. de reuoc. donat. cum alijs allegatis per Clemēt. de
patr. poteſt. c. 5. nume. 23. Tum etiam quia quatenus
86 in poteſtate ante condemnationem fuiſſet † per con-
demnationem ſubſecutam in pœnam vltimi ſuppli-
cij, & publicationis omnium bonorum illam amiſiſ-
ſet, ſtantibus non ſolum ſtatutis, ſed etiam conſtitu-
tionibus plurium Pontificum, quibus banditi maxi-
me pro homicidio priuati ſunt omni actu legitimo
perpetuo diffidati, & tamquam hoſtes poſſent impu
87 ne offendi, † quo caſu deportatis æquiparantur. Pa-
riſ. conſil. 157. nume. 19. & ſeq. lib. 4. Alexan. conſi. 75.
libro primo. Coro. conſil. 55. numero 13. lib. ſecun-
do. & late Clement. de patr. poteſt. capit. vltim. nu-
mero 12. & ſeqq. & numero 24. & ſeqq. qui licet ibi
diſſentientes alleget, tamen diſtinguendo prædictis
concurrentibus cum hac opinione pertranſit; Vnde
cum patria poteſtas in dicto Capitaneo modo non
conſideretur, ſine dubio conſtitutioni Sixti locus
non eſt.

Adducor poſtremo tanto magis ad id dicendum,
quia ſi admitteremus conſtitutiones prędictas illegi
timos comprehendere, opus eſſet impropriare ver-
bum, filijs, intelligendo de ſpurijs, verbum *legitima*
pro vncia, verba illa, In patria poteſtate, intelligēdo
88 de illis, qui in ea non fuerunt, nec ſunt, † & quādo in
multis verba ſtatuti impropriare oportet, nullo mo-
do ſtatuto locus eſt, etiamſi materia eſſet quantum-
cumque fauorabilis, ex adductis per Grat. in conſilio
245. numero 21. & ſeqq. lib. 2. Puto igitur ea prædicta
89 rem reddi clariſſimam, quæ ſi adhuc eſſet dubia, † in
dubio contra fiſcum eſt iudicandum, cum fiſcus de lu
cro, & pater de damno tractet, l. non puto, ff. de iur. fi
ſci. Alex. in l. 1. nu. 2. ff. ſol. matr. Hieron. Gabr. conſi-
90 lio 181. num. 26. lib. 1. & quia † quælibet dubia opi-
nio, quæ faciat pro euitatione pęnæ irrationabilis,
prout eſt iſta contra patrem, ſemper eſt amplecten-
da per quemlibet bonum iudicem, l. benignius, ff. de
legi. l. ſi præſes, & l. interpretatione, ff. de pęn. Scarlat.
inter crim. diuer. to. 1. conſ. 213. nu. 7. & in iſtis termi
nis Coro. d. conſil. 97. nu. 14. ver. & in re dubia lib. 4.

Et prædictis non obſtant ea, quę pro fiſco adducta
fuerunt, Etenim illis ita reſpondetur.

Primum ſatis ex ſuperius adductis ſubuertitur,
nec ratio abſurditatis ex aduerſo conſiderata, eſt at
91 tendenda. † Si enim ageretur de pęna imponenda
Aſcanio ſpurio, in eius præiudicium ſtatutum, quod
de filiis loquitur, etiam ſpurium includeret ea ratio-
ne, ne plus habeat luxuria quam caſtitas, & ita pro-
cedunt contraria. Sed qn̄ xgitur de præiudicio alte-
rius quam ſpurii, ut hic de præiudicio patris, rò præ
dicta non conſideratur, & ſtatutum in patris præiu-
dicium non procedit, prout declarat Pau. de Caſtr. in
dicto conſi. 29. num. 13. & ſeq. lib. 3. & poſt eum Ale-
xand. in d. conſil. 60. numero 11. verſic. ſunt alij caſus.
lib. 2. qui pro hac parte recte adduci poſſunt, & idem
vult dictæ rationi reſpondendo Hercu. de caut. de
non offenden. cap. 32. numero 10. verſic. ſed reſpon-
92 detur. † Præterea opinio Cini, in l. quiſquis, procedit
in diſpoſitione iuris cōmunis, ſecus in ſtatuto, vt poſt
Bald. in d. l. quiſquis, nume. 6. verſic. Præterea aduer
tant. Alex. in d. conſi. 60. num. 26. & Gigas de crimin.
93 læſ. maieſt. lib. 3. quæſt. 7. num. 5. Quod dicitur † de o-
bligatione de non offendendo eadem reſpōſione tol-
litur, vltra quod dicta opinio Rim. iun. nō eſt tuta, &
contrarium firmant Hercul. in d. cap. 32. & Vulpell.
in tract. de pace. q. 16. & Tib. Dec. conſ. 88. nu. 16. lib. 3.
qui poſt alios concludunt ſpurios in dicta promiſſio-
ne non venire in præiudicium promittentis, & ſic ter
tii, licet Hercul. aliud ſentiat. d. num. 10. quantum ad
præiudicium ipſius ſpurii.

94 Nec nocet ſecundum, † quia communiter conclu-
ditur, vt dixi, quod licet ſtatutum loquatur de filiis,
& per verbum naturæ, non tamen extenditur ad ſpu-
rium in præiudicium patris. Allegati vero in contra-
rium vel loquuntur, quando agitur tantum de præiu
dicio ſpurii, vt Caſt. & Alex. in citatis locis, vel quan
do ſtatutum ſimpliciter non loquitur per verbum fi-
lii, quod eſt naturæ. Sed quando loquitur in materia,
quæ quodammodo erat iuris naturalis, ſcilicet quod
filia ſpuria poſſit accuſare de morte patris, quia natu
raliter inclinare debet filius ad offenſam, & vindictā
patris, ſicut econtra, vt declarat Alex. in d. conſil. 60.
numero 15. verſic. Secundo reſpondeo. Aut loquun-
tur

tur de filio naturali tantum, non de ſpurio, vt dicit
Imo.in d.§.ſi quis rogatus,num.12.& poſt eum Alex.
in d.conſ.60.nu.15.& 16. Quod dicitur ſtatutum hoc
debere late interpretari,cum ſit odioſum odio ratio-
nabili,ex quo Reipublicæ expedir delicta puniri, poſ
ſet tãtum procedere (licet id non ſit omnino tutum,
vt inferus dicetur,)quando ageretur de pœna impo-
nẽda ſpurio tantum,non in præiudiciũ patris, prout
loquuntur Din.Caſtr. & Alex.ex aduerſo citati,præ-
terquam quod,vt dixi in ſecundo præmiſſo,verius eſt
reſpectu patris continere odium irrationabile.

95 Tollitur etiam Tertium, † quoniam ibi adducta
non habent locum in materia pœnali,& correctoria,
vt declarat ipſemet Rimin.in conſil.442.num.46.lo-
quuntur enim Doctores ex aduerſo allegati de ſtatu
to cogente partes ad compromittendum,vt diriman
tur lites,quod fauorabile iudicatur,quod differt à ſta
tuto cogente patrem pro delicto filij, vt Rimin. de-
96 clarat. Præterea † nec tuta eſt illa opinio in ſtatuto
de compromiſſis includi ſpurios, ſed contraria vide-
tur verior & magis communiter recepta reſpectu ſpu
rij,quidquid de naturalibus ſit dicendum, vt late pro
bat Blanc.de compromiſ. quæſt.3.princip.numer.14.
verſic.Dum eſt quæſtio.Alexand.conſil.60. nume.16.
lib.2.conſ.144.lib.7.Cephal.conſi.480.num.28.lib.4.
Grat. qui hanc opinionem in ſpurio magis commu-
nem eſſe teſtatur in conſil.145. numero 9. & ſequen.
lib.5.& ſi in materia fauorabili ſpurius in ſtatutaria
diſpoſitione non includitur, à fortiori id erit admit-
tendum in iſtis conſtitutionibus tertio præiudiciali-
bus, pœnalibus, odioſis odio irrationabili, & iuris
communis correctorijs,

97 *Minus* obeſt Quartum, † nam etſi concedi poſſet
eamdem rationem reſpectu pœnæ imponendæ, ita mi
litare in ſpurio ſicut in illegitimo,de quo inferius di-
cetur,nihilominus quia vt dixi,ſpurius in dictis cõſti
tutionibus,verbis earum attentis,non includitur,ita
vt pro eius delicto pater vnciam fiſco dare compella
tur,conſtitutiones præfatæ ad hunc caſum extenden-
dæ nõ ſunt, cum enim illæ reſpectu patris odioſę ſint,
98 † in odioſis non permittitur extenſio, ſed fit reſtri-
ctio. Doctor.in l.cum quidam,de lib.& poſthum.Do-
ctores omnes in Authent.Quas actiones,C.de Sacro-
ſan.Eccle.Crot.in repet.l.Gallus,§.& quid ſi tantum,
num.65.ff.de lib.& poſthum. Menoch. conſil.197.nu.
99 68.lib.2.& conſil.243.num.50.lib.3.† Et quia pœna-
les ſunt non ſolum ex identitate,ſed nec etiam ex ma
ioritate rationis extenſio permittitur,l.ſi preſes,& l.
ſi de interpretatione,ff.de pœn. Ioan.And.in c.olim,
de regul.iur.in 6.Alexand.conſil,113.numer.9. lib.5,
Marcus Antonius Eugenius conſ.45.numer.4.lib.1.
At etiam quia correctoriæ ſunt, & non in vno tãtum,
300 ſed in pluribus ius commune corrigunt, † extenſio
etiam ex maioritate rationis prohibetur. Grat.con-
ſil.115.numer.16.& conſ.154.numer.27. vbi commu-
nem dicit lib.2.Iaſ.conſil.141.num.24. & conſil.146.
numero 8.aſſerens Doctores communiter ita tenere,
lib.4.Curt.iun.qui pariter de communi teſtatur, con
ſil.238.num.18.& ſequent.lib.3. Cephal.conſil.2.nu-
me.21.& conſil.55.num.5.lib.1.conſil.278.numer.69,
lib.2.Roland.de communi conſi.74.numero 17.lib.3,
301 Rimin.iun.conſil.251. num.13. lib.3. † Quod multo
magis fateri oportet in caſu iſto, in quo non agitur
de mero præiudicio ſpurij,ſed patris, & ſic tertij,quo
caſu ſine difficultate extenſio reijcitur,l.fin.§.in com-
putatione,C.de iur.delib.Rimin.ſen.conſil.5.numer,
7.lib.1.Socin.conſil.48.numer.53.libr.1.Rimin.iun.d,
conſil.251.numer.13.Menoch.conſil.4.numer.8.lib.1.
Quod confirmatur ex adductis ſupra in ſolutione
302 primi argumenti.† Nec verum eſt huiuſmodi conſti
tutiones eſſe fauorabiles, & extendendas, quoniam
materia de qua agitur,eſt odioſa,pœnalis,& priuati
ua, & in ea non eſt licita extenſio de caſu proprio ad
improprium,& de vero ad fictum,etiam ſi ex defectu
extenſionis delictum impunitum remaneret, ſecun-
dum Rol.à Vall.in conſ.85.num.33. & ſeqq.lib.2.In-
ſuper ſi ex aduerſo adducta admitti poſſent,procede
ret tantum,quando ſi non fieret extenſio,omnino de-
lictum remaneret impunitum,quod non eſt hic, vt ſu
pra fuit oſtenſum,& qñ delictum non remanet peni-
tus impunitum,quamuis ageretur de fauore Reipu-
blicæ,extenſio non permittitur.Bar.in l.2.§.exercitiũ.
nu.2.ff.de his qui not.infam.Crau.in d.4.par.§.videa
mus,num.5.Franc.Becc.d.conſ.71.nu.4.ver. Non ob-
ſtant.Dec.in l.5.nu.11.ver.ſed reſpondetur, ff.de reg.
iur. M.Anto.Eugenius conſil.45.nu.8.lib.1.Præterea
ea aduerſo allegata ſolum inferũt conſtitutiones pu-
nientes delinquentem fauore Reipublicæ iudicari fa
uorabiles, quod eſſet, ſi ageretur de puniendo ſpuriũ
303 tantum, † ſed quando agitur de pęna imponenda
patri,& ſic tertio,vt in caſu noſtro,ſecus eſt,& odioſę
odio irrationabili iudicantur,nec extenduntur, vt di
ctum eſt in Secundo præmiſſo, & eſt de mente Dec.in
d.l.2.nu.115.ver.Secundo iſta concluſio,& quia ea di
cta extenſione Capitaneus Traianus indebite dam-
304 num pateretur,† omnis ceſſat extẽſio,etiam ſi aliàs
de publica vtilitate ageretur, vt poſt Euerar.in cent.
35,dixit Burſ.conſil.201.num.128.lib.2. Dum vero di
citur,ſaltem,ne melioris cõditionis ſit ſpurius quàm
legitimus extenſionem fieri, tollitur,cum dicta ratio
tantum vigeat, quando agitur de pęna imponenda
ipſi ſpurio, ſecus ſi alteri pro eo, vt dixi in ſolutione
Primi argumenti.

Vlterius negatur eãdem rationem reſpectu patris
vigere,ſiue delictum à legitimo,ſiue à ſpurio commit
tatur; Etenim conſiderandum eſt,quod duplex ratio
elici poteſt ex dictis conſtitutionibus, Vna reſpectu
pęnæ imponendę filio, Alia vero cogendi patrem pro
delicto filij.Quãtum attinet ad primam, admitti poſ
ſet eamdem militare rationem, quod ad hoc vt filij à
delictis ſe abſtineant,omnes puniantur,& eorum bo
na publicẽtur.Sed reſpectu ſecundæ, & ſic quoad pa-
trem dicitur penitus diuerſam cõſiderari rationem,
cogendi patrem ad ſolutionem legitimæ filii legiti-
mi,quam ipſum compellendi ad ſolutionem vnciæ fi-
305 lij illegitimi.Quod deducitur.Primo quia † ſtatuen
tes,compellendo patrem pro legitima filij delinquẽ-
tis,ea ratione moti videntur, quia pater iure patriæ
poteſtatis à filio legitimo emolumentum capit.l.5.&
3.C.de patr poteſt.etiam in bunis per filium acquiſi-
tis,ſaltem quoad vſumfructũ,l.cũ oportet,C.de bonis
quę liber.§.1.Inſt.per quas perſ.nob.acquir.& ſicut ex
perſona filij legitimi acquirere poteſt,conueniens eſt
vt etiam pro eo delinquente grauetur.iux.reg.l.ſecũ-
dum naturam,ff.de reg.iur.Sed hæc ratio penitus ceſ
ſat in ſpurio,cum enim pater ſpuriũ in poteſtate non
retineat, vt dixi, ex eius perſona aliquid acquirere
non poteſt,& propterea nec à ſtatuto grauari debet,
quam rationis diuerſitatem in propoſito conſiderat
Paleot.de not.& ſpur c.32.nu.7.verſ.Ex his infertur,
Secundo ſi ſtatutum compellit patrem ad ſoluẽdum
306 legitimam,† accidit, quia filio legitimo eſt quaſi de
bita ẽt in vita patris,Iaſ.in conſ.147.nu.55.& ſeq.lib.
2.licet,vt dixi,ad eius ſolutionem pater, donec viuit,
nullo modo cõpelli poſſit. Acẽt legitima, quæ debe-
307 tur filio, efficitur ipſius filii irreuocabiliter, † in tñ
quod illa ad quoſcumque etiam extraneos heredes
tranſmittitur.Sal.in l.ſcimus,in princ. C.de inoff.te-
ſtam.

Google

ſtam, Dec.conſ.218.numero 3.in fin.Crauet. conſilio
312.numero 5.libro ſecundo. Port.Imo.conſi.92. nu-
me.14.Purpur. conſil.597.num.2 lib.2.Cephal. con-
ſil.398.num.18. & ſeq. lib.3.conſil.56.num.21.lib.1.
Menoch.conſil.77.num.8. & ſeqq.lib.1. Sed aliud eſt
in vncia, in qua ſpurio nullum ius competit, niſi poſt
mortem patris loco alimentorum, & pro alimentis,
& alimentorum cauſa durante, qua finita, non ad hæ
sedes ſpurij, ſed ad hæredes patris redire debet, vt
ſupra fuit oſtenſum. Idcirco ratio compellendi patrē
ad legitimam filij, non viget in vncia ſpurij, quia legi
tima filij erat magis debita, & etiā erat ad extraneos
108 tranſitoria, quod non eſt in vncia, † & quia fiſcus ha
betur loco hæredis, & extranei ſucceſſoris, l.iura libe
rorum, vbi Bart.ff.de iur.patr.l.1. vbi gloſſ. Bart. Bal.
Salic.& alij, C.de bon. lib.Soc.ſen. conſil.121.nu.17.
lib.4.Alexand.conſil.89.num.1.lib.4.& conſil.23. nu
me.3.libro primo. Marſil.ſingu.314. Ruin. conſil. 24.
num.12. lib.5. Boſſ. in titu.de bon. publ. nume.13. &
in tit. de fiſc. & priuil.eius, nume.68. Dec.conſi.442.
num.28. Cephal. conſil. 400. nume.10. lib.3.Roland.
qui de communi teſtatur in conſil. 98. num. 16.lib.2.
& in conſi.29.nu.19.lib.3. Magis conueniens fuit cō
pellere patrem ad ſoluendum legitimam fiſco ſucceſ
ſori filij banniti, poſtquam illa erat ad extraneos trā
109 ſitoria, † cum ea, quę ad extraneos tranſeunt, fiſco
acquirantur, d.l.1.vbi gloſ. Bar. Bald. & alii omnes,
C.de bon.lib.Crauet.conſil.128.nu.7. circa med. lib.
primo. Curt.iun.in conſ.4.num.20. libro primo. Soc.
ſen.conſil.266. nume.32. in fin.lib.2. Quam cogendi
patrem ad vnciam ſpurii, ad extraneos non tranſito
riam, & conſequenter nec in fiſcum, cui minime quæ-
runtur ea, quæ in extraneum hæredem tranſire non
poſſunt. Doct.in d.l.1.Boer.deciſ.264.num.8.Soc.qui
ita omnes tenere teſtatur in conſilio 121. nu.17. lib.4.
Soc.iun.conſil.174.nume.34. lib.2. Hieronym. Gabr.
conſilio 123.numero 6. & conſil.172. numero 32. lib.
primo. Roland. qui de communi teſtatur in d.conſil.
29.nu.19.lib.3.

Tertio, quia, vt ſupra demonſtraui, vncia pro alimē
tis tantum debetur, & debitum pro alimentis in
confiſcationem non venit, non poteſt dici eamdem
rationem concurrere in vtroque caſu tam reſpectu
confiſcationis legitimæ, quam vnciæ, ſtantibus ma-
xime deductis ſupra in Tertio fundamento huius
partis.

Cum igitur non eadē ſed diuerſa vigeat ratio, con
ſtitutiones præfatæ non ſunt extendendæ, præſertim
110 † quia nūquam fit extenſio in pœnalibus de vno ca
ſu ad alium, quādo minor adeſt ratio in caſu, ad quē
fieret extenſio, aut aliqua alia ratio diſſuaderet extē
ſionem, etiamſi ratio eſſet expreſſa. Hieronym. Gabr.
conſil.170.nume.9. lib.1. Etenim in quacumque ma-
teria etiam de ſui natura extenſibili nūquam fit ex-
tenſio, vbi minor viget ratio, cum tota materia extē-
ſionis in rationis idētitate fundetur. Soc.ſen.conſ.9.
col.2.in fi.lib.3.Aret.conſil.25.in fine. Crauet. conſil.
273.nu.13.& conſil.176. nume.2. lib.1. Et in tantum
opus eſt eādem rationē concurrere, vt extenſio fiat,
quod quælibet diſſimilitudo, ſeu quælibet ratio con-
trarium ſuadens extenſionem impedit, etiamſi ratio
eſſet expreſſa in lege, & talis eſſet caſus, in quo ſubſi-
ſtente eadem ratione extenſioni locus eſſet. Franc.
in capit.conſtitut. ſuper gloſ. fin. de elect.in 6.Imol.
in l.ſi vero, §.de viro, colum.5. ſol.matrim.Socin.iun.
conſ.30.num.30.lib.1.& poſt eos Rolan.à Val. conſi.
27.nume.19. verſicu. Quia dicta, lib.1. Immo etiam
quando ſolum dubitatur, an eadem ratio in vtroque
caſu militet, numquam fit extenſio etiam in materia
quantumcumque extenſibili. Sali.in l.2. C.de noxal.
Alex.conſil.207.nu.15.verſi.Confirmo,lib.6. Crauet.
conſil.67.num.6. verſ. Amplius. & conſil.173.nu.13.
verſic.Amplius,lib.1.Vnde ſine dubio ceſſat extenſio
in caſu noſtro, in quo tot claræ rationes diuerſitatis
adducuntur.

Quintum ſatis tollitur ex adductis ſupra in ſecun
do pręmiſſo, vbi clare demonſtraui conſtōnes iſtas,
patrem pro delicto filij cogentes, odioſas eſſe, odio ir
rationabili. Et quia Doctores in iſtis terminis ita cō
muniter concludunt, parum curādum eſt de eo, quod
in diuerſis terminis dicunt adducti in dicto quinto
dubio, tanto magis quia hic agitur de præiudicio pa
tris, & ſic tertij, quo caſu effectus & natura actus in-
ſpici debet, vt per Tiraquel.in alleg.§.30.glo.1.nume
111 ro 11.& 12.de retract.tit.1. Nec † tuta eſt illa Rim.
iun.traditio in conſ.72.nume.45. lib.1. dum allegan
do Aret.dixit ſtatutum, quod obligat patrem pro cō
tractu filij, fauorabile eſſe ob principalem intentio-
nem publicæ vtilitatis, qm̄ contrariū, quod ſcilicet ſit
odioſum & irrationabile, firmat ipſe Aret.in cōſ.92.
nu.1.in fi.& ſeqq.& poſt Dec.Marſ.Ruin. & alios Me
noch.in conſ.27.nu.56.& conſ.99. nume.117. in fi. &
112 nu.118.li.1.vbi de cōi teſtatur. Et ſi † concederetur cō
ſtōnem, quatenus cōcernit fauorem Reipublicæ, eſſe
fauorabilē, attamen quia nocet patri, continere ēt o-
dium, & tamquam odioſa iudicatur. Bal.in l.1.nu.8.
ff.de conſtit.princ.quem ſequitur Iaſ.in l.venia, nu.3.
ver.Ex ſecunda, C.de in ius vocan. Et quatenus odiū
concernit, fieri debet ſtrictiſſima interpretatio, cū ra-
tio odij in ſe reſpectu patris ſit potētior, quam fauor,
vt bene probatur per Ruin.in conſil.24.num.5.& 6.li
bro 3.Soc.iun.conſ.23.nu.14.& ſeq. lib.1. Nec incon
ueniens eſt eādem conſtitutionem fauorem & odiū
continere, & quatenus odiū concernit reſtringi.gl.in
d.l.venia.in verb.liberis.& in l.ſed ſi hac, §. fi.in verb.
interueniat, ff.de in ius voca.cum alijs, de quibus per
Iaſ.d.l.venia, nu.3. & ſeqq. quæ opinio comprobatur
per Iaſ.in l.qui exceptionē, in prin.ff.de cond.indeb.
firmantem Doctores magis cōiter tenere ſtatutum
excluſiuum feminarum in capite incluſiuo maſculo-
rū eſſe fauorabile, & extendendū, in capite vero exclu
ſiuo iudicari odioſum, & propterea reſtringendum.

Sextum remouetur ex adductis in ſolutione Quar
tæ dubitationis, & in Secundo Præmiſſo, quibus ad-
113 do † ex ratione ſcripta tunc extenſionē permitti, qm̄
ratio eſt finalis, & verba per modum rationis profe-
runtur, ſecus ſi ratio eſt impulſiua, & verba enuncia-
tiue proferuntur per modū cuiuſdam futuri euentus,
eo quidem caſu ratio diſpoſitionem non ampliat, l.
pater., §.fundum, de leg.1.l.Iulianus, §.ex his, eo.tit.
Veronenſ.de interpret.leg.exten.Rub.fin. Vnde elici
poſſit extenſio.nu.26.Iaſ.in Auth.quas actiones, nu-
mero 17.in fi. & nume.22. in fi. C.de ſacroſan.eccleſ.
Pariſ.conſ.69. num.178.libro 3. Sed verba Pontificis
in dicta conſtitutione non fuerunt poſita per mo-
dum rationis finalis, ſed potius enunciatiue & occa
ſionaliter vt declaratoria euentus, ſicut ex lectura di
ctæ conſtitutionis patet, & in terminis conſiderat To
bi.Non.in conſ.100.nume.6. verſic. Tum etiam: ideo
ea dicta ratione non poteſt elici extenſio ſecundū To
114 bi.Non.in d.conſ.100. † qui reſpondet conſtitutio-
nem illam ad filios adoptiuos ſeu arrogatos non ex-
tendi in pręiudicium patris, & latius probat M.Ant.
Eugenius conſil.49.libro primo. quorum concluſio, à
fortiori reſpectu ſpurii procedit, quia verba conſtitu
tionis magis in adoptiuo ſeu arrogato verificarētur,
quam in ſpurio, cum ſpurius non ſit in poteſtate, nec
115 ei legitima debeatur. † Adoptiuus autem ſeu arro-
gatus

gatus in patris adoptantis ſeu arrogantis poteſtate
ſit,licet non ſemper.Inſtit.de adopt.in princ.vbi Glo.
116 & Doctores.Clem.de patr.poteſt.cap.5.num.5.† &
adoptiuo & arrogato ſicut legitimo & naturali legi-
tima debetur,l.ſi arrogator,ff.de adopt. Inſt.de ado-
ptio.§.cum autem,Burſat.conſ.247.nu.12.libr.3.Cle-
men.de patr.poteſt.ſect.16.numer.15. Prout etiam
hic ceſſat extenſio,quia in verbis rationis,de filijs in
patris poteſtate exiſtentibus ſit mentio,& ſi extende
retur diſpoſitio ſubſequens ad ſpurios,etiam verba
rationis extenderentur,ac improprietarentur,quia ap
pellatione filiorum, in poteſtate patris exiſtentium,
117 non veniunt ſpurij,† ideo de extenſione agendum
non eſt,vt conſiderat Veronenſ.in d.Rubr. vnde elici
poſſ.extenſ.nu.27.poſt Ant.de Butr.& Io. de Imol.in
Clem.1.de elect.quod ab alijs approbatur. Equidem
extenſio in caſu extenſibili tunc permittitur,quando
caſus,ad quem fieret,poſſet comprehendi ſub verbis
rationis expreſſe ſaltem ex lata vocabuli ſignificatio
ne,& non aliter.Ale.in l.peregre,§.quibus, numer.4.
ff.de acquir. poſſ. Socin. ſenior conſilio 122.nu.4.lib.
3.Corn.conſilio 271.colum.4. libro 4. Pariſ.alios ad-
ducens conſilio 69. numero 190. libro 3. Hieronym.
Gabriel.conſil.14.numero 27.libro primo. Nec tunc
ſufficit improprie ſublata ſignificatione venire, ſed
proprie comprehendi debet,vt poſt Aret.in l.cum le-
ge,in princ.ff.de teſta.firmat Mazol.conſil.108.num.
80. & ſeq. quod confirmatur per Menoch. conſil.97.
nu.122.lib.1.aſſerentem quod vbi ſermonis proprie-
118 tas repugnat,extenſio ceſſat.Poſtremo† quia conſti
tutio præfata non ſolum eſt correctoria,ſed etiam pę
nalis & odioſa, quare quantumcumque ratio finalis
in ea eſſet expreſſa, nullo modo extẽſio permittitur,
licet ſi eſſet pœnalis tantum,aut correctoria ſimplici
ter,ſiue tantum odioſa aliud dici poſſet. Rom.conſil.
229.Iaſ.in d. Auth.Quas actiones,num.22.ver.Intel-
lige tamen,& in conſ.118.num.5.7.& 17.lib.1. Pariſ.
d.conſ.69.num.189.Rim.iun.conſilio 218.num.51.li-
bro ſecundo.Rolan.à Vall.conſ.74.numero 18.libr.3.
& conſilio 27.num.19.libro primo.Quod fortius pro
cedit in caſu,de quo agitur,in quo reſpectu patris cõ
tinet odium irrationabile, vt in propoſito aduertit
Matheſ.in tract.de exten.numero 52.pro quo faciunt
notata per Roland.conſ.86.numero 33.& ſeq. libr.2.
& Burſat.conſilio 201. num. 128.lib.2.Nec verum eſt
legitimum, & ſpurium æquipatari per legem anti-
quam,& præterea legem nouam vtrumque compre-
119 hẽdere,† quoniam licet in materia naturali per mo
dum extenſionis id procederet, vt loquuntur Docto.
in d. §. ſi quis rogatus, non tamen æquiparantur per
modum regulæ,immo valde differunt, iux.tex.in d.l.
filium diffinimus,& in Auth.Ex complexu,vt dixi ſu-
pra in primo fundamento 1 & quia hic non agitur de
ſola extenſione verbi filij, ſed ob extenſionem, plu-
120 res impropriationes fieri oporteret, † ceſſat omnis
difficultas,iux.conſi.Grat.145.& ſeq.lib.2.qui dixit,
quod ſicut in materia quantumcũque fauorabili non
dantur duæ fictiones, ſeu duo ſpecialia, ita nec duæ
impropriationes.

Quod vltimo loco dicitur, minus repugnat, quia
vere conſtitutiones præfatæ ſunt iuris communis cor
rectoriæ,ex quo non limitant tantum regulam illam
generalem, quod pater pro filio nõ teneatur, de qua
in tit.C.ne fil.pro patre,ſed ius ciuile,naturale,diui-
num,& canonicum in pluribus expreſſe corrigunt,vt
in primo Præmiſſo,ideo Doctores in ſecũdo Præmiſ-
ſo allegati iſtas ſimileſq; cõſtitutiones correctorias
appellant,etſi ſolum exorbitantes eſſent,ceſſat in eis
121 omnis extenſio,† cum etiam in exorbitantibus ſecũ
dum magis veras concluſiones extenſio excludatur ſecundum Marſil.in tract. de bannit. in verb.ſententia. numero 44. maxime quando ſunt etiam pœnales,& odioſæ odio irrationabili, vt ſæpius ſupra ſuit dictum.

Præfatus Excellentiſſimus Dominus Flamminius Cartarus Locumtenens criminalis Illuſtriſſ.& Reuerendiſſimi Domini Gubernatoris Peruſiæ coram quo cauſa prædicta pendebat anno 1584. Viſo hoc reſponſo acquieuit, & non fuit ad vlteriora proceſſum in publicatione vnciæ,nec Capitaneus Traianus fuit amplius moleſtatus.

ARGVMENTVM.

Excipiens contra teſtes, quod ſint infames,& alijs criminibus notati,ſi exceptiones non probat,quando actione iniuriarum teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Iniuriarum actione tenetur obijciens crimina contra aliquem,ex quibus ſama diminuitur.*

2 *Excipiens contra teſtes,quod ſint infames,aut alijs criminibus notati,ſi non probat, tenetur actione iniuriarum.*
Sed contra infra per totum,maxime.nu.19.
Declaratur num.29.cum ſeq.& 36.

3 *Proteſtatio citra animum iniuriandi non excuſat ab iniuria,quando obiecta non probantur.*
Sed contra numero 19.& 36.cum ſeq.vſque ad fin.vbi declaratur.

4 *Iniurians aliquem tenetur actione iniuriarum,& pęna extraordinaria punitur.*

5 *Iniuria an ex verbis iniurioſis fuerit illata,attenditur animus eius qui verba protulit.*

6 *Iniuriarum quis non tenetur,ſi non habuit animum iniuriandi,licet protulerit verba iniurioſa. Et nu.ſeq.*

8 *Iniuriarum an quis teneatur, non inſpicitur veritas ſeu falſitas conuicij,ſed animus tantum attenditur.*

9 *Iniuria,vt quis puniri poſſit pro iniuria, oportet probare dolum proferentis verba iniurioſa.*

10 *Iniuria ſine dolo non irrogatur, etiam ſi conſtat de culpa.*

11 *Iniuriandi animus non præſumitur in eo, qui non eſt ſolitus inferre iniurias.*
Nec quando cauſa iniuriandi non ſubeſt, ſeu commodum aut vtilitas non reſultat proferenti verba iniurioſa.n.12

13 *Iniuriandi animus non præſumitur,quando non ſubeſt inimicitia aut cauſa odij.*

14 *Proteſtatio maximum operatur effectum circa ea, quæ ab animo proteſtantis dependent.*
Declaratque animum proteſtantis.nu.15.

16 *Proteſtatio qua dicatur contraria facto.*

17 *Iuramento ſtandum eſt circa ea,quæ pendent ab animo,vt ſi quis iurauerit non protuliſſe verba iniurioſa animo iniuriandi.*

18 *Dolus ceſſat, quando quis agit,vt ſibi rebuſque ſuis conſulat.*

20 *Conſuetudo etiam iniuſta excuſat à dolo,& cauſat bonam fidem.*

21 *Cauſa qualibet etiam iniuſta & beſtialis excuſat à dolo.*
Etiam ſi cauſa allegata plene non fuiſſet probata.nu.22.

23 *Dictum illius, cui videtur debere credi, excuſat à dolo & iniuria.*

24 *Confeſſio qualificata per fiſcum debet in totum acceptari, aut in totum reſpui, quando fiſcus non probat intentionem,aliter quam per dictam confeſſionem.*

25 *Confeſſio qualificata poteſt acceptari, reiecta qualitate, quando contra eam viget iuris præſumptio,aliàs ſecus.*

Argu-

Google

26 *Argumentum à ſolitis, & communiter accidentibus validiſſimum eſt.*
27 *Iniuriandi animus in dubio non præſumitur, quoties alia poteſt ſumi coniectura.*
28 *Dolus in dubio non præſumitur, ſed ab eo, qui dolum allegat, probari debet.*
29 *Obijciens crimina non tenetur de iniuria, licet non probauerit, quando vel non fuit admiſſus ad probandum, vel non fuit pertinax in probando.*
30 *Probans etiam ſemiplene excuſatur ab iniuria.*
Etiam ſi probat audiuiſſe. num. 32.
31 *Diffamatio excuſat à præſumpta calumnia eum, qui crimina obiecit, & non probauit.*
33 *Accuſator excuſatur à calumnia, ſi probauit per teſtes, qui fuerunt repulſati, dummodo dictis teſtibus ſcienter vſus non fuerit.*
43 *Calumnia reſultans ex defectu probationum criminum eſt præſumpta, & admittit probationem in contrarium.*
35 *Præſumptio excluſiua delicti, & animi iniuriandi præfertur contrarijs præſumptionibus.*
37 *Proteſtatio quando non excuſat iniuriantem.*
38 *Iniuria, de iniuria tenetur proferens verba iniurioſa ad vindictam, ſecus ſi ad defenſionem honoris.*
39 *Pœna minorari debet ei, qui diutino carcere grauatus fuit.*

CONSILIVM XCVI.

PRAETENDITVR pro parte fiſci in
Ciuitate Perusiæ Dominum Sebaſtia
num, qui vti procurator Franciſci car
cerati exceptiones articulatas ad re-
pulſam teſtium examinatorum con-
tra dictum Franciſcum compoſuit, ac
in iudicio exhibuit actione iniuriarũ teneri, cum in
eis dixerit, teſtes prædictos varijs criminibus nota-
1 tos eſſe, ac aliàs infames. † & obijciẽs crimina, ex qui-
bus fama alicuius diminuatur, actione iniuriarum te
neatur, iuxta late deducta per Iul. Clar. in §. iniuria, in
2 princ. Quæ concluſio procedit † etiam, quando con-
tra teſtes crimina obijciuntur, ſi obiecta non proban-
tur, ſecundum communem opinionem, de qua teſtan
tur Boer. conſil. 4. numero 37. Boſſi. in tractat. crimin.
in titu. de iniur. numero 51. & Iul. Clar. in pract. crim.
3 quæſt. 53. verſicul. Caueant. † Nec eſt habenda ratio
proteſtationis factæ, quod non animo iniuriandi con
tra teſtes excipiebatur, quia proteſtatio non releuat,
quando crimina obiecta non probantur. Bart. in l. ſi
quis extraneus, in prin. & ibi Alex. nu. 6. ff. de acquir.
hære. Sal. in l. ſi non conuicij, num. 6. C. de iniur. Socin.
ſen. conſil. 118. nu. 4. & 5. lib. 1. quæ opinio communi-
ter approbatur, vt teſtatur Iul. Clar. in d. §. iniuria, ver
4 ſic. ſed pone. Tenetur igitur † Dominus Sebaſtianus
actione iniuriarum, & etiam pœna extraordinario
arbitrio iudicis puniendus eſt, §. in ſumma, Inſtitu. de
iniuri. Iul. Clar. in dicto §. iniuria, verſicul. Sed quæro
quæ ſit pœna.

Verum iſtis non obſtantibus puto Dominum Se-
baſtianum iniuſte moleſtari; etenim vera eſt iuris cõ-
7 cluſio, † quod ad cognoſcẽdum, an ex verbis iniurio-
ſis ſit illata iniuria, & ob eam quis puniri poſſit, ani-
mus proferentis verba iniurioſa inſpici debeat, l. qui
iu iure, in princ. ff. de fur. l. ſi non conuicij, C. de iniur.
Dec. conſi. 487. num. 13. & inter crim. diuerſ. conſilio
102. num. 8. tom. 1. cum iniuria non fiat citra animum
iniuriandi. l. illud, & ibi Doct. ff. de iniur. Soc. iun. con-
ſil. 134. nu. 46. & ſeq. lib. 3. & conſ. 38. nu. 19. libr. 2. Bur
6 ſat. conſil. 94. num. 18. lib. 1. † & quoties de animo in-
iuriandi non conſtat, nunquam proferens verba iniu
rioſa pro iniuria condemnari poteſt, d. l. illud, §. 1. &
fi. cum l. ſeq. Crauet. conſil. 9. nu. 35. & ſeq. lib. 1. Felin.
in c. cum re, in fin. de re iud. Corn. conſil. 100. nume. 3.
lib. 2. Ruin. conſil. 145. nu. 10. lib. 5. Rol. à Vall. conſil.
7 11. num. 44. li. 3. † Non enim ſat eſt, vt de iniuria quis
teneatur, apparere, quod verba iniurioſa protulerit,
ſed opus eſt, vt ex propoſito animoque iniuriãdi ſint
prolata, gl. in l. 1. in verb. ſi ab iniuria, C. ſi quis Impe.
maled. per quam ita dixit Rui. d. conſil. 145. nume. 14.
& 15. Nec eſt curandum, ſi dictum vel factum ſit ma-
lum in ſe, ſi voluntas, & animus iniuriandi non adſit,
eo quidem caſu pro iniuria agi non poteſt, d. l. illud,
Gramma. deciſ. 37. num. 9. Rom. conſil. 96. in fin. & in
tantum inſpicitur animus proferentis verba iniurio-
ſa, vt non ſit aliter curandum, numquid crimina obie
8 cta ſint vera vel falſa, † nam ſi quis verum dixerit ani-
mo tamẽ iniuriandi punitur, ſed ſi falſum, & animus
iniuriandi abfuerit, excuſatur, nec eſt locus pœnæ,
quia non attenditur veritas, vel falſitas conuicij, ſed
dumtaxat animus proferentis verba iniurioſa, num-
quid praua intentione atque iniuriandi animo ſint
prolata, ſeu citra animum iniuriandi, ita Rom. conſi.
96. colum. 2. vſque ad fin. Grammat. deciſ. 37. numero
6. & ſequentibus, & conferunt adducta per Rip. in l.
fin. q. 7. C. de reuoc. donat. & Didac. Couar. var. reſol.
lib. 1. c. 11. num. 6.

Et non ſolum opus eſt conſtare fuiſſe obiecta cri-
mina animo iniuriandi, ita vt pro iniuria quis conue
9 niri poſſit, ſed etiam exigitur dolus, † cum crimen in-
iuriarum ſine dolo non committatur, l. 1. §. 1. l. illud,
§. pe. & fi. ff. de iniur. l. ſi non conuicij, vbi Doct. C. eod.
tit. Crau. conſi. 13. nu. 5. lib. 1. Corn. conſil. 175. nu. 10.
ver. ſimiliter. lib. 3. Dec. in l. ſicut certi, nu. 20. C. de te-
ſta. milit. & inter crim. diuerſ. tom. 1. conſilio 102. nu.
8. Fel. in conſ. 23. nu. 10. & ſeq. Menoch. conſil. 107. nu.
10 8. lib. 2. vbi alios adducit, † cum ſine dolo iniuria non
irrogetur. Alc. conſ. 209. nu. 12. ver. Denique. lib. 6. &
Crau. conſi. 9. nu. 35. & ſeq. & conſ. 119. num. 4. libro 1.
qui poſt Bald. conſil. 277. lib. 5. affirmat in tantum do
lum requiri, vt pro iniuria quis teneatur, quod nec ſa-
tis eſt conſtare de culpa.

In caſu vero, de quo agitur, nullibi conſtat D. Seba
ſtianum crimina & defectus in exceptionibus contra
teſtes deductos obieciſſe doloſe, & animo iniuriandi,
ſed ex pluribus contrxrium apparet.

Primo, quia probatum eſt in proceſſu Dominũ Se-
baſtianum fuiſſe & eſſe honeſtæ vitæ, bonæ conditio-
nis, & famæ, nec ſolitum alicui iniuriam inferre, quæ
ſanè probatio omnem doli præſumptionẽ remouet,
& valde prodeſt ad ipſius excuſationem, cum princi-
paliter conditio perſonæ proferentis verbx iniurioſa
11 inſpicienda ſit, † & ſi quis non eſt ſolitus iniurias in-
ferre, animus iniuriandi & dolus non præſumuntur,
vt dicit Spec. in tit. de accuſ. §. ſequitur, verſ. vel dic, &
poſt eum Burſat. conſil. 94. num. 30. lib. 1. Menoc. con-
ſil. 145. nu. 28. lib. 2.

Secundo quia teſtes fuerunt examinati contra Frã
ciſcum carceratum, & Dominus Sebaſtianus vt pro-
curator, exceptiones articulatas confecit, non poteſt
præſumi dolus in eo, ſeu animus iniuriandi, nam quic
quid præſumi poſſet de Franciſco principali, contra
quem teſtes depoſuerũt, omnis præſumptio ceſſat cõ
tra Dominum Sebaſtianum procuratorem, qui à te-
ſtibus in aliquo offenſus non fuerat, nec Franciſco at-
tinebat, & ſic cauſam nullam habebat teſtes iniurian
12 di, † & quando cã non ſubeſt, nullumque commodum
ſeu vtilitas inde reſultat ex verbis prolatis, doli & ca
lumniæ præſumptio ceſſat cõtra proferentem verba
iniurioſa. Corn. conſ. 63. nu. 9. lib. 3. conſ. 217. col. fi. lib.

4. Crau.

4. Crauet.conſil.8.num.13.lib.1.Menoch.conſil.145.
13 num.30.lib.5.†& quod ceſſante inimicitia,ſeu odio,
aut alia cauſa,ex qua quis offendi debuiſſet, verba in
iurioſa animo iniuriandi non præſumâtur prolata,
recte oſtendunt poſt Capic.deciſ.130. nume.13.Cra-
uet.conſil.6.num.52.conſ.9.nu.29.lib.1.Menoch.con
ſil.107.nu.7.lib.5.& Rol.à Val.in conſ.11.nu.53.li.3.
Tertio ſatis animus D.Sebaſtiani iniuriā non infe
rendi clare detegitur ex pluribus & repetitis prote-
ſtationibus, quod non animo iniuriandi, ſed citra in
iuriam loquendo exceptiones contra teſtes propone
14 bat,† quæ ſanè proteſtatio declaratoria maximum
operatur effectum,in ijs, quæ ab animo proteſtantis
dependent,l.non ſolum,§.morte,vbi Bart.& alij,ff.de
15 noui oper.nunc.Port.Imo conſil.110.nu.12.† Decla-
ratque qualis animus proteſtantis fuerit, l.ſi quis,§.
plerique,ff.de relig.& ſumpt.fun.l.ſi mihi & tibi,§.in
terdum,ff.de leg 1.Bero. conſi.34.nu.6.lib.1.Boer.q.
500.nu.10.Bello.conſ.53.num.14.Cephal.conſ.462.
nu.17.lib.4.Menoch.conſ.115.nu.38.lib.2.Animūque
tollit à facto, vt poſt Rube. in repet. l. non ſolum, §.
morte,nu.349.ff.de noui oper. nunc. & Rip. in c.cum
M.num.70.& 83.de conſtit.dixit Burſat.conſ.214.nu.
16.lib.2. Nec pōt dici proteſtatio contraria facto,
16 † quoniam illa proteſtatio dicitur contraria facto,
quæ contrariatur facto, prout directo ſonat in ius &
in factum, vt ſi dico, Me obligo animo non obligādi,
Adeo hæreditatem animo non adeundi; Profiteor re
ligionem animo non profitendi,ſecus ſi contrariatur
factum tantum,prout ſonat in ius in conſequentiam,
& præſumptiue, vt ſi dixero, Sumo habitum animo
non profitendi,Excipio animo litem non conteſtan-
di,Soluo debitum animo non adeundi.Iſtis enim ca-
ſibus præſumptiue & in conſequentiam facti reſultat
iuris effectus, cui contrariatur proteſtatio, non tñ
contrariatur, vt facto colligitur ex adductis per Rip.
in d.c..cum M.Ferrarienſis,num.70.de conſtitut. poſt
Bar.in l.1.C.de lit.conteſt.Abb. in c.1.col.7. eod. tit.
Ale.conſil.130.col.fi.lib.4.& alios quos allegat.At in
caſu noſtro proteſtatio illa non contrariatur facto,
ſed tollit effectum qui proueniebat, & ſequebatur in
conſequentiam ex facto, nam obiectio criminum &
verba iniurioſa in conſequentiam inferebant iniu-
riam ex iuris diſpoſitione,& huic contrariatur prote
ſtatio,quæ tollit illum effectum iuris, qui ex facto re-
ſultabat, & animū proteſtantis ab iniuria remouet,
non tamen contrariatur facto, & conſequenter pro-
teſtatio non eſt reſpuenda vt contraria facto, ſed ſuū
effectum operabitur.
17 Quarto quia Dominus Sebaſtianus † examinatus
cum iuramento, aſſeruit non habuiſſe animum iniu-
riandi, fortius prædicta videntur admittenda, cum
enim agatur de eo,quod ab eius animo dependet, in
hoc illi credendum eſt, vt poſt Dec. conſil.256. nu.9.
Marſil.96.num.8.in propoſito firmant Rolan.à Vall.
conſ.11.num.48.& ſeq.lib.3.& Burſat.d.conſil.94.nu-
me.25.lib.1.
Quinto ſtante quod verba illa non fuerunt ſimpli
citer prolata ad iniuriam teſtium, ſed principaliter
vt conſuleretur Frācïſco carcerato, contra quē teſtes
in cauſa furti depoſuerant,ad effectum illos repellē-
di,ne eis fides adhiberetur, doli præſumptioni exclu
18 ditur, †quia dolus ceſſat,quando quis agit,vt ſibi re
buſque ſuis conſulat, vt probatur in l.3.§.quod aie
prætor,ff.de incend.rui.& naufra.per Crauet. conſil.
8.num.15.lib.1.conſil.319.num.6.lib.5.& Menoch. in
d.conſi.107.numer.9. & conſequenter non ſolum iſte
procurator,ſed nec etiā Franciſcus ſub prætextu ali-
19 cuius iniuriæ moleſtari poſſunt, prout in † terminis,
quando crimina contra teſtes obijciuntur, quod illa
opponens actione iniuriarum conueniri non poſſit,
firmant Gulielm.Bald.& Ang.in l.fi. ff.quod quiſque
iur.præſertim præmiſſa proteſtatione illa, citra iniu-
riam loquendo,quæ communiter apponi ſolet,quę in
hoc multum operatur, & excipientem à pœna libe-
rat,ſecundum Specul. in tit. de aduocat. §. iam nunc,
num.4.Bal.in d.l.fi.Aufrer. in addi. ad deciſ.Cappel.
Toloſ.409.in fi.Gerard.Mazol.conſ.14.nu.26.Franc.
Caſon.poſt tract.de tormen.c.6.de mod.accuſ.per ex
cept.nu.6.Rebuff.in tract.de teſt.art.36.nu.44.& ſeq.
Io.Cro.in tract.de teſt.par.9.nu.397.Et hanc opinio-
nem videtur ſequutus Iaſ.in l.non ſolum,§.morte,nu.
47.in fin.ff.de nou.oper.nunc.vbi fatetur proteſtatio-
nem illam operari,quod non præſumatur verba iniu-
rioſa prolata fuiſſe animo iniuriandi, ſed principali-
ter ad defenſionem ſui iuris, & comprobatur ex his,
quæ poſt Ponta.in d.l.fi.dixit Corn. in conſ.80.in ſub
ſcrip.nu.11.in fi.ver.Et quod etiam.lib.3.dum conclu-
dit obijciētem crimina contra teſtes,licet nō probet,
nō teneri de iniuria,ſi conſtat aīo iniuriandi caruiſſe.
Sexto ſtante quod probatum eſt per quattuor Do-
minos Procuratores exceptiones, de quibus agitur,
factas fuiſſe ſecundum ſtylum & inueteratam cōſue-
tudinem Curiæ Peruſinæ,& à Iudicib. ſemper admiſ-
ſas & receptas fuiſſe, nec eo caſu vmquam occaſione
iniuriæ contra aliquem proceſſum fuiſſe, ſine dubio
Dominus Sebaſtianus excuſandus eſt, præſertim à
dolo,ſine quo pro iniuria teneri non poteſt,quoniam
20 † cōſuetudo etiam iniuſta à dolo excuſat,bonamque
fidem cauſat,Soc.iun.conſ.39.nu.15.lib.3.Crau.conſ.
145.num.14.lib.1.Franc.Becc.conſ.4.nu.15.ver. Tum
21 etiam,& regulariter† quælibet cauſa etiam iniuſta à
dolo excuſare ſolet,l.igitur,verſ.Poteſt,ff.de lib.cauſ.
Bal.in l.1.num.5. C.vbi de crim.agi oport. Dec.conſ.
452.nu.4.& conſ.605.nu.4.Gramm.deciſ.5.num.26.
Soc. iun.conſ.37.nu.33.lib.2. Cephal.conſ.24.nu.19.
& conſ.110.num.11.lib.1.Immo quælibet leuis & be-
ſtialis cauſa dolum excludit.Crauet.conſ.6.num.89.
lib.1.conſ.319.num.14.lib.2.Pariſ.conſ.151.num.29.
lib.4.Menoch.de recuper.poſſeſ.remed.5.nu.49.q.14.
& conſ.31.num.8.lib.1.Burſat.qui communem dicit
conſ.152.nu.32.lib.2.Menoch.conſ.387.nu.13.lib.4.
& in propoſito ita dixerunt Fel. in conſ.53.num.1 t.
22 †quod procedit ſecundum Crau.in conſ.554.num.5.
lib.2.vbi Alexan. Curt. iun.& alios allegat, etiam ſi
cauſa allegata plene non eſſet probata, quod etiam
dixerunt Ioan.de Amic.conſ.138.num.11.& conſ.27.
num.36.Franc. Becc.conſ.78.num.29. Burſat.d.conſ.
552.nu.32.Io.Bapt.de Plot.inter crim.diuerſ.tom.1.
conſ.131.num.14. Anton.Gabr.in ſuis concluſ.in tit.
de crimin. concluſ.8.num.64.& ſeq. & eo magis per
dictam conſuetudinem Dominus Sebaſtianus à dolo
& iniuria excuſatur,quia crimina obiecit de manda-
to Franciſci principalis,qui aſſerebat omnia probare
23 poſſe.&† ſi Dominus Sebaſtianus credidit ſuo prin-
cipali,prout credere debebat, ex quo de eius ītereſſe
agebatur,& quia,vt experientia docet,ſemper procu
ratores ſecundum aſſertionem principalium formāt
exceptiones contra teſtes,omnino dolus excluditur,
& procurator excuſatur, vt in ſimilibus terminis fir-
mant Fel.in conſ.53.nu.15.& Plot.conſ.35.num.6.&
14.aſſerentes eum qui credidit dicto perſonæ, cui vi-
detur debere credi,excuſari à dolo & iniuria.Nec po
teſt dubitari,quin ſit credendū Dño Sebaſtiano,dum
dicit confeciſſe dictas exceptiones ſecundum volun-
24 tatem Franciſci principalis,†cum eñ ipſe in ſuis de-
poſitionibus faſſus fuerit feciſſe dictas exceptiones,
adiecta dicta qualitate, & aliter quā per eius confeſ-

ſionem fiſcus intentionem ſuam non probet, aut de-
bet in totum illa cõfeſſio acceptari, aut in totum reij-
ci. glo. & Doct. in l. ſi qoidem, C. de except. Bart. in l.
Anrelius, §. idem quęſiuit, ff. de lib. legar. Marſil. con-
ſil. 228. Alex. conſ. 132. num. 20. ver. Prætereа reſpon-
deo. lib. 5. Corn. conſ. 170. & conſ. 220. lib. 1. late Ri-
min. iun. conſ. 127. num. 3. & nom. 9. & ſeqq. lib. 2. & li-
cet dubitabilis ſit illa opinio, numquid confeſſio qua
lificata poſſit acceptari reiecta qoalitate, conſideran
25 dum eſt, quod † quando contra qualitatem adiectam
adeſt iuris præſumptio, tunc poteſt acceptari confeſ-
ſio, reiecta qualitate, ſed quando qualitati iuris præ-
ſumptio non reſiſtit, in totum acceptari, aut reſpui o-
portet, niſi fiſcus acceptaret confeſſionem, & proba-
ret contrariom eius, qood continetur in qualitate a-
diecta. Bart. in l. Aurelius, §. idem quæſiuit, ff. de liber.
leg. num. 1. & 2. Abb. in cap. bonæ, el 2. nu. 29. & ſeqq.
de poſtulat. prælat. Sed in caſu noſtro nulla viget præ-
ſumptio contra qualitatem adiectam commiſſionis
& ordinis Frãciſci principalis, ſed potius pro ea prę-
ſumptio exoritur cum communiter Procuratores in
exceptionibus apponant defectus & crimina teſtiom
ſecundum aſſertionem principalium, quod cum com
muniter fieri ſolear, idem in occurrẽti caſu factũ prę-
ſumitur, arguendo à ſolitis & commoniter acciden-
26 tibos, † quod argumentom in iure validiſſimum eſt. l.
certi condictio, §. ſi nummos, ff. ſi cer. pet. glo. & Bald.
in l. cum dotem, C. de iur. dot. Euerard. in ſua cent. lo-
co 56. Rolan. à Vall. conſ. 1. num. 63. & conſ. 11. num.
66. lib. 3. tam in ciuilibus, quam criminalibus. Marſil.
ſing. 1. Burſat. conſ. 201. nom. 7. lib. 2. Poſtremo licet
credam ex prædictis dolum & propoſitum iniurian-
di remoueri, adhuc ſi res eſſet dubia, idẽ ſateri opor-
27 teret, † quia quoties alia poteſt ſumi cõiectura, in du-
bio animus inioriandi non pręſumitur. Rui. conſ. 145.
28 nu. 10. lib. 5. Rol. à Vall. d. conſ. 11. no. 45. lib. 3. † Prout
nec dolus in dubio præſomitur, niſi probetur, l. quo-
ties, §. qui dolo, ff. de prob. qui claris & perſpicacib. in
dicijs ab eo, qui illum allegat, probari debet, l. dolũ,
C. de dol. Bal. coof. 250. col. 2. lib. 1. Crau. conſ. 8. nu. 1.
lib. 1. & in propoſito Burſar. conſ. 94. nu. 35. lib. 1.

Et ſtantib. prædictis, non obſtant contraria. Quod
enim dicitur de defectu probationis tollitur.

Primo quia ſi prætẽditur Dominum Sebaſtianum
iniuriam intuliſſe ex exceptionibus vltimo loco pro-
29 ductis, io hoc non poteſt fieri fundamentum, † cum
Franciſcus principalis ad probandum ſuper illis ad-
miſſus non fuerit, ſed ſtatim facta productione Domi
nus Sebaſtianus procurator carceratus fuit, ideo ceſ-
ſant contraria, vt aduertit Maſuer. in ſua pract. in tit.
de iniur. num. 11. & poſt Io. Andr. & alios idem ſentit
Aufrer. in addit. ad deciſ. Cappel. Toloſ. 409. dum di-
cit non teneri, licet non probet, quando non fuit per-
tinax in probãdo. Si vero prætenditur agi contra Do
minum Sebaſtianom, quia nõ probauit exceptiones
prius exhibitas, nec id nocet, quia fere omnia in di-
ctis prioribus exceptionibus deducta probantur per
depoſitiones trium teſtium in cauſa examinatorum,
30 † & ſatis eſt pro defenſione ab actione iniuriarum
crimina obiecta ſemiplene probari per vnum teſtem,
licet plene non iuſtificarentur. Felin. in conſ. 23. num.
12. in cap. 2. col. 3. ver. ſi autem non accuſat de calum-
nia. Io. Bapt. Plor. in conſil. 35. num. 6. & 14. Specul. in
tit. de accuſatione, §. ſequitur. in fin. ver. Vel dic. & ibi
Bald. in addit. col. penul. verſ. qui ſemiplene probat.
& in l. qui non probaſſe, numero ſecundo, C. de calũ-
niat. Maſcard. de probat. libro 1. concluſ. 24. num. 11.
qui dicunt etiam accuſatorem excuſari, ſi contenta
in accuſatione probauerit ſaltem ſemiplene per vnũ
teſtem, qood etiam firmat Menoch. de arbit. iud. quæ
31 ſtio. lib. 2. cent. 4. caſ. 321. num. 7. & ſeqq. † Prout etiã
vt à præſompta calumnia quis excuſetur ob defectũ
probationis obiectorum, ſufficit probare diffamatio
nem contra eos, quod ſint notati obiectorum crimi-
num, licet vere crimina non iuſtificarentur. Bart. in l.
athleras, §. calumniaror, nu. 3. ff. de his qui not. infam.
& poſt alios multos Menoch. in conſi. 145. nume. 24.
32 lib. 2. & in d. caſu 321. nu. 29. † Immo etiam ſatis eſ-
ſet ioſtificare, qnod id audiuit, vel quid ſimile, iuxta
communem, de qua teſtatur Iul. Clar. in pract. crim.
§. fin. quæſt. 62. verſi. ſed pone. Nec nocet qood dicitur
de inhabilitate teſtium pro Franciſco examinatorũ,
quia ſoot idouei, & nihil contra eos probatur con-
cludenter, & vt à calumnia & actione iniuriarum
quis excuſetur, ſatis eſt crimina per teſtes examina-
tos probari, quamois teſtes repulſari poſſent ob ex-
ceptiones aliquas contra eorum perſonas, vt de ac-
33 cuſatore † quod excuſetur à calumnia, quamuis te-
ſtes examinati ad probandum contenta in accuſatio
ne ſoerint repulſati, dixerunt Spec. in tit. de calumn.
in fi. num. 7. Soc. ſen. conſ. 118. nu. 9. lib. 1. Bald. in l. 1.
nom. 9. C. de aduoc. diuerſ. iud. & ibi Rom. nome. 20.
Maſcard. in d. conclu. 24. num. 9. dummodo ille qui
vſus eſt dictis teſtibus, nõ laboret aliqua ſuſpicione,
quod ſcienter illis vſus ſit, vt poſt Alex. in l. properan
dum, §. ſin autem alterutra, no. 15. C. de iud. declarat
Maſcard. in d. conclu. 24. nu. 9.

Secundo ſi nihil probatum eſſet, adhuc non noce-
ret, cum probationes ſint factæ per Franciſcum prin-
cipalem, & non per Do. Sebaſtianum procuratorem.
Et ſi ad ulteriora contra Dom. Sebaſtianum procedi
tur, dato tèrmino, paratus erit illas probare.

Tertio prædictis ceſſantibus, adhuc crederem Do
mioum Sebaſtianum non teneri actione iniuriarum,
34 † nam etſi ſecundum opinionem aliquorum non pro
bans crimina obiecta, videatur calumnioſe & animo
iniuriandi illa obieciſſe, illa non eſt vera calũnia, ſed
præſumpta, vt declarat Iul. Clar. in d. q. 62. verſic. Sed
nũquid, poſt medium, & admittit probationem in cõ
trarium, ſecundum Bar. in d. §. calumniator, nu. 3. Sed
in caſu noſtro multæ coniecturæ ac præſumptiones
in fauorem D. Sebaſtiani cõcurrunt, quæ animũ iniu
35 riandi ab eo excludunt, ideo excuſari dẽt, † quia præ
ſumptiones excluſiuæ delicti præferuntur contrarijs
præſumptionib. vt in terminis poſt Oldra. conſil. 53.
nu. 3. Soc. ſen. conſ. 118. num. 5. & ſeq. lib. 1. & alios fir-
mauit Burſar. in d. conſ. 94. nu. 21. & ſeqq. lib. 1. qood
cõprobatur ſtatuto Peruſino lib. 3. Rub. 6. §. & ſi pote
ſtas, quo diſpooitur, qnod ſi iudex viderit nõ fuiſſe ca
lũnioſe factã accuſationẽ, ſeu aliã denunciationẽ de-
licti ſeu criminis, reũ abſoluere debet, licet contenta
in accuſatione ſeu denũciatione probata nõ fuerint.
36 Quarto quia † crimina fuerunt deducta excipien-
do contra teſtes examinatos in cauſa furti cõtra Frã
ciſcum, & hoc ad ipſius Franciſci defenſionem, ad ef-
fectum vt ex repulſa teſtiũ probatio fiſci eliderετur,
ipſeq; Franciſcus abſolueretur, nõ eſt locus pęnæ tõ-
ne iniuriæ, quamuis in probatione defeciſſet, quia id
fieri procurauit Franciſcus accuſatus pro defenſione
ſuæ vitæ & honoris, & prouocatus à teſtibus cõtra ſe
examinatis in cauſa capitali, vt in terminis firmant
Franc. Caſon. poſt tract. de torment. cap. 6. de mod. ac
cuſan. per except. numer. 6. Rebuff. in tract. de teſti.
artic. 36. numeto 44. & ſeq. Io. Crot. in tract. de teſti.
par. 9. numero 397. vbi late, qui alios quam plures
allegant, & poſt Pont. in dicta l. fina. ff. quod quiſque
iur. idem videtur firmare Corne. quando aliud non
apparet in coofilio 80. in ſubſcriptione, nnmero 11.

tu

in fin.ver. Et quod,lib.3.et hoc etiam ſentit Anfret.in
addi.deciſ. Cappel.Toloſ.409. in fin.Quæ propoſitio
magis locum obtinet,quando obijciens exceptinnes
vſus fuit proteſtatioue illa, Citra iniuriam loquẽdo,
quę animum excipientis declarat,vt dixi,& clare ex-
plicant Rebuff.Crot.& fere omnes ſupra proxime al-
legati. Nec aduerſatur illa commuuis opinio,de qua
teſtantur Boſſ.in tit.de iniur.num.21.& Clar.in q.53.
verſ.Caueant,vt ſcilicet deficiens in probatione etiã
exceptionum obiectorũ contra teſtes teneatur de in-
iuria,quoniam loquuntur ipſi, quando non fuit præ-
miſſa dicta proteſtatio,aliud ſentientes, ſtante dicta
proteſtatione,qnod clare elicitur, quia Boſſ. dicit li-
mitando communem ex adductis per Doct.in l.fin.ff.
qnod quiſq.iur.vt per Addit.ad deciſ.Cappel.Toloſ.
409.In qnibns locis,vt fuit dictum affertur limitatio,
qñ opponens exceptiones proteſtatns fuit illas obij-
cere citra iniuriam loquendo, & Iul.Clar.relata dicta
communi opinione dicit,quod nunquam vidit in Du
catu Mediolanẽſi ſuper hoc procedi,cum ſemper ad-
uocati in exceptionibus apponant dictam proteſta-
tionem , & ſic clare ſentit ob dictam proteſtationem
excipientes excuſari , & idem à generali conſuetudi-
ne in Regno Franciæ approbati teſtatur etiam Boer.
37 in alleg.conſ.4.nu.49.† Et quamuis Iul. Clar.in §.in-
iuria. verſic. Sed pone . communiter affirmari teſte-
tur dictam proteſtationem non releuare iniuriãtem,
ſi non probat,nnn loquitur quando exceptiones con-
tra teſtes opponuntur,ſed in alijs conuicijs,vt quan-
do ſunt datæ mentitæ , ſeu aliud conuicium fuerit di-
ctum,quod longe differt à caſu noſtro, & de quo Cla.
loquitur in d. q. 53. Ea enim ratione Doctores pro
hac parte adducti , præſertim Franc. Caſon. & Crot.
dicunt excuſari excipientem, licet non probet crimi-
na obiecta , quia ſibi licuit pro ſua defenſione ad re-
pellendum teſtes cõtra ſe examinatos crimina obij-
cere,cum à teſtibus,contra eum deponentibus,prouo
catus fuerit,quę ratio ceſſat in alijs iniuriis ad vindi-
ctam illatis,vt quando dantur mentitæ, vel delictum
aliquod ſeu crimen extra iudicium,vel in iudicio per
viam quærelæ propalatur , quo caſu potius vindicta
& animus iniuriandi detegitur,quando non proban
tur,quod non poteſt hic conſiderari,cum principali-
ter ad propriam defenſionem & excuſationem exce-
ptiones contra teſtes propoſitæ fuerint , idcirco hic
proteſtatio illa releuat,licet in aliis caſibus in cõtra-
rium conſideratis reiiciatur , & hanc diſtinctionem
veriſſimam puto,& eſt de mente omnium,ac in ſpecie
38 illam probãt Fran.Caſon.& Crot.in citatis locis,† &
ſimilem diſtinctionem inter caſum , in quo verba in-
iurioſa ad defenſionem , & alium in quo ad vindictã
proferuntur , quod priori caſu quis non teneatur de
iniuria,ſed in ſecundo teneatur,faciunt inter eos cõ-
ſtituentes differentiam , Cap.in deciſ.58. vbi Specu.
Abb.Fel.& alios allegat Soc.iun.conſ.123.num.20.&
ſeq.lib.2.Dec.conſ.487.nu.4.& Menoch.poſt alios ab
eo relatos in conſ.41.n.9.& ſeq.lib.1.& latiſſime Pau.
Granu.theorẽ.5.vbi etiã oſtendi opinionem Iul.Clar.
dum loquitur de mentita,non eſſe tutam,teſtaturque
cõtra opinionem Clar.magis communiter Doctores
tenere,quando quis dicit alicui,ipſum falſe & contra
veritatem iniurianti, Tu mentiris ad eius famam &
honorem defendendum, maxime præmiſſa proteſta-
tione de qua ſupra,multosque ad id probandum ad-
ducit. Et ex hac diſtinctione omnia alia , quæ in con-
trarium adduci poſſunt,remouentur,ſtante maxime,
quod multæ coniecturæ & præſumptiones concurrũt,
ex quibus animus iniuriandi à dicto Sebaſtiano ex-
cluditur , quo caſu ſine dubio proteſtationem illam
multum releuare concedit etiam Clar.in d.§.iniuria.
verſi. Sed pone ſolum. affirmans proteſtationem non
prodeſſe,quando apparet, quod proteſtans habebat
animum iniuriandi vere vel præſumptiue , ſecus ſi a-
deſſent coniecturæ,per quas talis proteſtatio adiuua
retur,& oſtenderetur proteſtantem non habuiſſe ani
mum iniuriandi .

Ex quib.cõſtat abſolutioni locum eſſe,quod etiam
fateri oporteret,ſi res eſſet dubia,cũ in dubio pro reo
ſit facienda interpretatio,in mitiorem partem incli-
nando,iuribus vulgaribus,ſtante maxime longa car-
ceratione Domini Sebaſtiani per duos menſes & vl-
39 tra,quæ loco pœnæ ſuccedit : † Et ideo dixit glo.in l.
ſi diutino.verſic. Cum reatu.prope fi. ff.de pęn.ei qui
nimio ſeu diutino carcere grauatus extitit, pœnã mi
norari debere, & eam ſequitur Gramm.conſ.crimin.
63.nu.4.in fi.5.& ſeq.addens rãtionem,quia non de-
bet quis duplici pœna puniri .

*Dominus Sebaſtianus præfatus abſolutus fuit per Re-
uerendiſſimum Dominum Fabium Menechinum Vicele-
gatum Illuſtriſſimi & Reuerendiſſimi Cardinalis Riarij
Peruſia & Vmbriæ Legati anno 1583. vt conſtat ex a-
ctis criminalibus Curiæ Peruſinæ ſub die prima menſis
Iunij .*

ARGVMENTVM.

Pax facta pro abſentibus cum promiſſio
ne de rato, numquid rumpatur , ſi ante
ratificationem ſequatur offenſio .
Si ex noua cauſa quis offenditur , an &
quando pax fracta intelligatur .

SVMMARIVM.

1 *Conſanguinei non obligantur ex promiſſione de non offen-
dendo facta per conſanguineum vſque in tertium gradũ,
niſi illam ratificauerint. Et num.4.*

2 *Pax non dicitur fracta per conſanguineum, pro quo alij pa
cem fecerint, niſi aliter ſtatuto vel cõſuetudine caueatur
vel ille pacem ratificauerit.cum ſeq.*

3 *Ratificatio æquiparatur mandato etiam in requirentibus
ſpeciale mandatum .*

5 *Ratificatio pacis ſeu promiſſionis de non offendendo reſul-
tat,ſi conſanguineis pro quibus fuit facta,intimata fuit,
& illi non contradixerunt .*

6 *Promittens non offendere vſque in tertium gradum, ſi poſt
ratificationem aliquis contrauenit , promittens tenetur
ad pęnas conuentionales. Sed à contraueniente,qui rati-
ficauit,repetere poteſt .*

7 *Promittens pro alio de non offendendo , ſiue promiſerit de
rato , non tenetur ad pœnam , cum pro alio ſe obligare
potuerit .*

8 *Trengua nõ poteſt frangi etiam ex noua cauſa. Et de ratio
ne.num.35.
Sed contra.num.36.*

9 *Noua cauſa nõ excuſat fractoris pacis, treguæ, & cautio
nis de non offendendo ſecundũ Conſtitutiones Põtificum.
Declaratur.num.37.*

10 *Pax ſi fuerit facta pro abſentib.qui non ratificauerunt, &
interim aliquis ex eis offenditur,non committitur pœna.
Etiam ſi poſt offenſionem pacem ratificauerunt . num. 11.*

12 *Pœna pro fractura pacis, ſi ſequitur offenſio ante ratifica-
tionem,non applicatur parti,ſed debetur fiſco .
Sed contra.num.13. Et declaratur.nu.14.*

15 *Pacem faciens pro aliquo cum promiſſione de rato infra
certum tempus , & quod interim non veniet contra , ſi*

poſt tempus ſeqaitur offenſio, aon tenetur ad pœnam conuentionalem, nec ad pœnas, de quibus in Bullis Pontificum, & ſacrarum conſtitutionum, quæ impoauntur frangentibus pacem non alijs.

16 *Verba ſemper intelliguntur, vt referātar ad caſum, in quo locum habere poßunt.*

17 *Dictio, Interim, & ſimilis idem important, quod medio tempore.*

Et reſtringit diſpoſitionem loqaentis ad tempus, cui adiecta eſt. num. 18.

19 *Verba interpretantur contra eum, qui in eis ſe fundat, ēt ſi ſit fiſcus.*

20 *Pacis contractus eſt ſtricti iuris.*

Et ſtricte interpretatur. aum. 21.

22 *Verba pacis reſtringuntar, vt euitetur pœna.*

Et contra eum, qui in illis ſe fundat, interpretatur. nu. 23.

24 *Diſpoſitio quælibet intelligitur, rebus ſic ſtantibus prout erant tempore diſpoſitionis.*

Etiam ſi fuerit iurata. num. 25.

Et noua cauſa ſuperueniente à quælibet diſpoſitione receditur ex præſumpta mente contrahentium. num. 26.

27 *Pax fracta aon intelligitur, ſi ex noua cauſa ſequitur offenſio. & num. 35.*

28 *Cautio de non offendendo ex noua cauſa non frangitur.*

29 *Nouam cauſam ſufficit probare etiam ſemiplene, vel per rumorem, aut famam ad euitandum pœnam.*

30 *Offenſio ex aoua cauſa ſecuta præſumitur, quando cauſa noua iuſtificatur, ſecus ſi præſumpta tantam noua cauſa allegaretur. Et num. 31.*

32 *Noua cauſa etiam iniuſta excuſat à pœna fractæ pacis.*

33 *Noua cauſa excuſat à pœna pacis fractæ, licet ex illa aon fuerit licita offenſio, dummodo ſit talis, quæ offendentem ad iracudiam mouere potuerit.*

34 *Offenſio ex aoua cauſa ſecata prȩſumitur, qaando qais offenſus prius fuerat ex alia veteri cauſa à conſanguineo eius, qui de nouo offendit.*

35 *Tregua differt à pace, & de vna ad aliam non procedit argumentum.*

36 *Bulla Pij Quinti, per quam diſponitur nouam cauſam non excuſare fractores pacis, treguæ, ſeu cautionis de non offendendo, qualiter intelligitur.*

38 *Noua cauſa quādo prohibetur allegari, intelligitur de præſumpta, non de vera.*

CONSILIVM XCVII.

SANTES, Valentinus, & Iulius de Caſtro Sancti Nicolai de Celle proprio nomine, ac Caroli, Adriani, & Franciſci abſentium, pro quibus de rato promiſerunt, ſecerunt pacem cū Cruciano & Porfilio de eodem loco, ſtipulantibus pro ſe, Auguſtino, ac Ioanne Maria filijs ipſius Cruciani abſentibus cum eadem promiſſione de rato. Poſtea Franciſcus offendit Auguſtinum; Et per fiſcum prȩtenditur pacem fuiſſe fractam, pȩnamque deberi.

1 Et iura fiſci tueri videntur, † nā etſi Franciſcus, qui
paci non interuenit, & Auguſtinum offendit ex pro-
miſſione facta per Santem & alios non ſit obligatus,
cum ex promiſſione de non offendendo facta per
conſanguineum per ſe & alios vſque in tertium gra-
dum conſanguinei non ligentur. Pariſ. conſil. 109. co-
lum. 1. lib. 1. Franc. Hercul. in tract. de caut. de non of-
2 fend. cap. 6. in fin. † & ob id de fractura pacis non te-
neatur ex promiſſione fratrum, tamquam illam ipſe
violauerit. Octau. Vulpell. in tract. de treug. & pac.
quæſt. 9. Niſi aliter ſtatuto vel conſuetudine caueretur
ſecundum Hercul. in dicto tract. cap. 15. num. 13.
in fin. Vel niſi probetur Franciſcum pacem ratificaſ-
3 ſe, tunc enim vi ratificationis, † quæ mandato æqui-
pararur, l. fin. C. ad Maced. c. ratihabitio, de regu. iur.
in 6. Pariſ. conſ. 47. num. 33. lib. 1. Crauet. conſil. 455.
num. 1. lib. 3. Etiam in requirentibus ſpeciale manda
tum, l. quod ſi ſpeciali, ff. de minor. Felin. in cap. non-
nulli, §. ſunt & alij. de reſcript. Hieron. Gabriel. conſil.
194. num. 5. lib. 1. Ipſe Franciſcus legalibus & conuen
tionalibus pœnis pacis fractæ teneretur, vt declarat
Vulpell. in d. tractat. quæſt. 53. num. 3. & quæſt. 62. in
4 princ. † quod in cautione de non offendendo firmat
etiam Hercul. in d. cap. 6. in fi. & cap. 15. num. 5. & 7.
qui num. 13. adducit cautelam eatorquendi ratifica-
5 tionem à conſanguineis in pace comprehenſis † ea in-
timatione eis facienda, cui ſi ſtatim conſanguinei nō
contradicant, ratificare videntur, & obligantur. Et
6 ſecuta ratificatione † Santes & alij qui pro Franciſco
promiſerunt, ad conuentionales tantum pȩnas obli-
gati eſſent, vt per Vulpell. in d. q. 9. & quæſt. 53. nu. 3.
q. 61. in prin. & q. 62. num. 2. qui in dictis quæſtioni-
bus 53. & 62. dixit eo caſu principalibus promitten-
tibus contra ratificātes pȩnæ repetitionem concedi:
nihilominus etſi Franciſcus pacem non ratificauit,
iura fiſci cōtra Santem & alios, qui pro Franciſco pa-
7 cem fecerunt, videntur clara, † nō ſolum ſi pax fuiſſet
ſimpliciter inita abſque rati promiſſione, ſed etiam
ſtante promiſſione de rato, cū illi, qui pacem fecerūt,
de ſuo ſe obligauerint, & pro alio ſe obligare potue-
rint, vt plene deduait Vulpel. in d. trac. quȩſt. 53. nu. 3.

Nec Santes & alij videntur excuſari poſſe, allegan
do ea noua cauſa offenſionem eſſe ſubſecutam, quo-
8 niam noua cauſa non videtur ſufficere, † ſicut dicitur
de treugua, quæ ex noua cauſa frangi nō poteſt, ſecun
dum opinionem Vinc. Hiſpan. in c. 1. de treug. & pac.
quam ſequuntur Angel. Paul. de Caſtr. Imol. Cumao.
Alexand. & ceteri in l. ſi ea legati cauſa, ff. de verbor.
obligat. & alij plures, quos referunt Nico. Moron. in
trac. de treug. & pac. q. 117. per totam. & Fran. Hercu.
in tract. de caut. de non offend. c. 13. in prin. Præſer-
9 tim in ſtatu Eccleſiaſtico, † in quo noua cauſa non ex-
cuſat, ſtantibus Conſtitutionibus editis à Pio Papa
Quarto anno 1565. & mēſe Iunij, & à Pio Papa Quin
to anno 1566. & menſe Iunij, quibus diſponitur nouá
cauſam fractores pacis, treuguæ, ſeu fideiuſſores de
non offendendo non excuſare.

Ego tamen in caſu, de quo agitur, contrariæ ſum
ſententiæ, vt ſcilicet pro fractura pacis fiſco nulla de-
tur pȩnæ exactio. Non quidem incidit Franciſcus in
pȩnam pacis fractȩ, quia ipſe ex promiſſione per alios
facta non erat obligatus, vt per Pariſ. Vulp. l. & Her-
cul. ſupra allegatos. Minus etiam pro pœna conueni-
ri poſſunt Santes & alij, qui pro Franciſco ſe obliga-
uerunt, quoniam fuit inter prædictos pax inita, & Sā
tes & alii promiſerunt, quod Franciſcus, & quidā alii
abſentes ratificarēt infra quindecim dies, & interim
non venirent contra. Crucianus vero & Porfilius ſi-
militer promiſerunt, quod Auguſtinus & Ioānes Ma
ria abſentes infra quindecim dies ratificarent, & in-
terim non venirent contra. Nec conſtat, quod Fran-
ciſcus & Auguſtinus ratificauerint, & offenſio in per-
ſonam Auguſtini facta fuit elapſis tribus annis à die
pacis; quibus ſtantibus cenſeo Santem, & alios pȩna
pacis fractæ non teneri, quoniam Auguſtinus nuper
offenſus, cuius nomine erat recepta pax, & qui debe-
bar illam ratificare infra quindecim dies, nūquam il-
10 lam ratificauit, licet defluxerint tres anni, † quando
enim aliquis fecit pacē pro ſe, & aliis abſentibus ſub
certa pȩna obſeruanda, ſi aliquis ea abſentibus ante
ratihabitionem offendatur, non eſt locus pȩnæ, vt di-

ait

xit Bart.in l.ſi vxor,§.ſi quis vxorem, num.4.ff.ad leg.
11 Iul. de adult. † affirmans id locum habere, quamuis
offenſus poſt offenſionem pacem ratam habuerit, &
eum ſequitur Bald. in l. filiusfamilias, numero 4. C.
ad Senat.Conſult. Velleia. ea ratione ſecundum Bal.
quia offenſus ante ratificationem non eſt in pace a-
ctualiter, ſed potentialiter comprehenſus, & eãdem
opinionem amplectitur Dec. conſil. 531. numero 10.
ea vtens ratione, quod ſicut ante ratificationem non
ſunt obligati illi, quorom nomine erat ſacta paa, nec
ipſi habeant alios obligatos, vt ſeruetur æqualitas,
idem firmant Pariſ.conſil.78.numero 49. & ſeqq. li-
bro 1.Port.Imol.conſil.176.numero 8.& 12.Curt.iu.
conſil.52.numero 13.libro 1.Marc.Bron.inter crimi.
diuerſ.tom.2.conſil.94.numero 1.13.& ſequent.Ber-
tazzo.inter eadem crim.conſil.95.per totum eo.tom.
Socin.iun. conſil.103. numero 15. libro 3.late Franc.
Herc.in tract.de caut.de non offend.cap.14.num.6.&
ſeqq. Moron.de treg.& pac.quæſt.132. Vulpel.in tra-
ctat.de pac.quæſt.53.& Maſcar.de probat.vol.3.con-
cluſ.1131. nume.25.cum ſeqq.qui pro eadem opinio-
ne alios multos allegant. Et quia partes non promi-
ſerunt ſimpliciter de rato pro Franciſco & Auguſti-
no abſentibus, ſed quod infra quindecim dies ratifi-
carent, nec infra quindecim dies neque poſtea Augu
ſtinus offenſus ratificauit prædicta magis procedũt,
& ceſſant contraria, vt elicitur ex declaratione Paul.
de Caſtr.in l.bonorum, numero 5. ff. rem rat. haber.
cum quo conuenire videtur Vulpell.in d.quæſt.53.nu
mero 2.verſic.In diuerſam,& numero 3.verſicul. Aut
promiſſum fuit.

12 Et huic fundamento non obſtat, ſi dicatur † prædi
cta procedere reſpectu pœnæ applicandæ parti, non
autem pro pęna, quæ fiſco debetur, licet non ſit facta
ratificatio, vt declarãt Ang.in d.§.ſi quis vxorem, nu.
3.Gozad.conſil.31.numero 16. Rim.iun. conſil.103.
13 nu.10.& ſeqq. lib.1. Reſpondetur enim dictam † con-
cluſionem eſſe admittendam etiam contra fiſcũ, quo
niã promiſſio pęnæ facta fiſco ſtat acceſſorie ad prin-
cipalem promiſſionem, & deficiente ipſa principali
promiſſione reſpectu Auguſtini offenſi, qui pacem nõ
ratificauit, deficit etiam promiſſio pœnæ acceſſoria,
vt in propoſito declarant in d.to.2. cri. diuerſ. Marc.
Brun.conſil.94.num.13.& ſeq.& Bertazol. conſil.95.
14 nu.8.& ſeqq. Vel contraria procedere poſſent, † quan
do ſimpliciter eſſet facta pax etiam nomine aliorum
abſentium abſque aliqua rati promiſſione, tũc enim
cum promittens potuerit pro alijs ſe obligare, & ſe
obligauerit, tenetur ad pęnam etiam nulla ſecuta ra
tificatione, quia eo caſu non deficit promiſſio princi-
palis, ſed quando quis promiſit, quod abſens ratifica
ret infra certum tempus (prout euenit in caſu de quo
agitur) non videtur, quod faciens pacem voluerit ſe
pro abſente obligare, ſed quod obligatio reſpectu ab
ſentis exoriatur ex propria ratificatione, & ideo ſi il-
le abſens, qui ratificare debebat, non ratificauerit, de-
ficit eo caſu promiſſio reſpectu nõ ratificantis, & con
ſequenter ceſſat etiam pœna tamquam acceſſoria, ſe-
cundum opinionem Brun.& Bertazol.pro qua decla-
ratione faciunt adducta poſt Caſt.in l.bonorum, nu.
5.per Vulpell.in allegata q.53.nu.2.& 3.

Vlterius quia quando aliquis ex cõprehenſis in pa
ce alium offendit, ille qui pacem fecit & pro abſenti-
bus promiſit, tenetur tantum ad pęnam conuentio-
nalem, vt dixi ſupra poſt Vulpel.in dictis qq.9.53.61.
15 & 62. † non video, qua pęna teneantur ibi Santes &
fratres, qui paci interuenerunt, quoniam in duobus
caſibus ad pęnã ſe obligauerunt, nec aliquis ex dictis
caſibus euenit: Promiſerunt enim, quod Franciſcus
& alij ratificarent pacem infra quindecim dies, &c. &
interim non venirent contra ſub infraſcriptis pęnis,
ad quas teneri voluerunt de eorum proprio. In fine
autem promiſerunt pacem habere ratam, & contra
non venire ſub pęnis, de quibus in Bullis Summorum
Pontificum & Sacris Conſtitutionibus, &c. Et dum
ſupra pacem contrahentes ſe obligauerunt ad pęnas
inferius expreſſas, intelligitur non in caſu, in quo no-
minati non ratificarent infra quindecim dies, ſed in
euentum in quem venirent contra pacem, Tum quia
verbi inſtrumenti id importanc, Tum etiam quia pę
næ, de quibus in Bullis Summorum Pontificum, &
Sacris Conſtitutionibus, ad quas contrahentes ſe re-
tulerunt, imponuntur tantum frangentibus pacem,
16 nec in alio caſu poſſunt verificari, † & verba ſemper in
telliguntur, vt referantur ad caſum, in quo locum ha-
bere poſſunt, vt probat text.in l.1.§.lex Falcidia, ff.ad
leg.Falc.& ibi Bar.Ruin.conſil.165. num.10. lib.2. Et
in caſu in quo Franciſcus & alij veniſſent contra pa-
cem, in quo pacem facientes ad pęnam ſe obligaue-
runt, promiſſio non erat intelligenda ſimpliciter, ſi
quocũque tempore illi abſentes veniſſent contra pa-
cem, ſed quatenus infra quindecim dies contraueniſ
ſent, quoniam promiſerũt, quod abſentes infra quin-
decim dies ratificarent pacem, & interim non veni-
17 rent contra, † & dictio, Interim, & ſimiles denotant
idem quod medio tempore l.qui ad certum, ff.locat.l.
ſi chorus, in fin.ff.de leg.3.l.ſi libertus, §.in quæſtioni-
bus.ff.ad municip.Rim.iunior conſil.244. num.48.&
18 71.libro tertio. † reſtringuntque diſpoſitionẽ loquen
tis ad tempus, cui adiecta ſunt, vt poſt Card.in Clem.
2.§.1.de ætat.& qualit.& Grat.conſi.81, num.26. lib.
2.dixit Rim.iunior in d.conſilio 244.numer.277.& ſe
quen. Vnde cum promiſerint, quod ratificarent infra
quindecim dies, & interim non venirent contra, intel
ligitur, quod interim videlicet medio tempore infra
dictos quindecim dies; Sed in caſu, de quo agitur, con
trauentio nõ eſt ſecuta infra quindecim dies, ſed poſt
tres annos, ideo pœnæ non eſt locus, cum non euene-
rit ille primus caſus in quo pœna fuit promiſſa. Et li-
cet hæc intelligentia eliciatur ex claris verbis inſtru
19 menti, eſſet etiam in dubio ſumenda, nam † quando
verba poſſunt in plus vel in minus interpretari, ſem-
per interpretantur contra ſe fundantem in eis, & ſic
contra fiſcum, vt per text.in l.veteribus, ff.de pact.l.ar
borem, §.hæc lex, ff.de ſeruit.vrb.præd.& not.per Ale.
conſi.61.num.1.ver.Et in dubio, libr.1.dixit Tib.De-
cia.conſil.13.nume.62.lib.2 Quod procedit etiam in
20 contractu pacis, † cum & ille ſit ſtricti iuris, ſecũdum
Bald.conſil.195.numero 7.in fin. & 8.libro ſecundo,
21 & in eo † ſtricta ſit facienda interpretatio. Paul. de
Caſtr.conſil.295.num.3.in fi.lib.1.Soc.iun.conſil.103.
num.2.lib.3.Bertazzol.conſil.crim.30. num.13. libro
22 1. † Eiuſque verba ſint reſtringenda ad pœnæ euita-
tionem, l.quidquid reſtringendæ, ff.de verborum obl.
in propoſito Bertazzol. conſil.crim.98. num.13.lib.1.
23 ac † cõtra fundantem ſe in eis interpretari debent, vt
poſt Corn. & Nouell.dixit Bertazzol. dicto conſilio
30.numero 14. Minus etiam eſt locus pęnæ ob promiſ
ſionem, de qua in fine inſtrumenti, dum dicitur, quod
contrahentes promiſerunt pacem habere ratam, illi-
que non contrauenire ſub dicta pęna, quoniam con-
trahentes ipſi pacem ratam habuerunt, nec ipſi mo-
do aliquo contrauenerunt.

Poſtremo moueor principaliter pro defenſione Sã
tis & aliorum, ex eo quod præſupponitur Frãciſcum
24 nona cauſa offendiſſe Auguſtinum, † & quia quælibet
diſpoſitio interpretatur, ac intelligitur, rebus ſic ſtan
tibus, prout erant tempore diſpoſitionis, & alia

cauſa non ſuperueniente,l.quæro,§.inter locatorem,
ff.locat.Roman.conſil.183.colum.fin.verſic. Hoc pri-
mum manifeſte.Soc.ſenior conſi.27.nu.22.lib.4.Etiã
25 ſi † ſit iuramento confirmata.Pariſ.conſi.24.num.73.
lib.2.conſi.72.num.45.lib.1.Afflict.deciſ.328.num.4.
Natt.conſil.50.num.2.lib.1.Deci.conſil.335.nume.4.
26 † Et noua cauſa ſuperueniente licitum eſt à qualibet
diſpoſitione recedere ex veriſimili mente contrahen
tium,cum veriſimile ſit,quod ſi de ſuperuenientia no
uæ cauſæ cogitaſſent,diſpoſuiſſent promiſſionem non
eſſe ſeruandam. Petr. de Anch.conſil.83. Deci.conſil.
335.num.3.& ſeq. & late probat Rim.iuni.conſil.59.
27 num. 74. & ſeq. lib.1. Sequitur † quod ex noua cauſa
ſuperueniente licitum fuerit recedere à pace, & per
offenſionem ex noua cauſa ſubſecutam,pacem fractã
non fuiſſe, nec offendentem in pęnam incidiſſe , cum
ſolum ex veteri cã pax facta & pœna promiſſa intelli
gatur.Bar.in l.aut facta,§.cauſæ,vbi Alex.in addit. ff.
de furt.Bal.in c.1.de treg.& pac.Rom.d.conſ.183.col.
fi.Iaſ.Claud.de Seiſel.Dec.Curt.Rim.Alciat.& ceteri
in l.cum proponas la 2.C.de pact.Bar.Paul.de Caſtr.
& Alex.in l.qui ſeruum,ff.de verb.oblig.vbi Iaſ.num.
2.Bart.& Ang.in l.qui inſulam, ff.eo.tit.vbi Alex.col.
1.& 2. de communi teſtatur. Tob. Noni. conſil.110.
nu.8. conſi.11.nu.1.& 26. Menoch.conſil.244.nu.36.
lib.3.Marſ.ſing.503.& conſi.119.nu.1.Quæ opinio re-
ceptiſſima eſt,vt affirmant Soc.iun.conſ.103.nume.7.
lib.3.Pariſ.conſ.165.nume.26.lib.4.Vulpell.conſ.67.
num.6.& in tract.de pace,q.45.nume.4.& ſeq.Franc.
Hercul.de cautio.de non offend.c.13.nu.3. Moron.de
treg.& pac. q.112.nume.5.& latius q.118. per totam;
28 Quam concluſionem etiam † in promiſſione de non
offendendo procedere,& communiter approbari te-
ſtatur Iul.Clar.in pract.crim.§.fi.quæſt.47. verſi.Quæ
ro nunc. dummodo ſecundum eum de veriſimili no-
ua cauſa appareat, & qui offendit illam nouam cau-
ſam non procurauerit,ſeu illi cauſam non dederit.Et
late Maſcard.de probat.vol.3.concluſ.1131.num.27.
cum ſeqq. vbi dicit communem.

Quod autem noua cauſa ſuperuenerit,in facto ple
29 ne iuſtificari poſſe præſupponitur,†& ſatis eſſet ad e-
uitandam pęnã pacis fractæ ſi non plene,ſaltem ſemi
plene eam probare per vnum teſtem,vel per rumorẽ,
aut famam.Alex.conſil.115.in fi.lib.4.Franc. Hercul.
in d.cap.13.num.12.Moron.de treg.& pac.queſt.113.
30 num.3.& ſeq. Et iuſtificata noua cauſa, † ex illa non
autem ex veteri offenſio facta præſumitur, cum in du
bio potius ex noua cauſa, quam ex veteri pax rupta
præſumatur.Roman.conſ.183.in fin.Bald.in l.ſi præ-
dium, col.fin.C.de edilit.actio. Iaſ.in d.l.qui ſeruum,
nume.2.Pariſ.d.conſ.165.num.26.Ruin.conſil.10.nu.
12. lib.4. Tob.Noni. conſil.111. nu.7.Rim.iun.conſil.
101.num.7.lib.1.Marſi.ſing.503.in fin. Moron. in d.q.
113.per totum. Maſcard. de communi, in dicta con-
cluſio.1131. nume.38.quæ præſumptio bene ſumenda
eſt in caſu de quo agitur, cum iuſtificari vere poſſit fa
ctum,ex quo dicitur offenſionem eſſe ſubſecutam, &
probato facto, id eſt noua cauſa præſumptio exori-
31 tur,quod ex ea offenſio facta fuerit, † licet ſi de cauſa
præcedente non conſtaret,ſed allegaretur cauſa præ-
ſumptiua, & quod ex ea ſecuta ſit offenſio, aliud dici
poſſet,prout declarant Hercu. in d.c.13. nu.9. & Mo-
ron.d.q.113.num.8.& ſeqq.

Et quia noua cauſa,quæ allegatur,eſt vrgentiſſima,
ſine dubio dicendum erit, ex ea non autem ex veteri
32 Auguſtinum fuiſſe offenſum,& à pęna excuſare,† præ
ſertim quia noua cauſa etiam iniuſta excuſat à fractu
ra pacis,& eius pęna. Alex.conſi.19.num.2.lib.1. Mar-
ſil.ſing.503.& conſi.119.num.2.Iaſ.in d.l.qui ſeruum,
num.2.Hercul.in d.c.13.nume.10. Tob. Noni.d.con-
ſilio 111.nume.27.& ſeqq.& inter crim.diuerſ.tom.1.
conſil.152.num.13.& Philipp.de Vbald.in ſubſcript.
conſil.ſequentis 153.num.2.& in tantum noua cauſa
34 etiã iniuſta excuſat à fractura pacis, † quod licet ob
illam nouam cauſam nõ fuerit licita offenſio, ſi tamẽ
fuit talis,quæ offendentem ad iracundiam,quę etiam
in probo viro cadere poſſit,mouere potuerit, licet of-
fendentem à delicti pęna non excuſet, præbet tamen
excuſationem à conuentionali ſeu alia pęna pacis fra
ctæ,vt poſt Bal.conſi.195.lib.2.& Alex.d.conſil.19.de
clarat Vulpell.in d.tract.de pace,q.48.per totã.maxi
me num.7.& ſeq. & quod cauſa noua quæ offendentẽ
ad iracundiam moueat, ſit ſufficiens, vt à pęna pacis
fractæ eum excuſet,poſt Rom.in conſ.183.col.fi.dixit
Tob. Noni. d.conſ.111.nu.28. Sed cauſa quæ adduci-
tur,fuit vrgentiſſima,& quemlibet ad maximam ira-
cundiam mouere debuiſſet, ideo ex ea offenſio facta
præſumitur,& pęnæ locus non eſt.Quod eo magis af-
firmari oportet in caſu,de quo agitur, cum præſuppo
natur ante factam pacem Valentinum fratrem Fran-
ciſci offendiſſe Profilium fratrem Auguſtini,& dicta
34 de cauſa fuiſſe factam pacem,† & quia pars Auguſti
ni ex antiqua cauſa fuerat offenſa à patre Franciſci,
non eſt præſumẽdum, quod Franciſcus voluerit offen
dere Auguſtinum ex eadem veteri cauſa,& ſic addere
malum malo,ſed ex noua & ſuperuenięti cauſa offen-
ſio ſubſecuta præſumitur, vt conſiderat Hercul. in d.
c.13.nu.9.ver.Maxime autem, quem ſequitur Mago.
in dec.100.nu.19. Rotæ Lucenſ.

Et prædictis non obſtant ea,quæ pro fiſco conſide-
rabantur,illa quidem procederent, ſi aliud non pro-
baretur, ſed quia ab Auguſtino non fuit pax ratifica-
ta,& offenſio facta fuit ex noua cauſa poſt tres annos,
omnia in contrarium allegata remouentur, vt abun-
de ex iam dictis demonſtratur.

Minus obſtat,quod dicebatur nouam cauſam non
excuſare,ſicut de tregua dixit Vinc.Hiſp.quem mul-
ti ſequuntur, Reſpondetur enim
35 Primo,quod ipſi loquuntur de tregua † ea ratione,
quia tregua fit ad tẽpus, & finita tregua quis poteſt
iniurias vlciſci, propterea debet expectari lapſus tẽ-
poris treguæ, quæ ratio non militat in pace, quæ eſt
perpetua,ideo de tregua ad pacem non poteſt infer-
ri, vt ſentiũt omnes, qui opinionem Vincentij ſequun
tur,& declarat Iaſ.in l.cum proponas,la 2.nu.6.pro-
pe finem,C.de pact.
36 Secundo dicitur † opinionem Vincen.Hiſpan.verã
non eſſe, & procedere poſſe ſecundum conſuetudinẽ
Hiſpaniæ tantum, ſecundum quam ipſe loqui vide-
tur,vt dicunt Imol.in l.qui ſeruum, ff.de verb.obliga.
Corne.conſilio 42.lib.2.& Hercul.in d.c.13.num.4.&
quod opinio Vincent.non ſit de iure vera,ſed commu
niter damnata,clare oſtenditur per Hercul. in d.capi
tu.13.numero tertio. Moron.de treug.& pace.q.118.
per totam, qui multos alios allegant pro communi
opinione contra Vincentium, & etiam de communi
teſtantur.

Nec allegatio nouæ cauſæ erit prohibita per alle-
gatas conſtitutiones Pij Quarti,& Pij Quinti,quoniã
conſtitutio illa Pij Quarti,quæ generalis erat,fuit re-
uocata per Pium Quintum, & hodie ſola conſtitutio
Pij Quinti attendi debet,quæ nullo modo nocet.
37 † Primo quia decreuit Pius Quintus nouam cau-
ſam non excuſare principales tantum, videlicet qui
fuerunt cauſa pacis,treguarum, ſeu fideiuſſionum de
non offendendo, ſi ipſi aliquo modo, ſeu aliquis eo-
rum in dictis fractionibus interuenerint, videlicet ſi
aliquia ex dictis principalibus aliquẽ ex cõprehenſis

in

in pace offenderit, vel ipſe ab aliquo ex comprehenſis offendatur. Si vero ſuptadicti principales in fractione pacis, treguæ, ſen fideiuſſionis de non offendendo non interuenerint, ſtaruit Pontifex ipſos eorumque conſanguineos & fideiuſſores nonam cauſam allegare poſſe, & ea probata excuſari debere, vt clare in dicta conſtitutione Pij Quinti legitur, quæ conſtitutio non nocet Sancti, & alijs, ſed eorum intentionem probet, quoniã Santes, Valentinus, & Iulius, qui promiſerunt pro Franciſco, Carolo, & Adriano abſentibus fecerunt pacem eum Cruciano & Porfilio præſentibus, & promittentib. pro Auguſtino & Ioanne Maria abſentibus, & cauſa pacis fuerunt Valentinus & Porfilius, quia Valentinus prius offenderat Porfiliũ, & ob dictam cauſam fuit deuẽtum ad pacem, & quia in fractione pacis non interuenerunt illi, qui fecerũt pacem, præſertim Valentinus & Porfilius, qui fuerũt cauſa pacis, & qui ſecundum conſtitutioné Pij Quinti poſſunt appellati principales, põderando verba dictæ conſtitutionis, ibi, Principales tantum, videlicet, qui fuerũt cauſa pacis &c. ſed pax præſupponitur fracta per offenſionem Franciſci in perſonam Auguſtini, qui non ſunt principales, nec fuerunt cauſa pacis, nec paci interuenerunt, ſine dubio noua cauſa etiam ab illis, qui pacem fecerunt, allegari poteſt, & eos excuſar, cum etiam principales nouã cauſam allegare poſſint, quando eorum aliquis in fractione non interuenit, vt dicitur in dicta conſtitutione ibi, Si vero ſupradicti principales & c. in fractione non interuenerint, ipſos eorumque conſanguineos & fideiuſſores & cet. nouam cauſam allegare poſſe, & ea probata excuſari &c. Et hoc ponderatis verbis dictæ cõſtitutionis clariſſimum puto, quod etiam explicat Tob. Noni. conſ. 111. num. 14.

38 † Secundo ex abundanti attentari poſſet conſtitutionem illam etiam, quatenus de principalibus loquitur, non procedere indiſtincte, ſed ſolum in dubio, quando ſcilicet noua cauſa de iure præſumeretur, & ex illa præſumpta noua cauſa pax fracta allegaretur, ſed quando noua cauſa vere probatur, & vere conſtat ex ea ſecutam eſſe offenſionem, tunc noua cauſa excuſat, & conſtitutio locum non habet, vt declarat Bero. conſ. 198. num. 15. & ſeq. lib. 3. Hercul. in d. tract. c. 13. nu. 5. ver. Secunda declaratio. Berta. conſ. crim. 547. num. 21. lib. 1. & Maſcard. de probat. vol. 3. concl. 1131. num. 37. Sed Santes & alij clare probabunt nouam cauſam, ex eaque noua cauſa Auguſtinũ fuiſſe offenſum. Ideo conſtitutio illa etiam reſpectu principaliũ euitati poſſet, quatenus aliquis ex principalibus fractioni pacis interueniſſet.

Fiſcus non moleſtauit amplius prædictos, pro quib. ego reſpondi, & propterea nihil fuit deciſum.

ARGVMENTVM.

Raptus quando, & cum quó committatur, & de eius pœna.

Sodomita qua pœna puniatur, & nunquid affectus puniatur, non ſecuto effectu.

Pro auxilio quo caſu quis puniri poſſit, & qua pœna.

Quando quis poteſt facete quod non ſequatur delictum, ſi id non facit, an in pœnam incidat.

SVMMARIVM.

1 *Raptus committitur, quoties quis de loco ad locum contra eius voluntatem ducitur libidinis cauſa.*
Declaratur num. 25.

2 *Pœna mortis imponitur pro raptu virginis.*
Amplia etiamſi maſculus fuerit raptus. num. 3.

4 *Affectus punitur non ſecuto effectu, quãdo fuit deuentum ad aliquem actum exteriorem.*

5 *Sodomita punitur pœna mortis & igne crematur, non autem ferro interficitur.*

6 *Auxiliator punitur eadem pœna, quæ principali imponenda eſſet.*

7 *Delictum ſi quis euitare poteſt prohibendo, vel aliter, ſi nõ euitat, punitur pœna extraordinaria.*
Sed contra. num. 34. vbi declaratur.

8 *Conatus & affectus non punitur criminaliter, non ſecuto effectu. Et num. ſeq.*

9 *Leges omnes punientes conatũ, non ſecuto effectu, fuerunt abrogatæ per generalem conſuetudinem.*

10 *Conatus ſi ſtetit in ſola voluntate cum conſenſu rationis ſine actu exteriori non punitur.*
Et quando deuentum eſt ad actum exteriorem, tunc punitur, quãdo ille actus eſt valde propinquus delicto, & quaſi de eſſe eius, & quaſi pars intrinſeca eius. Secus ſi ſit remotus. num. 11.
Intellige quando actus non fuit perfectus ob aliquod impedimentum, ſed ſi ſponte pęnituit, non punitur aliqua pœna num. 12.

13 *Auxiliator, vt contra auxiliatorem procedi poßit, prius conſtare debet de delicto eorum, quibus prætẽditur fuiſſe præſtitum auxilium. Sed ſi de delicto principali non apparet, contra auxiliatorem nec inquiri poteſt.*

14 *Mulieri aſſerenti fuiſſe ab aliquo carnaliter cognitam nõ creditur.*

15 *Teſti aſſerenti fuiſſe ab aliquo carnaliter per ſodomiam cognitum non creditur, nec ad faciendum iudicium.*

16 *Delicti plena & vera probatio exigitur, vt ex delicto vnius contra alium procedi poſſis.*

17 *Auxiliator, vt contra auxiliatorem procedi poßit, conſtare debet de delicto principalis ex proceſſu facto contra auxiliatorem, nec ei nocet proceſſus factus contra principalem.*

18 *Confeſſio principalis non probat delictum, vt contra auxiliatorem procedi poßit.*

19 *Sententia lata contra principalem non afficit imputatum pro auxilio.*
Et minus ſententia lata ob fictam contumaciam. nu. 21.

20 *Cõfeßio vnius nõ nocet alteri, qui ex eius delicto tenetur.*

22 *Auxiliator liberatur abſoluto principali.*

23 *Auxiliator, vt pro auxilio teneatur, exprimendum eſt in querela eũ exſtitiſſe, vt alij facilius delictũ cõmitterẽt.*

24 *Auxiliator non dicitur, quando plures non fuerunt principaliter coadunati ad committendum delictum, ſed caſu, tunc enim quilibet tenetur de eo tantum quod fecit.*

25 *Raptus non cõmittitur, quando aliquis de loco ad locũ ducitur non animo retinendi, ſed cauſa cõmodioris coitus.*

26 *Raptus nunquid conſideretur, quando non rapitur virgo, ſeu mulier Deo dicata, ſed maſculus.*

27 *Conatus etiam cum actu exteriori non punitur pęna ordinaria, non ſecuto effectu, ſed extraordinaria tantum.*
Amplia etiam in crimine Sodomiæ nu. 28.

29 *Minor punitur pœna extraordinaria tantum maxime in delictis carnis. & nu. 30.*

31 *Auxiliator non tenetur eadem pęna, ſed extraordinaria tantum, quãdo delictum fuiſſet commiſſum, etiam ſi auxilium non fuiſſet præſtitum.*

32 *Pęna quãdo minorari debet, & loco ordinariæ imponitur extraordinaria, illa non debet eſſe corporis afflictiua.*

33 *Minori non poteſt imponi pœna corporis afflictiua, quando pœna commutatur propter minorem ætatem.*
35 *Carceratio longa eſt loco pœnæ, & multum operatur ad pœnæ diminutionem.*
36 *Puniri quis non debet duplici pœna.*

CONSILIVM XCVIII.

FORTVNATVS de Terra Baſchij carceratus ſub prætextu, quod quendam Franciſcum puerum, per viam tranſeuntem, per brachium acceperit, eumq́ue duxerit ante oſtium ſtabuli, & ibi eum dimiſerit, B, & C, qui in ſtabulum illum induxerunt, & carnaliter cognouerunt, Sodomiæ nefandiſſimum delictum committentes. Conſiderato proceſſu informatiuo, formato per Dominum Poteſtatem dictæ Terræ, videtur acriter puniendus.

Primo quia Fortunatus accepit puerum illum, per
viam tranſeuntem, & de loco ad locum libidinis cau
1 ſa duxit, † & quoties quis alium contra eius volun-
tatem de loco ad locum libidinis cauſa ducit, raptũ
committit, l. raptores virginum. & ibi Paul. de Caſtr.
C. de epiſc. & cler. Bald. in l. ſed eximendi. & ibi Alex.
ff. ne quis eum. Boſſ. in tract. crimin. in tit. de rapt. mu
2 lier. nu. 3. Iul. Clar. in §. raptus, in prin. † & quia de iu-
re pro raptu pœna mortis imponitur, l. 1. C. de raptu
virg. d. l. raptores, C. de epiſc. & cleric. l. qui cætu, §. qui
vacantem, ff. ad leg. Iul. de vi publ. Marſ. conſ. 60. nu. 1.
& conſ. 61. nu. 1. Boſſ. in d. tit. de rapt. mulier. nu. 14 Iul.
Clar. in d. §. raptus. ver. Sed quæro. vbi de communi te
3 ſtatur. † Non ſolum quando virgo rapitur, prout lo-
quitur tex. in d. l. 1. ſed etiam quãdo maſculus raptus
fuerit à maſculo libidinis cauſa, vt dixit Bal. in d. l. 1.
& ſequitur Carrer. in pract. crim. in tit. de homicid.
in to. excuſat. §. incip. Nunc nata occaſione, nu. 30. fo-
lio 174. Fortunatus mortis pœna puniendus videtur.

Secundo eo magis Fortunatus reus criminis reddi
tur, quoniam faſſus fuit accepiſſe dictum puerum per
brachium, vt eum carnaliter cognoſceret, ac ſtupra-
ret, & licet ad effectum non deuenerit, nihilominus
quia accepit puerum per brachium, & eum ante o-
4 ſtium ſtabuli duxit, videtur ex affectu † puniendus,
cum quis ex affectu, etiam non ſecuto effectu, pœna
afficiatur, quando affectus non ſtetit in terminis ſim
plicis cogitationis, ſed eſt deuentum ad aliquem ex-
teriorem actum, l. is qui cum telo, C. de ſicar. l. ſi quis
non dicam rapere, C. de epiſc. & cler. cap. 1. iunct. glo.
1. & ibi Abb. de præſumpt. & Felin. qui pro regula id
ponit in ſuo tractatu, quando conatus puniatur. to
prin. & quia delictum, quod committere intendebat,
5 erat Sodomiæ, † pro eo pœna mortis puniri debet, l.
cum vir nubit in feminam, C. de adult. §. lex Iulia. In-
ſtit. de public. iud. Ang. Aret. Auguſt. & Bonif. de Vi-
tal. quos refert & ſequitur Socin. iunior conſ. 7. num.
3. lib. 3. vbi de communi teſtatur, quæ ſecundum con-
ſuetudinem interpretatur, non vt ferro morti trada-
tur, ſed quod igne comburatur, vt poſt Ang. in d. l. cũ
vir. Afflict. & alios dixit Iul. Clar. in §. Sodomia, verſ.
ſed quæro.

Tertio quia dicti, B, & C, ad actum deuenerunt, &
puerum præpoſtera venere carnaliter cognouerũt, &
ſic ipſi pœnam vltimi ſupplicij merentur, eadem pœ-
na videtur plectendus Fortunatus, qui puerum per
viam tranſeuntem accepit, & conduxit ante oſtium
ſtabuli, in quo ſtuprum commiſſum fuit, cum ex iſtis
videatur præſtitiſſe dictis deliquentibus auxilium
6 cooperatiuum ante delictum, & † auxiliator punitur
eadem pœna, quæ principali delinquendi imponenda
eſſet, l. nihil, ff. ad leg. Corne. de ſicar. Bar. in l. is qui
opem, nu. 5. ff. de furt. Marſ. in l. ſi in rixa, nu. 29. ff. eo.
tit. Boſſ. qui de communi teſtatur in titu. de homicid.
nu. 37. Boer. deciſ. 167. Menoch. de arbitr. ind. quæſt.
lib. 2. cent. 4. caſu 349. nu. 3. vbi dicit hanc opinionem
eſſe magis receptam, & poſt alios multos commu. di-
cit Iul. Clar. in pract. crim. §. fin. quæſt. 90. in prin.

Poſtremo ſi prædicta ceſſarent, non deberet Fortu
natus dimitti impunitus, ſed ſaltem extraordinaria
pœna puniendus eſſet: ſciebat enim quod B, & C, in-
tendebant committere delictum Sodomiæ, & etiã au
diuit puerum acclamantem, quando illi cum eo tem
7 habebant, † & quando aliquis notitiam habet ab alio
delictum committi, & illud euitare poteſt, prohiben-
dò, vel acclamando, aut aliter, ſi tacuit, & non prohi-
buit, videtur in culpa conſtitutus, ob quam iuris ca-
nonici diſpoſitione attenta pœna extraordinaria pu
niri debet, ſecundum Curt. ſen. conſil. 41. & late pro-
bat Hieronym. Cagnol. in l. culpa caret, nu. 10. & 11.
ff. de reg. iur. vbi etiam dicit Doctores ita communi-
ter tenere.

Sed melius proceſſu ac propoſita facti ſpecie con-
ſideratis, arbitror contrarium de iure reſponden-
dum eſſe, & Fortunatum dictis pœnis puniri non de-
bere.

Non quidem poteſt Fortunatus pro Sodomia pu-
niri, quia ipſe ad actum non deuenit, & hoc in facto
eſt clariſſimum. Et quamuis habuerit animum com-
mittẽdi ſtuprum, & ob id puerum acceperit, & vſque
ad oſtium ſtabuli duxerit, ex hoc in pœnam non in-
8 cidit, † quoniam conatus & affectus non debet cri-
minaliter puniri, quando effectus non eſt ſecutus,
Bald. in l. data opera, C. qui accuſ. non poſſ. Iaſ. conſil.
9 167. nu. 9. lib. 4. † Præter quam quod ex generali con-
ſuetudine Italiæ & totius orbis leges omnes, quibus
cauebatur conatum puniri non ſecuto effectu, fue-
runt abrogatæ, & hodie amplius non ſeruantur. An-
gel. Paul. de Caſtr. & alij, in l. 1. §. hæc autem verba, ff.
quod quiſq. iur. Iaſ. conſil. 111. numero 5. lib. 1. & ibi
Franc. Becc. in addit. in litera A, concordantes al-
legat. Iaſ. conſil. 167. num. 9. libro 4. Curt. iun. conſil.
237. num. 31. libro 3. Grammat. deciſ. 2. num. 8. 9. &
14. & deciſ. 74. num. 11. & ſeq. Boer. deciſ. 316. num. 3.
Gand. de maleſ. in titu. de reb. non portand. circa fin.
Bald. conſ. 361. in fin. lib. 1. Marſil. conſil. 51. num. 14.
Burſat. conſ. 94. num. 31. lib. 1. Iul. Clar. in pract. cri-
min. §. fin. quæſt. 92. vbi dicit vidiſſe pluries in Senatu
pro hac opinione iudicari, & multos pro ea allegat,
etiam qui de communi teſtantur; & alio in caſu, de
quo agitur, affectus ille non eſſet punibilis, quia For-
tunatus non deuenit ad aliquem actum luxuriæ, ſed
puerum per brachium accepit, & ſtatim illum dimi-
10 ſit, † & quando conatus non habet actum exterio-
rem, ſed ſtetit in ſola voluntate, etiam cum conſenſu
rationis regulariter non punitur, l. cogitationis, ff. de
pœn. Salicet. in d. l. is qui cum telo. Felin. in d. tractat.
11 quand. conat. puniat. num. 4. † immo etiam quando
deuentum eſt ad actum exteriorem, eo tantum caſu
locus eſt diſpoſitioni iurium, quæ dicunt conatum
non ſecuto effectu puniri, quando deuentum eſt ad
actum, qui ſit multum principaliter propinquus de-
licto, & quaſi de eſſe eius, & quaſi pars intrinſeca
eius, vt poſt Bald. in d. l. ſi quis non dicam rapere, co-
lum. 3. dixit Capic. deciſ. 126. num. 2. in fin. & ſequi-
tur Carrer. in pract. crimin. §. incip. ſequitur de man-
datario. num. 8. & 9. fol. 130. ſecus ſi eſſet tantum de-
uẽtum ad actum exteriorem & remotum ab ipſo de-
licto, eo quidem caſu iura illa non procedunt, & co-

natus

natus non punitur, ita Iul.Clar.in d.§. fi.quæſt.92. in
fin.Menoch.de arbit. iud.quæſt.lib.2.cent.4 caſ.360.
nu.10. Sed Fortunatus ad actũ aliquem maxime pro
ximum delicto non deuenit; ideo ceſſant pœnæ, quæ
pro conatu imponuntur. Quod ſine probabili diffi-
cul tate fateri oportet in caſu noſtro, in quo Fortuna
tus, qui à principio habebat animum ſtuprandi pue
rum, potuit ſuum deſiderium explere, & nihilomi-
nus ſponte nulloque ſubſiſtente impedimento ab il-
12 lo abſtinuit, puerumque dimiſit. † Conatus enim cũ
actu exteriori tunc habetur in conſideratione, quan-
do actus non eſt perfectus ob aliquod impedimentũ
facti, quod ſuperuenerit, propter quod quis fuit coa-
ctus ab opere deſiſtere, in a.gloſ.in l.qui ea mente, ff.
de furt.& not.per Grat.conſil.136.num.26. lib.1. ſed
quando (vt hic accidit) qui potuit commode delictũ
committere, ſponte pœnituit, & à delicto ſe abſtinuit,
affectus ſeu conatus impunitus remanet, d.l. qui ea
mente, & ibi gl.l.qui falſam, ff. de falſ. & ibi Hippol.
de Marſil.num.25.Fel.in tract.quand.conar. puniat.
nu.2.Didac.Couar.in cap.ſi furioſus. de homi.in re-
lect.2.par.in initio.num.6.in fin. Grat.conſil.73.nu-
me.18.lib.2.Hieron. Gabriel. qui hoc receptiſſimum
eſſe teſtatur in conſil.172.nu.3.lib.1.

Minus puniri debet Fortunatus eo prætextu, quod
auxilium cooperatiuum præſtiterit illis, qui cum pue
13 ro ſtuprum commiſerunt, † quoniam vt contra ali-
quem vti auxiliatorem procedi poſſit, conſtare debet
de delicto eorum, quibus prætenditur auxilium præ-
ſtitum, ſed ſi de delicto principali plene nõ apparet,
non ſolum non poteſt quis pro auxilio puniri immo
nec contra eum inquiri debet. Bart.l.ſi is qui rem.§.ſi
tu Titium. in fine, ff.de fur.& ibi Alexand.in addit.in
littera C, de communi teſtatur. Salicet.Calder.& Pe
trus de Anchar. communicato conſilio inter conſi-
lia Anchar.conſil.216. aliàs 217. incip.Nos Bartho
lomæus in fine, Alexand.conſil.15.num.10. conſi.99.
num.4.verſic.Præterea, vbi de communi teſtatur, li-
bro 1.Boſſi.in tit.de delict. num.34. Marſil. in pract.
crimin.§.conſtante, nume.40. Tob.Non. conſil.101.
nume.7. Vulpel. conſil. crimin. 113. nume.9. Sed in
caſu, de quo agitur, non probatur, quod B, & C, ſtu-
prum cum dicto puero commiſerint, iccirco eius oc-
caſione non poteſt contra Fortunatum pro auxilio
procedi.

Quod autem ſtuprum non probetur, elicitur ex ꝓ
ceſſu, cum de eo deponat ſolus ille puer, qui præſup-
ponitur ſtupratus, cui dũ ſe dicit fuiſſe ab illis carna-
liter cognitum, fides non adhibetur, præſertim quia
14 facit ſe ſocium criminis, † ſicut dicitur de muliere,
cui non creditur, dum aſſerit fuiſſe ab aliquo carna-
liter cognitam. Alexand.conſil.157. in princip.lib.5.
Grammat.conſil. crim.45. in princ. Horat.Luc.inter
crimi.diuer. conſil.161. num.10. tom.1. Roſſel. inter
dicta crimi.tom.2.conſil.12.num.4. Boer. deciſ.319.
nume.7. Nec etiam reſpectu torturæ indicium facit.
Crauet.conſil.41.in princ.lib.1. Grat. conſil.57. nu-
15 me.28.lib.2.† & in terminis quod maſculus affirmãs
Sodomitice præpoſtera venere fuiſſe ab alio carnali-
ter cognitum, non probet, neque indicium faciat ad
torturam, tenent Marſil.conſi.28.num.18.& ſeq. la-
te Pariſ.conſil. 163.nu.8.lib.4.Rimin.iun. conſil.290.
nu.9. lib.3. ſed quidquid ſit reſpectu torturæ, de qua
nunc non quæritur, clarum eſt aſſertionem ſtuprati
delictum non probare, in quo omnes conueniunt, &
quamuis, B, fuerit in contumaciam condemnatus,
& contumax vigore conſtitutionum Sũmorum Pon-
tificum & ſtatutorum habeatur pro confeſſo, non pro
pterea poteſt dici taliter conſtare de delicto, vt con-
16 tra auxiliatorem procedi poſſit; † quando enim con
tra alium pro delicto alterius proceditur, vera & ple
na contra eũ delicti probatio exigitur. Alber.de ſtat.
par.1.q.52.Abb.conſil.66.lib.2.Tob.Non.conſ.95.nu
17 me.14.verſ. Nã qñ, † & in caſibus in quibus pro auxi-
lio aliquis teneatur, vt contra eum procedi valet, in
primis conſtare debet delicto commiſſo à principali
non ſolum in proceſſu contra principalem formato,
ſed &̃ in proceſſu faciendo cum ipſo, qui de auxilio
imputatur, & ſic proceſſus agitandus eſt tam contra
auxiliatorẽ, quam contra principalem. ita Bar.in l.is
qui rem, §.ſi tu Titium.in fi.& ibi Alex.in addit. in lit
tera, C.ff. de fur. Boſſ.in tit de delict. num.36.& ſeqq.
not. Menoch.de arbit.iud.quæſt. li.2. cent.4. caſ.349.
18 num.14. † Nec ſufficit de delicto apparere etiam ex
vera principalis confeſſione, ſi aliter delictum non
probatur, vt poſt Bar.& Ang. dixit Alexan. in d.ad-
dit. ad Bar.Fel.in cap.ſicut dignum.num.2. de homi
ci.Marſil.in ſua praxi, §.conſtante, num.53 Menoch.
19 dicto caſu 349.num. 13. † qui etiam dicunt nec ſen-
tentiam latam contra principalem afficere auxilia-
20 torem, & generaliter, quod † confeſſio principalis ſi
deiuſſori, patri, & ſimilibus conuentis pro alterius
delicto non noceat, nec contra eos probationem fa-
ciat, tenent Alber.in d.q.52.Iaſ. Alexander & Soc. in
l.cum filiusfamilias. in princip.ff.de verbor.obligat.
Hercu.de caut.de non offend. c.29.in princ. Si igitur
vt procedi poſſit contra auxiliatorem, opus eſt plene
probari delictũ principalis in proceſſu faciendo cũ
eo, nec ſufficit confeſſio principalis, nec ſententia cõ-
21 tra eum lata, † multo minus ſufficere debet ſententia
lata in contumaciam, ex qua delicti ficta confeſſio re
ſultat, vt bene conſiderant in iſtis terminis Bartol.
& Felin.in dictis locis. Marſil. in d. §. conſtante, nu.
53. & 74.Tob. Non. conſil.101. num.7. Menoch.in d.
caſu 349.num.13. & tanto magis fateri oportet non
poſſe contra Fortunatum procedi ad condemnatio-
nem, ſtante quod dictus, C, ſocius B, comparuit, &
22 fuit abſolutus, † & quãdo principalis liberatur, mul
to magis ille, qui de auxilio imputatur, omnem pœnã
euadere debet. Marſi. conſil.24. nume.23. Silu. nupt.
lib.1.nu.10. Anchar. & Pariſ. quos refert & ſequitur
Menoch.in d.caſ.349.num.15.& idem Menoch.con-
ſil.230.nu.121.lib.3.

Præterea ſi ſtuprum plene probaretur, non poſſet
Fortunatus vti auxiliator puniri. Tum quia in quere
la ſolum dicitur, quod ipſe puerum accepit per bra-
chium, & duxit ante oſtium ſtabuli, & ibi eum dimi-
23 ſit, † nec dicitur, quod auxilium præſtiterit aſſiſten-
do, vt alij facilius delictum committerent, prout ex-
primi debuit, ad effectum vt contra alium pro auxi-
lio procedi valeat. Barto.in l.qui ſeruo, §.fin. num.2.
ff.de furt. quem ſequitur Tob. Non.conſilio 101.nume
ro 12. in fine. Tum etiam quia ſi dicta qualitas in
querela exprimeretur, non poſſet pro auxilio mole-
ſtari, quoniam non conſtat, quod Fortunatus cum
alijs congregatus fuerit, vt eis auxilium præberet,
ſed apparet, quod Fortunatus, & alij in illo loco,
caſu coadunati ſimul exiſtentes viderunt dictũ pue-
rum per viam tranſeuntem, & cum omnes intende-
rent eum carnaliter cognoſcere, illum acceperunt,
quibus ſic ſtantibus non poteſt aliquis ex eis vti au-
24 xiliator pro facto alterius puniri, † vt enim quis pro
auxilio teneatur, opus eſt, quod ſocij, & auxiliato-
res ſint ad hoc principaliter coadunati, lege 2. §.ho-
mines, ff.vi bono. rapt. ſed quando caſu aliqui con-
gregantur, omneſque ſimul delictum facere inten-
dunt, nemo vt auxiliator pro delicto ab alio com-
miſſo tenetur, ſed quilibet pro eo tãtum quod fecit,
punitur,

punitur, vt not. dixerunt Salicet. Calder. & Anchar.
communicato conſilio inter conſilia Anch. conſ. 216.
Nos Bartholomęus, in fi. Marſil. in ſua pract. crimin.
§. conſtante, num. 45. & ſeq. Ang. in tract. de maleſ.
in verb. dicto maleficio ſemper aſtitit. num. 24. Mar-
ſil. conſi. 81. nu. 32. Tib. Decian. conſ. 125. nu. 1. & ſeqq.
lib. 3. & Rimin. iun. conſil. 349. nume. 6. & ſeq. lib. 3.
Sed Fortunatus, qui ſtuptum non commiſit, de co nō
tenetur, ideo nec condemnādus eſt pro ſtupro, quod
ab alijs commiſſum præſupponitur.

Et prædictis non obſtant ea, quæ pro fiſco addu-
cebantur. Primum quidem obiectum de crimine ra-
ptus remouetur, negando Fortunatum rapuiſſe pue
25 rū, tunc quidem committitur † raptus, quando per
ſona de loco ad locum ducitur non cauſa commo-
dioris coitus, ſed animo adducendi, & retinendi, vt
dicunt Doctores ſupra in contrarium allegati, & Fer
ret. conſ. 61. num. 1. in fi. lib. 1. ac Iul. Clar. in §. raptus,
in princ. Sed puer ille, qui erat in via, fuit aliquantu-
lum adductus vſque ad oſtium ſtabuli cauſa com-
modioris coitus, ne à tranſeuntibus per viam inſpice
retur, non autem animo eum abducendi, & ibi reti-
nendi ſuit ductus, ideo ceſſat crimen raptus, vt in ter
minis concludit Cuma. conſ. 95. col. fin. quem ſequi-
tur Iul. Clar. in §. raptus, in princ. & idem ſentit Ca-
rer. in ſua praxi crimin. §. incip. ſecundo caſu princi-
26 pali contrahitur, nume. 1. & ſeq. fol. 175. † Secundo
poſſet attentari pęnam impoſitam pro crimine rap-
tus in caſu iſto non poſſe conſiderari, cum virgo ſeu
mulier Deo dicata non fuerit rapta. In quibus termi
nis procedunt allegata in contrarium ſecundum Be
ro. conſ. 178. nu. 1. lib. 3. ſed maſculus de loco ad locū
fuit adductus, & in maſculo contraria locum habere
non videntur, cū in maſculo ceſſent omnia ſcandala,
de quibus mentionem facit d. l. vnica, vt dicunt Sali.
in d. l. vnica, num. 8. C. de rapt. virg. Iulius Clarus in
d. §. raptus, ver. Sed pone. Verum quia alia reſponſio
ſufficit, in hac non inſiſto.

Nec nocet, quod dicebatur Fortunatum puniri
debere ex conatu, & affectu ad ſtuprum, licet actu il-
lud non commiſerit; Hæc quidem difficultas ex ſupe
rioribus remouetur, & ex abundanti dicitur, quod
ſi aliqua pęna pro affectu puniri poſſet, illa eſſet ex-
27 traordinaria tantum; † Videmus enim quod etiam
quando ad aliquem actum proximum deuenitur, pę
na quæ pro conatu & affectu imponitur, non eſt ordi
nariæ, ſed extraordinaria, vt poſt Afflict. ſuper 3. par.
conſtit. regni. in Rub. 42. in princip. poſt nu. 15. dixit
28 Iul. Clar. in §. Sodomia. verſic. Quæro nunquid, † vbi
loquitur de crimine Sodomiæ attentatæ, dicitque nō
puniri affectum, non ſecuto effectu, pœna ordinaria
mortis, ſed extraordinaria tantum, etiamſi eſſet de-
uentum ad actum proximum, vt quia attentans de-
lictum in partes pudendas membrum non impoſuiſ
ſet, ſed extra eas ſe polluiſſet, & confirmatur per Af
flict. ſuper conſtit. regni. tit. 3. §. adulterium, num. 12.
quem refert, & ſequitur Bonacoſ. in ſuis quæſtio. cri-
mi. in verb. Affectus, qui dixit quod non punitur
quis pęna ordinaria, ſi priapum miſit in ano pueri,
& non perfecit, & quod ex conatu ad Sodomiā cum
actu exteriori ſit tantum locus pęnæ extraordinariæ,
firmat etiam Menoch. de arbit. iudic. quæſt. lib. 2. cen
tu. 3. caſ. 286. nu. 7. & 16. Quod eo magis admittendū
29 videtur, ſtante minori ætate Fortunati, licet † enim
minor in delictis in totum non excuſetur, mitius ta-
men punitur, & pęna ordinaria mortis in mitiorem
iudicis arbitrio commutatur. gloſ. in l. impunitas, C.
de pęn. l. auxilium, §. in delictis, ff. de minor. Ang. de
Aret. in tract. de maleſ. in verb. ſcienter, doloſe, nu. 12,
& ibi Aug. Arimin. in addit. Marſil. conſil. 24. nu. 37.
Gramm. deciſ. 23. num. 11. & ſeqq. vbi de ea teſtatur,
ſubditque iudicem non ſolum poſſe commutare pœ-
nam infligendam minori pro delicto, ſed ad huiuſ-
modi commutationem faciendam teneri, quod ēt fir
mat Bertaz conſ. crim. 378. nu. 5. & ſeqq. & conſ. 492.
nu. 2. & ſeq. lib. 2. eamdem opinionem quod minor pę
na extraordinaria tantum puniatur, tenent Soc. iun.
conſ. 7. nu. 6. lib. 3. Rimin. iun. inter crimi. diuerſ. to. 1.
conſil. 135. num. 10. & ſeqq. Burſat. conſ. 273. num. 19.
lib. 3. Iul. Clar. §. fin. q. 60. circa principium, verſi. Aut
vero eſt maior quattuordecim, vbi cōmunem dicit,
& latiſſime comprobat Rolan. à Val. conſ. 77. per to
30 tūm. lib. 3. † quæ concluſio magis admittenda eſt in
delicto carnis, quòd delictum in minori mitius puni
tur, vt per Cuman. conſil. 95. in fi.

Tertium dubium de auxilio ex ſupradictis ſatis
ſubuertitur, quatenus vero pro auxilio teneretur
(quod ego non admitto) locus tantum eſſet pœnæ
31 extraordinariæ, † cum Fortunatus fere nihil fecerit,
& illi duo, à quibus præſupponitur ſtuprum commiſ
ſum, per ſe habiles eſſent ad committendum dictum
delictum abſque aliquo auxilio, illudque commiſ-
ſum fuerit, ac ſi auxilium non fuiſſet præſtitum, quo
caſu auxiliator non tenetur eadem pęna, ſed extraor
dinariæ tantum iudicis arbitrio. Ioan. Andr. in cap.
felicis. de pęn. lib. 6. Aug. Arimin. in addit. ad Ang. de
malefic. in verb. dicto maleficio. nume. 6. aſſerens ita
in facti contingentia obtinuiſſe. Ang. in l. is, qui opē,
nume. 13. in l. in furti, §. ope, ff. de furt. Marſil. in ſua
praxi crimin. §. conſtante, nume. 61. verſic. Item adde.
Iul. Scarlat. inter crim. diuerſ. conſil. 112. nu. 6. tom. 1.
Cepol. conſ. crimin. 27. colum. penult. Hieron. Gabr.
conſ. 176. nu. 3. & 4. lib. 1. Rim. ſen. conſ. 60. colum. 3.
lib. 1. Iul. Clar. in d. quæſt. 60. verſ. Itē ſcias. Menoch.
d. caſ. 349. nu. 20. & in caſibus iſtis, in quibus dixi ceſ-
ſare pęnam ordinariā, extraordinaria, quæ venit im-
32 ponenda, non eſt corporis afflictiua, ſed mitior, † qn̄
enim aliqua ratione pœna minoratur, & loco ordina
riæ imponitur pœna extraordinaria, numquam pœ-
na extraordinaria debet eſſe corporis afflictiua ſe-
cundum Bald. in l. data opera, colum. 5. C. qui accuſ.
non poſſ. Grammat. deciſ. 53. numero 13. circa me-
33 dium; & in ſpecie, quod pęna, quæ propter † minorē
ætatem commutatur, non ſit corporis afflictiua, pro-
batur in l. 1. §. impubes, ff. ad Silla. in cap. 1. & 2. de de-
lict. puer. & per Marſil. conſil. 47. num. 14. Grammat.
deciſ. 23. num. 13. prope fin. Roland. à Val. conſil. 51.
nume. 40. & ſeqq. lib. 1. Bertaz. in dictis conſilijs 378.
& 492. lib. 2. qui poſt Angel. Marſil. & alios dixit mi
norem propter delictum pęna corporali puniri non
poſſe, quamuis aliàs delinquens eſſet ita puniendus,
& eamdem opinionem ſequitur Monticel. in pract.
crim. reg. 2. nu. 11. & reg. 13. nu. 32.

Vltimum minus obſtat, tum quia Fortunatus,
qui ſolus erat, non potuiſſet prohibere delictum illis
duobus, qui vt prætenditur, ſtuprum cum puero com
miſerunt, nec ſine periculo acclamare potuiſſet, Tum
etiam quia licet prohibere potuiſſet, non propterea
34 puniri debet, † licet enim ille qui commode, et ſine
periculo poteſt facere, ne delictum in priuatum com
mittendum ſequatur, inſpecto foro interiori animæ
illud prohibere debeat, in foro tamē exteriori pęna
aliqua non punitur, l. 1. §. ſed in eod. et ibi Barto. ff.
ad Sillan. Doctor. in cap. 1. ff. de off. deleg. Tob. Non.
conſil. 101. num. 18. Rimin. iun. alios adducens conſil.
310. num. 28. lib. 3. et quamuis Hieronym. Cagnol. in
l. culpa caret, ff. de reg. iu. dixerit contrariam opinio
nem communiter approbari, in hoc decipitur, et

opinio

opinio iſta Bartol.& ſequacium,quando agitur de alijs delictis,quam criminis læſæ maieſtatis,& parricidij,communiter approbatur, prout de communi teſtautur Dec.in d.c.1.num.28. & 30. & ibi Bero.nume. 75.de offic.deleg.Grat.conſ.1.num.47.lib.1.Claud.in repet.l.vt vim.num.168.ff.de iuſt.& iur.Carer.Didac. Couar.& alij multi,qnos refert,& ſequitur Iul. Clar. in §.fin.q.87. ver.Dictum eſt.

Concluditur igitur Fortunatum abſolui debere,& quatenus alicui pœnæ extraordinariæ locus eſſet,modicam imponenda eſſe, præſertim ſtante tortura, &
35 longa carceratione,quas Fortunatus paſſus fuit,† cũ longa carceratio ſit ſpecies pœnæ, multumque operetur ad diminutionem pœnæ pro delicto imponendæ.Gloſ.in l.ſi diutino in verſic.ſi in reatu, in fin.ff.de pęn.per illum textum, & per text.in l.reſpiciendum, in princ.ff.de pęn.& in l.eum qui,ff.de iureiur. & in l.
36 omnes,C.de pęn.& † quia non debet quis pęna dupli ci puniri,l.licet, §. fina.& l.ita, §.fi. ff. naut.caupo.ſtabu.prout dixit Grammat.in conſil.crimin.63.num.4. in fin. et ſeqq.

Fortunatus iſte liberatus fuit à pœna ordinaria delicti, & per compoſitionem leuem tantum pœnam ſcutorum triginta ſoluit anno 1686.

ARGVMENTVM.

Homicidium ad defenſam quando commiſſum dicatur,& quomodo probetur defenſio.

Si duo deuenerunt ad rixam, quis præſumatur auctor. Et ſi vnus fuit interfectus,nec conſtat de auctore rixę, numquid ſuperſtes abſoluatur,ſeu potius puniatur, & qua pœna.

Homicidium in rixa,vel à minore commiſſum, qua pœna ſit puniendum.

Conſtitutio Pij Quarti, qua diſponitur, quod homicidis non proſit minor ætas,quomodo intelligenda.

SVMMARIVM.

1 *Homicida punitur pœna vltimi ſupplicij.*
Et ad damna & intereſſe tenetur hæredibus occiſi. nu.2.
3 *Rixæ auctor ſi ignoratur,omnes abſoluuntur.*
4 *Homicida punitur,niſi clare probet fuiſſe aggreſſum, & ad neceſſariam defenſionem interfeciſſe aduerſarium.*
3 *Homicida præſumitur aggreſſor,niſi probet feciſſe ad defenſionem.*
Declaratur.num.42.
6 *Defenſio probatur,ſi interficitur ille,qui accedebat animo offendendi, Secus ſi poſt percuſſionem ille interficitur, quia tunc potius dicitur vindicta,quam defenſio.*
Declaratur.num.43.& ſeq.
7 *Minori in atrocioribus non ſubuenitur.*
8 *Homicidæ non prodeſt minor ætas iuxta conſtitutionem Pij Papæ quarti.*
Declaratur.num.48.cum ſeqq.
9 *Interficere alium pro ſua defenſione impune permittitur.*
10 *Homicida qui pro neceſſaria defenſione alium interfecit excuſatur etiam in foro conſcientiæ.*
11 *Homicida non punitur pœna ordinaria, nec extraordinaria, quando homicidium fecit pro neceſſaria defenſione.*
12 *Aggreſſus ſi aggreſſorem interficiat, excuſatur,licet aufugere potuiſſet, & non aufugerit.*
13 *Defenſio neceſſaria probatur eo ipſo, quod conſtat me interfeciſſe eum, qui veniebat contra me cum armis animo offendendi.*
Vel ſi probatur homicidam fuiſſe inſultatum ab interfecto. nu.14.& nu.24.
15 *Vulneratus ſi ſtatim vulnerantem interfecit,dicitur feciſſe ad neceſſariam defenſionem. Et nu.16.& 44.*
16 *Teſtis vnicus plene probat contra producentem.*
Etiam ſi fuerit productus à fiſco.num.17.
18 *Teſtis vnicus plene probat defenſionem. Et de ratione ibi.*
19 *Defenſio probatur per dubiam etiam probationem.*
20 *Exceptionis etiam dubio probatio, facit vt Inquiſitus abſolui debeat.*
21 *Aggreſſor præſumitur ille,qui eſt mortuus, quando duo deuenerunt ad rixam,ne conſtat de auctore.*
Et ſuperſtes abſoluitur maxime concurrente aliqua præſumptione.num.27.
22 *Rixantes duo,quando ambo ſunt vulnerati, ambo puniuntur,ſi non conſtat de auctore: Sed ſi vnus eſt mortuus,ſuperſtes abſoluitur.*
Punitur tamen pro exceſſu.nu.25.Sed ibi contra.
Debet ſuperſtes ſaltem puniri nu.27. Sed ibi contra, vbi declaratur.
23 *Homicidium ad defenſam fuiſſe commiſſum in dubio præſumitur.*
Maxime ſi defunctus erat rixoſus, iunior, & melius armatus.num.24.
28 *Præſumptionibus,& coniecturis probatur prouocatio, & aggreſſura.*
29 *Aggreſſor præſumitur ille,qui accedit erga alium.*
Qui prius cepit admenare.nu.30.
Ille qui fuit aliàs iniuriatus ab aggreſſo.nu.31.
Magis rixoſus,iracundus,& terribilis.nu.32.
Ille qui eſt iunior,magis robuſtus & potentior.nu.33.
Qui fuit magis acriter percuſſus.num.34.
Qui erat ſuperior armis.num.35.
Item ille qui reddebatur audacior ex qualitate loci. n.36.
37 *Comparitio ſpontanea coram iudice maximam innocentiæ præſumptionem inducit.*
38 *Aggreſſor nõ præſumitur, qui ſpõte ſe præſentauit Curiæ.*
39 *Præſumptiones plures ſimul iunguntur ad probandum defenſionem, & innocentiam.*
40 *Homicidæ cum iuramento aſſerenti feciſſe homicidium pro neceſſaria defenſione creditur, quando aliæ præſumptiones pro eius aſſertione concurrunt.*
41 *Præſumptio excluſiua delicti, in dubio ſumitur pro homicida.*
45 *Homicida pro homicidio commiſſo in rixa,de cuius auctore non conſtat, punitur pœna extraordinaria citra mortem,ſeu aliam corporis afflictiuam.*
46 *Minor Homicidium committens, de iure non punitur pœna mortis.*
Nec alia corporis afflictiua.num.47.
48 *Conſtitutio Pij Quarti diſponens homicidis non prodeſſe minorem ætatem,qualiter intelligenda cum ſeqq.*
49 *Minor de iure reſtituitur contra fictam confeſſionem abſque alia probatione.*
Et etiam contra veram confeſſionem homicidij.nu.51.
50 *Minor reuocare poteſt fictam confeſſionem.*
52 *Statutum diſponens vt maior annorum ſexdecim puniatur,ac ſi eſſet maior decem & octo, recipit paſſiuam interpretationem à iure communi, nec auſert beneficium commutationis pœnę.*
53 *Confeſſio ficta plus non operatur vera confeſſione.*
54 *Ratio in Conſtitutione expreſſa mentem diſponentis declarat.*
Et cauſam finalem oſtendit.num.55.

CON-

CONSILIVM XCIX.

SEBASTIANVS de Sãcto Orfeto car
ceratus ob homicidium commiſſum
in perſonam Vincentij Zucchæ vide-
tur pęna vltimi ſupplicij plectendus,
1 cum de bomicidio conſter, † & de iu-
re tam bumano, quam dinino bomi-
cida ſit ea pęna puniendus, l. 3. C. de epiſc. audien. ibi,
quod fecit, ſemper exſpectet. Felin. & alij in Rubr. de
homic. Boſſ. in tit. de bomic. nu. 109. vbi de communi
teſtatur, & communem eſſe pariter dicunt Iul. Clar.
in §. homicidium, verſ. Sed quæro, & Roland. à Vall. in
2 conſil. 57. nu. 1. lib. 4. præter quam quod † damna, ex-
penſas & intereſſe hæredibus occiſi reficere tenetur,
vt late oſtendit Ioſeph Ludo. in ſuis concluſ. conclu.
39. per totam, vbi pluribus modis extendit.

Et licet ambo ad rixã deuenerint, & Sebaſtianus
etiam vulneratus fuerit, nec conſtet, quis rixæ cau-
3 ſam dederit, † quo caſu ſi de auctore non conſtat, eſt
abſolutioni locus, iux. glo. in l. 1. §. cũ arietes, in verb.
ſibi, ff. ſi quadrup. pauper. fecíſ. dicatur. Nihilominus
4 quia conſtat Vincentium deceſſiſſe ex vulnere, † Se-
baſtianus puniendus videtur, cum fiſcus probatam
habeat intẽtionem, niſi liquido iuſtificetur eumdem
Sebaſtianum aggreſſum fuiſſe, & ad neceſſariam de-
fenſionem Vincentium occidiſſe, ſecundum Bald. in
d. §. cum arietes, num. 1. & in repet. l. 1. nume. 25. verſ.
Alij dicunt, C. vnde vi. Ang. de malefic. in verb. & di-
cto Titio ſe defendente. nu. 37. & ibi Auguſt. Arimi.
5 in addit. Quando enim conſtat de homicidio, † præ-
ſumptio exoritur contra bomicidam, quod ipſe ag-
greſſor fuerit, niſi probet homicidium feciſſe ad de-
fenſam, ſecundum Bal. in d. §. cum arietes, Ioan. And.
in cap. ſignificaſti, de pœnit. & remiſſ. Alciat. de præ-
ſumpt. regu. 3. præſumpt. 39. nume. 6. & 7. Maſcard.
qui alios allegar, de probat. lib. 2. concluſ. 72. nu. 1.
quæ defenſio hic nullo modo concludenter proba-
ta videtur.

Præterea ſi probaretur Sebaſtianum prius fuiſſe à
Vincentio aggreſſum & vulneratum, & poſtea offen-
diſſe Vincentium, ex hoc non probaretur neceſſaria
6 defenſio ſed potius vindicta, † quoniam tunc mibi
licet aduerſariũ offendere, quando venit contra me
animo offendendi, ſed ſi poſt offenſionem mihi factã
illum repercutiam, non eſt defenſio, ſed vindicta, nec
excuſandus ſum, vt not. Bart. in l. ſi ex plagis, §. taber
narius, ff. ad leg. Aqui. & in l. 1. col. fin. verſ. Tertium
moderamen, C. vnde vi.

Nec in minori ætate Sebaſtiani videtur poſſe fieri
fundamentum ad minorandam pœnam, ita vt non
ordinaria, ſed extraordinaria ſit imponenda, iuxta l.
auxilium, ff. de minor. Tum quia homicidium eſt atro
7 ciſſimum delictum, † & in atrocioribus minori non
ſubuenitur, vt habetur in d. l. auxilium. §. in delictis,
8 Tum etiam quia † conſtitutione Pij Papæ Quarti ex-
preſſe ſancitum fuit homicidis minorem ætatem an-
norum viginti non prodeſſe, dũmodo maiores quat-
tuordecim annis exiſtant.

Ceterum præfatis non obſtantibus, conſiderata
præſenti facti ſpecie & proceſſu tam offenſiuo, quam
defenſiuo, puto Sebaſtianum præfatum nulla pœna
afficiendum eſſe, ſed penitus abſoluendum, quoniam
9 in iure, † receptiſſimum eſt cuilibet licere ad ſui de-
fenſionem impune aduerſarium interficere, l. vt vim,
& ibi notant omnes, ff. de iuſt. & iur. præſertim Dec.
nu. 6. & 7. Alex. conſ. 109. col. 2. verſ. Sed his non ob-
ſtantibus, lib. 1. Marül. conſ. 4. nu. 5. & ſeqq. Menoch.
conſ. 41. num. 25. lib. 1. & latiſſime Iul. Clar. in §. homi
10 cidium, verſ. Excuſatur, & verſ. ſeqq. † aſſerens eo
caſu homicidam etiam in foro conſcientiæ excuſari,
hancque opinionem ẽt apud Theologos receptiſſimã
11 eſſe. Et procedit non ſolũ † reſpectu pęnæ ordinariæ,
ſed ẽt extraordinariæ, qua cõmittens homicidiũ ad
defenſam non punitur, ſed penitus abſoluitur, vt vo-
lunt Docto. in citatis locis, & magis clare *Dec.* in ter
crim. diuer. conſ. 102. nu. 23. to. 1. Quæ opinio recipiẽ
da eſſet, ẽtſi Sebaſtianus aufugiendo euadere potuiſ-
ſet periculum mortis, & ſic etiam euitare offenſionẽ
12 in perſonã Vincentij, † cum magis cõiter Doct. con-
cludant inſultatum non teneri aufugere, licet eſſet
perſona, cui aufugere nõ fuiſſet dedecus, ſed ſi aggre
dientẽ interficiat, excuſari reprobata opinione Bar.
contrarium tenentis, vt firmant Dec. in d. l. vt vim,
nu. 25. & inter crim. diu. to. 2. conſ. 102. nu. 28. Corn.
conſ. 162. nu. 7. lib. 1. late Ioan. Bonon. in tract. de de-
fenſ. tripar. ad d. l. vt vim, par. 2. nu. 20. & ſeqq. Boſs.
in tit. de bomicid. nu. 86. Campeg. inter crim. diuerſ.
tom. 2. conſ. 53. nu. 4. Fel. in c. ſuſcipiens. de homic. Ti
raq. de nobilit. c. 20. nu. 64. & Iul. Clar. in d. §. homici
dium. verſ. Atque adeo, vbi alios adducit, & de com-
muni teſtatur. Carer. in pract. crim. vbi tractat de ho
micidio ad defenſam commiſſo. ca. incip. circa quar-
tum. de mod. ſe defend. nu. 50. fol. 155. vbi teſtatur de
iure ciuili opinionem iſtam communiter approbari,
& procedere etiam de iure canonico, quando nõ po
tuiſſet aufugere ſine periculo, puta, quia haberet ad-
uerſarium ad ſpatulas, & late eam defendit, & com-
munem eſſe oſtendit Maſcard. de probat. vol. 3. con-
cluſ. 1126. nu. 23. cum ſeqq. multis, & opiniones con-
ciliat; ſed ex adductis in proceſſu clare liquet, quòd
Sebaſtianus Vincentium offendit ad ſui neceſſariam
defenſionem, ideo abſolui debet.

Quod ad defenſionem id fecerit, probatur ex eo,
13 quia † ſtatim atque conſtat aliquem cum armis con-
tra me venire animo offendendi, ſi ſtatim eum inter-
ficiam, probata dicitur neceſſaria defenſio, quia ex-
ſpectare non debeo percuti ab eo, ita Bartol. in l. & ſi
quæcumque, in princ. ff. ad leg. Aquil. Angel. de male-
fic. in verb. & dicto Titio ſe defendente, numer. 13. &
ſeq. Corn. conſil. 107. nume. 4. lib. 1. Iaſ. inter crimin.
diuerſ. tom. 2. conſ. 52. nu. 14. not. Dec. in conſ. 676.
& conſ. 678. Grat. conſil. 47. nume. 13. lib. 2. Ioán. de
Amic. conſil. 116. nume. 5. aſſerens ita omnes tenere.
Cioſus conſil. 117. numer. 15. cum ſeqq. lib. 2. & late
Iul. Clar. in d. §. homicidium, verſ. ſed quomodo affir-
mans ex prædictis neceſſariam defenſionem proba-
ri, nec aliter in ſpecie neceſſitatem defenſionis eſſe iu
ſtificandam, & teſtatur opinionem iſtam communi-
ter receptam eſſe, & ab ea practica non recedendũ,
quam etiam communem dicunt Bero. in conſil. 194.
num. 12. lib. 3. & Carer. in pract. crim. in dicto cap. in-
cipiente. circa quartum. de mod. ſe defend. nume. 43.
fol. 155. & Maſcard. in dicta conclu. 1126. num. 9. cum
ſeqq. qui teſtatur de cõi. Prout etiam ſatis de neceſſa
ria defenſione conſtare dicitur, probando aliquem
14 offendiſſe eum, à quo inſultatus fuerat, † quoties e-
nim inſultatus offendit inſultantem, id ad neceſſa-
riam defenſionẽ feciſſe præſumitur abſque alia pro-
batione. Bal. in d. §. cum arietes, num. 1. Bero. in con-
ſil. 173. num. 25. lib. 3. & in d. conſil. 194. num. 8. & ſeq.
qui dicit, quod conſtito de inſultu, abſque alia proba
tione pręſumitur inſultatum fuiſſe in diſcrimine vi-
tæ poſitum, & ad ſui neceſſariam defenſionem aduer
ſarium interfeciſſe, idem etiam voluit Dec. in d. l. vt
vim, colum. 5. & 6. Alexan. in conſ. 109. colum. 3. ver
ſicu. & idem, num. 2. qui de communi teſtatur, lib. 1.

Iaſ.

Iaſ.inter. crim. diuerſ. tom.2. conſil.52. nume.17. &
ſeqq. & Campeg.in conſilio ſequent.53.num.1.& ſe-
quent.eo.tom.2.Inſtinia. Bond. d. tom.2. ctim. conſ.
803.num.3.vbi aſſerit Doctores communiter tenere,
ſatis eſſe probare inſultum & aggreſſuram, abſque
eo quod iuſtificetur, inſultatum aliter fuiſſe in diſcri
mine vitæ poſitum, & ea hoc ſolo neceſſariam defen
ſionem probati, quod etiam tenet Grammat. conſil.
18.num.1. & ſeqq. & idem probat Dec.d.conſil.102.
on.24.& ſeqq.& eamdem opinionem communem di
cit Bertaz.conſ.crim.307.nu.7.lib.2.

In caſu vero de quo agitur, probatur per teſtes fi-
ſci Vincentium de propria domo exiuiſſe cum gla-
dio longitudinis trium palmorũ in vagina, & acceſ-
ſiſſe ad locum, vbi aderat Sebaſtianus, & D. Vincen-
tia teſtis fiſci depoſuit, quod Vincentius cũ dicto gla
dio cępit admenare contra Sebaſtianum, & quod nõ
vidit dictũ Sebaſtianum, aliquid contra Vincentium
feciſſe, quia ipſa poſtea receſſit; ex quibus concluden
ter probatur Sebaſtianũ prius fuiſſe inſultatum & ag
greſſum à d. Vincentio cũ gladio, quo ipſum occidere
volebat. Ac etiam iuſtificatur ea relatione Chirurgi,
quod Sebaſtianus grauiter in brachio vulneratus re
15 manſit cum diſcrimine vitæ; † Vnde ſi poſtea Seba-
ſtianus in continenti vnico vulnere lætali Vincentiũ
vulnerauit, id ad ſuam neceſſariam defenſionẽ feciſſe
dr̃, vt poſt Bar. Card. Bal. Alex. & alios dicit Carer. in
loco ſupra citato nu.56.fol.156. Et quamuis Do. Vin
centia ſit in ſuo dicto vnica, nec conteſtem habeat,
16 nihilominus plene probat. † Tum quia fuit à fiſco in
ducta, & contra producentẽ vnicus teſtis plene pro-
bat, vt per conſilium Roman.104. in fin. dicunt Soc.
iun.conſil.69.num.11.lib.1. Cranet.conſil.101.nume.
7.lib.2. Cephal.conſil.65. nume.55. lib.1. Pariſ.con-
ſil.83.nume.30.lib.1.Burſat.conſil.57. num.11.lib.1.
Anton. Gabriel. qui de communi teſtatur in titu. de
17 teſtib.conclu.1.nume.14.& 15. † & in terminis quod
vnicus teſtis contra fiſcum inducentem plene pro-
bet, tenent Burſat. conſil.20.num.23.lib.1. & melius
idem firmat in conſil.154. nume.14. lib.2. quod eſt
etiam de intentione Tob. Non. in conſil.99. nume.
10. & Horat.Lut.inter crimin.diuerſ. conſil.261. nu-
18 me.44.& 47.tom.1. † Tum etiam quia ad probandũ
defenſionẽ etiam ſemiplena probatio ſufficit, & vni-
cus teſtis plene probat, quoniam compatibilis eſt
hæc probatio cũ probationibus fiſci, & poſſunt hęc ſi
mul ſtare, quod ſcilicet Sebaſtianus interfecerit Vin-
centium, ſed quod fuerit à dicto Vincentio inſulta-
tus prius quam offenſus, & quod ſe defendendo illũ
occiderit, ſecundum Petr.de Anchar.conſil.285. Iu-
re ſtricto, colum.fin. Boſſi. in titu. de oppoſit. contra
teſtes, num.72.Horat.Lut.inter crimin.diuer.tom.1.
conſil.168.num.17. & not.Crauet. conſil.2. nume.16.
19 lib.1.ſubdens † ad defenſionem probandam in crimi
nalibus etiam dubiam probationem ſufficere, & Ale
xand. Socin. Iaſ. & alios multos allegat, ſatis enim
20 eſt ſecundum eos, † inquiſitum ſuam exceptionem
probare ſi non plene, ſaltem dubie, vt abſolutioni
ſit locus, quod voluit etiam Barto.in l.non ſolum, §.
ſciendum, ff. de noui oper. nunciat. quem alij com-
muniter ſequuntur, vt ibi dicit Iaſ.num.5. in fine, &
numero 6

Et non ſolum ex prædictis probatur Sebaſtianum
fuiſſe inſultatum, & prius à Vincentio offenſum, ſe-
que defendendo homicidium commiſiſſe, ſed etiã iu-
21 ris præſumptione, idem deducitur. † Quando enim
conſtat duos ad rixam deueniſſe, nec liquet, quis ag-
greſſor fuerit, quando ambo ſunt vulnerati, ſi vnus
deceſſit, mortuus aggreſſor præſumitur, & qđ viuus
ad defenſam eũ interfecerit, & eo caſu homicida nõ
condemnatur, ſed abſoluitur. Ioan.Faber in §.ius au-
tem gentium, nu.12.Inſtit.de iur.natur.gent. & ciuil.
late Alciat.in tract.de præſumpt.reg.3.præſumpt.39.
nu.1.& 5.pro qua opinione facit gloſ. in l.1.§. cum a-
rietes.in verb.ſibi iunctis, not.ibi.per Barto. ff.ſi qua-
drup.pauper.feciſ.dicat. vbi probatur ob dubium ri-
xantes abſoluendos eſſe, ſi non conſtat, quis aggreſ-
ſor fuerit, cum enim poſſit eſſe, quod vnus ſit innocẽs,
& ſe defenderit, melius eſt nocẽtem abſoluere, quàm
innocentem condemnare, & quod dicta præſumptio
in dubio recipiatur in fauorem interficientis, probat
etiam Corn.conſil.264.numero 1.verſicu. Quoniam,
libr.1. vbi poſt Iacob.de Aretin. & Fulgoſ.dicit hanc
opinionem vti humaniorem ſequendam eſſe. Tiraq.
de pęn.leg.cauſ.62.Dec.Bernard Landt.Carier.& a-
lij, quos refert & ſequitur Octaui. Vulpell. in conſil.
crim.44.num.16.& melius in conſil.45.num.3.& ſeq.
Gramma.Guid.Pap.& Cepol. relati per Maſcard.in
d.concluſ.72.num.2.

Et quamuis Bald. in d.§.cum arietes. & alij ſupra,
pro contraria parte adducti, contrarium tenere vi-
deantur, Plures tamen ſunt & maioris auctoritatis,
qui hanc amplectuntur opinionem, & propterea ſe-
quenda eſt, prætetquam quod poſſent dictæ opinio-
22 nes conciliari, † vt ſcilicet opinio Bal. locum habeat
quoad intereſſe fiſci, quando ambo rixantes viuunt,
quia tunc ambo puniuntur, ſi non probatur, quis fue-
rit aggreſſor. Sed ſi ambo fuerunt vulnerati, & vnus
deceſſit, procedit alia opinio, cum tutius & benignius
ſit ſuperſtitem abſoluere, nec eſſet iuſtitia propter
peccatorem punire innocentem, & propterea in du-
bio melius eſt nocẽtem abſoluere, quam innocentem
condemnare, l.abſentem, ff.de pœnis, & ita declarat,
contrarias opiniones conciliando Boer. quæſt. 237.
num.4 & ſequitur poſt alios, quos allegat Menoc. de
arbitr.iud.quæſt.lib.2.cent.4 caſ.363. nu.17. & ſeqq.
23 † ſemper enim in dubio ea ſumitur interpretatio in
fauorem rei, quod homicidium ad defenſam ſit com
miſſum, ſecundum Dec.in l. vt vim, num.17. prope fi.
ff.de inſt.& iur.in conſil.459.num.4.& conſil.678.nu-
mero 6.Cater.in dicto cap.circa quartum, de mod.ſe
defend.num.48. Quę opinio recipienda eſt, quidquid
dixerit Cranet.conſil.151.num.18.verſi.Alibi ſcribit.
lib.1. præſertim, quia etiam homicida reperitur vul-
neratus, & aliæ pro eo concurrunt coniecturæ. Cum
igitur Sebaſtianus, & Vincentius ambo vnico vulne-
re eſſent vulnerati, & Vincentius obierit, erit de iure
pro Sebaſtiano capienda præſumptio, quod ipſe inno
cens fuerit, & ſe defendendo aduerſarium interfece-
rit, cui præſumptioni adhærendum eſt in caſu noſtro,
quamuis opinio contraria Ioan. Andr. & aliorum re
24 gulariter eſſet ſequenda, † cum mortuus eſſet magis
rixoſus, & irruerit in Sebaſtianum, & ab ipſo Sebaſtia
no aliàs fuerit iniuriatus, eſſetque melius armatus, vt
dicetur, in quibus terminis contrariam opinionem
limitari oſtendit Maſcard. in allegata concluſio. 72.
in 2.3.5.& 9.limitat.contrariæ regulæ.

Et licet Menoch. in dicto caſu 363. numero 20. in
25 fine, † dicat puniendum eſſe homicidam pro exceſſu
in defenſione commiſſo, niſi probet periculum mor-
tis aliter euadere non potuiſſe, hæc eius opinio non
reſiſtit, loquitur enim ipſe, quando nulla pro homici-
da concurrit præſumptio vltra eam, quæ de iure exo-
ritur, quod homicidium ſit commiſſum ad defenſam:
at in caſu noſtro multæ aliæ concurrunt, præter quam
quod ad probandum neceſſariam defenſionem non
eſt opus probare homicidam fuiſſe in diſcrimine vi-
tæ poſitum, & aliter euadere non potuiſſe, vt Menoc.
dicit,

dicit,ſed ſatis eſt oſtendere, quod ab aliquo aggreſ-
ſus fuerit cum gladio, quia tunc quidquid reperitur
factum,ad neceſſariam defenſionem factum præſumi
tur, vt tenet gl in l. 1. in verb.moderatione, C.vnd.vi.
quæ communiter approbatur,vt teſtantur Anchar.in
Clem.1.num.5 de homicid. Claud. in l.vt vim,nu.54.
ff.de iuſt.& iur.Rim.ſen.conſil.13.num.30.& conſ.23.
num.12.lib.1.late Iul.Clar. in d.§.homicidium, verſi.
ſed quomodo qui poſt multos de communi teſtatur.
Iuſti.Bondi.inter crim.diuerſ.conſ.103.nume.3.tom.
2.aſſerens ita omnes tenere.Grammat.conſil.18. nu-
26 me.1. & ſeq. & late ſupra demonſtraui. † Præterea
quia conſtat Vincentium vulneraſſe Sebaſtianum cũ
gladio,& iterum eum grauius offendere tentaſſe, ſa-
tis probatur Sebaſtianum fuiſſe poſitum in diſcrimi-
ne vitæ,& aliter ſe defendere non potuiſſe, vt conſide
rat Alexand.conſ.109.num.3.lib.1.& poſt Bart. & a-
lios clare oſtendit Dec.in l.vt vim,num.17.ver. & di-
citur,ff.de iuſt.& iur.& probant Bero.& alij, quos al-
legaui ſupra in ver.Quod autem.

27 Minus etiam † locus erit torturæ, prout ſentiunt
Boer. & Menoch. quoniam ipſi loquuntur in dubio,
& quando pro homicida nulla cõcurrit pręſumptio,
quod mortuus fuerit aggreſſor,ſed potius contra ho-
micidam indicia vigeant, quo caſo dicunt homicidá
eſſe torquendum,ad reperiendum,quis fuerit aggreſ
ſor, & ſi in tortura non ſatetur ſe fuiſſe aggreſſorem,
abſoluendum eſſe, ſed quando pro ſuperuiuente ali-
qua præſumptio viget, concluſio de qua ſupra, quod
viuus fuerit aggreſſus,& homicidium ad neceſſariam
defenſionem cõmiſerit, de plano procedit, vt decla-
rant Alci.in d.præſump.39.num.7.& 12. Marſi.conſil.
41.num.13.Carer.in d.pract.in c.incip.circa quartũ,
de mod. ſe deſen.nu.60. fol.156. Vulp.in conſil.114.
num.3.At in propoſito multæ coniecturæ, & præſum-
ptiones in fauorem Sebaſtiani concurrunt,ex quibus
fateri oportet fuiſſe inſultatum, & aggreſſum à Vin-
28 centio,vt oſtendam,† & præſumptiones,& coniectu-
ræ ſufficiunt ad probandum prouocationem, & ag-
greſſuram.Bero.conſ.194.num.8.lib.3.Vulpel.conſil.
crim.7.num.12.Prout etiam defenſio præſumptioni-
bus, & coniecturis ſufficienter probatur. Grammat.
conſil.29.num.38.conſ.69.num.9.Iaſ.in l.vt vim,col.
2.ff.de iuſt.& iur.Rimin.iun.conſ.217. nume.9. lib.2.
Crau.conſ.2.nu.10.lib.1.Ideo Sebaſtianus abſoluen-
dus venit.

Prima quidem coniectura in fauorem Sebaſtiani,
immo probatio cum dicta iuris præſumptione elici-
tur ex depoſitione dictæ Dominæ Lucretiæ, quæ in-
ſultum, & aggreſſuram pro Sebaſtiano optime pro-
bat,eique ſtandum eſt contra fiſcum inducentem, vt
demonſtraui.

29 Secunda accedit præſumptio, † quod Vincentius
exiuit de domo propria,quando eum vidit, & incon
tinenti erga eum ite cœpit.Cepol.conſ.crim.28.col.
2.verſ.Quarto.

30 Tertia conſideratur, † quoniam probatur Vincen
tium fuiſſe primum, qui cum gladio cępit admenare
contra Sebaſtianum.Cepoll.d.conſ.28.colum.3. ver-
ſic.Quinto.

Quarto præſupponitur Vincentiũ aliás fuiſſe vul-
neratum à Sebaſtiano, & ob id Vincentius contra eũ
querelam porrexit, vt puniretur, quod obtinere non
31 potuit,ſed Sebaſtianus fuit abſolutus, † ideo præſu-
mendam eſt Vincentium inſultaſſe Sebaſtianum, vt
de illis percuſſionibus vindictam faceret.Alex.conſil.
24.num.9.verſ.& ideo,lib.3. Fel.d.cap. dilecti, num.
24.de exceptio. Menoc.de arb.iud.q.lib.2.cent.4.caſ.
363.num.3.

Comprobatur Quinto ex probationibus factis;
32 † quod Vincentius erat iracundus,rixoſus,& terribi-
lis,Sebaſtianus vero pacificus,nec rixoſus,ex qua ꝑ-
batione præſumptio exoritur, quod Vincentius fue-
rit primus,qui rixam cęperit, vt Sebaſtianum offen-
deret,cum in hoc qualitas præcedentis vitæ ad hanc
præſumptionem eliciendam multum perpendatur.
Cardin.in Clem.1.nu.33.q.33.de homicid.Alciat.de
præſumpt.reg.3.præſumpt.39.nu.9.Gramm.vot.22.
nu.10.& conſil.crim.29.nu.14. & ſeq.Vulpell.conſil.
crimin.36.nu.1.& conſil.44.no.11. Cepol. d.conſ.28.
col.3.verſi.Nono. & poſt Blanc.Soc.iun. & alios Me-
noch.d.caſ.363.num.12.Rim.iun.conſ.217.nume.21.
lib.2.Carer.in alleg. loco, num.68. & Maſcard. in d.
concluſ.1126.nu.25.& ſeq. vol.3.

33 Additur ſexta præſumptio, † ex eo, quod Vincen-
tius erat iuuenis ætatis annorum vigintiquinque, &
vltra,robuſtior,potentior,& magnæ ſtaturæ,Sebaſtia
nus vero adoleſcens, nondum ætatis annorum de-
cem & octo,debilis, & nõ ita potens, ex quo fit quod
magis ſit præſumendum Sebaſtianum fuiſſe aggreſ-
ſum à Vincentio,quam contrarium.Alciat.in d. præ-
ſumptio.39.num.10.Gramm.d.vot.22.nu.14. Carer.
in d.cap.incip.circa quartum,nume.79. fol.156. Ale-
xand.conſ.14.in fin. lib.3.verſ.Sed ſi.Cepol. d.conſil.
28.col.3.verſ.octauo.Cranet.conſil.129.num.9.lib.1.
Soc.iun.conſ.36.num.6.lib.2.Menoch. d.caſ.363.nu-
me.6.& ſequen.Iuſt. Bond. inter crimin. diuerſ. con-
ſil.103.nume.5.tom.2. & ad fauorem minoris decem
& octo annorum,idem concludit Grammat.conſ.62.
nume.3.& 4. & huic præſumptioni non obſtat, quod
dicitur ab effectu colligi contrarium, cum Sebaſtia-
nus ſuperſtes, Vincentius vero mortuus remanſerit,
quoniam vt dicit Alciat. in d.loco, num.10. id potuit
accidere propter diuinum iudicium, quod noluit in-
nocentem perire,ſicut dicitur de Dauid, qui interfe-
cit Goliam.

Septima præſumptio elicitur ex eo, quod Vincen-
34 tius magis acriter fuit vulneratus,et atrocior † per-
cuſſio arguit,quod Sebaſtianus, qui Vincentium ma-
gis acriter percuſſit, prius fuerit ad rixam prouoca-
tus,et inſultatus.Grammat.d.conſ.62.num.5.verſic.
Vltimo,et vot.22.num.13.Bolognet.conſil.37.et poſt
Card.Cepol.et alios Menoch.d.caſ.363.num.14.Ca-
rer.vbi ſup.num.70.

Inſurgit octaua præſumptio in fauorem Sebaſtia-
35 ni † ex qualitate armorum, ipſe enim habebat tantũ
archibuſium exoneratum,quod notum erat Vincen-
tio,qui illud exonerare viderat cõtra aues, et ſtatim
illo per Sebaſtianum exonerato, Vincentius contra
dictũ Sebaſtianum acceſſit, et quia archibuſium ex-
oneratum deſeruiebat loco baculi, et Sebaſtianus
non habebat aliud armorum genus, Vincentius ve-
ro erat armatus magno gladio, præſumptio exori-
tur, quod Vincentius prius inſultauerit Sebaſtianũ,
Cepol.d.conſ.28.col.3.verſ.Sexto.Crauet. conſi.129.
num.9.lib.1.

Accedit nono ad rixam fuiſſe deuentum prope do
mum Vincentij, nec eſt veriſimile, Sebaſtianum vo-
luiſſe cum archibuſio tantum exonerato inſultare
Vincentium prope eius domum, in qua potuiſſent
36 alij adeſſe, qui Vincentio auxilium præſtarent, † et
quia ex qualitate loci Sebaſtianus reddebatur timi-
dior,et Vincentius audacior,præſumendum eſt Seba
ſtianum fuiſſe aggreſſum,et inſultatum à Vincentio,
cum etiam in hoc loci qualitas ſit cõſideranda,ſecun
dum Alciat.in d.præſumpt.39.num.10. Vulpel. conſ.
crim.44.no.12.

Decimo quoniam Sebaſtianus repetitur grauiter
vulne-

vulneratus in brachio, & Vincentius quando à Seba-
ſtiano fuit percuſſus in capite cum archibuſij calce,
ſtatim in terram cecidit, dicendũ eſt, quod prius Vin
centius vulnerauerit Sebaſtianum, & pro ſua neceſſa
ria defenſione poſtea Sebaſtianus Vincentium inter
fecerit.
Vndecima exoritur præſumptio innocentiæ Seba-
37 ſtiani, † quia cum eſſet extra ciuitatẽ, & vidiſſet Vin
centium in terram proſtratum, & ſemimortuum, &
auſugere potuiſſet de manibus Curiæ ſtatim ita vul-
neratus acceſſit ad Dominos ſuperiores, quibus fa-
ctum propalauit, & ſponte nec vocatus in manibus
Curiæ ſe poſuit, quod eſt manifeſtum ſignum inno-
centiæ, præſumptionemque inducit, quod omnia pro
uocatus, & ad defenſam fecerit, cum non ſit præſumẽ
dum, quod ſe in carceribus poſuiſſet, ſi nocens fuiſſet.
Marſ. conſ. 117. num. 49. Ioan. Torr. inter crim. diuerſ.
tom. 2. conſ. 81. num. 85. Grammat. conſ. 61. nu. 3. & 4.
late Maſcard. de prob. volum. 3. concluſ. 1330. & poſt
38 alios Rim. iun. in conſil. 88. nume. 48. & ſeq. lib. 1. † &
in his terminis hanc pręſumptionem ob ſpontaneam
comparitionem conſiderat Rimin. iun. in conſil. 217.
num. 27. lib. 2.
Vltimo licet à Doctoribus quælibet ex dictis con-
39 iecturis conſideretur, † multo magis ex omnibus ſi-
mul iunctis idem erit dicendum ex regula illa, quę ha
bet, quod quæ non proſunt ſingula, iuncta iuuant, de
qua per glo. l. 2. ff. de excuſ. tut. iunctis late cumulatis
per Ant. Gabr. in tit. de prob. concl. 1. prout in his ter
minis conſiderat Rim. iun. in d. conſ. 217. nu. 29. lib. 2.
Accedente etiam iurata depoſitione ipſius homicidę
aſſerentis id ad ſuam neceſſariam defenſionem feciſ-
40 ſe, † cuius iuramento concurrentibus præſumptioni-
bus ſtandum eſſe dixit Gramma. conſ. crim. 69. quem
refert Carer. in d. c. Circa quartum, n. 73. & tanto ma
gis quia iſtæ præſumptiones concurrunt pro homici-
41 da, pro quo leuiores probationes ſufficiũt, cum † pro
eo præſumptio excluſiua delicti ſit ſumenda, Bero.
conſ. 194. nu. 10. & 11. lib. 3. & late ſupra dixi.
Nec obſtant ea, quæ in contrarium adducebantur,
quoniam Primum, & Secundum argumẽtum ex iam
42 dictis penitus remouentur, † præſertim quia allega-
ta in contrarium procedunt, quando contra homici-
dam viget, aliqua alia pręſumptio, vt declarat Meno.
in d. caſu 363. num. 20. Vel ſaltem ſi pro eo coniectu-
ræ aliquæ vel præſumptiones non concurrunt, vt dixi
ſupra poſt Alciat. & alios, quorum multæ hic ad fauo
rem Sebaſtiani eliciuntur.
Minus nocet, quod Sebaſtianus offenderit Vincen
tium, poſtquam ipſe à Vincentio fuerat vulneratus,
43 quoniam † doctrina Bart. in alleg. l. ſi ex plagijs, §. ta-
bernarius, ff. ad leg. Aquil. intelligitur, quando per
cutiens poſt percuſſionem auſugit, & percuſſus eum
proſequendo vulnerauit, tunc enim potius ad vindi-
ctam quam ad defenſam feciſſe dicitur, & punitur
culpa ob exceſſum pœna extraordinaria citra mor-
tem, vt dicit Bero. in dict. conſil. 194. num. 13. & com-
munem eſſe teſtatur Iul. Clar. in d. §. homicidium, ver
ſic. ſcias tamen. At quando vulneratus adhuc rixa
durante offendit aduerſarium, qui non auſugit, ſed
44 in rixa permanet, ceſſant prædicta. † & quia percuſ-
ſus poteſt probabiliter dubitare iterum percuti, im-
pune poteſt aduerſarium repercutere incontinenti,
& ad defenſam feciſſe dicitur, vt plene declarãt Dec.
in conſ. 459. numer. 3. Crauer. conſ. 119. numero 8. lib.
1. quod etiam ſentit Aretin. in §. ius autem gentium,
nu. 7. Inſtit. de iur. natu. gent. & ciuil. & late Carrer. in
pract. crimin. in dicto capit. incip. Circa quartum de
mod. ſe defend. numero 18. & ſeqq. & nume. 56. folio
153. & fol. 156. Bolognin. conſ. 36. numero 11. Ioann.
Iacob. inter conſil. crim. Cepoll. conſ. 42. column. pe-
nult. Admittunt quidem communiter Doctores lice-
re prouocato, & vulnerato impune prouocantem, &
vulnerantem incontinenti repercutere, ac vulnerare,
prout teſtatur Bero. in conſil. 173. numero 33. libro 3.
& ſentit Grat. in conſil. 105. num. 18. lib. 1. & Carer.
in citato loco, Vnde cum Vincentius vulnerauerit
Sebaſtianum cum gladio, & contra eum admenando
iterum ipſum vulnerare tentauerit, nec auſugerit, ſi-
ne dubitatione aliqua quod Sebaſtianus fecit, duran
te rixa, ad ſui defenſionem feciſſe dicitur, & nulla pę
na tenetur.
Vltimo vero obiecto de commutatione pœnę, licet
non ſit neceſſarium reſpondere, cum Sebaſtianus po-
tuerit impune interficere Vincentium, illud tamen
ex abundanti tollitur, & dicitur fiſcum prætendere
non poſſe, qđ ſit locus pęnæ ordinariæ leg. Corneliæ.
Sed ſi prædicta ceſſarent, locus tantum eſſet pęnæ ex-
45 traordinariæ, Aut quia pro homicidio † in rixa com-
miſſo, etiam ſi pro homicida nihil concurrat, quan-
do non conſtat clare, quis fuerit aggreſſor, nunquam
pęna mortis ſeu alia corporalis imponitur, vt per
Iul. Clar. in pract. crim. § fin. q. 60. verſ. Vidi ego, & in
§. homicidium. Verſ. Alia etiam, in fi. & poſt Bonacoſ.
& alios Vulpel. conſ. crimin. 114. nu. 4. Vel ex eo quod
46 Sebaſtianus minor eſt annis decem, & octo, † cum mi
nor pro homicidio etiam ex propoſito, & non ad de-
fenſam, nec in rixa commiſſo non poſſit pœna mortis
puniri, ſed alia mitiori. Soc. iun. conſil. 7. num. 6. lib. 3.
Grammat. deciſ. 23. num. 11. & ſeqq. aſſerens in fin. ita
per Conſilium Neapolitanum fuiſſe ſeruatum, etiam
ſi dolo à minore fuiſſet homicidium commiſſum. An-
gel. Aret. in tract. de malefic. in verb. ſcienter, doloſe,
num. 12. & ibi Aug. Arimin. in addit. Marſil. conſi. 24.
num. 37. Foller. in pract. crim. in 4. par. numer. 17. Iul.
Clar. qui de communi teſtatur in dict. quæſt. 60. circa
princip. ver. Aut vero eſt maior quatuordecim. Rimi
nal. iun. inter crimin. diuerſ. tom. 1. conſil. 135. nu. 10.
& ſeqq. vbi dicit à dicta opinione neminem diſſenti-
re, & eam late probat Roland. à Vall. in conſil. 77. per
totum lib. 3. & Sforz. Odd. de reſtit. in integr. part. 2.
q. 80. art. 9. numer. 72. verſic. in contrarium, & nu. 90.
& ſeq. qui teſtatur de communi. Et non ſolum à pœ-
47 na mortis excuſatur minor, † ſed etiam ab alia cor-
porali, vt habetur in citatis locis, & firmant Marſil.
conſ. 47. num. 14. Nat. conſ. 458. num. 11. & ſeqq. lib. 2.
& Rol. à Vall. conſ. 51. nu. 41. & ſeq. libr. 1. & poſt alios
Bertazzolus conſil. crim. 118. lib. 1. qui dicit ita plu-
ries fuiſſe iudicatum in pluribus locis. Quæ opinio
in caſu noſtro ſequenda videtur, cum Sebaſtianus do
lo careat.
48 Nec conſtitutio Pij quarti reſiſtit, † quoniam illa
tantum prouidit, ne condemnato in contumaciam
pro homicidio contra ſententiam beneficio minoris
ætatis ſuccurratur, nec eſt ad caſum noſtrum, in quo
nulla adeſt ſententia trahenda. Præterea dico ex di-
cta conſtitutione non tolli, quin ob minorem ætatem
pęna ſit diminuenda ſecundum formam iuris, ſi qui-
dem per illam Conſtitutionem tollitur beneficium
reſtitutionis, competens minori contra fictam con-
feſſionem homicidij reſultantem ex contumacia, &
49 contra ſententiam condemnatoriam, † contra quam
fictam confeſſionem abſque alia probatione minor
de iure reſtitui poterat, l. minor etiam, ff. de minor.
Foller. poſt Nell. & alios in pract. crimin. 4. parte ter
tiæ partis numero 7. & not. Menoch. in conſilio 100.
50 num. 281. & ſeqq. lib. 1. & ipſe confeſſionem † fictã re-
uocare poterat. Ang. & Pau. de Caſt. in l. 5. C. qui teſt.
fac.

ſac.poſſ.Aret.in conſi.146.in primo dubio. Bald.in l.
error,in fi.C.de iur.& fact.ignor.quos refert & ſequi-
51 tur Natt.in conſ.540.numero 17.libro 3.†Et non ſo-
lum reſtituitur aduerſus fictam confeſſionem, ſed e-
tiam contra propriam, & veram homicidij confeſſio-
nem. Aſflict.deciſ.208.nu.4.& 5.Marſil.ſing.445.Rol.
à Vall.d.conſ.51.num.38.lib.1. Rimin.iun.conſil.12.
num.18.lib.2. Et hæc omnia per dictam Conſtitutio-
nem tolluntur; non tamen ex ea aufertur beneficium
commutationis pœnæ,ſed ſicut quando minor ſaſſus
eſt homicidium propria,& vera confeſſione, vel illud
aliter probatur,pœna commutatur,pari modo com-
mutari debet,quando homicidium ex ficta confeſſio-
ne reſultante ex contumacia iuſtificatur, cum dicta
Conſtitutio tãquam iuris communis correctoria ſit
ſtrictiſſime intelligenda, vt quanto minus fieri poſſit
ius commune corrigatur,l.præcipimus,in fi.vbi Bart.
C.de appellat.Bart.in l.ſi vero,§.de viro,ff.ſoluto ma-
trim.Cephal.conſilio 59.numero 26. lib.1.cum ſimil.
Et paſſiuam à iure communi recipere debet interpre
tationem,vt ſcilicet non proſit minor ætas ad tollen-
dum ſententiam,& confeſſionem,ſed quod mitius pu
niatur minor, vt de iure fieri debet,non obſtante pro-
pria, & vera confeſſione, vt in ſimili oſtendit Aſin.in
ter crimin.diuerſ.conſilio 110.nume.12. & 13.tom.2.
52 aſſerens, † ſtatutum quod diſponit maiorem ſeade-
cim annorum puniri, ac ſi eſſet maior decem, & octo
recipere interpretationem paſſiuam à iure Commu-
ni,nec auferre commutationem pœnæ,quæ ob mino-
rem ætatem fieri ſolet. Eſſet quidem abſurdiſſimum
dicere pęnam mortis commutari debere, quando mi
nor ore proprio ſatetur, non autem quando ficta con
53 feſſio ea contumacia reſultat, quia iſto modo, † ficta
confeſſio plus operaretur vera confeſſione,cõtra text.
in l. filio quem patrem, ff.de liber. & poſthum. quod
non eſt dicendum,vt conſidetant in ſimili Marſil.con
ſilio 64.numero 39.& Franc.Becci.conſil.11.numero
31.& hanc intelligentiam veriſſimã puto, conſideran
do rationem, ea qua Summus Pontifex conſtitutio-
nem illam edidit, quæ fuit (vt in ea expreſſe dicitur)
quia aliquando comparebant condemnati eo tempo
54 re,quo fiſco erat ſublata facultas probandi,† quæ ra-
tio,in dicta Conſtitutione expreſſa, mentem Pontifi-
cis declarat.Ioan. de Anani. conſil.4. numero 2.Dec.
conſilio 386.nume.7.Deciſ.Pedemont.20. numero 4.
55 † Et cauſam finalem,ex qua motus fuerit, oſtendit,l.
fin.ff.de hæred.inſtit.Bartol.in l.1.ff.ad Maced. Patiſ.
conſil.12.num.96. lib. 2. Tob. Noni. conſilio 10.nu-
mero 7. Quæ quidem ratio ſolum oſtendit voluiſſe
Pontificem prouidere,ne poſt annum homicida con-
tra confeſſionem,& condemnationem audiatur, nec
etiam beneficio minoris ætatis, ſi illas infringere, &
reuocare vellet, ſed quod iuribus ſubſiſtant, & pro
vera probatione habeantur, ſed reſpectu commuta-
tionis pœnæ ob minorem ætatem,cui locus eſt, etiam
præſuppoſita plena probatione delicti,nihil in ea di-
citur,nec ratio expreſſa ad id tendit, propterea con-
ſtitutione non obſtante minor pœna ordinaria pu-
niendus non eſt,quatenus in totum excuſari non poſ-
ſet,prout vere in totum excuſari debere cenſeo, ſtan-
tibus ſupra adductis.

Excellentiſſimus Dominus Fuluius Zachiuus Locum tenens in criminalibus Illuſtriſſimi & Reuerendiſſimi Cardinalis Riarij Peruſiæ legati abſoluit dictum Sebaſtianum à pœna homicidij anno 1583.die tertia Iannarij, vt conſtat in Curia Criminali Ciuitatis Peruſiæ.

ARGVMENTVM.

Mulier aſſerens ab aliquo fuiſſe carnaliter cognitã, tam per Sodomiam, an & quando faciat indicium ad torturam. Et quando quis ex dicto ſocij criminis poſſit torqueri.

SVMMARIVM.

1 *Socius criminis etiam in caſibus,in quibus poteſt interrogari de ſocijs,non facit indicium ad torturam.*
2 *Tortura purgat defectum teſtis.*
3 *Sodomiam paſſus facit indicium ad torturam,concurrente alio indicio,& tortura teſtis.*
Sed contra.num.15.
Declaratur.num.16.
4 *Socius criminis facit indicium ad torturam, quando aliud indicium concurrit.*
Intellige ſi alia concurrant indicia, & ſocij tortura, aliàs ſecus.num.16.
5 *Tortura vt ſit locus,debent præcedere legitima indicia.*
6 *Criminis particeps contra alium non probat.*
7 *Accuſator, & teſtis in cauſa propria quis eſſe non poteſt.*
8 *Infamis redditur,aſſerẽs ſe fuiſſe ſuppoſitũ per Sodomiã.*
9 *Infamis à teſtimonio repellitur.*
10 *Turpitudinem ſuam allegans non debet audiri.*
11 *Mulieri aſſerenti fuiſſe ab aliquo carnaliter cognitam nõ adhibetur fides.*
Nec ad torturam facit indicium.num.12.
13 *Teſtis vnicus de ipſo delicto immediate deponens facit indicium ad torturam, ſi eſt omni exceptione maior, aliàs ſecus. Et num.ſeq.*
17 *Socius criminis in criminibus exceptis tunc probat, quando vltra adminicula,& coniecturas ex numero teſtium, vel ex qualitate deponientium, vel ex perſona eorum, contra quos deponit, veriſimile eſt non mentiri, aliàs ſecus.*
18 *Mulier malæ vitæ, & famæ, præſumitur dicere mendacium.*
19 *Mendacia dicere ſolitus præſumitur mentiri.*
20 *Probatio bonæ vitæ,& ſamæ elidit omnem contrariam præſumptionem.*
21 *Socius criminis admittitur in teſtem,quando concurrentibus alijs coniecturis eſt etiam talis, qui accuſator,& teſtis eſſe poſſit,& non aliter.*
Et quando non notatur alia exceptione, ſecus ſi alios patitur defectus.nu.22.
23 *Socius criminis alijs infamatus etiam in caſibus exceptis nullum facit indicium,nec etiam ad inquirendum.*
24 *Femina de iure Canonico in cauſis criminalibus ad offenſam à teſtimonio repellitur.*
25 *Mulier infamis ac publica meretrix à teſtimonio in totum repellitur.*
26 *Inimicus à teſtimonio in totum repellitur.*
27 *Teſtis inimicus repellitur,etiã ſi non probetur inimicitia, dummodo conſtet de cauſa,ob quam reſultat inimicitia.*
28 *Inimicitia etiam præſumpta repellit teſtes à teſtimonio.*
29 *Periurus teſtis nullam fidem facit.*
Nec indicium ad formandam inquiſitionem.num.39.
30 *Blaſphemator in indicio teſtis eſſe non poteſt.*
Nec ad repulſandum alios teſtes admittitur. nu.31.
32 *Probationes dubiæ & minus concludentes recipiuntur, quando agitur de probanda defenſione.*
33 *Teſtes in cauſa criminali,rationem,& cauſam ſciẽtiæ reddere tenentur etiam non interrogati,aliàs non probant, nec indicium faciunt.*

Intelli-

Digitized by Google

Intellige de teſtibus examinatis ad offenſam, ſed examinati ad defenſam probant, licet cauſam ſcientiæ non redderent. num. 34.
35 *Teſtes imperfecte & de auditu deponentes, probant malã vitam & ſamam in genere, quando incidenter pro defenſione Rei de ea quæritur.*
36 *Defenſionis fauor militat etiam in indirecta probatione ad repulſam teſtium fiſci.*
37 *Tortura plures defectus purgare non poteſt.*
Nec defectum periurij in cauſa criminali. num. 38.
40 *Probatio bonæ famæ adeo diminuit indicia fiſci, vt ex eis non ſit locus torturæ, quamuis aliàs ad torturam ſufficerent.*

CONSILIVM C.

VISIS ac diligenter conſideratis querela porrecta contra Dominum N, Peruſinum, cuius nomen omitto honoris gratia, ſub prætextu quod cum quadam muliere neſandiſſimum ſodomiæ crimen commiſerat; Ac proceſſu deſuper facto, dubitationibusque excitaris per Excellentiſſimum Dominum Locumtenentem in criminalibus Illuſtriſſimi & Reuerendiſſimi Domini Legati Vmbriæ: dicendum videtur dictum querelatum torturæ ſubijciẽdum eſſe, quia mulier illa clare dixit à præfato N, præpoſtera venere carnaliter cognitam
fuiſſe, & quamuis ipſa ita deponens faciat ſe ſociam
1 criminis, & regulariter † ſocius criminis etiam in criminibus exceptis, in quibus de ſociis interrogari poteſt, non faciat indicium ad torturam contra alium nominatum, Cin. Salic. & alii in l. fi. C. de accuſ. Anto. de Butr. & Io. de Imo. in c. 1. de confeſſ. Marſil. ſingul. 409. incip. Socius criminis. & conſ. 78. num. 13. & ſeq. Ioao. de Anan. conſ. 59. numero ſecundo. verſ. Reſtat. Ruin. qui de communi teſtatur conſ. 147. nu. 2. & ſeq. lib. 5. Rol. à Vall. conſ. 73. num. 2. lib. 1. nihilominus in caſu, de quo agitur, videtur dicendum mulierem illã facere indicium ad torturam duplici ratione.
Prima quia dictum ſuum confirmauit cum tortu-
2 ra, † & tortura defectum teſtis purgare ſolet, ſecundum Boſſ. in tract. cau. crim. in tit. de tortur. reſt. nu. 3. & Iul. Clar. in pract. crim. § fin. q. 21. ver. Scias etiam. & q. 25. in princ.
3 Secunda quoniam agitur de crimine ſodomiæ, † in quo propter criminis immanitatem & quia ſecreto & abſque teſtibus committitur, ſodomiam paſſus ad torturam indicium facere ſolet, concurrentibus aliquo alio indicio & tortura ipſius teſtis, vt dixit Boſſ. in d. tract. in tit. de indic. & conſider. ante tort. nume. 160. & in tit. de ſtupr. deteſtab. in maſcul. in fin. quem ſequitur Io. Bapt. de Plot. inter crimin. diuerſ. tom. 1. conſ. 132. num. 23. & ſeq. nec ab eis diſſentit Bertazol. in ſuis conſil. crimin. conſ. 71. num. 66. lib. 1. quorum opinio indubitata videtur, concurrente aliquo alio
4 indicio, ac tortura teſtis ſodomiam paſſi, † quoniam quando aliquod aliud indicium concurrit cum depoſitione ſocii criminis, etiam quod non agatur de crimine ſodomiæ, reus ex dicto ſocii criminis tormentis ſubiici poteſt ſecundum Sal. in d. l. fi. circa fi. C. de accuſat. & poſt Boſſ. in tit. de indic. nu. 149. ita practicari teſtatur Iul. Clar. in d. q. 21. ver. Sed quid in criminibus exceptis, in fin.
Re tamen melius conſiderata de iure reſpondendum arbitror ex proceſſu facto contra carceratũ nul-
5 lum reſultare indicium ad torturam, † etenim vt quis torqueri poſſit, legitima pręcedere debent indicia, de quocũque delicto quæratur, aliàs torturæ non eſt locus, l. ſi quis alium, vbi gloſ. & Doctores, C. ad leg. Iul. maieſt. Boſſ. in tit. de indicijs, num. 1. Capic. deciſ. 126. num. 4. Senat. Pedemont. deciſ. 79. nume. 14. Rimin. iun. qui de communi teſtatur conſil. 88. nu. 52. & ſeq. lib. 1. Et quamuis hoc remittatur arbitrio iudicis, huiuſmodi arbitriũ regulari debet ex regulis iuris, ita vt ex legitimis tãtũ indicijs & à iure approbatis reus torqueatur, & non aliter. ita Boſſ. in d. titu. de indic. num. 32. & ſeq. Pariſ. conſil. 151. num. 14. & ſeq. lib. 4. Marſi. conſil. 15. num. 17. late Senat. Pedemont. in d. deciſ. 79. nu. 57. quos ſequitur, alios etiam adducens, Burſat. conſ. 501. nume. 50. lib. 2. quæ indicia in caſu noſtro non concurrunt; Solum quidem pro fiſco allegatur depoſitio dictæ mulieris dicẽtis fuiſſe præpoſtera venere, & per vim carnaliter cognitam à dicto querelato, quæ nullam probationem facit, Tum quia ita deponens facit ſe participẽ dicti criminis punibilia
6 & † particeps criminis contra alium non probat, l. quoniam liberi, C. de teſt. l. fin. C. de accuſ. l. ſi filiusc C. de lib. cau. Tum etiam quia dicta mulier porrexi, ſuper prædictis querelam contra dictum carceratũ
7 & † iura abhorrent, quod quis in cauſa propria ſit accuſator & teſtis, glo. in l. is qui in iudicio, ff. de accuſ. Gandin. in tractat. de malefic. in rubr. qui accuſ. poſſ. Marſil. conſi. 33. nu. 3. & ſeq. Omnibus enim in re ſua teſtimonium dicere prohibetur, l. nullus, ff. de teſti. l.
8 omnibus, C. eo. tit. c. nullus, 4. q. 3. † prout etiam dum deponit ſe fuiſſe ſuppoſitam per Sodomiã, reddit ſe infamem, vt habetur in Auth. vt non luxurientur contra naturam, in l. cum vir nubit in feminam, C. de a-
9 dult. & in c. clerici, de exceſſ. præla. † Et infamis repellitur à teſtimonio, c. in primis, 2. q. 1. c. per tuas, de Si-
10 mon. Specu. in tit. de teſte, §. 1. num. 28. † Et quia allegat turpitudinem ſuam, minus eſt audienda, c. inter dilectos, de donat. c. cum ſuper, de conceſſ. præb. glo. in c. ex tenore, de teſti. cum alijs allegatis per Marſil. conſi. 28. num. 18. & ſeq. quibus rationibus Docto-
11 res dicunt non † eſſe adhibendam fidem mulieri, deponenti ab aliquo fuiſſe carnaliter cognitam maxime ſi ipſa querelam porrexit, ita quidem dixerunt Alex. conſ. 157. in prin. lib. 5. Grammat. conſ. crim. 45. in princ. Horat. Luc. inter crim. diuer. to. 1. conſil. 161. nu. 10. Roſſel. inter dicta crim. tom. 2. conſil. 12. num. 4. Boer. deciſ. 319. num. 7. Crauet. conſil. 41. in princip. lib. 1. Grat. conſil. 57. num. 28. lib. 2. Et ſi nullam facit
12 fidem, vt dicunt Doctores in allegatis locis, † minus ad torturam indicium conſtituit, vt ipſi ſentiũt, & in ſpecie de indicio ad torturam loquuntur Crauet. & Grat. quę opinio, vt nec etiam faciat indicium ad tor-
13 turam, veriſſima eſt, nam etſi † vnus teſtis deponens de maleficio, & actu proximo, & immediato delicti indicium faciat ad torturam, iux. gloſ. in l. ſi quis, C. ad leg. Iul. maieſt. Bar. in l. maritus, num. 1. ff. de quæſt. quæ cõmuniter in iudicijs ſeruatur, vt teſtatur ibi Alber. nu. 1. & communiter approbatur, ſicut dixerunt Rol. à Val. conſ. 7. nu. 3. lib. 1. Cepol. conſil. crim. 40. in 4. dub. & Iul. Clar. in d. §. fi. q. 21. ver. Vnus teſtis. &
14 q. 22. poſt principium, † id procedit, qñ teſtis eſt omni exceptione maior, ideſt talis, contra quẽ nulla poſſit opponi exceptio, vt declarant Bar. in d. l. maritus, numero 1. Bald. conſilio 259. numero 5. libro primo. conſilio 41. in fin. libro 5. Crauet. conſil. 99. nume. 4. libro 1. Ruin. qui de communi teſtatur in conſil. 147. num. 3. verſ. Nam ad hoc vt vnus teſtis. libro 5. quam opinionem communiter approbari teſtantur etiam Ioan. de Amicis conſ. 37. numero 6. Ange. Alex. Marſil. & alij quos refert & ſequitur Hier. Gabr. conſ. 178. num. 8. lib. 1. Marſ. conſi. tot. nume. 37. & poſt eos late Rim. iun. conſ. 361. nu. 27. & ſeqq. lib. 4. vbi poſt alios oſten-

Digitized by Google

oſtcndit teſtē vnicum, vt faciat indicium ad torturá,
debere eſſe inuulnerabilem,id eſt qui nulla exceptio
ne vulnerari poſſit, & indubitatum,nec aliquam con
iecturam debere pugnare contra eū, & ſequitur Iul.
Clar.in d.§.fi.q.21.verſi.Vnus teſtis,vbi ſubdit, quod
licet multi Iudices de facili etiam ſuper dicto teſtis
inhabilis & minus idonei forment inquiſitionem, &
qñque reum torqueant, male faciunt, ibique eādem
declarationem cōem eſſe teſtatur. Et rurſus in q.22.
verſ. Vnum tamen.Sed mulier iſta quę facit ſe ſociam
criminis non eſt talis, vt dixi ſupra, & inferius demō
15 ſtrabitur, ideo indicium non facit. † Et in terminis
quod dictū eius, qui aſſerit ſe fuiſſe ſuppoſitū per So-
domiā,non faciat indiciū ad torturá,firmant Marſi.
conſil.28.nu.18.& ſeq. Pariſ. conſi.163.num.8.& ſeq.
lib.4.& Rim.iun.conſil.290.nu.9.lib.3. quod ēt vide-
tur fuiſſe de intētione Claud. Bert. in addit. ad conſ.
crim.Barth.Bert.71.ſub nu.66.in littera,I,lib.1.

Nec obſtant ea,quæ in cōtrarium allegantur, illis
16 quidem reſpondetur. † Primo tunc ſocium criminis
facere indicium ad torturam, quādo cum eius dicto
contra inculpatum aliqua alia viget ſuſpicio, & ipſe
ſocius ſuam depoſitionem cum tortura confirmat,
& ſic quando tortura & alia ſuſpicio copulatiue con
currunt, & ita loquuntur Doctores in contrarium al
legati,præſertim Boſſ.Plot. & Bertazol. qui de Sodo-
mia loquuntur. Sed ſi ſocius criminis non confirma-
uit ſuum dictum in tortura, quamuis alia ſuſpicio vi
geret contra nominatum, non propterea ille ſocius
faceret indiciū ad torturam,vt dixit Bertaz.in d.con
ſil.71.numer.66. & eſt de intentione Boſſ. in locis in
contrarium allegatis, quod generaliter in quocūque
ſocio criminis recipitur, qui nō nocet inquiſito reſpe
ctu torturæ etiam alijs concurrentibus indicijs, niſi
ſuum dictum confirmauerit in tortura, ea rōne quia
cum ſocius,qui de ſe eſt confeſſus, ſit turpis perſona,
cui ſine tormentis non creditur, iux. l.ob carmen,§.ſi
ea, ff.de teſt.ſine tortura indicium non facit,prout di
xerunt Fulgoſ.in conſi.173.col.1.Rol.à Val.conſil.51.
num.19.& ſeqq.lib.1.Bertazol. in ſuis conſilijs crim.
conſil.234.num.4.lib.1.Iul.Clar.in alleg.§.fin.quæſt.
21.verſ. ſocios etiam.& q.25.in princ.ver.Item in ſo-
cio criminis.& not.Marſi.in pract.crim.§.diligenter.
nu.61.& ſeq.qui dixit ſocio criminis non eſſe creden
dum ſine tortura etiā in criminibus exceptis, in qui-
bus aliàs crederetur ea rōne, quia talis ſocius nomi-
nans alium effectus eſt infamis per ſuam confeſſionē
delicti, & infamis contra alium non auditur ſine tor
tura,c.illi qui,5 q.5.glo. in c.cū P. de accuſ. Vel ſi ſo-
cius criminis ſuum dictum confirmat in tortura, ad
hoc vt ex eius depoſitione reſultet indicium ad tor-
turam contra alium,opus eſt aliàs præſumptiones cō
tra carceratum concurrere,quando enim aliæ præſū-
tiones non concurrunt,depoſitio ſocij criminis quan
tumcūque in tortura confirmata, non facit indicium
ad torturam contra nominatum etiam in caſibus ex
ceptis,in quibus de ſocijs interrogari poteſt, ſecūdū
Sali.in d.l.fi.C.de accuſ. Ale.conſil.89.col.2.lib.3.con
ſil.128.col.1.in fi.lib.4.Corn.conſ.58.col.fi.li.1.Marſi.
conſ.2.num.28.& conſil.15.num.5.Boer.qui de com-
muni teſtatur deciſ.319.nume.1.& poſt alios multos
hanc opinionem magis cōmuniter approbari teſtan
tur Rol.à Vall. conſ.16.nume.17. lib.1.Hircon.in ſuis
commu.opin. cent.4. in littera H, concluſ.38.tom.2.
Iul.Clar.in d.§.fin.q.21.ver.Sed quid in criminib. ex-
ceptis,& verſic.ſequentibus,& Bertazol.in ſuis conſi
lijs crim.conſil.39. num.13. & conſil.234. numero 1.
& ſeqq.lib.1. vbi pluribus modis extendit, vt ibi per
eum.Sed in caſu noſtro licet illa mulier ſuam depoſi-
tionem confirmauerit in tortura nulla alia præſum-
ptio ſeu ſuſpicio contra iſtum carceratum concurrit,
& vt dixi copulatiue requiritur,quod alia ſuſpicio cō
currat, & ſocius ſuam depoſitionem in tortura confir
met,vt Boſſ.Plot.Bertazo.& alij in citatis locis dixe-
runt,iden res redditur clara, quod dicta mulier non
facit indicium ad torturam.

17 Secūdo dicitur †tunc credi ſocio criminis in crimi-
nibus exceptis,quando vltra adminicula & coniectu
ras ex numero teſtium,vel ex qualitate deponētium,
vel ex perſona eorum, contra quos ſocius depoſuit,
veriſimile eſt ſocium criminis nō mentiri,vt per text.
in c.in fidei,§.fi.de hęr.in 6.not.dixit Aret.in c.cum P.
Moncanella.nu.22.de accuſat.quem ſequuntur Mar-
ſil.conſ.74.num.12.Grammat. conſ.crimin.38.num.
26.Rolan.à Vall.conſ.73. num.25.lib.1. Burſat. alios
adducens conſ.201. num.60.libro 2. Bertazol.conſil.
crimin.40.num.13.lib.1.Tiber.Decian.conſ.18.num.
64.lib.1.quæ quidem veriſimilitudo in occurrenti ca-
ſu non deducitur, non enim ex aliorum teſtium depo
ſitionibus hæc veriſimilitudo probatur,quia pro par
te fiſci nullus alius teſtis fuit examinatus, nec ex qua
litate perſonæ dictę mulieris reſultat præſumptio,qđ
non mentiatur, ſed oppoſitum, quoniam probatum
fuit illam mulierem fuiſſe malæ vitæ, conditionis, &
18 famæ,ac meretricem,†& cum ſit infamis,infamia fa
cti ac vitę culpabilis,præſumitur dicere mendacium,
vt dicit tex.in c.inquirendum, 2.q.7.ibi, quoniam nō
ſunt rectæ fidei,quorum vita eſt accuſabilis. Barbat.
in repet. c.teſtimonium, col.5. de teſtib. & poſt eum
Marſil.conſ.101. num.14. & etiam conſtat mulierem
ipſam conſueuiſſe dicere mendacia, ac aliàs falſam
querelam cōtra alium porrexiſſe ſub prætextu, quod
19 ab eo defloratа fuerit, † & cum ſolita ſit dicere men-
dacium, præſumitur etiam modo mentiri, vt dixit
Abb.in c.teſtimonium,nu.3.prope fin.de teſtib.& ſe-
quitur Veronen.conſ.crim.32. col.4.verſ. Quarta ra-
tio,minuſque ex qualitate perſonæ querelati elicitur
præſumptio veritatis depoſitorum à dicta muliere,
ſed contrarium dicendum eſt, cum probatum fuerit
eum fuiſſe & eſſe virum nobilem, ac bonæ vitæ,condi-
20 tionis, & famæ, † quæ ſane probatio omnem contra-
riam præſumptionem elidere ſolet, vt pro inculpato
de ſodomia conſiderant Pariſ. conſ.163. num.16. li-
bro quarto.& Rimin.iunior conſ.290.num.3.libro 3.
Cum igitur nec ex numero teſtium,neque ex qualita
te mulieris, ſeu querelati eliciatur præſumptio veri-
tatis depoſitorum à præfata muliere,illi fides aliqua
non eſt adhibenda.

21 Tertio dicitur,†quod quādo in aliquo caſu ſpecia-
li de iure cauetur teſtem ſocium criminis fidem ali-
quam facere,id procedit, quando concurrentibus a-
lijs coniecturis; teſtis eſt etiam talis, qui accuſator &
teſtis eſſe poſſit, & non aliter, vt declarat Ruin.conſ.
7.in fin.libro 5.quem refert & ſequitur Rolan.à Vall.
22 conſ.73.num.18.& ſequen.libro primo.†& ſic quan-
do ſolum ei obijcitur,quod eſt ſocius criminis, ſed a-
lia exceptione non notatur, at ſi alios patitur defe-
ctus,alijſque exceptionibus notatur, nullam facit fi-
dem etiam in caſibus exceptis, ſed in totum repelli-
tur,vt per doctrinam Ang.in l. qui in iudicio,ff.de ac-
cuſatio.dixerunt Marſil. conſil.74.num.23. Gramm.
conſil.crimin.38.num.9.conſil.35.num.27.& vor.34.
num.9.Rolan.à Vall.conſ.3.nu.49.& ſeq.libro tertio.
Lauren.Hircon.qui de communi teſtatur in ſuis com
mun.opin.cent.4.conclu.40.in litera S, quam opinio
nem communem dicunt etiam Rimin. iun. conſ.114.
num.17.& ſeqq.conſ.120. num.81. libro 2. & Burſat.
23 conſ.192.nu.20.& ſeqq.lib.2. † vbi dixit Socium cri-
minis

Digitized by Google

minis ex alijs infamatum ēt in caſibus exceptis nul-
lum indicium facere,nec etiam ad inquirēdum, & de
communi teſtatur.Sed mulier de qua agitur, præter-
quam quod facit ſe ſociam criminis,multas alias pa-
titur exceptiones, vt mox deducā,ideo nullam fidem
facit,ſed in totum à teſtimonio reiicitur . Quod antē
illa mulier alias patiatur exceptiones deducitur.
24 Primo ex eo† quod eſt femina,quæ de iure canoni-
co in cauſis criminalibus ad offenſam à teſtimonio
repellitur,cap forus,de verb.ſignific.Abb.in cap.quo
niam,num.2.& ibi Dec.num.30.de teſtib. Dec.in l.2.
num.35.ff.de reg.iur.Alex.conſ.99.lib.1.Blanc.de in-
dic.num.351.Iul.Clar.qui de communi teſtatur.in §.
fi.quæſt.24.ver.De iure autem Canonico.& in propo
ſito Rim.iun.conſ.114.num.20.lib.2.
25 Secundo probatur† in proceſſu dictam mulierē eſ-
ſe malæ vitæ,conditionis & famæ,publicamque mere
tricem,quare merito repellitur in totum,ita vt in cau
ſa criminali fidem aliquam non faciat,c.licet.de for.
compet.c.ſuper eo.& c.teſtimonium.de teſtib.Gram-
mat.voto 22.nu.7.Ruin.conſ.147.num.14.ver. Atten
to.lib.5.Iul. Clar.in d.§.fin.q.24.ver. Item infamis.&
ver.Item meretrix.vbi de communi teſtatur.
26 Tertio quia† inimicus in totum à teſtimonio repel
litur,c.repellatur, c.cum P.& c.cum oporteat . de ac-
cuſat.Auth.ſi teſtis,vbi omnes,C.de teſtib.Marſ.ſing.
178.Couar.practic.quæſt.cap.18.num.3.Crauet.con-
ſil.9.num.6.lib.1.late Menoch.de arbit.iud.quæſt.lib.
2.q.28.per totam.Franc. Becc.conſ.85.num.5. & ſeq.
Et in terminis quod in caſibus , in quibus ſocius cri-
minis facit indiciū,ſi repellatur, ſi eſt inimicus, pro-
bant Grammat.conſ.38.num.13. & Rim.iun.d.conſ.
114.num.22. & ſeq.lib.2. Et dicta mulier facit ſe ini-
micam querelati , dum deponit ab eo fuiſſe grauiter
percuſſam,& verberatam , ideo à teſtimonio repelli-
tur,quæ concluſio procederet,licet aliter non proba-
27 retur inimicitia,† cum ſatis ſit ad repellendos teſtes
conſtare de cauſa, ex qua reſultet præſumpta inimi-
citia.Innoc.in cap.cum I, & A,in fi.de re iud. Bald.in
l.præſcriptione,col.pen.C.ſi contra ius vel vtilit. pu-
blic.Abb.in d. c.repellatur, & in c.cum oporteat . de
accuſ.Creſcent.deciſ.271.aliàs 3.in tit.de teſtib.cum
aliis allegatis per Grammat.conſ.crim.58.num.5.8.
& 9.vbi dicit,quod quando ſubeſt iuſta cauſa inimi-
citiæ,etiam quod non probetur inimicitia,ſemper te
ſtes repelluntur, quamuis ipſimet teſtes dicerent nul
28 lam habere inimicitiam.Et quod† etiam ex præſum
pta inimicitia teſtes repellantur,probant Marſ.con-
ſil.29.nu.22.& ſeq.conſ.52.nu.30. & ſeq. & Menoch.
d.q.28.num.6. & 7.qui alias multas auctoritates ad
id probandum adducunt.
Quarto dicitur dictam mulierem aliàs falſum de-
poſuiſſe cum iuramento contra quendam , à quo de-
floratam fuiſſe aſſeruit, & de mendacio cōuicta fuit ,
quo fit,vt ei nulla ſit adhibenda fides,Tum quia ſoli-
ta eſt dicere mendacia,vt dixi,Tum etiam quia ex il-
la ſua falſa depoſitione cum iuramento conuincitur
29 de periurio , & † teſti periurio nulla fides adhibetur,
c.ſicut,de teſtib.& ibi Docto. c.qualiter & quando,el
2.de accuſ.c.teſtimonium & ibi Docto.de teſtib. not.
Bal.in l.falſis,C.de tranſact.Crau.conſ.6.num.14.lib.
1.Dec.conſ.189.nu.11.in fi.Rol.à Vall. conſ.16. nu.9.
& ſeq.lib.1.late Maſcar.de probat. vol 3.concl.1168.
in verb. periurus.per totam , qui concluſionem iſtam
multis auctoritatibus exornat,eamque in ſex caſi-
bus ampliat.
Quinto conſtat mulierem illam eſſe blaſphematri-
30 cem Omnipotentis Dei & Sanctorum,† blaſphema-
tor autem in iudicio teſtis eſſe non poteſt . Ripa in l.
admonendi,num.180.verſ.Idem blaſphemator,ff.de
iure iur.Fel.in cap.2.in fin.de except.Iacob.Nouel.in
reg.216.num.23.Maſcard.de probat.lib.1.concl.194.
31 num.13.qui nu.15.poſt Pari de Put. † extendit quod
nec ſit admittendus ad probandum contra perſonas
aliorum teſtium.
Nec pōt dubitari,quod prædictæ exceptiones non
ſint legitime probatæ,quoniā de eis plene ac conclu-
denter conſtat, & ſi teſtes imperfecte ac minus con-
cludenter deponerent, non minus probarent inten-
32 tionem Rei,† quoniam agitur de defenſione proban-
da,quo caſu probationes dubiæ, ac minus concluden
tes ſufficiunt . Iaſ. in l. non ſolum , §. ſciendum , nu-
mero ſeptimo, in fin. & ſequen. ff. de noui oper. nun-
ciat.Crauet.conſil. 2.num.16.libro primo. Aſin.inter
crimin. diuerſ.tom.2. conſil.110.num.7.circa fin.Ce-
phal.conſ.140.num.11.& ſeqq.libro primo.teſteſque
eo caſu probant,licet cauſam ſcientię non redderent,
præſertim quando non fuerunt interrogati, nam etſi
33 in cauſis & negotiis criminalibus† teſtes debeāt red
dere cauſam & rationem ſcientiæ etiam non interro
gati , & aliàs non probent , nec faciant indicium ſe-
cundum Bald.conſ.182.num.2.lib.4.Sal.in l.fin.C.de
probat Innoc.in cap.cum cauſam, de teſt. quem Do-
ctores communiter ſequuntur,vt teſtatur Marſ. con-
34 ſilio 50.nu.10.† hæc opinio procedit in teſtibus , quī
ad offenſam deponūt , ſed teſtes qui deponunt ad de
fenſam vtique probant,etiam ſi cauſam ſcientiæ non
redderent,iuxta communem Doctorum opinionem,
de qua teſtatur Viui.in ſuis commu.opin.in verbo.te
ſtes in cauſis,& negotijs criminalibus. & Iul.Clar.in
d.§.fi quæſt.53.verſi.Sed hoc intellige.& teſtes etiam
ſingulares admittuntur,quoniam agitur de proban-
da infamia in genere.Rim.ſen.conſ.540.nu.48.Crot.
conſil.106.col.3.lib.1.& late probat Rim.iun.conſ.7.
num.67.& 71.lib.1.& inter crim. diuerſ.tom. 2. con-
35 ſil.85.nu.11.† Præterea quando agitur de probanda
mala vita & fama in genere , & incidenter pro defen
ſione,non autem vt alter ob malam uitam puniatur,
tunc teſtes imperfecte , & etiam de auditu deponen-
tes probant,Cepol.conſ.crim.58.col.fin.ver. Item ali
ter.Cephal.d.conſil.140.nu.27.& ſeq. Burſa. conſ.69.
36 nu.14.& 15. lib.1. † qui fauor defenſionis locum ha-
bet etiam in probatione indirecta ad repulſam te-
ſtium inductorum pro parte fiſci, prout obſeruati te
ſtatur Boſſ.in tit.de crim.læſ.maieſt. nu.125.
Cum igitur dicta mulier , præterquam quod facit
ſe ſociā criminis,tot alias patiatur exceptiones,nul-
lam facit fidem, vt dictum eſt ſupra , nec confirmatio
ſuæ depoſitionis in tortura aliquid operatur , Tū qa
alia ſuſpicio contra querelatum non concurrit , pro-
ut neceſſario requiritur , vt dixi , Tum etiam quia li-
cet tortura purgare ſoleat infamiam teſtis,reſultan-
tem ex eo quod facit ſe ſociam criminis,nihil opera-
37 tur,quando alios patitur defectus,† cum tortura plu
res defectus purgare non poſſit . Crauet. conſ.6. nu-
me.54.& ſequent.lib.1.Burſat. conſil.192. nume.22.
lib.2.Rolan.à Val.conſil.3.nu.48. & ſeqq. lib. 3. Præ-
terea cum aliàs falſum cum iuramento depoſuiſſe
38 conſtet , † tortura defectum periurij in cauſa crimi-
nali purgare non poteſt. Crauet.dicto conſil 106.nu-
mero 16.47.& 48. Dec. conſilio 189. colum. 6. verſic.
Nec obſtat quod infamia.Didac.Couar.variar.reſo-
lut lib.2 cap.13. num.8. in fin.verſicu. Immo ſenten-
tia Rol.à Val. conſil.16. nume.10 & 19. & conſil.79.
nume.12.lib.1. Tob.Non.conſil 99 num.5.& ſeqq.&
poſt alios multos idem firmat Burſat.conſil.20.num.
61 conſilio 79.nume 11. lib.1. & conſil. 201. nume.67.
39 lib.2. vbi de communi teſtatur † ſubdens depoſitio-

nem periurij non facere indicium, neque ad formandam inquiſitionem, & ita communiter teneri, ac indicatum fuiſſe. Ex quibus cenſeo dictum carceratum penitus liberandum eſſe, nec torturæ ſubijci poſſe, cum nullum legitimum indicium ſufficiens ad torturam
40 probetur, ſtante maxime † probatione bonæ famæ dicti querelati, quæ indicia contra Reum adeo diminuit, vt licet aliàs eſſent ſufficientia ad torturam, ex eis nullo modo torqueri poſſit, vt dixerunt Marſ. conſil. 74. num. 25. & ſeq. Gramm. conſ. crim. 44. num. 5. & ſeq. Natt. conſ. 42. nu. 9. & 11. lib. 1. Rol. à Vall. conſ. 3. nu. 57. lib. 3. Calefat. inter crim. diuer. tom. 1. conſ. 108. nu. 9. & ſeq. Lauren. de Occa inter crim. diuerſ. conſ. 60. 10. 2. vbi de communi teſtatur, & ita in ſpecie pro imputato de ſodomia concludunt Pariſ. conſ. 163. nu. 16. lib 4. & Rim. iun. conſ. 290. num. 3. lib. 3.

Dictus N, fuit abſolutus per Excellentiſſimum Dominum Fuluium Zacchinum Locumtenentem in criminalibus Illuſtriſſimi & Reuerendiſſimi Cardinalis Riarij Peruſiæ & Vmbriæ Legati die 3. Nouembris 1582. & quis iſte fuerit, conſtat in ſententia lata dicta die, de qua in libro ſententiarum abſolutoriarum.

ARGVMENTVM.

Teſtes pro informatione Curiæ recepti parte non citata; An & quando fidem faciant, & nunquid repetendi ſint ſuper Interrogatorijs Rei.

Nomina teſtium examinãdorum ad defenſam, an fiſco & querelãti ſint edẽda.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes recepti pro informatione Curiæ ſine citatione partis, ſi confrontati cum Reo confirmant eorum depoſitiones, fidem faciunt abſque alia eorum repetitione.*
Declaratur num. 29.
2 *Indiciorum copia dari non ſolet, niſi teſtes parte citata repetiti fuerint.*
3 *Teſtes pro informatione Curiæ recepti parte nõ citata probant, quando Reus habuit illos pro rite & recte receptis.*
Declaratur num. 33.
4 *Teſtes Curiæ non examinantur ſuper interrogatorijs Rei de conſuetudine.*
Sed contra num. 37. & 38.
5 *Citatio partis prætendentis intereſſe in quolibet actu requiritur.*
6 *Teſtes recepti parte non citata ad videndum eis deferri iuramentum non faciunt fidem.*
Etiam quando teſtes examinantur extraordinarie. nu. 7.
Ac etiam in cauſis ſummarijs. num. 8.
Et quando cauſa fuit commiſſa omni iuris ſolẽnitate omiſſa. num. 9.
Et licet in cauſa procedi poſſet, ſola facti veritate inſpecta. num. 10.
11 *Teſtes etiam in cauſa criminali recipi debent citata parte ad vidẽdum eos iurare, & induci, aliàs non probant, nec indicium faciunt.*
Et ſi teſtes eſſent mortui, non facerent indicium ad torturam, ſed tantum quandam leuem præſumptionem. numero 12.
Fallit in crimine aſſaſſinij. num. 13.
Et in crimine læſæ maieſtatis. num. 14.
Sed contra num. 15.
16 *Teſtes examinati parte non citata, etiam ſi eſſent mille, non faciunt indicium ad torturam.*
Niſi deponant contra hominem vilis conditionis. nu. 18.
Faciunt tamen aliquod argumentum & præſumptionem. num. 17.
19 *Teſtes examinati parte non citata probant, ſtante conſuetudine.*
20 *Citatio in qua non conſiſtit defenſio poteſt tolli per conſuetudinem.*
21 *Teſtes pro informatione Curiæ de conſuetudine recipi poſſunt, parte non citata.*
Intellige quando Reus eſt abſens, ſecus ſi præſens. nu. 22.
Sed Reo comparente, & inquiſitionem negante, debent repeti Reo citato, vel præſente, aliàs non probant. numero 23.
24 *Teſtes examinati parte non citata repeti debent ante ſententiam, vel cauſæ concluſionem tantum.*
25 *Teſtes fiſci recepti parte nõ citata, etiam ſi per Reum fuerunt habiti pro rite & recte receptis, repeti debent ſuper interrogatorijs. cum ſeq. num. 36.*
26 *Teſtes repeti debent ſuper interrogatorijs Rei, licet eorum depoſitiones ſubſiſtant, quando Rei dolus abeſt.*
Intellige vt repetitio fiat expenſis dantis interrogatoria. num. 27.
Amplia vt non ſolum repeti debeant in cauſa ciuili, ſed etiam in criminali. num. 28.
30 *Confrontatio teſtium Curiæ qualiter fieri debeat cũ Reo, vt vim habeat repetitionis & valeat.*
31 *Teſtes qui relationem habent ad præcedentem depoſitionem, quando probent.*
32 *Teſtium repetitio, vt valeat, qualiter fieri debeat.*
33 *Teſtes pro rite ac recte receptis qualiter haberi debeant.*
Et quando pro talibus habiti intelligantur.
34 *Ablatiui abſoluti important conditionem.*
35 *Conditione deficiente, ceſſat diſpoſitio conditionalis, ac ſi facta non fuiſſet.*
38 *Conſuetudo vnius loci ad alium non extenditur.*
39 *Doctori atteſtanti de conſuetudine non creditur ſaltem reſpectu loci, in quo non eſt verſatus.*
40 *Nomina teſtium examinandorum ad defenſam ſunt edenda fiſco.*
Sed contra num. 43.
Declaratur num. 44. 45. & 47.
41 *Repulſa teſtium examinandorum pro reo non conceditur fiſco.*
42 *Nomina teſtium ſunt edenda, quando ceſſat timor ſubornationis.*
45 *Glo. magna. in fin. in l. 1. §. editiones, ff. de edend. qualiter intelligenda.*
46 *Doctoris dictum intelligitur ſecundum legem vel auctoritatem quam allegat.*
48 *Subornationis timor ceſſat in fiſco, ſed non in querelante, ſeu litem promouente.*
49 *Teſtium nomina numquam ſunt edenda, quando ſubeſt timor ſubornationis.*
50 *Interrogatoria facienda teſtibus examinandis pro Reo nõ dantur per accuſatorem.*

CONSILIVM CI.

PRima ſe offert dubitatio, numquid teſtes pro fiſco examinati, vt probent, repetendi ſint ſuper interrogatorijs Dominæ Camillæ Lancillotæ, Equitis Caroli de Socijs, & Domini Fabritij carceratorum. Et pro parte negatiua Dominus Aduocatus fiſcalis in Ciuitate Peruſiæ infraſcriptas rationes adducit.

Primum quod nulla ſit neceſſaria teſtiũ repetitio, quia Dominus Iudex confrontauit teſtes cum inquiſitis, qui corã Reis depoſita per eos confirmauerunt, &

1 & † qoando Iudex, qoi pro informatione Curiæ teſtes
ſine citatione partis recepit, eoſdem teſtes repetit in
præſentia inculpati, faciendo confrontationem cum
eo, ſi tunc teſtes confirmant ea quæ aliàs depoſuerût,
habentur pro repetitis parte vocata, nec minoré pro
bationem faciont, qnam ſi eſſent repetiti citatis reis,
quia habito effectu non curamus de modo, ſecũdum
Afflict. ſuper conſtit. regni. lib. 2. Rub. 10. nu. 15. verſi.
Et iotelligo. vbi ita practicari teſtatur, & in lib. 1. rub.
27. nu. 36. in fi. & ſeq. & eũ ſequitur Iul. Clar. in pract.
crim. §. fin. q. 45. verſ. ſed in propoſito.

Secundo dicitur, quod quãuis teſtes ſuper proceſ-
2 ſu informatiuo fuerint recepti parte non citata, † &
copia indiciorum, quæ iudex ſumpſit faciendo pro-
ceſſum informatiuum, dari non ſoleat, niſi teſtes reo
legitime citato repetantur, vt poſt Rob. Marant. com
muniter practicari teſtãtur Iul. Clar. ĩ d. §. fi. q. 49. ver,
Item ſcias. Bonacoſ. in ſuis com. opi. in verb. indicio-
rum copiam petens, & poſt Brun. idem dixit Rolan. à
3 Vall. conſ. 12. nu. 35. lib. 3. nihilominus quia † rei pe-
tierunt copiam indiciorum, & habuerunt teſtes pro
rite & recte receptis, probãt, licet fuerint recepti par
te non citata. Octau. Vulpel. conſ. crimi. 29. nu. 1. Hie-
ron. Gabr. conſil. 178. nu. 19. lib. 1. prout communiter
in hac Curia Peruſina practicatur.

Tertio conſideratur pro fiſco, quod ſi teſtes aliquo
reſpectu eſſent repetendi, nõ propterea eſſent inter-
rogandi ſuper interrogatorijs reorũ, nã etſi de iure
videretur dicendum reum dare poſſe interrogatoria
facienda teſtibus examinandis pro fiſco, iux. l. ſi po-
ſtulauerit, §. quæſtioni, ff. de adult. De conſuetudine
4 contrariũ ſeruatur, vt ſcilicet non dentur † interroga
toria per inquiſitum, licet per fiſcum interrogatoria
facienda teſtibus examinandis pro reis dari ſoleant,
vt poſt Foller. in pract. crim. in 1. par. 2. par. princ. in
rub. recipiantur defenſiones reorum, fol. 179. nu. 32.
De ſtylo omnium Curiarum ſeruari teſtatur Iul. Cla.
in d. §. fi. q. 53. verſ. Item quæro. qui huius conſuetudi
nis rationem adducunt, quia reus publicato proceſ-
ſu poteſt probare quidquid vult contra perſonas, &
dicta teſtium, fiſcus autem non ſolet probare contra
defenſiones, cum fiſco non detur aliquis terminus ad
repulſam.

Verum ego diuerſæ ſum ſentẽtiæ, vt ſcilicet teſtes
recepti pro informatione Curiæ nullam faciant fidẽ,
niſi legitime repetãtur ſuper interrogatorijs reorũ;
Cõſtat enim ex proceſſu informatiuo teſtes fuiſſe re-
ceptos & examinatos reis abſentibus, & non citatis,
5 qui tñ citari debuerint, † cum quælibet pars ad om-
nem actum, ex quo lædi poteſt, citari debeat, l. de vno
quoque, ff. de re iud. l. nã ita diuus, ff. de adopt. Clem.
Paſtoralis, de re iud. cap. eccleſia Sanctæ Mariæ. in fi.
de conſtit. c. 1. de cauſ. poſſ. & propriet. cum aliis alle
gatis per Anto. Gabr. in ſuis concluſio. in tit. de cita.
concluſ. 1. in princ. quæ regula locum habet etiam in
6 caſu, de quo agitur, † cum teſtes recipi nõ poſſint par-
te non citata ad videndum eis deferri iuramentũ, &
ſi citatio omittitur, nullam faciũt fidem, l. ſi quando,
& ibi Doct. C. de teſti. cap. 2, vbi Felin. & Dec. de teſt.
gloſ. in l. iuſiurandi, in fi. C. eodem titu. Bart. in l. a.
C. de temp. appellat. Pet. de Anch. in Clem. quamuis.
colum. fi. de appellat. Angel. in auth. ſed & ſi quis, col.
prima, C. de teſti. Fulg. in l. 1. C. quomod. & quando
Iudex. vbi dicit defectu citationis vidiſſe irritari mil
le teſtium teſtificata. idem tenet Cephal. conſil. 503.
numero tertio. libro ſecundo. Pariſ. conſil. 107. num.
54. lib. 1. & poſt alios Anton. Gabr. in dicta conclu. 1.
num. 105. in 21. ampliat. Roman. conſil. 190. colum. 1.
vbi Mandoſ. in add. alios allegat. Rim. iun. conſ. 213.
nu. 94. lib. 2. erat igitur neceſſaria partis citatio ad vi
7 dendum induci teſtes, eiſque iuramentum † deferri,
quæ exigitur etiam, vbi teſtes examinarentur extra-
ordinarie. Fel. in c. ſignificauit. colum. 5. vlt. not. & ibi
Aret. 3. not. de teſti. Boſſ. in tract. cauſ. crimin. in titu.
8 de oppoſ. contr. teſt. nu. 34. † ac etiam in cauſis ſum-
9 marijs. Burſat. conſil. 311. nu. 4. lib. 3. † & quando cau
ſa eſt commiſſa omni iuris ſollemnitate omiſſa. Abb.
conſ. 46. li. 2. Boſſ. vbi ſupra nu. 34. Et quãuis ex argu
mentis, & præſumptionibus procedi poſſet. Soc. con-
ſil. 15. nu. 5. & ſeqq. lib. 1. Brun. conſ. 21. nu. 7. Fel. in d.
c. 5. num. 12. Rimin. ion. dicto conſil. 213. nume. 98. &
ſequentib. Deciſio. Pedemont. 79. nume. 19. & Rimi-
10 nal. iunior ac Senat. Pedemont. dicunt idem † proce-
dere, etiamſi in cauſa ſola facti veritate inſpecta pro
cedi poſſet, iuxta opinionem Bart. in Extrauag. ad re
primend. in verb. figura. col. fin. verſi. ſed an præſente
parte. & ibi Rimin. nume. 102. de communi teſtatur.
11 & † quod in cauſis criminalibus teſtes recipi debeãt
præcedente citatione rei ad videndum eos iurare &
induci, et ſi citatio omittitur, non probent, nec indi-
cium faciant, firmat Barto. in l. ſi maritus. & in l. fi. in
fin. ff. de quæſt. Abb. in d. cap. 5. colum. 5. verſi. Sed cir-
ca. & ibi Fel. numer. 6. Innocent. & Abb. in cap. bone.
el. 2. de elect. Bald. in l. iubemus, colum. 3. C. de prob.
Angel. in l. fi. ff. de qõ. Grammat. vot. 30. num. 7. Mar-
ſil. in ſua praxi crimin. §. nunc videndum, nu. 59. Rol.
à Vall. conſil. 15. num. 34. & ſequent. lib. 3. Hieronym.
Gabr. conſil. 178. num. 7. libro primo. Anton. Gabr. in
ſuis concluſio. in tit. de citat. concluſ. 1. numero 541. in
77. ampliat. qui nume. 243. etiam de communi teſta-
tur. Crauett. conſilio 806. numero 3. & conſilio 913.
numero 11. libro quinto. Natt. conſilio 394. num. 20.
12 & ſequentibus multis, lib. 5. † vbi dicit teſtes pro in-
formatione Curiæ receptos parte non citata, non fa-
cere iudicium ad torturam, etiã quod eſſent mortui,
ac reperi non poſſint, licet propter mortẽ faciant quã
dam leuem præſumptionem; eamdem opinionem ſe
quuntur Afflict. ſuper conſtitut. regni. lib. 2. Rub. 10.
nume. 15. Burſat. qui de communi teſtatur conſi. 352.
numero 10. libro tertio. & conſilio 201. numero 110.
libro ſecundo. Berraxol. inter conſilia crimin. diuerſ.
tom. 2. conſilio 70. numero 30. Iul. Clar. qui de com-
muni teſtatur. in d. §. fin. quæſt. 11. verſic. Item quæro.
13 Senat. Pedemont. deciſ. 79. numero 18. † & licet ali
quando teſtes recepti parte non citata probent, vt
in crimine aſſaſſinij dixerunt Hoſtien. Ioan. Andr. &
Domin. de Sancto Gemin. in cap. primo de homicid.
in 6. Capic. deciſ. 155. numero 25. verſicul. Quintum.
Felin. in cap. quoniam frequenter. in princip. vt lite
non conteſta. prout eos referr & ſequitur Monticel.
in praxi. crimin. regul. octaua. numero 25. Foller. in
ſua pract. crimin. in 3. par. 3. par. numero 44. & Anto.
Gabr. in ſuis concluſio. in titu. de crimin. concluſ. 1.
14 nume. 21. in 4. ampliat. † ac etiam probent in crimi-
ne læſæ maieſtatis, vt poſt Marſil. & Fel. firmat Fol-
15 ler. in d. 3. par. num. 43. † à quibus tamen in vtroque
crimine diſſentit Burſar. conſil. 201. nume 99. 100. &
115. in fi. & ſeq. li. 5. nihilominus in aliis delictis præ-
dicta procedunt ſine difficultate, & citatio neceſſaria
16 reputatur, vt dixi, & † ſi mille teſtes examinati eſſent
parte non citata, non facerent indicium ad torturã,
ſi repetiri non eſſent. Aret. conſilio 163. colum. tertia,
verſiculo. Præterea vt hoc crimen. Grammat. conſil.
crim. 15. numero 3. conſilio 64. numero 1. & vot. 30.
numero octauo Roland. à Val. conſil. 12. num. 37. li-
bro 3. Hieron. Gabr. conſ. 178. nume. 33. lib. 1. Burſat.
17 d. conſil. 201. num. 44. ſed ſolum facerent † aliquod
argumentum, & præſumptionem, vt poſt Grammat.

deciſ.34.num.33.dixit Foller.in dicta 3.par.num.45.
niſi ſecundum Anto. Gabr.in d.conclu.1.de citat. nu-
18 mero 244.† in homine vili,qui poteſt ſecundum eum
torqueri, etiam quod teſtes non fuerint examinati
parte citata, & conclusionem de qua ſupra,veriſſimã
puto,vbi nõ adeſt conſuetudo, quos teſtibus receptis
19 parte non citata fides adhibeatur.† vbi autem hæc
conſuetudo vigeret, obſeruanda eſſet, ne citationis
omiſſione dicta teſtium nulla redderentur, ſecũdum
Blanr.in tract.de indic.num.55.& Iul.Clar.in d.§.fin.
20 q.11.ver.Item quæro.quia,†conſuetudine poteſt tol-
li citatio,in qua non conſiſtit defenſio, vt in examine
teſtium.Dec.in c.1.col.4.in 2.ampli.de teſt. Gramm.
deciſ.34.num.32.Boſſ.in tit.de oppoſit.contra teſtes.
num.35.& in tit.de indic.num.128.vbi Socin.Corne.
& alios allegat.Alex.conſ 65.nu.9.& ſeqq.lib.1.Me-
noch.conſ.366.num.15.lib.4.

Et quamuis hodie de generali conſuetudine, quæ
21 etiam in hac Curia Peruſina viget,† iudex poſſit for-
mare proceſſum informatiuum, ac recipere teſtes ẽe
parte non citata,ne rei inſtruerentur ad fugam ſi cita
rentur,& ne teſtes poſtea cõtrarium dicant,& ex hu-
iuſmodi proceſſu iudex procedere poſſit ad capturã.
iux l.ait prætor,§.ſi debitorem, ff.quæ in fraud.credi.
vt dixerunt Salic.in l.fi.num.81.C.de quæſtio. Angel.
de maleſi.in verb fama publica præcedente. ver.Quæ
ro qualiter.num.11. Alexan.conſil.180.num.8. lib.2.
Iul.Clar.in §.fin.d.q.11.verſ. Item quæro.& quæſt.45.
22 verſic. Ceterum † ſi tamen reus eſſet abſens, nam ſi
reperiretur in carceribus, omnino citari deberet ad
videndum teſtes induci & iurare,quando cõtra eum
recipiuntur pro indicijs habendis,vt poſt Bar.in l.fi.
ff.de quæſt.Salic.in d.l.fin.C.eod tit.Innoc.in cap.qui
inquiſitionem.de elect Angel.Abb.& alios dixerunt
Marſ conſ.12.num.6.& Iul.Clar.in d.q.11.verſ.Item
quæro.vbi in prin.de communi teſtatur, & in fine di-
cit dictam communem opinionem in illa Prouincia
23 obſeruari,† nihilominus quando recipiuntur reo ab
ſente.& citatione omiſſa,reo poſtea comparente, vel
capto,debet iudex ſuper contentis in inquiſitione vel
querela reum interrogare, & ſi ea negauerit, debet
teſtes ſine citatione examinatos repetere reo præ-
ſente,vel citato ad videndum eis iuramentum defer-
ri,aliàs teſtes illi nullam facerent fidem,& ex eis non
ſolum ad condemnationem,ſed nec ad torturam pro
cedi poſſet,vt dicunt Sal.Ang.& Alex.in dictis locis.
Iul.Clar.in d.q.11.& in d.q.45 verſ.Ceterum.vbi di-
cit, quod valde erraret iudex, qui omiſſa hac repeti-
tione procederet ad cõdemnationem, vel torturam,
eamdem opinionem firmant Bart.in l.fin. in fin. ff.de
quæſt Grammat.conſil crimin.15.num.2.& 3.Berta-
zol.in conſil crim.71.num 14.lib.1.& conſ.284.num.
2.lib.1.Pet.Caleſat.inter crimin. diuerſ.tom.1. conſ.
108.num.11. Marſil.in d §.nunc videndum, num.29.
& conſil.95.num.6. Blanr.in tract. de indic. num.21.
Boſſ. in titul.de delinquen.numero 6.& in titu. de in
dic.num.136. Brun.de indic.q.1. primæ partis, num.
9.Corn.conſ.68. in fin.lib.2. Dec.in l.2.num.11. C.de
eden.Bertazol.conſ.crimin.95.num.14 & conſil.114.
num.11. vbi de communi teſtatur.lib.1.quam opinio
nem communem eſſe dixit etiam Burſat. conſil.201.
num.43. lib.2.Rol.à Vall.d. conſ.42. num.36. Tiber.
Dec.conſ 93.num.33.libro 2.Monticel.in prac.crim.
reg 14.num.2.Vulpell. conſil.crim.68. num.7.Viu.in
tract. commun. opin.in verb. teſtes non poſſunt exa-
minari.vbi de cõmuni teſtatur,qui etiam dicit,quod
quando teſtes repetuntur.reus non ſolum debet cita
ri ad videndum induci,& iurare teſtes, ſed etiam ad
illorum examinationem, cum examinatio & depoſi-
tio magis poſſit præiudicare,quam iuramẽtum, quæ
24 † teſtium repetitio nõ poteſt quandocũque fieri, ſed
ante ſententiam vel concluſionem in cauſa fieri de-
bet, quia per ſententiam vel cauſæ concluſionem via
repetitioni præcluditur, ſecundum Grammat. deciſ.
28.num.6.quod ſentit Cap.deciſ. 35. in fi.ac declarat
Foller.in dicta 3.par. 3.par.princ num.46.

Et licet quãdo reus haberet teſtes pro rite & recte
receptis,vel illi eſſent confrontati cum reo, & in eius
præſentia repetiti fidem facerent abſque alia eorum
25 repetitione,vt dictum fuit ſupra,† poſſet tamen reus
inſtare,vt repetantur ſuper interrogatorijs ab eo dã-
26 dis,† quando enim teſtes non fuerunt examinati ſu-
per interrogatorijs,licet eorũ depoſitiones ſubſiſtãt,
nec reddantur nullæ,repeti tamen debẽt ſuper dictis
interrogatorijs etiam publicato proceſſu,ſi rei dolus
abſit.Specul.in tit.de teſte,§.iam de interrogatorijs,
num.15.verſic.Item caute.Rober. Maran.in ſuo Spe-
cul.par.6.in 7.membr.de interrogator.num.19.Ioan.
Andr.in c.præſentium,§.teſtes,de teſtib.in 6.iu nouel.
Barbat.& alij,quos refert & ſequitur Marſil.in l.1.§.ſi
quis vltro,num.51.ff.de quæſt.Alex.conſil.172. num.
9 lib.1.Menoch.conſil.311.num.16.lib.4. & firmauit
Rot.Roma. vt teſtatur Put.deciſ.317. num.2.libro 2.
27 † qui ſubdit repetendos eſſe teſtes ſuper interrogato
rijs,expenſis dantis interrogatoria,idem Put.in dec.
487.lib.1.Tiber.Decian.conſ.51. nu.122.lib.2. *Hier.*
28 Gabriel.conſ.118.num.69.& ſeqq.lib.1.†*Et hæc con*-
cluſio non ſolum locum ſibi vendicat in ciuilib. cau-
ſis,ſed etiam in criminalibus,in quibus ad inſtãtiam
rei teſtes pro informatione Curiæ recepti ſuper inter
rogatorijs à reo dandis repeti debent, vt per l. ſi po-
ſtulauerit,§.quæſtionem,ff.de adult.dixerunt Salic.in
l.fi nu.11.C.de quæſt.Ang.de Aret.in tracta. maleſ.in
verb.quod fama publica præcedente.ver.Quæro qua
liter. num.18.in fin. Blanc.in tract.de indic. num.81.
quod etiam ſentit Bertazol. conſ.crim.1. num.26. li-
bro 1.idem tenet Burſat. conſ.10.num.65.lib.1. & la-
tius conſ.311.num.4.& ſequentibus, libro tertio. vbi
de communi, & ita in praxi ſeruari vidiſſe teſtatur,
quod etiam firmat Burſat.conſil.201.num.145.libro
ſecundo.vbi dicit,quod ſi teſtes non repeterentur ſu-
per interrogatoriis,nullam facerẽt fidem,& de com-
muni teſtatur. Et vere in hac Curia Peruſina ita ſer-
uari compertum eſt,& pluries ego in facti contingẽ-
tia obtinui; Solent enim in hac Curia iudices decer-
nere copias indiciorum reis habitis teſtibus pro rite
& recte receptis, ſaluis exceptionibus, & iure repe-
tendi ſuper interrogatoriis,& poſtea reis petentibus
conſueuerunt repetere teſtes ſuper interrogatoriis
reorum; Vnde quia modo rei petunt repeti teſtes ſu-
per ipſorum interrogatoriis,id obtinere debẽt, aliàs
teſtes fidem non facerent.

Nec obſtat quod primo loco dicebatur de con-
frontatione.

29 † Primo,quia Afflict. ſuper conſtitut.regni. par.ſe-
cunda.libro ſecundo. Rube. 10. numero 15. cuius au-
ctoritate mouetur Iul. Clar. loquitur, quando teſtes
ſunt confrontati cum reo, & taliter in eius præſentia
repetiti,vt reſultet ille effectus, qui reſultat ex repeti
tione citata parte, tunc enim ſecundum Affli.non eſ-
ſet curãdum de modo,vbi habemus effectum,ſed Af-
flic.& Clar.intelligendi ſunt,quando teſtes in præſen
tia rei ſunt legitime repetiti Quod in caſu de quo agi
tur,factum non apparet, nam quando teſtes repetun
tur, repetitio fieri debet ẽt ſuper interrogatoriis rei,
quod hic factum nõ fuit, & conſequenter idẽ effectus
non reſultat ex confrontatione,& ceſſat ratio,ex qua
30 mouetur Afflictus. † Præterea confrontatio fieri de-
bet

Digitized by Google

bet cum omnibus illis qualitatibus,quę requiruntur,
vbi teſtes repetendi nunquam fuiſſent examinati, de
bent de nouo iurare, & alia ſimilia facere,aliàs nullā
prorſus fidem facerent, vt dixit Iul. Clar. in d. q.45.
verſ.Ceterum.deberque teſti per Iudicem legi ſua de
poſitio ſeparatim ab alijs teſtibus, & in ſecreto, ne v-
nina depoſitio per aliam fabricetur,& lecta teſtis de-
poſitione,ſcribendus eſt actus repetitionis hoc ordi-
ne die & c.corā tali iudice talis teſtis cum iuramento
interrogatus & examinatus ſuper dicta informario-
ne,& tota cauſa dixit,quod aliàs fuit examinatus,ad
quam præcedētem depoſitionem ſe refert,& lecta ei-
dem ſua depoſitione facta die,& c.quæ incipit & c.&
finit & c.de verbo ad verbū dixit,quod vera ſunt om-
nia quæ in ipſa continētur, & omnia de verbo ad ver
bum ratificat,& emologat, prout docet Foller. in ſua
praxi crim.in 1.par.2.par.in rub.Et demum repetun
tur teſtes Curiæ,nu.4. quæ in caſu noſtro ſeruata non
fuerunt,non enim conſtat fuiſſe in confrontatione de
latum iuramētum teſtibus,vt requiritur, vt dixi,ideo
non valet repetitio,vt etiam firmat Bertaz. inter cri-
min.diuer.tom.2.conſ.70.nu.30. & Burſat. pro com-
mun.conſil.201.num.108.& ſeq lib.2.nec teſtib. fue-
runt lectę eorum pręcedentes depoſitiones,ita vt eas
confirmare potuerint,& in præſentia rei ſuper aliqui
bus tantum depoſuerunt, in reliquis ad præcedentes
depoſitiones ſe referēdo, quod factum fuiſſe nō ſuffi-
31 cit,etenim valde dubitabilis eſt illa opinio,† nūquid
repetitio teſtis ſit valida, quando ſe refert ad præce-
dentem depoſitionem inualidam,abſque eo quod ex
tenſe deponat, & partem negatiuam tenent Bal.in l.
fi.in fin.C.de teſt.Aret.in l.legata inutiliter,ff.de leg.
1.Soc.ſen.conſ.40.num.2.lib.3.Deciſ. Pedemon.129.
num.7.& ſeqq.Gerard.Mazol.conſ.77.num.36. Bur-
ſat.conſ.20.num.64.lib.1.Corne.conſ.56.col fin.verſ.
Item teſtis.lib.1. Verum quia partem affirmatiuam,
quod valeat repetitio, quando teſtis dicit, dico per
omnia prout dixi in prima depoſitione, poſt Bart. in
d l.legata inutiliter. nu.30.tenent ibi Alex.nu.7. Ia-
ſo.nu.16.& Claud.de Seiſſel. nu.8.qui de magis com
muni teſtatur,& eam approbauit pro communi Ro-
ta Romana,vt teſtatur Veral.deciſ.287.lib.3.Et ſaltē
id iudicis arbitrio remittitur,qui pōt huiuſmodi de-
poſitionem recipere,& etiā facere, quod teſtis exten
ſe deponat,prout opus eſſe ſibi videbitur,vt per Bar.
in l.eos, num.6. ff. de falſ. quam ſequuntur Menoch.
de arbitr.iud,qq.libro 2.cent.2.caſu 109.nu.3.& Ti-
ber.Decian.conſ.66.numero 4.libro ſecundo. vbi di-
ſtinguit,& declarat,retēta hac opinione affirmatiua
32 non propterea ſuſtineretur repetitio,† Tum quia te-
ſtes non depoſuerunt in omnibus & per omnia, pro-
ut in præcedentibus depoſitionibus, prout loquun-
tur Bartol.& alij,& declarat Foller.in dicto loco, ſed
ad illas ſimpliciter ſe retulerunt:Tum etiam quia ip-
ſis non fuerunt lectæ præcedentes depoſitiones, pro-
ut neceſſario fieri debuit,ad hoc vt repetitio ſubſiſte-
ret,prout dixit Foll.in allegato loco,& declarat Cra
uet.conſ.115.num.7. & ſeq.lib.1. Præterea quia non-
nulli ex teſtib.dixerunt nō recordari de ijs, quę prius
depoſuerant,eorum dictum corruit, & teſtes haben-
tur pro non repetitis,vt dixit Foller.in d.rub.de repe
tit.teſt.nu.7.prope fin.Vnde cum repetitio non ſit le-
gitime facta,non nocent Afflict.& Iul.Clar.in contra
rium allegati.

Secundo dicitur,qđ ſi fuiſſent legitime repetiti, &
depoſitiones prius factæ ꝑ informatione Curię eſsēt
redditæ validæ,adhuc teſtes eſſent repetēdi ſuper in-
terrogatorijs reorum,poſtquā non fuerunt tēpore re
petitionis ſuper eis interrogati,iuxta ea q̄ dixi ſupra.

Minus nocet ſecundum.

33 Primo,† quia non conſtat reos habuiſſe teſtes pro
rite & recte receptis, licet enim iudex decreuerit co-
piam indiciorum cum clauſula, habitis teſtibus pro
rite & recte receptis, non ſufficit niſi conſtet partem
vere habuiſſe teſtes pro rite & recte receptis, vt dixit
Vulpel.conſil.crimin.12.nu.18.& conſil.32.nu.1.& 6.
Nec ſatis eſſet reos inſtetiſſe pro copijs cum oblatio-
ne de habendo teſtes pro rite, & recte receptis, niſi
eos pro talibus poſtea habuerint,prout declarat Hie
ronym.Gabr.conſil.178.num.17.& ſequent.lib.1.qui
etiam ſubdit, quod quamuis reus habuiſſet teſtes ꝑ
rite, & recte receptis, re integra & ante receptam co
piam indiciorum poteſt pœnitere, huiuſmodique
conſenſum reuocare.

Secundo quia petita fuit copia indiciorum cū ob-
latione non habēdo teſtes pro rite & recte receptis,
ſaluo iure repetendi ſuper interrogatorijs, & iudex
copias decreuit, habitis &c. & ſaluis &c. prout peti
tum fuit, nullo modo denegari debet repetitio ſu-
per interrogatorijs ſi fiſcus intendit reos habuiſſe te-
ſtes pro rite receptis, quoniam fuit facta dicta obla-
tio, ſaluo iure repetendi ſuper interrogatorijs, quæ
verba conditionem important,& exponuntur,ſi erit
34 ſaluū ius repetendi teſtes ſuper interrogatorijs,† cū
ablatiui abſoluti cōditionem importent, l. euictis a-
gris,de vſur.l.ab emptione,ff.de pact. Cald.conſ.1.in
tit.de verb.ſignific.Rip.in rub.ff.ſolut.matrim.nume
ro 30.& 31. & ibi ceteri Doctores id regulariter ad-
mittunt, & ſi teſtes non repetuntur, & ſic conditio il
la, ſub qua fuit facta oblatio de non habendo teſtes
35 pro rite receptis,deficiat, † ceſſat ille animus condi
tionalis reorum, l.cedere diem, ff.de verb. ſignific.l.
hæc venditio, in princip.ff.de contrah.empt.l.neceſ-
ſario,§.quod ſi pendente,ff.de per. & commo. rei ven
ditæ. & habetur ac ſi dicta oblatio facta non fuiſſet,l.
pecuniam quam,ff.ſi cer. peta. Socin. iunior conſilio
quarto, numero 16.libro ſecundo.cum alijs allegatis
per Riminal.iunior. conſilio 353. numero 113. & ſe-
quentibus libro quarto.Hieronym. Gabriel.conſilio
517.numero 14.libro primo.& Cephal.conſilio 497.
36 numero 35. & ſequentibus multis libro quarto.† De
bet igitur iudex teſtes illos repetere ſuper interroga
torijs, quamuis teſtes pro rite receptis habiti fuiſ-
ſent, & quia in oblatione & decreto iudicis ius repe
tendi reſeruatum fuit, & etiā quia quando reus ſim-
pliciter dicit velle habere teſtes pro rite receptis,ni-
hilominus iudices eoſdem iterum examinare, & in-
terrogare debent, ne forte defenſio reorum pereat,
vt dixit Iacob.Siman.in tract.de ſi.cath.inſtit.tit.64.
de teſti.num.25. cuius opinio recte procedere poſſet
eum intelligendo, prout eum ſenſiſſe puto reſpectu
noui examinis faciendi ſuper interrogatorijs rei, ſu-
per quibus repeti debent, licet priores depoſitiones
nullæ defectu citationis per conſenſum rei fuerint
redditæ validæ, nec pro eorum validitate alia ege-
ant repetitione, ſicut repetuntur teſtes ſuper inter-
rogatorijs,quando ſuper eis non fuerunt interroga-
ti etiam in caſu, in quo depoſitiones ſunt validæ, vt
dixi ſupra,licet ſi intelligeretur opinio Simancæ de
repetitione facienda ad effectum validandi priores
depoſitiones, & vt teſtes probent, prout eum intelle
xit Hieronym. Gabriel. conſilio 178. numero 18. li-
bro primo.Siman.opinio non procederet, prout eo
caſu ipſum reprehendit Hieronym. Gabriel. in di-
cto loco. Sed ego puto ſaluari poſſe Simanc. eum
intelligendo,de nouo examine & interrogatione te-
ſtium ſuper interrogatorijs, præſertim quia ipſe mo
uetur ea ratione, ne forte reorum defenſio pereat,

& interrogationes ſuper interrogatorijs reſpiciunt
defenſionem, cum per interrogatoria detegatur falſi
tas in teſtibus, vt dixit Rober. Marant. in ſuo Specul.
par. 6. in 7. memb. de interrog. num. 18. & fortè reus
ſuper dictis teſtium ſuam intẽtionem firmare poſſet,
ſecundum Burſat. conſ. 311. nu. 4. lib. 3.

Tertium remouetur ex ſupra deductis, dum oſten
di de iure teſtes repeti debere ſuper interrogatorijs
37 rei: † & quamuis Iul. Clar. in allegar. quæſt. 23. verſic.
Item quæro. atteſtetur de ſtylo omniũ Curiarum ho-
die ſeruari, quod non dentur interrogatoria per in-
quiſitum, aduertendum eſt, quod Foll. quem ipſe alle
gat, nõ dicit de ſtylo omnium curiarum ſeruari, quod
nõ dentur interrogatoria, prout eum refert Iul. Clar.
ſed ſolum dicit, quod hodie de ſtylo omnium curia-
rum non dantur interrogatoria per inquiſitum, licet
ſtylus aliquarum Curiarum ſit, quod etiam per inqui
ſitum dentur interrogatoria, & ſic Foller. non teſta-
tur de communi obſeruantia omnium curiarũ, quod
nõ dentur interrogatoria, prout eum refert Iul. Clar.
ſed voluit dicere, quod non dantur interrogatoria
de ſtylo omnium curiarum, videlicet quod non dan-
tur in omnibus curijs, ſed in aliquibus dantur, & in
38 aliquibus non, quod non nocet, † quoniam licet con-
ſuetudo in aliquibus locis Italiæ ita vigeret, conſue-
tudo, quæ eſt ſtricti iuris, ad alias regiones non exten
ditur. Barto. in l. poſt dotem, col. antepenult. ff. ſolut.
matrimo. Ripa, Corne. & alij, quos refert & ſequitur
Burſat. conſ. 16. nu. 36. lib. 1. Prætercea, quia Foll. & Iul.
Clar. attenta diſpoſitione iuris communis admittũt
teſtes examinari debere ſuper interrogatorijs rei in-
quiſiti, obſeruantia per eos allegata non nocet. Tum
quia non eſt communis obſeruantia, vt ipſemet Foll.
dixit, & de obſeruantia contraria teſtatur Burſat. in
d. conſ. 311. nu. 7. lib. 3. Tum etiam quia in Curia Pe-
ruſina ſemper obſeruatum fuit, & obſeruatur de præ-
ſenti, quod teſtes fiſci ad petitionem reorum ſuper
39 interrogatorijs repetantur. Poſtremo dicitur, † non
eſſe credendum Doctoribus atteſtantibus de conſue
tudine, ſed conſuetudinem aliter probari debere, vt
firmauit Rota Romana, teſte Mohedan. deciſ. 209. &
276. & licet Doctores variauerint in illa quæſtione,
numquid Doctori atteſtanti de conſuetudine ſit cre-
dendum, vt per Ant. Gab. in ſuis conclu. in tit. de pro-
bar. concluſ. 4. verior tamen & magis recepta videtur
opinio negatiua, ſaltem reſpectu conſuetudinis fori,
in quo Doctor, qui de ea teſtatur, non eſt verſatus, iux
ta diſtinctionem Ant. Gabr. in d. concluſ. 4. num. 3. Io.
Lup. in cap. per veſtras, §. 21. de don. inter vir. & vxor.
Io. Dilect. de art. teſtan. tit. 5. caut. 35. in fin. Maſcard.
de probat. libro 1. concluſ. 528. num. 6. Rim. iun. conſ.
648. num. 18. lib. 6. aſſerentes Doctori atteſtanti de
conſuetudine ſolum credendum eſſe reſpectu fori, in
quo eſt verſatus, & in iſtis terminis hanc opinionem
magis communiter approbari teſtatur Burſat. conſil.
201. num. 47. lib. 2.

Secundo principaliter dubitatur, numquid rei, qui
intendunt inducere teſtes pro eorum defenſione, te-
neantur edere fiſco, & querelanti nomina teſtium e-
xaminandorum.

40 Et quod edenda ſint † probari prætenditur per
glo. magnam in fin. lib. 1. §. editiones, ff. de edend. Fe-
lin. in cap. 1. num. 9. prope fin. verſic. Item habet lo-
cum. de probat. Bald. in cap. per tuas. num. 12. & ibi
Felin. num. 3. in fin. de teſt. Ioan. Campeg. in tract. de
41 teſtib. reg. 300. in 5. fallen. † & quia fiſco non datur
aliquis terminus ad repulſam teſtium examinando-
rum ad defenſam reorum, vt poſt Carauit. ſuper ritu
258. magnæ Curiæ num. 3. teſtatur Iul. Clar. in pract.
crim. quæſt. 23. ver. Item quæro, ſi nomina teſtium nõ
ederentur, non poſſet fiſcus obijcere in eorum perſo-
nas, vt dixit Ioan. Campeg. in d. reg. 300. in 5. fallent.
Præterea quia in fiſco ceſſat timor ſubornationis, nõ
42 videtur deneganda editio nominum teſtium, † quan
do enim non ſubeſt timor ſubornationis, editio fieri
debet. Bal. in l. fi. col. 8. C. de eden. quem refert & ſequi
tur Campeg. d. reg. 300. in 4. fallen.

Iſtis non obſtantibus cenſeo in caſu, de quo agi-
43 tur † teſtium nomina edi non debere, duplici ratione.

Prima, ne teſtes ſubornentur vel impediantur ab
aduerſario.

Secunda, quia non tenetur quis inſtruere ſuum ad-
uerſarium, vt not. dixit Bald. in l. non ex omnibus. nu.
2. ff. de recept. arbitr. Et quod nomina teſtium exami
nandorum non ſint aduerſario edenda, firmant etiã
Bald. in l. fin. num. 16. C. de eden. Specul. in tit. de teſte,
§. qualiter, nu. 3. affirmans de iure indiſtincte edi non
44 debere, † niſi vbi hoc fieri eſſet conſuetum, vel niſi ap-
pareat, quod quis fraudolenter ſubticeat, eamdem o-
pinionem ſequuntur Alex. in l. 1. §. editiones, nu. 20.
& 21. ff. de eden. Rober. Maran. in ſuo Speculo, par. 6.
act. 10. de actor. editio. num. 60. & pro regula ponit
Campeg. in allegata reg. 300. in princ.

45 Nec obſtant ea, quę in contrarium allegantur. † Et
Primo non obſtat glo. in d. §. editiones, quoniam illa
loquitur, & locum habet in editione nominum teſtiũ
inſtrumentorum, quibus quis vtitur, non autem in te
ſtibus inducendis in iudicio, de quibus nõ quæritur,
prout declarant Bald. in d. l. non ex omnibus, nu. 2. in
fin. & Alex. in d. §. editiones, nu. 21. & ita glo. illam in-
tellexit Campeg. in d. reg. 300. in 1. ſallen. & iuxta rec
minos dictæ glo. intelligi debeat Fel. in alleg. cap. 1.
nu. 9. de probat. qui ad id dicendum mouetur ſolum
46 auctoritate dictæ gloſſæ, † cum dictum Doctoris in-
telligi debeat ſecũdum auctoritatem quam allegat,
iuxta doctrinam Bart. in l. non ſolum, §. liberationis,
ff. de liber. legat. & Dec. conſ. 622. col fin. num. 5. Nec
obſtant Bal. & Fel. in dicto cap. per tuas. & Campeg.
in d. reg. 300. in 5. fallen. quia ipſi ſe remittunt ad Spe
cul. in tit. de teſte, §. qualiter, qui num. 3. in fin. & ſeq.
dicit nomina teſtium examinandorum edenda non
eſſe, ſed ſolum edi debere poſt eorum publicationem,
& ſic non nocent, cum fiſcus & ille qui querelam por-
rexit, inſtent pro editione nominum teſtium ante-
quam examinentur.

Alia vero ex aduerſo adducta remouentur, conſi-
47 derando † quod ſi in fiſco ceſſaret timor ſubornatio-
nis, & fiſco nomina teſtium edi poſſent, vt quãdoque
in hac Curia ſeruatum fuit, id conceditur, quãdo pro
ceditur ex inquiſitione, & ſolus fiſcus inſtat, nec adeſt
querelans vel alius, qui promoueat litem: ſed quan-
do proceditur ad querelã, vel adeſt alius promouens
48 litem, non eſt facienda hæc editio, † quia ſi tunc ceſ-
ſat in fiſco timor ſubornationis, viget tamen in parte
litem promouente, vt ad aliud propoſitum conſide-
rant Aret. in cap. fraternitatis, nu. 38. de teſtib. & Af-
flict. ſuper conſtitut. regni. lib. 1. Rub. 13. num. 37. Vn-
de quia pars aduerſa, quæ porrexit querelam, & ad-
hæret fiſco, eſt potentiſſima, & poſſet teſtes ad defen-
ſam examinandos ſubornare vel impedire, ſine du-
49 bio eorum nomina edi non debent, † quod ſubſiſten-
te timore ſubornationis admittunt omnes, & etiam
Felin. in allegat. cap. 1. num. 9. verſic. Item habet lo-
cum. de probat. Bald. Campeg. & alij, qui in contra-
rium allegantur. Vel ſi fiſco edenda eſſent, non debe-
rent propalari querelanti, ſtante timore ſubornatio-
nis, vel impedimenti inferendi ob eius potentiam,
præſertim quia querelanti non eſt neceſſaria editio

nomi-

Digitized by Google

50 nominum ad effectum faciendi interrogatoria, † cũ accuſatur non faciat interrogatoria teſtibus examinandis ad defenſam, prout de conſuetudine obſeruari teſtatue Iul.Clar.in dicta quæſt.23.verſi.Item quæro.prope fin.

Plene diſcuſſo hoc articulo coram Excellent. Domino Simone Veterano Locumtenente in Criminalibus Reuerendiſſimi Domini Gubernatoris Peruſiæ, ipſe mandauit repeti teſtes Curiæ ſuper interrogatorijs reorum anno 1587. prout repetiti fuerunt.

ARGVMENTVM.

Indicia ad torturam qualia eſſe debeant, & qualiter probanda.

Fama, mẽdacium, & variatio, an, & quã do faciant indicium ad torturam.

Quando plures depoſitiones ſunt contrariæ quibus ſtandum ſit.

Indicia plura imperfecta, an, & quando coniungi poſſint ad faciendum vnum perfectum indicium.

Et alia multa de indicijs & tortura.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis de auditu, licet non probet, facit tamen aliquam præſumptionem.*
2 *Fama facit indicium ad torturam ſaltem de conſuetudine.*
Sed contra. num.68.
Maxime ſi alia concurrunt adminicula. num.3.
4 *Mendacium indicis præſumptionem ſufficientem ad torturam, maxime alijs concurrentibus.*
Sed contra. nu.77. eam ſeqq. vbi id declaratur.
5 *Indicia plura imperfecta ſimul iunguntur, vt faciant vnum perfectum indicium.*
Declaratur. num.82. & ſeqq.
6 *Præſumptiones plures etiam in cauſis criminalibus iunguntur ad faciendam indiciam ad inquirendum, ſeu ad torturam.*
7 *Torturæ locus non eſt, ſi legitima non præcedant indicia, etiam ſi agatur de crimine læſæ maieſtatis.*
8 *Indicia quæ ſufficiant ad torturam iudicis arbitrio relinquitur.*
Sed arbitrium regulatur ex regulis iuris. nu.9.
10 *Indicia ad torturam debent eſſe clara, perfecta, & talia, quæ de iure ſubſiſtant, nec dubia, & leuia attenduntur.*
11 *Delictum quod præſupponitur commiſſum tali loco & tempore, ſatis probatur non fuiſſe commiſſum ex eo quod inquiſitus illo tempore erat in alio loco.*
12 *Teſtis vnicus contra producentem plene probat.*
Etiam ſi fuerit productus à fiſco, & de credulitate deponat. num.13.
Et quamuis de auditu teſtificetur. num.19.
14 *Teſtes ẽs de credulitate deponentes probãt ad defenſam.*
15 *Indicia innocentiæ tollunt alia, ex quibus reus torqueri potuiſſet.*
16 *Reus abſoluitur, licet contra eum eſſent indicia ad torturam, quando aliqua alia probatio, ſeu præſumptio pro eo adeſt.*
17 *Indicia ad torturam adeo diminuũtur per vnamquodque, quod pro reo militet, & torturæ locus non ſit.*
18 *Indicia fiſci grauiora exiguntur, vt torturæ ſit locus, quando Reus habet pro ſe aliquà alia indicia.*
20 *Teſtes de auditu deponentes faciunt ſaltem præſumptionem adminiculatiuam aliarum probationum.*
21 *Probationes dubiæ & imperfectæ recipiantur in criminalibus ad defenſam.*
22 *Famuli & familiares in criminalibus ad defenſam admittantur. Et num.24.*
23 *Fratres & conſanguinei pro defenſione idonei reputãtur.*
25 *Teſtes familiares conſanguinei, & aliàs minus idonei ad probandum innocentiam, admittuntur.*
26 *Tortura auget fidem torti.*
27 *Teſtis aſſerens non recordari de eo, quod prius dixerat, ad euitandam contrarietatem intelligitur, vt non recordetur, niſi prout aliàs depoſuerat.*
28 *Teſtis poteſt ſe incontinenti corrigere.*
29 *Teſtis aſſerens recordari de eo, de quo prius dixit non recordari, probat, maxime ſi rationem reddit.*
30 *Teſtis ſecundæ depoſitioni ſtatur, quando conſtat de errore primæ ex probatione quod aliter res ſe habet.*
31 *Depoſitio illa ex contrarijs attenditur, pro qua veriſimilitudo concurrit, licet alia fuerit facta in tortura.*
32 *Teſtis deponens contraria nihil probat.*
33 *Teſtis periurus repellitur in totum, ita vt ei nulla adhibeatur fides.*
34 *Depoſitio illa ex contrarijs attenditur, quæ fuit confirmata in tortura.*
Declaratur. num. ſeq.
36 *Tortura defectum periurij purgare non poteſt.*
37 *Femina in cauſa criminali ad offenſam non admittitur.*
38 *Teſtis primum dictum quando ſit attendendum, non obſtante tortura.*
39 *Teſtibus deponentibus pro non delicto, magis creditur quam deponentibus pro delicto.*
40 *Probationes rei præferantur probationibus actoris.*
41 *Probationes in criminalibus amplianțur, contrariæ vero reſtringuntur.*
42 *Confeßio erronea in criminalibus nõ nocet probato errore.*
Et reuocari poteſt, conſtito de errore, etiamſi eſſet geminata. num.43.
44 *Error iuſtificatur, probando contrarium, maxime quando tractatur de damno euitando.*
45 *Error in minore præſumitur eo ipſo, quod de contrario conſtat.*
46 *Fateri non dicitur, qui non intelligit, ſeu ignorat.*
47 *Confeſſio facta ab ignorante reuocatur, etiam ſi error ſit iuris, dummodo ſit error remouens intelligentiam confitentis.*
48 *Aſſertio repugnans veritati eſt inualida, nec præiudicat.*
49 *Erroris probatio excuſat etiam reſpectu torturæ.*
50 *Minor reſtituitur in integrum aduerſus confeßionem delicti abſque alia erroris ſeu læſionis probatione.*
51 *Veriſimile quod non eſt, habet ſuſpicionem falſitatis.*
52 *Iudex ſemper attendere debet quod eſt veriſimile.*
53 *Probatio bonæ famæ adeo diminuit indicia, quæ vigent contra inquiſitos, vt ex eis torqueri non poſſint.*
54 *Torturæ locum non eſſe in dubio iudicandum eſt.*
55 *Delicti grauitas non attenditur circa proceſſum & torturam, quia etiam in eo iuris regulæ ſeruari debent.*
56 *Carceratio longa eſt ſpecies torturæ.*
Et pœnam diminuit. num.57.
58 *Teſti aſſerẽti audiuiſſe aliquid ab alio, plus non creditur, quàm crederetur ei, à quo ſe dicit audiuiſſe.*
59 *Mulieri aſſerenti fuiſſe ab aliquo carnaliter cognitam non creditur.*
60 *Aſſertio offenſi, etiam quod mors ſit ſecuta, non probat, nec facit indicium ad torturam.*
61 *Teſtis vnicus non probat.*
62 *Indicium remotum à facto, per duos teſtes probari debet.*
63 *Teſtes duo ſi ſunt contrarij ſeu varij, nemini eſt credendum.*
64 *Iniuria facta vni, cenſetur facta omnibus conſanguineis.*

Iai-

65 *Inimicitia cum vno ex conſanguineis contracta cenſetur cum omnibus.*
66 *Inimicitia etiam præſumpta teſtes à teſtimonio repellit.*
67 *Amicus inimici non eſt idoneus teſtis.*
69 *Fama qualiter probetur cum ſeq.*
70 *Teſtes de fama deponenentes qualiter concludere debeāt, cum ſeqq.*
71 *Dictio, Multis, verificatur in duobus vel tribus.*
72 *Teſtes de ſama deponētes debent eſſe omni exceptione maiores.*
73 *Fama debet ſumere originem à fide dignis, aliàs non attenditur.*
74 *Fama quæ non præceſſit querelam, ſeu inquiſitionem, non nocet reo.*
75 *Teſtes examinati ad probandum famam, ſi aliqui deponunt de ſama poſt inquiſitionem, & alij ſimpliciter, intelligūtur poſt inquiſitionem, prout alij deponunt.*
76 *Fama quæ non eſt vniformis non releuat.*
78 *Mendacium ſeu variatio circa ea, quæ non nocuiſſent, ſi quis ea faſſus fuiſſet, non nocet.*
Et quando non eſt circa factum principale, num. 79.
Item ſi mendax ſeu varius errauerit, nu. 80.
Et ſi eſſet minor, num. 81.
82 *Singula quæ non proſunt, iuncta iuuant in ciuilibus, non in criminalibus.*
83 *Indicia plura imperfecta non iunguntur ad ſaciendum indicium perfectum, quando vnumquodque non fuit perfecte probatum. Aliàs ſecus. cum ſeqq.*
86 *Inquiſitus ſponte comparens præſumitur innocens.*
Etiamſi comparuiſſet poſt citationem, num. 87.

CONSILIVM CII.

INHAERENDO doctiſſimis dubitationibus, motis per Eccellentiſſimum Dominum Petrum Curtularium Locum tenentem Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi Domini Legati Vmbrię videtur dicendum contra Dominum, I, Dominum C, Dominum, N, & M, Petuſinos inquiſitos ea eſſe de prætenſo delicto indicia, vt torturæ ſint ſubijciendi.

Primo quia Domina Chriſtophora teſtis fiſci dicit Dominam Agneſinam ei dixiſſe fuiſſe à dictis inquiſitis vi carnaliter cognitam etiam præpoſtera venere, quæ licet de alieno auditu deponat, & regulariter teſtis de auditu probare non ſoleat, vt habetur in
1 l. teſtium, C. de teſtib. † facit tamen aliquam præſumptionem contra inquiſitos. Roma. in l. ſi vero, §. de viro, colum. vlt. ff. ſolut. matrim. Ruin. conſil. 106. nume. 17. lib. 5.

Secundo accedit probatio publicæ vocis, & famæ vigentis contra inquiſitos, quod ipſi delictū, de quo
2 imputantur, commiſerint, † quæ ſane probatio ſaltē de conſuetudine facit indicium ad torturam, vt poſt Gandi. teſtatur Brun. in tract. de indic. par. 1. q. 3. nu-
3 me. 3 1. † quod de plano videtur procedere, alijs concurrentibus adminiculis, licet ſola fama non ſufficeret, vt per Brun. in allegato loco. Grat. conſ. 57. nu. 8. lib. 1. Iul. Clar. in pract. crim. §. fin. q. 21. circa princ. At hic alia indicia cum fama concurrere videntur; iccirco torturæ locus erit.

Conſiderantur etiam tertio loco contra Dominum, F, & Dñm, N, eorum mendacia, & variationes
4 de quibus in eorum conſtitutis conuincuntur, † quæ maximam contra eos præſumptionem inducunt ſufficientem ad torturam. Boſſi. in tit. de indic. num. 36. Grammat. conſ. 5. num. 5. Rol. à Vall. conſ. 14. nu. 19. lib. 4. & cōiter recipitur ſaltem alijs concurrentibus, vt teſtatur Iul. Clar. in dicta q. 21. verſ. Mendacium.

Quarto dicitur, quod ſi prædicta de per ſe non ſuf-
5 ficerent, vt Rei torqueri poſſent, † tamen ſimul iuncta perfectum faciunt indicium ad torturam ex vulgata regula, quæ habet, quod quæ non proſunt ſingula, iuncta iuuant, de qua per glo. in l. 2. in verbo. legitimis, ff. de excuſ. tut. & per Anton. Gabr. in ſuis concluſ. in tit. de probat. conclu. 1. in princip. & facit Menoch. de præſumptio. præſumpt. 40. num. 9. & ſeq.
6 lib. 1. qui dixit, † quod etiam in criminalibus cauſis plures præſumptiones iunguntur ad faciendum indicium ad inquirendum ſeu ad torturam, & ad id probandum, Fel. Alex. Soc. Grammat. & alios multos allegat.

Re tamen, ac toto proceſſu maturius conſideratis reſpondendum arbitror ex indiciis prædictis torturæ locum non eſſe.

7 Primo, † quia ad torturam non eſt procedendum, niſi legitimis præcedentibus indicijs, etiam ſi de crimine læſæ maieſtatis ageretur, l. ſi quis aliū, vbi gloſ. & Doct. C. ad leg. Iul. maieſt. Boſſ. in titu. de indic. nume. 1. Capic. deciſ. 126. num. 4. Carer. in pract. crimi. in princi. nume. 110. & poſt alios Senat. Pedemont. deciſ. 79. nume. 14. & de communi teſtatur Rimin. iun. conſilio 88. nume. 52. & ſeq. lib. 1. Etenim ſemper indicia legitima præcedere debent torturam etiam in criminib. atrocioribus, & exceptis, nā etſi in atrocioribus liceat iura tranſgredi in puniendo, quando conſtat Reum deliquiſſe, ſecus eſt in procedendo, nā quando non ſumus certi, an accuſatus ſit vere delinquens, etiam in dictis criminibus ſollemnitates, quæ in alijs criminibus exiguntur, ſeruari debent, vt poſt Marſil. & alios declarat Grammat. in vot. 34. nu. 23. & ſequitur Rolan. à Val. conſil. 7. numer. 42. libro 1.
8 † Et quamuis in arbitrio Iudicis reſideat cognoſcere, quę ſint indicia ſufficientia ad torturam, ſecundum Bart. in l. fin. num. 5. ff. de quæſt. id non eſt ita generaliter intelligendum, vt Iudex ex quolibet indicio ſuo
9 arbitrio moueri poſſit, † ſed regulari debet hoc arbitriū ex regulis iuris, ita vt ex legitimis tantū indicijs, & à iure approbatis torturam inferat, & non aliter. Boſſ. in d. tit. de indic. nu. 32. & ſeq. Pariſ. conſil. 151. nume. 14. & ſeq. lib. 4. Marſil. conſil. 15. nume. 17. & latius habetur in d. deciſ. Pedemon. 79. nume. 57. & ſequitur Burſat. conſil. 201. num. 50. lib. 2. ſed ea quæ pro indicijs adducuntur, non ſunt talia, vt reſpondendo contrarijs demonſtrabitur; ideo nullo modo
10 tortura inferri poteſt, cum † indicia ad torturam debeant eſſe clara, perfecta, & talia, quæ de iure ſubſiſtant, & in ſua ſpecie luce clariora, nec dubia, leuia, aut aliàs perſunctoria attenduntur, ut optime declarat Bal. in conſil. 259. Verba inquiſitionis, nu. 4. lib. 1. quem ſequuntur Marſil. in conſil. 88. nume. 2. & conſil. 101. nume. 13. Socin. iun. conſil. 39. nume. 55. lib. 2. Roland. à Vall. conſil. 16. nume. 30. lib. 1. & conſil. 3. numero 37. libro tertio. vbi de communi teſtatur. Et M. Antonius Eugenius conſil. 27. nume. 14. & ſeqq. libro primo.

Secundo principaliter moueor, ex eo quia Dominus F, imputatur, quod nocte præcedente feſtiuitatem diui Marci acceſſerit ad domum Dominæ Agneſinæ, exiſtentem extra Caſtrum Curtiani per vnum milliare cum nonnullis alijs, ibique eam per vim carnaliter cognouerit, & in proceſſu conſtat, quod die & nocte præcedentibus feſtiuitatem diui Marci Dominus, F. erat Petuſiæ, & in propria domo pernoctauit, & quod ad dictum Caſtrum acceſſit die ſequēti de mane poſt feſtiuitatē diui Marci, quæ ſane probatio clarè oſtendit delictum prædictum non fuiſſe

abeo

Digitized by Google

11 ab eo patratum, † quando quidem aliquis imputa-
tur de delicto commiſſo in tali loco, & tali tempore
recte probatur cõtrarium,& probatio delicti ſubuer-
titur, probando quod eo tempore ille erat in alio lo-
co diſtanti iux.l.optimam,in fi.C.de contrah. & com
mit.ſtipul.& ibi Doct.not.in ſpecie Ioan. Andr. Abb.
Fel.& alij in c.ea tenore,de teſti.Boſſi.in tit.de deſen.
reor.num.24.& 29.not.Alex.in conſ.5. colum.2. verſ.
Venio ad ſecundum,libr.1. Grammat.deciſ.56.nu.3.
& ſeqq.Boer.deciſ.165. nu.6. & ſeq. vbi multos alios
allegat. Accedit etiam depoſitio vnius teſtis inducti
à fiſco aſſerẽtis non credere prætenſum delictum fuiſ
12 ſe commiſſum à Domino F,† qui teſtis contra fiſcum
producentem plene probat,licet de credulitate depo
nat, vt per conſ.Rom.104.in fin.dicunt Soc.iun.conſil.
69.nu.11.lib.1.Crauet.conſ.201.num.7.lib.2.& com-
muniter approbatur ſecundum Ant. Gabr.in titu.de
13 teſti.concl.1.nu.14. & 15.† & in terminis de teſte in-
ducto à fiſco etiam ſi de credulitate tantum deponit,
idem poſt alios firmant Tob. Noni.conſ.99.nu.10. &
Burſ.conſ.20.nu.23.lib.1.& conſ.152.num.46.lib.2.
vbi de communi teſtatur. Et hæc comprobantur per
duos alios teſtes ad defenſam examinatos,qui ſimili
ter affirmant credere delictum non fuiſſe ab inquiſi-
tis commiſſum ob eorum bonas qualitates, qui mul-
tum faciunt ad comprobationem aliarum probatio-
14 num, † cum ad defenſam credatur etiam teſtibus de
credulitate deponentibus. Dec.conſ 469.num.8.poſt
alios Iaſ.in l.non ſolum,§.ſciendum,num.8.ff.de nou.
oper.nunc.Tob.Noni.conſ.101.nu.4.

Cum igitur pro Domino F,non ſolum præſumptio
nes innocentię adducantur,ſed clare eius innocentia
probetur,nullo modo contra eum ad torturam proce
di poteſt,etiam ſi indicia ad torquendum ſufficientia
15 probarentur, † cum ſola indicia pro innocentia pro-
bata tollant alia, ex quibus reus torqueri potuiſſet.
vt poſt Bal.in l.1. C.com.de leg. dixit ibi Iaſ.num.11.
late Brun.in tract.de indic.& tortu par.1 q.3.num.6.
& q.5.per totam, maxime num.4. vbi etiam in ſpecie
loquitur de probatione facta,quod inquiſitus tempo
re commiſſi delicti diſtabat à loco, in quo fuit com-
miſſum,idem firmat Boer. in d.deciſ.165. numero 9.
16 † aſſerens reum omnino abſoluendum eſſe, licet con-
tra eum eſſent indicia ſufficientia ad torturam, quan
do aliqua alia probatio ſeu pręſumptio pro eo adeſt.
idem habetur in deciſ. Senat. Pedemont.79. num.59.
in fin.& 60 poſt Grammat. vot.30.nume.30. & com-
probatur per Alexand.conſil.180.numero 10.verſic.
17 item prædicto,lib.2. vbi dicit † vnumquodque,quod
pro reo militat, ita indicia diminuere, vt ex eis tor-
queri non poſſit,& ſequitur Grammat.vot.3.numero
20.quam propoſitionem latius comprobant Boſſi. in
tit.de indic. & conſider.Ant.Tort. num.86.& ſeqq.&
num 90.& ſequen.Roland.à Vall.conſil.7.num.38.&
ſeqq.lib.1.& Rim.iun.conſ.704.num.37.lib.6 & quia
allegati Doct.dicunt ſolis indicijs, & præſumptioni
bus pro inquiſito reſultantibus contraria indicia di-
minui,à fortiori id probant in caſu noſtro,in quo ple
na probatio innocentiæ ex proceſſu elicitur. Et quo-
niam indicia,quę pro Domino F,probantur,ſunt vr-
gentiora indicijs fiſci,ſine dubio non erit locus tortu
18 ræ; † nam quando imputatus de delicto habet pro ſe
aliqua indicia, vt ex alijs quæ contra ipſum vigent,
torqueri valeat,opus eſt indicia fiſci eſſe grauiora,ſe-
cundum Bart.in l.1.§.ad quæſtionem.verſic.Nec faci-
le,ff.de quæſtio.Grammat.conſil.57.nume.23.& ſeq.
Roland.à Vall.conſil.7.numero 40.lib.1.& licet quan
do indicia pro inquiſito ſunt vrgentiora, ſine dubio
non ſit locus torturæ,nihilominus etiam debiliora ſa
tis operantur ad diminuendum vrgentiora indicia
fiſci,quæ ad torturam ſufficiebant,ita vt ex eis non ſit
inferenda tortura, vt Doctores ſupra adducti clare
dicunt.

Quod autem die & nocte præcedentibus feſtiuita-
tem diui Marci vſque ad diem dictæ feſtiuitatis de
mane incluſiue Dominus F, permanſerit in Ciuitate
Peruſiæ in eius domo,& in Caſtro Curtiani,clare pro
batur per Herculem & Dominum Paulum, qui di-
cunt ipſos pernoctaſſe, ea nocte in domo Domini F,
in qua ipſe Dominus F,ſtetit cum eius vxore,& quod
Peruſiæ,& in domo illum viderunt tunc,& die præce-
dente feſtiuitatem, & etiam dicta die feſtiuitatis de
mane, qui cum ſint duo, plene id probant. iuxt.l.vbi
numeros,ff.de teſti.cum ſimil.Quæ probatio adiuua-
tur per Dominum N, quoad alios vti teſtem à fiſco
inductum in primo conſtituto,firmantem die præce-
denti dictam feſtiuitatem Dominum F, non fuiſſe in
Caſtro Curtiani, ſed ad illud acceſſiſſe dicta die feſti
uitatis,& comprobatur per Conſtantinum, & Nico-
laum teſtes fiſci, qui dicunt dicta die feſtiuitatis de
mane audiuiſſe,quod tunc Dominus F,à Ciuitate Pe
19 ruſiæ,ad illud Caſtrum accedebat,† qui licet de audi
tu deponant contra fiſcum eos producentem, plene
probare videntur ex dictis ſupra, & prout in ſpecie
dicunt Cephal.conſil.65.nume.55.lib.1.Pariſ.conſil.
83.numero 30.lib.1 Burſat.conſ.57.nume.11.libro 1.
20 Tob. Noni. d. conſil. 99. numero 10.† ſeu ſaltem te-
ſtes de auditu faciunt præſumptionem adminiculati
uam aliarum probationum, ſuppleutque aliorum te
ſtium depoſitiones, ſi ſupplemento aliquo egerent,
quamuis à fiſco non eſſent inducti, præſertim quia id
dicta die audiuiſſe dicunt Ruin.conſil.106.nume.17.
lib.5.Cephal.conſilio 435.numero 85.libro 3.& pro
communi Benintend.deciſ 67.num.8.& ſeqq.Proba-
tur igitur ex iam dictis Dominũ F,ea nocte,qua præ-
ſupponitur fuiſſe commiſſum delictum, non fuiſſe in
illo loco ſaltem ex omnibus ſimul iunctis,cum plures
etiam imperfectæ probationes, & præſumptiones cõ
iungantur ad faciendum plenam probationem.iuxt.
Glo.in l.2.ff.de excuſa.tut.& late probat Anto.Gabr.
in titu.de probat concluſ.1.fere per totam.Quod for
tius admittendum eſt in caſu noſtro,in quo agitur de
21 probando innocentiam Domini F,inquiſiti,cum† ad
defenſionem in criminalibus probationes dubię non
concludentes,& minus perfectæ recipiantur. Iaſ.in l.
non ſolum,§.ſciendum,num.7.in fin.& ſeq. ff.de nou.
oper.nunc.poſt Anchar.Soc.Alex.& alios Crau.conſ.
2.num.16.lib.1.Aſin.inter conſilia crimin.diuerſ.con
ſil.110.num.7.circa fin.lib.2.& late probat Ceph.con
ſil.140.num.11.& ſeqq.libro 1.& alibi paſſim Docto-
res id admittunt.

Nec dicta probatio elidi poteſt,ex eo quod Hercu
les ſit famulus Domini F,& Dominus Paulus ei atti-
neat, quia deponunt pro defenſione Domini F, in-
22 quiſiti, & ſic ſunt idonei, † cum in criminalibus ad
defenſam etiam famuli, & familiares admittuntur.
Iaſ in d.§.ſciendum,numero 9. & in terminis noſtris
23 Boer.deciſ.165.num.7.† Prout etiam eo caſu fratres
& alij conſanguinei idonei reputantur,Bald.in l. pa-
rentes numero 3.C.de teſtib.Iaſ.in d.§.ſciendum,nu-
mero 9. Crauett.conſilio 119. numero 9. libro 1. &
24 in terminis † de famulo,familiare,& fratre idem di-
xit Grammat.in deciſ.56.numero 15.in fin.& ſeqq.&
comprobat Maſcard.de probat.lib.1.concluſ.26. nu-
25 me.6. et generaliter † quod ad probandum innocen
tiam admittantur teſtes familiares,conſanguinei,et
aliàs minus idonei, probant poſt multos Boſſi. in ti-
tu.de crimin.læſę maieſtat.num.114. et ſeqq.Cephal.
conſil.

conſil. 140.num.8.& ſeqq.lib. 1. Ant.Gabr.in ſuis con
cluſio.in tit.de teſti. concl.10.nu.48.ver. Contrarium,
& num.64.concl.13.num.12.& latius in titu.de crim.
concluſ.28.per totam, & Herc.in tractia.de negatiua.
num.325.& quantum attinet ad Herculem,ei tortius
plena eſt adhibenda fides, quoniam bis tortus ſem-
per conſtanti animo in fauorem Domini F,depoſuit,
26 † quæ tortura fidem teſti augere ſolet,vt poſt Barto.
& Bald.dixit Grammat.vot.3.nu.6 in fin.& 7. & ope
ratur quod teſti etiam crimine notato fides adhibea
tur,ſecundum Boſſi.in titul de confeſſ. per tortur.nu-
me.57. Nec fidem Herculis diminuere poteſt præten
ſa variatio,de qua in quarta eius depoſitione,dum di
xit non recordari, de qua die milium ad domum Do
mini F, fuerit portatum,quia aliàs pluries examina-
tus etiam cum tortura firmiter id depoſuerat,& dum
quarto loco examinatus dixit non recordari, non po
27 teſt notari de contrarietate, † ſed ad illam euitan-
dum intelligi debet,quod non recordatur, niſi prout
aliàs depoſuerat,vt dixit Bart in l.de ætate,num.12.
ver. Reſponde,ff.de minor. quem ſequuntur Dec.con
ſil.100.num.3. verſic. In primis. Alexand. conſil. 180.
numero 6 libro 5. Anton.Gabriel.in ſuis concluſio.in
tit.de crim.concluſ.19.nume.36.poſt 4.limita. Præte-
rea quia in eadem quarta depoſitione incontinenti
firmauit idem, quod aliàs dixerat, aſſerens, quod ſi
parum ante dixit non recordari,euenerat ob febrem,
qua grauatus erat,non obſtat contrarietas,cum iſta
28 tim ſe correxerit, † quod incontinenti facere potuit.
Capic deciſ.142.nu.8.& 9 cap.præterea, de teſti.co
gen.Iul.Clar.§.fin q 53.verſ Quartus caſus.circa me
dium.Menoch de arbitr.iud.quæſt. lib. 2. cent.2.caſu
108.num.4.

Minus nocet,quod Bartholomea & Camilla teſtes
fiſci in eorum prioribus conſtitutis dicunt Dominũ
F,acceſſiſſe ad Caſtrum Curtiani die præcedẽti feſti
uitatem diui Marci, Quoniam in ſecundo & tertio
conſtitutis aliud deponunt, firmantes, per totam il-
lam diem & noctem ſequentem vſque ad diẽ feſtiuita
tis de mane ſtetiſſe in ſua domo in Ciuitate Peruſij,
& ibi pernoctaſſe cum ſua vxore & mane ſequenti,
quæ fuit feſtiuitatis diui Marci iuiſſe ad Caſtrũ Cur-
tiani, & quod ſi aliter ipſæ dixerant in priori conſti-
tuto,euenerat, quia non recte recordabantur: Ideo
eorum depoſitiones non ſolum non nocent, ſed fa-
29 ciunt pro Domino F, † & id, quod ſecundo loco de-
poſuerunt,melius recordatæ, videtur attendendum ſe
cundum communem, de qua per Dec. in conſil. 419.
nu.17.præſertim quia aſſerunt prius errasse, ea eo qđ
non recordabantur, cauſasq; & rationes erroris alle
gant,vt per Menoch.de arbitr.iud.quæſt.lib 2.centu.
30 2.caſ.108.num.8. † Et allegatio erroris ſufficiens eſt,
vt ſtetur ſecundæ depoſitioni, ſtante quod ea depoſi
tionibus aliorum teſtium conſtat (vt dictum fuit) rẽ
aliter ſeſe habere, & cõſequenter de errore primæ de
poſitionis. Abb Felin.& alij in cap.præterea,de teſti.
Didac.Couar.variar.reſolut.lib.2.cap.13.nu.8. verſ.
Ceterum. Menoch.d.caſu 108 nu.7. Et quia ex depo
ſitionibus tot teſtium aſſerentium Dominum F,ad
dictum Caſtrum Curtiani acceſſiſſe die feſtiuitatis di
ui Marci oſtenditur magis verum eſſe quod in poſte-
rioribus depoſitionibus mulieres præfatæ dixerunt,
31 illæ poſteriores depoſitiones ſunt attendendæ,† cum
ex contrarijs depoſitionibus illa attendi debeat,pro
qua veriſimilitudo concurrit, & non alia, licet facta
ſit in tortura,vt declarant Dec.in conſil.175.nume.8.
Crauett.conſil 6. numero 49.libro 1. Menoch. dicto
caſ.108 num.2.& ita in ſimilibus terminis conſide-
rant Socin.ſen. in conſ.153. colum.5.verſicul. Secun-
do,lib.2.& not Rom.conſ.505.colum.1.verſicu. Item
limitatur. Dec.in cap.per tuas,numer 45. de probat.
Crauet.conſ.6.nume 49. lib. 1. Tob. Noni.conſil.99.
numero 7.

Inſuper ſi dictæ mulieres aliquid deponerẽt in præ
iudicium Domini F, non eſſet eis fides aliqua adhibẽ
da: Depoſuerunt quidem modo vnum, modo aliud,
32 & contrariæ reperiuntur, † quo fit,vt non probent in
aliquo,iuxt communẽ Doctorum opinionem,de qua
teſtatur poſt Ang.de Vbal. Iul.Clar.in d.§.fi.q.53.ver.
Sed quid ſi teſtis. Præſertim quia cum iuramento fue
runt examinatæ, & contraria deponendo ſunt effectę
periuræ ſecundum omnes in l eos,ff de falſ. & firmat
33 Menoch.in d.caſ.108.nu.9. † Et ob periurium omni-
no repelluntur,ita vt eis nulla ſit adhibẽda fides. Gl.
in c.per tuas,de Simon Grat.conſil.74.nu.8.lib.1.Ce-
phal.conſ.504 nu.29. & omnes communiter admit-
tunt,vt teſtatur Iul.Clar.in §.periurium,ver.Repelli-
tur,poſt alios multos Rol.à Vall.conſi.57.num.15.&
ſeq.lib.4.latiſſime Burſ.conſ.201.num.63.& ſeq libr.
2. Et quamuis contraria depoſitio ſit reddita in tor-
34 tura, & dici ſoleat, † depoſitionem illam ex contra-
rijs attendi,quæ fuit cum tortura, ſecundum Bart.in
l.eos,nu.2.ff.de falſ.& poſt alios ſequitur Clar.in d.q.
53.ver.Quartus caſus,circa medium, & Menoc. in d.
35 caſu 108.nu.14. † Id procedit,quando quælibet depo-
ſitio eſt ſine iuramento, ita vt teſtis contraria depo-
nens non ſit effectus periurus,ſed ſi depoſitiones ſunt
iuratæ, quis ex contrarietate teſtis incidit in periu-
rium, non attenditur depoſitio in tortura, nec teſtis
36 aliquam fidem facit,† cum in cauſa criminali tortu-
ra purgare non poſſit defectum periurij,licet in ciuilĩ
aliud ſit,vt declarant Crau.conſ.6.nu.16.& ſeq.47.&
ſeq.57.& ſeq.lib.1.vbi late.Didac.Couar.lib.2.varia.
reſolut.c.13 nu.8.in fin.ver.Immo ſententia Rui.con
ſil.146.nu.4 lib.5.Ceph.conſil.234.num.2.& 3.& 19.
lib.5.Meno.in d.caſu 108.nu.15.& 16.Rol.à Vall.con
ſil.16.num.10.& ſeq.19.& ſeq.lib.1. Burſ.qui de com-
muni teſtatur conſ.50.num.61 conſ.79.num 11.lib.1.
& conſ.201.num.67.lib.2. Tob.Noni.conſ,99. nume.
37 5.Præterea quia dictæ mulieres ſunt feminæ, † de iu
re canonico in cauſa criminali,criminaliter intenta-
ta ad oſtenſam, à teſtimonio penitus repelluntur,
iux.tex.in c.forus, de verb.ſignific. Abb. in c.quoniã,
num.2.& ibi Dec.num 30 de teſti ib.Dec.in l.2.nume.
35.ff de regul iur.Veronen.in conſil.crim.32. colum.
2.Blanc.in titul.de indic.numero 351. & pro commu
ni Iul. Clar.in §.fin.quæſtio.24. verſic. De iure autem
Canonico.

Neque pro fiſco fundamentum fieri poteſt contra
Dominum F,in depoſitionibus Meneci,Ioannis,An-
geli,& magiſtri Ioannis Mariæ, quoniam ipſi non ſo
lum non dicunt aliquid, quod noceat, immo faciunt
pro Domino F,cum in eorum prioribus depoſitioni-
bus reiteratis vicibus affirmatiue dixerint Dominũ
F,Peruſio permanſiſſe die,& nocte præcedentibus fe-
ſtiuitatem diui Marci; & die feſtiuitatis ad Caſtrum
præfatum acceſſiſſe.

Et quãuis poſtea reſpectu aſportationis milij va-
riauerint,aſſerentes non recordari,non nocet, cũ ni-
hil affirmatiue deponant,prout fecerunt prius; præ-
38 terea, † dico attendi debere,quod prius dixerunt, Tũ
quia pluries examinati id confirmauerunt, iuxta not.
per Dec.conſ.175. num.8. Roland.conſil.73. numero
33.lib.1.& poſt eos per Menoch.in d.caſu 108.nume.
10. Tum etiam quia quãdo teſtis prius dixit aliquid
ſcire,ſi poſtea iterum examinatus dicat neſcire, vel
non recordari, ſecundum dictum non attenditur in
præiudicium primæ depoſitionis affirmatiuæ,vt poſt

Lotted.

Digitized by Google

Loffred.conſi.27.colum.4.verſicu. Præterea, affirmat
Ant Gabr.in tit.de crim.concluſ.29.nu.36. Et tortu-
ta io hoc nihil operatur, ſtante quod cum tortura nõ
fuerunt interrogati ſolum de alijs, ſed de ſe & alijs
ſimul occaſione prætenſæ ſubornationis. Et qñ teſtis
de ſe & alijs interrogatur, primum dictum attendi-
tur, nõ quod poſtea ẽt in tortura depoſuit, iux. doctr.
Bart.in l.1.§.quæſtioni, ff. de quæſt. quem ſecuti ſunt
Aret.conſil.71.col.2.Soc. ſen.conſ.253.col.2.lib.2.cõ
ſil.6.nu.45.lib.1.Cephal. conſil.233.num.10.& ſeqq.
lib.2.Menoch.d.caſ.108.nu.15. Couar.d.cap.13.nu-
me.8.verſ.Quod autem.Quod clarius procedit reſpe
ctu magiſtri Ioan. Mariæ, qui ſponte & ſine tortura
ſe correxit, qui licet id poſtea in tortura confirmaue
rit, non attenditur ſecundum dictum cõtrarium, ſed
primum, quia non obſtante tortura ſubſecuta corre-
ctio præcedens ſpontanea iudicatur. Et concluſio il-
la, quæ habet, quod ſit attendendum dictum in tortu
ta, ceſſat quando quia ſponte contrarium depoſuit, li
cet poſtea in tortura confirmauerit, vt declarat Ce-
phal.in conſ.234.nu.13.lib.2.Vlterius ſit teſtes illi a-
liquid dicerent in præiudicium Domini F, & priores
depoſitiones non attenderentur, nihilominus illi ali
quam fidem non facerent ob contrarietates & periu
tium, & conſequenter firma remanet probatio facta
pro Domino F, quod ea nocte, qua prætenditur com-
miſſum delictum, non eſſet in illo loco, ſed Peruſiæ,
quia teſtes fiſci potius hanc probationẽ coadiuuant,
quàm quod illã impugnent, ſeu ſaltem illi non nocẽt,
& quia dicunt non recordari, & quia in omnem euen
tum vt contrarij & periuri repelli debent. Et quate-
39 nus fidem aliquam facerent, † dico præferendas eſ-
ſe probationes pro Domino F, tendentes ad excluſio
nem delicti, quia magis creditur deponentibus pro
non delicto, quã probantib. delictũ. Cepol.conſ.ciuil.
60.col.2.& conſ.crim.1. col.2.quẽ ſequitur Ant.Gab.
in ſuis concluſ.in tit.de teſti.concluſ.4.nume.21.in 4.
40 illatio.† & probationes rei præferuntur probationi-
bus actoris. Bald. in l.qui accuſare, colum. fin. C. de
eden.Specul.in tit.de teſte, §.poſtquam, verſic.Porro.
circa finem.Roman.conſil.156.in princ.Abb.in ca.ex
literis, colum.1.in fi.& ſeq.de probat.cum aliis addu
ctis per Anton.Gabr.in d.conclu.4. in 12.illatio.nu-
41 me.44.Et etiam quia † in criminalibus probationes
pro reo ad defenſionem ampliandæ, & alię contra
reum reſtringendæ ſunt, vt probat Grammat. in de-
ciſ.56.nu.9.& 10.

Et prædictis non obſtat, quod Dominus F, prius
dixerit ad dictum Caſtrum acceſſiſſe die feſtiuitatis,
& poſtea dixerit fuiſſe die præcedenti. Primo, quia
dicta ſecunda aſſertio eſt erronea, vt demonſtrabi-
42 tur, † & in criminalibus confeſſio erronea etiam iu-
rata, probato errore, confitenti non nocet. Roman,
conſ.391.col.1.verſic. Tertia concluſio. Bero. conſil.
201.nu.17.lib.3.Sed reuocari poteſt, nullumque poſt
reuocationem & oſtenſionem erroris confitenti præ-
iudicium affert. Aret.in cap.eum dilecti.colum. pen.
in fin.qui de communi teſtatur, de accuſat.& ita com
muniter teneri affirmant Boſſ. in tit. de confeſſ.nu-
me. 60. & ſeqq. & Iul. Clar.in d.§.fin.quæſt.55.in fin.
verſ.Sed pone.Quæ opinio locum habet, quamuis cõ
43 feſſio eſſet geminata, † quia ſimiliter eiuſdem reuo-
catio admittitur, conſtito de errore. Roman.d.conſ.
391.Bar.Bald.Alex.Iaſ.& alij in l.1. C.de error.cal-
cul.vbi Dec.nu.7.& 8.Pariſ.conſil.fin.num.35.lib.1.
Ruin.conſil.10. nume.18.& ſeq.lib.3. Soc.iun.conſil.
180.nu.85.& ſeq.lib.2.Alex.conſil.102.col.fi.lib.1.&
de communi poſt alios multos teſtatur Rimin. iun.
conſil.130.nu.6.& 20.lib.2.

Quod de errore cõſtet, ſatis elicitur ex iam dictis;
quatenus oſtenſum fuit probari, quod vere illo tem-
44 pore Dominus F, erat Peruſiæ. † ea qua contraria ꝓ-
batione ſatis error iuſtificatur, maxime quia Domi-
nus F, tractat de damno euitando. Aret. conſil. 112.
col. fin. Alex.conſi.101.num.8.lib.1. & poſt Bartol. &
alios ita firmat Dec.in conſil.350.nu.5.& in fortiori
bus terminis comprobat Ale.in cõſ.5. col.2.ver. Ve-
nio ad ſecundum, lib.1. quem refert, & ſequi videtur
Grammat.deciſ.56. num.3. Et fortius hæc concluſio
procedit, ſtante quod Dominus F, eſt minor annorũ
viginti quinque, & minori alleganti confeſſionem er
roneam ſatis eſt probare contrariũ, abſque eo quod
45 error iuſtificetur, † quoniam eo ipſo quod de cõtra
rio conſtat, error in minore præſumitur, quidquid in
maiore dicendum ſit, vt declarat Senat.Pedemon.in
deciſ.38.nu.39. Quibus accedit non ſolum conſtare
de contrario eius, quod vltimo loco Dominus F, di-
xerat, ſed conſiderando eiuſdem depoſitiones, mani
feſte elicitur fuiſſe deceptum & erraſſe, dum dixit ac
ceſſiſſe ad dictum Caſtrum die præcedẽte feſtiuitatẽ
diui Marci, quod patet, quia ipſe interrogatus, an di
cta die feſtiuitatis, vel præcedenti ad dictum Caſtrũ
acceſſerit, quæſiuit certiorari à Domino Iudice, num
quid dies feſtiuitatis fuerit dies Iouis, ſeu Veneris,
de quo non fuit certioratus, ſed vlterius examinatus
perſiſtens in dicto, quod die præcedente dictã feſtiui
tatem ad dictum Caſtrum acceſſerat, dixit illuc ac-
ceſſiſſe mane ſequenti, poſtquã Antonius Ballarinus
conuiuium fecerat, & quod conuiuium fuit factũ die
Martis; adeo quod clare dicit die Mercurij de mane
illuc acceſſiſſe. Quod etiam aſſerit, dum dicit milium
fuiſſe ad eius domum Peruſiæ portatũ die Martis de
ſero, & à Ciuitate Peruſiæ receſſiſſe die ſequẽti de ma
ne, & ſic die Mercurij. Vnde cum omnia eius dicta in
ferant, quod à Ciuitate Peruſiæ diſceſſerat die Mercu
rij de mane, cõſtat errore & ignorantia ductum aſſe
ruiſſe receſſiſſe die præcedente feſtiuitatem, cum pu-
taret feſtiuitatem fuiſſe celebratam die Iouis, aut Ve
neris, & ſic diem Mercurij præceſſiſſe feſtiuitatẽ, quæ
tamẽ feſtiuitas celebrata fuit die Mercurij vigeſima
quinta Aprilis, & conſequenter nullo modo ei nocet
dicta confeſſio maxime poſt eius reuocationem; cum
enim ſcientiam perfectam non haberet de eo, quod
46 deponebat, confeſſio non nocet, quoniam † non fate-
tur, qui non intelligit, & qui ignorat. argum. l.ma-
ter decedens, ff.de inoffic.teſta.l.nec ignorans, C.de
47 donat.intelligentia enim opus eſt in confeſſione, † &
confeſſio facta ab ignorante reuocari poteſt, etiam ſi
error ſit iuris, dummodo ſit error remouens intelli-
gentiam confitentis, vt poſt Bald.conſil.39. confeſſio
ſcienter facta, lib.1.dixit Menoch. conſil.191.nu.68.
48 & ſeq.lib.2. † & quia hæc aſſertio repugnat veritati,
inualida eſt, nec Domino F, præiudicat. glo. in l.1.C.
de confeſ.Rom.conſ.520.col.4. verſi. His tamen non
refragantibus.Paul.Merend.in crim.diuerſ.conſ.91.
nu.30.to.2.Sed cum prius contrarium aſſeruerit prio
ribus aſſertionibus, pro quibus præſumptiones & te-
ſtium depoſitiones concurrunt, ſtandum eſt Hieron.
Gabr.conſ.173.num.4.lib.3.Nec ex contrariis ſubſe-
quentibus depoſitionibus Dominus F, poteſt de con
49 trarietate notari, ita vt torqueri poſſit, † quoniam ꝓ
batio erroris excuſat etiam reſpectu torturæ, ut per
Boſſ.in d.tit.de confeſ.nu.66.

Secundo ſi de errore non conſtaret, quia Dñs F, eſt
minor annis viginti quinque, & ea dicta confeſſione
50 contra ꝓbationes pro eo extãtes valde læſus eſt, † ad
uerſus contrarias confeſſiones ei ſubueniendum eſt
beneficio reſtitutionis in integrũ. Angel. in l.certum,

§. in

§.in pupillo,ff.de confeſſ. Afflict.dec.108.no.4. & ſeq.
Boſſi.in tit.de confeſſ.nu.67.Marſ.conſ.130.nu.22.&
ſeq.& quia prædicta procederent,etiamſi nulla facta
eſſet læſionis ſeu erroris probatio, quoniam eo ipſo
quod probatur minor ætas, & confeſſio præiudicialis
de læſione, & errore dicitur ſufficienter conſtare etiã
in criminalibus (licet in ciuilibus aliter ſit dicẽdum)
minori ſubuenitur,vt in terminis not.Angel.in d.§.io
pupillo. Marſil.ſing.445. Grammat.conſil.60.nu.11.
& poſt alios multos idem firmant Rol.à Vall.in conſil.51.nu.38.lib.1.& Rim.iun.conſ.12.num.18.lib.1.&
Sfort.Odd de reſtit.in integ.par.2.q.65.art.9.nu.37.
vbi teſtatur de communi, fortius huic minori ſubueniendum eſt, poſtquam ex probationibus conſtat ex
dicta confeſſione fuiſſe læſum.

Tertio principaliter deducitur pro inquiſitis inueriſimilitudo contentorum in inquiſitione: imputantur enim Dominus F, Dominus N, & Dominus, C.
de adulterio,ſtupro, & violentia commiſſa in eãdem
mulierem, & eodem tempore, & quod ex eis ſecuta
ſit mors eiuſdem mulieris intra paucos dies, quod à
veriſimili alienum videtur, quoniam conſtat in proceſſu N,& C,eſſe inimicos. Item apparet omnes eſſe
ſimul coniunctos in ſecundo gradu, nec credendum
videtur ſimul eãdem mulierem carnaliter cognouiſſe. Præterea præſupponitur delictum fuiſſe commiſſum nocte præcedente feſtiuitatem diui Marci,& probatur concludenter mulierem illam dicta die feſtiuitatis acceſſiſſe ad dictum Caſtrum, diſtãtem à domo
ſua per vnum milliare, & nullum ſignum offenſionis
ſeu impedimenti oſtendiſſe, quod facere non potuiſſet,ſi tũc pudẽda adeo fracta habuiſſet, & nocte præcedente ita acriter fuiſſet mortaliter offenſa, vt præſupponitur. Cum igitur contenta in inquiſitione diſtent à veriſimili, non ſunt credenda, nec attenden-
51 da,† nec carent ſuſpicione falſitatis,capitul.quia veriſimile,de præſumpt. Bald.in l.1. colum.3. C.de ſeruis fugit. Riminald.iun.conſil.266.nume.18.libro 3.
52 † Iudex enim ſemper attendere debet, quod eſt veri
ſimile, & inueriſimilia reſpuere, cum veriſimilitudo
ſit cognata naturæ,& pro lege habeatur. Oldr.conſil.
23.in fin.& poſt eum Crauet.conſ.61.numer.9.lib.1.
late Cephal.in conſ.603.nume.24.& ſeqq.lib.4.alios
adducens.

Accedit Quarto probatio bonæ famæ inquiſitorũ,
& quod non ſit credẽdum eos dictum delictum com
53 miſiſſe, attentis eorum bonis qualitatibus,† quæ ſane probatio bonæ famæ multum diminuere ſolet indicia contra inquiſitos reſultantia.Bald.& Imol.in l.
fin.ff.de hæred.inſtitut.Alexand.in conſil.14.nume.9.
colum.fin.verſicu. Ad defenſionem libro 3.& Burſat.
conſilio 20.num.42.lib.1. in tantum quod ſi adeſſent
indicia, quæ ad torturam ſufficerent, ex probatione
bonæ famæ adeo diminuuntur, vt ex eis reus torqueri non poſſit. Marſ. conſil. 74.numero 25.& ſequent.
Grammat.conſil.44.num.5.& ſequent. Natta conſil.
42.num.9.&11.libr.1.Roland.à Vall.conſ.3.numero
57.lib.3. Calcſat.inter conſilia crimin.diuerſ.tom.1.
conſil.108.numer.9.& ſequent.Laurent. de Occa.inter conſilia criminal.diuerſ.tom.2.conſ.61.nume.66.
vbi de communi teſtatur. Crauet. conſ.99. numer.11.
lib.1.& conſ.244.nu.6.lib.2. Rim.iun.conſ.647.num.
19.& ſeqq.lib.6.

54 Poſtremo ſi res eſſet dubia,† in dubio iudicandum
eſt reos ex indicijs pro fiſco adductis nõ eſſe torquendos,ita in benigniorem partem pro inquiſitis inclinando,vt voluit Ang.in l.2.nu.4.C.de quæſt.quem ſequitur Boſſi.in tit.de indic.nume.72.& quamuis Boſſi.dubitet,quando agitur de magno delicto,nihil fir-
55 mat,† & circa proceſſum, & torturam non eſt attendenda grauitas delicti, ſed etiam in delictis atrocib.
ſunt ſeruandæ regulæ iuris, & ſollemnitates requiſitæ
in alijs delictis,vt declarat poſt Marſil.& alios Grammat.vot.34. num.23. & dixi ſupra. Sunt igitur rei abſoluendi,nec torquendi, præſertim quia per multos
56 mẽſes fuerunt detenti in carceribus, † quæ longa carceratio eſt ſpecies torturæ, ſecundum Grammat. in
57 conſil.60. nu.4. poſt Bald.ab eo allegatum. † & quia
operatur,quod quando quis puniri deberet, pęna ſit
minoranda, vt per eumdem Grammat.conſ.63.nu.4.
in fin.& ſeq. In caſu noſtro operabitur, quod indicia
fiſci adeo diminuantur,vt à pęna tormentorum, quæ
inferri potuiſſet,rei liberentur.

Nec obſtant ea,quæ pro fiſco adducũtur. Primum
quidem dubium ob depoſitionem Dominæ Chriſtophorę pluribus modis euitatur.

Primo quia dicit id audiuiſſe à dicta Domina A-
58 gneſina,† & non poteſt plus credi Chriſtophoræ,quã
crederetur Agneſinæ, ſi id diceret, ne plus credatur
copiæ quam originali. Oldrad.conſ.69. Crauet.conſ.
6.num.67.conſil.112.nu.13.lib.1. Rim.iun.inter conſil.crimin.diuerſ.conſ.82.nume.22.& ſeq.tom.2.lato
in his terminis Crau.conſ.41.nu.2.lib.1.Sed ſi Agneſi
59 na † depoſuiſſet, de violentia, alijſque offenſionibus
ſibi factis,ei non crederetur. Alex.conſ.157.in princ.
libr.5.Grammat.conſi.45.in princip.*Hora.Luc.*inter
crim.diuerſ.conſil.161.nu.10.tom.1. Roſel.inter ead.
crimin. conſ.12.nu.4.tom.2. Boer.deciſ.319.num.7.
Nec aliquod indicium faceret, ſecundum Gramma.
in d. conſil.45. in princip. Crauett. in d. conſil.41. in
princ.lib.1.& Grat.conſil.57.num.28.lib.2.Quod regulariter communiter concluditur in quolibet dicto
60 offenſi,† etiam quod mors ſit ſecuta,quod nõ probat,
nec indicium ad torturam facit,ſed de conſuetudine
tantum ad inquirendum indicium facit, ſecundum
Igneum in l.Caius Seius,numero 13. ff.ad Syllan.Iul.
Clar.in §. fin.q.21.verſic. Aſſertio vulnerati. licet non
deſint, qui dicunt magis communiter teneri huiuſmodi aſſertionem vulnerati nec ad inquirendum ſufficere,vt Plot & alij quos refert Iul.Clar. in allegato
loco, ideo minus creditur Chriſtophoræ aſſerenti id
ab ea audiuiſſe.

Secundo dicitur quod Chriſtophora non facit in-
61 dicium illud,quod faceret Agneſina.† quia circa aſſertionem Agneſinæ eſt vnica, nec habet conteſtem,
& teſtis vnicus non probat,capit.veniens,el 1.& cap.
licet,de teſt.l.iuſiurandi,vbi Doctores,C.de teſti. Afflict.deciſ.12.num.2.Roland.à Vall.conſilio 13.num.
62 21.& ſequen.libro 4.† quia ad probandum indicium
remotum à facto (prout eſt illud ex confeſſione offenſæ) requiritur probatio per duos teſtes,nec vnius probat.Bartol.in l.fin.num.7. ff.de quæſt. Marſil.conſilio
59.numero 6.quod dictum ab omnibus approbatur,
vt poſt Ioann.de Amic.conſil.127. numero 10. Socio.
ſen.conſilio 54. numero 2. lib.3. & alios teſtatur Iul.
Clar.in §.fin.quæſt.22. & Senat. Pedemont.deciſ.79.
numero 16.

Tertio eo magis fides Chriſtophoræ diminuitur,
ſtante quod contraria ſeu diuerſa depoſuit: Dixit enim in prima depoſitione Agneſinam ſibi dixiſſe, q̃d
inquiſiti ipſam recuſantem cõſentire in terram proiecerunt, & genua ſuper eam imponentes fecerunt
quidquid voluerunt. In alia vero depoſitione dixit,
quod ipſam in lecto inuenerunt, & in medium receperunt, & ibi ipſam, quæ de medio exire non potuit,
63 violarunt, † quæ contrarietates, ſeu diuerſitates faciunt,vt nec Agneſinæ, neque Chriſtophoræ fides ſit
adhibenda, iux.not.in l.qui falſa,ſeu varia,ff.de teſti.

c.cum in noſtra,eod.tit.Marſil ſingul.103. incip. Va-
rietas,& conſil.28.nu.5.in fin.& 6.

Quarto quia Chriſtophora fecit ſe inimicam in-
quiſitorum, dum depoſuit de violentia facta Agneſi-
næ vxori Maſſi eiuſdem Chriſtophoræ fratris germa-
64 ni,quoniam † iniuria facta vni, cenſetur facta omni-
bus coniũctis, & affinibus.Bar.in l.lex Cornelia,nu.1.
de iniur.& in terminis Crauett.conſ.41.num.3.lib.1.
65 & † inimicitia cum vno ex conſanguineis dicitur con
tracta cum omnibus eius conſanguineis. Abb. & Fel.
in c.cum P.Moncanella de accuſ.Bald.in c.ſi vaſallus,
el t.in tit.ſi de feud.fuer.controu.à teſtimonio repel-
66 litur,ſtante cauſa inimicitiæ, † quia etiam inimicitia
præſumpta nec publica repellit teſtes,c.repellatur,c.
cum P.c.cum oporteat,de accuſ. Grammat.conſi.58.
num.8.& 9.Marſ.conſ.29.nu.22.& ſeq.Menoch.de ar
bit.iudic.q.lib.1.q.28.per totam,& nu.6.& 7. Couar.
pract.q.c.18.nu.3.& non ſolum conſanguineus inimi-
67 ci non recipitur in teſtem,immo† nec amicus inimi-
ci idoneus reputatur.Bar.in l.ſciendum,§.1.ff.de leg.
Crot.in tract.de teſti.par.3.num.98.

Accedit quinto quod femina eſt,& in cauſa crimi-
nali de iure canonico non admittenda, vt ſupra dixi.
68 Nec reſiſtit aliud indicium de ſama,† quoniam ve
rior & magis communiter recepta eſt opinio famam
ſolam alijs non concurrentibus ad torturam nõ ſuf-
ficere.Anchara.conſ.254.in quæſt.Presbyteri. Gram
mat.conſil.42.nu.15.& ſeq. & in terminis Crauet. d.
conſ.41.num.6.aſſerens tantum ad inquirendum ſuf-
ficere, quam opinionem communem eſſe teſtantur
Iaſ.in repet.l.admonendi,num.207.ff.de iureiur.Plo.
in repet.l.ſi quando,nume.891. C.vnd.vi. Villalob.in
ſuis commu.opinio.in litera F,numer.7. Tibe.Decia.
conſil.88.num.8.lib.3.& late poſt eos Burſat.conſilio
20.num.30.lib.1.Blanc.de indic. num.313. Iul. Clar.
in §.fin.q.21.in princ.& Rimin.iun.conſ.88.numero
44.libr.1. Eſt enim fama indicium valde remotum à
delicto,eſtque valde fallax, quę plerũque tranſmitti-
tur ab his qui deſiderãt de aliqua re eſſe famam,ideo
non eſt attendenda. Ioan. Turr. inter crimin. diuerſ.
conſil.82. num 49.& ſeq.tom.2.& poſt eum, & alios
Clar.& Rim.in citatis locis; Et quia vt dicunt relati
Doctores præſertim Blanc. Ioan. Turr. & Grammat.
Fama legitime probata non facit indicium ad tortu-
ram, ſine dubio nulla erit huiuſmodi famæ habenda
ratio,nec ad coadiuuandum alia indicia,ſtante quod
nullo modo legitime probatur.
69 Primo quia † aliqui teſtes dicunt ſimpliciter publi
ce dici audiuiſſe Agneſinam fuiſſe vi cognitam ab in-
quiſitis, qui famam non probant, cum potuerint id
audire publice,id eſt, in loco publico ab vno vel duo-
bus, quod non habetur in conſideratione. Bartol. in
l.de minore,§.plurium,numero 22. ff.de quæſt. Corn.
conſil.10.num.11.verſ.Non obſt.lib.1.Marſil. conſilio
88.num.12.Cephal.conſ.65.numero 52.lib.1. Rolan.
à Vall.qui communem dicit conſ.54.num.18.libro 1.
Rim.iun.conſ.59.nu.33.libr.1. Nonnulli alij de ſim-
plici auditu deponunt,& ſic non probant,vt dixi, A-
lij autem ſimpliciter dicunt de hoc eſſe publicam vo-
cem,& famam,& conſequenter famam non probant.
Bar.in d.§.plurium.nu.21.Ruin.conſ.51.nu.14.lib.5.
70 † Debet enim teſtes de fama deponentes,etiam ſi nõ
ſint interrogati,dicere id audiuiſſe à maiori parte po
puli loci,in quo viget, quod hic nemo dicit,Bartol.in
d.§.plurium,num.19.Grammat.conſ.45.nume.15.&
ſeq.Crauet.d.conſ.41.num.5. Cephal.conſ.65.nu.47.
& de communi teſtantur Cur.iun.conſil.122.num.9.
lib.2.Iul.Clar.in pract.crim.§.fin.quęſt.6.ver.Debent
etiam,Burſ.conſ.192.nu.31.lib.2.Nec ſatis eſſet,ſi aſ-
71 ſererent audiuiſſe à multis, † cum id in duobus vel
tribus verificari poſſit. Dec.conſ.429.nume.18. Rol.à
Vall.conſ.54.nu.19.& ſeq.lib.1.

Secundo ſi de publica voce & ſama maioris partis
populi deponerent, illam non probarent, Tum quia
72 † non conſtat dictos teſtes eſſe omni exceptione ma-
iores,ac optimæ opinionis, vt exigitur ad probandũ
famam.Dec.in c.1. nu.14. de probat. & conſ.37. quæ
opinio magis communiter approbatur, vt teſtatur
Laurent.de Occa.inter crim. diuerſ. tom.2.conſ.60.
num.58.& 59.& poſt eum Rim.iun.conſ.648.num.3.
& ſeq libro 6.Tum etiam quia non dicunt, à quibus
73 audiuerint † cum enim fama debeat originem ſume-
re à perſonis honeſtis, & fide dignis, non poteſt ſciri
an à talibus originem ſumpſerit,niſi nominentur per
ſonæ,à quibus teſtes id audiuerunt. ita Bartol.in d.§.
plurium,num.23.Petr.de Ancharan.conſil.254.in q.
Presbyteri.Crau.d.conſ.41.nu.5.Dec.conſ.575.num.
7.& ſeqq.Rui.conſ.51.nume.14.lib.5.& communiter
id omnes affirmant, vt teſtantur Alexand. conſ.100.
colum.3. verſ. Status teſtis lib.1. Rimin. iun. conſilio
88.numer.9.lib.1.& conſ.647.lib.6. Propterea teſtes
etiam non interrogati perſonas, à quibus fama ortũ
habuerit,nominare debent, nec excuſantur ſi dicunt
non recordari,& aliter famam nullo modo probant.
Innoc.in cap.cum oporteat,circa princ.de accuſ.Grã
mat.conſ.42.numero 8.& ſequent.Natt.conſ.362.nu
mero 9.libr.2.Roland.à Vall.conſ.54.numero 15.&
17.lib.1.& conſ.11.num.14.libr.4. Cephal. d.conſ.65.
num.48.& ſeq.Iul.Clar.in d.q.6.verſic.Sed quid.Bur-
ſat.conſ.20.num.30.lib.1.alios adducens, Tiber.De-
cian.in d.conſ.88.num.8.libro 3.Debetque de neceſſi
tate articulari, & probari famam à fide dignis origi
nem ſumpſiſſe.Dec.conſ.575.nume.9. Crauet.conſil.
249.num.14.ver.Item in caſibus,lib.5.Menoch.conſi.
60.nume.21.lib.1.Sed in caſu noſtro teſtes non nomi-
nant perſonas,à quibus fama originem habuit, ſeu à
quibus audiuerint, nec aliter probatur à fide dignis
originem traxiſſe, merito fama non probatur nec e-
ius debet haberi ratio, præſertim quia conſtat habuiſ
ſe originem à Domina Chriſtophora deponente de
aſſertione Agneſinæ, & conſequenter à perſona non
fide digna;& quando fama à ſuſpectis ortum habuit,
nullam probationem facit.Bar.in d.§.plurium,nume
ro 15.Brun.inter crim.diuerſ.conſ.115.numero 45.&
ſeq.tom.2.Plot.inter dicta crim.conſil.65.num.30.&
ſeq.tom.1.Celſus Vgo.conſ.65.nume.8.Iul.Clar.in d.
quæſt.6.ver. Sed quid; eo quidem caſu tantam fidem
facit fama,quantam faceret ille, à quo originem ha-
buit.Bald. in c.veniens, de teſti. quem ſequitur Alex.
in addit. ad Bart.in d.§.plurium, in litera H,& Boſſi.
in tit.de inquiſit.num.39.

Tertio ex alio prætenſæ famæ non eſt habenda ra-
tio, quoniam ad hoc vt fama releuet, conſtare debet
præceſſiſſe aliquam iuſtam credulitatis cauſam, ex
qua orta fuerit publica fama populi, ſed ſi cauſa non
præceſſit, appellatur vna vox populi, nec fidem ali-
quam facit.Bart.in d.§.plurium,numer.18.late Grã-
mat.conſ.42.nume.10.verſ. Præterea,& num.16.ideo
admittunt omnes teſtes de fama deponentes cauſas
ſcientiæ,& rationes, ex quibus illa ortum habuerit,
etiam ſi non fuerint interrogati,reddere debere, ita
vt iudex diſcernere poſſit an ex legitimis cauſis pro-
uenerit,vel potius ſit vana vox populi,ita Innocen.in
d.c.cum oporteat,de accuſat. Dec.conſil.37.nume.7.
Crauet.conſ.249.num.14.libr.5.Bald.in l.proprieta-
tis,colum.1.C.de probat.Curt.iun.conſil.152.nume.
9.lib.2.Rim.iun.conſ.64.nume.9.& ſequent.libro 1.
Natt.d.conſ.362.numero 9. Roland.à Vall.conſ.54.
num.

Digitized by Google

num.16.lib.1.& conſilio 21.num.24.lib.4.Iul.Clar.d.
quæſt.6.verſi.Illud tamen.At in caſu noſtro non con-
ſtat cauſam aliquam præceſſiſſe, nec teſtes rationes
& cauſas ſcientiæ adducunt, iccirco nullum in dictis
depoſitionibus dictorum teſtium fundamentum fie-
ri poteſt.

74 Quarto ſi fama probaretur non releuaret,† ex quo
non probatur præceſſiſſe inquiſitionem ſeu querelam
vt requiritur. Petr.de Anch. d.conſi.274.in quæſtione
presbyteri, ver. Contrarium. Grammat.conſil 42.nu.
20. Grat.conſ.57.nu.25.lib.2.Burſat.conſ.192.nu.33.
75 lib.2.immo conſtat de contrario,† quoniam multi te
ſtes clare depoſuerunt de fama poſt carcerationem,
Alij examinati poſt inquiſitionem dixerunt famam
tempore depoſitionum adeſſe, qui non probant. Et
quamuis aliqui ſimpliciter de fama depoſuerint, eo-
rum dicta ſunt cum alijs concordanda, ita vt probēt
famam, quæ poſt inquiſitionem, & capturam ſuperue
nit, prout alij dixerunt, vt in terminis probat Grat.
d.conſ.57.nu.24. & ſeqq. Et conſequenter nullo mo-
do poteſt dici probata fama, Præſertim quia nec de
ea vniformiter teſtes deponunt. Aliqui enim dicunt
vigere famam, ſed non nominant infamatos, Alij di-
cunt, quod fama viget contra omnes. Alij modo F, mo
do C, modo N, excludunt, Nonnulli vero de tempore
non deponunt, Alij de tempore depoſitionis, Alij ve-
ro poſt capturam; Ideo in hac probatione famæ di-
76 uerſæ † nullum poteſt fieri fundamētum, vt poſt Mar
ſil.in pract.crim.§.plurimum quoque, num.36.Gram-
mat.vot.34.nu.17.& Rolan.à Vall.conſ.3.nu.49.lib.
2.dixit Burſ.d.conſ.192.nu.33.

Aliud indicium deſumptum ca mendacijs & varia
tionibus remouetur.

77 Primo negando † mendacium indicium facere ad
torturam, cum magis communis opinio ſit in contra-
rium, vt teſtatur Grammat. vot.30. num.15.in fin. &
ſeq.& conſ.21.nu.29.Ioan.de Amic.conſ.134. num.3.
Tobi Noni.conſ.99.nume.20. Horat.Luc.inter crim.
diuerſ.conſ.161.num.35.tom.1.Et quod mendacium
ſeu variatio etiam circa ipſum delictum non faciat in
dicium ad torturam, alijs concurrentibus, poſt Ca-
rer.in pract.crimin.in princip.& Marſil.conſil.15.fir-
mauit Senat.Pedemon.in deciſ.79. nu.17.vbi de com
muni teſtatur.

Secundo multo magis non poteſt obeſſe menda-
cium ſeu variatio, quia illud Domini N, eſt nullius
conſiderationis, Aliud vero Domini F, eſt circa remo
ta, & ſeparata ab ipſo delicto. Varietas enim colligi-
tur circa tempus, quo Dominus F, acceſſit ad Caſtrū
Curtiani, quod nihil habet commune cum prætenſo
delicto, commiſſo in loco diſtanti à dicto Caſtro per
vnum milliare, & quia ſi Dominus F, faſſus fuiſſet ac-
ceſſiſſe ad dictum Caſtrum die præcedente feſtiuita-
tem diui Marci, ſibi non nocuiſſet, vt conſiderat Mar
ſil.in conſ.15.numer.15.ver.Præterea, & in conſil. 52.
num.66.& 67.licet id negauerit, nullum præbet præ-
78 iudicium,† Mendacium enim in eo, quod ſi faſſus fuiſ
ſet, non nocuiſſet, ad torturam indicium non facit,
nec nocet, maxime quando eſt remotum à delicto, vt
not.dixit Marſ.d.conſ.15.numer.15.verſ.Præterea, &
conſ.51.nu.66.in fin.& ſeq.ſequitur Laurent.de Occa
inter crim.diuerſ.conſ.60.num.51.& ſeq.tom.2.Man
tua. conſil.215.num.34. Horat.Luc.d.conſ.161.num.
36.& ſeqq.

79 Tertio etſi † variationes, & mendacia eſſent circa
pertinentia, & circumſtantias delicti (quod omnino
negatur) adhuc quia non ſunt circa factum principa
le, & circa ipſum delictum, non ſolum non faciunt
indicium ad torturam, ſed nec nocent in aliquo, vt
dicunt Horat.Luc.in d.conſ.161.num.38. Natt.conſ.
42.nu.4.lib.1.Crauet.conſil.48. num.3. lib.1. Burſat.
conſ.20.num.21.lib.1.conſ.166.num.25.& conſ.192.
num.30.lib.2.& clarius habetur in deciſ. Pedem. 79.
numer.15.& ſeqq.vbi nume.17.dicitur communiter à
Doctoribus firmari mendacium, & variationes circa
circumſtantias, & qualitates delicti nullo modo fa-
cere indiciū ad torturam, ſed mendacia & variatio-
nes circa ipſum delictum nec facere indicium, niſi iun
ctis aliis indiciis.

80 Quarto † quia variatio Domini F, eſt erronea, non
nocet, vt torqueri poſſit, etiam ſi eſſet circa ipſum de-
lictum, vt dixi ſupra poſt Boſſi.in titul.de confeſſ.nu-
mero 66.

Quinto ſtante quod Dominus F, & Dominus N,
81 ſunt minores,† variationes ex eis nō pręiudicāt, cū fa
ctæ fuerint ſine curatore, nec de eis torqueri poſſunt,
etiam ſi eſſent circa ipſum delictum, vt not.dixit Mar
ſil.conſi.130.num.45.verſi.Quia reſpondeo, & nu.46.
quem ſequitur Horat.Luc.in d.conſ.161.numero 40.
tom.1. Vltimo quoniam pro reis, vt dixi, adſunt pro-
bationes excluſiuæ delicti, ſi regulariter mendacium
faceret indicium ad torturam, in caſu noſtro id non
eſſet admittendum, quoniam eo tantum caſu menda
cium indicium faceret, ſi pro reis nihil fuiſſet dedu-
ctum, vt declarat Tobi.Noni.in conſ. 99. num. 23. &
comprobantur ex his, quæ ſupra dixi in ſecundo fun-
damento huius partis verſic. Cum igitur.

82 Vltimum minus repugnat,† quoniam regula Glo.
in l.2.ff.de excuſat.tut.locum non habet in criminali
bus, ſed in ciuilibus tantum, ſecundum Marſil. conſ.
20.num.48.Alex.conſil.24.nu.41.lib.2.Boſſi. in titul.
de conuict.nu.22.& 23. Bertazzol. & alij quos refert
& ſequitur Rim.iun.conſ.683.numer.49. & ſeqq. lib.
6.Maluaſ.conſ.110.numer.15. Mar. Anton. Eugenius
conſilio 27.numero 60.lib.1. Nec in criminalibus plu
83 ra † indicia reſpectu torturæ coniungi poſſunt, vt v-
num perfectum indicium ex eis reſultet, vt late pro-
bat Ioann.de Amic.conſ.7.nu.26.& ſeqq.Tob. Non.
conſ.99.numero 30.Socin.iun.conſilio 39.numer.80.
& ſequent. lib.2.& late Ioan. Turr.inter crim.diuerſ.
conſ.81.nume.75. & ſeqq.multis, tom.2. quod etiam
ſentit Boſſi.in tit.de indic.numer.20. & ſeq.Si vnum-
quodque ex eis non fuit perfecte probatum (vt in ca-
ſu de quo agitur, in quo Aſſertio Agneſinæ probata
eſt per vnam mulierem tantum) fama nullo modo,
84 & mendacia, ac variationes non obſtant, vt dixi,† quia
tunc plura indicia ſimul coniunguntur, quādo quod-
libet perfectè probatum eſt, & non aliter, vt declarat
Grammat.conſ.3.num.18.& ita puto intelligendum
eſſe Menoch.in allegata præſumpt.40.numer.9.dum
85 Grammat. & alios allegat. Vlterius † quoniam hæc
prætēſa indicia ſunt remota ab aſſerto delicto, & vna
probatio non infert aliam, ſine dubio ſi non proſunt
ſingula, nec iuncta iuuant, & ex omnibus vnum per
fectum indicium non reſultat, vt bene declarat Blāc.
in tract. de indic. numero 368. & conferunt adducta
per Eugenium in dicto conſilio 27. numero 61. cum
ſequentibus.

Ex quibus patet inquiſitos abſoluendos eſſe, nec
torturæ ſubijci poſſe, & quantum attinet ad M, & C,
res videtur clariſſima, cum nihil probetur contra eos,
& idē dicitur quoad Dñm N, ſtantibus prædictis, &
86 quod ſponte ſe præſentauit Curiæ,† quæ ſpontanea
comparitio maximam inducit innocentiæ præſum-
ptioné, cum non ſit credendum ſe in carceribus po-
ſuiſſe, ſi adeo graue delictum fuiſſet ab eo cōmiſſum,
ſecundū Marſ.conſ.117.num.49. Ioan.Turr. d.conſil.
81. num.82. tom.2. & poſt alios multos Maſcard.de
probat.

Digitized by Google

probat.vol.3.concluſ.1330.& Eugenius conſ.63.lib.1.
87 quæ præſumptio † locum haberet, etiam ſi comparuiſſet poſt citationem. Grammat. conſ.61.nu.3. & 4. & poſt alios Rim.iun.conſ.88.num.48. & ſeq.lib.1. & idem concludendum eſt pro Domino F,ea iam dictis, & maxime quia eius innoceotia probata fuit.

Cum Excellentiſſimus Dominus Iudex ob grauitatem delicti occulti, & difficilis probationis deuenerit ad torturam F, qui aliqua præiudicialia faſſus fuit, pecuniaria tantum pœna fuit punitus, ceteri vero fuerunt abſoluti anno 1583.

ARGVMENTVM.

Cautioni de non offendendo quandó intelligitur contrauentum.

Et ſi ſit promiſſum non offendere facto tantum, & in perſonam, An ex inſultu exoneratione archibuſij, & læſione rei perſonæ cohærentis; illi contrauentum ſit, ſi corpus non ſit læſum, ſeu aliter tactum.

Et alia multa de offenſionibus, & huiuſmodi cautionibus.

SVMMARIVM.

1 *Clericum offendens,ſeu iniurians excommunicationis pœnam incurrit,& num.24.*
Non ſolum ſi perſana percutitur,aut offenditur,ſed etiam ſi res perſonæ cohærentes,vt veſtes & ſimiles,nu.2.
Item ſi offenditur equus,quem clericus equitabat,num.3.
Et de ratione.nu.24.
4 *Offenſio in perſonam fit etiam quando veſtes ſcinduntur.*
Declaratur nu.25.& ſeq.
5 *Promiſſio de non offendendo ex mente contrahentium regulatur.*
6 *Diſpoſitia contrahentium ex mente, & ratione reſtringitur,ſeu ampliatur.*
7 *Promiſſio de non offendendo reſpectu finis eſt fauorabilis, & concernit publicam vtilitatem.*
Declaratur, num.41.
8 *Cautioni de non offendendo contrauentum dicitur ex exoneratione archibuſii contra alium,licet corpus non fuerit læſum.*
Sed declaratur infra per totum,maxime, nu.43.
9 *Pœna pecuniaria quando eſt imponenda non proceditur ita ſtricte,ſicut quando imponitur pœna corporalis.*
10 *Promiſſioni de non offendendo facto tantum, & in perſonam,non dicitur contrauentum ex exoneratione archibuſii,ſeu alia offenſione, per quam corpus non læditur. Secus ſi fuit promiſſum non offendere ſimpliciter, aut non offendere perſonaliter ſeu perſonam,& infra per totum, vbi late declaratur.*
Nec etiam contrauenitur ex verbis iniurioſis.Secus ſi promiſit non offendere.
Neque ex furto ſeu alia ablatione rerum.nu.16.
Item nec aliter quando non ſequitur offenſio in corpore illud tangendo,pulſando,ſeu percutiendo.nu.19.
Neque ex offenſione rerum cohærentium perſonæ. nu.21.
Aut ſi offenditur equus quem aduerſarius equitabat. numero 22.
21 *Fideiuſſor appellatur etiam ille, qui pro alio ſe obligat principaliter.*
22 *Fideiuſſor tenetur tantum ad id quod verba ſtipulationis importãt,nec vltra cauſam,pro qua promiſit, obligatur.*
13 *Offenſionis verbum aptum eſt comprehendere quidquid alium ad iracundiam mouet,maxime ſi eſt punibile.*
14 *Offenſio perſonæ reſultat ex verbis iniurioſis non in perſonam.*
17 *Dictio, In,intrinſicitatem ſignificat.*
Et quando adijcitur perſonæ non denotat adhærentia perſonæ,ſed in ipſam perſonam.nu.18.
20 *Promiſsio de non offendendo ad perſonam expreſſam reſtringitur,nec aliam extrinſecam includit.*
23 *Fiſcus qui agit ad pœnam conuentionalem, clare probare debet in caſu illo fuiſſe promiſſum, & in dubio iudicatur non deberi.*
27 *Offenſio perſonam accipitur large, ſtricte, & ſtrictius, & quomodo accipiatur in cautione de non offendendo, maxime ſi agitur contra tertium.*
28 *Odium rationabile appellatur, quando quis tenetur ex proprio delicto,irrationabile, quando tenetur ex delicto alterius.Et nu.32.*
29 *Pœna tenere debet ſuos auctores.*
30 *Alterius nemo debet grauari.*
31 *Pœnam imponi,vbi non reperitur culpa ſeu dolus iniquiſſimum eſt.*
33 *Mitius proceditur, quando quis ex alieno facto conuenitur quam ſi ex proprio.*
Etiam ſi agitur ex contractu, num.35.
34 *Filius illegitimus includitur ex diſpoſitione loquente de filijs,quando agitur contra eum,Secus ſi contra alium ex delicto filij.*
35 *Iuramentum in litem defertur contra doloſum.*
Non contra eum qui pro alieno facto,ſeu dolo conuenitur. num.36.
Siue teneatur ex diſpoſitione legis,ſiue ex cõtractu. n.37.
38 *Pęnales caſus ſunt ſtricti iuris,nec recipiunt interpretationem extenſiuam,ſeu ſimilitudinariam.*
39 *Pœna vt odioſa reſtringitur,etiam ſi diſpoſitio principalis extendi poſſet.*
40 *Promiſsio de non offendendo eſt odioſa, & proprie ac ſtricte intelligenda.*
42 *Pœna conuentionalis non debetur niſi verè ſecuto effectu.*

CONSILIVM CIII.

PRAS SVPPONITVR pro parte fiſci, quod Ioannes de Nucerin aliàs ſub certa pœna promiſerit, quod nec ipſe neque eius conſanguinei vſque in tertium gradum offendent, ſeu offendi facient Ser Thomam Iacobutium, eiuſque filios,vel affines facto tantum, & in perſonã. Et quod poſtea Antonius filius Inannis ea archibuſij exoneratione contra Cæſarem in dicta promiſſione comprehenſum equum quem Cæſar equitabat,offenderit, & quod propter dictam offenſionem Ioannes conuentionalem pœnam ſoluere teneatur.

Primo quia licet promiſſio de nõ offendendo ſit reſtricta ad offenſionem facto tantum, & in perſonam, in offenſione equi, quem Cæſar equitabat, verificari
1 videtur, quod probari dicitur † in c. ſi quis ſuadente diabolo. 17.q.4. in quo diſponitur, quod ſi quis manus violentas iniecerit in Clericum, excommunicationis pęnam incurrit, cuius verba, In clericum,licet
2 importent offenſionem in perſonam † verificantur non ſolum qñ perſona clerici percutitur,aut aliàs offenditur,ſed ẽt in læſione rei clerico adhærentis, vt in veſtibus & ſimilibus. Glo.Innoc.& alij in cap.ouper, de ſent.excom.Nauar.in Manuali Confeſſorum,cap.27.nu.77.qui de communi teſtatur: Vnde quia Cæſar equum illũ tempore offenſionis equitabat, & manu

Digitized by Google

tenebat, offenſio in perſona Cæſaris facta dicitur ex
3 offenſione equi,† vt in offenſione equi, quẽ clericus e-
quitabat, exemplificat Inno. in d.c. nuper, & cõproba
tur hæc opinio per Bart. in l. licitatio, §. quod illicite,
nu. 5. ff. de publ. & vectig. & per Doct. in l. Gallus, §. ille
caſus, vbi Imo. nu. 113. & Iaſ. num. 13. & ſeq. ff. de lib. &
4 poſth. † affirmantes offenſam in perſonam fieri, qñ ve
ſtes ſcinduntur, & in hac offenſione verificari ſtatutũ,
quod imponit pęnam faciẽti iniuriam in perſonam.
Secundo id ſuaderi videtur, conſiderando mẽtem
5 contrahentium,† ex qua eorum promiſſio regulari de
bet. Fel. in d.c. nuper, nu. 1. Rol. à Vall. conſ. 8. nu. 30. &
6 ſeqq. lib. 1. Burſ. conſ. 81. nu. 14. lib. 1.† Quod procedit
regulariter in contractibus, in quibus ex mente & ra-
tione diſpoſitio reſtringitur, ſeu ampliatur. Petr. de
Ancbar. conſ. 254. Fulg. conſ. 99. col. vlt. Tiraq. de cau.
ceſſan. par. 1. poſt nu. 140. Burſ. in allegato loco. con-
trahentium mens fuit, vt penitus eorum ſaluti & vitę
prouideretur, & quod offenſio aliqua non ſequeretur,
ideo etiam ad hanc offenſionem promiſſio illa eſt ex-
7 tendenda, præſertim quia † hæc cautio reſpectu finis
eſt fauorabilis, concernitque publicam vtilitatem,
cum priuatorum concordia, pax, & quies ex huiuſmo
di cautionibus conſeruetur, ſecundum Hercu. de cau.
de non offend. c. 1. nu. 6. 33. & ſeq. & c. 20. nu. 11. & Mo
ron. de treug. & pace, q. 145. nu. 3.
Tertio idẽ dicendum eſt ſtante, quod Antonius ag
greſſus fuit Cæſarem, & contra eum archibuſium exo
nerauit, & quidquid potuit fecit, vt illum interficeret,
8 ex † quo inſultu licet corpus non fuerit læſum, pœna
commiſſa videtur, vt ſenſiſſe Barbat. in conſi. 11. nu. 12.
lib. 4. teſtatur Vulpel. de promiſſ. de non offenden. q.
91. nu. 4. & idem ſentit Moron. in d. tract. q. 171. nu. 9.
& 11. vbi nu. 13. idem de exoneratione archibuſij con
cludit, quãuis offenſio, & percuſſio ſecuta non fuerit.
9 Quarto fortius hæc cõprobantur † ex eo, quod non
agitur de pęna corporali, ſed de pecuniaria, cuius re-
ſpectu ita ſtricte fieri debet interpretatio, iuxta not.
per Bero. in conſ. 177. nu. 26. lib. 3.
10 Verum prædictis non obſtantibus, † puto Ioãnem
ex offenſione facta ab Antonio filio pœna conuentio
nali conueniri non poſſe; fuit enim ipſe à Curia coa-
ctus promittere non ſolum pro ſe, ſed etiam pro ſuis
conſanguineis vſque ad tertium gradum, & quoad
conſanguineos, pro quibus promiſit, fideiuſſor appel
11 latur, cum† fideiuſſor ille ſit, qui pro alio ſe obligat, ẽt
ſi non acceſſorie, ſed principaliter. Bar. in l. reos, ff. de
duobus reis, Paul. de Caſt. conſ. 331. nu. 1. in princ. lib.
1. Purpur. conſ. 600. nu. 6. lib. 2. Et quoad effectum pro
mittens pro alijs fideiuſſor eſt, quamuis attento ſono
verborum videatur principalis. Alex. in l. vbi autem,
§. illud, ff. de verb. oblig. Dec. conſi. 268. nu. 2. ver. Non
obſtant verba, & nu. 3. Burſ. conſi. 294. nu. 15. li. 3. quo
fit quod eum pro fideiuſſore quoad alios ſit habẽdus,
12 † ſolum teneatur ad id, quod verba ſtipulationis im-
portant, & vltra cãm pro qua promiſit, nõ obligetur,
l. ſi vltra, & l. blandimus, C. de fideiuſ. Abb. conſ. 75. col.
2. lib. 2. cum ſimil. ſed conſiderando verba promiſſio-
nis factæ à Ioanne, caſus iſte in ea non comprehendi-
tur, vt deducam; ideo à fiſco inquietari non poteſt.
Promiſit enim Ioannes non offendere facto tan-
13 tum, & in perſonam, quæ promiſſio reſtricta eſt, † nã
licet verbum, offenſio, ſit aptum cõprehendere quid-
quid alium ad iracundiam mouet, præſertim ſi illud
punibile ſit, l. in teſtamento, de manumiſſ. teſta. Do-
ctor. in l. licitatio, §. quod illicite, ff. de publ. & vectig.
vbi Bar. nu. 4. Roma. nu. 3. Corn. conſ. 51. nu. 6. lib. 1. Pa
riſ. conſ. 165. nu. 5. lib. 4. Nihilominus non ita late ac-
cipitur, vbi de offenſione facto tantum, & in perſonã
fit mentio, quando quidem in dicta promiſſione in-
cluditur offenſio, quę facto tantum fit in perſonam, &
14 verbalis offenſio per verba iniurioſa excluditur, † cũ
ex verbis iniurioſis licet perſona offendatur, & indu-
catur iniuria perſonalis. Glo. in verbo. Conuicij, c. ſi
quis ab Epiſcopo. 2. q. 7. Ceph. conſ. 190. nu. 4. & 10. lib.
2. non tamen ex verbis iniurioſis reſultat offenſio in
perſonã. Bal. in rub. ff. ſol. matr. nu. 6. Guliel. de Cun.
& poſt eum Bal. in l. ſi qua per calumniam, nu. 2. in fi.
C. de epiſc. & cler. Rom. in d. §. quod illicite, nu. 5. Be-
ro. conſ. 201. nu. 22. lib. 3. Ceph. d. conſil. 190. nu. 10. &
conſ. 549. nu. 109. lib. 4. Hercul. de caut. de non offend.
15 c. 24. nu. 11. in fin. Vulpel. conſ. crim. 81. nu. 6. † aſſerẽs
offenſam ex verbis iniurioſis includi in ſimplici pro-
miſſione de non offendendo, vel ſi eſt facta promiſſio
de non offendendo perſonam, ſecus ſi ſit dictum in
perſonam, & excluditur etiam ex dicta promiſſione
offenſio, quæ fit in rebus, vt ſentiunt omnes, & expli-
16 cat Hier. Gabr. conſ. 171. nu. 3. libr. 1. † Et conſequen-
ter nec per furtum, aliamve ablationem rerum dictæ
cautioni dicitur contrauentum, cum ex eis offenſio in
perſonam non reſultet. Doct. in d. §. quod illicite, vbi
Bar. num. 5. verſic. Quid ergo. Bart. in l. verum, num. 5.
ff. de furt. Honoſr. de Peruſ. inter crim. diuerſ. tom. 1.
conſ. 28. nu. 23. Gerard. Mazol. conſ. 42. nu. 2. & 3. Vt
igitur dictæ pęnę conuentionali locus ſit, opus eſt ſe-
qui iniuriam facto tantum, & in ipſam perſonam, vi-
17 delicet in ipſum corpus, vt denotat † dictio, In, quæ
non rem exteriorem, ſed intrinſecitatem ſignificat, l.
1. §. in fluminibus, ff. de flumi. Bero. conſ. 177. num. 24.
lib. 3. Rim. iun. conſ. 388. nu. 30. conſ. 398. num. 9. conſ.
18 470. nu. 54. & 55. li. 4. † Et quando adijcitur perſonæ,
non denotat adhærentiam perſonæ, ſed in ipſam per-
ſonam. Bal. in Rub. ff. ſol. matr. nu. 4. l. 1. §. hæc autem,
vbi Bal. ff. de his qui deiec. vel effud. Honoſr. de Peruſ.
in d. conſ. 28. nu. 24. qui etiam oſtendit ſignificare cau
19 ſam immediatam ipſi perſonæ; Et propterea † quan
do promiſſio non eſt concepta de non offendendo ſim
pliciter, vel de non offendendo perſonaliter, ſeu per-
ſonam, ſed promiſſum eſt non offendere in perſonã,
ſi offenſio in ipſo corpore non ſequatur, illud tangen-
do, pulſando, ſeu percutiendo, non poteſt dici offen-
ſio facta in perſonam, nec pęnę locus eſt, ita Bald. in
rubr. ff. ſolut. matr. num. 5. Dec. conſil. 406. nume. 3. &
ſeq. Angel. Aret. de malefic. in verbo. per pannos, ſiue
Caputium, num. 1. in fi. Ceph. conſil. 190. num. 8. & 9.
lib. 2. & conſilio 549. numero 118. & 131. in fin. libr. 4.
Guid. Pap. deciſ. 138. numero 3. Vulpell. de promiſſ.
de non offenden. quæſt. 91. num. 8. & in conſil. 82. nu-
mero 9. Bertazol. in ſuis conſil. crimin. conſil. 537. nu-
mero 9. & ſeq. lib. 2. Simon de Pret. conſil. 188. nume-
ro 11. Hieron. Gabriel. conſilio 171. numero 3. in fin.
& 4. lib. 1. quia partes quæ ita promiſſionem reſtrin-
xerunt de offenſione, ex qua corpus læditur, intellexiſ
ſe præſumuntur, ſecundum Ceph. conſilio 734. nu. 20.
& ſequent. libr. 5. Vnde quia corpus Cæſaris non fuit
nedũ lęſum, ſed neq; tactum, pater Antonij ad ſolu-
tionem pęnæ conuentionalis compelli non debet ex
20 offenſione facta equo, † quia promiſſio de non offen-
dendo ad perſonam expreſſam reſtringitur. Bald.
conſ. 55. num. 2. verſ. Vnde, libr. 2. Nec aliæ extrinſecæ
perſonę in ea includuntur, arg. l. ita ſtipulatus, §. Chri
ſogonus, l. quidquid aſtringẽdæ, ff. de verb. oblig. Her
cu. de caut. de non offend. c. 19. nu. 3. Rim. iun. conſil.
470. num. 11. & ſeq. lib. 4.
Et quãuis Cæſar equitaret equũ offenſum, nõ pro-
pterea põt dici offenſus Cæſar in pſonã, taliter vt pę-
21 næ conuentionali locus ſit; † nam qñ offenſio ſequi-
tur in rebus cohærentibus perſonæ, offenſio perſo-
nalis

nalis appellatur, ſed non in perſonam. Guli.de Cun.
quem ſequitur Bald.in l.ſi qua per calumniam. C. de
epiſc.& cler.Guid.Pap.d.dec.138. nu.3. Alex.conſil.
76.nu.a.verſ.ſed Ita eſt,lib.t.Herc.in d.tract.cap.25.
num.6.& ſeqq.quam opininnem veriorem eſſe teſtan
tur Aret.in l.Gallus,§.ille caſus,nu.62.in fin.ff.de lib.
& poſthu.& Dec.in conſ.406.nu.3.& ſeqq.qui oſten-
dunt illã bene probati in l.ſed & quæſtinnes,in prin.
ff.de iniu.vbi dicitur, quod iniuria illata in veſtibus,
noo dicitur illata in corpore, quia corpus tactum nõ
fuit, & comprobarur ex adductis ſupra, dum oſten-
ſum fuit in perſonam offenſionem fieri, ſi corporis
læſio ſequatur,illud tangendo,ſeu percutiendo,& nõ
22 aliter,† quamuis igitur equns, & ſic res, quæ cohære
bat perſonæ Cæſaris, fuerit offenſa, non dicitur facta
offenſio in perſonam Cæſaris, nec pœnæ conuentio.
nali locus eſt ex iam dictis,& in terminis ita firmant
Guliel.de Cun.& Bal.in dictis locis. Ang. Aret. in d.
tract.de malefic.d.nu.1.Bero.conſil.196.nu.39.lib.3.
late Hercul.in d.c.24.nu.3.& ſeqq. & cap.25. num.6.
& ſeq. Moron.de treug.& pac.q.173. num.7. & ſeqq.
& latius Vulpel.de promiſ. de non offend. d.q.91. &
q.ſeqq.ſubdens nume.8. id colligi ex communi ſenſu
Doctorum, quando promiſſio concepta eſt de nõ of-
fendendo in perſonã, prout etiam declarat Bertaz.
coo ſ.crim.147.nu.28. & ſeqq.lib.1. Erit igitur abſol-
uendus Ioannes,vt ea iam dictis clare probatur,quæ
concluſio ſi dubia eſſet,in dubio abſolutioni locus eſ-
23 ſet, † quoniam fiſcus prætendens deberi pœnam coo
ueotinnalem, clare oſtendere debet illam in hunc ca
ſum fuiſſe promiſſam. Bal.in l.matrem, C.de probat.
Crot.conſ.332.nume.49.lib.3. & in ſpecie Rim.inn.
cõſ.299.nu.23.li.3.Et ſi id clare non probat, in dubio
iudicandũ eſt pęnam non deberi.l.ſi præſes.& l.de in
terpretatinne,ff.de pęn. ita promiſſionẽ in mitiorem
partẽ interpretando, vt not.in terminis Io. de Imol.
in d.§.quod illicite.in fi.& Port.Imol.in cõſ.213.nu.6.
Quod fortius dicẽdum eſt in caſu iſto, in quo agitur
contra patrem ex delicto filij,vt per Corn.conſil.97.
num.14. verſ. Et in re dubia, lib.4.

Nec obſtanr ea, quæ pro fiſco adducuntur. Primũ
quidem obiectum ex pluribus remouetur.

Primo conſiderando, quod ideo ex inciſione ve-
ſtium, offenſione eqni, quem clericus equitabar, ac
eius retentione quis incidit in excõmunicatinnem,
24 † quia non excommunicatur tantum ille,qui in cleri
cum manus violentas iniecerit.iux.c.ſi quis ſuadente
diabolo, ſed etiam ille qui aliquam aliã violentiam
clerico fecerit,abſque eo quod corporalis lęſio ſequa
tur,vt expreſſe dicit tex.in c.nuper,§.nos igitur.iũcta
glo.in verb.corporalis,de ſent.excom.Non eſt igitur
mirũ, ſi Innoc. & alij dicunt quem incidere in excõi-
cationem ex inciſione veſtium, offenſione equi, & ſi-
milibus, quia etiam iſto modo fit violentia clerico,
quæ ſola attenditur, non læſio corporalis tantum, vt
dicit tex. in c. nuper. iuncta glo. ſed hæc non poſſunt
adduci ad terminos dictæ cautionis, in qua expreſſe
conuentum eſt de offenſione facto tantum, & in per-
ſonam, cuius diuerſum dicitur in d.c.nuper,& hnc vi
detur eſſe de mente Bar.in d. §.quod illicite, numero
quinto, prope fi. dum reſpondet,l.1. §.hæc autem ver
ba, ff.de his qui deie.vel eff ud.

25 Secundo dicitur† opinionem Innoc.& ſequacium,
dum dicunt offenſionem in perſonam fieri, quando
ſequitur offenſio in rebus cohærentibus perſonæ, nõ
eſſe tutam, oec illam probari io d.cap.ouper.& adeſt
tex.in contrarium in d.l. ſed eſt quæſtionis. to princ.
Et opinionem contra Innoc. tenent Doctores ſupra
allegati,quæ videtur magis communis, & verior, vt

dicunt Aret. & Dec. ſupra allegati, & conſequenter
non videtur attendenda auctoritas Innoc.præſertim
quia non loquitur in mareria, de qua agitur, ſed de
offenſione clerici, qui magis fauorabilis eſt, & Do-
ctores pro noſtra opinione adducti, in iſtis terminis
loquuntur firmantes huiuſmodi promiſſiones vt ſu-
pra interpretari debere.

Tertio ſi admitteremus opinionem Innocen.& ſe-
26 quacium,† quam ob eius auctoritatem in practica ſe
quendam eſſe dixit Aret.in d.§.ille caſus, num.62. in
fi. Et quando agitur de odio rationabili, eam com-
muniter approbari teſtatur Hier. Gabr. in conſ.171.
num.3.lib.1. Non noceret in præſenti caſu, conſide-
27 rando, † quod offenſio in perſonam pluribus modis
accipitur,ſecundum Bart.in d. §. quod illicite.& Pet.
de Anchar.in c.ſi clericos,col.fi.de ſent. excommun.
in 6.quandoque large loquendo accipitur, qñ prin-
cipaliter intendo facere aliquid circa res, & ſecun-
dario circa perſonas vt violẽtiam,iux.l.itaque fullo,
ff.de furt. & in iſta ſignificatione ſumitur quandocũ-
que actor non proſequitur pęnam,ſed tantum inter-
eſſe ſuum, & in iſta ſignificatione non ſumitur in
cautione de non offendendo in perſonam, ſeu in pa-
ce,aut treuga,vt dicunt Barto.& Ancharan. in dictis
locis,vt not.Paul. de Caſtr.in d. §.quod illicite, nu.4.
io fi.quandoque offenſio fit in perſonam ſtricte offen
ſionem ſumendo, quando tangitur perſona, aut res
quæ cohæret, prout etiam dicit Roma.in d.§.quod il-
licite.num.4. & in iſta ſignificatione ſumitur, quan-
do agitur ad pęnam contra aliquem ea ſuo delicto,
& rationabili odio infligẽdo,& in iſtis terminis pro-
cedunt not.in d.c.nuper.Aliquando offenſa in perſo-
nam ſtrictius ſumitur quando fit in corpore, vel cir-
ca ea quæ ſunt inſeparabilia à corpore, vt circa pilos
& capillos,& in iſta ſignificatione tantum accipitur,
quotieſcũque ad pęnam agitur contra aliquem noo
ex proprio delicto, ſed ex delicto alterius, & ſic ex
irrationabili odio, vt late prædicta omnia probant
Bart. & Per.de Anchar.in dictis locis, quos ſequitur
Ioan.de Imol.in d.§.quod illicite.nu.4 Philip.Franc.
in d.c.ſi clericos, numer.6. dum in hoc ſe remittit ad
Bar.& Anchar. & Vulpel. in d. q.91.num.7. & ſeqq.
Accipitur igitur offenſa in perſonam ſtricte io termi
nis c.ſi quis ſuadente diabolo.& cap.nuper,& termi-
nis in quibus loquuntur Innoc.in d.c.nuper,et Imol.
& Iaſ.in §. ille caſus, pro offenſione non ſolum in ip-
ſam perſonam,ſed etiam circa res cohærentes perſo-
næ, quia agitur de pęna imponenda ei, qui clericum
offendit ratione proprij delicti & odij rationabilis,
& ſic opinio illa Inn.ſi vera eſſet, procederet ſolum,
ſi ageretur ad pęnam contra Antonium, qui equum
Cæſaris vulnerauit. Sed quia hic agitur pro pœna
contra Ioannem patrem, qui coactus fuit promitte-
re pro ſe, & conſanguineis,& in aliquo ipſe non deli-
quit, & ex delicto Antonij conuenitur, offenſa in ca-
ſu iſto debet accipi ſtrictius pro ea tantum offenſio-
ne,quæ vere ſequitur in ipſo corpore, illud lædendo,
ſeu percutiendo, nec verificari poteſt in offenſione
equi, quem Cæſar equitabat,vt bene declarant Barr.
Pet.de Anc.& Vulp.in locis proxime citatis,& Simõ
de Pret.in conſ.188. ou.9. qui in terminis conſuluit,
quando pater modo quo ſupra promiſit, & pro offen
ſione filij moleſtatur.

Nec prædictis obſtat,dũ dr̃ Bar.in d.§.qood illicite.
loq. io terminis ſtatuti Florẽtini,quo ex delicto vnius
alij de domo puniuntur abſque eorũ facto,quod non
eſt hic, cum Ioannes teneatur ex ſua promiſſione, &
ſic ex eius facto; Etenim aduertendum eſt,quod Bar
to.Petr.de Anchar. & alij nullã vim faciunt in ſtriu-

Rr a to,

28 to,ſed ſolum conſtituunt differentiã † inter caſum,
in quo quis tenetur ex proprio delicto,& rationabili
odio,& alium in quo quis conuenitur ex delicto alte
rius,quo caſu de odio irrationabili agi dicunt; Et li-
cet inferant ad declarationem dicti ſtatuti,non ſe re
ſtringunt , & propterea oĩ caſu , in quo dicta diuerſi-
tas conſiderari poteſt, ſiue obligatio exoriatur ex ſta
tuto,ſiue ex promiſſione de non offendendo, dicta di
ſtinctio eſt ſeruanda , prout in iſtis terminis conclu-
dunt Vulpel.in d.q.91.num.9. & Simon de Pret.in d.
conſil.188.nume.9. & ſeq. Quorum opinio veriſſima
eſt, quia licet Ioannes teneatur ex obligatione pro-
pria , nihilominus quia in Ciuitate Nuceriæ à ſupe-
rioribus coactus fuit,& etiam in palatio detentus,vt
pro conſanguineis promitteret,quatenus agitur, qđ
ratione delicti commiſſi à filio teneatur ſoluere pœ-
nam , hæc conuentio continet odium irrationabile,
dum ille qui non deliquit, punitur ex alieno delicto,
hoc enim eſt contra ius commune, ſecundum quod
29 pœna † debet tenere ſuos auctores, l.ſancimus, C.de
pęn. Et contra ius diuinum , quo ſcriptum eſt : Ani-
ma quæ peccauerit,ipſa moriatur,cap.ſi habes, 24.q.
3. Repugnat etiam iuri Canonico, quo diſponitur
30 neminem † alterius odio prægrauari,c.non debet,de
31 reg.iur.in 6. Et eſt iniquiſſimum , † quod pœna impo
natur, vbi non reperitur culpa, ſeu dolus , l. cum au-
tem,§.excipitur,in verſ.Capitalem, ff.de ædili. edict.
32 Propterea † de odio irrationabili agitur, quod quis
ex alieno delicto ad pœnam teneatur , vt late oſten-
dunt Rolan.à Val.conſil.74.nume.9. & ſeqq. multis,
lib.3. Iaſ.in conſil.106. num.5. lib.4. qui alios addu-
cunt ; merito ſtante odio irrationabili ſtrictius ver
ba ſunt accipienda quomodocũque ſiue ex ſtatuto, ſi
ue ex contractu,dummodo ex alieno delicto ille obli
getur,quod ſolum à Bart.Anchar. & alijs conſidera-
33 tur , idque confirmatur ex eo,quod † ſemper mitius
proceditur, quando quis ex alieno facto conuenitur,
quam ſi ex proprio.Dec.conſil.38.prope fin.verſ. Et
ad hoc,Cephal.conſil.393.num.55.& vno modo & la
tius verba interpretantur,quando agitur contra de-
linquentem , quàm ſi agatur contra alium ex delicto
alterius, vt colligitur per Paul.de Caſtr. in conſil.19.
num.12.& ſeq.lib.3.& Alexand. conſil.60. nume.11.
34 verſicu. Sunt & alij caſus , lib. 5. † qui dicunt illegi-
timum filiũ includi in diſpoſitione de filijs loquen-
te , quando agitur contra ipſum filium illegitimum
ex eius delicto, ſecus ſi ex delicto filij ageretur cõtra
patrem ſeu alium ; & hæc procedunt etiam, quando
quis ex contractu pro alio obligatur , vt per Salicet.
in tract.de mora.q.5.princ.num.37. & Hercul.qui de
hac cautione loquitur in dicto tract. de caut.de non
offend.c.35.nu.10. ver. Sed reſpondetur . Sunt igitur
verba promiſſionis in præiudicium delinquentis ſtri
cte ſumenda , ſed quantum attinet ad præiudicium
Ioannis , quod pro delicto conſanguineorum tenea-
tur, ſunt ſtrictius intelligenda, ſecundũ Bar. & alios
in citatis locis, quod æquiſſimum videtur , cũ mitius
ſit agendum cũ eo, qui alieno morbo laborat , & pro
alio conuenitur abſque eius culpa & dolo,ſecundum
35 eos. Et hinc videmus, † quod quamuis in multis caſi
bus detur iuramentum in litem contra doloſum , vt
in l.ſi quando,C.vnde vi.cap.fin. quod met.cau. & in
36 l.in actionibus,ff.de in lit.iur. intelligitur, † quando
ille eſt principalis , & ex proprio facto tenetur , non
tamen defertur iuramentũ in litem contra eum , qui
pro alieno facto , & pro doloſo tenetur vigore ſtatu-
ti.vel aliter,Cin.Bart. Alber.Bald.Salic. & alij in l.ſi
quando,C.vnde vi.vbi Iaſ.nu.37. de communi teſta-
tur. Doct.in l.admonendi, ff. de iureiur. Bero. conſil.
195.nume.10. & ſeq. lib.1. qui pariter communem
appellat.Crauet.conſi.196.in fi.lib.1.Pariſ.conſ.158.
nu.58.lib.4. & poſt alios multos Plot. de in lite iur.
37 §.49.num.17.† Non ſolum ſi ille ex diſpoſitione legis
pro alio teneretur, ſed etiam ſi ex propria obligatio-
ne,vt quia ſit fideiuſſor.Paul.de Caſtr.conſ.124.nu.3.
lib.1.l.1.& ibi Doct.ff.de in lit.iur.Plot.in d.§.49.nu-
me.17.in fi.verſ.Hinc infertur,quoniam ipſe fideiuſ-
ſor tenetur tãtum ad id,quod per veras probationes
iuſtificatur , non autem ad id quod ratione doli prin
cipalis per iuramentum in litem probatur, quod ſa-
tis oſtendit mitius agi cum eo, qui pro alio conueni-
tur,quam cum ipſo principali,etiam ſi ex proprio cõ
tractu, & propria obligatione teneretur .

Secundum obiectum minus repugnat , cum enim
clare conſtet promittentes voluiſſe ſe reſtringere ad
offenſionem facto tantum & in perſonam, non debet
38 obligatio vltra importantiam verborũ extendi.† Pę-
nales enim caſus ſunt ſtricti iuris, nec recipiũt inter-
pretationem extenſiuam ſeu ſimilitudinariam.Bald.
in l.cum proponas,in fin.C.de hæred.inſti. Nat.con-
ſil.339.num.9.lib.2.Bero.conſil.15.nume.7. lib.1.late
Rimin.iun. conſil. 300. nume.54.lib.3.& in terminis
Dec.conſil.406.nu.7. Quinimmo etiam ſi eſſemus in
39 caſu,in quo diſpoſitio principalis extenderetur, † ni
hilominus pęna,vt odioſa extendi non deberet . Ioã.
Andr. & Domi.de Sancto Gem.in c.diſpendia.de re
ſcript.in 6.Imol.in c.fin.col.3.de reſcript. Dec. in l.fa
ctum,§.in pęnalib.in 6. ff.de reg.iur. Rimin.iun.alios
40 adducens conſ.470. nu.13. lib.4. † Et in terminis qđ
hmõi promiſſio, quę pęnam cõtinet, ſit odioſa,& pro
prie,vere & ſtricte intelligẽda,nec amplianda, tenẽt
Hercu. in d.tract. c.19.nu.9. Dec.conſ.406.nu.6.& 7.
Rim.iun.d.conſ.470.nu.14 Bero.conſil.196.num.40.
lib.3.Hiero.Gabr.conſ.171.num.2.lib.1. Et quamuis
41 † diſpoſitio videatur fauorabilis inſpecto initio,& cõ
ſiderato effectu ratione publicæ quietis , ipſa pœna
quãdo de eius exactione agitur , non vt fauorabilis,
ſed tanquam odioſa conſideratur , præſertim quan-
do vt hic pro delicto alterius cõtra alium ad pęnam
agitur,vt declarant Hercu.in d.tract.c.1.nume.35.&
ſeq.Moron.de treug.& pace.q.145. & Simon de Pret.
conſi.188.num.10.& ſeq.Nec ratio illa , quod partes
voluerint omni modo ſe reddere tutas,attẽdi debet,
poſtquam promiſſio reſtricta eſt ad offenſionẽ facto
tantum & in perſonam,vt conſiderat Cephal. conſil.
734.nume.12.& ſeq.lib.5. Voluerunt enim partes ſe
reddere tutas ab offenſionibus , quæ in perſonam il-
lam lædendo & percutiendo fierent, nec credendum
eſt ſenſiſſe de alia , quæ ſequeretur in rebus perſonæ
cohærentibus,vt dixi, quod comprobatur, nam ſi ab
illa promiſſione offenſa & iniuria verbalis, ex qua
quis acriter iniuriari poteſt , & ẽt offenſa ex ablatio-
ne rerũ intelligitur excepta,vt dixi,nec ꝑ illis volue-
runt prouidere,minus credendum eſt voluiſſe proui-
dere offenſioni,quæ fieret in rebus cohærentibus per-
ſonæ,vt in veſtibus,equis, & ſimilibus abſque corpo-
ris lęſione,ex quorũ offenſione quis minus iniuriatur
& offenditur,quàm ex verbis iniurioſis, & ablatione
rerũ.Merito promiſſio ſtrictiſſime eſt ſumenda,prout
verba important, & Doctores illam interpretantur,
cũ hæc intelligentia non repugnet menti contrahen-
tium,quæ fuit prouidere tantum læſioni corporis .

Neque reſiſtit tertiũ,nam etſi Antonius ictu archi
buſij tentauerit offendere Cæſarem, poſtquã offenſio
non eſt ſecuta in perſonã, pater non poteſt pro pęna
conuentionali conueniri , ſed Antonius qui ita deli-
quit , puniendus eſt ea pęna , quæ pro delicto atten-
42 tato non ſecuto effectu imponitur. † Sed quoad pœ-
nam

Digitized by Google

nam conuẽtionalem non poteſt aliquis aſtringi, quia illi promiſſioni non dicitur contrauentum, niſi vere ſecuto effectu, vt optimis rationibus oſtendunt Dec. conſ. 406. per totum. Cephal. conſil. 549. num. 132. & ſeq. & conſ. 587. num. 41. lib. 4. Simon de Pret. d. conſ. 188. num. 8. & ſeq. & nu. 23. Bero. conſ. 196. num. 39. & conſ. 200. nu. 3. & ſeqq. libro 3. Et in terminis quod ſi contra alium animo offendendi fuit exoneratum archibuſium, non ſit locus pęnæ conuentionali, ſi perſona non fuit læſa, quando promiſſum fuit non offendere in perſonam, firmat Hier. Gabr. d. conſ. 171. per totum. lib. 1. Et quamuis ipſe ſequatur opinionem Inn. quando agitur de odio irrationabili, ſi læſio in rebus corpori cohærentibus ſequitur, concludit tamen ex inſultu & exoneratione archibuſij animo offendendi non eſſe commiſſam pęnam conuentionalem, ſi offenſio non eſt ſecuta. Et quod dicit de offenſione rerum cohærentium non eſt tutum, & tollitur ex iam dictis, & maxime ex eo quod hic de odio irrationabili agitur, ex quo pater pro delicto filij, & ſic alterius conue-
43 nitur. †Quod dicit Barbat. in d. conſ. 11. quem refert Vulpel. recte eorũ dicta ponderãdo, non nocet, quando promiſſio reſtricta eſt ad offenſionem facto tantũ, & in perſonam, & quando agitur pro pęna ex delicto vnius contra alium Et Barbat. loquitur in promiſſione de non offendendo verbis generalibus, & amplis concepta, non de offenſione facta, et in perſonam tantum reſtricta. Vulpel. vero expreſſe pro hac parte concludit in d. q. 91. nu 7. in fin. et 8. aſſerens ex inſultu, et exoneratione archibuſij contra aliũ animo offendendi, ſi corpus non fuit læſum, non committi pęnam conuentionalem de non offendendo in perſonam, licet aliud ſentiat, quando promiſſio eſſet ſimplex, vel de non offendendo perſonaliter, ſeu perſonam, quam differentiam probat etiam in conſ. 88. nu. 7.

Et quia oẽs in locis ſupra allegatis loquuntur de pęna conuentionali pecuniaria, promiſſa in caſu contrauẽtionis, non eſt attendendum vltimũ obiectum, poſtquam Doctores in iſtis terminis pro hac parte concludunt. Et ex his Ioannẽ abſoluendũ eſſe cenſeo.

Vertente huiuſmodi cauſa anno 1584. Coram Excellentiſſimo Domino Flaminio Cartaro Locumtenente in criminalibus Reuerendiſſimi Domini Gubernatoris Ciuitatis Peruſiæ, Ioannes præfatus Forenſis Peruſiæ detentus, vt euitaret incommoda ac expenſas, deuenit ad compoſitionem cum fiſco, & partem tantum pœnæ conuentionalis ſoluit, abſque eo quod fuerit lata aliqua ſententia, & à reſiduo fuit liberatus.

ARGVMENTVM.

Homicida qua pœna ſit puniendus, quãdo non fuit in dolo, nec habebat animum occidendi.

Et quomodo hoc probetur. Et an ex culpa imponatur pœna ordinaria.

Homicidij pęna an diminuatur, ſi homicidiũ fuit per iracũdiam cõmiſſum, Et quõ probetur cõmiſſum ad defenſam.

Minor homicida numquid pœna mortis puniri poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Homicida punitur pœna vltimi ſupplicij.*
Tam de iure ciuili, quam diuino. num. 2.
Et ſiue ſit plebeius, ſiue nobilis, num. 3.
4 *Occidendi animus præſumitur, quando quis percutit aliũ cum enſe, ſeu alio armorum genere apto ad occidendum.*
5 *Effectus ſecutus attenditur, non animus, quando geritur actus illicitus.*
Declaratur. num. 42.
6 *Homicida excuſatur à pœna ordinaria, quando factum nõ erat à principio prohibitum, aliàs ſecus.*
7 *Minor homicida ſi eſt infans, excuſatur, ſi pupillus, ei diminuitur pœna, ſi adultus, non excuſatur, ſed tenetur pęna leg. Corneliæ, de ſicar.*
Intellige de pœna extraordinaria, non de ordinaria, qua nec adultus punitur. num. 43.
Declaratur. num. 44.
8 *Homicida non punitur pœna mortis, ſi non habebat animum committendi homicidium.*
9 *Animus & non effectus attenditur in maleficijs.*
10 *Homicida qui habebat tantum animum percutiendi non punitur pœna ordinaria.*
11 *Homicida non punitur pœna ordinaria, ſi non habuit directam voluntatem ad homicidium, licet de indirecta voluntate conſtaret ratione culpæ.*
12 *Homicida dicitur in culpa ſed non in dolo, quando non habuit directum animum occidendi.*
13 *Homicida numquam ceſſante dolo punitur pœna mortis, licet fuerit in culpa & num. 15.*
Nec alia corporali. num. 19. & 40.
Etiam ſi fuiſſet in dolo præſumpto. num. 41.
14 *Pęna mortis nũquã imponitur, ſi non conſtat de vero dolo.*
16 *Culpa lata in criminalibus quoad pœnam dolo non æquiparatur.*
17 *Culpa leuis ſeu leuiſſima non eſt criminaliter punienda.*
18 *Statutum diſponens homicidam decapitandum eſſe, intelligitur, dummodo homicidium dolo fuerit commiſſum, Secus ſi culpa tantum.*
20 *Homicidam non habuiſſe animum occidendi præſumptionibus, & coniecturis probatur.*
Vt ſi qualitas præcedẽtis iniuriæ nõ exigeret mortẽ. n. 21.
Vel ſi ante pugnam homicida dixerit nolle occidere aduerſarium. num. 22.
Et ſi admonuit aduerſarium vt paribus armis ſe indueret. nu. 24.
Itẽ ſi aduerſariũ exiſtentẽ in terra noluit percutere. n. 25.
Vel ſi ſe retrahebat. num. 26.
Et ſi homicida erat pacificus, nec ſolitus rixari. nu. 27.
Et ex qualitate loci in quo interfectus fuit percuſſus. n. 28.
23 *Aſſertioni iuratæ alicuius ſtandum eſt in his, quæ in animo conſiſtunt.*
29 *Homicidium propter iram commiſſum non punitur pœna mortis, ſed mitiori.*
Non ſolum ſi incontinenti fuit commiſſum, ſed etiam ſi ex internallo durante cauſa iræ. num. 30.
31 *Defenſio neceſſaria probatur eo ipſo, quod percutio venientem contra me animo offendendi.*
32 *Homicidium ad defenſam fuiſſe commiſſum in dubio præſumitur.*
33 *Homicidium ad defenſam commiſſum non punitur.*
Etiã ſi in defenſione quis exceſſiſſet modum, quo caſu non pęna mortis, ſed mitiori homicida puniri deberet. nu. 34.
35 *Minor homicida non excuſatur, ſed pœna extraordinaria tantum punitur.*
Nec imponi debet pœna corporis afflictiua. num. 38.
36 *Homicida aliàs bonæ vitæ, conditionis & famæ, & qui aliàs non deliquit, non punitur pœna mortis, ſed extraordinaria tantum.*
37 *Pœna quoties aliqua ratione minorari debet, numquam imponitur corporis afflictiua.*
39 *Minor pro delicto non punitur pœna corporali, licet regulariter delinquens ita eſſet puniendus.*

CONSILIVM CIV.

DVBITATVR per Excellentem Dominum Iudicem, an Dominus Petrus de Vermigliolis, qui interfecit Dominum Federicum pęna vltimi
1 ſupplicij ſit puniendus † quia illa eſt homicidij pœna, l.3. C.de epiſc. aud. ibi, quod fecit ſemper expectet, §.item lege Cornelia. Inſtit.de publ.iud. Gand.in tract.de malefic.in tit.de hom.nu.4. Ang.in l.3.§.legis, ff.ad leg. Corn.de Sicar. Iul. Clar.qui de communi teſtatur in §. homicidium, ver.Sed quæro.Aſin.inter crim. diuer.conſ.112. nu.2.
2 & ſeq. tom. 2. quæ concluſio procedit † non ſolum de iure ciuili, ſed etiam diuino. Fel.in rub. de hom. verſ. Et quia. Boſſ. qui de communi teſtatur in tract.crim. in tit.de hom num. 109. Vulpel.conſ.126.nu.28 Rol.
3 à Vall.conſ 57.num.1.lib.4 †& tam in plebeio homicida, quam in nobili, vt practicari teſtatur Iul. Clar. in dicto loco poſt Blanc. in reper. l. capitalium, §.famoſos, num.64.ff.de pœn. & idem firmat Rol. à Vall. in dicto conſ.57.num.2.

Nec excuſari poſſe dicitur, ex eo quod non habue-
4 rit animum occidendi, † cum enim vulnerauerit Dominum Federicum cum enſe, qui aptus erat ad occidendum, dando operam rei illicitæ, & in malam partem viendo enſe, præſumitur id feciſſe animo occidendi, nec excuſatur, vt late probat Vulpel.in d.conſ. 126.num.14.& ſeqq.& num.27. & ſeq. Vel ſi animum
5 occidendi non habuiſſet, † non attenditur animus, ſed quia vulnerãdo ſciebat gerere actum punibilem pro effectu ſecuto punitur ſecundum Bar. in l.diuus, nu.5. ff.ad leg.Corn.de ſicar. præſertim quia cogitare poterat non poſſe ictus cõmenſurari, & homicidiũ
6 ex percuſſionibus ſequi poſſe, † & ſolum excuſatur homicida, quando factũ, quod geritur, non eſt à principio prohibitum & doloſum, quo caſu ſi homicidiũ ſequitur vltra propoſitum, pœna mortis non imponitur, ſed alia extraordinaria, ſecus ſi factum à principio doloſum fuiſſet, vt ſentit Bero.conſ.178.nu.23. lib.3. Sed Dominus Petrus aggreſſus fuit Dominum Federicum, quod de iure prohibitum erat, ideo ei eſt imponenda pęna, quæ de iure irrogatur ex effectu ſecuto, non aliter attento animo.

7 Minus ex minori ætate adiuuari poteſt, † quoniam Dominus Petrus eſt in adulta ætate, & licet infans excuſetur, & pupillo diminuatur pœna, nihilominus adulta ætas excuſationem non præbet, quin minor pro homicidio pœna legis Corneliæ de ſicarijs teneatur, vt probat tex.in l.ſi quis te, vbi Bal.& alij notant, C.ad leg. Cornel.de Sicar. & late defendere conatur Vulpel. conſil. 101. per totum, quod ſenſit etiam Ioſeph Lud.in deciſ.Lucenſ.17.nu.64. & ſeqq. multis.

Sed prædictis dubitationibus non obſtantibus intrepide concludendum arbitror Dominum Petrum homicidam pęna ordinaria mortis puniri non poſſe, ſed alia extraordinaria, & mitiori.

Moueor principaliter ad id dicendum, ex eo quod
8 † de iure homicida pœna mortis non punitur, quando animum committendi homicidium non habebat. l.1.& ibi omnes, C.ad leg.Corn.de Sicar.l.1. §.diuus, ff.eod.tit. Alex.conſ.140.col.2.ver.Hoc præſuppoſito, lib.2.Dec.conſ.9. num.1. & ſeq.Pariſ. conſ.161.num. 52.& ſeq.lib.4. Soc.iun. conſ.58.nu.4. libro 1.Didac. Couar.in c.ſi furioſus, de homicid.in relect.2.par.nu. 1.& ſeq.vbi dicit homicidam pro homicidio cõmiſſo abſque vero animo occidendi, & directa voluntate in ipſum homicidium, numquam pœna ordinaria puniri, ſed alia extraordinaria, quod etiam tenuit in
9 relect.d p.2.in prin. num.2.† Saue in maleficijs committendis animus, & non effectus attenditur, & ſolum perpenditur, numquid homicida animum occidendi habuerit, ſiue non, l.diuus, ff.ad leg.Cornel. de Sicar.glo.in l.1.C.eo.tit. Ant. Galea.inter crim.diuer.
10 tom.1.conſ.111.nu.12.& ſeqq.† & quando quis habebat animum percutiendi tantum, ſi ea percuſſione eſt ſecutum homicidium, non punitur homicida pœna ordinaria mortis, ſed extraordinaria tantum, vt per l.verum, cum ibi not.per Bart. ff.de fur. dixit Pariſ.d. conſ.161.nu.12.& ſeq.17.& ſeq.lib.4.& cõprobat Couar.in d.§.1. nu.1.& 2. Nec ſatis eſt homicidã fuiſſe in culpa, ex eo quod ad rixam deuenit, & percutiendo cum enſe potuit cogitare, quod homicidium ſequi poterat, quoniam quando conſtat abfuiſſe directam voluntatem interficiendi. pęna ordinaria ex culpa non
11 irrogatur, nam † ſicut dicit Did.Cou.in d.§.1.nu.1. & 2.& in relec.d.2. p.in initio, nu.2. in prin.& in fin.non punitur homicida pęna ordinaria, ſed extraordinaria tantum, quando de directa voluntate ad homicidium non conſtat, licet de indirecta voluntate appareret rõne culpæ, quæ opinio cõprobatur ex eo, quod
12 ſi † homicida non habet directum aĩum occidendi, nõ poteſt dici, quod ſit in dolo, ſed culpa tñ detegitur, dando cãm homicidio ſecũdum Cou.& Par.in dictis locis, & Iul.Clar.in §.homicidium, ver. *Dicitur ẽt cul-*
13 *poſum.* †& quoties dolus ceſſat ex culpa, nũquam ꝑ homicidio pęna mortis imponitur, l.1. C.ad leg.Cor. de Sica.l.1.§.diuus, ff.eo.tit.c.ſignificaſti, el 2. de hom. Bal.in l.data opera, col.3.C.qui accuſ.non poſſ.Bal.& Sal.in l.2. C.de noxa. Dec.conſ.482.nu.7. Crau.conſ. 6.nu.100.lib.1.Soc.iun.conſ.117.nu.14.& ſeq.lib.3.late Meno.de arbit.iud.q.lib.2.cent.4.caſ.324. Iul.Cla.
14 qui cõem teſtatur in pract.crim.§.fi.q 84.in prin.† tamẽ ſemp de vero dolo cõſtare debet, qñ de pęna mortis imponẽda agitur, l.lege Cor.ff.de Sica. Dec.in l.in actionibus, nu.19 ff.de in lit.iur. Soc.iun. conſ.58. nu. 4.lib.1.Pariſ.conſ 161. o.8.lib.4. aſſerens ita oẽs tene-
15 re. Ceph.conſ.75.nu.15.& ſeq.lib.1.† & quod pro homicidio ſine dolo, ſed culpa tñ commiſſo, non ſit imponenda pęna mortis, ſed alia extraordinaria, pecuniaria, vel exſilij, tenẽt Boſ in ti.de defen.reor.nu.68. Iul.Cla.qui cõem eſſe dicit in d.§.homicidiũ.ver. Culpa dicitur gl.Bal.Caſt.Sal.Soc.& alij, quos refert & ſequitur Aſin.inter crim. diuer.tom.2.conſ.110.nu.2.& ſeq.Gram.conſ.crim.18.n.7 Hippol.de Marſ.in tract. de baun.in verb.mortui.n.142.& ſeqq.Boer.deciſ.83. nu.9.Rob.Mar.in ſuo Spe.par.4.in tit.an ſit iud.crim. vel ciuil nu.77.& quod de culpa dicitur, intelligendũ
16 eſt de lata culpa, † quæ in iſtis caſibus dolo non æquiparatur, l.lege Cor.ff.de Sicar. Marſ.conſ.25.nu.6.Tiraq.in trac.de pęn.cau.14.in fi.Menoc.de arbit.iud.q. lib.2.cen.4.caſu 314.nu.11.& ſeqq.& Fran.Bec.cõſ.51. n.6.non tñ intelligi debet de leui ſeu leuiſſima culpa,
17 † cum leuis ſeu leuiſſima non ſit criminaliter punienda, quia illa æquiparatur caſui, & homicidiũ leui, ſeu leuiſſima culpa cõmiſſum potius caſuale dicitur, quã culpoſum, ſecundum communem, de qua teſtatur Iul. Cla.in d.§.homicidium.ver. Culpa dicitur, circa mediũ, & in tantum homicidiũ ſine dolo commiſſum nõ
18 punitur pęna mortis, † quod etiam ſi ſtatutum diſponeret homicidam eſſe decapitandum, & pęna mortis puniendum, intelligeretur ſtatutum, dummodo homicidiũ doloſe, & aĩo illud committendi fuiſſet commiſſum, ſecus ſi culpa tñ, & ſine directo animo occidendi. Alex.conſ.140.col.2.ver.Cum ergo, lib.2.Paul. de Caſt.conſ.277.in prin.lib.2.Bal.in d.l.data opera, ver. Item ſi ſtatutum. Bart. Card. Ang.& alij, quos ſe-

quitur

Digitized by Google

quitur Dec.conſ.9. nu..2.conſ.482.num.8. Veronenſ.
conſ.crimin.33.col.2.& conſ.38.Menoch.d.caſu 324.
nu.3.7.& ſeqq.Pariſ.d.conſ.161.nu.10.Iaſ.conſ.137.
nu.3.lib.1.Franc.Becc.d.conſ.51.nu.6.vbi Sal.Neuiz.
Cot. & alios plures adducit. Rim. iun. conſ.245.nu.
59.lib.3.Iaſ.in rubr.ff.de leg.nu.22. & latius in l.in a-
ctionibus, num.26. vbi de communi teſtatur, ff.de in
lit.iur. & hanc cõcluſionem etiam in terminis ſtatuti
communem eſſe teſtatur Plot.in repe.l.ſi quando, nu.
765.C.vnde vi. Cort.iun.in l.fi.nu.9.ff.quod quiſque
iur.Alciat.in l.magna negligentia,ff.de verb.ſignific.
& poſt eos Iul.Clar.in d.q.84.poſt princ.verſicu.& ex
hac concluſione. & non ſolum pro homicidio com-
miſſo ſine dolo, ſed culpa etiam lata non poteſt im-
19 poni pęna mortis† immo nec alia corporali pęna ho
micida puniri poteſt, cum culpa etiam lata in lege
Corn. de Sicar. pro dolo non accipiatur, non ſolum
quando agitur de pęna mortis,vt dictum eſt, ſed nec
etiam vbi ageretur de alia corporali,quia ſemper do
lus exigitur, vt illis locus ſit,glo. & Doct.in d.l.in a-
ctionibus,ff.de in lit.iur.præſertim Dec. nu.19. Bart.
in l.1.§.non autem,ff.ſi quis reſt.lib.eſſe iuſſ.Sal.in l.2.
C. de his qui ſibi aſcripſ. Petr. de Anchar. in Clem.1.
de hom.cum alijs adductis per Grammar.vot.21.nu.
15.& conſ.5.nu.8. Marſ.conſ.67. nu.40. & in d.tract.
de bannit. in verb.mortui.nu.142. & ſeq. Menoch.d.
caſu 324.nu.12.in fi.in caſu vero,de quo agitur, con-
ſtat Dominum Petrum non interfeciſſe Dominum
Federicum doloſe,nec habuiſſe directum animum,&
20 propoſitum homicidium committendi, quod † ſatis
eſt præſumptionibus,& coniecturis oſtendere,cũ do-
lus & propoſitum occidendi ſeu bona fides cõſiſtant
in animo homicidę,& ſolus Deus animi ſit ſcrutator,
nec poſſit per veras probationes iuſtificari, ſed præ-
ſumptiones ſufficiant, vt dicit glo.in l.1.verb.non oc-
cidendi animo, C.ad leg. Corn.de ſicar. quam ibi ſe-
quuntur Ang.vet.In gl.& Sal. nu.4. Veron.in conſ.cri
mi.31.col.1.ver.Sed in contrarium.Par.d.conſ.161.nu.
13.lib.4.& iudex circumſtantias & qualitates omnes
ad id cognoſcendum perpendere debet, vt admonet
Cou. in d.§.1.nu.1.ver. Igitur iudex,quarum præſum-
ptionum multæ hic pro homicida concurrunt, ideo
pœna mortis,aut alia corporali plecti non poteſt.
21 Prima quidem coniectura adducitur, † quia cum
Dominus Petrus à Domino Federico non fuerit ita
acriter iniuriatus,vt morte Domini Federici iniuriæ
vindicandæ eſſent, dicendum eſt Dominum Petrum
vt ſe vindicaret, deueniſſe ad rixam,non tamen ani-
mo occidendi, cum qualitas iniuriarum id non exi-
geret,vt conſiderat Aſin.inter conſ.crim. diuer. tom.
2.conſ.110.nu.7.& 10.in fin.
22 † Secunda quia teſtes deponũt Dominum Petrum
ante pugnam dixiſſe,quod volebat cum Domino Fe-
derico aliquos ictus cum enſe proijcere,& ſtatim pa-
cem inire,ſatis oſtenditur animum occidẽdi abfuiſ-
ſe, & voluiſſe ſibi ſatisfacere ex parua pugna, quod
etiam poſt capturam examinatus cum iuramento
depoſuit, & quia hoc in eius animo conſiſtebat, eius
aſſertionibus incontinenti ante pugnam, & poſtea
23 cum iuramento ſtandum videtur,† cum in his quæ in
animo conſiſtunt, & per alium probari non poſſunt,
ſoli aſſertioni credendum ſit maxime cum iuramen-
to,iux.glo.in c.ſignificaſti,in verb.ſi ita eſt,de hom.in
§.aliæ.Inſt.de actio.Iaſ.in §.ſed iſte,nu.88.Inſt.de act.
cum alijs adductis per Menoch.de arbit. iud.q.lib.2.
cent.2.caſu 186.nu.4. & ſeq. & in propoſito ita dixit
Burſat.conſ.316.nu.27.lib.3.

Tertia accedit præſumptio, ex eo quod Dominus
Federicus ſemper deferebat enſem, & Dominus Pe-
trus enſe, & lorica mallea armatus prouocauit ad
pugnam Dominum Federicum, eique dixit, quod ſi
loricam non habebat,illa ſe indueret, ad effectum,vt
24 paribus armis pugnarent,quod ſatis oſtendit † ani-
mo occidendi caruiſſe,Tum quia volebat, quod Do-
minus Federicus lorica indueretur, Tum etiam quia
paribus armis pugnare intendebat, quod non feciſ-
ſet,ſi propoſitum interficiendi habuiſſet, quam con-
iecturam in caſu ſuo adducit etiam Vulpel. in conſi-
25 ſil.22. nu.1. † Additur & quarta vrgentior præſum-
ptio,quia probatum eſt Dominum Federicum in ter
ram cecidiſſe, quem tunc Dominus Petrus ad libitũ
interficere poterat, & tamen eum in terra exiſtentẽ
noluit offendere, quod concludenter animum ab ho
micidio remouet.

Adeſt etiam quinta coniectura,nam ſtatim atque
Dominus Federicus ſurrexit de terra, maximo cum
impetu irruit contra Do.Petrum, vt illum enſe offen-
26 deret.& D.Petrus ſe retrahebat defendendo,†quod
retrahere oſtendit non habuiſſe principaliter animũ
occidendi ſeu vulnerandi, ſed potius ſe defendẽdi,&
hoc pro optima præſumptione ponderat Veronen.
in conſil.crim.28.col.3. verſ.Septimo.
27 Sexta † coniectura ſumi poteſt ex bona,& pacifica
vita Domini Petri, qui ſemper pacificus, & quietus
fuit,nec ſolitus rixari, quæ ſane probatio multum in
hoc attenditur vt dicit Sal.in d.l.1.nu.4.C.de ſicar.&
poſt eum Veronen.in allegato conſi.31.col.4.verſicu.
Nona, quam ponderat ẽt Vulpel. in d conſ.22. nu.1.
28 Multum † etiam ponderanda eſt pro ſeptima con-
iectura qualitas loci,in quo vulnus fuit illatum.ſcie-
bat enim Dominus Petrus, quod ipſo inſtante Domi
nus Federicus ſe induerat lorica mallea, & dum pu-
gnabant,vnico vulnere Dominus Federicus ſub bra-
chio remanſit vulneratus,ex quo deceſſit, & quia Do
minus Petrus ſciebat illum eſſe armatum lorica, dũ
eum percuſſit ſub brachio, præſumitur non feciſſe a-
nimo occidendi,ex quo in loco lorica armato percu-
tiebat,in quo lędi non poterat,& ſi aliud euenit fuit,
contra cogitationem Domini Petri, ſtante quod ob
culpam Domini Federici lorica eo in loco relicta fue
rat aperta,quod Dominus Petrus ignorabat,vt clare
probatum eſt: Vnde dicendum eſt noluiſſe ipſum in-
terficere, dum in d. loco eum percuſſit, & ſi alterius
intentionis fuiſſet, non in loco armis induto, ſed in
capite & alijs partibus corporis offendiſſet.

Vlterius quod Dominus Petrus pęna mortis nõ ſit
puniendus,ſuadetur alia ratione, probatur enim in
proceſſu, quod Dominus Federicus iniuriauit Do-
minum Petrũ contumelijs & alijs modis, ex quibus
in honore offendebatur, & quod Dominus Petrus
29 ex iſtis ad iram fuit commotus, † quo fit, quod quã-
uis deueniſſet ad pugnam cum Domino Federico
animo illum offendendi, & ex pugna ſit homicidium
ſecutũ ratione iræ, nõ pęna ordinaria mortis,ſed alia
mitiori ſit puniendus, ita Roma. in ſingu.514. incip.
Volo commentare,nume.5. Rimin.iun.inter crimin.
diuerſ.tom.1.conſil.135.num.21. Dec.in l. quidquid
calore,num.7.ff.de reg.iur.Grammat.vot.23. nu.21.
& conſil.63.nu.9.& ſeq.& late Tob.Non. conſil.109.
30 nume.2. & ſeq.† & quia pluries, & etiam parum an-
te pugnam Dom. Petrus iniuriatus fuerat, cauſa iu-
ſtę iracundiæ pęna minorari debet, quod etiam fa-
ciendum eſſet, ſi antea ex magno interuallo fuiſſet in
iuriatus, dummodo eadem cauſa iræ & doloris du-
raret, vt per Ruin.conſil.2.nu.7. verſicu.Durante igi
tur,lib.5. & comprobat Dec.in d. l. quidquid calore.
in fi.vbi refert Luc. de Pen. in l.omnino curiales, C.
de decur.lib.10.reſidentem in ea opinione, quod in-

ſrx triginta dies poſt iniuriam allegati poſſit quid fa
ctum vel dictum per irxcundiam.

Conſiderandum eſt etiam pro defenſione Domi-
ni Petri à pœna mortis, quod ipſe ad pugnam deue-
nit cum Domino Federico, & pugna illa fuit ſedxta
abſque eo quod aliquid mali euenerit, & Dominus
Federicus iterum illam incępit, dicendo quod tunc
volebar illam diffinire, irruendo contra Dominũ Pe-
trum ſe rerrabeorem animo illum occidendi, & in ſe-
cunda pugna Dominua Federicus vnico vulnere of-
fenſus remanſit, ex quo deceſſit, quo ſtante dico Do-
minum Petrum vulneraſſe Dominum Federicum ſe
defendendo, & ad neceſſxriam defeoſionem quod ſa
tis probatur: Tum quia Dominus Federicus contra
eum ſe retrahentem cum enſe animo offendendi ir-
31 ruebat, † & quoties ego percutio eum, qui contra me
animo offendendi venit, dicitur probata neceſſaria
defenſio. Bart. in l. & ſi quæcumqoe, in prin. ff. ad leg.
Aquil. Angel. de malefic. in verb. & dictum Titium ſe
defendentem, num. 13. & 14. Iaſ. conſ. 52. nu. 14. inter
crim. diuer. tom. 2. Corn. conſ. 107. col. 2. lib. 1. Grat.
conſ. 47. num. 13. lib. 2. Ioan. de Amic. aſſerens ita om-
oes tenere in conſil. 216. num. 15. Boſſ. qui de com-
muni teſtatur in tit. de hom. num. 88. & Iul. Clar. in §.
homicidium, ver. Sed quomodo. Tum etiã quia multi
teſtes deponunt, quod Dominus Petrus vulnerauit
Dominum Federicum ad neceſſariam defenſionem,
& quod ſi id nõ feciſſet, ipſe à Domino Federico fuiſ-
32 ſet occiſus, qui optime defenſionem probant. † Præ-
terea dicitur, quod ſi hæc probatio eſſet dubia, in du-
bio homicidio ad defenſam commiſſum præſumere-
tur. Angel. de Aret. in §. ius autem gentium, col. 2. In-
ſtit. de iur. nat. Dec. conſil. 469. num. 11. conſ. 678. nu-
me. 7. & in l. vt vim, num. 17. ff. de iuſt. & iur. Boer. de-
33 ciſ. 237. in fin. Gerard. Mazol. conſ. 77. nu. 11. † Cum
igitur Dominus Petrus ſe defendendo id effecerit, ex-
cuſandus eſt, d. l. vt vim, vbi omnes l. 1. & 2. C. ad leg.
Cornel. de ſicar. Alexan. conſ. 109. col. 2. lib. 1. Iaſ. in
d. conſ. 52. nu. 14. Iul. Clar. in d. §. homicidium, ver. Ex-
cuſatur autem. Doctor. in cap. ſignificaſti, el 2. de ho-
mi. & de communi poſt alios teſtatur Burſ. conſ. 273.
num. 1. & ſeq. lib. 3. & quamuis Dominus Petrus fue-
rit in culpa, ex eo quod ipſę primę pugnę fuit auctor,
nõ propterea ob culpam poteſt pęna mortis puniri,
34 ſed ille alia extraordinaria pęna puniri debet, † pro-
ut etiam mitiori pœna & non mortis eſſet puniẽdus,
ſi in defenſione modum exceſſiſſet, & potuiſſet aliter
ſe defendere, abſque eo quod Dominum Federicum
interfeciſſet, vt admittũt omnes, prout teſtantur Soc.
iun. conſ. 117. nu. 17. lib. 3. Iul. Clar. in d. §. homicidiũ,
verſ. Scias. etiam. Didac. Couar. in cap. ſi furioſus, de
hom. in relect. 3. par. §. 1. num. 3. qui alios multos pro
hac communi opinione adducunt.

Quatenus vero præfatæ ceſſarent non poſſet Do-
minus Petrus morti tradi, cum ſit minor annis vigin-
35 ti, † & quamuis minor ob ætatem ab homicidio non
excuſetur, nihilominus pęna extraordinaria tantum
puniri debet, etiam ſi doloſe deliquiſſet, glo. in l. im-
puoitas, C. de pœn. l. auxilium, §. in delictis, ff. de mi-
nor. Ang. de Aret. in tract. maleſ. in verb. ſcienter do-
loſe, nu. 12. & ibi Aug. in addit. Marſil. conſ. 24. nu. 47.
Gramm. deciſ. 23. num. 11. & ſeqq. vbi nu. 12. de com-
muni teſtatur, & in fine ſubdit ita per Sacrum Con-
cilium fuiſſe ſeruatum. Socin. iun. conſ. 7. nu. 6. lib. 3.
Rimin. iun. inter crim. diuer. tom. 1. conſ. 135. nu. 10.
& ſeqq. Iul. Clar. in §. fin. quæſt. 60. circa princ. verſicu.
Aut vero eſt maior quattuordecim. qui hanc opinio-
nem communem appellat, & latiſſime Rol. à Vall. in
conſ. 77. per totum. libro 3. vbi 24. fundamentis hanc
opinionem probat, illamque vt communem ſequun-
tur Burſat. in d. conſ. 273. nu. 19. Bonacoſ. com. opin.
crim. in verb. minor, & Bertaz. in conſ. crim. lib. 1. cõſ.
118. vbi teſtatur ita pluries fuiſſe iudicatum. & quod
propter minorem ætatem pęna ſit minuenda probat
Bertazo. in conſ. crim. 378. num. 5. & 6. lib. 2. qui nu. 7.
poſt Gramm. Nouell. Foller. & alios dixit nedum iu-
dicem poſſe hoc caſu pęnam diminuere, ſed etiam à
iuris neceſſitate compelli, quod etiam ipſe firmat in
conſ. 492. num. 2. & ſeq. eo. lib. & latius pro communi
Sforz. Odd. de reſtit. in integ. par. 2. quæſt. 80. art. 9.

36 Poſtremo quia probatum eſt † Dominum Petrum
eſſe iuuenem bonæ vitæ, conditionis, & famæ, pacifi-
cum & quietum, nec vnquàm aliàs deliquiſſe, ex hoc
ſolo iudex à pœnæ ordinariæ mortis eũ liberare poſ-
ſet, extraordinariæ pęnæ puniendo, vt per l. & ſi ſeue-
rior, & in l. ſi Poſſidonium, C. ex quib. cauſ. infam. ir-
rogat. dixit Gand. in tracta. de malefic. in rub. vtrum.
pœ. poſſ. auger. quem referunt, & ſequuntur Gramm.
deciſ. 23. num. 7. Natta conſ. 458. nu. 13. lib. 2. & Tob.
Non. conſ. 109. nu. 9.

Cum igitur ex iam dictis appareat Dominum Pe
trum pęna mortis puniendum non eſſe, ſed extra or-
dinem, alia mitiori pœna, imponenda non debet eſſe
37 corporis afflictiua, † quoties enim aliqua ratione pę
na minorari debet, numquam imponitur pęna cor-
poris afflictiua. Bald. in l. data opera, col. 2. C. qui ac-
cuſ. non poſſ. Gramma. d. deciſ. 23. num. 13. circa me-
dium. vbi Ang. & alios allegat Montic. in praxi crim.
38 regu. 13. num. 32. & de minore, † quod pro homicidio
non puniatur pœnæ corporis afflictiua, probat tex. in
l. 1. §. impubes, ff. ad Sillan. cap. 1. & 2. de delict. puer.
per quæ iura, ita dicunt Marſil. conſ. 47. num. 14. Ro-
lan. à Vall. conſ. 51. numero 40. & ſeqq. libro 1. Gram-
mar. in allegat. deciſ. 23. num. 13. prope fin. Et confir-
matur per Bertazol. in dictis conſilijs 378. & 498. qui
39 dixit † minorem pro delicto nõ poſſe puniri pęna cor
porali, licet aliàs delinquens eſſet ita puniendus, &
Ang. Marſil. & alios allegat, & de communi teſtatur,
quod etiã confirmat Montic. in praxi crim. reg. 2. nu.
21. aſſerens minorem cui pœna ordinaria commuta-
tur, pœna tantum pecuniaria puniri poſſe, & Sforz.
Odd. qui de communi teſtatur in d. art. 9. num. 96. &
40 † ſimiliter quod quãdo minoratur pęna ex eo, quod
homicida non fuit in dolo, nec habuit directam volũ
tatem ad homicidium, pęna corporalis non ſit impo
nenda, ſed vel pecuniaria, vel exilij, aut ſimilis demõ-
ſtraui ſupra in primo fundamento prope finem, vbi
Bart. Anchar. Dec. Marſil. & alios ad id probandum
adduxi: & quia Dominus Petrus eadem die, qua ho-
micidium commiſit fuit à conſanguineis occiſi graui
ter vulneratus, & poſtea captus à Curia, & per mul-
tos menſes ſtetit in carceribus, pęna extraordinaria,
quæ imponenda eſſet, valde diminui debet, cum ſi in
aliqua culpa fuiſſet, nimium punitus extiterit, vt cõ
ſiderat Grammat. conſ. 63. num. 4.

Et ſtantibus prædictis, non obſtant contraria, li-
cet enim pro homicidio regulariter imponatur pęna
mortis commutatur tamen, & extraordinariæ tan-
tum locus eſt in caſibus ſupra expreſſis.

Secundũ ex iam dictis tollitur, cũ ſatis demonſtra
tum fuerit abſque directa voluntate occidendi, & ſi-
ne dolo fuiſſe cõmiſſum homicidium, & quia ratio-
nes allegatæ vrgentiſſimæ ſunt, ex eis præſumptio in
contrarium adducta ſubuertitur, et cõmutationi pœ
41 næ locus eſt, vt in fortiori caſu, † etiam vbi adeſſet
dolus præſumptus, per tex. in l. non omnes, in princ.
ff. de re milit. & not. per Bald. in l. ſi fugitiui, C. de
ſeruis fugit. concludit Aretin. in conſil. 80. num. 7. col.
peu in

Digitized by Google

42 pen. in fin. verſic. Confirmantur. † Minus nocet do-
ctrina Barr. in allegata l. diuus, illa non procedit eo
reſpectu, vt quis grauius puniatur ex effectu ſecuto,
& ſic pro homicidio, quàm puniretur ex animo, ſi vul
nus tãtum, quod in animo inferre propoſuerat, fuiſ-
ſet illatum, ſed reſpectu pęnæ quod ſit imponenda pę
na ordinaria mortis pro homicidio ſecuto, quòd fa-
cere non intendebat, non loquitur Bart. nec ita intel-
ligi poteſt, ſed intelligendus eſt, quod quãdo aliquis
deliquit in plus, quàm cogitauerit, pœna non impo-
nitur ſecundum delictum, quod propoſuerat facere
ſed augeatur ſecundum effectum, mitius tamen pu-
niatur, quàm ſi delictum illud ex propoſito & doloſe
fuiſſet commiſſum, ex quo dolus & animus occiden-
di non aderant, & ita Bart. declarant Ang. inter con
ſil. Veronen. conſil. 37. col. 1. & 2. & ipſe Veronen. in
conſ. 30. col. fin. verſ. Nec obſtat. & in conſil. 31. col. pe
nul. verſ. Nec obſtat. & Paul. de Caſtr. conſil. 277. co-
lum. 1. ver. Nec obſtant, li. 2.

43 Facile etiam euitatur vltimum obiectum, † verum
quidem eſt ex adulta ætate homicidam non defendi,
vt dicitur in l. ſi quis re, C. ad leg. Corn. de ſica. Sed id
intelligitur ad effectum ne minor ab homicidij pęna
in totum excuſetur, ſed nõ reſpectu diminutionis pę-
næ, quia pœna ratione minoris ætatis diminuitur,
etiam adulto ſecundum communem Doctorum opi
nionem, de qua teſtatur poſt Grammat. & alios Iul.
Clar. in pract. crimin. §. fin. quæſt. 60. poſt princ. verſ.
Aut vero eſt maior quattuordecim annis. & Sforz.
Odd. in dicto artic 9. nu. 72. cum ſeqq. qui pro homi-
cidio non punitur pœna mortis, ſed alia extraordi-
naria arbitrio iudicis vt dixi ſupra, & declarat Sali.
in d. l. ſi quis re, & probatur hæc opinio in l. impuni-
tas, iuncta gl. 1. C. de pę. pro qua facit etiam tex. in l.
auxilium, §. in delictis. ff de minor. & eam bene pro-
bant Gramm. deciſ. 23. nu. 13. quam ſequitur etiam
Sforz. Odd. in dicto loco, num. 96. & Bertazol. conſil.
crimin. 118. lib. 1. qui loquitur de homicidio commiſ
ſo à minore annis 25. & pœnam mortis imponendã
negat, & poſt Caccialup. & alios quos ipſe allegat,
teſtatur ita pluries iudicatum fuiſſe, & quod minor
annis 25. in quocumque delicto, & etiam in homici-
dio excuſetur à pęna mortis, Doctores communiter
firmare fatetur ẽt Ioſeph Lud. in alleg. dec. Lucen. 17.
44 nu. 49. & ſeqq. 56. & ſeq. † & licet Vulp. in allega. con
ſil. 101. diſſentiat reſpectu homicidæ adulti, & nu. 11.
videatur admittere id eſſe Iudici arbitrarium, quod
etiam dixit Ioſeph Ludov. in allegata deciſ. 17. num.
72. qui cenſuit iudicem poſſe ſuum arbitrium vſque
ad mortem incluſiue extendere, eorum opinio non
videtur tuta, ſtantibus iam dictis: Vel ſaltem poſſet
admitti, quando malitia minoris ſuppleret ætatem,
& minor eſſet rixoſus, vel aliàs malæ conditionis &
famæ, nullaque alia ratio ſuaderet iudicem ad cõmu
tationem pęnæ, ſed quia vltra minorem ætatem Do-
mini Petri aliæ cauſæ pro eo adducuntur, ea omnib.
ſimul iunctis in caſu illo ſine dubio Iudex pęnam cõ-
mutare tenetur.

Dominus Petrus præfatus anno 1579. ex ordine Sacra Conſ.ultæ Sanctiſſimi liberatus fuit à pœna ordinaria homicidij & pœna tantum extraordinaria punitus, non tamen corporis afflictiua, vt conſtat ex actis Curiæ Criminalis Ciuitatis Peruſiæ.

ARGVMENTVM.

Pœna legis Iuliæ de vi publica ſeu priuata, an, & quando locum habeat.

Aperiens & legens alienas litteras numquid de falſo teneatur.

Impedientes eos qui ad curiam Principis accedunt, quando crimen læſæ maieſtatis committunt.

Cauſa iuſta ſeu iniuſta in quibus caſibus excuſet à dolo & pęna.

SVMMARIVM.

1 *Vim publicam committit ille qui aliquem aggreditur, & ab eo aliquid per vim aufert.*
Etiam ſine armis ſi alios conuocauit, num. 2.
Sed contra, num. 63.
Et quando aliquis armatus contra alium acceſſit, licet arma non extraxerit, nu. 3.
Vel ſi arma proiecerit, nu. 4.
5 *Pœna legis Iuliæ de vi publica ſeu priuata, quæ ſit.*
6 *Impediens vaſallum, ne accedat ad ſuperiorem ad querelandum contra dominum de grauaminibus ſibi illatis, tenetur crimine læſæ maieſtatis.*
Declaratur, num. 74. cum ſeq.
7 *Læſæ maieſtatis crimen punitur pœna vltimi ſupplicij et publicationis bonorum.*
8 *Litteras alienas aperiens aut legens tenetur pęna falſi ſeu quaſi. Intellige vt nu. 80. cum ſeqq.*
Maxime ſi aperiens ſit aduerſarius, nu. 9.
Declaratur, num. 83.
Etiam ſi litteræ eſſent apertæ, dummodo aperirentur ſub cuſtodia eas deferentis, num. 10.
Sed contra, num. 81.
Et quamuis eas alteri non manifeſtauerit, tenetur pœna extraordinaria, nu. 11.
12 *Decretum Sereniſſimi Ducis Vrbini contra ſpoliantes aliquem in vijs armis, equis, vel alijs rebus quo caſu procedat. & nu. 88. cum ſeqq.*
13 *Legis verba vbi conueniunt, ibi conuenit legis diſpoſitio.*
14 *Ius ſibi dicere propria auctoritate nemini licet.*
Intellige, vt nu. 94.
15 *Vim inferens non excuſatur, etiam ſi ſit ruſticus, vel mulier. Nec per licentiam Iudicis, nu. 16.*
Neque alia iuſta cauſa, nu. 17.
Sed contra num. 93.
18 *Dolus quando in delictis exigitur, iuſtificari debet, nec ſufficit culpa.*
19 *Dolus non præſumitur, ſed ab eo, qui dolum allegat, probari debet.*
Maxime in pęnalibus quando in delinquente dolus exigitur, nu. 20.
21 *Dolus præſumitur in his, quæ ſunt de genere prohibitorum, & in delictis.*
Intellige quando ſumus in dubio, ſecus ſi cauſa allegatur, ex qua quis motus fuerit, nu. 22.
23 *Cauſa quælibet etiam iniuſta à dolo excuſare ſolet.*
Et etiam à delicto, & eius pęna, nu. 24. & 36.
Et fortius excuſat cauſa iuſta, num. 25.
Et cauſa iuſta ſeu iniuſta excuſat à dolo, etiam ſi non eſſet plene probata.
27 *Cauſa iniuſta non excuſat, quando quis facit ea, quæ ſunt à iure naturæ prohibita.*
Sed contra excuſet etiam in his, quæ ſunt de genere prohibitorum, num. 28.
Declaratur, num. 33. & ſeqq.
Et ab homicidio, & periurio, nu. 29.
Item à violentia, nu. 30.
Et à furto, num. 31.
Ac à crimine falſi, num. 32.

Cauſa

34 *Cauſa iuſta ſeu iniuſta aliquem eſſe motum probatur per eius iuramentum.*

35 *Cauſa iniuſta non excuſat à dolo in delictis.*
Sed contra.nu.36.
Intellige non excuſare quãdo ſolum allegaretur iniuſta cauſa,ſed quando præſumptionibus oſtenderetur ex ea motũ fuiſſe,tunc excuſaret etiam in delictis.nu.37.

38 *Cauſa iniuſta non excuſat à pœna legali.*
Intellige quando pro delicto imponitur pœna pecuniaria tantum,ſecus ſi corporalis.nu.39.
Et quando imponitur pecuniaria,intelligitur,ſi lex non exigit dolum,aliàs ſecus.num.40.

41 *Dolum non committit,qui fraudem ſibi factam ſeu faciendam excludere tentat.*

42 *Honoris cauſa æquiparatur cauſæ vitæ.*

43 *Infamiæ periculum æquiparatur periculo mortis.*

44 *Honorem ſuum defendere vnicuique permittitur etiam cũ armis.*

45 *Dolo caret,qui aliquid facit pro conſeruatione honoris.*
Vel qui facit,vt iura ſua conſeruet.nu.46.

47 *Ira motus qui aliquid facit, excuſatur à pœna.*

48 *Obſeruantia ſubſecuta oſtendit, qualis fuerit animus in præcedentibus.*

49 *Eripiens aliquid vt domino reſtituat,dolo caret, ac excuſatur.*

50 *Furtum nõ committit, qui rem accepit animo reſtituendi.*

51 *Carcere priuato non tenetur qui alium detinuit, vt iudici præſentaret, & ſi aliàs detineri non potuiſſet.*

52 *Auferre per vim licet rem à fure dum eſt in fuga, nec locus eſt diſpoſitioni l.ſi quis in tantum,C.vnd.vi.*
Intellige ſi auſertur incontinenti, ſecus ſi ex interuallo.nume.53.
Et ſi abſtulit ex interuallo excuſatur, ſi eam iudici conſignauit.nu.54.

55 *Doli præſumptio excluditur, quando geritur actus illicitus,qui communiter reputatur licitus.*

56 *Pœna euaditur, quando gerens actum putabat non delinquere.*

57 *Frumentum extrahens contra formam bannimentorũ ſeu ſtatutorũ de die, & per viũ rectũ ꝓſumitur in bona fide.*

58 *Bona fides pręſumitur in his quæ palam fiunt.*

59 *Præſumitur pro viro nobili.*

60 *Præſumitur quis motus ex cauſa non doloſa, quando ex doloſa & non doloſa moueri potuit.*

61 *Interpretatio illa in dubio capienda eſt,quæ tendit ad abſolutionem.*

62 *Violentia illata cũ armis punitur leg.Iulia de ui publ.Sed ſi ſine armis, leg. Iulia de vi priuat.*

64 *Teſtis & accuſator in cauſa propria nemo eſſe poteſt.*
Nec conſanguineus,familiaris, ſeu alius de domo accuſatoris.nu.65.

66 *Inimicitia probatur ex ſpõtanea depoſitione contra alium in cauſa criminali ad offenſam.*

67 *Inimicitia etiam præſumpta teſtes repellit.*

68 *Inimicus repellitur à teſtimonio.*

69 *Hominum coactio ſeu collectio fit,quando ad hoc ex propoſito ſunt vocati.*

70 *L. Iulia de vi priuata,quando locum habeat.*

71 *Auſerens aliquid per vim quando teneatur pœna l.ſi quis in tantum, C.vnd.vi.*

72 *Faciens id quod putat ſibi licere non punitur,licet factum ſit illicitum.*

73 *Cauſa etiam iniuſta excuſat a pœna l. Iuliæ. de vi public. ſeu priuat.*

75 *Statuta condens ſine iuriſdictione incidit in crimen læſæ maieſtatis, ſi id facit dolo cauſa occupandæ iuriſdictionis ſuperioris. Alias ſecus.*

76 *Læſæ maieſtatis crimen committit offendens conſiliarios, vel collaterales Principis.*
Intellige quando odio principis offenduntur, ſecus ſi particulari odio.nu.77.

78 *Læſæ maieſtatis crimen exigit dolum.*

79 *Cauſa qualibet etiam iniuſta excuſat non ſolum à dolo, ſed etiam à pœna,quando lex exigit dolum.*

80 *Litteras aperire nõ dicitur qui chartulam,ſeu clauſuram, qua literæ clauduntur, trahit, ſi illas aliter non aperuit.*

84 *Falſitas ſine dolo non committitur.*
Nec ſatis eſt conſtare de dolo præſumpto, ſi non probetur verus dolus.nu.85.
Et ceſſante dolo excuſatur à pęna ordinaria, & etiam extraordinaria.nu.86.

87 *Crimen ſtellionatus ſine dolo non committitur.*

89 *Rubrica dat intellectum decreto.*

90 *Graſſatores appellantur rubbatores ſtratarum, qui ex inſidijs viatores ſpoliant.*
Intellige quando ſæpius huiuſmodi delictum commiſerunt. Aliàs ſecus.nu.91.

92 *Abigeus,qui pecora ex paſcuis & armentis ſubtrahit, ad gladium damnatur, ſi ſæpius pecora ſubtraxit, ſecus ſi ſemel.*

CONSILIVM CV.

VISIS processu huius causæ, ac dubitationibus motis per *Excellent.* Dominos Iudices contra Nobilem Dominum N. Illisque consideratis, videtur dicendum præfatum Dominum N. puniri debere.

1 Primo quia † aggressus fuit Hieronymum iter fa-
cientem Vrbem verſus,& ab eo per vim eripuit non-
nullas litteras,quo fit, vt teneatur pęna l.Iuliæ, de vi
pub. Gomeſ.de delict.libro 3.cap.4.Iul.Cla. in pract.
crim.§.fin.quæſt.83. verſicul. vim publicam,& deſer-
uiunt deducta per Menoch. de arbitr. iudic. quæſtio.
2 cent.4 caſu 394.& ſi arma non habuiſſet, † nihilominus quia conuocato eius famulo, vim intulit, pœnæ
eiuſdem legis tenetur ſecundum Menoch.in dicto ca
ſu 394. numero 6. 7. 8. cum ſequent. Et quia præſup-
ponitur, quod famulus Domini N. erat armatus ar-
3 chibuſio,res videtur clara, † nam quando talis arma
tus accedit contra alium,aliquid ab eo petẽs,qui per
territus armis cedit eius voluntati, tenetur pęna leg.
Iulię,de vi publi.quãuis arma nõ extraxerit,l.3.§.qui
armati,ff.de vi & vi armat.Carer.in pract.crimi.cap.
incip.in text.ibi,Itemque eorum qui manifeſtam vio
4 lentiam,nume.32. fol.33.Immo † etiam ſi quis arma
proijceret,tenetur eadem pœna. Soc.ſen.conſ.18.nu-
mero 7.lib.2.Ferre.conſi.311.num.2.lib.2.ea ratione
quia quando quis inuehit cõtra aliquem cum armis,
licet arma deponat,id quod facit,dicitur armis face-
re,vt poſt Ang.Roman.& alios dixit Maſcard.de pro
bat.libro 1.concluſ.159. numero 5. Cuius legis Iuliæ
5 pœna † olim erat pro vi publica deportationis ac bo
norum confiſcationis,l.qui dolo,§.fin.ff.ad leg.Iul.de
vi publi. Corne.conſilio 175.num.11.lib.3.Gomeſ.de
delict. lib.3.cap.4. de violentia,numero primo,& pro
vi priuata quæ committitur ſine armis confiſcationis
tertiæ partis bonorum, & infamiæ. l.1. in princip. ff.
ad leg. Iul. de vi priuat. Caret. in dicto loco numero
114. Aretin.in §.item lex Iulia,de vi. numero primo,
& tertio.Inſtit.de publ.iudic. Gomeſ.in dicto capitu
lo quarto,numero primo,verſiculo. Aliquando & ſe-
cundo. Sed hodie ſecundum generalem conſuetudi-
nem pœna eſt arbitraria, ſecundum Corn. in d.loco.
verſi. Et cum homines. Iul. Clar.in d.q.83. verſic.vim
publicam.

Secun-

Secundo conſtat Dominum N. eripuiſſe litteras,
quas Hieronymus portabat ad Curiam Pontificis,
impedimentumque præſtitiſſe, ne ſoror ad Curiã Pon
6 tificis litteras tranſmitteret,† ideo videtur incidiſſe
in pœnam legis Iuliæ maieſtatis, l.cuiuſcumque.in 3.
reſponſ.ff.ad leg Iul.maieſt.Afflict. deciſ.265. nume.
97.ver.Vigeſimoſecundo. Luc.de Pen.in l. t. in fin. C.
vt nemo ad ſuum patr.lib.11.Pari. de Put. in tract.de
ſyndic.in Rub.de accuſat. Baron. in verb.An bato te-
neatur,num.t.Carer.in dicto loco. num.78. dicentes
impedientem, ſeu carcerari facientem vaſallum, ne
accedat ad ſuperiorem ad appellandum, vel querelã
dum contra Dominum de grauaminibus contra eum
7 illatis,teneri crimine læſæ maieſtatis, † pro quo pœ-
na vltimi ſupplicij ac publicationis bonorum imponi
tur,l.ſi quiſquis,C.ad leg.Iul.maieſt.

Tertio prætendit fiſcus Dominum N. incidiſſe in
crimen falſi,cõſtat enim eripuiſſe litteras,nonnullaſ-
8 que ex eis aperuiſſe ac legiſſe:† aperiens autem & le-
gens literas alienas,pœna falſi,ſeu quaſi tenetur, l.1.
§.is qui aperit, C.ad leg.Corn. de falſ. Aug. Arim.ad
Ang.de maleſi.in ver.Falſario,num.8. & ſeq.Bar.in l.
Titio,nu.3.ff.ad municip.Baptiſt.à Sancto Blaſ. inter
crim.diuerſ.tom.2.conſ.44.nu.t.Iul.Clar.qui de com
9 muni teſtatur in §.falſum,ver.Aperiens, † & quia Do
minus N.erat aduerſarius, & litteras apuit, ac legit,
vt haberet ſecreta cauſæ, ſine dubio prædicta faciens
falſum commiſiſſe videtur.Barbat.in c.cum olim, nu.
16.ver.Item pondero aliud, ff.de offic. delegar. & ibi
10 gl.& Fel.† Nec refert quod litteræ,quas ipſe legit,eſ-
ſent apertæ,quia ſatis eſt,quod eſſent ſub cuſtodia de
ferentis,vt non licuerit eas videre, maxime aduerſa-
11 rio,argum.tex.in l.1.§.is qui, ff.de falſ. † Et licet lite-
ras alteri non manifeſtauerit, non propterea euade-
re poteſt pęnam extraordinariam criminis ſtelliona
tus,quia punitur ille,qui alienas litteras aperit, ſi eas
alteri nõ manifeſtauit. Doct.in c.cum olim magiſter,
de offi.deleg.Bertaz.in ſuis conſ.crim.li.t.conſil.1t2.
num.2.Alcia.conſ 6.nu.64.tom.2.lib.5.

12 Quarto quia † decreto Sereniſſimi Domini Ducis
Vrbini ſpoliantes aliquem in vijs, vel alibi armis, e-
quis, vel rebus alijs,puniuntur pęnæ furcarum,ac con
fiſcationis bonorum, & Dominus N.litteras eripuit,
eiſque Hieronymum ſpoliauit, videtur locus decreto,
cum vt illi locus ſit,ſufficiat in ſtrata publica aliquem
ſpoliare qualibet re, vt clare diſponitur in decreto,
cuius verba conueniunt huic, qui Hieronymum litte
13 ris ſpoliauit; & † vbi verba legis cõueniunt, conuenit
etiam eius diſpoſitio,l.4.§.toties,vbi Bart. ff.de dam.
infect.cum ſimil.argu.l.non aliter,ff.de leg.3. & l.t.§.
is,qui nauem,ff.de exercit. actio.

Nec excuſari poteſt Dominus N. ſub prætextu qđ
litteras eripuerit, vt oſtẽderet Dominam I.contraue
niſſe præcepto ei ſacto à Reuerẽdo Domino Vicario,
& vt detegeret ſeductionẽ ipſius Dominæ I.quia Do-
minus N. die præcedenti fuit certificatus de acceſſu
Hieronymi ad Monaſterium,in quo permanebat Do
mina I.& de tractatu inter eos,& poterat adire iudi-
cem,& ab eo auxilium implorare,prout facere debe-
bat,iux.not.per Alexand.& alios in l.1.§.nunciati, ff.
de nou.oper.nunciat.Claud.de Seiſel. & Bolognet.in
14 repet. l.vt vim,ff.de iuſt. & iur.† non tamen licuit ius
ſibi dicere propria auctoritate,l.nullus,C.de iud.l.ex
rat,ff.quod met.cau.l.ſi quis in tantam, C.vnde vi.qa
omni iure naturali & ciuili id prohibetur. Afflict.in
lib.1.conſtit.regni, Rub.de violent. num.3.& 4.Ripa
in c.ſæpe, num.92. de reſtitu.ſpoliat.Menoch.late de
15 recuper.poſſeſſ.remed.5.num.29.† inferre enim inin
riam & violẽtiam repugnat iuri naturali,& nemo ex
cuſatur,etiam ſi ſit mulier vel ruſticus, vt per Gloſ.&
alios in l.veniam,C.de in ius vocan.Pariſ.conſil.t49.
16 num.20.lib.4. † Nec etiam licentia iudicis vim infe-
rentem excuſat, quia daret occaſionem tumultus &
rixarum,l.non eſt ſingulis. vbi Deci. & Cagnol. ff.de
reg.iur. Afflict.vbi ſupra,nume.16.Rip.in d.cap.ſæpe,
num.86.& 87.Iaſ.& alij in l.iuſte, ff.de acq.poſſeſ.Me
17 noch.de retinen.poſſ.remed.5.nu.93.& ſeq.† Neque
alia iuſta cauſa excuſat eum,qui vim intulit, prout in
dubijs præſupponitur affirmare Afflict. in dicta Rub.
numero 12. & Menoc.de recuperand.poſſeſ.remed.9.
numero 17.

Prædictis non obſtantibus cenſeo Dominum N.di
ctis pęnis puniri non poſſe, & antequam deueniam
ad reſolutionem dubiorum.

18 Præmitto † in delictis,quæ ſui natura dolum requi
runt,dolum iuſtificari debere,nec culpam etiam latã
ſufficere,vt quis puniri poſſit. Bartol.in l.1.§.non tan-
tum, ff.ſi quis à parent.fuer.manumi.glo.in l.magna,
in ver.dolum,ff.de verb.ſignif.Plot.in l.ſi quando, nu.
296.& ſeq.C.vnde vi. Pract.Papie. in form.libell.pro
turbat.poſſ.in verb.& in ea nititur.numer.2. Virg.de
Bocca.in tractat.vti poſſid.cap.12. numero 17. Ruin.
conſilio ſecundo,numero 5.in fin.libro 5.Cephal.con
ſilio 75.num.t4.& ſequent.libro 1. Burſa.conſil.3t t.
num.70.libro 3.Anibal Marlian.in ſubſcript.ad con-
ſil. Vulpell.t29.numero 20. Burſat.conſil.279.nume.
3.libro 3.

19 Præmitto etiam † quod regulariter dolus non præ
ſumitur,ſed à fiſco,qui illum allegat,clare probari de
bet, l.dolum,vbi Bart.Bal.& ceteri omnes, C.de dolo
mal.l.quoties,§.dolo,ff.de prob.Bar.& alij communi
ter in l.quoties,§.1.ff.de hæred.inſtit. Cuma.conſ.135.
Hieron.Gabr.conſ.169.nu.17.lib.1.Crau.conſ.8.nu.1.
20 lib.t. † quod maxime admittitur in pęnalibus. Burſ.
conſ.94.num.9.libro t.quando in delinquente dolus
exigitur,vt poſt Marſ.& Dec.communem dixit idem
21 Burſat.d conſi.279.nu.3. † & licet in his,quæ ſunt de
genere probibitorum ceſſet præſumptio excluſiua do
li, de qua in d.l.dolum, & in delictis in dubio dolus
præſumatur, l.1.C.ad leg.Corn.de Sicar.l.ſi non con-
uicij, C.de iniur.cap.1.de præſump.Soc.de reg.& fal-
lent.reg.t30.in verb.dolus. Tiraq.in tract.de pę.cau.
10.num.6.Corn.conſi.205.num.3.lib.2.Vulpell.con-
22 ſil.126.num.21.& conſi.127.nu.9. † præſumptio illa
doli admittitur in dubio, vt dicitur in d.l.1.C.ad leg.
Iul.de ſicar.& declarant Bart.in l.dolum,nume.3. C.
de dol.Ang.in l.plagij,num.1.verſi.Aut dubitatur,C.
ad leg. Flau.de plag. Cepol.conſil. crimin.24.colu.3.
verſ. Aut dubitatur. Sed quando allegatur aliqua cã,
ex qua quis motus fuit, tũc doli præſumptio remoue-
23 tur, † cum quælibet cauſa etiam iniuſta à dolo excu-
ſare ſoleat, l.igitur,ver.Poteſt,ff.de lib cauſ.Bald.in l.
1.num.2.C.vbi de crim. agi oport. Gram.deciſ.5.nu.
26.& ſecundum aliquos etiam leuis, & beſtialis cau-
ſa dolum excludit.Cran.conſ.6.nume.89.lib.1.conſil.
319.num.14.lib.2.Pariſ.conſi.15t.num.29. lib.4.Me-
noch.de recuper.poſſeſſ.remed.5.numero 49 late Ti-
24 raque.in tract.de pęn.cauſ.43.† & quod quælibet cau
ſa etiam iniuſta à dolo & conſequenter à delicto & e-
ius pęna excuſet,probant Gloſ.magna in fin.in l.vni.
§.fin.ff.ſi quia ius dic. non obtemper. Gloſ.in l.plagij
criminis,& ibi Ang.C.ad leg.Flau.de plag. Bald.in l.
liberi,C.de fideicom.libert.Ang.in l.1.in fin.princip.
ff.de eo per quem fact.erit.Alcia.conſi.6. num.t7. to.
2.lib.7.Iaſ.conſi.46.num.21. lib.3. Soc.ſen.conſil.t31.
colum.4.verſi.Amplius,lib.t. Iul.Clar.in pract.crim.
§.fin.q.60.verſi.& generaliter,vbi de communi teſta-
tur. Crauet.conſil.18. numer.9.lib.1. Dec.conſil.565.
num.

Digitized by Google

num.7.Alex.conſil.75.col.3.num.10.verſic. & non eſt
dubium.lib.5.Gramma.vot.10.num.22. Marſil.con-
ſilio 51.num.28.Bertazol.conſil.crim.38.nume.10. &
ſeq.lib.1.Cephal.conſil.242.num.3.& ſeq.libro 2.Me
noch.conſil.381.num.47.lib.4.Burſat.qui de commu-
ni teſtatur conſi.152.num.32.libr.2.& ſi cauſa iniuſta
25 doli præſumptionem remouet, † multo magis dolus
excludi debet,quando aliqua iuſta & rationabilis cã
ad excluſionem doli allegatur.Iaſ.conſil.137.num 6.
verſi.Tertia cauſa,libr.1. Rim.iun.conſi.382.nu.120.
libro quarto, & eſt de intentione omnium in dictis
26 locis † & cauſa,quæ allegatur ad excluſionem doli,&
euitationem pęnæ, operatur etiam ſi illa plene non
probaretur, ſed ſemiplene tantum, vt de iuſta cauſa
dixit Alexand.conſil.115.nume.15.libro 4.& ſequitur
Curt iun.conſi.34.num.8.lib.1.& de cauſa iniuſta con
cludunt Crauet.conſil.254 num.5.libro ſecundo,con
ſil.386. numero 20.libro 3. Ioann.de Amicis conſilio
85.numero 9.Bertazol.conſil.crimin.11. numer.21. &
conſilio 38.numero 11.libr.1. Franc.Becc.conſilio 78.
numero 29.Ioan.Baptiſt.de Plot.inter crimin.diuer.
tom.1.conſil.131.nume.14. Burſ.d.conſi.152.numero
32.libro 2.

27 Nec prædictis obſtat,dum in dubijs dicitur,† quod
quando quis facit ea,quæ ſunt etiam iure naturæ pro
hibita,cauſa iniuſta non excuſat, vt poſt Cepoll.con-
ſil.crimin.24.Ludou.Gomeſ.in reg.de impetr.beneſi.
viuent.q.3.dixit Vulpel.conſil.36. nume.10. & conſil.
88.num.5.& conſil.101. nume.8. & confirmant Iaſ.in
l.ait prætor,§.iurari,num.16.verſicul. Caue tamen,ff.
de iureiur.& in l.vnica,§.hoc iudicium,nu.24. in fi.ff.
de in ius vocand. Anto.Gabriel.in ſuis concluſ. in ti-
tu.de crim.concl.8.num.73.& ſequen.Ceph.conſ.35.
28 num.25.& ſeq.libr.1. equidem reſpondetur † cauſam
iniuſtam excludere dolum, & à pęna excuſare etiam
in his, quæ ſunt de genere prohibitorum, ſecundum
Bart.in l.falſus,§.qui alienum,num.3. ff. de furt.Ang.
in l.2.§.hac actione,nu.1.ff.de vi bonor.rapt. Vinc.Pa
ſcor.inter conſilia Alexand. conſ.127.nume.10.& ſeq.
lib.4.Gramma.vot.19.num.16.& ſeq.Curt.iun.conſil.
34.num 8.lib.1.Burſ.conſ.279.nume.10.lib.3. Franc.
Becci.conſ.4.num.16.late Boſſ.in tit.de decre.Medio
lan.numero 19.verſi.Concluſio eſt igitur. & Menoch.
de recuper.poſſeſ.remed.5.quæſt.14.num.48. & ſeqq.
Ex quibus patet non eſſe tutam contrariam opinio-
nem,quandoquidem illi, qui contrariam opinionem
tuentur,mouentur auctoritate Ang.in l. plagij, num.
2.C.ad leg.Flau. de plagiar. qui dixit facientem actũ
illicitum etiam iure naturæ, nunquam excuſari nedũ
propter temeritatem,imo nec propter malitiam,ru-
ſticitatem,ſexum,aut ætatem, ſed bene excuſari pro-
pter cauſam iuſtam,quæ Angeli & ſequacium opinio
non eſt tuta, repugnatque communi Doctorum ſen-
29 tentiæ,† dum affirmãt iniuſtam cauſam excuſare ab
homicidio, periurio,& falſo, quæ tamen iure naturæ
prohibita ſunt,vt animaduertit Menoc. in d. remed.
5.num.48.& ſeqq.vbi nu.58.contra Angelum de com
muni teſtatur.& dum Ang.& Cepol.exemplificant in
homicidio,furto,violẽtia,& falſo, à quibus iniuſtum
errorem excuſare negant,apparet eorum opinionem
non eſſe veram,& vltra adducta per Menoch.in dicto
30 loco,† quod quęlibet cauſa etiã iniuſta excuſet à vio-
lentia,probant Soc.ſen.conſil.131.numer.10.libro pri-
mo.Dec.conſil.565. in fin. Crau.conſil.18.numero 9.
31 & ſequent.libr.1.† idem in furto dixit Bart.in l.inter
omnes,§.recte,ff.de furt.quem refert & ſequitur Boſ-
ſi.in d.tit.de decret.Mediolan.num.19.verſic.Conclu
32 ſio eſt.† & in crimine falſi idem poſt Bal.in l.2.§.quod
obſeruari. in 3.not. C. de iuram.calum. Marſil.in l.1.
§.præterea,nu.13.ff ad leg.Cornel.de Sicar.affirmant
Ceph.conſ.230.nu.14.lib.2.not.Iul.Clar.in pract.cri-
min.§.fi.q.60.ver.& generaliter,in fin. & Meno.conſ.
33 98.nu.34.lib.1.† ſolum quidem eſſet recipienda opi-
nio Angeli & ſequacium,quando cauſa reprobata ſo
lum allegaretur,nec per oſtenſionem coniecturarum
oſtenderetur ex ea delinquentem motum fuiſſe,quia
tunc dolo deliquiſſe præſumeretur ſecundum Ludou.
Gomeſ.& Vulpel.in cõtrarium allegatos, qui in iſtis
terminis loqui videntur, ſed ſi allegaretur cauſa mi-
nus iuſta ſeu leuis, & coniecturæ adducerẽtur ad oſtẽ
dendum ex ea delinquentem motum fuiſſe, tunc ceſ-
ſaret opinio Angeli,& contraria opinio eſſet recipiẽ-
da,vt bene declarat Boſſi.in dicto loco,& eſt de inten
tione Aret.in conſ.80.nu.3.& Gomeſ.in §.ex malefi-
cijs,nu.32.in fi.Inſtit.de actio. à qua declaratione nõ
diſſentit Curt.ſen.in conſ.55.num.12.à Gomeſ.alle-
gatus,poſt Alex.conſ.103.nu.13.ver.& dato quod Co
34 mes.lib.1.† & ad probandum quod quis motus fue-
rit ex aliqua cauſa iuſta ſeu iniuſta ſufficit iuramentũ
delinquentis,concurrentibus aliquibus coniecturis,
vt declarant Angel.in d.l.plagij,num.1.ver. Aut dubi
tatur.Cepol.d.conſi.24.col.3.ver.Sed qualiter proba
ri.Alciat.de præſump.reg.3.præſump.30.nu.7.Anto.
Gabriel.in ſuis concluſio.in tit.de crim.concluſ.8.nu
mero 64.& ſequent.Quatenus vero opinio Angeli &
ſequacium reciperetur,illa tantum procederet, pro-
ut ipſe loquitur, quãdo ad excuſationem allegaretur
temeraria cauſa, quæ eſſet reprobata à iure naturali
aut ciuili notorio & indubitato,vt poſt Angel.in l.ex
conſenſu,§.vltimo,& Imo.ibi.num.37.ff.de appella.
dixit Tiraquel.de pęn.cauſ.43.numer.13. & ſic quan-
do cauſa eſſet notorie iniuſta, & nulla excuſatione di
gna ſecundum Menoch.in d.remed.15.nume.59.Sed
quando cauſa eſſet iuſta,Angelus & omnes admittũt
excuſari facientem actum etiam iure naturæ illicitũ,
& eadem excuſatione dignus eſſet delinquens motus
alia ratione colorata licet leui,quæ tamen nõ eſſet te
meraria & notorie reprobata, vt admittunt Imol. in
dicto §.fin. numero 37. & Doctores ſupra pro noſtra
concluſione allegati,quæ intelligentia non repugnat
opinioni Angeli & ſequacium,recte eorum dicta per
pendendo.

Minus nocet declaratio Cur.iun. in l.ſi quis id qđ,
numer.42.ff.de iuriſd.omn.iud. quem refert Vulpel.
35 in conſil.36.num.10.& conſil.88.num.5.† quod ſcili-
cet regula illa quæ habet quamlibet cauſam etiam in
iuſtam excuſare à dolo,non procedat in delictis, hæc
inquam declaratio Cur.iun.ſimpliciter intellecta fal
36 ſa eſt,† cum vere regula illa procedat etiã in delictis,
& in his quæ ſunt de genere prohibitorũ, vt ſupra de-
monſtraui,& gloſ.in l. plagij criminis,la 2.in verb.iu
ſta,C.ad leg.Flau.de plag.& in l.1.in verb.iuſtis,ff.de
abigeis.loquitur in delictis,prout etiam loquũtur fe
re omnes ſupra allegati,nec Bart. Ang. & Aret. quos
Curt.iun.pro ſua opinione allegat,illam probant,ſo-
lum quidem videtur probari apud dictos Doctores,
37 † quòd licet fatua credulitas,& iniuſta cauſa excuſet
à dolo,tamen illa fatua credulitas vel iniuſta cã non
pręſumitur mouere delinquentem, nec in eo fuiſſe,
ſed potius dolus, niſi per probabiles cõiecturas & ve
hementes ita præſumatur credidiſſe,vt poſt Barto.&
Ang. in dictis locis clare explicat Aret. in d.conſilio
80.num.3.quæ declaratio nullo modo nocet, ſiquidẽ
ſolum allegaretur cauſa iniuſta ac fatua credulitas,
nec præſumptionibus oſtenderetur delinquentem ex
ea motum fuiſſe,verum eſſet dolum præſumi in deli-
ctis,& ſic in his quæ ſunt de gñe prohibitorũ, & tunc
cã illa non excuſaret,nõ q2 ceſſet in delictis regula ꝙ
quæ-

Digitized by Google

quælibet cauſa ēt iniuſta à dolo & pœna excuſationē
præbeat, prout præſupponit Curt. iun. ſed alia rōne,
quia delinquens non præſumitur ex dicta cauſa mo-
tus, ſed qñ coniecturis oſtenderetur delinquentē ex
allegata cauſa motum eſſe, tunc cauſa illa, quamuis
iniuſta ſufficeret, quod Aretinus concedit, & admit-
tunt Boſſ. & alij, quos ſupra adduxi, & in caſu iſto o-
pinio Curt. iunior. nullo modo recipienda eſt.
38 Neque reſiſtit aliud obiectum, † quod ſcilicet in-
iuſta cauſa nō excuſet à pęna legali, vel ſtatutaria, ſe-
cundum Alex. in l. iuſte poſſidet, nu. 32. vbi Iaſ. nu. 32.
& ſeq. ff. de acqui. poſſ. Archid. & Ioan. And. in cap. 1.
de elect. in 6. Bald. in Authen. generali, colum. 3. C. de
epiſcop. & cler. Anton. Gabr. in tit. de crim. conclu. 8.
nu. 78. Alexand. conſ. 119. lib. 2. Socin. iun. conſ. 18. nu
me. 32. & ſeq. lib. 2. & alios quos refert, & ſequitur
Achil. Perſonal. in tract. de adipiſcen. poſſ. nu. 277. &
302. Quoniam præterquā quod ab opinione iſta diſ-
ſentit Gomeſ. in §. ex maleficijs, nu. 30. Inſti. de actio.
& Gomeſ. opinio comprobatur per Iaſ. in conſ. 134.
nu. 31. lib. 4. de ratione quia mitius agitur cum lege
39 quam cum homine, l. Celſus, ff. de arbitr. † nihilomi-
nus retenta prima opinione reſpondetur illam locū
habere, quando lex vel ſtatutum imponit pęnam pe-
cuniariam tantū, prout clare loquitur Achil. Perſo-
nal. d. nu. 277. & declarat Alex. in d. l. iuſte poſſidet,
nu. 32. ſed quando pro delicto imponitur pęna corpo
ralis ex qualibet cauſa etiam iniuſta, dolus excludi-
tur, & delinquens à pęna excuſatur. Alex. in d. l. iuſte
poſſidet, num. 32. Cepol. conſil. 8. col. fin. verſ. Quinta
ratio. Cephal. conſi. 242. nu. 5. lib. 2. & admittunt fere
omnes, quos ſupra adduxi, dum cōcludunt cauſam
etiam iniuſtam excuſare à pęna etiam in delictis, &
in his quę ſunt de genere prohibitorū, cū in omnibus
illis caſibus à lege vel ſtatuto pro delicto pęna im-
ponatur, & in omnibus illis de pęna legali vel ſtatu-
40 taria tractetur. † Præterea quando agitur de pęna pe
cuniaria, ita demum opinio Alex. & aliorum proce-
dit, quando lex vel ſtatutum non exigit dolum, ſed ſi
dolum exigeret, etiam cauſa iniuſta excuſaret à pę-
na legali vel ſtatutaria, vt declarant Pract. Papien. de
form. libel. pro turbat. poſſ. in verb. & in ea nititur.
Virg. de Boccat. in tract. Vti poſſidetis. cap. 12. nu. 18.
Ant. Gabr. d. tit. de crim. concluſ. 8. nu. 79.

Vlterius præmitto fuiſſe tractatum matrimonium
inter Dominam I, & quendam Marcum Antonium
abſque conſenſu & ſcitu Domini N, fratris, & quia
(vt præſupponitur) maxima adeſt inæqualitas inter
Dominam I, & Marcum Antonium, et ex huiuſmodi
matrimonio valde læderetur honor et dignitas ip-
ſius, ac ſuæ nobiliſſimæ familiæ. Ideo præfatus Domi
nus N, ne ſoror ſeduceretur ad contrahendum ma-
trimonium, eam ſequeſtrare fecit in monaſterio mo
nialium, cum præcepto ne accederet ad Crates, et
quia dictus Dominus N, audiuit Hieronymum fra-
trem dicti Marci Antonij ad eā acceſſiſſe, litteras por
taſſe, ac alias ab eadem recepiſſe, eidem Hieronymo
litteras abſtulit, quod bona fide et abſque dolo fe-
ciſſe apparet.

Primo, quia Dominus N, ſequeſtrare fecerat Do-
minam I, in monaſterio, ne Marcus Antonius ſeu a-
lij eius attinentes cum ipſa alloquerentur, eamque
ſeducerent, et Hieronymus de mandato dicti Marci
Antonij ſecreto ad eam acceſſit, litteras afferendo,
quęrens iſto modo decipere Dominum N, ac fratres,
dum Dominus N, litteras eripuit, dolo caruit, quia
41 dolum † non committit, qui fraudem ſibi factam vel
faciendam excludere tentat, l. cum pater, §. Titio, ff.
de leg. 2. Alciat. conſ. 6. nu. 16. tom. 2. lib. 7.

Secundum quoniā Marcus Antonius & frater ten
tabant ſeducere Dominam I, ad contrahendum ma
trimonium in graue detrimentum honoris totius fa
miliæ, & ipſe Hieronymus de mandato Marci Anto-
nij in contemptū ſuperioris ad ipſam cum litteris ac
ceſſit, Dominus N, qui litteras, quas Hieronymus
portabat eripuit, excuſatur à dolo, cum id fecerit pro
42 conſeruatione ſui honoris, † cum enim cauſa hono-
ris & cauſa vitæ æquiparentur, l. iuſta cauſa, ff. de ma-
numiſ. vindict. Iaſ. in l. vt vim, col. fi. verſ. Vltra Doct.
ff. de iuſt. & iur. Iul. Scarlat. inter crim. diuerſ. tom. 1.
43 conſi. 120. nu. 4. Burſat. conſil. 311. nu. 84. lib. 3. † & pe
riculum infamiæ mortis periculo æquiparandum ſit.
Alex. in l. victum, nu. 2. & in l. ſæpe, nu. 10. ff. de re iud.
cum aliis allegatis per Ceph. conſi. 39. num. 42. lib. 1.
Iul. Clar. qui de communi teſtatur in §. homicidium,
44 ver. Idemque & multo magis, † & vnicuique licitū ſit
honorem ſuum etiam armis defendere, ac ſi propriā
vitam defenderet. Bart. in l. vt vim, in fin. ff. de iuſt. &
iur. & ibi ceteri notant. Bero. conſ. 161. nu. 4. lib. 3. &
communem dicit Iul. Clar. in allegato loco, ſi Domi-
nus N, litteras retinuit, vt eas oſtenderet iudici cau-
ſæ, & detegeret fraudem partis aduerſæ, ad hoc vt ip-
45 ſe iudex matrimonium prohiberet, † non fuit in ali-
quo dolo, poſtquam omnia fecit pro conſeruatione
ſui honoris, quia potius dicitur in dolo, qui honorem
ſuum contemnit, Cin. in l. 1. C. Vnde vi. Bald. in cap. 1.
§. ſi quis hominem, de pac. tenen. Bero. conſ. 161. nu. 3.
46 lib. 3. † & facit quod dicitur ceſſare dolum in eo, qui
agit, vt ſibi & rebus ſuis conſulat, itaque ſua conſer-
uet, l. 3. §. quod ait prætor, ff. de incend. ruin. & nau-
frag. Crauet. conſ. 8. num. 15. lib. 1. conſ. 319. num. 6. in
fin. lib. 2. Menoch. conſ. 107. num. 9. lib. 2. Rol. à Vall.
conſ. 57. num. 52. lib. 1.

Tertio Dominus N, omnia fecit ita commotus,
cum perciperet ſe ac ſuperiorem contemni à Marco
Antonio & fratre, ex quo Hieronymus auſus fuit cō-
tra mentem iudicis, ac expreſſam voluntatem fratrū
Dominæ I, ad dictū monaſterium accedere ad loquē-
47 dum cum dicta Domina I, & quādo, † quis colore ira
cundiæ aliquid facit, excuſatur à dolo, nec incurrit
pęnam, quæ imponitur delinquenti ſcienter ac dolo
ſe, c. notandum, vbi glo. cap. ſi quis iratus. 2. q. 3. l. 2. C.
de aboli. late Bero. conſ. 189. num. 2. & ſeqq. lib. 3.

Quarto conſtat Dominum N, ſtatim litteras præ
ſentaſſe Reuerendo Domino Vicario iudici cauſæ, &
ſic litteras eripuiſſe eo tantum aīo, vt illas iudici præ
ſentaret, quod obſeruantia ſubſecuta demonſtrat, ex
48 qua † detegitur talem fuiſſe animū Domini N, quan-
do litteras eripuit, l. ſed & Iulianus, §. proinde, ff. ad
Maced. l. ſi ſeruus plurium, §. fin. ff. de leg. 1. Bart. in l.
cetera, §. ſed & ſi parauerit, ff. de leg. 1. cum aliis con-
geſtis per Crauet. conſ. 101. num. 3. lib. 1. & per Franc.
Becc. conſ. 101. num. 49. & latius per Ioſeph Ludou.
in ſuis concluſ. commun. conclu. 38. per totam. Vnde
non poteſt ſibi dolus imputari, cum litteras non eri-
puerit animo illas retinendi, ſed præſentandi iudici,
49 prout fecit, vt in ſimili dicitur † excuſari eum, ac dolo
carere, qui rem alienam eripuit, vt domino reſtituat,
vt per l. 3. §. non tantum, verſic. Sed enim, ff. de incend.
ruin. & naufrag. dixit Crauet. conſ. 319. num. 2. lib. 2.
50 † Nec furtum committere, qui rē accepit redditurus,
ſecundū Bar. in l. falſus, §. qui alienum, nu. 4. ff. de falſ.
& facit tex. in l capite quinto, ff. ad leg. Iuliā, de adul.
51 ſicut enim ibi † excuſatur à priuato carcere ille, qui
aliū retinuit, vt oſtenderetur, & præſentaretur iudi-
ci, qui aliàs retineri nō potuiſſet, ita in caſu de quo a-
gitur à delicto excuſatur Dominus N, qui litteras ab
ſtulit, vt eas iudici cauſæ præſentaret, licet aliàs non
excu-

eacuſaretur, & huic rationi aſtipulatur, quod dicitur
52 licere, † per vim auferre rem à fure, dum eſt in fuga,
nec eo caſu locum eſſe diſpoſitioni l. ſi quis in tãtam,
C. vnd. vi, vt ibi dixit glo. & declarant. Bart. num. 53.
Bald col. 4. verſic. Quarta quæſtio. Salic. col. 5. verſicu.
Septimo quæro. Ripa in c. ſæpe, num. 80. de reſtit. ſpo-
53 liat. dummodo † incontinenti auferatur, ſecus ſi ex in
teruallo, quia tunc contra auferentem etiam à fure lo
cus eſt conſtitutioni d. l. ſi quis in tantam, vt declarat
Menoch. de recuper. poſſeſſ. reme. 9. num. 189. & 190.
54 & tamen † ſi dominus ex interuallo rem à fure abla-
tam recuperauit, & iudici ſtatim conſignauit, euadit
pœnam, nec eſt dictæ conſtitutioni locus, l. qui vaſ. in
prin. ſecundum intellectum, ff. de furt. Salicet. in d. l. ſi
quis in tantam, col. 4. Ripa in d. c. ſæpe, num. 80. in fin.
Menoch. in d. remed. 9. num. 193. Accedit Quinto
nonnullos teſtes probare Dominum N, occaſione
prædictorum eſſe excuſatione dignum, & quod quili-
bet idem feciſſet, credens eſſe permiſſum, quæ ſane
55 probatio doli præſumptionẽ excludit, † quãdo enim
actus reputatur licitus, licet in veritate ſit illicitus,
doli præſumptio remouetur. Bart. in l. ſit fugitiuus, §.
apud Labeonem, ff. de ædil. edic. Pariſ. conſ. 52. nu. 34.
56 libro quarto. † & ad euitationem delicti & pœnæ ſuf-
ficit opinio, quod quis putauerit factum, quod quis
aggrediebatur non eſſe delictum, l. item apud Labeo
nem, §. ſi quis virgines, ff. de iniur. Bart. in l. diuus, nu.
2. ff. ad leg. Cornel. de Sicar. Hieron. Gabr. conſ. 167.
num. 8. lib. 5.

Sexto bona fides Domini N, oſtenditur conſiderã-
do, quod litteras eripuit de die in loco publico ante
57 portam Ciuitatis, & ſicut † bona fides præſumitur, io
eis, qui de die palam per viam rectam tranſuexerunt
frumentum contra formam bannimentorum ſeu ſta-
tutorum, ſecundum Alex. in conſ. 86. num. 8. lib. 4. &
Franc. Becc. conſ. 96. num. 12. ita dicendum eſt in ca-
ſu noſtro, ſi enim Dominus N, in dolo fuiſſet, ab alio,
qui non eſſet notus Hieronymo, & in loco diſtanti à
Ciuitate, litteras auferre feciſſet, ita vt id nullo mo-
do probari poſſet, quod ſibi facillimum fuiſſet, vt te-
ſtes probant, quod cum nõ fecerit, ſed palam, ſtatim-
que factu propalauit iudici, cui litteras præſentauit,
omnis præſumptio doli excluditur, & bona fides pro
58 batur. Cum † non dolus, ſed bona fides in his, quæ pa
lam fiunt, præſumatur, l. fin. ff. de ritu nupt. l. non exi-
ſtimo, ff. de admin. tut. cap. fin. de clandeſtin. deſponſ.
Abb. conſ. 68. num. 4. libro 1. Pariſ. conſ. 171. num. 16.
lib. 4. Crau. conſ. 697. num. 12. lib. 4. Bertaz. conſ. crim.
35. num. 17. lib. 1. Cephal. conſ. 230. num. 13. lib. 2. Me-
noch. conſ. 98. num. 35. libro 1. & de arbitr. iud. quæſt.
lib. 2. cent. 3. caſu 544.

Septimo probatur Dominum N, fuiſſe & eſſe virũ
59 nobilem, optimæque opinionis, vitæ, & famæ, † & pro
viro nobili valde præſumitur, glo. in cap. illud 3. di-
ſtinct. Ang. in l. ſi à bonæ fidei, ff. de rei vend. Gerard. à
Petr. Sancta ſing 30. Rim. iun. conſ. 18. num. 34. lib. 1.
& ſtante nobilitate ac bona fama omnis delicti ac cri
minis ſuſpicio remouetur. Bald in l. 2. C. de falſ. Cu-
man. conſil. 135. in fin. Crauet. conſil. 65. num. 12. &
conſil. 99. in fin. lib. 1. Socin. iun. conſ. 45. num. 15. lib.
3. Cepol. conſil. crimin. 21. col. 11. verſic. Quinta con-
iectura. Hieronym. Gabriel. conſil. 169. numero 8. &
17. libro 1. cum alijs allegatis per Burſat. conſil. 311.
num. 60. libro 3. Apparet igitur ex prædictis Domi-
num N, non fuiſſe in aliquo dolo, ſed bona fide om-
nia feciſſe, credens ſibi licere ex cauſis prędictis litte-
ras auferre, & ſi res eſſet dubia, idem in dubio fateri
60 oporteret, † nam quando aliquis poteſt moueri ex
cauſa doloſa, & non doloſa, præſumitur ex cauſa
non doloſa motus. Abb. conſ. 68. num. 3. libro primo.
Rolan. à Vall. conſil. 42. num. 16. lib. 3. Bertazol. conſ.
crimin. 37. numero tertio. & ſequen. libro primo. &
quia hęc interpretatio fauorabilis eſt, cum tendat ad
abſoluendum, contraria vero ad condemnandum, &
in dubio, pronunciari debet contra fiſcum, l. non du-
61 bium, ff. de iur. fiſci, † hæc interpretatio capienda eſt.
Crau. conſil. 8. in fin. libro 1. Rimin. iun. conſil. 145. nu.
16. & ſeq. libro 2.

Iſtis ſic præmiſſis deueniendo ad reſolutionem du
biorum dicitur Dominũ N, non teneri pœna leg. Iu-
62 liæ. de vi publ. quoniam † lege illa punitur violentia
illata cũ armis, ſed pro illata ſine armis, leg. Iuliæ, de
vi priuat. locus eſt, l. 1. & toto tit. ff. ad leg. Iul. de vi pu
blic. §. ſed ex conſtitutionibus, Inſtit. de inter. §. item
63 lex Iulia. Inſtitut. de publi. iudi. † & licet Iacob. Cuia-
ci. quem refert & ſequitur Menoch. de arbitr. iudic. q.
lib. 2. cent. 4. caſu 394. numero octauo, eius fuerit ſen-
tẽtiæ, quod leg. Iulia, de vi publ. teneatur ille, qui vim
fecit conuocatis hominibus etiam ſine armis, verior
tamen videtur contraria opinio, quando à priuato
violentia infertur, quæ probatur in dictis iuribus, &
eam amplectuntur non ſolum Franc. Duaren. Paul.
Manut. & Hottoman. relati à Menoch. in d. caſu 394.
num. 5. ſed etiam Valent. Foſter. in hiſtoria iuris ci-
uilis, libro 1. in 7. mutatione reipublicæ, ver. Sexto tu-
lit legem de vi. Ioann. Vlricus Zaſius in catalogo le-
gum antiq. in titu. de lege Iulia. de vi. in princ. Ioan.
Franc. de Pauinis in tract. de viſitat. io 10. q. 2. parte
num. 20. & ſequen. Alber. in l. legis Iuliæ, in princ. ff.
ad leg. Iul. de vi priuat. Virgil. de Boccar. in tract. vti
poſſidetis. cap. 12. numero 16. Gomeſ de delict. libro
3. cap. 4. de violent. Iul. Clar. in practit. crimin. §. fin.
q 83. verſicul. Vim publicam; Cioffus conſil. 105. nu-
mero 4. libro ſecundo. Sed Dominus N, vim aliquam
cum armis nõ intulit, quia vere neque ipſe neque fa-
mulus arma habebant, vt elicitur ex depoſitionib. te-
ſtium fiſci, & Hieronymo aliter dicẽti non eſt creden
64 dum, Tum quia ipſe querelam porrexit, † & iura ab-
horrent, quod quis in cauſa propria ſit accuſator &
teſtis, glo. in l. is qui in iudicio, de accuſar. l. diui, ff. de
accuſat Specul. in tit. de teſte, verſic. Quod ipſe. Gan-
din. in tract. de malefic. in rubr. qui accuſ. poſſ. Mar-
ſil. conſil. 33. numero 3. & ſequen. Maſcar. de probat.
libro 1 concluſ. 26. in princ. qui num. 5 & 3. ampliat
65 † dictam concluſionem procedere in eo, qui accuſa-
tionem porrexit, & in conſanguineis, familiaribus,
& alijs de domo accuſatoris, quia & illi à teſtimonio
repelluntur; & licet ipſe eamdem concluſionem li-
mitet quatuor modis, nulla ex illis limitationib. no-
66 cet. Tum etiam quia eſt inimicus Domini N, † quæ
inimicitia detegitur ex ſpontanea depoſitione in
cauſa criminali ad offenſam, ſecundum Marſil. conſ.
12. num. 10. conſil. 29. num. 52. conſil. 31. num. 18. et
ſeq. et ex cauſa præcedente occaſione tractatus ma-
trimonij cum Domina I, contra voluntatem Domi-
67 ni N, et † ad repellendum teſtes etiam præſumpta
inimicitia ſufficit. Grammat. conſil. 58. num. 8. et 9.
Marſil. in dictis conſilijs. Menoch. de arbitr. iud. quæ-
68 ſtio. lib. 1. q. 58. nu. 6. et ſeq. † et inimicus à teſtimonio
repellitur, cap. repellatur, c. cum P. et c. cũ oporteat,
de accuſat. Auth. teſtis, vbi omnes, C. de teſtib. Crau.
conſ. 9. num. 6. libro 1. Marſil. ſingu. 178. Couar. pract.
quæſt. 18. nu. 3. et Menoch. d. quæſt. 58. et ſi admittere-
mus opinionem illam, quod vis publica inferatur,
etiam ſine armis, iuxta opinionem Iacob. Cuiacij, et
Menoch. eſſe tamen neceſſarium vim fuiſſe illatam
69 conuocatis hominibus, vt ipſi dicunt, et quia † coa-
ctio ſeu collectio hominum ita demum fit, quando
ad

ad hoc ex propoſito ſunt vocati, vt poſt Alber. in tra-
ctat. de ſtat. par. s. q. 3 s. nume. 10. dixit Menoch. in d.
caſu 394. nu. 101. non poteſt dici, quod Dominus N.
ad hunc effectum ex propoſito homines collegerit
dum vocauerit famulum tantum, qui continue con-
70 ſueuerat cum eo accedere per Ciuitatē, † vnde quia
ad hunc effectum homines non conuocauit, neque lo
cus eſt pęnæ leg. Iuliæ. de vi priu. in quam incidit, qui
conuocatis hominibus ſine armis vim facit, l. ſi quis
aliquem, ff. ad leg. Iul. de vi priua. Menoch. in d. ca-
71 ſu 394. nu. 7. 100. & ſeq. Sed quando † aliquis vim in-
fert alieni, auferendo ſibi aliquam rem mobilē, vel
immobilē propria auctoritate, locus eſt diſpoſitioni
l. ſi quis in tantā, C. vnde vi. quæ loquitur de inuaſio-
ne etiam alienatum rerum, & per eam nulla imponi
tur pęna applicanda fiſco, & ita declarat Gomeſ. in
d. c. 4. verſic. Aliquando & tertio, licet etiam à pœna
d. l. ſi quis in tantam. excuſetur, qui caret dolo ratio
nibus ſupra adductis, quia et illa lex dolum requirit,
gl. magna in d. l. ſi quis in tantam. Rom. conſ. 150. ver.
ſecundo, Ioan. Faber in §. ſed nedum, Inſtit. vi bono.
rapt. Pręterea dubitationi reſpondetur, quod quam-
uis caſus iſte comprehēſus eſſet in aliquo capite leg.
Iul. de vi publ. ſeu priuat. ab eius pęna excuſaretur.
Dominus N, qui ex cauſis ſupra adductis habuit in-
ſtā cauſam credendi ſibi licere litteras auferre, maxi
72 me vt iudici conſignaret, † et faciens id quod credit ſi
bi licere, non delinquit, licet factū ſit illicitum. Rom.
conſil. 150. Alex. conſil. 135. nume. 3. verſicu. Secunda
ratio, lib. 1. nec in aliquo punitur, Bald. conſil. 543. in
fi. lib. 4. Crauet. conſil. 8. num. 31. lib. 1. et quia cauſæ
allegatæ iuſtiſſimæ ſunt, ſine difficultate excuſandus
73 eſt Dominus N, † cum cauſa etiam iniuſta ſit ſuffi-
ciens, vt quis excuſetur à pęna leg. Iul. de vi publ. ſeu
priuat. et poſt Soc. ſen. conſi. 131. nu. 10. lib. 1. & Dec.
conſi. 565. in fi. dixit Crauet. conſi. 18. nu. 9. et ſequen
tibus, lib. 1. et conſequenter omnis pęna ceſſat, præ-
ſertim quia lex Iulia exigit dolum, l. dolo malo, ff. ad
leg. Iul. de vi publ. et quando dolus eſt neceſſarius,
nec ratione culpæ delinquens punitur, vt in primo
præmiſſo demonſtraui.

Neque nocet ſecundum dubium.

74 Primo, † quia Hieronymus deferebat litteras pri-
oatis hominibus, nec cōſtat voluiſſe accedere ad Cu
riam Pontificis pro querela aliqua, quam vellet por-
rigere Pontifici, in quibus terminis loquuntur Affl.
et cereri in contrarium allegati.

Secundo dicitur allegata in contrarium locum ha
bere, quando impeditur aliquis, ne accedat ad Curiā
Pontificis ſeu Regis in derogationem dignitatis, et
iuriſdictionis ipſius, ſecus ſi eo animo id factū non ap
pareat, vt declarat Paris de Put. de Syndicat. in Rub.
de accuſat. Baron. in verb. an baro teneatur, nume. 1.
quod eſt etiam de intentione Barr. in l. omnes popu-
75 li, nu. 14. ff. de iuſt. et iur. † dum concludit eum inci-
dere in crimen læſæ maieſtatis, qui condidit ſtatuta
ſine poteſtate, dūmodo id fecerit dolo malo, ac cau-
ſa occupandæ iuriſdictionis ſuperioris, et Bar. ſequi-
tur Hieronym. Gigas de crim. læſ. maieſt. in Rub. qua
lit. et à quib. crim. læſæ maieſt. committ. quæſt. 55. nu-
me. 2. Sed nullibi conſtat Dominū N, litteras eripuiſ
ſe in derogationem et contemptū iuriſdictionis Pon
tificis. Sed contrariū detegitur, dū litteras Reuerēdo
D. Vicario delegato Apoſtolico, qui vices Pontificia
delegātis gerebat, præſentauit, ideo de crimine læſæ
maieſtatis non eſt quærendum, et ſi appareret Dām
N, eripuiſſe ob litteras particulare intereſſe ac odiū,
quo proſequebatur Hieronymum et fratrē, non pro-
pterea de crimine læſæ maieſtatis quæri poſſet; Ete-
76 nim in fortiori caſu videmus † offendentem conſilia-
rios Imperatoris, vel eius collaterales, incidere in cri
men læſæ maieſtatis, l. quiſquis, in prin. C. ad leg. Iul.
maieſt. Luc. de Penna, in l. nihil, C. de pala. ſacr. larg.
lib. 12. Vel ſi offenderit eius Ambaſciatores. Bald. in
77 c. 1. de offic. de leg. † & tamen hæc procedunt, quando
odio Principis offenduntur, ſecus ſi particulari odio.
Bar. in l. hoſtes, ff. de capt. & poſtli. reuer. Iſer. in c. 1.
§. & bona committentium. in titu. quæ ſint regal. &
alij quos refert & ſequitur Hieron. Gigas in d. rubr.
78 qō. 14. nu. 6. & ſeqq. & in q. 16. nu. 11. † & quia in crimi
ne lęſę maieſtatis expreſſe dolus requiritur, l. 1. ibi,
dolo malo, ff. ad leg. Iul. maieſt. Iſer. in c. 1. §. item ſi fi-
delis, quib. mod. feud. amitt. Hieron. Gigas de crim.
læſ. maieſt. in alle. Rub. q. 67. per totam, ſine dubio de
hoc crimine nō poteſt imputari Dominus N, qui oīa
bona fide fecit, & ex allegatis cauſis ab omni dolo, &
79 conſequenter ab omni pęna excuſatur, nam qñ † lex
exigit dolum, quælibet cauſa etiā iniuſta excuſat nō
ſolum à dolo, ſed etiam ab omni pęna per legem im-
poſita. Bar. in l. 1. §. non autem, num. 3. ff. ſi quis teſta.
lib. eſſe iuſſ. & in l. 1. §. Procula, ff. de abig. Iaſ. in l. iu-
ſte poſſider, nu. 3. ff. de acq. poſſ. Anto. Gabr. in tit. de
crim. conclu. 8. nu. 79. verſ. 8. limit. in fi.

Tertium dubium de falſitate videtur remoueri
poſſe.

Primo, quia Dominus N, nō diſſigillauit, ſeu apuit
litteras clauſas, ſed tantū aperuit chartā, in qua mul
tæ litteræ ſigillatæ incluſæ erant, quod faciendo non
80 commiſit falſum, † quia non dicitur litteras aperire,
qui chartulam ſeu clauſuram, qua litteræ claudūtur,
trahit, ſi aliter litteras nō aperuit, l. ſi quis in graui, §.
ſi quis tabulas. & ibi Bart. ff. ad Sillan. Fel. in c. cum
olim magiſter, nu. 2. verſi. Vlterius, de offi. de leg. ad-
den. ad Abb. in d. cap. cum olim, in littera B. Gondiſ.
de Villa Diego. in tract. de leg. par. 3. quæſt. 1. nume.
4. Clau. Bertaz. in addit. ad conſ. crimin. ad Bart. Ber-
taz. 112. lib. 1 ver. Tertius eſt caſus. Et licet dictus Do
minus N, legerit litteras, quas Hieronymus apertas
81 portabat, ex hoc nō tenetur pęna falſi, † cum Docto-
res allegati in contrarium loquantur de aperiēte, di-
ſigillante, ac legente litteras alienas ea ratione, quia
nemini licet aperire litteras clauſas, vt dixit Inno. in
d. c. cum olim magiſter. per illum tex. nemo tñ loqui-
tur in caſu, in quo quis litteras apertas ſolum legerit,
Nec obſtat tex. in alleg. l. 1. §. is qui depoſita, ff. de falſ.
quia loquitur de aperiēte inſtrumenta apud ſe depo-
ſita, vt aduerſario oſtenderet, ſed Dominus N, ſolum
legit litteras apertas, & ſic caſus eſt valde diuerſus,
vt dixit Imo. in d. c. cum olim magiſter. nu. 6.

82 † Secundo dicitur opinionem illam, quod aperiēs,
& legens alienas litteras teneatur pęna falſi, ſolum
procedere, quando quis litteras aperuit, & mutauit,
ſeu ſigillum adulterauit ſecus ſi tantum aperuit, &
legit, quia minus peccat, qui aperit & legit, quam qui
aliquid mutat, vt not. dixit Innocen. in d. cap. cum o-
lim magiſter. quem ibi ſequuntur Petr. & Abb. num.
4. vbi dicit, quod cum Innoc. tranſeunt communiter
Doctor. & Imol. num. 6. eamdem opinionem ſequitur
Claud. Bertaz. in addit. verſic. Primus, qui alia bona
ratione comprobat. Et licet Auguſt. Arimin. in addit.
ad Ang. de malef. in verb. falſario. num. 10. quem re-
fert Iul. Clar. in contrarium allegatus, obiter dixerit
opinionem contrariam eſſe communem, ex prædi-
ctis apparet hanc eſſe magis communem, & etiam ip
ſe Aug. Arim. à cōtraria opinione recedit, aſſerēs opi-
nionem illā ſibi falſam videri, & ex ſola apertura ac
lectura litterarum aperientē litteras, quāuis eſſet ad
uerſarius, nō puniri pęna falſi, ſed pęna extraordina-
ria

Digitized by Google

ria tantum. Et quia tex. in d.c.cum olim magiſter.lo-
quitur de aduerſario diſsigillante & legente litteras,
non debet attendi quod in contrarium dixit Barbat.
ex aduerſo allegatus, præſertim quia etiam Doctores pro hac opinione allegati in iſtis terminis lo-
quuntur.
83 † Tertio reſpondetur Dominum N, legiſſe litteras
apertas, quæ non erant Marci Antonij ſui aduerſarij,
& ſic locum non habere pœnam falſi, etiam ſi litteras
diſſigilaſſet, cum contraria procedant, quādo diſſigil-
lantur, & legūtur litteræ aduerſarij ab alio aduerſa-
rio, vel aperiūtur, vt oſtendātur aduerſario, & in iſtis
terminis procedit doctrina Bar. cuius auctoritate a-
lij mouentur in l. qui teſtamentū, ff. ad leg. Cor. de ſal.
& Barb. in d.c.cum olim magiſter, nu. 16. & declarat
Claud. Bertaz. in addit. ad conſ. Bart. Bertaz. 115. ver.
Secundus eſt caſus. li. 1. Sed quando quis non aperuit
& legit litteras ſui aduerſarij, ceſſat pęna falſi, & ex-
traordinaria tantum pœna imponitur, vt declarant
Bar. in l. qui teſtamentum, ff. ad leg. Cor. de falſ. Ang.
de Aret. de malef. in verb. falſario, num. 8.
Quarto tollitur omnis difficultas, conſiderando
quod Dominus N, non fuit in aliquo dolo, ſed bona
fide omnia fecit, & litteras abſtulit, vt illas oſtēderet
iudici cauſæ ad effectum prædictum, & potuit etiam
credere, ſibi licere litteras apertas legere abſque fal-
84 ſitate, merito de falſo non tenetur, quia falſitas † ſine
dolo non committitur, l. nec exemplum, vbi Bart. Sal.
& alij, C. ad leg. Corn. de falſ. l. quid ſit falſum, vbi
Bart. ff. eodem titu. Boſſ. in titu. de defenſ. reor. num.
69. Ruin. conſ. 17. numero 10. libro 4. Pariſ. conſil. 151.
num. 27. & 28. libro 4. & communiter Doctor. admit-
tunt, vt teſtantur Iul. Clar. in §. falſum, verſic. Excuſa-
tur autem. Menoch. conſ. 98. num. 51. & ſeqq. libro 1.
Bonacoſ. in ſuis comm. opin. crimin. in verb. falſi pœ-
na. in fin. & Emanuel Soarez. recept. ſeotent. in verb.
falſi crimen, num. 19. Burſat. conſil. 112. num. 14. li-
85 bro 1. † Nec ſufficeret de dolo præſumpto conſtare,
quia verus dolus iuſtificari debet, vt pęna falſi locum
habeat, l. diuus Claud. vbi Bart. ff. de falſ. Din. in cap.
ignorantia, ff. de regu. iur. 106. cum alijs allegatis per
Rimin. iun. conſ. 145. num. 21. libro 2. & latius per Bur
ſat. qui de communi teſtatur conſil. 311. num. 69. li-
86 bro 3. Cum igitur Dominus N, nō fuerit in dolo, † ab
omni pœna redditur tutus, quia ceſſante dolo non
ſolum ceſſat pœna ordinaria, leg. Cor. de falſ. ſed etiā
alia extraordinaria ſtellionatus, quis pro falſo ca-
renti dolo nec pœna extraordinaria imponitur. Cor.
conſ. 185. num. 5. libro 4. Cepol. conſ. crimin. 51. num.
24. & ſeqq. Socin. iun. conſil. 39. num. 85. lib. 2. Franc.
Becc. conſ. 78. num. 15. & ſeqq. vbi dicit ita omnes te-
nere, & licet aliqui diſſentiant, nihilominus ab opi-
nione Corn. & aliorum vti magis recepta non eſt re-
87 cedendum, præſertim quia eſt etiam verior, † cum
nec crimen ſtellionatus ſine dolo committatur, l. 3. §.
1. ff. de crim. ſtellion. Corn. & Soc. iun. in allegatis lo-
cis. Cur. iun. conſ. 324. nu. 14. lib. 3. Boſſ. in tit. de crim.
88 ſtellio. nu. 1. Minus nocet † decretum Sereniſſimi Do-
mini Ducis, equidem illud loquitur de Graſſatorib.
89 vt dicitur in eius Rubrica, quæ dat † intellectum de-
creto, iuxta not. per Bald. in d.l. fin. num. 3. ff. de hæ-
red. inſtitu. Doctores communiter in l. 1. vbi Alexan.
num. 3. Ripa numero ſexto. & ſequentib. qui alios
allegat, ff. ſi cer. petat. & ſic locum tantum habet con-
tra rubbatores ſtratarum, qui ex inſidijs viatores ſpo
90 liant, † quoniam graſſatores, contra quos emanauit
decretum, dicūtur ſtratarum rubbatores, vt per text.
in cap. nullitate, 23. quæſt. prima, dixit Albe. in l. capi-
talium, §. graſſatores, ff. de pęn. & ſunt prædones, qui
ex inſidijs viatores adoriuntur ac ſpoliant, ſecundū
Hottom. in ſuo cōmentario verborum iuris, in verb.
graſſatores, merito contra Dominum N, virum no-
biliſſimum, ac optimæ vitæ, conditionis & famæ, qui
delinquere nō conſueuit, decretum non procedit ex
91 ſola ablatione litterarum, non ex cauſa lucri, † ſed
ex tot iuſtiſſimis cauſis facta, quinimmo probabili-
ter ſuſtineri poſſet huiuſmodi decretum non habere
locum etiam contra eum, qui ſemel tantum res ali-
quas in via ſurriperet, quia graſſatores, de quibus
loquitur decretum, ſunt illi, qui conſueuerunt aggre-
di viatores, & qui frequenter obſident itinera, & ſæ-
pius huiuſmodi delictum committunt, vt probatur
in dicta l. capitalium, §. graſſatores, & declarat glo.
in eadem lege capitalium, §. famoſos, in verb. graſſati
ſunt, non tamen appellantur graſſatores illi, qui ſe-
mel tantum aliquid in via ſurripuerūt, vt probari vi-
detur in dictis locis, & cōprobatur per tex. in l. 1. ff. de
92 abigeis, per quā † abigeus ideſt qui pecora ex paſcuis
& armētis ſubtrahit ad gladium damnari ſolet, ſi ta-
men ſæpius pecora ſubtraheret, quaſi artem exercen
do, ſecus ſi ſemel tantum ſubtraxit, quia illa abigeus
non appellatur, vt probatur in d.l. 1. §. abigei autem.
& per Bart. in l. fin. ff. eodem tit. per quem text. recte
comprobatur hæc intelligentia, ſicut enim lex quæ lo
quitur de abigeis locum habet contra eū, qui ſæpius
pecora ſubtrahit quaſi artem exercendo, & ex vnica
ſubtractione abigeus nō appellatur, ita decretum fa
ctum contra graſſatores, intelligitur de his, qui con
ſueuerunt itinera infeſtare quaſi artem exercendo,
quia ex vnica ablatione tantum quis graſſator appel
lari non poteſt; & hoc ſit ex abundanti dictum, cum
Dominus N, aliquid quæſtus cauſa non ſurripuerit,
nec aliquem derobauerit, ſed litteras abſtulit ex cau
ſis ſupra allegatis, in quibus terminis puto rem care
re omni difficultate, quod in allegato decreto nul-
lum poſſit fieri fundamentum.
Et ex adductis ſupra ſatis conſtat nō obſtare alia,
quæ ex aduerſo allegantur ad oſtendendum Domi-
num N, nullam habere excuſationis cauſam, fuit e-
nim ſupra demonſtratum fuiſſe tot rationabilib. cau
ſis motum, vt ſine dubio à dolo, & conſequenter à pę
na excuſetur, & licet melius feciſſet adire iudicem,
non propterea puniri debet, quia probabiliter crede
re potuit ſibi licere litteras auferre, & iudici præſen-
tare, quæ credulitas ſufficiens fuit ad exclusionē doli
93 & pęnæ † & quod dicitur in dubijs iuſtā cauſam non
excuſare eū, qui vim intulit, remouetur ex adductis
ſupra, dū oſtendi non ſolum iuſtam ſed iniuſtam cau
ſam excuſare etiam à pęna leg. Iul. de vi publ. & priu.
Et Menoch. in dubijs allegatus non ſolum non con-
tradicit, immo in 5. remed. recuper. poſſ. num. 48. &
ſequentibus. hanc opinionem ſequitur, & nu. 58. de
communi teſtatur. Præterea aduertendum cenſeo,
94 quod † Doctores in contrarium allegati, qui dicunt
nemini licere ſibi ius dicere propria auctoritate, lo-
quuntur quando quis vtitur propria auctoritate ad
proprium commodum, & rem aufert, vt eam pro ſe
retineat, quod non fecit Dominus N, qui litteras ab-
ſtulit, vt illas conſignaret iudici, qui caſus valde dif-
fert, merito de vno ad alium non eſt inferendum, l.
Papinianus exuli, ff. de minor. l. naturaliter, §. nihil
commune, cum ibi not. per Doctores, ff. de acquiren.
poſſeſ. cum ſimil.

Dominus N, præfatus pęna pecuniaria, etſi extraordinaria tantum fuit punitus.

AR-

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

Contra imputatum de ſubornatione teſtis ad deponendum falſum quando procedi poſſit, ſi falſitas non probatur aliter quam per depoſitionem ipſius teſtis.

Teſtis aſſerens falſum depoſuiſſe de mandato alicuius, quando fidem faciat, & numquid teſti corrupto credatur contra corrumpentem.

SVMMARIVM.

1 *Teſti aſſerenti ſuiſſe ab aliquo ſubornatum videtur adhibenda plena fides etiam ad condemnandum.*
Sed contra infra per totum.

2 *Teſtis corruptus facit plenam fidem contra corrumpentem.*
Declaratur.nu 47.cum ſeqq.vſque ad nu.54.

3 *Falſi & ſubornationis crimen eſt difficilis probationis.*

4 *Probationes leuiores ſufficiunt in factis difficilis probationis.*
Intellige.vt nu.55.

5 *Teſtes etiam inhabiles admittuntur, quando veritas aliter haberi non poteſt.*
Declaratur num.56.cum ſeqq.

6 *Teſti aſſerenti depoſuiſſe falſum de mandato alterius magis creditur, quando id pluries confirmauit.*

7 *Præſumptiones & coniecturæ etiam ad condemnationem ſufficiunt.*
Declaratur.num.63.cum ſeq.

8 *Iudex ad torquendum promptior eſſe debet.*

9 *Teſtis aſſerens depoſuiſſe falſum de mãdato alterius facit indicium ad torturam contra nominatum ſaltem de conſuetudine.& num.10.*
Sed contra.nu.69.cum ſeqq.vbi declaratur.

11 *Inimicitia iunctis alijs adminiculis indicium facit ad torturam.*
Intellige vt nu.71.& ſeqq.
Immo in delicto clam commiſſo, de quo alius non imputatur ſola inimicitia facit indicium ad torturam. num.12.

13 *Indicium reſultat contra eum, qui denunciauit delictum, & valde ſolicitat Iudicem, vt illud inquirat, & puniat, de quo ad eum nihil ſpectat.*

14 *Mendacium iunctis alijs adminiculis facit indicium ad torturam.*
Intellige, vt num.76.

15 *Delicti corpus ſi non probatur, non põt contra aliud procedi ad torturã, inquiſitionem, capturam, ſeu alium actum.*
Sed quidquid ſuperædificatur, nullum redditur.nume.16.
Ampliatur procedere etiam in delictis, quorum non remanent veſtigia.nu.17.

18 *Delicti corpus in criminibus, quorum non remanent veſtigia, probatur per coniecturas.*
Intellige quando eſt difficilis probationis, & plene probari non poteſt, aliàs ſecus. nu.19.

20 *Confeſſio extorta non præcedentibus indicijs, nec verificato corpore delicti non ſubſiſtit.*

21 *Teſtis contraria cum iuramento deponens eſt periurus, nec in aliquo ei creditur.*

22 *Teſtis dicens falſum depoſuiſſe probat falſitatem in eius præiudicium.*

23 *Teſtis aſſerẽs falſum depoſuiſſe nõ probat falſitatẽ contra tertiũ, ſed falſitas per alios teſtes probari debet.& n.27.*

24 *Mandans, non poteſt contra alium procedi, ex eo quod mandauerit committi delictum, niſi conſtet de maleficio principalis.*
Amplia etiam in materia falſitatis.nu.25.

27 *Delictum principalis probari debet in proceſſu facienda contra imputatum de mandato ſeu auxilio, nec ſufficit conſtare de delicto per proceſſum factum, ſeu ſententiam latam contra principalem, aut per principalis confeſſionem.*

28 *Periurus in totum repellitur à teſtimonio, nec facit aliquam fidem, etiamſi cum tortura depoſuerit. & numero ſequen.*

29 *Tortura in cauſis criminalibus non purgat defectum periurij, nec teſtibus periuris aliquam fidem tribuit.*

30 *Socius criminis non eſt idoneus teſtis contra eum, quem in ſocium nominat.*

31 *Socius criminis etiam in caſibus in quibus contra ſocium recipitur in teſtem, repellitur, ſi alias patitur exceptiones.*

32 *Puer non eſt teſtis idoneus.*

33 *Vilis perſona non admittitur ad teſtificandum in cauſa criminali.*

34 *Fur repellitur à teſtimonio.*

35 *Minores annis viginti non ſunt idonei teſtes in cauſa criminali.*

36 *Cõpater, ſeu Commater an ſit teſtis idoneus, pro eo quem leuauit de ſacro fonte, & nu.38.*
Poteſt tamen teſtificari pro patre eius, quem leuauit ex ſacro fonte.nu.37.

39 *Famulus qui tempore depoſitionis deſiit eſſe famulus, à teſtimonio non repellitur.*

40 *Teſtes domeſtici recipiuntur ad probandum ea, quæ geſta ſunt domi.*

41 *Famuli familiares in cauſa criminali ad defenſam in teſtes recipiuntur.*

42 *Teſtes conſanguinei, & aliàs minus idonei admittuntur ad probandum innocentiam.*

43 *Teſtis vnicus plene probat defenſionem, & innocentiam.*

44 *Probatio etiam dubia ſufficit ad defenſam in criminalibus.*

45 *Veriſimile quod non eſt, habet imaginem falſitatis.*

46 *Indicia fiſci etiam ſufficiẽtia ad torturam, tolluntur quando aliquid pro innocentia rei probatur.& nu.78.*

48 *Teſtem eſſe corruptum, ſeu falſum depoſuiſſe differunt.*

49 *Mandatarius non facit fidem contra mandantem, quando receptauit mandatum, & illud fuit executus.*
Secus ſi mandatum non acceptauit, ſed potius reuelare voluit.ibi.
Sed contra etiam quod mandatum acceptauerit. numero 50.

51 *Teſtis pecunia corruptus, ne teſtimonium perhiberet, ſi conſentiente eo, contra quem pecunias recepit teſtificatur probat non ſolum contra corrumpentem, ſed etiam pro eo.*

54 *Corruptio teſtis per alios teſtes probari debet, quando agitur contra corrumpentem.*

56 *Teſtes minus idonei non admittuntur etiam in caſibus, in quibus aliter veritas haberi non poteſt, quando deponunt de delicto, quod eum ipſis fuit geſtum.*

57 *Teſtis qui plures patitur exceptiones, repellitur in totum etiam in caſibus, in quibus veritas aliter haberi non poteſt.*

58 *Teſtis primum dictum confirmatum cum tortura attenditur, licet poſtea contrarium dixerit etiam cum tortura.*

59 *Teſtis quando contraria depoſuit, attenditur depoſitio confirmata cum tortura.*
Intellige quando de alijs tantum fuit interrogatus, ſecus ſi de ſe & alijs.nu.60.

Digitized by Google

Et quando neutrum dictum eſt iuratum, ſed ſi depoſuit cõtraria, cum iuramento, nullam facit fidem. nu. 62.

61 *Confeßio facta in tortura, in dubio metu tormentorũ præſumitur extorta.*

65 *Tortura non poteſt inferri, niſi legitima præcedant indicia, etiam ſi de crimine læſæ maieſtatis ageretur.*

66 *Indicia ad torturam licet ſint arbitraria, nihilominus arbitrium regulari debet ex regulis iuris.*

Et vt ſit locus torturæ exiguntur indicia clara, nec leuia, & dubia ſufficiunt. num. 7.

Etiam in delictis occultis, in quibus licet facilius poßit ad torturam procedi, tamen debent præcedere legitima indicia. nu. 68.

71 *Inimicitia facit indicium ad torturam, quando reperitur factum delictum, & ignoratur à quo fuerit commiſſum, ſecus ſi alius imputatur.*

Et quando durat inimicitia, ſecus ſi fuerit facta pax. numero 72.

Et alijs concurrentibus, ſecus ſi aliud non concurrit. numero 73.

74 *Teſtis vnicus non facit fidem.*

75 *Indicium quodlibet remotum à delicto probari debet per duos teſtes.*

76 *Mendacium circa ea, quæ ſi faſſus fuiſſet, non nocuiſſent, non nocet in aliquo.*

77 *Indicia plura imperfecta ſimul iungi non poſſunt, vt ex eis vnum perfectum indicium reſultet.*

79 *Bona fama inquiſiti adeo diminuit indicia fiſci, vt quamnis illa ad torturam vigerent, ex eis torqueri non poſſit.*

80 *Comparitio ſpontanea inquiſiti, ſeu querelati maximam innocentiæ præſumptionem inducit.*

Tollitque contrarium indicium. nu 81.

Etiam ſi poſt citationem comparuiſſet. nu. 82.

83 *Indicia fiſci ad torturam non ſufficere in dubio iudicandum eſt, maxime quando non agitur de magno delicto.*

84 *Delicti atrocitas non attenditur circa proceſſum & torturam, ſed etiam in eo regulæ iuris ſunt ſeruandæ.*

CONSILIVM CVI.

DVBITATVR per Excellentiſſ. Dominum Iudicem contra Dominum I. de Eugubio, quod poſſet contra eum ad condemnationem procedi, cum Laurentius teſtis fiſci pluries affirmauerit ſe fuiſſe ſubornatũ ab ipſo Domino I. ad perhibendum falſum teſtimonium contra
1 Dominum Gabrielem, † quia teſti aſſerenti fuiſſe ab aliquo ſubornatum, videtur plena fides adhibenda etiam ad condemnandum. Fel. poſt Bald in cap. fin. de teſti. & in cap. licet cauſam, in 9. not. de prob. quos refert Boſſi in tit. de indic. & conſider. ant. tort. numero 156. & idem ſenſerunt Marſil. ſingu. 112. conſil. 61. num. 31. & ſequen. in l. 1. §. ſed ſi quis, num. 3. ff. de falſ. Rom. ſing 330. Dec. in c. 1. num. 11. de teſti. Ang. Ioan. de Anan. & alij quos refert & ſequitur Anto. Gabr. in ſuis concluſ. in titul. de teſti. concl. 1. nu. 24. Dum di-
2 cunt, † teſtem corruptum plenam fidem facere contra corrumpentem, quod ea ratione procedit ſecun-
3 dum Boſſi. quia cum † crimen ſubornationis, & falſi ſecreto committatur, eſt difficilis probationis, vt etiã dixit Iul. Clar. in pract. crim. §. fin. q. 64. verſi. & ideo.
4 † & in factis difficilis probationis leuiores probationes ſufficiunt. Dec. conſil. 163. num 14. ver. Quarto poteſt reſponderi. cum alijs adductis per Sen. Pedem. dec. 72. & dec. 79. num. 10. Crau. conſ. 168. num. 2. lib. 1. etenim in caſibus, qui non recipiunt conſuetas probationes, iura contentantur ea probatione, quæ haberi poteſt, & ſecundum diuerſas negotiorum qualitates diuerſos probandi modos induxerunt, probationeſque anguſtari noluerunt, ne veritas pereat, ne ve delicta impunita remaneant. Lap. alleg. 94. Marſil.
5 conſi. 102. † & ideo quando veritas aliter haberi non poteſt, teſtes inhabiles admittuntur, cap. veniens, el 2. in fin. de teſt. vbi Glo. fin. & Felin. colum. 9. verſic. In gloſ. Innoc. in cap. cum I. & A. circa fin. de re iudic. Roman. conſil. 76. colum. 3. ver. Secundo idem probatur. Capell. Toloſ. deciſ. 3. cum alijs late congeſtis per Anton. Gabr. in tit. de teſti. concl. 7. Mangon. dec. Lucenſ. 30. numero 26. & Burſ. conſilio 117. numero 20. libro 1. qui dixit, quod quando probationes exactæ non reperiuntur, valent, prout prudens Iudex exiſtimabit, & nouiſſime Tiber. Decian. conſil. 4. nu. 47. lib. 3. aſſerens infames, viles, meretrices, ac etiam ſocios criminis ad teſtificandum admitti, quando veritas aliter
6 haberi non poteſt: & eo magis † teſti illi credendum videtur, cum id pluries confirmauerit, ſic carceratus, & certam pęnam exſpectare poſſit, ſi falſo inculparet Dominum I. vt conſiderat Tiber. Decian. conſilio 62. numero 27. cum duobus ſeqq. libro 3. & propterea di-
7 citur ad cõdemnationem procedi poſſe, † cum etiam præſumptiones, indicia, coniecturę, & adminicula ad condemnationem ſufficere videantur. Senat. Pedem. d. deciſ. 72. Simon de Pret. conſil. 104. num. 16. Tiber. Decian. d. conſ. 62. numer. 10 & 20. & conſilio 83. nume. 3. lib. 3. Boer. conſ. 40. nu. 84. Bondinar. conſil. 54. numero 24 & ſequentibus inter crim. diuerſ. libro 2. Gomeſ. de delict. cap. 12. numero 25. & nouiſſime Ioſeph Ludou. in ſuis commun. concluſ. concluſ. 45. per totam.

Quatenus vero condemnationi locus non eſſet, di-
citur per dictum Excellentiſſimum Dominum Indi-
8 cem, ſaltem detinendum eſſe ad torturam, † quia Iudex debet eſſe promptior ad torquendum. Bald. in l. 3. C. de epiſcop. audi. Boſſi. de indic. num. 200. & poſt eos Iul. Clar. d. quæſtio 64. verſicul. & ideo. pręſertim quando indicia ad torturam militant, quorum multa hic vigere prætenditur.

Primo quia adeſt depoſitio Laurentij corrupti, ac
9 ſubornati, † qui licet falſum depoſuerit, nihilominus contra ſubornantem ad torturã indicium facit. Boer. deciſ. 319. vbi communem dicit, & quidquid ſit de iu-
10 re, ita † de conſuetudine ſeruari teſtantur Boſſi. in titul. de iudic. numero 156. circa fin. Iul. Clar. in §. falſum, ver. ſubornans, & in § fin. q. 21. verſi. ſcias tamen. Ioſeph Ludou. deciſ. Lucenſ. 15 num. 4. & ſeqq. aſſeuerantes practicam eſſe, vt huiuſmodi teſtes confirment dictum in tortura & conferunt adducta per Menoch. de arbit. iud. q. cent. 5. caſ. 474. numer. 39. cum ſeqq. & Vulpel conſ. 103.

Secundo accedit inimicitia inter Dominum I. & Dominum Ioannem Franciſcum & filios, licet inimi-
11 citia ſola non faciat indicium ad torturam, † cum alijs adminiculis ſufficit. Bartol. & Alexand. in l. fin. ff. de quæſtio. Vulpell. conſil. 39. numero 7. & in delicto
12 clam commiſſo, † de quo alius non imputatur, ſolam inimicitiam indicium facere ad torturam ſcripſerũt Riminal. iun. conſil 302. num. 8. & 9. lib. 3. Iul. Clar. d. q. 21. verſ. Inimicitia, in fin.

Tertio quia Dominus I. adduxit Laurentium ad domum Domini Procuratoris fiſcalis, & inſtetit, vt examinaretur, indicium ſumitur ad torturam. Go-
13 meſ. de delict. cap. 13. numer. 14. vbi dixit † inſurgere indicium contra illum, qui denunciat delictum, & vel de ſollicitat iudicem, vt de illo inquirat, & puniat, de quo ad eum nihil ſpectat.

Quarto magis ſuſpectus redditur inquiſitus ex eo quod hortari, & tentare fecit Dominum Gabrielium,

Digitized by Google

lium, vt daret ſe fugæ, & nullatenus ſe conſtitueret, offerendo eidem pecunias, ac locum tutum, in quo ſe reciperet, vt teſtificatur Guidus teſtis fiſci ad nota. per Gomeſ. vbi ſupra, ſtante maxime inſtantia facta Procuratori fiſci, vt contra Gabrielem rigoroſe, & confeſtim procederetur.

Quinto accedunt mendacia, incongruæ, & inueriſi
14 miles reſponſiones Domini I. † quæ vna cum alijs adminiculis, quidquid alij dixerint, ad torturã ſufficere firmat Iul. Clar. in q. 21. verſic. Mendacium.

Ceterũ iſtis dubitationibus non obſtantibus, cenſeo non poſſe ea hactenus deductis procedi contra Dñm I, nedum ad condemnationem, ſed nec ad torturam 1, Conſtat enim in proceſſu Laurentium ſemel depoſuiſſe, quod interfuerat rixæ inter Dominũ Gabrielẽ, & Dñm Flaminium, & viderat quãdo Gabriel archibuſium exonerare voluit, & licet poſtea contrarium dixerit, aſſerens fuiſſe ſeductum, & ſubornatũ à Domino I. ad perhibendum falſum teſtimonium, nõ tamen aliter probatur in proceſſu, quod dictus Laurentius in prioribus depoſitionibus falſum depoſuerit, & conſequenter non conſtat de corpore delicti,
15 vbi † aũt de corpore delicti non apparet, non põt contra aliquem procedi non ſolum ad condemnationẽ, ſed nec ad inquiſitionem, capturam, ſeu alium actũ, Bar. in l. fi. in princ. ff. de q. Ang. de Aret. de malefic. in verb. fama publ. præced. nu. 108. verſic. Tu aũt. Boſſ. in tit. de delic. nu. 14. 24. 26. & 53. Plot. inter crim. diuer. conſ. 135. nu. 25. lib. 1. Burſat. qui de cõi teſtatur conſ. 225. nu. 74. lib. 2. Iul. Clar. in d. §. fi. q. 4. verſic. Quan-
16 do vero. † Quando enim de corpore delicti non conſtat, quidquid ſuperædificatur, nullum redditur, vt dixit Boſſ. in tit. de delict. nu. 53. & admittunt cete-
17 ri ſupra allegati. Quæ concluſio † procedit etiam in delictis, quorũ non remanent veſtigia, ſecundũ Boſſ. in d. tit. de delict. nu. 32. verſ. Quinto aduerte. Anton. Gab. in ſuis concluſ. in tit. de crimin. concluſ. 17. nume. 13. verſ. Contrarium, & late Bertazol. in ſuis conſil. crim. lib. 1. conſ. 39. nu. 5. & ſequent. Et licet in cri-
18 minibus, quorũ non remanent veſtigia, † corpus delicti per coniecturas probari poſſe dixerint Boſſ. & Anto. Gabr. in dictis locis, non video in proceſſu tranſmiſſo aliquam concurrere pręſumptionem pro iuſtificatione delicti, videlicet falſitatis primi dicti. Præ-
19 terea dicitur, † tunc coniecturis corpus delicti verificari, quando eſt difficilis probationis, pleneque probari non poteſt, vt loquitur Boſſ. in d. tit. nu. 35. in fi. Sed quando plene probari põt vtique eſt plene probandum, vel per rei euidentiam, aut per teſtes ſecundum Boſſ. ibi num. 18. Sed delictum, videlicet ipſa falſitas plene probari poteſt, probando negatiuã coarctatam loco, & tempore, quod ſcilicet Dom. Gabriel archibuſium non exonerauit, cuius probatio facilis eſſet, ſi id eſt falſum, cum Laurentius deponat de loco, & tempore, ac de conteſtibus, ideo iam dicta concluſio locum habere debet. Nec pro verificatione corporis delicti, videlicet, ipſius falſitatis fiſcus fundamẽtum facere poteſt in dicto Laurentij, dũ faſſus fuit
20 falſum depoſuiſſe, † quoniam præterquam quod confeſſio illa non videtur ſubſiſtere, cum extorta fuerit non præcedentibus legitimis indicijs, nec verificato corpore delicti, iuxta tradita per Cephal. conſi. 741. num. 17. & ſequent. lib. quinto. Reſpondetur etiam, quod licet ex poſterioribus depoſitionibus infringãtur priores depoſitiones in tantum, vt Domino Ga-
21 brieli nullo modo noceant, † cum ex contrarijs depoſitionibus Laurentius periurus detegatur, & in aliquo ſibi non credatur, ſecundum communem Doctorum concluſionem, de qua teſtatur Iul. Clar. in dicto

22 §. fin. quæſtio. 53. verſic. Quartus caſus. † Verumque etiam ſit teſtem dicentem prius falſum teſtimonium perhibuiſſe, probare falſitatem quo ad ſe ad propriũ præiudicium. Felin. in cap. cum in tua, num. 4. ver. & ſi diceretur, de teſti. & admittatur tamquam fui ipſius accuſator. Specul. in titul. de probat. §. videndum, nu-
23 mero 55. † In præiudicium tamen tertii nulla ei adhibetur fides, nec falſitatem probat, ſed per alios teſtes falſitas probari debet, vt probat tex. clarus in c. ſicut nobis, de teſtib. & admittunt Specul. & Felin. in locis proxime allegatis. Dec. conſil. 189. num. 5. verſiculo. Secundo apparet, num. 6. verſiculo. Secundo etiam, & num. 18. verſicu. Vltimo conſiderandum eſt. Burſat. conſil. 311. num. 94. & ſeqq. libro 3. & eſt de intentione Grammat. conſil. crimin. 46. num. 11. in fi. & quod teſtis ille nullam faciat probationem falſitatis in præiudicium tertii, clare probant Bart. in l. ſi quia in graui, §. ſi quis moriens, ff. ad Sillan. Petr. de Ancha. conſil. 53. viſa inquiſitione, col. 2. verſicu. & ſi dicatur, late Cephal. conſil. 533. num. 10. & ſeqq. libro 5. & Marſil. conſil. 78. num. 18. & ſequen. Quæ concluſio comprobatur, conſiderando quod fiſcus prætendit Laurentium depoſuiſſe falſum de mandato Domini
24 I. † ſed non poteſt contra Dominum I. procedi, ea eo quod mandauerit falſum deponi, ſeu auxilium & opem præſtiterit, niſi prius conſtet de maleficio principali, & ſic de ipſa falſitate, l. ſi ita qui rem, la 5. §. ſi tu Titium, ff. de furt. vbi Barto. num. 5. quem omnes ſequi, & ita practicati teſtatur Alex. in addit. ad Bart.
25 ibi in littera C. † & in materia falſitatis Burſat. con-
26 ſil. 311. nu. 94. & ſeqq. libro 3. Idque † probari debet per proceſſum faciendum contra imputatum de mãdato, ope, ſeu auxilio, nec ſufficit maleficium probari per proceſſum factum, ſeu etiam ſententiam latam contra principalem delinquentem, ſeu per delinquẽtis propriam confeſſionem. Bar. in d. §. ſi tu Titium, in fin. & melius ibi Alex. in addit. Fel. in c. ſicut, el 1. nu. 3. ver. 2. limit. de hom. Burſat. d. conſ. 311. nu. 95. Boſſ. in tit. de delict. num. 38.

Si vero probaretur quantum attinet ad præiudicium tertii dictum Laurentium in prioribus depoſitionibus dixiſſe falſum, non propterea ex ſola aſſertione Laurentii probatur, quòd falſum teſtificatus fuerit de mandato Domini I. et enim ex contrariis illis depoſitionibus conſtat Laurentium depoſuiſſe falſum, aut in prioribus, aut in poſterioribus depoſitio-
27 nibus, & † ob periurium in totum repellitur, ita vt ei nulla ſit adhibenda fides, vt probat text. in terminis
28 in c. ſicut nobis, de teſt. & quod teſtis periurus † in totum repellatur, nec fidem aliquã faciat, probat text. in d. c. ſicut, & in c. teſtimonium, de teſtib. glo. in c. per tuas, de Simon. Fel. in d. c. ſicut nobis, & in c. licet cauſam, nu. 66. & 67. de probat. Marſ. in pract. crim. §. reſtat nu. 15. Grat. conſ. 74. num. 8. lib. 1. Ceph. conſ. 504. nu. 29. lib. 5. Quod omnes admittũt, vt teſtantur Iul. Clar. in §. periurium, ver. Repellitur. Rol. à Vall. conſ. 57. nu. 15. & ſeq. lib. 4. & latius Burſat. conſ. 201. nu. 63. & ſeq. lib. 2. Nec nocet, quod poſterius dictum ſuſti-
29 nuerit in tortura, quia † in cauſis criminalibus tortura defectum periurii purgare non poteſt, nec tortura teſtib. periuris aliquam fidem tribuit, vt ſcripſerunt Crau. conſ. 6. num. 16. & ſeq. 57. & ſeq. lib. 1. Did. Cou. lib. 2. variar. reſol. c. 13. nu. 8. in fi. ver. Immo ſententia. Ruin. conſ. 146. nu. 4. lib. 5. Cephal. conſ. 234. nu. 2. 3. & 19. lib. 1. Menoch. de arbit. iud. q. caſu 108. num. 15. et ſeq. Rol. à Vall. conſ. 16. nu. 10. et ſeq. lib. 1. Burſat. qui de communi teſtatur conſ. 50. nu. 61. conſ. 79. num. 11. lib. 1. et conſ. 201. num. 67. libro 2. Tob. Non. conſ. 99. num. 5. qui alios multos adducunt.

Et non ſolum ob periurium depoſitio Laurentij
inſtringitur,ſed etiã quia dum dixit falſum depoſuiſ-
ſe de mandato Domini I. fecit ſe ſocium criminis,
30 eius depoſitio ſubuertitur,† cum ſocius criminis non
ſit idoneus teſtis contra eum, quem in ſocium nomi-
nauit. Doct. in l. 1. §. diuus Antoninus, ff. de q. l. quoniã
liberi, C. de teſtib. Marſil. conſ. 78. num. 13. & ſequen.
Ruin. qui de communi teſtatur conſ. 147. nu. 2. lib. 5.
& poſt alios ſequitur Rol. à Vall. conſ. 73. num. 2. lib.
5. Et licet in aliquibus caſibus ſocius criminis reci-
31 piatur in teſtem contra ſocium,† id procedit, quan-
do contra eum nihil aliud obijcitur, niſi quod ſit ſo-
cius criminis, ſed quãdo ille aliquas alias patitur ex-
ceptiones, nullam fidem facit, ſed in totum repelli-
tur etiam in caſibus exceptis. Marſil. conſil. 74. num.
23. Grammar. conſ. crimin. 35. num. 27. conſil. 38. nu-
me. 9. & voto 34. num. 9. Roland. à Vall. conſil. 3. nu-
me. 49. & ſeq. lib. 3. quæ opinio communiter approba
tur, vt dixerunt Lauren. Hircon. in ſuis comm. opin.
cent. 4. conclu. 40. in littera S. Rim. iun. conſ. 114. num.
27. & ſeqq. & conſ. 120. nu. 21. lib. 2. Burſat. conſ. 192.
nu. 20. & ſeqq. lib. 2. Sed Laurentius alias multas pa-
titur exceptiones, vt mox oſtendam, ideo eius depoſi
tionis nulla poteſt haberi ratio.

Conſtat enim ex proceſſu.

Primo ipſum eſſe periurum, ac falſarium, quæ ſo-
la exceptio eum repellit, vt dixi.

32 Secundo apparet eſſe pauperem,† & paupertas te-
ſtes ad teſtimonium inhabiles reddit. Anto. de Butr.
Abb. & alij in cap. ſi qui, de teſt. Iuſtinia. inter crimin.
diuerſ. tom. 2. conſil. 54. num. 11. vbi de communi te-
ſtatur. Ruin. conſil. 130. num. 10. libro 4. Alexan. conſ.
15. num. 3. lib. 3. Rol. à Vall. conſ. 16. num. 22. & conſ.
73. num. 28. lib. 1.

33 Tertio probatur reum eſſe vilis conditionis,† vilis
autem perſona in cauſa criminali ad teſtimonium
non admittitur. Bald. in cap. ad noſtram, num. 1. de
probat. late Monticell. in repert. de teſtib. in verb. vi-
lis, vbi alios allegat, & ſequitur Rolan. à Vall. in alle-
gatis conſilijs.

Quarto eius mala conditio probatur ex propria
confeſſione, dum fatetur aliàs furtum commiſiſſe, &
34 † fur à teſtimonio repellitur, l. non poteſt, ff. de furt.
Specul. in tit. de teſte, ver. Obijcitur, quod eſt fur. Nel.
de Sancto Geminiano in tract. de teſtib. num. 18. Io-
doc. Damhouder. in trac. de teſtib. in tit. de reprobat.
teſt. num. 19.

Quinto tam ex confeſſione Laurentii quam ex te-
ſtium depoſitionibus apparet eum eſſe ætatis anno-
35 rum 14. aut 15. & † in cauſa criminali ad offenſam
minores annorum 20. non ſunt idonei teſtes, l. in te-
ſtimonium, ff. de teſtib. Alex. conſ. 64. nu. 2. & 4. lib. 1.
Marſ. conſ. 31. nu. 30. Rol. à Vall. conſ. 24. nu. 66. lib. 1.
Monticel. in repert. de teſtib. in verb. minor ætas. ver.
Secundo. Rim. iun. conſ. 704. num. 36. lib. 6.

Et eo magis abſolutioni locus eſt, quia non ſolum
non probatur pro parte fiſci falſitatem aliquam fuiſ-
ſe commiſſam de mandato Domini I. ſed de contra-
rio conſtat, dum pro parte Domini I. probatum fuit
ex depoſitionibus Dominæ Portiæ ac filiæ ipſius Do-
mini I. Laurẽtium acceſſiſſe ad domum Domini I. ei-
que retuliſſe quod ipſe eadem die fuerat præſens di-
ctæ rixæ, & viderat, quando Dominus Gabriel vo-
luit exonerare archibuſiũ, & tunc dictum Dominũ I.
requiſiuiſſe Laurentium, vt prædicta teſtificari vel-
let, quod ſatis probat falſitatem fuiſſe commiſſam à
Laurentio eius propria voluntate, non autẽ de man-
dato Domini I. à quo fuit dũtaxat ductus ad domum
Domini Procuratoris fiſcalis; credente Laurentium
veritatem dicturum, qui teſtes, cum ſint duo, plene
id probant, l. vbi numerus, ff. de teſti. cum ſimil.

Nec fides Dominæ Portiæ diminui poteſt ex eo, quod
dicit ſe eſſe commatrem Domini I, & lauaſſe filiam
36 Domini I. de ſacro fonte, † quoniam ipſa non depo-
ſuit pro ea, quam de ſacro fonte leuauit, quo caſu ſo-
let dubitari, nunquid compatres, vel cõmatres ſint
idonei teſtes, iuxta tradita per Maſcard. de probat.
lib. 1. concl. 332. per totam, ſed deponit pro I. patre,
37 pro † quo compatrem ſeu cõmatrem teſtificari poſſe
poſt Rom. Sali. Alex. Iaſ. & alios plures ſcripſit Ma-
ſcar. in d. conclu. 332. in princ. Præter quam quod nõ
38 deſunt, qui dicunt, † compatrẽ ſeu commatrem eſſe
idoneam teſtem et pro eo, quem leuauit ex ſacro fon
te, vt per Rom. & Alex. in l. generaliter, ff. de in ius vo
can. Bal. & Sal. in l. parentes, C. de teſti. Alex. conſ. 42.
nu. 18. lib. 3. late Crauet. conſ. 169. nu. 5. lib. 1. Iaſ. Dec.
& alij multi relati per Addent. ad Alex. in conſi. 237.
in littera D. lib. 6 & alios adducit Maſcar. in d. concl.
qui tãdem in fine concludit id eſſe Iudici arbitrariũ.
Sed quia mulier illa non deponit pro ea, quam leua-
uit de ſacro fonte, ceſſat hæc difficultas vt dixi. Et li-
cet mulier illa aliquando ſteterit ad ſeruitia vxoris
Domini I. ex hoc non debilitatur eius depoſitio, cum
tempore depoſitionis ad eius ſeruitia non permane-
39 ret,† & ille qui tempore depoſitionis famulus eſſe de
ſijt, non repellitur, ſecundum Specu. Bar. Bald. Salic.
& alios multos, quos refert & ſequitur Ant. Gabr. in
ſuis concluſ. in tit. de teſti. conclu. 10. nu. 9. Præterea,
quia hic agitur de probandis ſermonibus, habitis in
ter Dominũ I. & Laurentium in domo Domini I. pro
40 bari poſſunt etiam per domeſticos, † cum ad proban
dum ea, quæ domi geſta ſunt, domeſtici teſtes recipiã
tur, l. conſenſu, §. præterea, C. de repud. cap. veniens.
in fine, de teſti. Afflict. deciſ. 304. num. 10. Feder. de Se
nis conſil. 119. col. 1. Specul. in titu de furt. in fi. Ale-
xand. conſil. 176. col. 2. lib. 2. cum alijs adductis per
Anto. Gabr. in d. conclu. 10. num. 33. Vlterius dicitur
mulieres illas fuiſſe examinatas in cauſa criminali
41 pro defenſione Domini I. † & ad defenſam etiam fa
muli ac familiares in teſtes admittuntur. Iaſ. in l. nõ
ſolum, §. ſciendum, nume. 9. ff. de oper. noui nunciat.
Boer. deciſ. 165. num. 7. Conſanguineique idonei re-
putantur, Iaſ in d. §. ſciendum, num. 9. Crauet. conſil.
219. nume. 9. lib. 1. Grammar. in deciſ. 56. nume. 15.
in fine, & ſeqq. vt de conſanguineo & familiari poſt
Specul. in tit. de inquiſit. verſic. Sed numquid. Natt.
& alios Maſcard. de probat. lib. 1. concluſio. 26. nu-
42 mero 6. & generaliter, † quod ad probandum in-
nocentiam admittantur teſtes familiares, conſangui
nei, & aliàs minus idonei, probant poſt alios multos
Boſſ. in tit. de crim. læſæ maieſt. nume. 114. & ſequen.
Cephal. conſilio 140. nume. 8. & ſequent. lib. 1. An-
ton. Gabriel. in dicta concluſ. 10. nume. 42. verſicu.
Contrarium, & numero 64. & concluſ. 13. numer. 12.
& latius in tit. de crimin. concluſ. 22. per totam, &
Hercul. in tractat. de proban. negat. numero 325. &
ſi depoſitionis Filiæ Domini I. non haberetur ratio,
43 ſufficeret depoſitio Portiæ, † cum ad probandum in-
nocentiam & defenſionem etiam vnus teſtis plene
probet. Petr. de Ancharan. conſilio 285. incip. iure
ſtricto. colum. finali, Boſſ. in tit. de oppoſit. contra
teſtes, numero 72. Horat. Luc. inter crimin. diuerſ.
tom. 1. conſil. 168. numero 17. & not. Crauet. conſi-
44 lio 2. num. 16. libro 1. aſſerens † ad defenſionem pro-
bandã in criminalibus etiam dubiam probationem
ſufficere, & alios allegat, ſatis quidem eſt ſecundum
allegatos Doctores per inquiſitum ſuam exceptio-
nem probari, ſi non plene, ſaltem dubie, vt abſolutio-
ni

Digitized by Google

ni ſit locus, quod etiam voluit Bart. in d.§.ſciendum,
quem alij communiter ſequnntnr, vt ibi dixit Iaſ. nu.
5.in fin.& 6.Et eo magis credendum eſt, puetum illũ
ea ſe falſum depoſuiſſe, non autem de mandato Do-
mini I, quia Laurentius allegabat conteſtes, ea quo-
rũ depoſitionibus facile falſitas detegi poterat; Nec
eſt veriſimile, quod Dominus I, ſcienter voluerit in-
ducere illum puerum ad deponendum falſum, ſuper
re, quæ de facili certificari poterat cum maximo eius
periculo, & ſine damno Domini Gabrielis, ſed præſu
mendum eſt examinare feciſſe dictum teſtẽ, quia cre-
debat vera eſſe ea, quæ Laurẽtius ſibi dixerat, & quia
aliter dicere eſt inueriſimile, credendum non eſt, cum
45 † id quod non eſt veriſimile, babeat imaginem falſi-
tatis, l.fi.ff.de eo quod met.cauſ.Bal.in l.1.col.3. C.de
ſeru.fugit.Dec.conſ.94.num.2.in fine.

Et licet credam ex prædictis plene probari inno-
centiam Domini I, adhuc ſi ex eis plena probatio nõ
reſultaret, ſufficiunt tamen ad elideodas probatio-
46 nes & indicia fiſci, † quando enim aliquid pro inno-
centia rei probatur, tolluntur indicia, quæ pro fiſco
cootra reum reſultãt, etiam ſi eſſent talia, ex quibus
torqueri potuiſſet, vt poſt Bal.in l.1. C.comm.de leg.
dixit ibi Iaſ. num.11.& late Blanc.in tract. de indic.
& tortur.par.1.q.3.num.6. & q.5.per totam. maxime
num.4.Boer.deciſ.165.num.9.aſſerens reum omnino
abſolui debere, quando aliqua probatio, ſeu præſum-
ptio pro eo adeſt, licet indicia, quæ pro fiſco adducẽ-
rentur, ad torturam ſufficerent, idem tenet Senat. Pe-
demont.deciſ.79. num.59. in fin.& 60. poſt Gramm.
vot.30.num.30.& bene comprobatur per Alex. conſ.
180.num 10. verſ.Item prædicta, libro 2.aſſerentem
vnum quodque, quod pro reo militet, ita indicia fiſci
diminuere, vt ex eis nullo modo torqueri poſſit, quã
opinionem ſequitur Grammat. vot.3.nu.10. & idem
latius comprobant Boſſ. in titu.de indic. & conſider.
ante tortur. num.86. & ſeq. & 90. & ſeq. Rol. à Vall.
conſ.7.num.38.& ſeqq.lib.1.
Quibus ſic firmatis.

Non obſtant ea, quæ in dubijs pro fiſco adducun-
47 tur; † Nam quod dicitur teſti corrupto ſeu ſuborna-
to, adhiberi plenam fidem contra corrumpentem, re-
mouetur.

Primo conſiderando quod Bald. & Felin. in cap.
fin.de teſtib. & Bald. in c.1.num.7.ſi de inueſtit.inter
dom.& Vaſall.lis oriat.Roman.Marſil.Ant.Gabriel.
& alij in contrarium allegati, vt declarat Bero.quæſt.
famil.q.58.num.5.loquuntur de teſte corrupto, vide-
licet de eo qui accepit pecuniam, ne teſtimoniũ dice-
ret, qui ſi poſtea inducitur ab eo, contra quem pecu-
niam accepit, plenam facit fidem contra corrumpen-
tem in eius odium, nec loquuntur de teſte, qui falſum
48 depoſuit, & † aliud eſt, quod teſtis ſit tantum corru-
ptus ad non deponendum, aliud vero quo falſum de-
poſuerit, vt poſt Aret.& alios dixit Fel.in c.licet cau-
ſam, in 9.not.de probat.& declarat Boſſ. in tit.de in-
dic.nu.157.Quando enim teſtis corruptus falſum, de-
poſuit, ceſſant allegata in contrarium, & nullam fi-
dem facit ſecundum Felin. in d.c. licet cauſam. in 9.
not.Bald.in d.cap.1.num.5.Boſſ.in loco proxime alle
gato.Bertazol.qui Alciat. Natt.Boer.& alios allegat
in ſuis conſ.crimin.conſ.156. num.8.lib.1.Ioan. Bot-
ta conſ.1.num.63.cum ſeq.vbi de communi teſtatur,
& ita declarat etiam Ant.Gab.in alleg.concluſ.1.nu
me.26.& facit quod in ſimili dicitur de mandatario,
49 † qui ſi de mandato deponit, fidem non facit contra
mandãtem, quando mandatum acceptauit, illudque
eſt executus, ſed ſi ſolum fuit tentatus, nec mãdatum
acceptauit, tunc fidem facit, & valde commendãdus
eſt, eum voluerit prius reuelare, quam exequi ſecun-
dum Bald.conſ.429.lib.3.Boſſ.in tit.de indic.nu.154.
Iul.Clar.in §.fi.q.21.ver.& ex hac concluſione. Gram-
mat.conſ.3.vbi alios allegat. Monticel. in praxi crim.
50 reg.5.num.10.† & licet ſecundum alios mandatarius
nec indicium faciat ad torturam, quamuis dicat mã-
datum non acceptaſſe, vt oſtendit Marſ.in pract. cri-
min.§.diligenter, num.37.& ſeqq.multis, quem ſequi
tur Menoch.conſ.98. nu.20.lib.1. & eius opinionem
contra Bald.communem eſſe teſtatur Rol à Val.conſ.
54.nu.8.& ſeq.lib.4.qui alios allegat, & eos ſequitur
Rim.iun.conſ.723.nu.2.& ſeqq.multis, lib.6.Si Bal.o-
pinio reciperetur, non noceret, quia quando manda-
tum acceptauit, omnes conueniunt fidem non face-
re contra mandantem, licet igitur quando teſtis ſolũ
accepit pecuniam, ne deponeret, ſi poſtea ab alia par
te inducatur, & veritatẽ teſtificetur, fidem faciat con
tra corrumpentem ſecundum opinionem Bal.& alio
rum, qui in dubijs allegantur, id procedit, quia non
dixit falſum, noluitque celare veritatem, ſed eam de-
51 ponere, † & poſtquam conſentiente eo, contra quem
pecunias recepit, teſtificatur, idoneus redditur, &
probat non ſolum contra corrumpentem, vt dixi, ſed
etiam pro eo, Dec.in c.1.nu.11.de teſtib.Bero. in d.q.
58.num.5.qui Aret.& Rom.allegat Sed quando præ-
ſupponitur corruptus ex eo, quod falſum depoſuit cũ
iuramento, & ſic effectus eſt periurus, Doctores in
contrarium allegati non loquuntur, teſtiſque ille nul
lam facit fidem, vt dixi ſupra, & expreſſe declarat
Bero.in d.q.58.num.1.2.& 5.
52 Secundo dicitur † opinionem Bal. & aliorum, quæ
habet, quod teſti corrupto adhibeatur plena fides
contra corrumpentem, procedere, quando teſtis cor-
ruptus in vna cauſa produceretur in eadem cauſa cõ
tra corrumpentem, vel ab aduerſario, vel à iudice e-
x amplicando, vt in d.c.1.ſi de inueſtit. inter domin.
& agnat.lis oriat.& per Doctores in contrarium alle
gatos, quando litigans corrupit teſtem, ne proferret
teſtimonium, & aduerſarius vel iudex induceret illũ
contra corrumpentem in eademmet cauſa, in qua
corrumpens eum corrumpere quæſiuit: Sed quando
teſtis, qui aſſeritur corruptus, non producitur contra
corrumpentem in eadem cauſa, in qua præſupponi-
tur corruptus, ſed in alia diuerſa cauſa, hoc eſt in in-
quiſitione de ſubornatione teſtium, & ſic in cauſa cri
minis, dictum Bal.et aliorum non procedit, vt decla-
rat Bero in d.q.58.nu.5.verſ.a.
53 Tertio reſpondetur † tunc teſtem corruptum ad-
mitti, & probare contra corrũpentem, quando prius
clare conſtat de corruptione, quod eſt de intentione
Bald. & aliorum, qui dum loquuntur de teſte corru-
pto, præſupponunt conſtare de corruptione, vt dixit
Bero.in d.q.58. num.5.in fin. & 6. Sed in caſu de quo
agitur, non probatur corruptio, & quod Dominus I,
induxerit Laurentium ad perhibendum falſum teſti-
monium; ideo non ſumus in terminis doctrinæ Bal.et
aliorum, et quamuis de ſubornatione deponat ipſe
Laurentius, ei nullatenus eſt credendum, vt probat
54 tex.in c.ſicut nobis, de teſtib.† ſed corruptio, et ſubor
natio per alios teſtes plene probari debet, ſicut ſcri-
pſerunt Gramm.deciſ.28.num.27.Monticel.in praxi
crim.reg.5.nu.11.quod etiam ſentit Marſ.in d.§.dili-
genter, nu.39.ver.Secunda eſt ratio, et eſt de intentio
ne Bero.in d.q.58.nu.6.et dictum Gramm. late com-
probat Rim.iun.d.conſ.723.num.2.et ſeq.et fere per
totum.lib.6.qui diffuſe differit, quomodo intelligi de
beat d.conſ.Bald.429.libro 3.

Nec teſti illi fides adhiberi poteſt, ex eo quòd aga-
55 tur de re difficilis probationis, quoniam † allegata in

contrarium procedere poſſent, ſi ex alia cauſa teſtis
non eſſet minus idoneus; Sed quando teſtis eſt periu-
rus, falſumque depoſuit, ſecus eſt, tũc enim in totum
repellitur, nec fidem aliquam facit, vt dixi ſupra, &
declarat Senat. Pedemont. in allegata deciſ. 72. nu. 7.
56 Præterea dicitur † teſtes minus idoneos recipi in il-
lis caſibus, in quibus aliter veritas haberi non poteſt,
quando ſimpliciter deponunt de actis, & geſtis per
tertium, ſed quando deponunt de delicto, quod cum
ipſis eſt geſtum, & de quo etiam ipſi ſunt participes,
prout in caſu de quo agitur, in quo Laurentius dixit
fuiſſe ſubornatum, & inductum ad deponendum fal-
ſum à Domino I, ceſſat regula in contrarium addu-
cta, & teſtis ille minus idoneus nullam fidem facit,
& ita poſt Anch. Fulgoſ. & alios contrariam regulam
limitat Marſ. conſ. 102. num. 7. qui in terminis loqui-
tur de teſtibus aſſerentibus falſum depoſuiſſe in pre-
cibus alicuius, & eum ſequuntur Grat. conſ. 59. n. 40.
ver. Tertio, lib. 2. Ant. Gabr. in tit. de teſtib. concluſ. 7.
nu. 9. in 4. lim. Vlterius tollitur difficultas, ex eo quod
Laurentius ſex patitur exceptiones, facit ſe ſocium
criminis, eſt periurus, pauper, vilis cõditionis, minor
57 annis viginti, & aliàs rem furto ſubtraxit. † & quan-
do teſtis non vnã tantum ſed plures patitur exceptio
nes, non eſt locus regulæ contrariæ, ſed in totum re-
pellitur etiam in illis caſibus, in quibus veritas aliter
haberi non poteſt, & aliàs teſtes inhabiles reciperen-
tur, ſicut declarãt Soc. conſ. 118. lib. 1. Marſ. conſ. 102.
num. 12. & ſeq. Ioan. Tur. inter crim. diuer. tom. 2. con
ſil. 81. nu. 65. Grat. conſ. 59. num. 40. ver. Quarto. lib. 2.
Gramm. conſ. 45. num. 22. & ſeq. Ant. Gabr. in d. con-
cluſ. 7. num. 10. in 5. lim. & poſt alios multos hanc de-
clarationem confirmat Rol. à Vall. conſ. 3. num. 48. &
ſeqq. lib. 3. & conſ. 57. nu. 41. & ſeq. lib. 4.

Minus fides dicti teſtis augetur, ea eo quod plu-
ries confirmauit ſe fuiſſe inductum ad deponendum
falſum à præfato Domino I, quia ſi confirmatio ali-
quid operatur, facit pro Domino I, ſtante quod prius
depoſuit non fuiſſe ab eo ſubornatum, idque pluries
58 confirmauit etiam in tortura, † & primum dictum
attendi debet in fauorem Domini I, Doctor. in cap.
cum in tua, de teſtib. vbi Abb. num. 10. Felin. num. 4.
Aret. num. 5. Didac. Couar. variar. reſolut. lib. 2. cap.
13. num. 8. verſic. Ceterum. circa fin. vbi de communi
teſtatur; Præſertim quia primum dictum confirma-
uit, & ratificauit. Dec. conſ. 175. num. 8. Rolan. à Vall.
conſ. 73. num. 33. lib. 1. Menoch. de arbitr. iudic. quæſt.
lib. 2. centur. 2. caſu 108. num. 10. & quamuis poſtea
dixerit depoſuiſſe falſum de mandato Domini I, &
hanc aſſertionem ſuſtinuerit in tortura, non nocet,
quia pluries fuit tortus, & in tortura confirmauit mo
do primum modo ſecundum dictum, & primum at-
tenditur, vt dixi, cum etiã illud fuerit in tortura con-
firmatũ, & ſi vltimum tantum dictum ſuſtinuiſſet in
59 tortura, nihilominus primũ præualeret, † licet enim
ex duabus depoſitionibus contrariis attendatur illa,
quæ eſt confirmata cum tortura, quando quis de a-
60 liis tantum interrogatur, † ſi tamen aliquis de ſe, &
alijs interrogatus teſtificatus fuerit (vt euenit in ca-
ſu de quo agitur,) ſecus eſt, & primum dictum atten-
ditur, quantumcumque ſecundum in tortura ſit con-
firmatum. Bartol. in l. 1. §. quæſtioni ff. de quæſtio. Ce-
phal. conſil. 233. num. 10. & ſequen. libro 2. Couar. d.
capit. 13. numero 8. verſicu. Quod autem. Menoch.
dicto caſu 108. numero 15. & eo magis non videtur
vltimi dicti habenda ratio, quoniam Laurẽtius puer
ætatis annorum 15. ſemel tortus per mediam partem
horæ, ſemper aſſeruit verum dixiſſe in prima depoſi-
tione, nec fuiſſe à Domino I, ſubornatum; Et dum
iterum tortus contrarium depoſuit, metu tormento-
rum id factum cenſetur, quod eſt valde præſumendũ,
61 ſtante eius puerili ætate, & repetitione torturæ, † &
quia in dubio confeſſio metu tormentorum extor-
ta præſumitur. Marſil. conſil. 48. num. 29. Grammat.
conſ. 60. num. 5. Alexan. conſ. 52. in fin. libro 3. cum a-
liis allegatis per Rolan. à Vall. conſ. 17. num. 21. & ſe-
quen. libro 3. aſſerentem ab hac opinione in iudican-
do, ſeu conſulendo recedẽdum non eſſe, & eam ſequi-
tur Burſat. qui de communi teſtatur conſil. 201. nu-
mero 2. lib. 2. Debet igitur attendi primum dictum,
quod tendit ad excuſationem Domini I, aut ſaltem
neutrum conſiderari debet, poſtquam ex contrariis
depoſitionibus falſarius & periurus detegitur, & tor
62 tura non purgat defectum periurii. † & quod dici-
tur ex contrariis depoſitionibus attendi ſecundum
dictum cum tortura, procedit quando neutrum di-
ctum eſt iuratum, ſed quando teſtis primum cum iu-
ramento vnum dixit, & poſtea ſimiliter cum iuramẽ-
to contrarium teſtificatur, efficitur periurus, & nullã
fidem facit, vt declarat Menoch. de arbitr. iud. q. lib.
2. cent. 2. caſu 108. num. 16. Crau. conſ. 6. nu. 16. lib. 2.
et alii quos ſupra deduxi ad oſtendendum torturam
non purgare defectum periurii.

Et ſtantibus prædictis, tollitur quod dicebatur ex
coniecturis, & præſumptionibus poſſe deueniri ad
63 condemnationem, † nam etſi ex præſumptionibus
quis puniri poſſit pęna tantum pecuniaria, non cor-
porali, vt dixerunt Boer. deciſ. 164. num. 6. Tiraq. de
pœn. cauſ. 27. Boſſ. in titu. de conuict. num. 34. & alii,
quos refert & ſequitur Menoch. de arbitr. iud. quæſt.
64 lib. 2. cent. 3. caſu 279. nu. 5. & ſeq. † Id procedit, quan
do præſumptiones, & coniecturæ ſunt vrgentes, ac
omnino violentæ, l. vltima, C. de probat. l. ſi hi qui, C.
de adulter. Boer. d. deciſ. 164. num. 6. Menoch. conſil.
82. num. 143. lib. 1. et ſequitur Ioſeph Ludou. in ſuis
commun. concluſio. concluſ. 45. col. 2. verſic. Declara,
quia etiam, prope finem dictę concluſionis ver. Regu-
lariter. poſt Bart. in l. vltima, numero 7. de q. Marſil.
Grammat. & alios dixit requiri, quod præſumptio-
nes & indicia ſint legitime probata, ſed in caſu de
quo agitur contra Dominum I, adeſt ſola depoſitio
Laurentii, quæ non nocet, vt dixi, nullaque alia legiti
ma pręſumptio prætenſæ falſitatis contra Dominũ I,
iuſtificatur, ſed ex depoſitionibus dictarum mulierũ
de eius innocentia apparet, ideo intrepide conclu-
dendum arbitror ad condemnationem nullo modo
deueniri poſſe.

Minus obſtat quod dicitur vigere ſaltem indicia
ad torturam, ad quam inferendam iudex promptior
65 eſſe debet, † quandoquidem reſpondetur iudicem nõ
poſſe ad torturam procedere, ſi legitima non præce-
dant indicia, etiam ſi de crimine læſæ maieſtatis age-
retur, l. ſi quis alium, vbi gl. & Doct. C. ad leg. Iuliam
maieſtat. Boſſ. in tit. de indic. num 1. Capic. deciſ. 186.
num. 4. Carter. in pract. crim. in princ. num. 110. Rim.
iun. qui de communi teſtatur conſ. 88. num. 52. & ſeq.
66 libro primo, † et quamuis hæc cognitio iudicis arbi-
trio remittatur, non propterea iudex poteſt ex quo-
libet indicio reum torturæ ſubiicere, ſed ſuum arbi-
trium regulare debet ex regulis iuris, et ea legitimis
indiciis tantum à iure approbatis torturam inferre
poteſt. Boſſ. in dicto titu. numero 32. et ſequen. Pa-
riſ. conſil. 151. numero 14. et ſequent. libro quarto,
Marſil. conſil. 15. num. 17. Senat. Pedemont. deciſ. 79.
67 num. 57. Burſat. conſ. 201. numero 50. libro 2. † et vt
torturæ ſit locus, indicia debent eſſe clara, perfecta,
et talia, quæ de iure ſubſiſtant, et in ſua ſpecie luce
meridiana clariora, nec dubia, leuia, aut aliàs perſun

ctoria

Digitized by Google

ctoria attenduntur, vt declarat Bal. in conſ. 259. nu. 4.
lib. 1. & eum ſequuntur Marſil. conſ. 88. num. 2. con-
ſil. 101. nu. 13. Soc. iun. conſ. 39. nu. 55. lib. 2. Rol. à Val.
conſ. 16. nu. 30 lib. 1. conſ. 3. nu. 37. lib. 3. vbi de cõmu-
68 ni teſtatur: Quæ † concluſio procedit etiam in deli-
ctis occultis, in quibus licet facilius poſſit ad torturã
procedi, debent tamen præcedere legitima indicia,
vt declarant Marſi. conſ. 44. nu. 21. Senat. Pedemont.
in d. deciſ. 79. nu. 55. & ſeq. verſi. Nec obſtat.

Indicia vero, quæ ad torturam vigere prætẽditur,
non ſunt attendenda, nec ſufficiunt.

Primum quidem ex depoſitione Laurentij eſt ille-
gitimum, quoniam ipſe, qui fatetur falſum depoſuiſ-
ſe ob periurium, & quia facit ſe ſocium eiuſdem cri-
minis, nullam facit fidem, vt dicitur in c. ſicut nobis.
69 de teſti. & ſupra demonſtraui, † Neque etiam facit
iudicium ad torturam. Petr. de Ancbar. conſ. 24 Viſa
inquiſitione, col. 1. & 2. Fulg. conſ. 173. num. 21. Dec.
conſ. 189. fere per totum. & nu. 18. Rolan. à Vall. con
ſil. 73. num. 20. & ſeq. vbi de communi teſtatur, lib. 1.
Cephal. conſ. 233. nume. 7. lib. 2. conſ. 741. nume. 4. &
ſeqq. li. 5. eamdem opinionem veram, & communem
eſſe teſtatur Bertazol. in ſuis conſ. crimin. conſil. 61.
num. 20. & ſeqq. & conſil. 156. per totum, lib. 1. Et li-
cet Boſſ. in tit. de indic. numero 156. quem refert, &
ſequitur Iul. Clar. in d. §. fin. q. 21. verſic. Scias, dicant
contrarium ſeruari, fatetur tamen Boſſ. ibi, verſic. eſt
verum. & verſic. Dico igitur, quod licet id ſeruetur,
non eſt de iure, & quod obſtat periurium, ad quod ip
ſe nullo modo ſcit reſpondere, quia nec reſponderi
70 poteſt, † & quod Boſſ. & Iul. Clar. dicunt de contra-
ria conſuetudine, poſſet tantum attendi in ſtatu Me
diolani, in quo ipſi verſati erant non in alijs locis, vt
formaliter reſpondet Bertazol. in d. conſ. 156. nu. 6.
& ſeqq. lib. 1. & Roland. à Val. conſ. 94. num. 51. lib. 4.
Nec obſtat Ioſeph Ludou. deciſ. Lucenſ. 15. nume. 4.
& ſeqq. quia ipſe loquitur de inquiſitione, non de tor
tura, etſi ad inquiſitionem faceret indicium, quod
nec videtur admittendum ſecundum Roland. à Val.
d. conſil. 73. per totum. & Bertazol. in dictis locis, nõ
propterea faceret indicium ad torturam, vt per Ro-
lan. dicto conſil. 73. num. 20. & ſeqq. & alios ſupra re
latos. Præterea Boſſ & Clar. dicunt vidiſſe obſeruari,
quod teſtes illi faciant indicium ad torturam, dũ-
modo aliquod aliud indicium concurrat contra im-
putatum de ſubornatione; Sed in caſu de quo agitur,
non ſolum non concurrunt alia indicia, quinimmo
multa conſiderantur in fauorem Domini I. vt dixi,
ideo ceſſat omnis dubitatio; & quia teſtis ille non
ſolum facit ſe ſociũ criminis, & periurus detegitur,
ſed in alijs multis apparet varius & cõtrarius, aliaſq;
multas patitur exceptiones, ex quibus in totum re-
pellitur, vt dixi ſupra, non procedit, qđ in cõtrarium
dixerunt Boſſ. & Iul. Clar. qui non loquũtur in caſu,
in quo teſtis alias pateretur exceptiones, ſeu in alijs
contrarius, ac varius detegeretur, vt in propoſito de-
clarant Rolan. conſ. 73. nu. 24. & ſeqq. lib. 1. & Bertaz.
d. conſ. 156. nu. 18. & ſeqq. multis.
71 Secundum indicium de inimicitia non obſtat, † e-
tenim inimicitia tunc facit aliquod indicium contra
inimicum, quando reperitur factum delictũ, & igno-
ratur à quo, nulluſque alius imputatur, & ita loquun
tur Iul. Clar. & alij, qui in contrarium allegantur, ſed
in caſu noſtro ſi Dominus Gabriel fuit iniuſte impu-
tatus, conſtat de delinquente, & quod Laurentius fal
ſitatem commiſit, ideo ex inimicitia non poteſt præ-
72 ſumi contra Dominum I. † Præterea, quia inter Do-
minum I. & filios Domini Ioannis Franciſci præſup
ponitur pax inita, ceſſat dictum indicium, vt conſide
rat Rimin. iun. conſil. 88. num. 11. & ſeqq. lib. 1. quia
ſtante pace non eſt præſumendum, quod Dominus I.
voluerit illam frangere inducendo falſum teſtem ad
deponendum id, cuius contrarium de facili probari
potuiſſet, & ſi teſtem illum examinare fecit, creden-
dum eſt eâ iſtimaſſe vera eſſe ea, quæ per Laurentium
affirmabantur.
73 Tollitur etiam obiectum, † ex eo, quod inimicitia,
cum quid ſit remotum à delicto, non facit indicium
ad torturam, alijs non cõcurrentibus ſecundum opi-
nionem magis communiter approbatã, de qua teſtã
tur Grammat. vot. 34. nu. 7. Ioan. Turrec. inter crim.
diuerſ. tom. 2. conſ. 81. nu. 38. & ſeq. Burſ. conſ. 816. nu
me. 69. lib. 8. Iul. Clar. in d. q. 81. verſ. Inimicitia. Ant.
Gabr. in tit. de crim. concluſ. 18. nu. 8. in fi. vbi etiam
dicit opinionem iſtam vti æquiorem, in practica ob-
ſeruari debere.

Aliud indicium deſumptum, ex eo, quod Domi-
nus I. procurauit teſtem examinari, nullo modo no-
cet, quoniam quando Dominus I. audiuit delictum
fuiſſe commiſſum à Domino Gabriele, ſolum duxit
teſtem ad domum Domini Procuratoris fiſcalis, vt
examinaretur, & vlterius non proceſſit, ex quo non
poteſt ſumi indicium contra eum, quia ſi id fecit, eue
nit ob indignationem ortam inter eos, propter quã
cupiebat Dominum Gabrielem iure medio puniri, ſi
delictum commiſiſſet, in quibus terminis non loqui-
tur Paris de Put. à Gomeſ. allegatus, qui ſolum loqui
tur de eo, qui denunciat delictum, de quo nihil ad eũ
ſpectat, & petit de eo inquiri, abſque eo quod alius
nominetur, qui caſus valde differt.

Quod vero dicitur, Dominum I. hortari feciſſe Do
minum Gabrielem, vt ſe fugæ daret, & non compare
ret, offerendo eidem pecunias, & locum tutum, non
probatur, quia de hoc vnus tantum teſtis deponit,
74 cui non creditur, † cũ teſtis vnicus fidẽ nõ faciat. c. ve
niens, el 1. & c. licet. de teſt. l. vt iuſiurandi. vbi Doct.
C. de teſti. Afflict. deciſ. 12. nu. 2. Rol. à Val. conſi. 13.
num. 21. & ſeq. lib. 4. neque etiam ad faciendum indĩ
cium ad torturam. Etenim indicium, quod ex hoc fi-
ſcus ſumere intendit, eſt penitus remotum à delicto,
75 & † quodlibet indicium remotũ per duos teſtes pro-
bari debet. Bar. in l. fin. col fin. ff. de quæſt. Boſſ. in tit.
de indic. nu. 5. & poſt alios communem dicit Ioſeph
Ludo. in ſuis com. concluſ. concl. 45. col. 5. verſic. indi-
cium autem remotum.

Vltimum de mendacijs tollitur ex facto, cum de
eis in proceſſu non conſtet, & ſi aliqua mendacia eli-
76 cerentur, non eſſet eorum habenda ratio, † quia quã-
do aliquis detegitur mendax in eo, quod ſi faſſus fuiſ
ſet, non nocuiſſet, non ſolum non facit indicium ad
torturam, ſed nec in aliquo nocet. Marſil. conſil. 15.
num. 15. verſ. Præterea, conſil. 51. num. 66. in fin. & ſe-
quen. ſequitur Laur. de Occa. inter crim. diuerſ. con-
ſil. 60. nu. 52. & ſeq. lib. 2. Man. conſi. 815. nu. 34. Horat.
Luc. inter crim. diuerſ. conſil. 161. nu. 36. & ſequentib.
tom. 1.

Conſtat igitur ex iam dictis nullum contra Domi
77 num I. exoriri perſectum indicium ad torturam, † &
quæ adducuntur, cum ſint imperfecta, ſimul iungi
non poſſunt, vt ex omnibus vnum perfectum indi-
cium ſumatur, vt late probant Ioan. de Amic. con-
ſilio 7. numero 26. & ſequentibus. Tob. Non. conſi-
lio 99. numero 30 Socin. iun. conſilio 39. numero 80.
& ſequent. libro 2. & latius Ioann. Turrecr. inter cri-
min. diuerſ. conſilio 81. numero 75. & ſequentibus
multis. tom. 2.

Et quatenus aliqua indicia contra Dominum I. eli
cerentur, torqueri non poteſt.

Primo quia pro eius defenſione multa concurrũt,
78 † & vnumquodque, quod pro reo reſultet, adeo diminuit indicia fiſci, vt ex eis non ſit locus torturæ, quamuis aliàs ad torturam multa contra eum fuiſſent indicia, ſecundum Alex. conſ. 180. num. 10. verſ. Item prædicta. lib. 2. Boer. deciſ. 165. num. 9. & alios quos ſupra adduxi.
79 Secundo † ſtante probatione bonę vitæ & famæ Domini I, & quod non eſt ſolitus delinquere, adeo diminuuntur indicia fiſci, vt quamuis illa ad torturã vigerent, torturæ non ſit locus. Marſil. conſ. 74. num. 25. & ſeq. Grammat. conſ. 44. num. 5. & ſeq. Natta conſ. 42. no. 9. & 11. lib. 1. Rol. à Vall. conſ. 3. nu. 57. lib. 3. Calefat. inter crim. diuerſ. tom. 1. conſ. 108. num. 9. & ſeq. Laureo. de Occa inter crim. diuer. tom. 2. conſ. 60. nu. 66. vbi de communi teſtatur.
80 Accedit Tertio † ſpontanea comparitio Domini I, quæ maximam innocentiæ præſumptionem inducit. Marſil. conſ. 117. num. 49. Io. Turr. d. conſ. 81. num. 82. Rim. iun. conſ. 217. num. 27. lib. 2. Carrer. in ſua pract. crim. in prin. num. 158. col. 2. Blanc. in ſua pract. crim. in §. his ſic præmiſſis. num. 131. Bertazol. qui alios allegat in ſuis conſ. crim. conſ. 312. num. 20. & conſ. 333.
81 num. 5. lib. 2. vbi † dicit indicium ſpontaneæ comparitionis aliud indicium contrarium remouere. Quæ
82 præſumptio viget, † quamuis poſt citationem comparuerit. Gramm conſ. 61. num. 3. & 4. Rim. iun. conſ. 88. num. 48. & ſeq. lib. 1.
Et licet credam ex iam dictis rem reddi clarã, ad-
83 huc ſi dubia eſſet, † in dubio iudicandum eſt reum ex indiciis pro fiſco adductis, non eſt torquendum, ita in benigniorem partem inclinando, vt dixit Ange. in l. 2. num. 4. C. de quæſt. quem ſequitur Boſſ. in titu. de indic. num. 72. & quamuis Boſſ. dubitet, quando agitur de magno delicto, non nocet, quia dubitatiue loquitur, & nihil firmat, & hic nõ agitur de huiuſmodi
84 magno delicto, præterquam quod † circa proceſſum & torturam non eſt attendenda grauitas delicti, cũ circa proceſſum & torturam etiam in atrocibus delictis ſeruari debeant regulæ iuris, & alia requiſita in aliis delictis, vt poſt Marſil. & alios declarat Grammat. voto 34. num. 23.

Vt audiui, Dominus I, præfatus punitus fuit pena pecuniaria tantum, ſed ignoratur, an per compoſitionem vel ſententiam.

ARGVMENTVM.

An & quando poſſit procedi contra aliquem, ſi non cõſtat de corpore delicti. Et contra mandantem, ſi non conſtat de mandatario.

Aſſertio vulnerati quam fidem faciat.

Inimicitia ex quibus reſultet; quando ex lite, & quid reſpectu procuratoris.

Inimicitia, minæ, & variationes quando faciant indicium ad torturam.

SVMMARIVM.

1 *Inimicitia exoritur ex lite.*
Declaratur. num. 31.
2 *Inimicitia facit indicium ad torturam.*
Declaratur. num. 42. 43.
3 *Minæ faciunt indicium ad torturã maxime viri potentis.*
Declaratur. num. 44. cum ſeqq.
4 *Mendacium facit indicium ad torturam.*
Intellige vt nu. 49. & ſeqq.
5 *Probationes leuiores ſufficiunt, quando agitur de delictis occultis, & de nocte commiſſis.*
Intellige vt num. 53. cum ſeqq.
6 *Tortura. Ad torturam deuenitur ex leuioribus indicijs in delictis occultis, ac de nocte commiſſis.*
Intellige vt num. 52.
7 *Delictum, ſi non conſtat de corpore delicti, cuius remanent veſtigia, non poteſt procedi ad torturam, capturam, inquiſitionem, ſeu alium actum, & num. 9.*
Aliàs quod ſuper ædificatur nullum redditur, maxime quando pars oppoſuit. num. 8.
Et qualiter de delicto conſtare debeat. nu. 10.
11 *Mandati ratione contra mandantem procedi non poteſt, niſi prius conſtet de mandatario delinquente.*
Aliàs proceſſus redditur nullus. nu. 12.
Nec ſatis eſt conſtare de delicto principalis ex proceſſu & ſententia contra principalem, ſed probatio fieri debet in proceſſu contra imputatum de mandato. num. 13.
14 *Delictum in querela ſeu inquiſitione deductum, ſi non probatur ſed aliud, reus abſoluitur.*
15 *Vulnerati aſſertioni nõ eſt credendum contra nominatum ab eo, etiam in articulo mortis cum ſequen.*
16 *Vulnerati aſſertio in articulo mortis excuſat eius heredes à calũnia, ſi dicta aſſertione moti inculpatũ accuſauerĩt.*
17 *Vulnerati aſſertio in articulo mortis, vel in qua perſeuerauerit vſque ad mortem, facit indicium ad inquirendum de conſuetudine, non de iure, ſed ſi reconualuit, habet tantum vim denunciationis, ſeu querelæ.*
18 *Teſtis deponens de credulitate non probat, etiam ſi dixeris ſe pro certo credere.*
Nec facit præſumptionem. num. 19.
20 *Teſtis dicens vidiſſe aliquem de nocte, ſi luna nõ lucebat, aut luminaria non erant accenſa, ſe ipſum de mendacio conuincit, ac repellit.*
Et etiam redditur ſuſpectus de falſo. num. 21.
22 *Teſti qui in vno conuincitur de falſo, nõ creditur in aliquo.*
23 *Torturæ locus non eſt, ſi legitima non præcedunt indicia.*
24 *Indicia ad torturam ſunt iudici arbitraria.*
Sed arbitrium debet regulari, ita vt ex legitimis tantum indicijs ad torturam procedat. num. 25.
26 *Indicia ad torturam debent eſſe clara & perfecta, nec leuia aut perfunctoria attenduntur.*
27 *Inimicitia non præſumitur, ſed ab eo, qui in illa ſe fundat, probari debet.*
28 *Amicitia potius præſumitur quàm inimicitia.*
29 *Amicitia probatur ex loquela & conuerſatione inter aliquos.*
30 *Reconciliatio cum inimico præſumitur ex ſalutatione & conuerſatione.*
32 *Inimicitia non reſultat ex indignatione & odio, quando ex vrgentiſſimis cauſis non exoritur.*
33 *Inimicitia quãdo ex lite reſultat, ea eſt inter principales, non cum procuratore, ſeu alio auxiliatore. & nu. 37.*
Nec inter principales exoritur inimicitia capitalis ſeu grauis, quamuis agatur de maiori parte bonorum. nu. 36.
34 *Inimicitia exoritur cum Aduocato, procuratore, ſeu alio auxiliatore in cauſa criminali ad offenſam.*
35 *Inimicitia numquid cum aliquo in dubio præſumatur contracta, attenditur conſuetudo patriæ.*
38 *Inimicitia leuis non eſt conſiderabilis, ſed tantum ea, quæ ex capitalibus cauſis oritur.*
39 *Inimicus leui inimicitia nõ præſumitur, quod alium offendere velit.*
40 *Inimicitia vt faciat indicium, opus eſt eam ex capitalibus cauſis originem trahere.*
41 *Inimicitia capitalis vt probata dicatur, non ſufficit conſtare de inimicitia in genere, ſed cauſa & qualitates eiuſdem*

eiuſdem probari debent, vt percipi poſſit, numquid ſit capitalis.

44 *Verba non dicuntur minatoria, quando non ſonant in ſpecie delicti, quod reperitur commiſſum, ſed ſunt generalia, & ſonare poſſunt in bonam partem.*

48 *Teſtis, qui vnum dixit, & poſtea iterum interrogatus dixit non recordari, vt defendatur à contrarietate, intelligitur non recordari aliter quam prius dixerit.*

52 *Indicia legitima præcedere debent torturam non in delictis occulti.*

55 *Bonæ famæ probatio adeo diminuit indicia fiſci, vt tortura ceſſet.*

56 *Reus ſponte comparens innocens præſumitur.*
Etiam ſi comparuerit poſt citationem. nu. 57.

58 *Torturæ locum non eſſe in dubio eſt iudicandum.*

CONSILIVM CVII.

DVBITATVR per Excellentiſſimum Dominum Locum Tenentem, quod Dominus Sebaſtianus & nepotes de Coglis Peruſini carcerati occaſione vulneris (vt dicitur) illati Domino Sigiſmundo Procuratori Reuerendiſſimi Domini Epiſcopi Auximani, ſint torturæ ſubijciendi, ſtantibus indicijs contra eos ex proceſſu criminali reſultantibus.

Primo quia lis magni momenti vertitur inter dictum Reuerendiſſimum Dominum Epiſcopum, & dictos Dominos Sebaſtianum & nepotes, pro cuius defenſione præfatus Dominus Sigiſmundus ad inſtan-
1 tiam Epiſcopi continue aſſiſtebat, & quia † ex lite inimicitia exoritur. Bart. in l. 3. §. fin. nu. 4 ff. de excuſat. tut. Gloſſ. in cap. eum oporteat, in verb. inimicos, de accuſat. Aretin. in §. item propter litem, Inſtitut. de excuſat. tut. Alexand. conſil. 99. num. 1. lib. 1. Docto. in Auth. Si dicatur, C. de teſti. Crau. conſ. 31. nu. 3. conſil. 75. nu. 11. lib. 1. Rimin. iun. conſil. 364 num. 14. libr. 4.
2 ex † ipſa inimicitia indicium ad torturam reſultat. Specular in tit. de præſumpr. §. ſpecies, nu. 8. vbi dicit, quod ſi quis fuit occiſus, & ignoratur à quo, ſi probatur, quod aliquis eſſet inimicus occiſi, ille torqueri poteſt, ſequitur Roman. in l. 1. §. hoc reſcriptum, ff. ad Sillan. Marſil. conſ. 71. nu. 1. & in propoſito Rim. iun. conſil. 302. nu. 8. & ſeqq. lib. 3.

Secundo præſumptio contra iſtos carceratos augeri videtur ex minis contra dictum Dominũ Sigiſmun-
3 dum, quæ † ſecundum aliquos indicium faciunt ad torturam. Specul. in d. §. ſpecies, nu. 7. in fi. late Fel. in c. afferte, nu. 11. de præſump & quia carcerati in eorũ patria potentes ſunt ad offendendum Dominum Sigiſmundum forenſem, & ignoratur à quo ipſe vulneratus fuerit, magis prædicta procedunt, & minæ à viris potentibus prolatæ ad torturam indicium faciũt, Albet. in l. metu, C. quod met. cauſ. Bal. & Imol. in l. fi. ff. de hæred. inſtit. Iaſ. in l. 1. C. de ſeru. fugit. Blan. qui de communi teſtatur in tract. de indic. nu. 183. Plot. in repet. l. ſi quando, nu. 886. C. vnd. vi. Iul. Clar. qui pariter communem dicit. in pract. crim. §. fi. q. 21. ver. Minæ præcedentes.

Conſideratur Tertio loco prædictos carceratos in eorum depoſitionibus varios & inconſtantes reperi-
4 ri, mendaceſque detegi, † variationes autem & mendacia ad torturam ſufficiũt, l. vnus, §. teſtes, ff. de quæſtio. Bart. in l. fin. colum. 2. ff. eod. tit. Petr. de Anchar. conſil. 288. Boſſi. in tract. de indic. num. 36. Grat. conſil. 60. num. 3. li. 2. Rom. conſil. 8. vbi Maudoſ. in addi. crebriorem eſſe teſtatur, & iſtam opinionem communiter teneri teſtatur etiam Foller. in tract. ad defenſ. poſt nu. 5. & alios huius opinionis referunt Roland. à Vall. conſ. 14. num. 19. in fin. lib. 4. Rim. iun. conſi. 302. nu. 14. ver. Rurſus, & num. 15. lib. 3. & Iul. Clar. in d. q. 21. ver. Mendacium.

Accedit Quarto, quod Dominus Sigiſmundus fuit vulneratus de nocte, & quia delictum occulte fuit cõmiſſum, ex dictis indicijs ad torturam deueniri pote-
5 rit, † nam quando agitur de delictis occultis, & de nocte commiſſis, leuiores probationes ſufficiunt. Bar. & alij, in l. ſi quis ex argẽtarijs, §. penu. ff. de eden. Alc.
6 conſ. 24. nu. 6. li. 2. Gramma. vot. 21. nu. 4. † & ex leuioribus indicijs eo caſu ad torturã procedi poteſt. Bal. in l. nemo, nu. 3. C. de epiſ. aud. Brun. Alex. & alij, quos refert & ſequitur Boſſi. de ind. num. 200. Gramma. d. vot. 21. num. 5. Marſ. conſ. 44. nu 4. & ſeqq.

Prædictis tamen non obſtantibus, conſiderato proceſſu tam informatiuo, quam defenſiuo, arbitror dictos Dominus Sebaſtianum & nepotes, contra quos ad querelã dicti Domini Sigiſmundi proceſſum fuit, torturæ ſubijciendos non eſſe, ſed abſoluendos, & à carceribus liberandos.

Et ad id dicendum moueor Primo ex eo, quòd in proceſſu conſtat Dominum Sigiſmundum vulnera-
7 tum fuiſſe, & † clarum eſt in iure, quod antequam pro delicto, cuius veſtigia remanent, vt eſt vulnus, contra inculpatum procedatur, conſtare debet concludenter de corpore delicti, l. 1. §. iterum illud, vbi Barto. ff. ad Sillan. Pariſ. conſil. 153. num. 8. & ſequent. libro 4. & ſi de corpore delicti non apparet, ad aliquem actũ non eſt procedendum nec ad torturã, vel capturam, immo nec ad inquiſitionem. Bar. in l. fi. in princ. ff. de q. Auguſt. Arim. in addit ad Ange. de malefic. in verb. Fama publica præceden. num. 108. verſic. Tu autem, qui de inquiſitione loquitur. & ibi Aug. Arim. Gandi. in tit. de præſumpr. col. 3. quem refert & ſequi-
8 tur Boſſi. in tit. de delic. nu. 14 24 26. & 53. qui † etiam dicũt, quod non conſtito de delicto, quidquid ſuperædificatur nullum eſt, maxime quando pars oppoſuit de nullitate, ſecundum Ruin. conſil 80. num. 3. libr. 4.
9 & generaliter † nõ ſolum reſpectu torturæ, ſed etiam quoad alios effectus, quod non ſit procedendum, niſi prius conſtet de delicto. Plot. inter conſil. crim. diuer. conſil. 132. num. 22. tom. 1. Paul. Meren. inter ead. crimin. conſil. 92. num 1. & ſeq tom. 2. Blanc. in tract. de indic. nu. 15. & ſeqq Brun, in tract. de indic. in 5. quęſt. 2. par. nume. 8. & ſeqq. Burſat. qui de communi teſtatur conſ. 225. numer 74. lib. 2. Marſil. in pract. crim. in princ. num. 4. verſic. Scitote, & nume. 5. Bertaz. conſil. crim. 39. nu. 5. lib. 1. Iul. Clar in d. § fin. q. 4. ver. Quando vero, & latius Ant. Gabr. in ſuis concluſ. in titu. de crim. concluſ. 17. per totam. vbi pluribus modis ampliat equidem in caſu iſto delictũ probatur ſola aſſertione Domini Sigiſmundi querelantis, cui in hoc cre-
10 dendum non eſt, † ſed aliter delictum probari debet. Pariſ. dicto conſil. 153. nume. 9. Iul. Clar. in dicto verſic. Quãdo vero. & vt dicunt Doctores in dictis locis, Curia mittere debet Notariũ, qui vulnera, vel aliud delictum, cuius veſtigia remanẽt, inſpiciat, & de hoc particulariter mentionem faciat, vel iurare debet, quod per teſtes probetur, aliàs ſi de eo non conſtat, procedere non poteſt contra querelatum; vnde quia in caſu, de quo agitur, non conſtat, quod dictus Sigiſmundus fuerit vulneratus, nulliter contra iſtos carceratos proceditur.

Secundo dr̃, quod ſi probaretur vulnus, ex alio contra Dños Sebaſtianũ & nepotes nulliter fuit proceſſum, qm̃ proceditur cõtra eos ad querelam Domini Sigiſmundi, qui dixit, quod fuit vulneratus de mãdato dictorum Sebaſtiani & nepotum, & quia ipſi non

mule

Digitized by Google

moleſtantor,ex co quod fuerint principales, & vulne
rauerint,ſed ob mandatum,prour in querela dicitur,
perperam contra eos proceditur ratione mandati,
cum non conſtet de perſona mandatarij, nec nomine
11 tut ille,qui vulnerauit, † quando enim aliquis de mã
dato ad delinquendum imputatut,non poteſt contra
eum procedi,niſi prius cooſtet de mandatatio delin-
queote,l.ſi is qui rem,la s.§.ſi tu Titium, ff. de furt. &
ibi Bart. cuius opinio commuoiter à Doctoribus ap-
probatur,vt ibi teſtatur Ale.in addi.in littera C.& la
te Boſſi.in titu.de delict.num.33. & ſeqq.Alex.conſil.
14.colum.3.libro 3.& conſil.15.libro 1. oam quando
de principali noo conſtat, & ſic de ipſo mandatario
delinquente,impoſſibile eſt conrra acceſſorium,& ſic
12 contra mandantem procedi, † & aliter ſactus pro-
ceſſus nullus redditur.Salic.Cald. & Anch.commuoi
cato conſ.inter conſ.Anchar.217.incipi. Nos Bartho
lomæus,in fin.latius Marſi.conſ.49.num.11.& ſeq.cui
ſubſcripſit Ruio. vt ibi nu. 59. & ſeq. Subditque Boſſ.
vbi ſupra,num.38.poſt Bar. Alex. in d.§.ſi tu Titium,
Fel.in cap.ſicut dignum,colum. s.ver.ſecundo limita.
13 de bomicid.Ang.& alios,† quod taliter debet conſta
re de delicto ptincipalis, quod oec ſufficit proceſſus
ſeu ſententia contra ipſum principalem, ſed proba-
tionem fieri debere cum acceſſotio imputaio de mao
dato ſeu auxilio.Nec poteſt dici,quod ſi ratione man
dati non conſtito de mandatario,inquietari oon poſ
ſent,potuit tamen contta eos procedi tamquam con-
tra principales delinquentes,quoniam querela conti
net quod alter de eorum mandato vulnerauit,& pro
mandato tantum proceditur, & cum pro mandato,
ſtantibus prædictis,nulliter inquietentur, liberandi
14 ſunt,quod in tantum verum eſt,†quod ſi quis de vno
delicto imputatut,ſi illud non probatur, ſed aliud in
querela non contentum, non poteſt condemnari, ſed
abſolui debet.Bal.in cap... §.iniuria,colum.vlt.verſi.
Pone accuſo te,de pace iur.firmand.Fel.in cap.mulie
res,in penult.colum.de ſentent. eacommuo. quos re-
fert & ſequitur Marſi.ſing.187.incip.Qualitas appo-
ſita,verſicu.& ideo. Alexand.conſil.224.num.2.verſi.
Secundo,lib. s.Marſi.conſil.48. nu.18. conſil.112.nu-
mer.4.Grat.conſi.91.num.6.lib.2.late Horat.Luc.in-
ter crim.diuerſ.conſ.168.nu.27. & 28.tom.1. qui per
glo.in l.1.§.diuus,in verb.abſolui,ff.de Sicat.generali
ter id procedere dicit io quoconque delicto,in inqui-
ſitione contento,quod ſi non probatur, ſed aliud di-
uerſum, ſententia condemoatoria ſeqoi non poteſt,
ſed eſt abſolutioni locus.

Tertio ſi contra Dominos Sebaſtianum & oepotes
procedi potuiſſet, oihilominus quia deducta in que-
rela non probantut,abſoluendi ſunt, ioa.l.qui accuſa
re,vbi omnes not. C.de edend.Non quidem conſtat,
quod ipſi vulnerauerint Dominum Sigiſmũdum,im-
mo contrarium ea proceſſu elicitur: Tum ex aſſertio
ne Sigiſmuodi,qui dicit fuiſſe vulneratum ab alio, vt
credebar,de mandato prædictorum,Tum etiam quia
per teſtes conſtat concludenter ea hora, qua præten-
ditur fuiſſe factam offenſionem, ipſos fuiſſe in alio lo
co.Minus probatur,quod alter de eorum mãdato vul
nerauerit,quoniam de hoc ſolus Sigiſmundus depo-
15 ſuit,& aſſertioni vulnerati † credendum non eſt, l.ſi
quis in graui,§.ſi quis moriens,ff.ad Sillan.vbi Gloſ.
in verb.credendum.quod procedit etiam quando vul
neratus in articulo mortis aliquem inculparet, cum
16 aſſertio vulnerati morientis † faciat dũtaxat præſum
ptionem ad excuſandum hæredes morientis à calum
nia,ſi moti dicta aſſertione inculpatum accuſauerint.
Glo. in l.mater. C.de calumniat. quam communiter
approbari teſtatur Aleaand.conſil.14.num.4.libr.3.
Ang.de maleſic.in verb.qui iodex.ad probationẽ ſuæ
inquiſitionis,num.6. aſſerens nihil facere huiuſmodi
aſſertionem,& norandum eſſe contra iudices imperi
tos,qui ex ſola aſſertione vulnerati inquiront contra
aliquem, etenim vulneratus facit ſe inimicum, ideo
conueniens eſt,quod nullam fidem faciat. Alea.in d.
conſi.14.nu.3.Pau.Meren.inter crim.diuerſ.conſi.92.
nu.5.& ſeq.tom.1.etiam ſi in articulo mortis id dice-
ret,quia ea hoc eius fides non augetur,vt eſt dictum,
oam vt dicit Bal.in c.1.§.vaſalli,in fi. de pace Coſtã.
quem ſequitur Aug.Arim.in addi. ad Ang.de maleſ.
in d.loco,num.12.omnis qui moritur non eſt Sanctus
Ioannes Baptiſta,ita vt ſibi ſit credendum,ſolum qui
17 dem aſſertio vulnerati† in articulo mortis,vel in qua
perſeuerauit vſque ad mortem,facit indicium ad in-
quirendum ſecundum conſuetudinem & communẽ
obſeruantiam Italiæ.Igneus in l.Caius Seio, oum.13.
ff.ad Sillan.quem ſequitur Iul.Clar.in d.§.ſi.quæſt.21.
verſ.Aſſertio vulnerati.licet de iure nec ad inquiren-
dum ſufficiat,ſecundum eum.Sed quando vulneratus
non eſt in articulo mortis,ſeu reconualuit,eius aſſer-
tio habet tantum vim denunciationis & querelæ, ſe-
cundum Iul.Clar.in d.loco. Cum igitur Dominus Si-
giſmundus, quando prædicta diait,non eſſet in arti-
culo mortis conſtitutus, quia leuiter fuerat offenſus,
& cito reconualuit, eius dictum oon eſt attendendũ,
ſed vim tantum querelæ habet, & conſequenter non
probat non ſolum ad condemnandum, vt omnes ad-
mittũt,ſed nec etiam vt torturæ ſit locus. Aug. Arim.
in d.loco,nu.12.etiam ſi in mortis articulo fuiſſet con
ſtitutus,ex quo conualuit,ſecundum communem, de
qua poſt Gramma.conſ.57.nu.13.& ſeq.Plac.lib.1.de
lic.c.13.nu.5.teſtatur Iul.Clar.in d q.21.verſ.Aſſertio
vulnerati.in fi. immo nec ſufficit ad tranſmittendam
inquiſitionem,ſiue citationem inculpato,vt poſt An-
gel.in d.verb. Qui index ad probationem inquiſitio-
nis,nu.6.aduertit Iul.Clar.in d.q.21.ver.Aſſertio vul
nerati circa princ.Idque fortius eſt admittendum,ex
eo quod Do. Sigiſmundus ſolum dixit credere fuiſſe
vulneratum de mandato Dominorum Sebaſtiani &
18 nepotũ,†& depoſitio de credulitate fidem non facit,
quãuis diaiſſet ſe pro certo credere, c.tertio loco, de
præſump.per quem tea.Bal.in l.ſiue poſſideris,nu.14.
19 C. de probar.diait † teſtem de credulitate deponen-
tem nec præſumptiue probare, & eum ſequitur Fel.
in c.quoties,num.7.in 2.ampl.de teſt.& Iaſ.in Rub.ff.
de iureiur.num.5. & quia Sigiſmundus dixit vidiſſe,
eum,à quo fuit vulneratus,& quod erat vnus,qui allo
cutus fuerat eo ſero cum Domino Hercule nepote di
cti Domini Sebaſtiani, & de eorum mandato credic
fuiſſe ab eo vulneratum,conuincitur clare de menda
cio,quoniam præſupponitur fuiſſe offenſum de nocte,
20 † & quia eo ſero luna non lucebat,nec eo in loco ade-
rant luminaria, deponens vidiſſe aliquem de nocte,
de mendacio conuincitut, & ſeipſum naturaliter re-
pellit,ſi non probat,quod luna luceret, vel luminaria
eſſent acceoſa.Bal.in l.Aretuſa.nu.4.ff.de ſtatu homi.
Iaſ.in l.ſi non ſpeciali,nu.10.C.de teſt.& in l.non mi-
norem,num.4.C.de tranſac.Boſſi.in tit.de ind.nume.
172.Maluaſ.conſ.6.num.5.libr.1.à qua opinione ne-
minẽ diſſentire teſtatur poſt Vini. & alios Iul. Clar.
in d.q.21.ver.Sed quid ſi teſtis. & non ſolum dum de-
21 ponit eũ cognouiſſe de nocte,ſe ipſum repellit, † ſed
etiam de falſo ſuſpectus redditur.Iaſ.in d.l.ſi non ſpe
ciali, numer.10.latius Celſ.Vgo.conſ.62.num.5.Bur
22 ſat.conſi.34.nu.7.lib.1. & † eum in hoc falſum depo-
ſuiſſe conuincatur,totum eius dictum infringitur, &
in aliquo ſibi credendum non eſt.Bald.in l.conuenti-
culam,nu.7.C.de epiſc.& cler.Ruin.conſil.158.num.
25.libro

Digitized by Google

25. lib. 5. cum allegatis per Burſ.conſil.70.nu.28.li.1.
Apparet igitur ex iã dictis nihil cõcludenter pro-
bari cõtra iſtos carceratos, nec quod vulnerauerint,
neque quod vulnerare fecerint, & propterea abſoluẽ
dos eſſe. Nec torturæ ſunt ſubijciendi, cum non adſit
23 aliquod legitimum indicium, † & ad torturam non
proceditur, niſi legitima præcedant indicia, l. ſi quis
alium, vbi gloſſ. & Doctor. C. ad leg. Iul. maieſt. Boſſ.
in tit. de indic. num. 1. Capic. deciſ. 126. nu. 4. Caret.
in pract. crim. in princ. nu. 110. deciſ. Pedemont. 79.
num. 14. Rim. iun. qui de communi teſtatur conſil. 88.
24 num. 52. & ſeq. lib. 1. † Et quamuis indicia ad tortu-
ram ſint Iudici arbitraria ſecundum Bar. in l. fi. nu. 5.
25 ff. de q. ſuum arbitrium † ita regulare debet, quod ex
legitimis tantum indicijs, à iure approbatis, ad tor
turam procedat, & non aliter. Boſſ. in tit. indic. nu. 32.
& ſeq. Pariſ. conſilio 151. numero 14. & ſequent. lib.
quarto. Marſil. conſilio 15. nume. 17. deciſ. Pedemon.
79. nume. 57. Burſat. conſil. 201. numero 50. libro 2.
Quorum aliquod legitimum indicium hic non elici-
26 tur, † & ſi aliqua dubia leuia & imperfecta eliceren-
tur, non debent attendi, cum ad torturam requiran-
tur indicia clara, perfecta, & talia, quæ de iure ſubſi-
ſtant, & in ſua ſpecie luce clariora, nec dubia, leuia,
aut aliàs perſunctoria attenduntur. Bald. conſil. 259.
incip. Verba inquiſitionis, num. quarto. libro 1. Mar-
ſil. conſil. 88. numero 2. conſil. 101. numero 13. Socin.
iun. conſil. 39. nume. 55. lib. 2. Roland. à Vall. conſ. 16.
nume. 30. lib. 1. & conſil. 3. num. 37. lib. 2. vbi de com-
muni teſtatur.

Nec prædictis obſtant contraria.

Non quidem obſtat primum indicium de inimi-
citia.

Primo, quia negatur inter iſtos carceratos & Do.
Sigiſmundum aliquam inimicitiam exortam fuiſſe,
ſed fiſcus qui pro indicio inimicitiam allegat, illam
27 probare debet tãquam quid facti, † quia inimicitia
non præſumitur. Crauet. conſi. 8. num. 8. lib. 1. Mant.
conſ. 52. num. 17. & conſil. 276. num. 46. Maſcard. de
28 probat. lib. 1. conclu. 85. nu. 3. Sed † potius præſumitur
amicitia. Bald. in l. ſi quis teſtibus, nume. 6. & ſeq. C.
de teſti. Grammat. conſil. 42. num. 11. Rim. iun. conſi.
88. nume. 35. lib. 1. quæ regulariter inter omnes præ-
ſumitur. l. ſi quis teſtibus, vbi Bald. in fine, verſi. Nota
quod ille, C. de teſti. Maſcard. in d. concluſ. 85. nu. 4.
Quæ amicitia tanto magis præſumenda eſt, cum pro
betur Dom. Sigiſmundum parum ante cum querela-
tis amicabiliter pluries allocutum, & cum eis conuer
29 ſari conſueuiſſe, † ex qua loquela & conuerſatione
tollitur allegata inimicitia, & amicitia probatur.
Bal. in cap. 1. de prohib. feud. alienan. per Feder. ſequi
tur Grammat. d. conſi. 42. num. 12. Paul. Meren. inter
crim. diuerſ. tom. 2. conſi. 89. nume. 7. Burſ. conſil. 271.
num. 12. lib. 3. Maſcard. vbi ſupra num. 5. & 6. qui di-
cit ex ſalutatione & conuerſatione non ſolum præſu
30 mi amicitiam, † ſed ſi præceſſiſſet inimicitia, præſu-
mi reconciliationem, poſt Mant. conſil. 325. nu. 13. &
ſeq. lib. 2. Nec ex lite inimicitia arguitur. Primo, quia
31 nõ † erat lis de omnibus bonis ſeu maiori parte, quo
caſu contraria procedunt per tex. in l. propter litem,
ff. de excuſ. tut. & in §. item propter litem. Inſtit. eod.
tit. Sed inſpectis eorum amplis facultatibus, de mo-
dica ſumma lis pecuniaria vertebatur, quę inimicitiã
non arguit ſaltem conſiderabilem. Bal. in l. 3. in prin.
ff. de teſti. Nat. conſi. 42. num. 6. conſil. 43. num. 4. lib. 1.
Alciat. conſi. 20. num. 10. tom. 2. lib. 7. Vulpell. conſil.
crim. 5. num. 3. Burſat. d. conſil. 271. num. 12. Gerard.
Mazol. conſil. 47. num. 78. & ſi ex lite aliqua indigna-
tio inter colligitantes exorta eſſet, ex hoc inimici-
32 tia non probatur, † quia indignatio, & odium quan
do ex vrgentiſſimis cauſis non exoritur, non cauſant
inimicitiam. Soc. iun. conſ. 73. num. 13. lib. 2. deciſ. Pe-
demon. 79. num. 23.

Secundo ſi inter colligitãtes aliqua exorta fuiſſet
inimicitia, eadem inimicitia non conſideraretur cũ
Domino Sigiſmundo procuratore. Quod enim dici-
33 tur † de inimicitia, reſultante ex lite, procedit inter
principales, non cum procuratore ſeu alio auxiliato
re. Bart. in l. 3. §. non ſolum, num. 3. ff. de adim. leg. per
tex. in l. qui cum maior, §. pen. ff. de bon. libet. qui lo-
quitur etiã de auxiliatore in cauſis criminalibus ca-
pitalibus, & ad offenſam, & in fortiorib. terminis idẽ
34 comprobat Rip. in c. 1. num. 15. de ind. † & licet hoc
non ſit verum in Aduocato, & Procuratore, ſeu alio
auxiliatore in cauſa criminali contra inquiſitum ſeu
querelatum, cum quo inimicitiam contrahi oſtendit
Blanc. de ind. nu. 138. & ſeqq. Aliud eſt in procurato-
re in cauſa ciuili, in quo maxima diuerſitatis rõ per-
penditur, vt eſt clariſſimum. Et quia attenta conſue-
tudine huius Prouinciæ Vmbriæ, & totius Italiæ, cũ
procuratore in cauſis ciuilibus inimicitia non con-
35 trahitur, fortius id admitti debet, † cum ad cognoſcẽ
dum, an cum aliquo inimicitia contrahatur, attendi
ſoleat conſuetudo patriæ. Bart. in l. tutor, §. ſi tutor,
num. 1. ff. de ſuſpect. tut. Pau. Merend. inter crim. diu.
conſi. 88. num. 41. tom. 2.

Tertio ſi admitteretur cũ Reuerendiſſimo Domi-
no Epiſcopo aliquã exoritã inimicitiam, quod in cau
36 ſa ciuili nullo modo admittendum puto, adhuc † illa
nõ eſſet capitalis, nec grauis, etiamſi ageretur de ma
iori parte bonorum. Alciat. d. conſi. 20 num. 10. lib. 7.
Vulpel. d. conſil. 5. num. 3. Burſat. d. conſil. 271. nu. 30.
37 Mazol. d. conſil. 47. num. 78. & ſine dubio † capitalis
non eſſet exorta cõtra procuratorem, ſecundũ Blanc.
de indic. numero 142. ſed leuis eſſet. Rip. in dicto c. 1.
num. 15. qui vere hoc dicit, licet in aliquibus codici-
bus errore impreſſuris deficiat negatiua, Non, quod
ſatis elicitur, tum ex ſono verborum, tum etiam ex
d. l. qui cum maior, §. pen. & Bar. in d. §. non ſolum, à
Ripa allegato, qui negatiuam opinionem probant,
propterea inimicitia nullum prębet indicium ad tor
38 ram, leuis † enim inimicitia non attenditur. Mant.
conſilio 325. numero 8. ſed ea tantum quæ ex cau-
ſis capitalibus ſeu magnis exoritur. Ioan. de Amic.
conſil. 7. nume. 25. etenim vt ex inimicitia contra ini
micum præſumptio delicti reſultet, debet eſſe capi-
talis, vel ſaltem grauis, non autem leuis, ſeu talis
quæ tantum in ſimplicem indignationem tranſeat,
vt poſt Bald. in Authen. Si dicatur, C. de teſti. dixit
39 Vulpel. dicto conſil. 5. num. 2. quoniam † ex leui ini-
micitia non eſt credendum, quod quis alium offen-
dere velit. Marſil. in ſua pract. crimin. §. diligenter.
num. 69. quem refert & ſequitur Ioan. Turr. inter cri-
40 min. diuerſ. conſil. 81. num. 32. tom. 2. & vt † ex inimi
citia contra alium indicium reſultet, opus eſt illam
eſſe capitalẽ, & ex capitalibus cauſis originem trahe
re, vt poſt Rom. in l. 1. §. hoc reſcriptum, ff. ad Sillan.
dicit Grammat. conſil. 44. num. 9. deciſ. 28. num. 5. &
vot. 34. nu. 5. ſequitur Franc. Marc. deciſ. 423. nu. 27.
parte 1. Paul. Merend. inter crimin. diuerſ. conſil. 89.
num. 5. tom. 2. Burſat. conſil. 20. num. 18. lib. 1. Mazo.
conſil. 47. nume. 77. & Menoch. de præſumpt. lib. 1. q.
89. nume. 52. & 58. & propterea vt de capitali inimi
41 citia conſtet, † neceſſarium eſt probare non ſolum ip
ſam inimicitiam in genere, ſed etiam manifeſte pro-
bandæ ſunt cauſæ, & qualitates eiuſdem, vt clare di-
gnoſci poſſit, numquid vere ſit capitalis. Bald. in l. ſi
quis teſtibus. num. 17. C. de teſtib. Iaſ. in l. 1. colum. 5.
C. de

C.de teſta.Grammat.conſ.12.num.10.& ſeq.conſ.44.
nu.7.& ſeq.vot.34.num.4.& ſeq.& in deciſ.34. nu.21.
& ſeq.Ant.Galea.inter crim.diuerſ.conſ.110. nu.25.
tom.1.Paul.Meren.d.conſil.89.nu.5.In caſu vero no-
ſtro de inimicitia non conſtat, & ſi aliqua ex lite con
42 ſiderari poſſet, illa leuis eſſet, non capitalis, † ideo
non ſolum non facit indicium ad torturam, ſed nec
ad inquirendum.Boſſ.in tit.de indic.num.47. in fine.
Grammar.deciſ.28.nu.5.Marſ.conſ.72.nu.1.Burſat.
conſ.216.nu.68.lib.2.& Iul.Clar.in d.q.21. verſ. Ini-
micitia, affirmans ita omnes tenere.

43 Quarto ſi de capitali inimicitia conſtaret,† cum il
la ſit quid remotum ab ipſo delicto, non faceret indi
cium ad torturam,niſi alijs concurrentibus, reproba
ta opinione Spec. contrarium ſentientis, ſecundum
Marſil.in ſua praxi,§.diligenter,nu.70. & in conſ.72.
nu.3.& ſeqq.11.& ſeq.Iaſ.in l.1.C.de ſer.fug. Carrer.
in pract.crimin. in princ.nu.118. Grammat. vot.30.
num.20.vot.34 nu.7.vbi de communi teſtatur.& con
ſil.3.num.16.Boſſ.in tit.de indic.num.47. Ioan.Turr.
qui cõem appellat inter crim.diuer.conſ.81.num.32.
& ſeq.tom.2. Vulpel.d.conſi.5.nu.4 Mazol. d.conſil.
47.nu.77.Burſ.conſi.20.nu.18.lib.1.& conſil.216.nu-
me.69.lib.2. vbi dicit hanc opinionem eſſe cõmunem.
deciſ.Pedemon.79.nu.21.& ſeq.Rimin.iun.conſi.88.
nu.5.& ſeq.lib.1.Tob. Non.conſil.99. nu.20. & hanc
opinionem magis communiter approbari teſtatur
etiam Iul.Clar.in d.quæſt.21.ver.Inimicitia,late Me
noch.in dicta q.89. num.52. & M. Anton. Eugenius
conſil.27.nu.29.lib.1.& quia allegati Doctores aliàs
multas auctoritates adducunt, negari non poteſt,
quin hæc opinio ſit magis communiter recepta, & in
iudicando ſequenda, quam in practica vti commu-
nem & æquiorem ſeruandam eſſe teſtatur Ant. Gab.
in ſuis concluſ. in tit.de crim.conclu.18.nu.2.in fi.vbi
pro ea alios multos allegat.

Minus nocet ſecundum obiectum, quoniam non
probatur, quod aliquis ex dictis carceraris minatus
fuerit contra dictum Sigiſmundum, etenim teſtes ſo
lum probant Dominum Herculem dixiſſe Sigiſmun-
do,quod melius faceret incumbere eius negotijs,quã
44 facere ipſos litigare iniuſte,† quæ verba non ſunt mi
natoria, ſed generalia, & poſſunt in bonam partem
accipi, quod ſcilicet melius faceret incumbere ſuis
negotijs,quia cum lis eſſet iniuſta,aliquid ſuperlucra
ri non poterat,ſed potius amittere,non tamen intelli
guntur prolata, ex eo quod Dominus Hercules ani-
mum illum offendendi haberet, ideo non nocent, vt
in fortioribus terminis conſiderant Alexan.conſilio
188. colum.2. num.7. verſic. Nec obſtat,lib.7. Mant.
conſilio 52.numero 46.lib.1. Natt.conſilio 42.nume-
ro tertio, libro 1. Dec. conſil.189. numer.17. Ad hoc
enim vt verba tamquam minatoria conſiderari poſ-
ſint, & noceant, opus eſt illa ſonare in delictum, &
in ſpecie, in qua commiſſum reperitur, prout loqui-
tur Specu.ex aduerſo allegatus, & Dec. Natt. & alij
aduertunt,quod non eſt hic. Vlterius non videtur de
dictis verbis habenda ratio,cũ præſupponantur pro
lata calore iracundiæ,dum de lite diſcutiebatur,quã
Dominus Hercules iuſtiſſimam pro eorum parte præ
45 ſupponebat,† & quando verba etiam minatoria pro
feruntur calore iracundiæ,non nocent, nullumq; in-
dicium faciunt. Marſil. conſil.72. num.5. & ſequent.
Mant.conſilio 52.numero 45.in fin.libro primo.& fa
cit Ioan. Turr. inter crimin. conſilio 81. numero 45.
tom.2.dum dixit in hoc attendi qualitatem perſonæ
minas proferẽtis,an ſit ſolitus minas exequi,& lubri
cum linguæ non obeſſe; & eiuſdẽ ſententiæ eſt etiam
Menoch. in dicta quæſtion. 89. numero 64.cum ſeq.

46 Poſtremo vt ex minis indicium reſultet, † neceſſariũ
eſt,quod ille qui minatus fuit,ſit vir potens,ſolitusq;
minas exequi,idque probare oportet. Dec.conſ.189.
nume.17. Natt.conſil.42.nu.2.lib.1.Pariſ. conſil.168.
nu.11.lib.4.Rol.à Val.conſil.27.nu.21.lib.3. & quod
ſit ſolitus minas exequi,iuſtificari debet in ſimilibus
delictis,de quibus imputatur, non in diuerſis. Natt.
47 conſ.42.nu.5.& conſil.43.num.3.lib.1.† Prout etiam
probari debet,quod qui minatus fuit, ſit malæ condi
tionis, opinionis & famæ in eodem genere mali, vt
poſt Marſi.in ſua praxi in §.diligenter,num.85.dixit
Ioan. Turr.in d.conſ.81.nu.45.vbi de communi teſta
tur.Solum quidem quando ignoratur quis maleficiũ
commiſerit,minæ indicium ad torturam faciunt, quã
ſunt prolatæ per virum potentem, & malæ famæ in
eodem genere mali, qui ſolitus ſit minas ſuas exe-
qui,aliàs ſecus.Bal.in l.fi.num.7.ff.de hæred.inſtit. &
ibi late Imol.nu.10.Ploc.in l.ſi quando. nume.886.C.
vnde vi.Boſſ.in titu.de indic. nume.44. Vulpel. dicto
conſilio 5. numero 6. Carrer. Plac. & alij quos refert
& ſequitur Iul.Clar.in d.quæſt.21.verſicul. Minæ,vbi
dicit Doctores ita communiter diſtinguere ſolere,&
alijs non concurrentibus eamdem diſtinctionem ſe-
quitur Menoch. in d. quæſtio.89. numero 63. In caſu
vero noſtro ſolum non probantur prædictæ qualita-
tes, ſed concludenter conſtat de contrario, & quod
tam Do. Hercules quam alij ſunt bonæ conditionis
& famæ,pacifici,nec ſoliti alios offendere, ideo ex di
ctis verbis nullum indicium contra eos ſumi poteſt,
vt ſentiunt omnes in citatis locis, præſertim Bald.in
d.l.fin.numero ſeptimo. & Imol. nume. 10. Blanc.de
indic. & tortur. par.1.quæſt.3.numero 33.verſic. Aut
minans.

Tertium ſubuertitur conſiderando,quod nõ elici-
tur aliqua contrarietas,ex qua mẽdacium arguatur,
48 licet enim prius aliquid† depoſuerint,poſtea vero di
xerint non recordari, vel aliter dicere videantur, ex
hoc non conuincũtur de mendacio, ſed ad euitandã
contrarietatem intelliguntur,quod nõ recordantur,
vel non fecerunt,aliter quam ſupra dixerint,vt de te
ſte ita deponente probant Bart.in l.de ætate,num.11.
verſicu. Reſponde,ff.de minor. Bald.in l.data opera,
numero 33. C.de his qui accuſ.poſſunt.quem ſequun
tur Alexand.conſil.180.numero 6.libro 5. Dec.conſi
lio 100. numero 3. verſic. In primis, & verſic. Quin-
49 to.† & ſi in aliquo mendacium detegeretur, quia eſt
circa ea,quæ ſi falſi fuiſſent,non nocerent, ex menda-
cio nullum reſultat indicium, præſertim,quando (vt
hic) eſt circa remota à delicto. Marſil. conſilio 15. nu
mero 15. verſiculo. Præterea, conſilio 51.numero 66.
in fin.& ſequent. ſequitur Laurent. de Occa inter cri
min. diuerſ. conſilio 60. numero 51.& ſequent. tom.
ſecundo. Mant.conſilio 215.numero 34. Et ſi menda-
cium eſſet circa pertinentia & circumſtantias delicti
50 (quod eſt à veritate alienum)† attamen quia non eſt
circa principale factum,& delictum, nõ facit indiciũ
ad torturam,nec nocet in aliquo.Horat.Luc.inter cri
min.diuerſ.conſilio 161. nume.38. tom. primo. Natt.
conſilio 42.numero quarto,libro primo.Crauet.con
ſilio 48.numero tertio,libro primo.& magis clare Se
nat. Pedemont. dec.79. numero 15. & ſequentibus.
vbi de communi teſtatur; & quando mendacium eſt
circa factũ principale, & circa ipſum delictũ, adhuc
per ſe ſine alijs adminiculis ad torturam nõ ſufficit,
iux.opinionem magis communiter receptam ſecun-
dum Grammat.vot.30.numero 15.in fine,& ſequen.
& conſilio 11. numero.29. Ioann. de Amic. conſilio
134.numero tertio. Tobias Noni.conſilio 99.nume.
20.Horat. Luc. dicto conſilio 161.numero 35. deciſ.
Pede.

Digitized by Google

51 Pedem.79. nn.17. † Poſſet etiam addi ea abundanti,
quod com variationes fiut circa ea, quæ defenſionem
& eacuſationem carceratorum reſpiciunt, indicium
ad torturam non facinnt, iuxta diſtinctionem Blanc.
& Foller. in locis citatis per Rim. Iun. conſ. 302. nn. 16.
lib. 3. Verum quia de variarionibus & mendacijs non
conſtat, & ſi quæ adſunt, non cõcernunt delictum, nec
eius circumſtantias præcedentes & priores reſponſio
nes ſufficiunt, quæ omnem ambiguitatem auferunt.
Vltimum facile remouetur conſiderando, quod li-
cet in occultis iudex facilius poſſit ad torturam pro-
52 cedere, † non propterea ex hoc ſequitur, quod legiti-
ma indicia præcedere nõ debeant, vt declarant Marſ.
conſ. 44. nu. 21. Deciſ. Pedem. 79. nu. 55. & ſeq. ver. Nec
obſtat, quorum aliquod legitimum in caſu noſtro nõ
53 adeſſe demonſtraui. † Vlterius quia hic non procedi
tur ex inquiſitione, ſed ad querelam partis, videtur
quod non ſit locus regulæ ex aduerſo adductæ, quod
in occultis leuiores probationes ſufficiãt, vt poſt An-
gel. de malefic. in verb. mettidor de mali dadi, num. 1.
Innoc. in c. cum I, & A, in fin. de re iudic. dixerunt Grã
mat. conſi. 58. nu. 4. & Io. Turr. d. conſi. 81. nu. 60. verſi.
Præterea. Inſuper regula, quæ habet, quod in cõmiſſis
54 de nocte leuiores ſufficiunt probationes, † procedit
qñ non ſolum actu, ſed etiam habitu non poſſunt aliæ
probationes haberi, ſecus ſi habitu potuiſſent haberi,
ſed actu non. Io. de Imo. in c. tertio loco. de prob. Grã
mar. conſ. 26. nu. 37. Alex. conſ. 64. num. 5. lib. 1. Marſi.
conſi. 22. nu. 12. Ruin. conſi. 120. nu. 8. lib. 5. Dec. conſil.
310. nu. 4. Pariſ. conſi. 59. nu. 31. lib. 4. Boſſi. tit. de ind.
nu. 163. & multa cumulat Ant. Gabr. in tit. de teſtib.
concl. 7. n. 5. Quod procedit etiam in geſtis de nocte,
in quibus non admittitur leuior probatio, quãdo ha
bitu potuiſſet aliter probari, licet actu teſtes, qui pro
bare poſſent, non adfuerint. Grammat. conſ. 45. nu. 9.
& 11. conſi. 58. nu. 1. & 4. Ruin. conſ. 149. nu. 35. conſil.
150. nu. 18. lib. 5. Io. Turr. d. conſ. 81. nu. 14. 58. & 59. &
propterea oẽs in dictis locis admittunt neceſſarium
eſſe iuſtificare, quod nec actu neque habitu aliter pro
bari potuerit, quæ probatio nõ ſolũ non reperitur fa-
cta, immo conſtat de contrario, cum præſupponatur
fuiſſe vulneratum Sigiſmundum in platea magna ci-
uitatis hora prima noctis, in qua ſemper homines re
periuntur, præſertim in apothecis ibidem exiſtenti-
bus, ideo habitu potuerunt teſtes reperiri, qui vidiſ-
ſent ipſum vulnerari, vel ſaltem ſi Sigiſmundus accla
maſſet, ſtatim potuiſſent teſtes illuc accedere, vt cla-
re in proceſſu probatur, ideo non poteſt dici, quod ſit
caſus adeo difficilis probationis, in quo à regulis iu-
ris ſit recedendum, ita vt ex ſola aſſertione Sigiſmun
di vulnerati poſſit cõtra iſtos carceratos procedi, ma
xime ad torturam ex iam dictis, & bene faciunt nota
ta per Grammat. conſi. 45. nu. 10. in fi. & ſeq. qui loqui
tur etiam de delicto de nocte, & in domo commiſſo.
Poſtremo ſi id eſſet difficilis probationis, conſiderari
poſſet hæc difficultas circa perſonam eius, qui de no-
cte vulnerauit, ſed quia non proceditur contra iſtos
carceratos tãquam contra vulnerantes, quoniam cla
re probatur ex aſſertione Sigiſmundi & aliter quod
ipſi vulnus non intulerunt, ceſſat hæc dubitatio, & qa
ſolum imputantur de mandato, non erit locus tortu-
ræ ſtantibus maxime tot rationibus ſupra adductis.
Erunt igitur abſoluendi Dominus Sebaſtianus & ne
potes, & à carceribus liberandi, cum nihil contra eos
55 adſit, quod vrgeat, & tãto magis, † quia probata fuit
eorum optima fama, quæ indicia fiſci, ſi quæ adeſſent
ad torturam ſufficientia, adeo diminuit, vt ex eis tor
turæ non ſit locus. Marſ. conſi. 74. nu. 25. & ſeq. Natt.
conſ. 42. nu. 9. & 11. lib. 1. Calcfat. inter crim. conſ. 108.
nu. 9. & ſeq. tom. 1. Rol. à Vall. conſ. 3. nu. 57. lib. 3. Bur-
56 ſat. conſil. 20. nu. 42. lib. 1. † Accedit etiam ſpontanea
ipſorum comparitio, quæ maximam innocentiæ præ-
ſumptionem inducit. Marſ. conſ. 117. nu. 49. Ioã. Turr.
d. conſ. 81. nu. 82. Rim. iun conſi. 217. nu. 27. libr. 2. cui
57 † præſumptioni locus eſt, quamuis citati comparue-
rint. Gramma. conſil. 61. nu. 3. & 4. Rim. iun. alios ad-
ducens conſi. 88. nu. 48. & ſeq. li. 1. & quia hæc viden-
tur clara, ſine difficultate procedunt, quibus etiam lo
58 cus eſſet, ſi res eſſet dubia, † cũ in dubio iudicandum
ſit reos eſſe abſoluendos, & ex indicijs fiſci non eſſe
torquendos ita in benigniorem partem pro carcera-
tis inclinando. Aug. in l. 2. nu. 4. C. de quæſt. præſertim
in hoc caſu, vbi non agitur de magno delicto, ſed de
paruo vulnere. Boſſi. in tit. de ind. num. 72.

Abſoluti fuerunt per Dominum Leontium Galeottum Auditorem Reuerendiſſimi Domini Gubernatoris Ciuitatis Peruſiæ anno 1579. die vltimo Iunij, vt conſtat ex actis Curiæ Criminalis dictæ Ciuitatis.

ARGVMENTVM.

Crimen læſæ maieſtatis in quibus caſibus committatur, & quę ſit dicti criminis pœna, & numquid affectus puniatur, non ſecuto effectu.

Ad inquiſitionem ſpecialem, capturam, & torturam an procedi poſſit, non præcedentibus indicijs, & proceſſus factus ſubſiſtat.

Confeſſio in tortura extorta ſine indicijs numquid validetur per ratificationes ſubſequentes.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſione non poteſt dari maior probatio, ſed ea vincit omnem aliam probationem de mundo.*

2 *Læſæ maieſtatis crimen ille committit, qui contra perſonam domini tractatum facit.*

3 *Affectus punitur pœna ordinaria in crimine læſæ maieſtatis, & ſi non fuerit conſummatum delictum.*

Intellige vt nu. 51. cum ſeqq.

4 *Subditus ſciens tractatum contra dominum punitur, ſi illum non propalauit.*

5 *Læſæ maieſtatis reus punitur pœna vltimi ſupplicij. & in fruſta ſcinditur.*

6 *Bona condemnati pro crimine læſæ maieſtatis de iure confiſcantur.*

7 *Crimen læſæ maieſtatis committitur etiam contra dominos recognoſcentes ſuperiores ſaltem quoad pœnam mortis, & confiſcationis bonorum, licet non quoad auferendũ bona à filijs delinquentis, & damnandam memoriam.*

Declaratur num. 56.

8 *Indicia delicti cõtra aliquem præcedere debent, antequam contra eum procedatur.*

9 *Inquiſitio ſpecialis contra aliquem formari non poteſt, niſi præcedat contra eum diffamatio. Et nu. 16.*

Etiam ſi iudex ex ſuo mero & puro officio procedere poſſet. num. 10.

Et quamuis ſtatuto, vel aliter iudex haberet poteſtatem procedendi liberè, & ſecundum ſuam conſcientiam at voluntatem. nu. 11.

Nec iudici aſſerenti diffamationem præceſſiſſe, creditur. num. 12.

Et

Et procedunt prædicta in omni delicto etiam læſæ maieſtatis.nu.13.

24 *Inquiſitio de mandato & conſcientia Principis formari poteſt etiam non præcedente diffamatione.*

25 *Commiſſio facta iudici, vt contra aliquem inquirat, & procedat, intelligitur ſeruata forma iuris ac præcedentibus indicijs.*

27 *Inquiſitio ſpecialis, diffamatione ſeu alijs indicijs non præcedentibus, nulla redditur cum omnibus inde ſecutis.*

28 *Teſtes examinati cõtra aliquem ſuper delicto, de quo quis non erat infamatus, non faciunt aliquam fidem, ſed reijciuntur, quamuis plene probarent delictum.*

29 *Confeſſio eius, contra quẽ fuit proceſſum ad inquiſitionem ſpecialem, non præcedentibus diffamatione ſen alijs indicijs confitenti non nocet.*

Et qualiter id procedat ibi.

Et numquid in cõfeſſione ſpontanea, vel extorta per torturam.num.20.

21 *Sententia lata ſuper inquiſitione formata, non præcedente diffamatione ſeu alijs indicijs, redditur nulla.*

22 *Statutũ diſponens, quod contumax habeatur pro confeſſo, intelligitur dummodo legitima præcedãt indicia ad tranſmittendum inquiſitionem.*

23 *Capturæ non eſt locus non præcedentibus indicijs. Etiam quando agitur de crimine læſæ maieſtatis, aliove atrociſſimo delicto.nu.24.*

25 *Delictum. De delicto plene conſtare debet ante capturam.*

Et etiam in delictis, quorum non remanent veſtigia, debẽt præcedere indicia ipſius delicti, antequam procedatur ad capturam, nu.29.

27 *Captura non præcedentibus indicijs eſt nulla, & carceratus relaxari debet.*

28 *Confeſſio nulliter carcerati non nocet confitenti.*

Saltem reſpectu condemnationis, quando extorta fuit per torturam.num.30.

29 *Confeſſio delicti non nocet confitenti, quando non conſtat de corpore ipſius delicti.*

31 *Torturæ locus non eſt, non præcedentibus indicijs legitimis, etiam ſi agatur de crimine læſæ maieſtatis, nu.37.*

32 *Confeſſio extorta per torturam illatam ſine indicijs non valet, nec præiudicat confitenti.*

Etiam ſi millies ratificata fuiſſet.nu.33.

Nec contra confitentem facit indicium aut præſumptionem.nu.34.

Et quamuis ageretur de crimine læſæ maieſtatis.nu.36.

35 *Indicia ſuperuenientia non conualidant torturam præcedentem, & confeſſionem per torturam nulliter extortam.*

38 *Indicia ad torturam debent eſſe clara, perfecta, & quæ de iure ſubſiſtant, nec dubia, leuia, ſeu aliàs perfunctoria attenduntur.*

39 *Subditus accedẽs ad inimicum ſui domini non in damnum domini, ſed ex aliqua alia iuſta cauſa non debet puniri.*

40 *Vaſſallus non priuatur feudo ob amicitiam contractam cũ inimicis domini, niſi probetur contracta in damnum, & perniciem domini.*

41 *Torturæ ſpecies cum compedibus ſæuiſſima reputatur.*

42 *Ratificationes confeſſionis extortæ per torturam, durante cauſa metus, & donec reus reperitur in poteſtate eiuſdem iudicis pariter metu tormentorum extortæ dicuntur.*

43 *Relatum eſt in referente cum omnibus eius qualitatibus.*

44 *Confeſſio & confeſſionis ratificatio in fauorem confitentis interpretari debet etiam in cauſa criminaliter intentata. & nu.45.*

46 *Confeſſio vt noceat confitenti, debet eſſet certa, clara, ac inuulnerabilis, aliàs non attenditur.*

47 *Confeſſio inueriſimilis non nocet confitenti. & nu.ſeq.*

48 *Iudex ante omnia attendere debet veriſimilitudinem.*

49 *Iudex nunquam procedere debet ad condemnationem ex confeſſionibus in tortura factis, niſi reus illas declarauerit varijs ſignis, quæ oſtendant eas veras eſſe, & iudex cognoſcat eas eſſe veriſimiles.*

50 *Delictum quod non probatur aliter quam per rei confeſſionem, non punitur pena mortis, ſed mitiori.*

52 *Affectus quando non exceſſit terminos ſimplicis cogitationis nullo modo punitur.*

Si exceſſit terminos cogitationis de iure non punitur pœna ordinaria, quando non eſt deuentum ad actum exteriorem.num.53.

Sed ſi deuentum eſt ad actum exteriorem, non tamen eſt ſecutus effectus, quidquid ſit de iure, de generali conſuetudine punitur pœna extraordinaria tantum.nu.54.

55 *Affectus ſolus non ſecuto effectu non punitur, ſi non eſt deuentum ad actum proximum, nec agitur de crimine læſę maieſtatis, aut alio excepto.*

57 *Crimen læſę maieſtatis an committatur ex offenſione ſuperioris ex priuata aut particulari inimicitia.*

CONSILIVM CVIII.

PRSATSNDITVR pro parte fiſci Blaſium de Terra Baſchij tractatum habuiſſe cum Illuſtriſſimo Domino Attilio, vt aſſeritur, inimico Illuſtriſſimi Domini Rainutij domini dictæ Terræ de interficiendo dictum Illuſtriſſimum Dominum Rainutium, idque probari confeſ-
1 ſione dicti Blaſij, † qua confeſſione nulla poteſt dari maior probatio, cum illa vincat omnem aliam probationem de mundo, l.cum te, & ibi Iaſ. numero 5. C.de tranſact. l. generaliter, C. de non nume. pecun. l.fin.C.de fideicomm. Alexand.conſil.141.numero 3. libr.6.Socin. iun. conſilio 5. numero quarto, & 5.lib. tertio.Riminald.iun.conſilio 103.numero 28 lib.1.& quamuis effectus non ſit ſecutus, cum Blaſius dictum Illuſtriſſimum Dominum non interfecerit, nihilominus quia agitur de crimine læſæ maieſtatis domini
2 ipſius Blaſij, † quod committit ille, qui contra perſonam Domini tractatum facit, vti poſt Socin. & Alcia. dixit Iul.Cla.in §.læſę maieſtatis, in principio, & probat text.in l.quiſquis, C.ad leg.Iul.maieſt.Boſſi.in ti-
3 tul.de crimin.læſ.maieſt.nu.43.† In crimine illo affectus punitur pœna ordinaria, ac ſi vere delictum eſſet conſummatũ, text.in dicta l. quiſquis, vbi Cin. in 3.not.& alij ſequuntur, Boſſi.in titul. de crim.læſ.maieſtat.numero 43.Soc.iun.conſil.105.numero 37.libr.3.aſſerens ita ſeruari. Didac. Couar.in Clem. ſi furioſus, part.2.in initio, numero 7. verſic.primo infertur, qui dicit id communi omnium ſententia receptum videri.Gigas de crimin.læſ.maieſt.lib.1.quæſt.26.numero 2.& q.30. numero 2. Iul.Clar.qui de communi & ita de conſuetudine ſeruari teſtatur in d.§.læſæ maieſta.verſic.ſcias autem. Alciat.reſpon.476.Carer.in pract.crimin.§.homicidium, num.15.Menoch.de arb. iud.q.lib.2.cent.4.verſic.360 num.24. & ſeqq.& poſt alios multos communem dicit Burſ.conſi.147.nu.25.
4 libr.2. Immo † ſola ſcientia punitur, quando ſubditus, qui ſcientiam habuit tractatus contra dominum, illum non propalauit, quod probatur in dicta l. quiſquis, in fin. vbi Salicet. idem tenent Barto. in l.vtrum, ff.de parricid.& ibi Marſi.numero 6. Socin.iun. d.conſi.105.num.43.Ang.in tract. de malefic. in verb. & hai tradito la tua Patria.num.10. & 11.& ibi Aug. Arim.vbi teſtatur ſecundum hanc opinionem iudicaſſe, quam communem dicit etiam Placa.lib. delict. cap.22.num.17.Capic.dec.130.numero 65. declarando, vt ibi per eum, & poſt alios hanc communem & tenendam eſſe dicit Iul.Clar.in §.fin.quæſt.87.verſic. Punctus eſt.

Et quia

Et quia ſtantibus prædictis Blaſius reus eſt crimi-
5 nis læſæ maieſtatis,† videtur pęna vltimi ſupplicij pu
niendus, d.l.quiſquis,vbi Doct. Gigas de crimin. læſ.
maieſtat.lib.5.quæſt.1.num.6.& ſeq. & Iul. Clar.in d.
§.læſæ maieſtatis, ver. Sed quæro,qui aſſerit ſolere hu
ius criminis reos viuos in fruſta ſcindi,& in locis emi
nentibus Ciuitatis,ſeu Caſtrorum,in quibus delique
6 runt,appendi,† & vltra pęnam mortis etiam eius bo-
na omnia ſunt confiſcanda,quæ ob atrocitatem dicti
delicti,etiam iure communi attento,confiſcari ſolẽt,
d.l.quiſquis,in prin.Alex.conſ.13.num.4.lib.6.Cran.
conſ. 254.nu.6.prope fin.lib.5.Bonacoſ.in tract.com.
opin.crim.in ver.læſæ maieſtat.vbi de communi teſta
tur,Hieron.Gabr.conſ.579.nu.5.lib.1.& communem
dicit etiam Burſat.in d.conſ.147.nu.23.& ſeq.

Nec ex eo quod Illuſtriſſimus Dominus Rainu-
tius non eſt Dominus ſupremus,ſed in ſuperiorem re
cognoſcit Summum Pontificem,aliud dicendum eſt,
7 † quoniam ad effectum vt delinquens pœna mortis
naturalis, & confiſcationis omnium bonorum ſit pu
niendus, crimen læſæ maieſtatis committitur etiam
contra Dominos inferiores merum & mixtum im-
perium habentes, quamuis ſuperiorem recognoſcãt,
licet quoad hoc vt auferantur bona à filijs delinquẽ-
tium,& memoria ipſius delinquẽtis damnetur,aliud
ſit.Salicet.in d.l.quiſquis.Alex.in conſil.13.num.3. &
ſeqq. libro 6.Crauet.conſ.224.num.6.lib.2.Menoch.
de arbit.iudic.q.lib.5.cent.4.caſu 316.num.28.& 29.
Boſſ. qui de communi teſtatur in d.tit. de crimin.læſ.
maieſt.num.51.Iul.Clar.in d.§.læſæ maieſt.ver.Com-
mittitur,Gigas de crimin.læſ.maieſtat.q.28.Boer.in
tract.de ſeditioſ.q.6.in prin. Bonacoſ. in comm. con-
cluſ.crimin.in verb.læſæ maieſt. Socin.iun. conſ.105.
per totum,lib.3.cum alijs congeſtis per Burſat.conſ.
147.num.1.libro 5.

Quamuis prædicta multum vrgere videantur,nihi
lominus puto Blaſium ex proceſſu contra eum for-
mato, & alijs ex eo reſultantibus non ſolum non eſſe
dictis pœnis puniendum ſed abſoluendum,& à Car-
ceribus liberandum.

Primo quia prætenditur Blaſium acceſſiſſe ad Il-
luſtriſſimum Dominum Attilium inimicum Illuſtriſ-
ſimi Domini Rainutij,& cum eo habuiſſe tractatum
de interficiendo præfatum Illuſtriſſimum Dominum
Rainutium, & hac de cauſa fuit contra eũ per inqui-
ſitionem proceſſum,abſque eo quod aliqua pręcede-
8 rent indicia, quod fieri non potuit,† quia antequam
contra aliquem inquiratur, indicia contra eum præ-
cedere debent,aliàs inquiſitio nulla redditur,c.quali
ter,& quando, de accuſ.Bart.in l.congruit,ff.de offic.
præſid.Doct.in l.milites, C.de quæſt. Crau.conſ.265.
nu.1.lib.2.Cephal.conſ.204.num.13.lib.2.Bero.conſ.
167.num.15.lib.3. Rolan.à Vall.qui de communi te-
9 ſtatur conſ.17. num.8.lib.3.† Ad hoc enim vt contra
aliquem formari poſſit inquiſitio, requiritur quod
ſaltem præcedat diffamatio. Marſil.in ſua pract. cri-
min.§.conſtante,num.30.conſ.128.num.1.Alex.conſ.
124.in princ.libro 6.conſ.150.in prin.libro 7.Aug.de
malefic.in verb. Fama publica præcedẽte. nu.4.Fulg.
conſ.136.in fine.Anan. conſ.59. Ruin.conſil.147.lib.
5.Grammat. conſ.42. Hieronymus Auguſtin. qui de
communi teſtatur in addit. ad Ang.in verſic Hæc eſt
quædam inquiſitio.poſt num.68. ver.Secundo Grat.
conſ.74.num.6.lib.5.Dec.conſ.256.num.11.Iul.Clar.
qui reſpectu inquiſitionis ſpecialis, id admittit e-
tiam de conſuetudine,in §.fin.quæſt.6.in princ.Rol.à
Vall.qui de communi teſtatur in conſ.57. nu.9.lib.4.
conſ.17.nu.10. lib.3.quam communem dicit ẽt Rim.
iun.inter crimin.diuer.conſ.69.num.26.& ſeq.tom.2.
10 Quæ† conclu.procedit,quamuis iudex ex ſuo puro &
mero officio procederet, nam etſi Ang. in l.ſi vacan-
tia,C.de bon.vacan.lib.10. ſenſerit eo caſu etiam diſ
famatione non præcedente, iudicem poſſe ad inquiſi
tionem deuenire, eius opinio communiter dãnatur,
vt per Gand.de malefic.in tit. quomod.de delict.co-
gnoſcitur. Spec.in tit. de inquiſit. §. nunc tractemus.
verſ.Hoc autem ſcias.Io.And.in c.qualiter, & quan-
do.in gloſſa magna,de accuſ.Barb.in c.1.de off.ord.&
ibi.Card.Alex.in glo.1.de cõmuni teſtatur.Rim.iun.
inter crim.diuer.conſi.69.nu.59.to.2.Rol.à Val.con-
ſil.54. nu.90. lib.1. vbi de communi teſtatur, & in d.
11 conſ.57.nu.28.verſ.Non obſtat,lib.4.† Admitti turq;
ẽt,vbi ex ſtatuto vel aliter iudici concederetur pote-
ſtas procedendi libere, & ſecundum ſuam conſcien-
tiam & voluntatem. Iaſ.in l.milites,C,de milit. teſt.
Marſil.in ſua praxi,in §.conſtante,col.4.Grat.conſil.
74.nu.8.lib.2.Rol.conſ.17.nu.9.& ſeq.lib.3.& d.con-
ſil.57.nu.13.& in tantum prædicta vera ſunt, quod ſi
de diffamatione contra aliquem non cõſtaret plene
12 in proceſſu,iudici † aſſerenti diffamationem ſeu alia
indicia præceſſiſſe,non crederetur. Fulg.conſi.149.in
fi.Dec.conſ.170.col.5.ver.& ſecundum.Marſil.in d.§.
conſtante, nu.16.Rim.iun. in ſæpe allegato conſi.69.
nu.26.Rol.à Val.conſ.3.nu.20.lib.3. & d.conſ.57. nu.
13 me.13.lib.4.Nec atrocitas delicti aliud ſuadet,† quo
niã prædictis locus eſt in quocumque crimine ẽt læſæ
maieſt.in quo diffamatione ſeu alijs indicijs non præ
cedentibus ad inquiſitionem contra aliquem proce-
di non poteſt.glo.& Doct.in l.ſi quis alicui,C.ad leg.
Iul.maieſt.& poſt Fulg.Marſi.Bru.& alios,Rol.d.con
ſil.57.nu.10.verſ.Quæ concluſio,& num.12.& quãuis
videatur per iudicem dictæ Terræ proceſſum de mã-
14 dato Illuſtriſſimi Domini Rainutij, † & quando in-
quiſitio formatur de mandato, & conſcientia Princi
pis,non ſit opus diffamationem præcedere, ſecundũ
Bal.in l.nullus,C.ad leg. Iul. maieſt. opinio Bal.vera
eſt, & procedit prout loquitur Innoc. in c.cum opor-
teat.de accuſat.quem Bald.allegat,quando Princeps
cauſam committit aſſerendo affirmatiue talem deli-
quiſſe,& ſibi conſtare de delicto,ſecus in caſu noſtro,
in quo eſt facta ſimplex commiſſio per Dominũ Rai-
nutium, quod ex quo ad eius notitiam deuenit non-
nullos acceſſiſſe ad Dominum Attilium, & forſan cũ
eo tractaſſe nonnulla contra perſonam ipſius Domi-
ni,inquiratur,& procedatur ad reperiendum delin-
15 quentem,† intelligitur commiſiſſe,quod iudex inqui
reret iuris forma ſeruata, & indicijs præcedentibus,
& non aliter,prout declarant Alex. in conſil.180.co-
lum.fin.num.11.verſ.Non obſtat prædictis,lib.2.Dec.
conſ.256.nu.12.Burſat.conſi.94.num.38. lib.1. Iaſ.in
16 d.l.milites. Roland.d.conſil.17. nume.13.lib.3. † &
quamuis Iul.Clar. in d.q.6. in princ.dicat, quidquid
ſit de iure,totum contrarium docere practicam,ſecũ
dum quam non eſt opus diffamationem ſeu alia indi
cia præcedere inquiſitionem, & ita communiter ob-
ſeruari, ab eo diſſentit Rolan. dicto conſilio 57.nu-
mero 26. & ſeqq. aſſerens Iul. Clar. intelligi debere
circa ſtatum Mediolani tantum, in quo ipſe motam
traxit, non autem reſpectu aliorum locorum, quia
verum non eſt in alijs locis hanc generalem cõſuetu-
dinem vigere, de qua nemo alius teſtatur, immo
Roland. num. 28. refert Doctores, aſſerentes totum
mundum ſequi prædictam concluſionem. Præterea
etiam Iul.Clar.admittit ad inquiſitionem ſpecialem
contra aliquem, non procedi niſi diffamatio, vel a-
lia indicia præcedant, licet aſſerat non eſſe opus pro
ceſſum particularem fieri ſuper diffamatione, ſed eo
ipſo quod iudici conſtat de delicto, vel aperitur ali-
ter

ter via inquiſitione generali poſſe examinare teſtes,
interrogando eos in genere, numquid ſciant contra
quem illius delicti fama laboret, perſonam aliquam
non nominando, & ſi ex dictis teſtium reſultet proba
tio famæ contra aliquem, ſpecialiter contra eum in-
quirere debere, & rurſus ipſe Cla. in §. fin. q. 20. verſi.
Ad formandam, affirmat omnes Doctores conclude
re omnino præcedere debere legitima indicia ad for
mandam, ſeu tranſmittendam inquiſitionem contra
aliquem, aſſerens maleſacere iudices, qui fama, vel
alijs indicijs non præcedentibus formant ſpecialem
inquiſitionem, & ſic & ipſe concedit ad inquiſitionē
ſpecialem ēt ſecundū conſuetudinem fama aut alijs
indicijs non præcedētibus, non procedi licet neceſſa
rium non putet fieri particularem proceſſum ſuper
diffamatione. Et idem ſenſit in q. 5. verſ. ſcias etiam.

In caſu vero, de quo agitur, nullis præcedentibus
indicijs ſeu diffamatione, neque ſpeciali querela Bla
ſius fuit carceratus, & examinatus tamquam princi-
palis, ſpecialiterq; interrogatus, an ipſe dictum cri-
17 men commiſerit, ideo † hæc inquiſitio cum toto pro-
ceſſu ſubſecuto nulla redditur defectu ſubſtantiæ. Be
ro. conſil. 167. num. 15. lib. 3. Franc. Caſon. in tractat.
de indic. & tortu. in tit. de torment. cap. 21. num. 5. aſ
firmans inquiſitionem non præcedentibus indiciis,
eſſe ipſo iure nullam, & quæcumque ab ea ſequuntur
corruere defectu modi & formæ ſubſtantialis. Grat.
conſil. 74. num. 6. lib. 2. Iul. Clar. in d. q. 5. verſic. ſcias
etiam. Roland. à Val. d. conſil. 57. nume. 10. Necre-
ſtes poſtea examinati nocent, Tum quia nihil pro-
18 baur, † Tum etiam quia quando proceditur ad inqui
ſitionem ſpecialē, teſtes examinati ſuper delicto, de
quo quis non eſt infamatus, nullam fidem faciunt,
ſed in totum reiiciuntur, quamuis plene delictum
probarent c. inquiſitionis, §. tertiæ dubitationis, de
accuſat. Specular. in tit. de inquiſit. §. nunc videndū.
& ibi Bal. in fin. Marſil. conſil. 123. num. 2. Grat. qui de
communi teſtatur conſil. 57. num. 10. & conſil. 74. nu-
me. 7. lib. 2 Soc iun. conſil. 37. nume. 2. lib. 2. Roland.
à Val. conſil. 17. nume. 12. lib. 3. & conſil. 57. num. 29.
lib. 4. Minuſque confeſſio Blaſij ſubſecuta ex dicta in
19 quiſitione ſpeciali reſiſtit, † nam quando proceditur
ad inquiſitionem ſpecialem, diffamatione ſeu aliis
indiciis non præcedentibus, quamuis reus delictum
fateatur, huiuſmodi confeſſio ei non nocet. Barbat.
in c. at ſi clerici. de iudic. Marſil. conſil. 130. nume. 36.
Pariſ. conſil. 163. nume. 22. & ſeqq. lib. 4. Grat. d. conſ.
74. num. 7. Cepol. conſil. crimin. 40. Saltem reſpectu
pœnæ ordinariæ. Dec. in d. c. at ſi clerici, nume. 33. &
ſeqq. & Rimin. iun. inter crimin. d. conſil. 69. num. 30.
vbi allegando Marſi. Carrer. Arim. & alios, dixit, hoc
caſu tutius eſſe reum abſoluere ab obſeruatione iudi
20 cii, † & licet in confeſſione ſpontanea quæſtio ſit du-
bitabilis, numquid noceat reſpectu pœnæ ordinariæ,
aut extraordinariæ, ſiue nullo modo, vt per Dec. in d.
cap. at ſi clerici. In confeſſione extorta per torturam,
clarum eſt nullo modo nocere, quando inquiritur in
ſpecie contra aliquem illegitime, & indicijs non præ
cedentibus, vt poſt Marſi. & alios probat Hieronym.
21 Gabr. conſi. 174. num. 6. lib. 1. Immo † ſtante nullitate
inquiſitionis, etiam ſi ſententia eſſet ſubſecuta, nul-
la redderetur, cum hęc exceptio nullitatis proceſſum
ſententiamq; ipſo iure nullam reddat. Iaſ. in l. elegā-
ter, §. ſi quis poſt, num. 12. ff. de cond. indeb. Grat. con
ſil. 59. nume. 5. libro 2. Marſil. conſil. 130. numero 17.
& ſequent. & poſt eos Roland. d. conſil. 57. nume. 30.
22 † Quod procederet, etiam in ſententia lata vigo-
re ſtatuti, vel alterius conſtitutionis contra contu-
macem, qui iure ſtatutario pro cōfeſſo habetur, quia
intelligitur ſtatutum, dummodo legitima præcedant
indicia ſufficientia ad tranſmittendum inquiſitionē,
& ſententia ac confeſſio ex contumacia reſultans, nō
ſubſiſterent ex iam dictis, quod ſentit etiam Iul. Cla.
in d. §. fin. q. 44. verſicu. Quæro numquid, quod ſtante
conſtitutione edita per Pium Quintum contra ho-
micidas in contumaciam cōdemnatos, clariſſimum
redditur, cum in ea diſpoſitum ſit legitima indicia
præcedere debere, vt contumax pro confeſſo habea-
tur, & ſententia in contumaciam lata exequatur.
Cum igitur contra Blaſium proceſſum fuerit indicijs
nullis præcedentibus, inquiſitio, proceſſus, & confeſ-
ſio per torturam extorta annullantur, & Blaſius libe
randus eſt.

Secundo dicitur, quod iudex non ſolum nullis præ
cedētibus indicijs ad inquiſitionem ſpecialem deue-
nit, ſed etiam Blaſium carcerari fecit, quod nullo mo
23 do fieri potuit, † cum ad capturam non ſit deuenien-
dum indicijs non præcedentibus. Doct. in Clemen. 1.
de homic. glo. & Bald. in l. ſi quis alicui, C. ad leg. Iul.
maieſt. Ang. Aretin. in tract. de maleſic. in verb. fama
publica præcedente, nu. 4. aſſerens iudicem non poſ-
ſe, indiciis non præcedentibus, ad aliquem actum ca-
pturæ, atteſtationis perſonæ, tormentorum, vel inqui
ſitionis procedere. Marſ. in l. 1. in princ. ff. de quæſt. &
in pract. crimin. §. conſtante, in princ. Foller. in pract.
crimin. in verb. captus, num. 4. late Purpur. conſ. 446.
24 col. 1. & 2. libro 2. Rol. d. conſ. 17. col. 1. libro 3. † Quod
recipitur de quocumque delicto, & etiam ſi de crimi-
ne læſæ maieſtatis agatur. Bald. in d. l. ſi quis alicui.
Grat. d. conſ. 74. nu. 11. & ſeq. Rol. d. conſ. 17. nu. 3. & eo
magis ad capturam nulliter deuentum fuit, quia nō
ſolum non aderant indicia contra Blaſium, ſed nec
quidem in genere vigebant, quod aliquod delictum
25 eſſet commiſſum, † de quo delicto plene conſtare de-
bebat ante capturam. Boſſ. in tit. de delict. num. 53. &
in tit. de captur. num. 3. & quamuis ageretur de de-
licto tractatus contra perſonam Domini, cuius veſti-
gia non remanent, quando non eſt ſequutus effectus,
26 erat † nihilominus etiam in delictis, quorum non re-
manēt veſtigia, neceſſarium præcedere indicia ipſius
delicti, antequam eius occaſione contra aliquem ad
capturam procedere tur. Boſſ. in tit. de delict. num. 19.
& 32. in fin. Iul. Clar. in 4. quæſt. ver. Scias tamen, in ſi.
Bertazol. conſ. crim. 39. nu. 5. lib. 1. Ant. Gabr. in ſuis
concluſ. in tit. de crim. concluſ. 17. nu. 13. ver. Contra-
rium. Cum igitur Blaſius carceratus fuerit, abſque
eo, quod cōtra eum aliquod præcederet indicium a-
27 licuius delicti, † captura nulla redditur, & ante om-
nia eſt à carceribus liberandus. Bald. & Iaſ. in l. ſi pa-
cto quo pęnam, C. de pact. Boſſ. in tit. de captur. num.
4. Grat conſil. 74. num. 11. libro 2. Nec confeſſio ſub-
28 ſecuta, ſtante nullitate † capturæ, obeſſe poteſt, ex
eaque condemnationi locus non eſt, ſecundum Petr.
de Anchar. conſil. 23. incip. Viſa inquiſitione, quem
refert Alexan. in addit. ad Bartol. in l. qui in aliena,
§. Celſus, ff. de acquir. hæred. in littera E, Boſſ. in d. tit.
de captur. num. 8. Sed tamquam nulla reiicitur, vt
poſt Marſ. in ſua pract. crim. §. attingam, col. 5. verſic.
Scias vlterius, dixit Purp. d. conſ. 446. col. 3. nu. 4. li. 2.
29 & † quod quando non conſtat de corpore delicti, con
feſſio non noceat confitenti poſt Boſſ. Burſ. & Iul. Cla.
firmat Bertaz. conſ. crim. 39. nu. 6. lib. 1. & licet quan-
do nulliter captus delictum ſponte fatetur, res ſit du
30 bitabilis, vt dixi ſupra, † attamen quando allegatur
metus (vt hic cum prætendatur metu tormentorum
extorta confeſſio delicti) facilius prædicta procedunt
ſaltem reſpectu condemnationis, cui ex hac confeſ-
ſione à nulliter carcerato extorta allegato metu lo-

Digitized by Google

cus non eſt, vt declarant Boſſ. in titu. de confeſſ. num.
76.& ſequen.& Hieronym. Gabriel. dicto conſil. 174.
num.6.libro 1.

Accedit Tertio non ſolum inuicem ad inquiſitio-
nem & capturam proceſſiſſe legitimis non præceden-
tibus indicijs, ſed quod plus eſt etiam ad torturam
31 deuenit, ad quam † deueniri nullo modo potuit, legi-
timis non præcedentibus iudicijs etiam pro crimine
læſæ maieſtatis, text. glo. Cin. Bald. Salicet. & alij in
l. ſi quis alicui, C. ad leg Iul. maieſtat. Ang. de malefic.
in ver.& hai tradito la tua patria, num. 1. comprobat
Grammat. vom 34 num. 23. Rol. à Vall. conſ. 7. nu. 42.
32 libro 1. † & propterea cum tortura fuerit nulliter il-
lata, confeſſio & omnia alia inde ſequuta nulla ſunt,
nec confeſſio reo præiudicat, glo. ab omnibus appro-
bata in l. quęſtionis habendæ. ibique Bald. ff. de quæſt.
Ang. in l. 1. C. de confeſſ. Anchar. in Clem. 1. de homic.
Roman. conſ. 167. col. 2. Angel. Imol. Paul. de Caſtr. &
alij in d. §. Celſus. Sali. in l. 2. col. vlt. C. de cuſtod. reor.
Cin. Ange. & Salic. in l. ſi quis alicui, C. ad leg. Iul. ma-
ieſt. Franc. Becc. conſ. 70. num. 5. & 6. Marſ. alios addu
cens conſ. 95. num. 10. quam communiter ab omnib.
approbari teſtatur Iul. Clar. in q. 55. verſic. ſi vero. vbi
alios multos pro hac opinione allegat, & late hanc
propoſitionem probat Monticel. in ſua praxi crimin.
reg. 18. de confeſſ. per totam. qui vndecim affert am-
pliationes. & quamuis Blaſius confeſſionem illam
expreſſe ratificauerit, quo caſu confeſſionem nocere
dixit Paris de Put. in tract. de Syndic. cap. an ex con-
33 feſſione, eius opinio non eſt attendenda, † quoniam
ſtante nullitate torturæ & confeſſionis extortæ, indi-
cijs non præcedentibus, quamuis confeſſio millies ra
tificata eſſet, nullã fidem facit, nec modo aliquo con-
fitenti nocet. Bart. in l. penul. num. 1. ff. de quæſt. Alex.
conſ. 5. num. 1. lib. 1. Roma. d. conſ. 167. ver. Quod au-
tem. vbi Mandoſ. in addit. ad eum de communi teſta-
tur. Brun. de indic. & tort. par. 2. quæſt. 5. num. 47. & q.
6. num. 9. Guid. de Suzar. in tracta. de indic. & tortur.
num. 70. & in addit. ad eum ſub nu. 29. Marſil. in tract.
de bannit. in ver. nullitas, num. 80. Gandin. in rub. de
quæſt. & tortur. num. 26. verſicu. Item pone quod qui-
dam. Bonific. in rubr. de confeſſ. & contra eos quid ſit
faciendum, num. 5. Ant. Gomes, de delict. libro 3. cap.
13. num. 4. in fin. & num. 25. Anchar. in cap. 2. col. 8. de
confeſſ. in 6. Felin. in cap. qualiter & quando, el 2. §. li-
cet autem, num. 13. in 11. limitat. de accuſar. Bero. qui
de communi teſtatur conſ. 175. num. 56. & ſeqq. lib. 3.
Boſſ. in titu. de confeſſ. per tortur. num. 6. & ſequent.
Rimin. iun. conſil. 88. num. 54. & ſequen. libro 1. Mon-
ticel. in dicta regu. 18. num. 2. Grammat. conſ. 37. nu.
8. Iul. Clar. in d. q. 55. verſicu. Si vero. qui dixit confeſ-
ſiones & ratificationes eo caſu eſſe ipſo iure nullas,
hancque opinionem communiter approbari, & in
practica ab ea recedendum non eſſe, opinionemque
Par. de Put. communiter damnari, quam etiam com
muoem, & in iudicando obſeruatam, nec ab ea in iu-
dicando recedendum dicunt Roland. de Curt. Ste-
phan. Sazardi. & Iacob. de Put. commonicato conſi-
lio inter criminal. diuerſ. conſil. 75. num. 17. tomo 1.
& eam etiam ſi expreſſe confeſſio ratificata eſſet, poſt
innumeros quos allegar communem eſſe oſtendit
Burſat. conſ. 201. nu. 18. & ſeq. 20. 22. 23. 25. & ſeqq. lib.
2. vbi etiam dicit opinionem Paris de Put. eſſe magis
communiter reprobatam, & Fran. Bec. conſ. 70. nu. 5.
& 6. qui eam adducunt rationem, quod ſicut Iudex
primam confeſſionem extorſit, ita præſumitur ratifi-
cationes extorſiſſe, & latiſſime Maſcar. de probat. lib.
1. conclu. 353. qui ponit regulam, quod confeſſio facta
per torturam. non pręcedentibus indicijs non valeat,
illamque ampliat, in ſeptem caſibus, & inter alios et
ſi pluries ratificata fuerit, vt per eum in 1. & 2. ampl.
vbi multas auctoritates adducit, & licet ipſe num. 31.
ſtante expreſſa ratificatione dubitare videatur, mo-
tus auctoritate Paridis de Puteo, & ſequacium, non
nocet, quia opinio Paridis de Puteo eſt communiter
reprobata, vt dixi. Et non ſolum non nocet hæc cõfeſ-
ſio, vt ex ea Blaſius damnari poſſit, prout omnes in ci
34 tatis locis loquuntur, † ſed nec indicium aut præſum
ptionem facit, quia in totũ nulla redditur, vt ſentiunt
allegati Doctores, & magis clare explicat Bal. in l. fi.
nu. 4. C. de accuſar. vbi Celſ. in addit. ad eum alios al-
legat. Nec ex depoſitionibus teſtium examinatorum
poſt torturam, & confeſſionem aliquod præiudicium
exoritur contra Blaſium, quoniam nihil de prætenſo
35 tractatu deponunt, & ſi aliquid dicerent, † ex ſuper-
uenientibus indicijs non conualidaretur tortura, nul
liter & ſine indicijs prius illata, nec confeſſio nulliter
in tortura extorta. Bart. in l. maritus, nu. 2. ff. de quæſt.
vbi Alber. num. 4. de communi teſtatur. Roman. conſ.
167. num. 5. & 6. Brun. in tit. de indic. par. 2. q. 5. num.
47. Marſil. in tract. de bannit. in verb. nullitas. num. 8.
Bero. conſ. 167. num. 11. libro 3. Rimin. ſen. conſ. 6. nu-
me. 16. conſ. 24. num. 17. Marſil. in l. penul. num. 3. 5. &
13. vſque ad 17. ff. de quæſt. quam opinionem commu-
niter approbari teſtantur Rim. iun. inter crim. diuer.
conſil. 69. num. 23. & ſequen. Vulpell. conſil. 34. nume-
ro ſecundo. Fran. Becc. conſil. 70. num. 5. & ſequentib.
alios pro ea adducentes, & Burſat. dicto conſil. 201.
num. 41. libro 2. Non eſt igitur allegatarum confeſſio
num habenda ratio, poſtquam in tortura nulliter il-
lata extortæ fuerunt, licet hic ageretur de crimine
36 læſæ maieſtatis, † quia prædicta procedunt etiam
quando de crimine læſæ maieſtatis agitur, ſecundum
Bero. conſil. 175. num. 57. libro 3. quod eſt veriſſimum,
37 † cum etiam quando agitur de crimine læſæ maieſta-
tis ante torturam legitima debeant præcedere indi-
cia, & illis ceſſantib. reus non torquatur, glo. Bar Sal.
& alij in d. l. ſi quis alicui. Brun. qui de communi teſta
tur in d. q. 5. num. 2. late Gigas de crim. lęſ. maieſt. lib.
2. q. 26. Iul. Clar. in d. § fin. q. 64. verſ. Dixi etiam, in fi.
& poſt alios Rim. iun. conſ. 88. nu. 57. & latius Burſat.
dicto conſ. 201. num. 41.

Quod autem confeſſio ſit extorta in tortura nullis
præcedentibus indicijs, ſatis apparet ex eo quod im-
putatur de tractatu habito cum Illuſtriſſimo Domi-
no Attilio de interficiẽdo Illuſtriſſimum Dominum
Rainutium, nec ante torturam aliquid probatũ fuit,
neque eius occaſione cõtra Blaſium aliquod vigebat
38 indicium, vt ex proceſſu clare liquet. † & vt torturæ
quis ſubijci poſſit, præcedere debent indicia clara, &
perfecta, & quæ de iure ſubſiſtant, nec dubia, leuia, ſeu
aliàs perfunctoria ſufficiunt. Bal. conſ. 259. incip. Ver
ba inquiſitionis, nu. 4. lib. 1. Marſil. conſ. 88. nu. 2. conſ.
101. nu. 13. Soc. iun. conſ. 39. nu. 55. lib. 2. Rol. à Val. con
ſi. 16. nu. 30. lib. 1. & conſ. 3. n. 37. lib. 3. vbi de communi
teſtatur. Solum quidem ante torturam conſtabat ex
confeſſione ipſius Blaſij ipſum acceſſiſſe ad dictum
Dominum Attilium cauſa inueniendi ex pirula com-
munitatis facta cum Dominis dictæ Terræ, de quib.
dictus Dominus Attilius ſcientiam habebat, quę con
39 feſſio nullum faciebat indicium, † nam etſi Dominus
Attilius non eſſet amicus Domini Rainutij, acceſſus
ad eum ex cauſa prædicta, non erat punibilis, nec ex
tali acceſſu indiciũ reſultabat, niſi probaretur, quòd
in damnum, & perniciem Domini illuc acceſſerit, vt
multis auctoritatib. & rationib. demonſtrat in ſimili
caſu Rol. à Vall. in conſ. 1. num. 83. & ſeq. multis lib. 3.
40 qui reſpondet † vaſallum non priuari feudo ex ami-

citia contracta cum inimicis Domini, niſi probetur
contracta in damnum, & perniciem Domini, ideo ſu-
per hoc tractatu torqueri non potuit, cum nullũ adeſ-
ſet indicium delicti, quod ab aliquo eſſet commiſſum
& minus contra Blaſium, & conſequenter confeſſio
deſuper extorta nõ nocet in aliquo, quamuis pluries
ratificata ſit, ex iam dictis, & etiã quia dictus Blaſius
ſenex ætatis annorum ſexaginta & vltra, fuerat acer-
41 rime tortus cũ compedibus maximi ponderis, † quæ
ſpecies torturæ cum compedib. ſæuiſſima reputatur,
cum ex ea membra & corpus dilaniẽtur, & quodam-
modo diſſoluantur, vt dixit Paul. de Grillan. de quæſt.
& tort. q. 4. nu. 10. quem ſequitur Burſat. conſ. 201. nu.
11. lib. 2. & dum Blaſius ad locum tormentorum ite-
rum adductus, & exiſtens in poteſtate illius iudicis,
qui iniuſte eum acerrime prius torturæ ſubiecerat, cõ
feſſionem ratificauit, timere poterat ſe iterum tortu-
ræ ſubijci, quam nullo modo ſuſtinere potuiſſet ma-
xime cum compedibus, ſtante eius ſenectute & corpo
42 ris debilitate, † ideo non ſolum confeſſio, ſed etiam ra
tificationes ſubſiſtente eodem metu torturæ, per tor-
turam extortæ dicuntur Bart. in l. 1. §. diuus Seuerus,
num. 2. ff. de quæſt. Guid. de Suzar. in tract. de indic. &
tortu. num. 72. & ſeq. Brun. de indic. & tort. par. 2. q. 2.
num. 3. & ſeq. Boſſ. in tit. de tortur. num. 22. Bero. conſ.
175. nu. 58. & ſeq. lib. 3. Marſ. in ſua pract. crim. §. expe
dita, num. 16. Calefat. inter crim. diuer. conſ. 108. nu. 5.
& ſeq. tomo 1. Burſat. qui plurib. exornat d. conſ. 201.
num. 13. ver. Præterea. & nu. 14. & 19. lib. 2.

Quarto, vt pro Blaſio, reſpondeam, moueor valde
ex eo, quod in proceſſu non adeſt aliqua clara & ve-
riſimilis confeſſio ipſius Blaſij, quoniam omnia faſſus
fuit, vt à tormẽtis ſe eximeret, licet veritas eſſet in cõ-
tratium, prout clare dixit tempore primæ confeſſio-
nis, aſſerens delictum fateri velle, licet veritas eſſet in
contrarium, & quando confeſſionem poſtea ratifica-
uit, pariter dixit velle illam pro veritate confirmare,
ſiue ſit veritas, ſiue non, vt in eius conſtitutis legitur.
& licet poſtea iterum examinatus dixerit veritatem
eſſe, prout dixerat prius in alijs depoſitionib. ad quas
ſe retulit, id intelligi debet ſecundum illarũ tenorem,
& cum omnibus qualitatibus in eis expreſſis, & con-
ſequenter cum illis declarationibus & proteſtationi-
43 bus in prioribus depoſitionibus appoſitis, cum † re-
latum ſit in referente cum omnib. illius qualitatibus
44 iux. l. aſſe toto, ff. de hære. inſtit. Præſertim quia † con-
feſſio & ratificatio in fauorem confitentis interpreta
ri debent. Anton. de Butr. in c. ex litteris, el 1. in fin. de
45 ſponſ. Dec. conſ. 493. nu. 16. conſil. 539. nu. 2. † etiam
in cauſa criminali criminaliter intentata. Gram-
mat. deciſ. 2. num. 41. & ſeq. Socin. iun. conſ. 39. num.
70. & ſequen. libro 2. Paul. Merend. inter crimin. di-
uerſ. conſil. 91. num. 24. tomo 2. Cum igitur confeſſio
46 non ſit clara, de ea non videtur habenda ratio, † quã-
do quidem confeſſio, vt confitenti noceat, debet eſſe
nitida, certa, clara, ac inuulnerabilis, aliàs non atten-
ditur. Brun. in tract. de indic. parte 2. quæſt. 6. num. 9.
Boſſ. in titu. de confeſſ. per tortur. numero 25. & eo
fortius non videtur attendenda dicta confeſſio, quo-
niam Blaſius faſſus fuit acceſſiſſe ad Dominum At-
tilium cauſa inueniendi capitula communitatis ter-
ræ Baſchij, & tunc Dominum Attilium tractaſſe
cum dicto Blaſio, quod ipſe Blaſius dictum Domi-
num Rainutium interficeret abſque aliqua promiſ-
ſione pecuniarum ſeu alicuius auxilij, quæ quidem
confeſſio eſt penitus inueriſimilis, Tum conſiderata
qualitate dicti Illuſtriſſimi Domini Attilij, qui erat
optimi ingenij, exemplaris vitæ, ſolitus ſæpiſſime
peccata confiteri, & Sanctiſſimam Euchariſtiam ac-
cipere. & etiã quia aliàs Dominus Attilius & Domi-
nus Rainutius promiſerant Sereniſſ. Domino Duci
Parmæ, ſe ad inuicem non offendere, adeo quod non
eſt credendum ſimilia tractaſſe maxime cum Blaſio
ſubdito dicti Domini Rainutij, & ipſi Domino Atti-
lio parum noto, & incontinenti quod ad eum acceſ-
ſit, cum quo per nonnullas horas tantum permanſit,
de quo confidẽdum non erat, & facile tractatum pro-
palare potuiſſet. Tum etiam conſiderata perſona Bla
ſij, quia non eſt præſumendum, quod ipſe ſenex anno-
rum ſexaginta, & vltra, voluerit ſuum dominum in-
terficere, quod difficillimum ſibi fuiſſet, & ſe ponere
in periculo vitæ, & amiſſionis omnium bonorum in-
tuitu Domini Attilij ſibi parum noti contra propriũ
Dominum, & abſque vrgenti cauſa, & ſine præmio aut
47 auxilio: † Vnde confeſſio inueriſimilis nõ videtur at-
tendenda, nec confitenti nocet, vt not. dixit Petr. de
Ancha. in conſ. 23. Viſa inquiſitione, col. 2. verſic. Item
nuda confeſſio, ſequitur Dec. conſ. 596. num. 10. Paul.
Merend. in d. conſ. 91. num. 45. Burſat. dicto conſ. 201.
48 num. 37. † quia iudex ante omnia attendere debet
veriſimilitudinem, quæ ſemper eſt anteponenda, vt
late declarat Rimin. iun. conſil. 30. num. 43. libro 1.
conſil. 509. num. 90. lib. 5. & conſil. 704. num. 18. libro
6. vbi loquitur in ſimili delicto ſemperque diligenter
conſiderare debet, antequam confeſſionibus reorum
credat, an illæ ſint probabiles, poſſibiles, & veriſimi-
les, nam ſi eas non reperierit probabiles, poſſibiles,
& veriſimiles, confitenti non nocent. Marſil. in l. 5. nu.
35. ff. de quæſt. Menoch. qui ita iudices admonet, de
arbitr. iudic. quæſtio. libro ſecundo, cent. 3. caſu 169.
49 num. 3. & ſeqq. † & hæc potiſſime admittenda ſunt in
confeſſionibus per tormenta extortis, ex quibus iu-
dex moueri non debet ad condemnandum, niſi vi-
deat illas eſſe veriſimiles, & varijs ſignis veras repe-
rierit, reuſque illas declaraueri per ſigna, quæ o-
ſtendant eſſe, prout docet Franc. Caſon. in tracta. de
indic. & tortu. in tit. de torment. c. 20. per totum, & c.
21. num. 17. & 18.

Poſtremo ſi prædicta ceſſarent, non eſſet Blaſius
pœna mortis puniendus, quoniam de prætenſo deli-
cto non conſtat aliter quam per confeſſionem eiuſdẽ,
50 & † quando de delicto aliter non conſtat, quam ex
propria confeſſione rei, numquam pœna mortis im-
ponitur, ſed alia mitior. Bal. & Paul. de Caſt. in Auth.
Sed nouo iure, C. de ſeruis fugit. Grammat. deciſ. 2.
num. 38. & ſequentibus. Grat. conſ. 91. num. 4. libro 2.
Iaſ. in l. iuſiurandi, §. procurator, num. 23. ff. de iure
iuran. Hieronym. Gabriel. conſil. 174. num. 11. lib. 1. &
reprobata opinione Ang. in l. 1. C. de confeſſ. hæc opi-
nio communiter approbatur, vt teſtantur Iul. Clar. in
§. fin. quæſt. 55. ver. Poteſt etiam, & Burſat. d. conſ. 201.
nu. 32. lib. 2. Prouteriam pœna mortis non eſſet impo
nenda, ſtantib. alijs infra dicendis in reſolutione con
trariorum.

Ex iam dictis igitur apparet Blaſium non eſſe con
demnandũ, ſed abſoluendum, & à carceribus liberan
dum, non obſtantibus adductis pro parte fiſci, quæ ex
prædictis ſublata remanent. Et pro clariori reſolutio
ne præſentis difficultatis.

Dicitur non obeſſe prætenſam confeſſionem, ſtan-
te quod ad inquiſitionem in ſpecie & ad capturã, &
torturam, nullis præcedentibus indicijs fuit deuen-
tum; Ac etiam quia confeſſio non eſt clara, eſtque in-
ueriſimilis, vt demonſtratum fuit.

Quod dicitur in crimine læſæ maieſtatis puniri affe
ctum, non ſequuto effectu, ac ſi conſummatũ eſſet, nõ
videtur neceſſariũ remouere, cũ de prætenſo tractatu
non conſtet, & ſi de tractatu appareret, dicitur ex eo
non

non eſſe commiſſum crimen læſæ maieſtatis, ſaltem
vt ſit locus pœnis, de quib. in l. quiſquis, C. ad leg. Iul.
maieſta. vt infra in reſolutione vltimi obiecti demon
51 ſtrabitur, † & ſi de crimine læſæ maieſtatis ageretur,
adhuc dicitur Couar. Menoch. & alios ex aduerſo al-
legatos loqui, quando eſt deuentum ad aliquem actũ
exteriorem (quod hic non euenit) cum ſolum præſup-
ponatur ex confeſſione Blaſij probari Dominum At-
tilium tractaſſe cum eo, vt Dominum Rainutium in-
terficeret, nec apparet, quod Blaſius operam homi-
cidio dederit, vel quod ad aliquem exteriorem actũ
52 pro adimplendo tractatu deuenerit, & ſic † res reman
ſit in puris terminis cogitationis, & ſimplicis collo-
quij, abſque eo quod vlterius proceſſerit: Vnde aut
nullo modo eſt puniendus, cum non exceſſerit termi-
nos ſimplicis cogitationis, iux. reg. l. cogitationis, ff.
de pœn. & in crimine læſæ maieſtatis notat glo. in l.
quiſquis, in verb. eadem enim, C. ad leg. Iul. maieſt. &
53 communem appellat Iul. Clar. in §. fin. quæſt. 91. † Aut
ſi ob tractatum poſſet dici exceſſiſſe terminos cogita-
tionis, adhuc non eſſet puniendus pœna ordinaria,
poſtquam ad aliquem alium actum exteriorem non
deuenit. Marſil. qui etiam de atrociſſimis delictis lo-
quitur in conſ. 105. num. 5. & 6. Iul. Clar. in dicto §. fin.
54 quæſt. 92. in fi. poſt Gramm. in conſ. 36. num. 19. † Im-
mo licet ad aliquem actum exteriorẽ deueniſſet, ſtan
te, quod non eſt ſequutus aliquis effectus, non eſſet lo
cus pœnæ ordinariæ, ſed extraordinariæ tantum, ſi
non de iure, ſaltem de generali conſuetudine, ſecun-
dum quam mitius punitur, qui actum non perficit, li-
cet deuenerit ad actum proximum. Afflict. in 3. parte
conſt. regni, rub. 24. in prin. poſt nu. 15. Berttan. conſ.
228. num. 6. lib. 7. & poſt alios de communi teſtatur
Iul. Cla. in d. quæſt. 92. ver. Scias etiam, circa medium.
& licet ipſe inferius id iudicis arbitrio relinquat, in-
ſpecta facti & perſonarum qualitate, conſuluit tamẽ
in mitiorem partem ſemper eſſe inclinandum, in quã
iudex in caſu iſto, ſi vellet ſtare dictæ confeſſioni, incli
nare deberet, cum nil aliud præſupponatur geſtum,
quàm quod Blaſius, dum petijt à Domino Attilio ca-
pitula communitatis, & ab eo fuit requiſitus abſque
præmio, vt interficeret Dominum Rainutium, conſen
ſit & dixit ſe facturum, nec poſtea aliquam operam
dedit, ſeu ad aliquem actum deuenit, & ſic potuit eſ-
ſe, quod vere à principio non habuerit animum exe-
quendi tractatum, vel quod poſtea pœnituerit, adeo
quod durum eſſet ad pœnam ordinariam procedere,
55 etiam ſi confeſſio veritatem contineret. † Præterea
quia hoc prætenſum delictum non continet crimen
læſæ maieſtatis, vt mox dicetur, affectus ſolus, non ſe-
quuto effectu, non eſt punibilis, cum ad actum proxi-
mum non fuerit deuentum, vt per Iul. Clar. in d. q. 92.
& alios ſupra adductos etiam eos, qui pro contraria
parte allegantur, qui in criminibus non exceptis hoc
fateri videntur, aſſerentes in criminibus exceptis iu-
re ſpeciali aliud diſponi.

Non obſtat vltimum, quod crimen læſæ maieſta-
tis committatur etiam aduerſus Dominos, qui ſupe-
riores recognoſcunt, dummodo habeant merum &
56 mixtum imperium, † quoniam allegati in cõtrarium
loquuntur, vt plurimum de Principibus inferioribus
ab Imperatore, ſuperiores non recognoſcentibus,
ſed quoad alios Dominos ſuperiores recognoſcen-
tes videtur dicendum, quod ſaltem proprie non con-
ſideretur crimen læſæ maieſtatis, maxime quoad in-
currendas pęnas dictæ l. quiſquis, C. ad leg. Iul. maie-
ſtat. vt poſt alios ſentit Boſſ. in dicto titu. de crim. læſ.
maieſtat. num. 15. alios huius ſententiæ refert Ge-
rard. Mazol. in conſil. 68. num. 26. & ſequen. & hanc
opinionem communiorem teſtatur Burſat. in d. con-
ſil. 147. num. 24. in fin. quod ſaltem admitti debet ſe-
cundum Boſſ. in d. loco, num. 51. circa fi. Quando cau-
ſa cognoſcitur extra dominium illius Principis, qui
recognoſcit ſuperiorem, prout euenit in caſu noſtro,
in quo Summus Pontifex cauſam à iudice dictæ Ter-
ræ auocauit, illamque commiſit Illuſtriſſimo & Reue-
rẽdiſſimo Domino Legato Vmbriæ qui cauſam ſub-
57 delegauit eius Locumtenẽti in Criminalibus. † Poſ-
ſet etiam attentari, quod ſi Blaſius erat (vt præſuppo-
nitur) parum amicus Illuſtriſſimi Domini Rainutij,
& eum odio proſequebatur, ſi ob particulare odium
ipſum interficere voluiſſet, non propterea crimen læ
ſæ maieſtatis commiſerit, nec in dicti criminis pęnas
inciderit, vt late per Rol. à Vall. in conſ. 15. num. 11. &
ſeq. lib. 4. licet Boſſ. in tit. de crim. læſ. maieſt. num. 41.
aliud ſentiat. Verũ quia adducta ſupra in fundamen
tis facti pro Blaſio rem pro eo clariſſimam reddunt,
non eſt opus ingredi iſtas difficultates, prout ẽt nec
neceſſarium erat allegatis in cõtrarium reſpondere,
cum de prætenſo tractatu legitime non conſtet, quib.
ex abundanti tantum ſatisfacere volui, vt præſens cõ
ſultatio in fauorem Blaſij magis clara redderetur.

Pendente cauſa prædicta ex ordine Summi Pontificis coram Excellentiſſimo Domino Petro Cartulario Locumtenente in Criminalibus Illuſtriſſimi Cardinalis Riarij Peruſiæ, & Vmbriæ Legati, ipſe Dominus Locumtenens confeſſione prædicta non obſtante torqueri fecit leuiter dictum Blaſium, & cum nihil faſſus fuerit, eũ abſoluit anno 1582. die 19. Octobris, vt apparet in actis Curiæ Criminalis dictæ Ciuitatis.

ARGVMENTVM.

Falſitas quomodo committatur, & qualiter probetur.

Committens falſitatem in ſcriptura publica, vel priuata, an, & qua pœna puniri debeat.

Procurans committi falſitatem, vel vtẽs falſa ſcriptura, quãdo teneatur de falſo.

SVMMARIVM.

1 *Falſitas eſt mutatio veritatis.*
2 *Falſitas eſt difficilis probationis, & coniecturis probatur.*
Declaratur. num. 62.
Et per teſtes etiam inhabiles. num. 3.
Et duabus præſumptionibus plene probatur. nu. 4.
5 *Falſitatis ſola ſuſpicio habetur pro falſitate.*
Sed contra. num. 63.
Declaratur. num. 64.
Vtens falſa ſcriptura præſumitur falſitatẽ commiſiſſe, aut committi procuraſſe, niſi oſtendat auctorem falſitatis.
Intellige vt num. 65.
7 *Falſi pœna tenetur qui falſitatem committi procurauit.*
Declaratur. num. 66.
8 *Vtens falſa ſcriptura punitur pœna falſi.*
Intellige vt num. 67. cum ſeqq.
9 *Falſi crimen grauiſſimum eſt.*
Atrociſſimumque ac enormiſſimum delictum appellatur. num. 10.
11 *Falſum committens aut procurans cõmitti, de iure puniebatur pœna deportationis, ac publicationis bonorum, ſed hodie pœna arbitraria punitur.*

12 *Vtens falſa ſcriptura non punitur pœna ordinaria leg. Corneliæ de fal. ſed mitius, videlicet relegatione ad tempus.*

13 *Falſitas ab eo, qui illam allegat, liquidis probationibus probari debet, quando criminaliter agitur.*

14 *Falſitatis probationes de neceſſitate cõcludere debent, ita vt aliter eſſe non poſſit, quàm quod falſitas ſit commiſſa.*

15 *Falſitas numquam infertur, quoties poſſibile eſt falſitatem non fuiſſe commiſſam.*

16 *Falſitas non committitus ſine dolo.*

17 *Dolus verus exigitur, nec præſumptus ſufficit, vt dicatur commiſſum falſum.*

18 *Dolas in dabio non præſumitur.*

19 *Falſitas vt excludatur, potius quid cenſetus factum vel dictam per errorem & ignorantiam, quam dolo & animo committendi falſum, & etiam verba impropriantur.*

20 *Dolus segulariter præſumitus in criminalibus.*

Fallit in crimine falſi. num. 21.

22 *Relatio ad alind operatur vt quod fuerit dictum vel omiſſum in reſerente præter contenta in relato, id per errorem euenerit.*

23 *Falſitas non præſumitur commiſſa, quando non agitur de commodo eius, qui de falſo imputatus.*

Nec pro modica re & ſine ſpe magni lucri. nu. 24.

25 *Mandatum non præſumitur, niſi probetur. maxime ad delinquendum.*

26 *Ignorantia in facto alieno regulariter præſumitur.*

27 *Falſum non committit, qui credens dicere verum falſum dicit.*

Etiam ſi cum iuramento aliquid dixerit. num. 28.

29 *Falſitas ſine dolo non punitur pœna ordinaria neque extraordinaria.*

30 *Stellionatus crimen ſine dolo non committitur.*

31 *Credulitas etiam iniuſta excludit dolum.*

32 *Culpa, ex culpa etiam lata quis criminaliter puniri non poteſt.*

33 *Dolus & fraus excluditur, ac bona fides præſumitur quando quis offert corrigere errores, qui in libris ſeu alia ſcriptura reperiuntur.*

34 *Erroris emendatio in computis continet, vt appoſita indebite deleantur, & apponenda non appoſita apponantur.*

35 *Petens plus debito doloſe, punitur pœna ſtellionatus, ac in expenſis.*

Niſi in libello addiderit clauſulam, ſaluo iure ſuperflui, quæ excuſat. num. 36.

37 *Dolus pro modico lucro non pſæſumitur, ſed error & ignoſantia.*

38 *Falſitatis & doli præſumptio remouetur ex qualitate perſonæ, eius nobilitate, & bona fama.*

Etiam ſi præſamptiones falſitatis vigerent contra eum. num. 39.

40 *Bona fama præſumptiones delicti, ac indicia, quæ contra reſultant, valde diminuit.*

41 *Aſſertioni iuratæ alicuius ſtandum eſt circa ea, quæ in animo conſiſtunt.*

Fallit quando habet præſumptionem contra ſe. num. 43.

42 *Iuramento probatur error & ignorantia ad excluſionem falſitatis.*

44 *Iniuriarum pœna non tenetur, qui protulit verba iniurioſa, ſi iurauit ea non protuliſſe animo iniuriandi.*

45 *Dolus qui exigitus in crimine falſi, debet reſpicere ipſum crimen falſi, nec ſatis eſt de eo conſtare extrinſecus circa alia.*

46 *Scriptura priuata non probat in fauorem ſcribentis.*

Nec pro eius hærede. num. 47.

48 *Adminiſtrator qui teneтar reddere rationem adminiſtrationis, debet oſtendere libros, illosque tradere videndos & calculandos.*

49 *Falſitas commiſſa in ſcriptura priuata, quæ nec actu, nec potentia erat apta ad nocendum, non eſt punibilis.*

Et de ratione. num. 51.

Et quod potuiſſet damnum afferre, per fiſcum probari debet, nec ſufficeset ita præſumi. num. 50.

51 *Actio ciuilis quando non datur parti pro falſitate, furto vel ſimili, non competit criminalis fiſco.*

52 *Falſitas commiſſa in ſcriptura, quæ fidem non facit, nec alteri nocet, punitur ſaltem pœna extraordinaria.*

Intellige de falſitate commiſſa in ſcriptura notarij, reſcripto, vel alia, quæ licet non nocuerit, tamen potentia erat apta ad nocendum, ſecus ſi nec actu nec habitu nocere poterat, quia tunc nec pœna extraordinaria punitur. numero 53.

Vel quando clare conſtat de falſitate dolo cõmiſſa, ſed quando abeſt dolus, ſea manifeſte non conſtat de delicto, nec pœnæ extraordinariæ eſt locus. num. 54.

55 *Falſitas non punitur niſi tribus copulatiue concurrentibus, videlicet.*

Primo qaod veritas ſit mutata.

Secundo quod dolo.

Tertio quod alteri ſit nocitura: & vno ex eis deficiente, non eſt locus pœnæ.

56 *Falſitas non committitur, quando non mutatur veritas.*

57 *Falſitatem non eſſe commiſſam in dubio eſt iudicandum, quoties ſcriptura poteſt falſam & non falſum importare.*

58 *Iuratur in litem contra adminiſtratorem doloſum.*

59 *Criminaliter agi non poteſt occaſione rei, quam quis conſequi poteſt ciuiliter agendo, vbi declaratus qualiter intelligatur.*

60 *Criminalis actio, intentari non poteſt ſuper re, pro qua ciuilis actio fuit propoſita, ſed vna electa, alia tollitur.*

Intellige, quando ſententia ferenda in vna eſt paritura exceptionem rei iudicatæ in alia. num. 61.

62 *Præſumptionibus quis criminaliter damnari non poteſt.*

66 *Falſum committi procurans non punitur de falſo tãquam falſam committi mandauerit, ſi ille qui ſcripturam fecit, erat in bona fide, ac ignorabat ſcribere falſum.*

67 *Vtens falſa ſcriptara tenetar de falſo, quãdo ſcienter, quod eſſet falſa, ea fuit vſus, aliàs ſecus.*

Et quia præſumitur ignorantia, non tenetur, niſi probetur ſcientia falſitatis. num. 68.

Sed ſi interrogatus, an velit vti pro bona, reſponderit affirmatiue, tenetur de falſo, nec excuſatur ratione ignorantia. num. 69.

Non tamen tenetur de falſo, ſi non fuit vſas ſcriptura in iudicio, vel vſui renunciauit ante ſententiam. nam. 70. & 71.

72 *Vſas ſcriptura in iudicio non dicitur ille, qui non perſeuerauerit in vſu vſque ad ſententiam quando agitur de pœna legali.*

CONSILIVM CIX.

NObilis Dominus S. Folginei degens vna cum Dominis de Gauortis, & Boſchis, in Vrbe habitantibus conduxit bona noonullarum Abbatiarum, ipſeque Dominus S. pro duabus partibus ex tribus principalis erat, & totius actus habebar adminiſtrarionem, ſed per eius factores, & miniſtros dictæ conductionis negocia geſſit. Finita conductione, compura Boſchis & Gauortis ſocijs tranſmiſit; Verum quia ipſi prætendunt computa illa in multis eſſe falſa, & Dominum S. in admroiſtratione doloſe ſe geſſiſſe, criminaliter iudicium falſitatis intro-

introduxerunt in coria Peruſina contra d. Dominum
S. ipſumq; in carceribus detineri obtinuerunt.

Prætenditurq; pro parte fiſci & Accuſatorum Do
minum S. de falſo teneri, quia computa illa multa cō
tinent contra veritatem, ex quibus falſitas dicitur
1 cōmiſſa, † cum falſitas ſit mutatio veritatis, l. quid ſit
falſum, ff. de falſ. Auth. de inſtrum. caut. & fid. in pri.
Azo in ſumm. in tit. de falſ. Hoſt. in ſua ſumma de cri.
falſ. Angel. Are. in tract. de malefic. in verb. falſario.
Marſil. conſil. 77. nu. 1. Rim. Sen. conſil. 53. nu. 8. lib. 1.
& quia de mutatione veritatis conſtat, falſitatē pro-
2 bari dicitur, quæ † ſolis coniecturis probatur, cum ſit
quid difficilis probationis. Marſi. conſil. 27. nu. 8. Cra
uet. conſi. 134. nu 39. lib. 1. Cephal. conſi. 287. num. 5.
lib. 2. & conſi. 652. num. 3. & ſeq. lib. 5. vbi etiam alle-
gat Curt. iun. conſi. 132. num. 10. lib. 2. Gramm. conſi.
30. num. 2. & ſeqq. Alciat. & alios, ſubdens poſt Cra-
3 uet. conſil. 56. num. 12. lib. 1. etiam † teſtes inhabiles
probare falſitatem, cum occulte committatur, & dif
4 ficile probetur, † duasq; præſumptiones tantum ad
plenam probationem ſufficere cenſuerunt Ioann. de
Anan. conſi 49. Crauet. d. conſi. 134. nu. 39. lib. 1. Rim.
iun. inter crim. diuer. tom. 1. conſil. 128. num. 1. Ceph.
5 d. conſil. 287. num. 40. † Nam quando de falſitate agi
tur, ſola ſuſpitio falſitatis pro falſitate habetur. Ar-
chid. & Domi. in cap. in memoriam, 19 diſt. Ioan. de
Anan in rubr. de crimin. falſ. col. fin Hoſt. in ſum. de
crim. falſ. §. qualis probatio. in princ. Specu. in tit. de
inſtru. edit. §. reſtat videre, poſt princ. Curt. ſen. conſi.
73. col. fin. ver. & illud eſt ſingulare. Rom. conſ. 35. nu
me. 9. lib 4. Natt. conſ. 633 nu. 5. & 6. lib. 3. Rim. iun.
& Cephal. in dictis locis Senat. Pedemont. dec. 137.
nu. 7. Tiber. Decian. qui de communi teſtatur conſil.
200. num. 9. lib. 2. Bald. Alex. & alij, quos refert & ſe-
quitur Dec. in cap. porrecta. col. 1. de confir. vtil. vel
inutil. & conſil. 175. nume. 4. Ferrant. Gargier. inter
crim. diuer. tom. 1. conſ. 121. cum ſeqq. vbi communē
dicit Alex. Soc. iun. & alij quàm plures relati à Burſa
to, conſ. 311. nu. 11. lib. 3.

Nec videtur Dominus S. excuſari, allegando com
6 puta non fuiſſe eius manu ſcripta, † cū enim ipſe com
putis illis ſit vſus, eaque miſerit Bolchis, & Gauottis,
præſumptio exoritur, quod ipſe falſitatē fieri procu-
rauerit, niſi nominet, aut oſtendat auctorem falſita-
tis. Iacob. Butr. & Bald. in l. maiorem, C. de falſ. per
tex. in l. iubemus, C. de probat. Alex. cōſ. 77 col. 2. ver
ſic. Sextum, lib. 1. Iaſ. conſil. 168. col. 2. poſt medium
lib. 4. relati à Crauet. conſil. 315. in prin. verſic. Vide-
retur, lib. 2. ſequitur Boſſ. in tract. crim. in tit. de falſ.
7 nume. 126. † & propterea puniendus videtur pœna
leg. Corneliæ, de falſ. licet ipſe non ſcripſerit, ſi falſi-
tatem committi procurauit, l. qui teſtamentum, ff. de
falſ. l. ſi quis decurio. C. eod. tit. Celſ. Hug. conſil. 101.
nu. 3. & conſi. 102. in princ. Boſſ. in tit. de falſ. nu. 115.
Burſ. d. conſil. 311. nu. 12. Vel ſi de eius mandato non
eſſet commiſſa falſitas, idem dicendum eſſet, poſtquā
8 illis falſis computis vſus eſt, † quia etiam per vſum
falſæ ſcripturæ quis tenetur pęna falſi, l. maiorem, C.
de fal. Salic. in l. ſi veteris, C. de fide inſtru. Bart. conſil.
199. col. 1. verſi. Concluditur ergo. Boſſ. in tit. de falſ.
num. 115. Franc. Caualat. inter crimin. diuer. tom. 1.
conſi. 129. nu. 4. & ſeqq. Vaſ. de ſucceſſ. §. 17. nume. 65.
Burſat. d. conſil. 311. numer. 20. Iul. Clar. in §. falſum.
verſic. Vtens.

Cum igitur Dominus S. de falſo teneatur, vr̄ acri-
9 ter puniendus, † cum hoc falſi crimē ſit grauiſſimum,
vt poſt Caſt. dixit Boſſ. in dicto titulo numero 72. Iul.
Clar. in dicto §. falſum. in princip. Rimin. iun. conſi-
10 lio 362. nu. 45. lib. 4. † Atrociſſimumque & enormiſſi
mum delictum appellatur. Marſil. conſil. 105. nume-
ro 7. & ſeqq. Cephal. conſi. 652. num. 2. & ſeq. libro 5.
& hinc Angel. in §. minorem, Authen. de nupt. quem
refert, & eius dictum exornat Rimin. iun. dicto con-
ſil. 362. num. 46. & ſequent. dixit crimen falſi deteſta
bilius eſſe veneficio & homicidio, propterea graui-
11 ter punitur, etenim † qui falſum committit, ſeu com
mitti procurat, ſi eſt liber homo, pęna deportationis
& publicationis omnium bonorum punitur, §. item
lex Cornelia. de fal. vbi gloſ. in verb. deportatio. inſti
tu. de publ. iud. l. 1. §. vltimo. ff. ad leg. Corn. de fal. Me
noch. de arbitr. iud. q. lib. 2. cent. 4. caſ. 306. in princ.
Rimin. iun. conſil. 345. num. 20. lib. 3. Vel quia ſecun-
dum Gand. quem refert Auguſt. in addit. ad Ang. in
verb. falſario, num. 48. Hæc pęna non eſt in vſu, cum
deportatione hodie non vtamur, eius loco alia pęna
iudicis arbitrio imponenda eſt, ſecundum Iul. Clar.
12 in d. §. falſum. ver. Sed quæro. † Pro vſu autem tantū,
quando quis non fecit, nec fieri fecit falſam ſcriptu-
rā, non punitur pęna ordinaria leg. Corneliæ, de falſ.
ſed mitius, videlicet relegatione ad tempus, ſecun-
dum Sal. in l. ſi veteris, num. 4. C. de fide inſtrum. quem
ſequuntur Boſſ. in d. tit. num. 115. & Iul. Clar. in allega
to §. falſum, ver. vtens, in fine.

Sed re mature conſiderata, cenſeo Dominum S. oc
caſione prætenſæ falſitatis criminaliter iniuſte mole
ſtari, quoniam prætenditur commiſſa falſitas in com
putis extractis ex libris computorum adminiſtratio
nis ſocietatis prædictæ per Miniſtros ſeu ſcribas ip-
ſius Domini S. quæ quidem computa ita deſcripta cō
ſignata fuerunt per dictum Dominum S. Boſchis, &
Gauottis, in quibus credo nullam adeſſe falſitatem
ſaltem punibilem.

Primo, quia computa prędicta fuerunt extracta &
ſcripta non per dictum Dominum S. ſed per eius ſcri
bas, nec apparet in eorum extractione aliquam falſi
13 tatem per ſcribentem fuiſſe commiſſam; & † qui falſi
tatem allegat, quādo criminaliter agitur, debet illā
concludenter, & liquidis, ac euidentiſſimis probatio
nibus iuſtificare. Bart. in l. iuriſgentium, §. quod fere,
nu. 1. verſic. In ea ibi, ff. de pact. Bald. in l. Imperator,
verſi. Not. ff. de ſta hom. Salic. in l. de tutela, C. de in
integ. reſti. minor. Petr. de Anch conſi. 23. Viſa inqui
ſitione. Cuman. conſil. 135. in ſi Fulg conſil. 174. Dec.
conſil. 175. nu. 4. verſi. Quibus tamen non obſtantib.
in c. porrecta, col. 1. de confir vtil. vel inutil. & in l. ſin
gularia, num. 31. ff. ſi cer. pet. Grammat. conſ. 19. nu-
me. 3. Menoch. conſil. 221 nu. 6. lib. 3. Socin. iun. conſi.
45. lib. 3. & conſi. 39 num. 44. & 77. lib. 2. Quæ opinio
communiter approbatur vt teſtantur Hieron. Gabr.
conſi. 169. nu. 15. & conſi. 180. nu. 1. & 2. lib. 2. Burſat.
conſi. 111. nu. 11. lib. 1. Iul. Clar. in §. falſum. verſi. Trita
14 eſt. † Probationesq; concludere debent falſitatem
de neceſſitate extare, ita vt aliter eſſe nō poſſit, quàm
quod falſum ſit commiſſum, glo Bal. Iaſ. & alij, in d.
l. iuriſgentiū, §. quod ferè, Boſſ. in tit. de defenſ. reor.
num. 35. Alex. conſi. 70. nu. 1. in fine, lib. 1. Dec. conſil.
289. num. 1. & 2. Rim. iun. conſil. 113. nu. 7. lib. 2. & me-
lius Cephal. conſil. 230. num. 20. lib. 2. Quoties enim
probationes non ita de neceſſitate concluderent, ni-
15 hil releuarent, † nam quatenus poſſibile eſt non eſſe
commiſſam falſitatem, numquam falſitas infertur, vt
poſt Bald. in cap. 1. §. notandum, de nat. feud. dixit
Hier. Gabr. conſi. 180. num. 4. lib. 1. ſed conſiderando
caſum de quo agitur, non apparet concludenter in
ſcriptura illa computorum falſitatem fuiſſe com-
miſſam, ideo falſitas excluditur.

Solum quidem prætenditur falſitatem fuiſſe com
miſſam, quia computa fuerunt extracta ex libris cō-

putorum, & in multis plus continetur in dictis com-
putis extractis in præiudicium dictorum Do. de Bo-
ſchis de Gauottis, quam in libris reperiatur deſcri-
16 ptum: Sed hæc non inferunt falſitatem,† quia falſitas
ſine dolo nõ committitur, l. nec exemplum, C. ad leg.
Corn. de falſ. & ibi Sal. & alij, l. 1. in princ. & l. quid ſit
falſum, ff. de falſ. & ibi Bar. not. Boſſ. in tit. de defenſ.
reor. nu. 69. Marſ. conſi. 111. num. 14. & ſeq. Ruin. con-
ſil. 17. nu. 10. lib. 4. conſ. 83. nu. 4. eo. lib. Siluan. conſ. 7.
nu. 7. Pariſ. cõſi. 151. nu. 27. & 28. li. 4. Ceph. conſ. 230.
nu. 18. lib. 2. Rim. iun. conſ. 145. nu. 11. lib. 2. quam opi
nionem communem eſſe dicunt Iul. Clar. in d. §. fal-
ſum. verſi. Excuſatur autem. Menoch. conſil. 98. n. 21.
& ſeq. lib. 1. Burſat. conſil. 112. num. 14. lib. 1. Bonacoſ.
com. opin. crim. in verb. Falſi pęna. in fi. Emanuel Soa
17 rez recept. ſenten. in verb. Falſi crimen. nu. 19. † Nec
ſatis eſt de dolo præſumpto cõſtare, ſed verum dolũ
iuſtificare oportet. Rimin. iun. d. conſ. 145. num. 21. &
Burſat. conſi. 311. nu. 69. lib. 3. vbi de communi teſta-
tur. Sed in caſu noſtro de vero dolo illius, qui com-
puta ſcripſit, non conſtat, immo nec de præſumpto,
18 & † in dubio dolus non præſumitur, ſed ab eo, qui
dolum allegat, probari debet, l. dolum, & ibi Barto.
Bal. & ceteri, C. de dol. mal. l. quoties, §. dolo, ff. de pro
bat. & in terminis falſitatis Barto. & alij omnes in l.
quoties, §. 1. ff. de hære. inſtit. Cuman. conſi. 135. Hier.
Gabr. d. conſ. 169. num. 17. lib. 1. Ideo falſitas allega-
ri non poteſt, ſed dicendum eſt, quod ea omnia, quæ
in dictis cõputis reperiuntur deſcripta, quæ in libris
non continebantur, errore ſcribentis fuerint appoſi-
19 ta † cum ad excludendum falſitatem ſemper, quãdo
fieri poteſt, ſumatur interpretatio, quod potius erro
re, & ignorantia, quàm doloſe, & animo falſitatẽ cõ-
mittendi quid geſtum ſeu dictum ſit, l. fin. vbi Bal. C.
de his qui ſibi in teſta aſcrib. Bartol. in d. l. quoties, ff.
de hære. inſti. Gand. de malefi. in tit. de falſ. col. ante-
penul. verſ. Item lex præſumit Boſſ. in d. tit. de defen.
reor. nume. 69. Veronenſ. conſil. crim. 21. col. 5. verſ.
& ſic videtur. Alex. conſil. 74. nume. 4. lib. 1. Bal. in l. 1.
verſi. Item nota, ff. de leg. Aret. conſ. 47. late Dec. con-
ſil. 175. nu. 5. Grat. conſ. 99. nu. 5. lib. 1. Ceph. conſ. 230.
nu. 16. lib. 2. conſ. 355. nu. 51. lib. 3. Pariſ. conſ. 169. nu-
me. 56. & ſeqq. lib. 4. Menoch. de arbit. iudic. q. lib. 2.
cent. 4. caſ. 309. nu. 10. Paul. de Caſt. conſ. 203. lib. 2. in
tertio dubio. Grammat. dec. 60. nu. 6. Gerar. Mazol.
conſi. 99. nu. 5. & 11. Rim. iun. d. conſ. 145. nu. 23. etiam
verba impropriando. tamen Veral. deciſ. 3. par. 2. n. 1.
cum ſeqq. eamdem ſententiam ſequitur, Franc. Becc.
20 conſ. 78. nu. 13. qui num. 19. ſubdit, † quod quamuis in
criminalibus regulariter dolus præſumatur, l. 1. C.
ad leg. Cornel. de Sicar. l. ſi non conuicij, C. de iniur.
21 id † non procedit in crimine falſi, in quo potius er-
ror quàm dolus in dubio præſumitur, l. quod adbibi-
tus, in fi. ibi, magis error, quam malitia, & ibi Bald.
not. C. de his qui ſibi in teſt. adſcripſ.

Quod eo magis dicendum eſt in caſu, de quo agi-
tur, ſtante quod computa fuerunt extracta ex libris
occaſione dictæ adminiſtrationis cõfectis, & quia in
22 dictis computis habetur relatio ad libros, † omne id
quod in computis illis reperitur deſcriptum præter
contenta in libris, errore eueniſſe præſumitur. Alex.
conſil. 9. num. 12. in fine, lib. 5. ſequitur Dec. conſi. 63.
nu. 6. ver. Nam in tali caſu. Et quia ſcriba, qui compu
ta ex libris ſumpſit, permanebat ad ſeruitia Domi-
ni S. nullumque conſequi poterat commodum ſine
incommodum ex maiori ſiue minori credito Domi-
ni S. non eſt præſumendum, quod falſitatem commit
tere voluerit pro re, ex qua cõmodum percipere non
23 poterat, † cum falſitas non præſumatur commiſſa ſi-
ne cauſa lucri, & quando de commodo eius, qui de
falſo imputatur, non agitur, c. accedens, & ibi glo. &
Doct. de crim. falſ. Natt. conſi. 314. num. 9. & 10. lib. 2.
Corn. conſ. 63. nu. 9. verſi. & ex quo actum fuit, lib. 3.
Crauet. conſil. 75. nu. 13. lib. 1. Soc. iun. conſi. 38. nu. 12.
lib. 2. Rub. Alex. conſi. 15. col. 1. Rolan. à Vall. conſi. 38.
nu. 38. & ſequent. lib. 1. Menoch. conſilio 283. nu. 15.
lib. 3. Cephal. conſilio 355. nume. 52. lib. 3. Vulpell.
conſilio 129. nume. 5. Immo quia variatio inter com
puta & libros eſt in re modica, & Dominus S. pro dua
bus partib. ex tribus erat principalis in dictis condu
ctionibus, nullo modo credendum eſt doloſe voluiſ-
ſe falſitatem aliquam committere pro re illa, quæ pa
rum etiam Domino S. prodeſſe poterat, ſed præſumi
24 tur omnia errore & abſque dolo geſta fuiſſe, † quia
falſitas ſine ſpe magni lucri commiſſa non præſumi-
tur, d. c. accedens, vbi gloſſ. & Doct. Marſil. conſil. 77.
num. 7. & 10. Dec. conſil. 175. col. 6. & in c. ſuper litte-
ris, col. 3. de reſcrip. Alex. conſ. 74. nu. 4. lib. 1. Crauet.
conſil. 56. num. 14. lib. 1. & conſil. 981. nu. 8. lib. 5. Hie-
ron. Gabr. conſil. 169. nume. 11. lib. 1. Roland. à Vall.
conſil. 38. nu. 37. lib. 1. Cephal. conſil. 230. numero 19.
lib. 2. & Port. Imol. conſilio 95. numero 17. alios ad-
ducens.

Secundo principaliter in fauorem Domini S. con
ſidero, quod omnia negotia adminiſtrationis ſocie-
tatis in conductionibus prædictis fuerunt geſta per
miniſtros deputatos ab ipſo Domino S. qui & libros
computorum retinuerunt, & computa miſſa Boſco &
Gauotto, fuerunt ſumpta & deſcripta per ſcribã eiuſ
dem Domini S. Vnde licet Dominus S. computa con
ſignauerit ſocijs, & in illis plus contineretur ratione
expenſarum, quam eſſet in libris deſcriptum nõ pro-
pterea ipſe de falſo redargui poteſt, quoniam ipſe
ſcripturam illam non confecit, nec præſumẽdum eſt
25 eo modo de eius mandato fuiſſe factam, † quia man-
datum nõ pręſumitur, niſi probetur, maxime ad de-
linquendum, c. cum ad ſedem, vbi glo. in verb. inter-
dictum, circa medium, de reſtit. ſpoliat. Bald. conſil.
383. nu. 5. lib. 5. Boſſ. in tit. de manda. ad homi. nu. 39.
Nec etiam ex curſu longi temporis. Bald. in l. 2. C. ſi
ex falſ. inſtrum. cum congeſtis per Ant. Gabr. in tit.
de procur. conclu. 1. per totam, & quia ipſe nec libros
nec computa ſcripſerat, facile potuit ignorare erro-
26 res, qui in dictis computis aderant, † prout de iure
regulariter ignorantia in facto alieno præſumitur, l.
fin. ff. pro ſuo, l. verius, ff. de probat. cap. præſumitur
ignor. de reg. iur. in 6. & credere potuit, quod compu
ta eſſent bona, fideliterque ex libris ſumpta ab eius
ſcriba, & ob id ea vti talia ſocijs conſignauit, quæ ſi
falſum continerent, Dominus S. non teneretur de fal
27 ſitate, † quia credens verum dicere, licet falſum de-
ponat, de falſo non tenetur. Bal. in l. 2. §. quod obſer-
uari, C. de iur. calum. Pet. de Anchar. in c. 2. de iur. ca-
lum. in 6. Marſi. conſil. 77. num. 16. & 17. conſi. 111. nu.
15. late Crauet. conſ. 65. nu. 9. et 10. lib. 1. Franc. Becc.
28 conſil. 102. nu. 20. et ſeq. † extendentes id procedere
etiam quando quis cum iuramento falſum deponẽs
credidit verum dicere.

Tertio oſtenditur iniuſte Dominum S. criminali-
ter inquietari, conſiderando quod omnes admittunt
pro falſitate, ceſſante dolo, neminem criminaliter ve
29 xari poſſe, vt ſupra demonſtratum fuit, † quod lo-
cum ſibi vendicat non ſolum reſpectu pœnæ ordi-
nariæ leg. Corneliæ, de falſ. ſed etiã extraordinariæ,
quia ceſſante dolo, pro falſitate nec extraordinaria
pęna quis puniri poteſt. Corne. conſilio 182. nume-
ro 6. lib. 4. Cepol. conſi. crim. 21. num. 24. et ſeqq. Soc.
iun. conſil. 39. nume. 85. lib. 2. Franc. Becc. conſil. 78.
num.

num.15.& ſeqq. affirmans omnes tenere,quod nulla
pœna nec etiam ſtellionatus,ceſſante dolo,quis puni
ri debet.& quamuis Alcia.in l.1.§.ſed ſi mihi,ff.de ver
bo.obligat.quem refert & ſequitur Menoch.de arbit.
iudic.quæſt. lib.2.centur.4 caſu 309. num.8. in fin. &
ſeqq.diſſentiat, aſſerens etiam ceſſante dolo puniendum
eſſe arbitrio iudicis, nihilominus non videtur
recedendum ab opinione Cornei,& aliorum,quæ ma
30 gis recepta videtur,& etiam verior,† cum nec crimẽ
ſtellionatus ſine dolo committatur ſecundum Corn.
& Socin. iun.in dictis locis, & eſt text.in l.3.§.1. ff.de
crim.ſtellio & idem tenent Curt. iun.conſ.324. num.
24.lib.3.& Boſſ.in tit.de crim.ſtellio.nu.1. At in caſu,
de quo agitur,non conſtat Dominum S.fuiſſe in dolo,
nec dolus præſumitur,vt dixi,ideo moleſtari non poteſt,
& tanto magis quia multæ præſumptiones concurrunt,ex
quibus dolus excluditur.

Prima quidem præſumptio elicitur ex regula illa
generali,quod potius error & ignorantia quam do-
lus præſumitur,de qua ſupra fuit dictum.

Secunda ſumitur ex eo quod omnia negotia dictæ
ſocietatis geſta fuerunt per Miniſtros à Domino S.
deputatos,qui libros retinuerunt & computa ea eis
ſumi fecerunt.Et quia Dominus S.de prędictis geſtis
ignorantiam habebat, credere potuit fideliter com-
31 puta fuiſſe extracta,& ita credẽs illa trãſmiſit† ſocijs
quæ credulitas,etiam ſi iniuſta eſſet,dolum excludit,
l.igitur,§ poteſt,ff.de liber.cauſ.Bald.in l.1.num 5.C.
vbi de crim.agi oport.Grammat.deciſ.5.num.56.So-
cin.iun.conſ.37.num.33.lib.2.Crau.conſ.6.nume.89.
lib.1.Pariſ.conſ.151.num.59 lib.4.& in terminis fal-
ſitatis Menoch. conſ.98. num.34 lib.1. Cephal. conſ.
230. num.14. lib.2. Nec Dominus S poteſt redargui
de culpa ex eo quod inſpexit libros & computa ea il-
lis ſumpta,vt errores,ſi qui adeſſent,corrigeret, quia
confiſus fuit de eius miniſtris. Præterea cum in mate
32 ria falſitatis dolus verus exigatur, † ex culpa etiam
lata quis criminaliter puniri non poteſt,vt per glo.in
l.magna,in verb.dolus, ff.de verb. ſignific.& not. per
Ang.in §.ſuſpectus,el 2.Inſtitut.de ſuſpect.tuto. dixit
Burſat.dicto conſ.311.nu.70.lib.3. & quod pro culpa
nõ ſit locus pœnæ pro communi punit Annibal Mar-
ſia.in ſubſcripto.ad conſ.Vulpel.129.nu.50. poſt Iaſ.
quem allegat in l.in actionibus,ff.de in lit.iur.

Tertia viget coniectura excluſiua doli,quia Dñs S.
quando conſignauit computa ſocijs, & etiam poſtea
ſemper dixit,quod illa inſpicerent,quia paratus erat
rationem fidelem reddere,erroreſque omnes,ſi qui a-
33 deſſent,corrigere,& emendare,† ex qua declaratione
bona fides,ac voluntas eiuſdem manifeſte detegitur,
omniſque doli, & fraudis præſumptio remouetur,vt
in terminis conſiderat Pariſ.conſ.169.nu.52.ver.Ceſ-
ſabit,nu.65. & ſeqq. & nu.62. & conſ.150.num.21. &
ſeqq.lib.4.quod etiam ſentit Pau.de Caſt. in l.quam-
34 uis,ff.de cond.& demonſtr.† etenim ex emendatione
erroris,indebite appoſita in dictis computis,delẽda
erant,& non appoſita apponenda,cum iſta omnia er-
roris emendatio comprehenderet, iuxta notata per
Bar.in l.2.num.7.C.de iure fiſci,lib.10. Pariſ.conſ.89.
nu.57.lib.1.Vnde cum Dominus S.ſemper dixerit,qđ
paratus erat errores emendare,ac corrigere,non po-
teſt pœna aliqua puniri, etiam ſi puniri potuiſſet, ſi
ſimpliciter dicta computa conſignaſſet, cum ex dicta
declaratione demonſtrauerit non habuiſſe animum
aliquid indebite extorquẽdi, poſtquam omnia emen
dari volebat,ad quod benefacit,quod dicitur in ſimi-
35 li† de eo,qui doloſe plus debito petijt,qui pœna ſtel-
lionatus & in expenſis punitur,vt poſt Iaſon. in §.ſed
hæc quidem,in fin. Inſtit.de action.dixit Neuizan. in
36 conſil.94.numero 11.† & tamen excuſatur quando in
libello addidit clauſulam,ſaluo iure ſuperflui,ex qua
declaratur voluntas actoris, quod plus debito dolo-
ſe non petijt,Specul.in titu.de libell. concept. §. nunc
oſtendamus,in fin. Anton.de Butr. in capit. 2. colum.
fin. verſicu. Dicit tamen, de libel.oblat.Iaſ.in §.tripli,
numero 25.& §.ſi quis agens,numero tertio. Inſtitut.
de actio. Neuizan. alios adducens in dicto conſil.94.
num.14.& ſeq. Ita igitur dicendum eſt in caſu noſtro
quod poſtquam Dominus S. dicta computa non tra-
didit ſimpliciter ſocijs ſed cum declaratione, quod
errores omnes corrigerentur,non fuerit in aliquo do
lo,nec alicuius pœnæ dignus.

Quarta cõiectura excluſiua doli elicitur, quoniam
prætenſi errores modicam ſummam continẽt,& par-
uum lucrum Domino S.afferrent, ſi non emendaren-
37 tur, ex quo reſultat præſumptio, † quod pro modico
lucro doloſe non ſe geſſerit, ſed vel ignoranter vel er-
ronee.Marſil.conſ.77.num.7.& 10.Port. Imo. conſil.
95.num.17.Vulpell.conſ.129.nu.5.& alij quos ſupra
adduxi in primo fundamento huius partis in fi.Quan
to ad doli & fraudis excluſionem multum facit qua-
litas perſonæ Domini S. quoniam probatum eſt ip-
ſum eſſe virum probum,nobilem, fide dignum, lega-
lem,optimæque opinionis,conditionis, & famæ,quæ
38 † ſane probatio omnem doli,& falſitas præſumptio-
nem remouet,cum pro viro nobili & bonæ famæ præ-
ſumatur,ita Bald. in l.2.C.de falſ. & Bald. & alij in l.
quoties,§.1. ff.de hæred. inſtit. Cuman.conſ.235. col.
fin.Socin.iun.conſ 45. num 15.libro 3. Dec conſ.175.
num.5.verſicu.& prædicta Gandin.de malefic. in tit.
de fal.num.13.& 16.Veronen.conſ.crimin.21.per to-
tum. Crauet.conſ.65.num.15. & conſ.99.in fin. libro
1.Cephal.conſ.230.num.18.lib.2. Neuizan. conſ.55.
num.55.Burſat.conſ.311.num.60.libro 3. & not. po-
nit Hieronym.Gabriel.conſ.169.num.8.& 17.libro 1.
39 † aſſerens id locum habere,quamuis præſumptiones
falſitatis vigerent, & ex probatione bonæ famæ for-
40 tiores probationes exigi,quod veriſſimum eſt,† cum
ex probatione bonæ famæ præſumptiones delicti,quę
contra reum militant, regulariter valde diminui ſo-
leant, vt de indicijs ad torturam contra reum reſul-
tantibus loquentes dixerunt Alexan.conſil.14.nume-
ro 9.colum. fin.verſicu. Ad defenſionem libro tertio.
Marſil. conſil. 74. numero 25. & ſequen. Grammat.
conſil.44.num.5.& ſequent. Natta conſil.42. numero
9. & 11. lib.1. Calefat. inter crimin. diuerſ. tomo 1.
conſil.108. num 9. & ſequen. Laurent.de Occa. inter
dicta crimin. tomo 2.conſil.60. num.66. qui de com-
muni teſtatur. Burſat.conſil.20. num.42.libro 1. Po-
ſtremo quia Dominus S cum iuramento examina-
tus affirmauit ipſum ignorantia & errore ductum
computa illa ſocijs conſignaſſe,credens vera conti-
nere, non autem animo fraudem ſeu falſitatem com-
mittendi,huiuſmodi aſſertio multum releuat ad do-
41 li & fraudis excluſionem, † cum circa ea, quæ in ani-
mo alicuius reſident,eius aſſertioni maxime iuratæ
ſtandum ſit, glo. in capit. ſignificaſti, el 1. in verb. ſi
eſt,de homic.glo.Iaſon,& alij in §.ſed iſte,Inſtitut.de
42 action. Pariſ. conſil.20. num.65. libro primo, † & in
terminis falſitatis probat Veronenſ. dicto conſil.21.
verſicu.Qualiter autem,& verſiculo,& ſi iurauerit, &
eum ſequitur Franc. Becc. conſil.78. num.30. & quia
hæc aſſertio non habet iuris præſumptionem contra
43 ſe, † quo caſu iuramento non eſt ſtandum etiam cir-
ca ea,quæ in animo conſiſtunt. Alexan.conſil.71. nu-
mero ſecundo,libro primo.Dec.in cap.cognoſcentes,
num.47.de conſtitut.Menoch.de arbitr.iudic.q.libr.
ſecundo,centur.2.caſu 186.numero 7. Sed pro ſe præ-

ſumptionem habet, cum vt diſi, dolus & falſitas non
præſumantur, ſed potius ignorantia, & error magis
ſtandum eſt iuramento, vt admittunt Alexan. Dec. &
44 Menoch. in dictis locis, † & comprobatur in ſimili
per Dec. conſ. 556. nu. 8. Marſ. conſ. 96. nu. 8. Rol. conſ.
11. num. 48. & ſeqq. lib. 3. & Burſat. conſ. 94. num. 55.
lib. 1. Dum dixerunt inquiſitum excuſari à pœna iniu
riarum, iurando verba contumelioſa non animo in-
iuriandi protuliſſe, cum id in eius animo conſiſteret.
Nec obſtat prædictis, quod dicitur dictas præſumptio
nes doli excluſiuas remoueri ex mala adminiſtratio-
ne Domini S. quoniam falſum eſt apparere de mala
adminiſtratione, & paratus eſt Dominus S. legalem
& fidelem rationem reddere. & ex abundanti dicitur
45 † dolum circa alia & extrinſecus non conſiderari in
crimine falſi, ſed opus eſt illum probari circa ſcriptu
ram, quæ falſa prætenditur, & quod dolus ipſum cri-
men falſi reſpiciat, vt clare dixit Corn. conſ. 45. col. 1.
verſicu. Requiritur, lib. 3. & ſequitur Franc. Becc. in d.
conſil. 78. num. 8.

Conſidero quarto loco pro defenſione Domini S.
ſcripturam illam computorum nullum attuliſſe no-
cumentum Boſco & Gauotto, quia ſuper dictis com-
putis non fuit factus calculus, nec per eos acceptata
fuerunt, minuſque potentia fuiſſe aptam ad nocen-
dum, nec ad aliquam probationem plenam nec ſemi
plenam faciendum. Erant enim illa computa ſum-
pta ex libris rationum non manu Domini S. ſed alte-
rius, & velut ſcriptura priuata fidem non faciebat,
quæ ſi manu Domini S. fuiſſent ſcripta, non propterea
46 facerent fidem, † Tum, quia ſcriptura pro ſcribente
non probat, l. exemplo, C. de probat. notant omnes
47 in l. admonendi, ff. de iur. iur. † Nec etiam pro ſcriben
tis hærede, l. rationes, vbi Bald. & alij, C. de probat.
Alex. conſ. 135. num. 5. lib. 5. Ruin. conſ. 160. num. 17.
lib. 1. cum alijs per Cephal. conſ. 475. nu. 5. lib. 4. Tum
etiam quia dicta computa erant relatiua ad libros
confectos ſuper rationibus adminiſtrationis, & niſi
libri relati oſtenderentur, computa fidem aliquam
non faciebant, vt omnes admittũt in Auth. Si quis in
aliquo, C. de eden. Prout etiam nec erant apta ad no-
48 cendum, quoniam † adminiſtrator, qui adminiſtratio
nis rationem reddere tenetur, debet libros oſtendere
& tradere videndos & calculandos, l. cum ſeruus, ver.
Sed nos, ff. de condit. & demonſtrat. Ruin. conſil. 135.
nu. 7. lib. 1. Pariſ. conſ. 85. nu. 52. lib. 1. Bero. conſ. 191.
nu. 18. lib. 1. Soc. Iaſ. & alij quos referunt, & ſequun-
tur Rol. à Vall. conſ. 49. num. 50. & ſeq. lib. 1. & Rim.
iun. conſ. 338. num. 31 & ſeqq. lib. 3. Nec ſatis eſt, quod
illam reddat confuſe, & in ſimplicibus folijs ſumptis
ex libris adminiſtrationis, & quia libri veritatem cõ
tinent, & in eis nullus reperitur error, & ex eorum in
ſpectione errores, qui aderant in ſcriptura computo-
rum tranſmiſſa, fuiſſent detecti, non ſolum, ex illa ſcri
ptura non fuit factum aliquod præiudicium ſocijs
Domini S. ſed nec etiam potentia erat apta ad no-
cendum.

49 Cum † igitur ſcriptura illa priuata nullam faceret
fidem, non nocuerit, neque nocere poſſit, & ſi fallita-
tem contineret, falſitas non eſt punibilis, gloſſa in l.
damus, C. de falſ. & ibi Cin. Bartol. Bald. & Salicet.
Bartol. in l. 1. §. qui in rationibus, ff. de falſ. in l. qui le-
gatum, eod. tit. Paul. de Caſtr. conſ. 130. lib. 1. Anton.
de Butr. Imo. & Abb in cap. quanto, de iureiuran. An-
gel. Aretin. de malefic. in verb. falſario, num. 3. Pariſ.
conſ. 151. num. 53. lib. 4. Iaſ. conſ. 153. num. 18. libro 2.
Rub. Alex. conſ. 15. num. 5. Gramma. deciſ. 5. num. 58.
Petr. de Anchar. conſ. 23. Viſa inquiſitione. late hanc
opinionem probat Socin. ſen. conſ. 104. nu. 2. & ſeqq.
lib. 1. vbi reprobata opinione Saliceti contrarium te-
nentis in l. 1. C. de ſepulchr. violat. dicit communiter
Doctores tenere, quod quando ſcriptura eſt priuata,
nec potentia poteſt facere aliquam probationem, cõ-
ficiens illam, de falſo non tenetur, & pro ea vltra a-
lios adducit Guid. de Suzar. Din. Martin. de Fan. &
Gandin. licet ipſe in 1. col. diſtinguens, quando ſcri-
ptura eſt apta ad nocendum, & ſaltem faceret ſemi-
plenam probationem vel indicium, aliud teneat. eã-
dem opinionem ſequitur Ruin. in conſ. 17. num. 9. lib.
4. Alexan. qui glo. in d. l. damus, communiter appro-
bari teſtatur in conſ. 145. num. 3. libro 6. Hieronym.
Gabriel. conſ. 169. num. 51. libro 1. Rolan. à Vall. con-
ſil. 38. num. 19. & ſeqq. libro 1. late Natta conſil. 588.
num. 5. & ſeqq. libro 3. Crauet. conſ. 46. num. 1. libro 1.
Corne. conſil. 185. num. 6. libro 4. Menoch. conſ. 551.
num. 51. verſic. Sexto. libro 3. Cephal. conſ. 661. num.
55. libro 5. Socin. iun. conſil. 103. col. 5. libro 1. Dec. con
ſil. 175. num. 7. verſicu. Præterea & ſecundo. Burſat.
conſ. 115. num. 12. lib. 1. & conſ. 355. nu. 13. lib. 3. in qui-
bus locis ex communi poſt Bero. quæſt. 134. affirmat
falſitatem, quæ alteri non nocet, nõ puniri, ſed ſolum
Deum habere vltorem, late idem tenet Vulpell. conſ.
159. per totum, cui quattuor Iuriſconſulti ſe ſubſcri-
pſerunt, qui rationibus & auctoritatibus hanc ſenten
tiam comprobant. Anton. Gabr. in tit. de crimin. con
cluſ. 5. per totam. Iul. Clar. in §. falſum, verſic. Item ex-
cuſatur. Cum igitur vt quis puniri poſſit pro falſitate,
50 opus ſit ſcripturam alteri præiudicium afferre † poſſe,
per fiſcum probari debet computa illa alteri nocuiſ-
ſe, vel nocere potuiſſe, nec ſatis eſſet, etiam ſi præſume
retur alterius damnum. Scarlat. inter crimin. diuerſ.
tom. 1. conſ. 106. num. 13 Rim. iun. conſ. 126. num. 33.
51 & ſeqq. lib. 2. † Cuius concluſionis ea affertur ratio,
quia quãdo ex falſitate parti nullum eſt illatum dam
num, ei actio ciuilis non competit, & conſequenter
nec fiſco actio criminalis eſt danda, l. qui nomine, ff.
de falſ. Salicet. in l. eos, C. de furt. Marſil. conſ. 40. nu.
10. & conſ. 49. num. 11. Nell. de bannit. in 2. par. 1. tem
por. quæſt. 5. & in 3. par. 1. tempor. quæſt. 1. in fin. Ioan.
Iacob de Leonar. inter conſ. Socin. iun. conſ. 39. num.
87. lib. 2. & ita hanc rationem adducit Anchar. conſ.
23. Viſa inquiſitione, col. fin. verſic. Sed in inquiſitio-
ne, quem ſequuntur Socin. ſen. conſ. 103. col. fin. verſic.
Quarto, lib. 1. Natta conſ. 588. nu. 14. lib. 3. Rim. iun.
dicto conſ. 126. num. 34. & ſeq. lib. 2. Iul. Scarlat. dicto
conſ. 106. num. 13.

Nec dici poteſt, quod ſi iſto caſu non eſt locus pœ-
52 næ ordinariæ leg. Corneliæ, † ſaltem ſit locus pœnæ
ſtellionatus arbitrio iudicis imponendæ, qua puni-
tur committens falſitatem etiam in ſcriptura, quæ fi-
dem non facit, nec alteri nocet. Gand. de malefic. in
tit. de falſ. num. 21 Socin. ſen. dicto conſ. 104. in fin. lib.
1. Boſſ. in tit. de falſ. num. 85. & ſeq. aſſerens iſto caſu
pecuniariam pœnam imponi. Marſ. in l. 1. §. præterea,
nu. 23. ad leg. Corneliam de falſ. vbi affirmat ita com-
muniter obſeruari. Iul. Clar. qui dicit ita communi-
ter teneri in d. §. falſum, verſic. Item excuſatur. Alber.
Cor. & alios adducens, quam communem dicit etiam
Anton. Gabriel. in d. conclu. 5. num. 13. & diffuſe hanc
opinionem comprobat Menoch. de arbitr. iud. quæſt.
libro 2. cent. 4. caſu 306. num. 14. & ſeqq. multis vſque
53 ad finem Etenim reſpondetur † prædicta procedere
poſſe in ſcriptura confecta à notario, vel in reſcripto,
ſeu in teſte deponente falſum, vel in alia ſcriptura,
quæ licet non nocuerit, tamen potentia erat apta ad
nocendum, non autem in priuata ſcriptura, quæ nec
actu nec potentia nocibilis erat, cuius reſpectu quis
pœna aliqua nec etiam extraordinaria punitur; ita
Paul.

Digitized by Google

Paul.de Caſt.conſil.130.verſic. Præterea, lib.1,ſequi
tur Crauet.conſ.46.nu.1.lib.1.& conſ.366.nu.38.li.3.
& ita declarat Natt.conſ.588.nu.31.lib.3. & eãdem
ſententiã in ſcriptura priuata, quæ nec actu, nec po-
tentia ſit nocibilis firmant Rol.à Val.conſ.38.nu.45.
lib.1.Petrus Ant.Pena,& Annibal Marlianus Placẽt.
in ſubſcriptionibus ad dictum conſiliũ Vulpel.129.
nu.12.13.& 26. Verũ quia hæc reſponſio dubitabilis
redditur, vt conſtat ex adductis per Menoch. d. ca-
54 ſu 306,nu.14.& ſeqq.†Reſpondetur alio modo vide-
licet contraria procedere, quando clare conſtat fal-
ſitatem doloſe fuiſſe commiſſam, & in iſtis terminis
in contrarium allegatos loqui; Aliud vero dicendũ
eſt, qñ dolus abeſt,ſeu manifeſte de crimine, & deli-
cto non conſtat, equidem eo caſu ab omni pœna etiã
extraordinaria imputatus de falſo tutus redditur.
Corn.conſi.182.nu.6.lib.4.Bal.conſi.33.lib.3. Rol. à
Val.d.conſi.38.nu.44.Franc.Becc.aſſerens in hoc om
nes conuenire in conſ.78.nu.15.& ſeqq. & Vulpel. in
d.conſil.129.num.8.& ſeqq.& Ioan.Matthæus Anni-
zonius Placentinus in ſubſcriptione ad dictum con-
ſil.Vulpel.129.num.15.poſt Silu.conſil.7. num.10. &
ſeq. & alios quos allegant. Quæ reſponſio veriſſima
eſt,nam ſi ceſſante dolo falſitas non eſt punibilis etiã
extraordinaria, vt fuit dictum ſupra in Tertio funda
mento, quanto magis ceſſabit extraordinaria pęna,
quando & dolus abeſt, & ſcriptura nec actu, nec po-
tentia nocere poteſt: At in caſu,de quo agitur, vt di-
xi, ſcriptura non nocet, nec nocere poteſt, & Domi-
nus S. à dolo alienus fuit; ideo ab omni pęna ſecu-
tus redditur.
55 Accedit quinto†pro falſitate neminem puniri niſi
tria copulatiue concurrant.
Primo, quod veritas ſit mutata.
Secundo, quod dolo vero & animo alterum con-
tra veritatem fraudandi.
Tertio, quod talis falſitas ſit alteri nocitura. Mãt.
conſ.278.num.10.Cepha. conſil.355.nume.44.lib.3.
Hieronym.Gabr.conſil.169. num.14. & ſeqq. & con-
ſil.180.num.6.lib.1.Annibal Marlianus Placentinus
in ſubſcriptione ad dictum conſil. Vulpel.129. num,
19.& ſeqq. & vno ex dictis requiſitis deficiente, pę-
56 na falſi locum non habet, vt per eos. † Vbi enim ve-
ritas non mutatur,falſitas non committitur, l. quid
ſit falſum, ff.de falſis,ſi dolus abeſt, pari modo ceſſat
pœna,vt dictum eſt ſupra. Si veritas eſt mutata dolo
ſe, ſed non concurrit tertium, quod ſit alteri damno
ſa,nec pęna imponitur, vt fuit oſtenſum, quod pro-
cedit etiam,vbi doloſe veritas eſt mutata,dummodo
non noceat, nec nocere poſſit, vt volunt omnes Do-
ctores,quos ſupra in Quarto fundamẽto adduxi,pręe
ſertim Boſſ.in tit.de defenſ.reor.num.70.Hieronym,
Gabr.in d.conſ,169. num.20. & Annibal Marlian.in
ſubſcriptio, ad d.conſil. Vulpel.129. num.20. qui de
communi teſtantur. Quare ſi altero ex dictis tribus
requiſitis ceſſante non eſt locus pęnæ falſi, ſine diffi-
cultate excuſatur Dominus S. poſtquam veritas non
eſt mutata,ſed ſolum erratum in extractione compu
torum ex libris,dolus aliquis in Domino S.non con-
ſideratur,& ſcriptura illa nec actu, nec potentia ſo-
ciis nocere poteſt.
Sexto & vltimo licet prædicta clara ſint, & ſatis
ſufficiant ad totalem excuſationem Domini S. nihi-
57 lominus † ſi dubia redderentur, in dubio iudicandũ
eſt falſitatem non eſſe commiſſam, quoties enim ſcri
ptura poteſt falſum & non falſum importare,ea ſem
per ſumenda eſt interpretatio, per quam falſum ex-
cludatur. glo. in l. iuriſgentium, §. quod ferè; & ibi
Bald. & Ang.ff.de pact.Ang. de malefic. in verb. fal-
ſarin.in princ.Alex.conſ.70,nu.1.in fin.lib.1.Salicet.
in l.de tutela,C.de in integr.reſtitu.minor. Bald.in l.
Imperator,ff.de ſtat.homi.Ruin.conſ.14.num.3.li.5.
Marſil.conſ.104.num.26.Socin. iun. qui communem
dicit in conſ.45.num.8.lib.3.Grammar. conſil.30.nu
me.2.Ant.Gabr.in ſuis conclu.in tit.de crim. conclu.
2.nu.14.& poſt alios Rimin.iun.conſi.58.nu.39.lib.1.
conſ.286.num.14.& conſil.345.nu.46.lib.3.Soc.iun.
conſil.61.nu.9.lib.2.
Ex iam dictis igitur apparet Dominum S. iniuſte
pro falſitate moleſtari, & quod dicitur de doloſa ad-
miniſtratione,non eſt præſentis indaginis, cũ id non
inferat ad falſitatem,& Dominus S. paratus eſt oſtẽ-
dere fideliter omnia adminiſtraſſe, legalemq; ratio-
nem reddere, & quia occaſione adminiſtrationis, &
rationis reddendæ inter partes pendet iudiciũ ciui-
le,per quod ſocijs erit conſultum, etiamſi de dolo ap
58 paruerit,†quia iuramentum in litem contra admini
ſtratorem doloſum dabitur,iuxta notata in l. ſi quan
do,C.vnde vi,& in cap.fin. quod met.cau. non poteſt
59 criminaliter† agi propter dolum occaſione eiuſdem
rei,quam ciuiliter agendo quis conſequi poteſt, l.ele
ganter,in prin.ff.de dolo.Bal.conſ.15. in princ.lib.1.
Crauet.cõſ.6.nu.105.lib.1.& melius conſ.280.col.fi.
ver.Poſtremo,li.2.Paul.de Caſt.conſ.411,nu.4.lib.1.
Rol.à Val.conſ.75.nu.31.& ſeq.lib.1.Menoc.conſ.98.
nu.82.& ſeq.lib.1. Gerard. Mazol.conſ.78.nu.18. &
quia ſi de dolo conſtaret in caſu iſto, non poſſet dici
commiſſus in aliquo actu, qui habeat propriũ nomẽ
delicti,ceſſat difficultas,de qua per Senat. Pedem.de
ciſ.137.nu.5.& 17 poſt Bal.in d.conſ.15.dum dicunt,
tunc actione ciuili agi debere, qñ dolus eſt cõmiſſus
circa ea,quæ non habẽt propriũ nomen delicti, ſecus
ſi haberet proprium nomen, vt furtum,vſura, & ſimĩ
60 lia.†Vlterius quia iam ſocij actionem ciuilem propo
ſuerunt occaſione redditionis rationis & doloſæ ad-
miniſtrationis, non poſſunt ſuper eadem re Dñm S.
criminaliter moleſtare, etſi à principio alterã elige-
re potuiſſent,quia vna electa, & propoſita altera,ac-
quieſcere debent,l.1.C.quãd.ciuil.act.præiud.crim.
gl.& Bal.in l.ex morte,C.ad leg.Aquil.Doc.in c.2.de
or.cognit Bar.in l.pen.ff.de calum.Grat.cõſ.71.n.20.
& ſeq.lib.2.& in terminis probat Pariſ.cõſ.150.n.25.
& ſeqq.lib.4.& qm eadẽ res fuit deducta in cauſa ci-
uili, & eadem deducitur in cauſa criminali reſpectu
61 doloſæ adminiſtrationis, & † ſnia ferenda in cauſa
ciuili eſt paritura exceptionẽ rei iudicatę in alia quã
tũ ad iſtud caput doloſæ adminiſtrationis,non obſta
bunt adducta per Natt. in conſil.138.lib.1. qui dixit
tunc propoſita vna actione, aliã intentari non poſſe,
qñ ſententia ferenda in vna eſt paritura exceptionẽ
rei iudicatæ in alia, quinimmo conſiderata idẽtitate
rei in vtroque iudicio deductæ,& quod cauſæ non tẽ-
dunt ad diuerſa,ipſe cum hac opinione concurrit.
Non obſtant modo ea,quæ in contrariũ adducun-
tur,quæ licet pro maiori parte videantur remota,ni-
hilominus pro clariori reſolutione,
Dicitur non obſtare primum, quod falſitas præ-
ſumptionibus probetur,quoniã præſumptiones falſi
tatis non deducuntur, ſed potius præſumptiones ad
62 eius excluſionem concurrunt. † Inſuper dicitur falſi
tatem euidentiſſimis probationibus iuſtificandam
eſſe,quando criminaliter agitur, vt fuit ſupra demon
ſtratum,nec præſumptiones releuant,quando agitur
criminaliter,nec ex eis quis damnari poteſt. Fulgoſ.
conſil.174.in prin.Dec.conſ.175.per totum,maxime
num.5.in fi & 6. Veron. conſ.crimin.21.col.3. verſic.
Sed his.Soci.iun.conſil.39.nume.44.& ſeqq.& conſil.
61.numero 9.in fi, vbi de communi teſtatur, libro 2.
quam

Digitized by Google

quam opinionem poſt alios multos communem eſſe
dicunt Burſ.conſ.311.num.85.lib.3. Iul.Clar.in §.fal-
ſum, verſi. Trita eſt, quam admittunt omnes allegati
63 ſupra in primo fundamento huius partis. † Nec ob-
ſtat illud dictum Archidiac.in c.in memoriam, 19. di
ſtinct. quod in crimine falſi ſuſpicio falſi pro falſitate
habeatur, quoniam communiter tenetur ſuſpicionẽ
falſi nõ haberi pro falſitate, vt per Dec.in c.porrecta,
col. 1.& 2. de confir. vtil. vel inutil. & communem te-
ſtantur eſſe Grat.conſil.60.num.16.lib.2. Hercula.de
proban.negat.num.131.Iul.Clar.in d.§.falſum, verſi.
64 Trita eſt.† opinio autem Archid.procedit tantum in
cauſa ciuili, vbi ciuiliter agitur ad reprobationẽ ſcri-
pturæ, vel vbi criminaliter agitur reſpectu inquiſitio
nis formãdæ, vel capturæ, iuxta terminos l.iubemus,
C.de probat.in qua fundatur dicta opinio, non autẽ
quando criminaliter agitur pro pœna imponenda,
tunc enim reſpectu condemnationis ſuſpicio falſita-
tis pro falſitate non habetur, vt declarant Dec. conſi.
175.nu.5.in fi.& nu.8.ver. Non obſtat quod in iſto cri
mine.& conſil.189.col.1.& in d.c.porrecta, nu.5.Cu-
man.conſil.135.col.fi.verſ.Nec obſtat.Grat.d.conſil.
60.nu.17.& ſeqq.lib.2 Gramm conſ.30.num.5. Cur.
iun.conſ.64.nu.5.lib.1. Hieron.Gabr.conſ.169.nume.
11.& ſeqq.lib.1.Anton.Gabr.in ſuis concluſ. in titul.
de crim.concluſ.6.nu.8.& 12. Iul.Clar.in d.§.falſum,
ver.Trita eſt & poſt alios multos Burſat.conſ 311.nu.
88. qui de communi teſtantur, & alios quam plures
huius opinionis allegant, & ita etiam declarant De-
cia. Ceph. Senat.Pedem. & alij multi ex allegatis ſu-
pra pro opinione Arch. Quæ declarationes ſunt ve-
riſſimę, & communiter receptæ.

Minus nocet aliud, quod Dominus S, teneatur de
falſo, poſtquam ſcriptura illa vſus eſt, niſi nominet
auctores falſitatis, iuxta notata in l.maiorem, C. de
falſ. quoniam hæc difficultas tollitur ex iam dictis,
65 cum ſatis oſtenſum fuerit de falſo non teneri: † & ex
abundanti dicitur, quod ipſe nominat auctorem, vi-
delicet eius ſcribam, qui computa ſcripſit, & dũ ſum
pſit computa ea libris, errauit, & ſic ceſſant contra-
ria, & ſuſpicio falſi tollitur. ita Bal.in d.l.maiorẽ.not.
Crau.conſ.315.nu.3.ver.Sed finge, lib. 2. Burſ.d.conſ.
311.nume.110. Præterea dicitur opinionem illam Bu-
trig. Bald. & ſequacium non eſſe omnino tutam, &
cõtrariam renuere, maxime conſiderata diſpoſitione
iuris Canonici, Crauet.in d.conſilio 315. per totum,
66 lib. 2.† Vlterius reſpondetur, quod ſi Dominus S. pro
curaſſet falſitatem committi, non propterea tenere-
tur de falſo, tamquam fieri faciens, niſi qui computa
ſcripſit, fuiſſet in dolo, nam quando quis etiam dolo
ſe mandat fieri ſcripturam, ſi ille qui facit, eſt in bona
fide, & ignorat ſcribere falſum, ob ignorantiam, &
bonam fidem falſum non committit, & eo caſu nec
mandans, tamquam fieri faciens, punitur vt clare te
net Bart. in conſ.199. colum. 1. & in l.ſi quis obrepſe-
rit, nu. 2.ff.de falſ. ſequitur Alex.conſ.74.num.10.verſ.
Nec etiam falſum, col.pen.lib.1.Ruin. conſi.83. nu.5.
& ſequent. lib.4. qui concludunt, quod ſi faciens non
committit falſum, nec mandans fieri tamquam fieri
faciens, tenetur, ſed ſi ex dicta ſcriptura iudici ob-
repſerit, & ſententiam obtinuerit, eius vigore ea vſu
punitur, vt per eos, de quo ſtatim dicetur, ſed ſcriba
qui ſcripturam fecit, non fuit in aliquo dolo, vt de-
monſtraui, ideo nec ipſe, neque Dominus S. de falſo
tenentur.

Minus obſtat, quod ſaltem ratione vſus teneatur
67 de falſo, ſiquidem tollitur. † Primo quia ſi ſcriptura
eſſet falſa, non teneretur Dominus S. pro vſu, niſi ſci-
uiſſet falſitatem continere, & ſcienter illa vſus eſſet.
glo.in l.1.vbi Bald.num.3.C.ſi minor.ſe maior. dixe-
rit. Boſſi.in tit de falſ.num.115. Menoch.de arbit.iu-
di.quæ.libr.2. cent.4.caſ.315.nu.6.& ſeq.Iul.Clar.in
d.§.falſum, ver. Vtens dicto.& ver. Vtens falſo. & not.
Crauet.in conſ.315.nu.1.lib.2. vbi per, text. in c.inter
dilectos.ver. Verum de exceſſ. prælat.iunctis ibi nota
68 tis per Abb. in 5. not. † dixit non puniri vtentem in-
ſtrumento falſo, niſi probetur ſciuiſſe falſum contine
re, & quod ignorantia præſumitur, & hoc idem tenẽt
Rim.iun.conſ.345.nu.24. & ſeqq.lib.3. & Burſ.d.cõſ.
311.num.67.de qua ſcientia hic non conſtat, & igno-
rantia præſumitur, cum ab alio fuerit ſcripta, & ſum
pta ex libris ab adminiſtratoribus deſcriptis, & re-
tentis, vt ſupra fuit oſtenſum, & Dominus S. errore
ductus credens veritatem continere, illam ſocijs con
ſignauit, merito ratione vſus non punitur ex iam di-
ctis, & ex notatis per Pet.Foller.inter crimin. diuerſ.
tom.1.conſil.139.nu.13. & quia omnes admittunt ra
tione vſus quem non teneri de falſo, niſi probetur vtẽ
69 tem ſciuiſſe ſcripturam eſſe falſam, † ad hoc vt vtens
falſa ſcriptura poſſit puniri de falſo, nec ratione igno
rantiæ excuſetur inoleuit practica, quod vtens per iu
dicem interrogetur ad inſtantiam partis, numquid
velit dicta ſcriptura vti, qui ſi reſponderit affirmati-
ne, detecta falſitate, punitur de falſo, vt per Iul.Clar.
in d.§.falſum, ver. Vtens dicto, & ver. vtẽs falſo. Natt.
conſ.635.lib.3.Boſſi.in tit. de falſ.nu.155. Ant.Gabr.
70 in tit.de crimin.concl.7. † ſecundo dicitur contraria
procedere, quando quis vtitur falſa ſcriptura in iudi
cio, & in vſu perſeuerat vſque ad ſententiam, & in
iſtis terminis loquuntur Bart.in d.conſil.199. & in l.
71 ſi quis obrepſerit, & alij in contrarium adducti. † Sed
hæc ceſſant, quando quis ea non vtitur in iudicio, vel
vſui renunciauit ante ſententiam, quod fieri poteſt,
& deſiſtens ab vſu, falſi pęnam euadit, l.ſi falſos, &
ibi Doctor.notant, C.de falſ. Boſſi.in tit.de falſ.num.
116. Natt.conſ.132.num.8. & 9.lib.1.affirmans eo ca-
72 ſu nullam pęnam mereri. † quia nõ intelligitur vſus,
qui non perſeuerauit vſque ad ſententiam, ex quo ſu
mus in pœnis legalibus, non conuentionalibus, late
Crauetr.conſi.315.num.1.& ſeqq.libr.2. & conſi.519.
num.5.lib.3. Alexand.conſil.108.colum.fin. numer.7.
ver. Plus dico, li.6.& magis clare poſt Foller. in Prac.
crim. ver. Item quod commiſit falſitatem, numer.45.
Corrad.in ſuo prætorio, in tit.de falſar.numero 13.&
ſeq. & alios multos, hæc omnia probat Burſat.d.cõſi.
311.numer.65.66.67. & 109.lib.3. In caſu vero de quo
agitur, Dominus S. non fuit vſus dicta ſcriptura in
iudicio, ſed ſolum extra iudicium illam conſignauit
ſocijs, & ſemper dixit, quod intendebat errores corri
gi, & ſi aliquid contra veritatem contineret, proteſta
tus fuit, quod non vult ea vti, ſed paratus eſt fidelem
rationem adminiſtrationis reddere, libroſque qui ve
ritatem continent, exhibere: Iccirco nullo modo pro
vſu poteſt teneri de falſo, & conſequenter concludi-
tur Dominum S. abſoluendum et à carceribus libe-
randum eſſe.

Obtinuit in effectu in cauſa prædicta criminali dictus Dominus S. quia fuit liberatus à Carceribus, in quibus detinebatur Peruſiæ anno 1581. & vt audiui prædictorum occaſione criminaliter non fuit per multos annos vlterius moleſtatus.

ARGVMENTVM.

Si paterfamilias delictum commiſerit, ſuperſtitibus ex eo filijs, numquid eius bona ſint publicanda.

SVM-

S V M M A R I V M.

1 *Bona damnatorum de iure Authenticorum non confiſcantur niſi pro crimine hæreſis, vel læſæ maieſtatis. & numero 11.*

2 *Statutum diſponens bona damnatorum confiſcari debere eſt obſeruandum.*

3 *Patre condemnato, ſi habet tres vel plures filios, bona non confiſcantur, ſed reſeruantur filijs, & per totum conſilium.*

Sed hoc non ſeruatur de conſuetudine. nu. 4.

Sed contra. num. 17. cum ſeq.

5 *Statutum Peruſinum. lib. 3. Rub. 15. diſponens bona homicidæ confiſcari debere, eſt intelligendum, vt omnia bona confiſcari debeant, nulla portione reſeruata filijs.*

Sed contra. num. 23.

6 *Statutum Peruſinum lib. 3. Rubr. 72. quo cauetur bona patris publicari debere, reſeruata medietate filijs vni vel pluribus, intelligitur etiamſi ſint tres vel plures.*

Sed contra. nu. 24. cum ſeqq. & per totum.

7 *Bona damnati de iure Digeſtorum. & Codicis confiſcabantur.*

Sed ſi damnatus habebat filios vnum, vel duos, eis medietas reſeruabatur. nu. 8.

Si vero habebat tres vel plures filios, eis omnia bona patris reſeruabantur. nu. 9.

Etiam ſi filij eſſent adoptiui, dummodo adoptio non fuerit facta in fraudem. nu. 10.

12 *Statutum diſponens bona damnatorum debere confiſcari tollit obſtaculum iuris Authenticorum, & nos reducit ad ius antiquum, & ſecundum illud debet declarari, & limitari.*

13 *Leges nouæ à veteribus interpretationem recipiunt.*

14 *Statutum recipit interpretationem paſſiuam à iure communi, & ius commune loquens de caſu, in quo diſponit ſtatutum, illud declarat, ac interpretatur.*

15 *Statutum diſponens bona damnatorum pro homicidio confiſcari debere, intelligitur vt filijs reſeruetur legitima, ſi ſuperſunt vnus vel duo. Sed ſi tres vel plures, non eſt confiſcationi locus, ſed tunc omnia bona reſeruantur filijs cum ſeq.*

16 *L. cum ratio, ff. de bon. dãnat. reſeruans bona patris filijs, dum eis fauet, conuenit iuri diuino, & concordat cum pietate Chriſtiana.*

18 *Conſuetudo quæ viget in vno loco, non eſt extendenda, maxime quando eſt contra ius.*

19 *Doctori atteſtanti de conſuetudine non creditur.*

Intellige reſpectu loci, in quo Doctor ille non fuit verſatus. num. 20.

21 *Conſuetudo non præſumitur, ſed ab eo qui illam allegat probari debet.*

22 *Lex per non vſum tunc cenſetur abrogata, quando conſtat contra eam ſequutam eſſe obſeruantiam per contrarios actus. Sed ſi de contraria obſeruantia non apparet, per non vſum non abrogatur, quamuis per mille annos non fuerit factum, prout in lege diſponitur.*

23 *Paul. de Caſtr. conſil. 171. num. 5. lib. 1. communiter reprobatur.*

24 *Statutum Peruſinum lib. 3. Rub. 72. §. ſi vero paterfamilias, declaratur, & infra per totum.*

25 *Præfatio legis ſeu ſtatuti mentem, & cauſam finalem oſtendit.*

26 *Filijs ex bonis patris condemnati nihil reſeruatur, niſi quando in pœnam capitalem pater damnatur.*

27 *Spurijs ex bonis patris nihil debetur præter alimenta de æquitate canonica.*

28 *Diſpoſitio facta fauore alicuius non debet in eius odium retorqueri.*

29 *Statutum non extenditur ad caſum, in quo eius ratio ceſſat, & offenditur.*

30 *Caſus omiſſus à ſtatuto remanet in diſpoſitione iuris, ſecundum eius formam diuidendus.*

31 *Statuta tantum diſponunt, quantum loquuntur, & non vltra.*

32 *Statuti verba quando alicui caſui non conueniunt, nec conuenit eius diſpoſitio.*

33 *Statutum nunquam trahitur extra caſum in eo formaliter expreſſum.*

34 *Verbum, Plures, pro duobus tantum proprie accipitur.*

35 *Rubrica ſtatuti declarat eius nigrum.*

36 *Legitima filiorum, ſi ſunt infra quinque, eſt triens ſi vltra quattuor ſemis.*

37 *Legitima filiorum, quando patris bona confiſcantur, metienda eſt iuxta eorum numerum.*

Sed contrarium quod tunc ſit ſemis, etiamſi ſuperſunt infra quinque. nu. 38.

39 *Statuta diſponentia bona damnati non niſi pro certa parte penes eius liberos remanere, non procedunt quando ex damnato supereſt plurima filiorum multitudo.*

CONSILIVM CX.

VIDSTVR prima conſideratione dicendum bona Dñi Claudij de Valerianis condemnati ob homicidiũ ab eo cõ-
1 miſſum publicari debere, † quam etſi de iure authenticorum nouiſſimo bona damnatorum non confiſcentur niſi pro hæreſi, vel crimine læſæ maieſtatis quis condẽnatus fuerit. Auth. Bona damnatorũ, C. de bonis præſcrip. Cõius diſpoſitionem per totum orbem obſeruari teſtãtur Albe. in 3. par. ſtat. q. 18. in fi. Dec. conſ. 442. nu. 6. Boer. deciſ. 264. nu. 15. Cepol. conſi. crim. 17. in 3. dub. Iul. Clar. in pract. crim. §. fi. q. 78. in princ. Tib. De-
2 cia. conſi. 56. nu. 64. lib. 2. Vulpel. conſ. 42. nu. 1. † Nihilominus quia ſtatuto Peruſino libr. 3. Rubr. 15. col. 2. §. & ſtatuerũt. diſpoſitum eſt bona homicidæ, vel pro homicidio condemnati confiſcari debere, illud obſeruandum eſt, cum in materia iſta ad ſtatuta, & ordines locorum ſit recurrendum, vt dicit Bart. in l. 1. nu. 3. in fin. ff. de bon. dam. Boſſi. in tit. de public. bonor. nu. 1. Iul. Clar. in d. q. 78. in princ.

Nec fiſcus excludendus videtur, ex eo quod ex Do-
3 mino Claudio quinque ſuperſunt filij, † quibus ex benignitate bona patris condemnati relinquebantur quando tres vel plures ſupererant filij, iuxta diſpoſitionem l. cum ratio, §. ſi plures, iuncta gloſ. ff. de bon. dam. Quoniam reſpondetur.

4 Primo † diſpoſitionem d. l. in deſuetudinem abijſſe, nec amplius in practica obſeruari, vt poſt Caſſan. teſtatur Iul. Clar. in d. q. 78. verſi. Videndum, prout in hac Ciuitate numquam obſeruatam fuiſſe dicitur.

Secundo quidquid ſit dicendum, quando confiſcatio fit de iure communi, in quibus terminis procedit
5 text. in d. §. ſi plures. † difficultas ſublata videtur ſtatuto Peruſino in d. rubr. 15. quod cum ſimpliciter, & indefinite diſponat bona homicidæ cõfiſcari debere, eſt ſimpliciter intelligendum, ita vt omnia bona publicentur, nulla filijs reſeruata portione, prout tenet Paul. de Caſtr. in conſ. 171. nu. 5. lib. 1.

6 Tertio, † quia alio ſtatuto Peruſino eod. libr. 3. Rubri. 72. §. ſi vero pater familias. cauetur, quod quando pater commiſit homicidium, vel aliud delictum, propter quod bona ſua deberẽt publicari, medietas omnium bonorum reſeruetur filiis vni vel pluribus, res videtur clara, quod retenta tantum medietate pro filijs, alia bona publicanda ſint, nec ſit locus diſpoſitioni,

tioni,d.§.ſi plures, vt ſentit in terminis Tob. Non.con
ſil.95.nu.12.in fi.& conſ.105.nu.12.

Diligentius tñ re conſiderata,cõtratiam ſententiã
probabilioré eſſe cenſeo, népe bona Dñi Clandij ho-
micidæ nõ eſſe publicãda,ſed eiuſdẽ filijs reſeruauda.

Etat enim iure Digeſtorum, & Codicis ſancitum,
7 † quod ſi quis cundemnatus eſſet ob crimen, ex quo
vita adimitur, aut Ciuitas, ſeu ſeruilis conditio irro
gatur,eius bona publicari, & fiſco applicari deberét,
l.1.in prin.ff.de bonis damnat.l.fi.in princ.C.de bon.
præſcr.diſpoſitio locum habebat,filijs nullis ex dam-
8 nato exiſtentibus.† ſed ſi damnatus filios aliquos ha-
bebat, tunc vni vel duobus ex Principis indulgentia
medietas omnium bonorum patris reſeruabatur, ne
ob delictum patris grauarentur, & mendicare coge-
rentur,d.l.1.iuncta gl.in ver.portionem, l.cum ratio,
in princ.eod.tit.l.fin.§.ſin vero filij, & l.ſi deportatus,
iuncta glo.in verb.pars,C.eo.tit.& ibi Odofr.& Sali.
9 notant. † Sed ſi plures babebat filios, quod intelligi-
tur de tribus ad minus,vt cõcordentur eum d.l.1.quę
in plurali loquitur,nihil fiſcus conſequebatur,ſed om
nia bona reſeruabantur filijs ea ratione,quia amplia
ri imperium hominum adiectione prius quam pecu-
niarum copia oporret,vt clare dixit tex in d.l.cum ra
tio,§.ſi plures,& ibi gl.in verb.plures, ff.de bon.dam.
gl.in d.l.1.io verb.portionem,ff.eo.vbi Bart. in princ.
dicit hoc de iure antiquo eſſe indubitatum, & idem
tenet glo.io d.l.fi.in verb.dimidia,in fi.C.eod.titul.&
quod de iure ff. & C. publicatis bonis patris reſerua-
rentur bona filijs in partem vel in totum iuxta eorum
numerum, firmant Cin.in d.l.fi.& ibi Ang.num.1. &
Sal.nu.2.& 3.Spec.io tit.de execut.ſent.§.ſequitur,nu.
31.circa medium. Rom.in l.ſi vero,§.de viro,num.78.
ver.Nono,ff.ſolu.matr.Fabia in repet. Auth.Nouiſſi-
ma,nu.262.ver.Sexto, C.de inoffi.teſtam.vbi teſtatur
Fran.de Albergor.Bal.pro hac parte conſuluiſſe. Ioã.
Bapt.de Plot.inter crim.diuet.tom.1.conſ.130.nu 87.
Benedi.de Plot. inter ead. crim. tom.2.conſ.3.nu.21.
Boſſi.in tit.de bonor.publi.nu.10. Berengar.in repet.
l.in quartam, nu.269. late hanc partem probat Rol.
à Vall.conſ.97.nu.30. & ſeqq. lib.2. & ſequitur Tob.
10 Noni.conſ.97 num.8.& ſequent. † quæ concluſio ad-
mittitur etiam,ſi filij eſſent adoptiui,dummodo ado-
ptio non ſit facta in fraudem,l.ſi §.ex bonis,ff.de bon.
damn. Cin. in d.l.fin. C.eod tit.Rol.à Vall.d.conſilio
97.num.33. Aſcan. Clem.de patr. poteſt. effec.16. nu
11 me.36.& ſeq. Superuenit † aũt poſtea ius nouiſſimum
Authenticorum,quo diſpoſitum fuit bonorum dam-
natorum publicationi locum non eſſe,ſed illa deſcen
dentibus, aſcendentibus,vel tranſuerſalibus vſque in
tertium gradum reſeruari,excepto crimine læſæ ma-
ieſtatis,vt dicitur in Auth.Bona damnatorum, C.de
bon.præſcr.& in §.fi.Auth.vt nulli.iud. Vnde ſumpta
fuit Auth. bon. damnat. quorum iurium diſpoſitio-
nem totus mundus obſeruat, niſi aliter ſtatutis, vel
alijs conſtitutionibus locorum diſponatur, vt tenent
omnes Doctores ſupra in principio allegati. Poſtea
vero in Ciuitate Peruſina factum eſt ſtatutum inſer-
tum in lib.3.Rub.15.quod diſponit bona homicidæ,
vel pro homicidio condemnati,publicari debere,nul
la de filijs facta mentione, quod ſtatutum nos redu-
cit ad ius antiquum, & tollit obſtaculum Auth. bon.
12 damna.& vnde ſumitur,† ideo debet à veteri iure in
terpretationem recipere, & ſecundum illud declara-
ri,& limitari,l.vt gradatim, in princ. ff.de muner. &
honor.c.cauſam,iunctis ibi notatis per Gloſ. & Ioan.
13 Andr.de reſcr.Quoniam non eſt nouum,†quod nouę
leges à veteribus interpretationem recipiant, l. non
eſt nouũ,ff.de legi.l.nam & poſteriores.eo.ti. Etenim
ſtatutum licet non recipiat interpretationem extenſi
14 uam ad alios caſus in eo non expreſſos, † recipit ta-
mẽ paſſiuam interpretationem à iure communi,quia
leges communes loquentes de caſu, in quo diſponit
ſtatutum,ad illud ſe extendunt,illudque declarãt, &
interpretantur,l.1.§.lex Falcidia,vbi Bal.& alij,ff.ad
leg.Falci. Bar.& alij communiter in l.omnes populi,
in 6.q.princ.ff.de iuſt.& iur.Bart.in l.1.per illum text.
ff.de muner.& honor.Alber.in 1.par.ſtatut.q.180.An
char.Imol. & alij,quos refert & ſequitur Alex.in d.§.
15 lex Falcidia,nu.7.& Tob.Non.conſ.95.nu.13.†& cõ-
ſequenter licet ſtatutum ſimpliciter diſponat bona
damnatorum pro homicidio confiſcari debere,nulla
de filijs facta mentione, declarandum eſt ſecundum
terminos legis antiquæ,vt ſcilicet filiis legitima reſer
uetur in caſu,in quo de iure antiquo reſeruabatur,qũ
ſupererant vnus vel duo. Pract.Papienſ. in ſua pract.
in tit.de form.inquiſi.gl.vlt.nu.2. & ibi Addentes ad
eum in littera B, dicunt nullo modo per interpreta-
tionem ſtatuti eſſe recedendum à diſpoſitione d. l.cũ
16 ratio.† cum illa, dum fauet filijs, conueniat iuri diui
no,& concordet cum pietate Chriſtiana. Aug.& Bal.
quos refert,& ſequitur Paul.de Monte Pico,in repet.
l.Titia cum teſtamento, §.Titia cum nuberet, nu.58.
ff.de leg.2.Fabian.in d.repet. Auth.Nouiſſima,num.
262.& latiſſime hanc opinionem defendit Rol.à Val.
in d.conſil.97.per totum.maxime nu.9.& ſeqq. 16. &
ſeq. lib.2. vbi oſtendit opinionem iſtam eſſe commu-
nem, quam declarationem reſpectu legitimæ etiam
communem appellat Iul.Clar.in d.q.78.ver. Viden-
dũ.Sed quando ſuperſunt tres vel plures filij ex dam-
nato patre, ſicut de iure antiquo iuxta terminos d.l.
cum ratio,§.ſi plures,non erat locus publicationi bo-
norum,etiam quando pater fuiſſet damnatus pro de
licto,ex quo de iure confiſcarentur bona iuxta text.in
l.1.ff.de bon.damn.& l.fin.C.eod.tit. Ita etiam dicen
dum eſt in ſtatuto, quod ſimpliciter de bonorum pu-
blicatione loquitur, quod ſcilicet eius vigore non ſit
locus publicationi,quando tres vel plures ſuperſunt
filij,ita illud ſecundum ius antiquum declarando, di
ſtinguendo,& limitando,prout in terminis conſulue
runt Frã.de Albergot.& Bald.quos refert,& ſequitur
Fabian.in d.Auth.Nouiſſima,nu.262. ver.Sexto.not.
Soc.ſen.conſil.121.nume.8. & ſeq lib.4.Rom.in d.l.ſi
vero,§.ſi de viro,num.78.ver. Nono, ff.ſolut.matrim.
Boſſi.in tit.de publi. bonor. nu.10. qui hanc declara
tionem comprobat, licet ſubdat pulchram eſſe decla
rationem,ſi ſuſtineri poſſet, affirmat ſaltem poſſe ani
mum principis inclinare ad concedendum dicta bo
na filijs, & latiſſime dictam opinionem comprobat
Rol.à Vall.in allegato conſil.97.per totum, maxime
numer.30.& ſeqq.quam etiam ſequitur Tob.Non.in
conſi.95.nume.12.& ſeqq. vbi etiam ſubdit alias pro
eadem parte conſuluiſſe contra fiſcum, & conſil.ſub-
ſcripſiſſe Ant.Maſſ.Galles. Marcum Antonium Bur-
gheſium, & omnes fere aduocatos Romanæ Curiæ.
Et quamuis ſubijciat fuiſſe cauſam tranſactionem ſo
pitam propter aliud ſtatutum, tunc de nouo reper-
tum, quo filiis patre damnato medietas tantum re-
ſeruabatur (de quo ſtatuto inferius in ſolutione vlti-
mæ dubitationis dicetur) fatetur tamen, quod ſi di-
ctum ſtatutum non fuiſſet repertum, omnes inclina-
bant in dictam ſententiam, quod aliud ſtatutum ſim
pliciter diſponens bona condemnati pro homicidio
publicari debere, ſit declarandum ſecundum termi-
nos l.1.& l.cum ratio,§.ſi plures,ff.de bon.damnat.&
quod ſtante numero filiorum, ſtatuto non obſtante,
non ſit confiſcationi locus, eandem partem ſequitur
ipſe Tob. Noni. in conſilio 97. numero octauo, & 9.

& poſt

& poſt eum Clement.de patr.poteſtat. dict.effect. 16.
num. 36. & ſeq. Erit igitur ſtatutum prædictum de-
clarandum ſecundum ius antiquum,& ſicut eo atten
to, quando vt hic quinque ſuperſunt filij, omnia bo-
na relinquebantur filijs, idem erit dicendum, quod
nec vigore ſtatuti ſit locus publicationi bonorum in
præiudicium filiorum,& tanto magis in caſu, de quo
agitur,Domini ſuperiores debent inclinare ad relin-
quendum dicta bona filijs Domini Claudij,prout di-
xit Boſſ. in allegato loco,quoniam ſuperſunt quinque
filij omnes inutiles in infantili,& pupillari ætate con
ſtituti, & adſunt nonnullæ feminæ tempore congruo
dotandæ,& bona Domini Claudij,deductis debitis,
& alijs deducendis,ſunt modicæ quantitatis,quo ca-
ſu fortius prædicta procedunt, prout ſentit Salicet.in
d.l.fin.num. 3.quem ſequitur Ioan.Bapt.de Plot.in d.
conſ. 130.num.87.in fin. tom.1.crimin. ad quod facit
Berengar.in d.repet.l.in quartam,nu.269.in fin.dum
de legitima loquitur, & aſſerit in hoc habendam eſſe
rationem de numero filiorum, patrimonij quantita-
te,ac dotibus conſtruendis.

Et quoniam ex iam dictis intentio filiorum Domi
ni Claudij ſatis ſuperque fundatur, ſolum ſupereſt
remouere ea,quæ pro fiſco fuerunt adducta.

Non obſtat ſtatutum Perusinum in Rubr. 15. quo-
niam illud intelligi debet ſecundum iura antiqua,ad
quod nos reduxit,vt ſupra clare demonſtraui.

17 Nec † nocet, dum dicitur diſpoſitionem l.cum ra-
tio,§.ſi plures,non ſeruari de conſuetudine,quoniam
Iul.Clar.allegat tantũ Caſſad.ſuper conſuetud.Burg.
qui de hoc loquitur in titu. de confiſcat. Rubr.2. §.1.
num. 16.vbi dicit, quando pater condemnatus habet
numerum filiorum,videlicet tres vel plures, ſed tan-
tum aſſerit in illis partibus de conſuetudine nullam
legitimam reſeruari filijs,Quando aliqua lege vel ſta
tuto patri imponitur pęna confiſcationis bonorum,
admittit tamen Caſſan.de iure contrarium procede-
re,quod non nocet, quia Caſſan. loquitur de conſue-
tudine locali,& reſpectu legitimæ tantum, nõ de con
ſuetudine vniuerſali,& quando tres vel plures filij ſu
perſunt,& Clar. ipſe circa legitimam teſtatur in par-
tibus,in quibus ipſe verſatus eſt, etiam de conſuetu-
dine filijs reſeruari, non obſtante ſtatuto ſeu alia le
ge ſimpliciter diſponente,quod bona patris publicẽ-
tur.Et conſequenter parum attendi debet,quod Cla-
rus dicit de conſuetudine non reſeruari bona filijs,
quando ſunt tres vel vltra, cum alleget tantùm Caſ-
ſan.qui hoc non dicit. Præterea, quia non loquuntur
de conſuetudine vniuerſali ſed locali tantum,non no
18 cent,†cum conſuetudo,quæ in vno loco viget, non ſit
extendenda,maxime quando vt hic eſt contra ius cõ-
mune.Bal.in l.2.num.7.per illum tex.C.quæ ſit longa
conſuet.& in cap.1.in princ.de feud.cognit.Abb.in c.
cum eccleſia Vulterana. in vltim. not. de elect. Ruin.
conſ.34 num.18.lib.1. Crauet.conſ.121.num.8. lib.1.
Dec.conſ.479.num.22.Rim.iun.conſ.165.num.31.lib.
2. & conſil.361. num.33. libro 4. Franc.Becc. conſ.73.
num.5.Cephal.conſi.709.num.25.& ſeq.lib.5.& ſi de
vniuerſali conſuetudine loquerentur, non eſſet eis
19 credendum,† cum magis communiter Doctores con
cludant non credi Doctoribus,de conſuetudine atte-
ſtantibus, ſecundum Iaſ. in l.de quibus,col. penul. ff.
de legit. Cagnol.in repetit.l.ſi quis maior,num.73.C.
de tranſactio. Aretin. conſ.132. Neuiaan.conſ.66.nu
mer.31. Dec.conſ.401.num.15.in fin.conſ.472.nu.16.
& ſeqq. deciſ. Pedemon. 141. num. 15. & ſeq. Gaſpar
Cabal.in tract.de euict.§.3.nu.39.Tob.Non.conſ.45.
num.11. & conſ.48. num.12. qui alias multas aucto-
ritates adducunt, & de communi teſtantur, & licet
multi diſſenſerint, vt habetur apud Anton. Gabriel.
in ſuis concluſion. in tit.de probat. concluſ.4.per to-
tam, nihilominus iſtam magis communiter appro-
bari, & in Rota Romana ita fuiſſe deciſum, teſtatur
Burſat.conſ.16. nu.37.lib.1. & poſt Soc. Pariſ.& alios
plures Maſcard. de probatio.vol.1. concluſ.528. nu-
me.1.& 2.qui nu.4. verſic.Prior tamen. teſtatur hanc
opinionem eſſe magis receptam,& ſecundum eã fuiſ-
ſe deciſum in Rota Romana in vna Barchinonen hæ-
reditatis,anno 1536.23.Iunii,vt per Mohedan. deci-
20 ſio. 206.& in alia 274.anno 1539.20. Iunii.†Quæ opi-
nio procedit reſpectu aliorum locorũ, in quibus Do-
ctores,qui de conſuetudine teſtantur,non fuerũt ver-
ſati,vt declarant Ioan.Dilect.de arte teſtan.in tit.de
ſubſtit.cautel.35.num.3.Burſat.in conſil 43 num.54.
lib.1.Hercul.in tracta.de negat.num.302.maxime in
verſic.Quinto ego reſtringerem.Anton.Gabriel.in d.
conclu.4.nu.3. & poſt eos Maſcard. in d.conclu.528.
num.6.nam reſpectu loci,in quo Doctor non fuit ver-
ſatus,eius atteſtatio de conſuetudine nullam proba-
tionem, immo nec præſumptionem facere puto, vt
eſt de intentione omnium.

Nec videtur attendendum quod dicitur in hac ci-
uitate nunquam fuiſſe obſeruatum, quod filiis reſer-
uentur omnia bona, iuxta diſpoſitionem d. §. ſi plu-
res, quoniam nec apparet fuiſſe ſeruatum contrariũ,
21 & fiſcus, † qui pro fundamento ſuæ intentionis alle
gat dictam conſuetudinem ad tollendum diſpoſitio-
nem d. §.ſi plures, debet illam probare, cum ſit quid
facti, nec præſumatur, glo.in l.1. C.quæ ſit long con-
ſuetud.c.1.de conſuetud in 6. Bart. in l.2.q.25. C.quæ
ſit longa conſuetud. Alex.conſil 67. nu.2.lib.7. Rol.à
Val.conſil.2.num.117.& ſeq.lib.1. Menoch conſi.226.
nu.38.lib.3.Rim.iun.conſil.363.num.284.lib.4.

Nec ſatis eſt dicere diſpoſitionẽ dictæ legis ſubla-
tam eſſe,cum non appareat in hac Ciuitate fuiſſe ob-
22 ſeruatam,& vſu receptam, † quoniam tunc lex abro-
gata dicitur, quando conſtat contra eam ſequutam
eſſe obſeruantiam per cõtrarios actus,ſecùs ſi de con
traria obſeruantia non appareat:etenim lex nunquã
per non vſum abrogatur, quamuis per mille annos
non ſit factum, quod in lege diſponitur, ſi de contra-
ria obſeruantia non conſtet, cum potuerit euenire,
quod caſus non acciderint, vel quod filii noluerint
vti beneficio ipſis à dicta lege conceſſo, & propterea
opus eſt ad abrogationem legis oſtendere caſus eue-
niſſe, contrarium pluries fuiſſe ſeruatum, & ſic per
contrariam obſeruantiam inductam eſſe conſuetudi-
nem contrariam legi, alias conſuetudo non releuat,
ſed legis diſpoſitio attenditur, vt bene declarat An-
gel. Aret.in prohem.Inſtit.§.igitur,num.5.verſi.Si ve-
ro.& numero 6 idem tenent Cin in l.2.quæſt.1. prin.
C.quæ ſit longa conſuet. Barto.in prohem. ff.§. & an-
tea.Ioann.Andr.Anton.de Butr. & Abb.in capit.cum
Ioannes,de cleric.coniug.Doctor.in cap.1. vbi Felin.
num.10.in 4.declarat.de treuga & pac.Docto.in l.de
quibus,ff.de legit.præſertim Iaſ.num.33.qui de com-
muni teſtatur, & affirmat idem procedere, quamuis
per mille annos Ciuitas non fuiſſet vſa leg. Natta
conſil.56.nu.4. lib.1.& conſil.575.nu.33. & ſeq. lib.2.
Burſat.qui etiam communem appellat in conſil.222.
num.22.in fin.libro 2.

23 Minus † reſiſtit quod aliud ſtatutum Rubr. 15. li-
bro 3.ſimpliciter diſponens bona homicidæ publica-
ri debere,abſque aliqua diſtinctione ſit intelligẽdum,
ita vt nihil neque etiam legitima reſeruetur filiis, vt
tenuit Caſtren. in allegato conſil.171.col.fin. Quan-
doquidem reſpondetur contrarium verius eſſe,vt ſu-
pra fuit oſtenſum, nec opinio Caſtren. eſt attenden-
da

Digitized by Google

da quia vera non eſt, ſed communiter reprobata, vt
per Rolan.d.conſ.97.per totum,lib.1.Iul.Clar.in d.q.
78. verſi.Videndum, & in ſpecie de communi contra
Paul.de Caſtr. reſtatur Tob.Non.conſ.95.nu.13. ver.
Nec fiat fundamentum, qui etiam oſtendit alio mo-
do opinionem Caſtrenſis euitari poſſe,vt per eum.

Vltimum in quo maior difficultas videtur conſiſte-
24 re, remoueri poteſt, conſiderando, † quod ſtatutum
in d.Rub.72.§.ſi vero paterfamilias, lib.3. non diſpo-
nit,quando bona patris familias ſint publicanda,ſed
ſolum prouidet filijs eo caſu, quo publicationi locus
eſt,vt eis medietas reſeruetur,quod intelligi non po-
teſt, ſi tres filij vel plures ſupereſſent, quia tunc non
publicarentur bona,vt dictum fuit, ſed eſt intelligen
dum, quando ſuperſunt vnus vel duo filij tantum,
quo caſu de publicatione tractatur.

Voluit enim ſtatutum prouidere filijs, ne ob deli-
ctum patris mendicare cogerẽtur, non autem eorum
iura in aliquo diminuere, quod ſatis elicitur in prin-
cip.d.§.ſi vero paterfamilias,dum dicitur.Si paterfa-
milias commiſerit homicidium, vel aliud maleficiũ,
propter quod bona ſua deberent publicari,vel debe-
ret aliqua pecuniaria pęna ſolui,ne filij ob delictũ pa
tris mendicare cogantur,&c. Quæ verba in præfatio-
ne poſita, Ne filij ob delictum patris, &c. declarant
25 mentem ſtatuentium fuiſſe prouidere filiis, † cum ex
præfatione mens, & cauſa finalis ſtatuti demonſtre-
tur,l.fin.& ibi Bar.ff.de here.inſtit.Bartol.in l.1.ff.ad
Macedon.Alexand.conſil.7.column.2.verſicu.Verba
enim,lib.2.vbi Bal.Cardin.& alios allegat.Dec.con-
ſil.600.num.1.& ſequent.Pariſ.conſ.12.nume.96.li-
bro 2.Tob.Non.conſ.10.numero 7.Quod etiam oſten
ditur,quoniam ſtatutum non ſolum prouidet filijs,vt
eis medietas aſſignetur, ſi omnia bona patris publi-
cantur,ſed etiam ſi aliquam pęnam pecuniariam pro
delicto deberet ſoluere,vt in ſtatuto dicitur,quod cõ
26 cernit merum fauorem filiorum, ſtante quod † de iu
re filiis non aſſignatur portio aliqua, nec de filiis ha-
bebatur ratio niſi eo caſu, quo pater in pœnam capi-
talem damnatus eſt,ſecus ſi in aliam pœnam nõ capi
talem damnaretur, ſecundum Bald. in l.data opera,
colum.5.numero 60.ver.Sed pone,C.de his qui accuſ.
poſſ.quem ſequitur Fabian.in repetit. d.Auth.Nouiſ
ſima,numero 262.in fin.C.de inoffic.teſtam.& nihilo
minus ſtatutum etiam eo caſu reſeruat portionem fi-
liis,prout etiam idem oſtenditur,quia ſtatuentes eã-
dem diſpoſitionem oſtendunt ad filios emancipatos,
& legitimis non exiſtentibus, reſeruant ſpurijs ſex-
tam partem bonorum patris,quod de iure ſpurii non
27 conſequebantur, † qui ex bonis patris aliud quam
alimenta de æquitate canonica conſequi nõ poſſunt,
l.t.& ibi omnes C.de natur.liber.§.fin. Auth.Quibus
mod.natur.effic.ſui.Didac.Couar.in 4. libr.decretal.
in tit.de ſponſal.par.2.capit.8. §.5.numero 3.& ſeqq.
multis.Natt.conſilio 297. numero 8.libro 2.Rot.Bo-
non.deciſ.22.Cephal.conſilio 390.numero 39.libr.3.
Vnde cum dictum ſtatutum in totum factum fuerit
fauore filiorum,vt eis prouideretur,quando bona pa
tris deuenire deberent ad fiſcum, non aliter diſponẽ
do an,& quando publicationi bonorum patris locus
ſit,non poteſt dici, quod per ſtatutum ius commune
ſit correctum,ita vt bona publicentur, etiam quando
adeſt numerus filiorum contra diſpoſitionem dictę l.
28 cum ratio, §. ſi plures, † quia iſto modo ſtatutum,
quod fauore filiorum eſt factum, in eorum odium re-
torqueretur, quod non eſt admittendum, l. nulla, &
ibi Paul.de Caſtr.not.ff.de legit.l.quod fauore, C.eo-
dem titul.Cepb.conſil.604 numero 16. & ſequentib.
libro quarto, præſertim quia ratio finalis in ſtatuto
expreſſa, ea fuit,vt prouideretur filiis, ne mendicare
cogerentur,ob delictum patris, cui rationi nõ ſolum
non ſatisfieret, immo ſi bona patris publicarentur
contra iuris diſpoſitionem, quando adeſt numerus
29 filiorum,illa offenditur. Ideo † ſtatutum ad caſum,in
quo ratio ſtatuti ceſſat,& offenditur,non debet exten-
di, l.adigere, §.quamuis, ff.de iur.patron. & notatur
per Soc.ſen.conſ.128.nu.5.in fin.lib.4.Sed quia ius ff.
duos conſiderat caſus, vnum quando ſuperſunt tres
vel plures filii, & tunc bona non publicantur, Alte-
rum quando adſunt vnus vel duo, quo caſu bona pu-
blicantur reſeruata certa portione filiis, ſtatutum
quod de ſecundo caſu loquitur, quando ſcilicet confi
ſcationi locus eſt,& mandat reſeruari medietatem fi
liis,& primum omittit,non habet locum in primo ca
30 ſu, † ſed caſus ille,de quo in ſtatuto nihil diſponitur,
remanet in diſpoſitione aliorum iurium ſecundum
eorum formam decidendus,l.commodiſſime,ff.de li-
ber.& poſthu.l.ſi extraneus, ff.de condi. ob cauſ. Soc.
ſen.conſ.9.num.6.& ſeq.lib.3.Capr.conſ.137.no.7. &
ſeq.Dec.conſil.71.num.2.conſ.451.nu.5.verſi.2.Natt.
conſ.463.num.12.lib.2. Eſſet quidem abſurdiſſimum
dicere, quod ſtatutum loquens tantum de portione
reſeruanda filiis eo caſu quo bona publicantur, extẽ-
datur ad corrigendum ius commune contra filios,vt
ſcilicet,bona publicentur cõtra ius commune, etiam
quando filii eſſent tres vel plures, de quo ſtatutum ni
31 hil dicit,ideo hoc non eſt dicendum,† quoniam ſtatu
ta tantum diſponunt,quantum loquuntur, & non vl-
tra.Bald.in l.teſtamentum, in fin.C.de teſtam.Socin.
iun.conſ.1.nu.27.lib.2.Curt.ſen.conſil.11.colum.1.Iaſ.
conſil.205.colu.4.lib.2.Rolànd.à Vall.conſ.68.nume
32 ro 19.lib.4.Cepb.conſil.137.num.16.lib.1.† & quan-
do ſtatuti verba intellecta,prout debent, non conue-
niunt alicui caſui, nec conuenit eius diſpoſitio, l.4.
§.toties,ff.de damn.infect.Bald.in l.illam, numero 1.
C. de colla.Grat.conſil.85.num.9.lib.1. Sed ſtatutum
in caſu,in quo verba non conueniunt,ceſſat.Bal.con-
ſil.295.ver.Præterea,lib.2.Soc.iun.d.conſ.1.num.27.
33 Gera.Mazo.conſ.105.nume.17.† Nec vnquam extra
caſum in ſtatuto formaliter expreſſum illud eſt tra-
hendum.Bal conſ.495.num.4.lib.1.Grat.conſ.41.nu.
27.lib.2.Dec.conſ.451.nu.8.Ceph. conſil.247.nu.37.
& ſeq.lib.2.

Et quod ſtatutum recipere debeat dictã interpre-
tationem, præter iam dicta deducitur: quia vt dixi
de iure,ſtante numero filiorum, non erat locus confi-
ſcationi bonorum. Quando vero erant infra tres,
publicabantur bona patris, reſeruata portione filiis
pro legitima. Statutum autem voluit hunc ſecun-
dum caſum determinare, quando adſunt vnus vel
duo filii, quo caſu confiſcatio erat facienda, quod o-
ſtenditur, dum diſponit, quod medietas reſeruetur
34 filiis delinquentis vni vel pluribus, † quod verbum,
Pluribus,proprie intellectum pro duobus tantum ac
cipitur,vt notat Angel.in §.& ſæpe,verſi.In gloſſ. quæ
incipit Authent.de trient. & ſemiſſ. Ruin. conſil. 44.
numero 13.lib.4.Nec dicatur in d.l.cum ratio,§.ſi plu
res,ff.de bon.damnat. verbum illud accipi pro tribus
ad minus,quoniam id non accidit ex proprietate ver
bi,ſed eo modo interpretatur ibi, ne contradicat l.1.
eodem titulo,in qua de filiis in numero plurali facta
erat mentio, & intelligi debebat de duobus ad mi-
nus,vt gl.dicit in d.§.ſi plures, in verb.ſi plures. Et in
caſu in quo erat locus publicationi bonorum,& filiis
erat reſeruanda portio,ſtatutum voluit determinare
clarius,quid pro legitima filiorũ reſeruaretur, quod
ſatis elicitur ex verbis Rubricæ ibi, & de legitima à
parentibus filiis aſſignanda, quæ verba Rubricæ de-
clarant

Digitized by Google

clarant ſtatuti intẽtionem fuiſſe diſponere circa legi-
timam,& q́d medietas in ſtatuto reſeruata eſſet pro
35 legitima,† cum Rubrica declaret nigrũ ſtatuti.glo.
in l.vni.in verb.rettacta.& ibi Bald.C.ne lic.tert.pro
uoca. Alex.in l.1.nu. 5.ff.ſi cer.petat.& in conſ.101.nu.
4.lib.3.Dec.conſ.386.nu.7.verſi. & pro fundamento.
Senat. Pedemont.deciſ.20.nu.4. & quia quando ſunt
vnus vel plures filij dubitari poteſt,ad quam quanti-
36 tatem aſcendat legitima, † cum regulariter de iure
filij,quando ſunt infra quinque,trientem tantum pro
legitima cõſequantur, quando vero ſunt quinque vel
plures,ſemiſſem habeãt. Auth. Nouiſſima,C.de inoff.
teſtam.§.& auget quartam, Auth.de trient. & ſemiſſ.
Anton.de Butr.conſ.38.colum.1.Affli&. deciſ.76. nu.
1.Pariſ.conſ. 55.num.44.libro 3.Capra conſil.73.in fi.
Cephal. conſil.109. numero 30. & 31. libro 1. Fiuma-
giol.in repetit.l.in quartam, num.313. ff.ad leg.Falc.
37 † Quam diſtinctionem ſeruandam eſſe etiam, quan-
do bona patris publicantur, cenſuit Iul. Clar. in d.
38 q.78.ver.Videndum.† cuius contrarium, quod ſit a-
lio modo metienda legitima, quando debetur poſt
mortem patris,quam metiatur,quando de bonis pa-
tris condemnati conceditur, quo caſu quot ſint filii
legitimam ad medietatem aſcendere, per text. in l.ſi
deportatis,& in l.fin.C.de bon.præſcript. tenuerunt,
Berengar.in repetit.d.l.in quartam,nume.269. & la
te Rolan. à Vall. alios adducens in allegato conſilio
97. numero 30. & ſeqq. & Marcus Anton. Cuccus in
tracta.de legit.fol.19.Statuentes voluerunt hanc dif-
ficultatem tollere,ac declarare,quod omni caſu legi-
tima debita filiis ex bonis patris publicandis ſit me-
dietas, etiam ſi vnus tantum ſupereſſet, non tamen
voluerunt aliquid diſponere in pręiudicium filiorum
eo caſu, quo publicationi bonorum non erat locus;
Ideo ſtatutum habebit tantum locum,quando ſuper-
ſunt filii infra tres, quo caſu de confiſcatione, & re-
ſeruatione legitimæ eſt tractandum, non autem ſi
ſunt tres vel plures,cum enim tunc publicatio bono-
rum non fiat, ſed omnia bona filiis reſeruentur, nec
de portione aliqua pro legitima reſeruãda agi opor
teat. Quod ſtantibus prædictis veriſſimum puto, &
eſt de mentione Roman.in l.ſi vero,§.de viro,nume-
39 ro 78. verſicul. Nono,ff.ſoluto matrimon.† dum dicit
iura diſponentia bona damnati non niſi pro certa
portione penes eius libros remanere,non extendi ad
caſum, in quo ex damnato ſuperſit plurima filiorum
multitudo.

Vertente huiuſmodi cauſa anno 1580. Coram Excellentiſſimo Domino Laurentio Arnolfino Locumtenente in Criminalibus Reuerendiſſimi Domini Gubernatoris Ciuitatis Peruſiæ. Et facta hac oppoſitione contra fiſcum inſtantem pro publicatione bonorum, iuribuſque filiorum dicti Domini Claudij deductis, non fuit ad vlteriora proceſſum in confiſcatione, nec dicti filij vlterius moleſtati fuerunt.

ARGVMENTVM.

Promiſſio de repræſentando quando generaliter intelligatur, ſeu ad præcedentem cauſam reſtringatur.

Et numquid promittẽs repræſentare aliquem liberetur per carcerationem, vel vnicam aut binã præſentationem principalis, aut poſt ſententiam, ſiue principali bannito, aut condemnato.

SVMMARIVM.

1 *Pacta ſeruari debent.*
2 *Iuramentum quod non vergit in diſpendium ſalutis æternæ, ſeruari debet.*
3 *Clauſula toties, & quoties intelligitur, quoties opus fuerit, & donec opus fuerit.*
Intellige vt nu. 29.
4 *Verba Toties, & quoties ſunt apta importare infinitatem.*
5 *Verba contrahentium apta importare infinitatem intelliguntur in infinitum.*
6 *Repræſentare aliquem promittens liberatur per vnicam præſentationem.*
Etiam ſi præſentandus ſponte comparuerit, & à nemine præſentatus fuerit. nu. 7.
Si tamen promiſſum fuit repræſentare toties, & quoties, promiſſor non liberatur per vnicam præſentationem, numero 8.
Et numquid liberetur per binam præſentationem. nu. 10. & ſeq.
9 *Verba toties, & quoties, in bino actu verificantur.*
11 *Fideiuſſor de repræſentando liberatur banno, morte, aut condemnatione rei.*
Intellige, vt nu. 59.
Non tamen liberatur propter ſolam accuſationem non ſecuta condemnatione, num. 13.
Sed contra. num. 34. & ſeq.
Declaratur. nu. 58. & 59.
14 *Exceptio ſuperueniens reo propter quam non tenetur comparere, non liberat fideiuſſores.*
Declaratur. num. 60.
15 *Fideiuſſor qui promiſit aliquem repræſentare, non excuſatur ob difficultatem præſentandi, quando offertur ſaluus conductus.*
Sed contra. num. 63.
16 *Saluus conductus pro aliis delictis concedi ſolet citato pro vno delicto.*
17 *Cautio de repræſentando eſt quaſi de iudicio ſiſti occaſione delicti, de quo imputabatur ille, pro quo fuit præſtita.*
Et ſuccedit loco primæ carcerationis. nu. 18.
Et ad cauſam pro qua detinebatur, reſtringitur. numero 19.
20 *Promiſſio ſubſequens ex præcedenti tantum cauſa facta cenſetur, non ex alia, ſed ſi aliqua cauſa non præcedebat, ex omni cauſa facta cenſetur.*
21 *Repræſentari quis debet ex cauſa præcedenti tantum contenta in querela, ſeu inquiſitione, quando cauſa præceſſit promiſſionem, & nu. 24.*
22 *Fideiuſſor de iudicio ſiſti pro contentis in accuſatione tenetur tantum pro delicto in accuſatione contento, & ideo ſi reus fuit accuſatus de vulnere, pro quo certa pœna imponitur, & vulneratus decedit, & propter mortem augetur pena, fideiuſſor non tenetur.*
Intellige ſi vulnus non erat lethale tempore accuſationis, aliàs teneretur etiam pro pœna, quæ augetur. nu. 23.
25 *Fideiuſſoris obligatio eſt ſtricti iuris, nec obligat vltra ea, quæ expreſſe fuerunt promiſſa per ſtipulationem.*
26 *Fideiuſſio non extenditur vltra caſus expreſſos, ſed ſtrictiſſime interpretatur, vt minus obliget quam fieri poſſit.*
27 *Fideiuſſor ex vna cauſa ex alia nullo modo obligatur.*
28 *Fideiuſſor qui promiſit alium in iudicio ſiſtere, ſeu repræſentare, ſolum tenetur ex cauſa præcedenti.*
Etiam ſi promiſerit repręſentare toties & quoties. numero 29.
30 *Tranſactionis verba generalia reſtringuntur ad cauſam, ob*

ob quam fuit facta tranſactio, ſi fieri poteſt, ſalua ratione recti ſermonis.

31 *Promiſſio de non offendendo intelligitur ex veteri cauſa, & ob offenſionem ex noua cauſa ei non dicitur contrauentum.*

Etiam ſi quis promiſiſſet toties ſoluere pœnam, quoties fuerit contrauentum. nu. 32.

33 *Fideiuſſor de repræſentando liberatur, quando præſentandus fuit carceratus ex eadem cauſa, ſecus ſi ex alia, niſi tunc proteſtetur velle eum haberi pro præſentato, & nolle amplius teneri.*

Etiam ſi fuit facta promiſſio cum clauſula toties, & quoties, quando ex eadem cauſa fuerit carceratus, ſecus ſi ex alia cauſa. nu. 34.

35 *Fideiuſſor de repræſentando liberatur per ſententiam abſolutoriam latam in fauorem principalis.*

Etiam ſi promiſit repræſentare toties, & quoties. nu. 36.

Sed ſi fuerit lata ſententia condemnatoria, tunc fideiuſſor qui promiſit præſentare toties quoties, vel quandocũque Curiæ placuerit, tenetur etiam poſt ſententiam. nu. 37.

38 *Fideiuſſor de repræſentando liberatur, ſi præſentandus ob aliud delictum fuerit capitaliter condemnatus.*

Et de ratione. num. 45.

Secus ſi pro eodem delicto pro quo erat præſentandus d. numero 38.

Niſi fideiuſſor dederit cauſam condemnationi, vel procurauerit reum condemnari. nu. 39.

Sed quando condemnatur ex eadem cauſa cum publicatione bonorum, etiam tunc liberatur fideiuſſor. nu. 40.

41 *Iudicis partes in confeſſis nullæ ſunt, niſi in condemnando & exequendo.*

42 *Condemnandus ſeu banniendus de proximo, habetur pro condemnato, & bannito, maxime ſi id allegatur non ad nocendum alteri, ſed vt proſit, cum ſeq.*

43 *Statum diſponens bannitum poſſe impune offendi, locum habet etiam quando offenditur ille, qui erat confeſſus delictum, & de proximo erat banniendus.*

44 *Fideiuſſor de repræſentando liberatur non ſolum ſi præſentandus fuerit condemnatus, ſed etiam quando eius delictum eſt notorium, & de proximo eſt condemnandus cum ſeqq.*

46 *Fideiuſſor de repræſentando liberatur à pœna ob impoſſibilitatem, ſeu difficultatem præſentandi, quæ ſuperuenit occaſione delictorum poſtea commiſſorum per præſentandum.*

Et n. 52. & 64. maxime ſi ſuperuenit culpa iudicis. n. 53.

47 *Impoſſibilitas ſeu difficultas ſuperueniens impedit committi pœnam.*

48 *Promiſſio de repræſentando intelligitur, exiſtente præſentando in ſtatu, & terminis, in quibus tunc reperiebatur.*

49 *Promiſſio qualibet etiam iurata continet in ſe tacitam conditionem, rebus ſic ſtantibus, & nihil ſuperueniente de nouo.*

Etiam ſi in promiſſione reperitur verbum aliquod extenſiuum ad futurum. num. 50.

Et noua cauſa ſuperueniente licitum eſt à qualibet diſpoſitione recedere. nu. 51.

54 *Dubium. In dubio interpretatio ſumitur fauore promiſſoris contra ſtipulantem.*

Et contra fiſcum, qui in verbis ſe fundat. nu. 55.

Et de lucro tractat, & fideiuſſores de damno. & nu. 57.

56 *Interpretatio benigna in pœnalibus fieri debet etiam reſtringendo promiſſionem.*

58 *L. ſed & ſi quis, §. illud, ff. ſi quis caut. declaratur.*

59 *Fideiuſſor de repræſentando an per delictum ſeu condemnationem principalis excuſetur, ſolum conſideratur poſſibilitas ſeu impoſſibilitas præſentandi, non delictum ſeu condemnatio tantum.*

60 *Fideiuſſor non liberatur mutatione ſtatus principalis, quod qualiter intelligatur, ibi declaratur.*

61 *Saluus conductus à ſolo Principe concedi poteſt.*

62 *Comparere quis non tenetur etiam cum literis ſalui conductus, quando agitur de periculo capitali.*

65 *Marcus Antonius Eugenius I.C. Peruſinus laudatur.*

CONSILIVM CXI.

FACTVM ſic proponitur. Detinebatur in carceribus Dominus Quintilianus occaſione delicti, de quo tunc imputabatur, qui relaxatus fuit cum cautione de ſe repræſentando toties, & quoties, & c. ſub pœna ſcutorũ mille. Poſtque iterum de mandato iudicis ex eadem cauſa captus, & in carceribus repoſitus fuit, & cõpleto proceſſu, cum fuiſſet repertus innocens delicti, cuius occaſione tunc inquietabatur, diffinitiue abſolutus fuit. Sed antequam à carceribus relaxaretur, alia indicia contra eum de alijs delictis ſuperuenerunt, pro quibus fuit retentus. & cum multa eſſent indicia, fuit acriter tortus, & in tortura multa alia capitalia delicta faſſus fuit, & ſolum ſupererat eum vltimi ſupplicij pœna afficere.

Verum quia poſt confeſſiones à carceribus aufugit; Modo fideiuſſores, qui promiſerunt Dominum Quintilianum repręſentare, requiruntur, vel quod eũ repræſentẽt, vel pęnam ſoluant, ad quæ fideiuſſores amplius non teneri allegant, propterea quæritur quid ſit de iure reſpondendum.

In qua dubitatione videtur pro fiſco reſponden-
dum: Promiſerũt enim fideiuſſores repræſentare Do
minum Quintilianum toties quoties fuiſſent requiſi-
ti, ſub pœna ſcutorum mille. & cum modo ad id con-
ueniantur, aut ille repræſentari, aut pœna ſolui de-
s bet, † cum nihil ſit magis congruum fidei humanæ,
& nulla maior iuſtitia, quam pacta & conuentiones
ſeruare, l. 1. in princ. & l. iuriſgentium, §. prætor ait, ff.
de pact. Soc. iun. conſ. 143. num. 32. lib. 1. Neuiz. conſ.
11. nu. 10. conſ. 66. nu. 18. Senat. Pedemont. deciſ. 100.
in princ. Præſertim, quia cum iuramento promiſerũt,
a † & iuramentum ſponte præſtitum ſeruari debet,
quando in diſpendium ſalutis æternæ non vergit, ca.
cum contingat, de iureiur. c. licet, eo. tit. in 6. c. quam-
uis, de pact. in 6. Dec. conſ. 31. nu. 2. verſ. Sed his. Alex.
conſ. 26. num. 4. conſ. 89. nume. 5. & conſ. 149. numero
10. lib. 7.

Nec fideiuſſores liberati fuerunt, quando Domi-
nus Quintilianus fuit in carceribus repoſitus, quo-
3 niam promiſerunt eum repræſentare † toties & quo-
ties, quæ clauſula intelligitur, quoties opus fuerit, &
donec opus fuerit, vt declarat Nell. in tract. de ban-
nit. in 1. p. 2. tempor. q. 15. Incert. auctor, inter etim.
diu. tom. 1. cõſ. 37. n. 5. & ſeqq. & ſequitur Hier. Gabr.
4 conſ. 181. in prin. lib. 1. † & verba iſta ſunt apta impor
tare infinitatem, ſecundum Dec. in l. vni. in 1. lect. n. 2.
in fi. C. de ſenten. quæ pro eo quod intereſt. Alex. conſ.
145. nu. 3. lib. 2. & probatur per text. in l. fideicom. §. ſi
quis decem, ff. de leg. 3. ibi. Non. n. onerandus eſt hæ-
5 res, vt in infinitũ quoties perdiderit, &c. † & qñ verba
contrahentiũ ſunt apta ad infinitatẽ, intelligũtur in
infinitũ, l. ſi ita ſtipulatus à Seio, & ibi Bart. ff. de fide-
iuſſ. Bar. & Ale. in l. q. bona, §. fin. ff. de dãn. infect. Dec.
6 in d. l. vni. n. 2. in fin. † & propterea licet qñ quis ſimpli
citer promiſit aliũ repræſentare, liberetur eo ipſo, qđ
ille ſemel eſt præſentatus, glo. in l. duobus, §. ſi ei qui,
in verb. exhibuerit, ff. de iureiu. & ibi Paul. de Caſt. n.
8 Iaſ. nu. 19. Alc. conſ. 16. nu. 5. li. 4. & in addit. ad Bar.
in l.

in l.grege,§. & poſt.in littera G.de fideiuſ. Crot.con
7 ſil.411.nu.45.li.3.†dicens id procedere & ſi ſpõte præ
ſentandus cõpareat,& à nemine præſentetur. Tiraq.
in l.boues,§.hoc ſermone, num.47.ff.de verb. ſignif.
Neuiz.conſ.50.nu.1.Menoch.conſ.512.num.18.lib.3.
Burſat.conſ.182. num.11. lib.2. Diaz de reg.& fallen.
8 reg.614. in verb. promittens ſimpliciter. † Attamen
qñ promiſſum eſt repræſentare aliquẽ toties & quo-
ties, prædicta nõ procedunt, nec fideiuſſor per vnicã
præſentationem liberatur, vt declarant Crot. Iaſ. &
9 Diaz in locis allegatis, † & quãuis verba illa, toties
& quoties, in bino actu verificari dixerint Bal.in con
10 ſil.115.nu.3.li.3.& Iaſ.conſ.30. li.1.† & per binã præ-
ſentationẽ fideiuſſores liberari crediderint. Ang.in
l.ſi finita,nu.1.ff.de damn.inf. in l.oratione, ff.de ſen.
et in l.x.§.exhibendi,ff.de cuſt.reor. Rom.conſ.15. in
4.dub. Tib.Dec.conſ.87.nu.2. li.5. Mantua.ſing.534.
Nell.de bann.in 1.par.2.temp.nu.14 Incert. Auctor.
inter crim.diuer.tom.1.conſ.37. nu.5. et ſeq. Afflict.
11 deciſ. 130. † Nihilominus quia contrariũ, quod per
binã præſentationem fideiuſſores non liberentur, qñ
modo quo ſupra promiſerunt, tenent Rom.Imol. et
Alex.in d.l.ſi finita, Alex.in l.qui bona, §.fi.ff.de dãn.
infect. Iaſ.qui de cõi teſtatur in d.§.ſi is cui, nu.19. in
fi.Rol.à Vall.conſ.21.n.11.lib.2.et conſ.58. nu.4. li.1.
Marſil.in rub.ff.de fideiuſſ.q.9.et 15.Alex. conſ.145.
nu.3.lib.x.et de communi contra Afflict. et alios te-
ſtatur Vrſil. in addit. ad eum, in dicta deciſ.130. vbi
alios allegat; multo magis per vnicam præſentatio-
nem non fuerunt liberati fideiuſſores, poſtquam con
trouertitur, & magis communiter tenetur, quod nec
ſufficiat bina præſentatio.

Minus excuſari poſſunt fideiuſſores allegando,
quod Dom. Quinctilianus de alijs delictis capita-
lib.poſtea fuit inquiſitus,& proceſſatus, quoniam ꝑ
12 a illis non fuit adhuc condemnatus, † & quamuis fi-
deiuſſores condemnatione, banno, aut morte rei libe
rentur, l.ſi deceſſerit, ff. qui ſatiſd. cogant. l.ſed & ſi
13 quis, in princ.ff.ſi quis caut. † pp ſolam accuſationẽ
non ſecuta condemnatione, non liberantur, ſed reũ
iuxta promiſſionem repræſentare tenentur, text. eſt
in d.l.ſed & ſi quis,§. illud, & ibi cõiter Doct. Alber.
de ſtat.in 4.par.q.64. vbi admonet iudices, quod qñ
reus aliud delictum commiſit antequam procedant
ad bannũ, requirant fideiuſſores ad repræſentandũ
principalem, quẽ ſi non præſentauerint, fideiuſſores
condemnent iuxta formam promiſſionis, & poſtea
procedant cõtra principalem, nam ſi prius reum po-
nerent in banno, fideiuſſores liberarentur, & idem
firmat Gand.de malefic.in tit.de mulr. qu. nu.33. &
in tit.de aliq.q.var.nu.19.

Vlterius dicitur, quod ſi reus principalis de alijs
delictis capitalibus imputatus comparere non tene
14 retur, † hæc exceptio non prodeſt fideiuſſoribus, cũ
exceptio reo ſuperueniens fideiuſſores non liberet,
l.1.C.de fideiuſſor.

15 Poſtremo † quia poterit dari ſaluusconductus pro
aliis delictis, de quibus Dom. Quinctilianus imputa
tur, videtur ſublata difficultas præſentandi, & fide-
iuſſores ad præſentandum tenentur. Ang.in d.l.ſi de
16 ceſſerit, num.5.verſ. Idem dico. † Solet enim citato
pro vno delicto pro alijs ſaluusconductus concedi,
vt communiter practicari teſtatur Iul.Clar.in pract.
crim.§.fi.q.35. verſ. tu ſcis quod bannitus, poſt Blan.
quem allegat Boſſ.in tract.crim. in tit.de citat.n.36.
aſſerens ita vidiſſe ſeruari.

Sed prędictis non obſtantibus, contrarium verius
eſt, nẽpe fideiuſſores nõ teneri ad præſentandum D.
Quinctilianum, nec ad aliquam ſolutionem pęnæ cõ

uentionalis: Conſtat enim in proceſſu Dñm Quincti
lianum à principio fuiſſe in carceribus detentum oc-
caſione prætenſi homicidij, de quo erat imputatus:
& quia indicia vrgentia nõ aderant, fuit dimiſſus cũ
17 cautione de ſe repræſentando, † quæ cautio eſt quaſi
de iudicio ſiſti occaſione delicti, de quo imputabatur
ille, pro quo præſtita fuit. Cum. conſ.35. inculpatus,
18 in prin. † & ſuccedit loco primæ carcerationis. Io.de
19 Anan.inter crim.diuer.conſ.44.nu.8.lib.1.† & ad cau
ſam, pro qua detinebatur, reſtringitur, nec ad aliam
cauſam extrinſecam, & incognitã refertur, quamuis
indefinite promiſſio facta fuerit. Bal.conſ.187. Gene-
ralitas verborum, li.4. Erat quidẽ Dñs Quinctilianus
inquiſitus de homicidio, & pro eo detinebatur in car
cerib. à quibus vt liberaretur, fuit præſtita cautio præ
dicta, quæ cum non contineat aliquã cauſam, refertur
20 ad præcedentem, † nam quando aliqua ſpecialis cau-
ſa præceſſit obligationem, ſimplex ſubſequẽs promiſ-
ſio ex illa præcedenti cauſa tantum facta cenſetur nõ
ex alia, l.triticum, vbi glo.Bar.nu.2.& alij ſequuntur,
ff.de verb.oblig. Rom.in l.generaliter, num.8.ver. Fa-
cit ſecundo, ff.eod.tit. Felin. in c.ſi cautio, num.17. in
12.limitat.de fide inſtrumen. Crauet.conſ.91.num.9.
lib.1.conſ.231.num.13.lib.2. Calcan.conſil.79. col.5.
poſt medium. Cephal.conſ.156.num.13. & ſeq. lib.x.
& conſ.662. num.6.lib.5. Quando vero aliquis repe-
ritur carceratus, vel extra carceres ſimilem cautio-
nem præſtat, ſi de aliqua cauſa præcedenti non con-
ſtat, cenſetur in omnem cauſam promiſiſſe, & pro om
21 ni cauſa pręſentari debet. † Sed quando ex aliqua cau
ſa præcedenti quis inquiſitus vel querelatus reperi-
tur, debet tantum præſentari ex ea cauſa, & occaſione
contentorum in inquiſitione, vel querela, vt bene de-
clarant Bart. in l.ſi fideiuſſores magiſtratuum, in fi. ff.
de fideiuſſ.& Rom.in l.5. §.in fideiuſſorem, nu.7. ver-
ſic. Quæro ſtatuto, ff.qui ſatiſd.cogan. Et quod cautio
de repræſentando ſimpliciter accepta reſtringatur
ad cauſam illam, ob quam fuerat inquiſitus, & carce-
ratus, non ad aliam, probari videtur per Bal.in l. ſiue
22 duplum, ver. Sed quid, ff.qui ſatiſd cogan. † dum di-
cit, quod ſi quis fuerit de vulnere accuſatus, pro quo
in ſtatuto imponebatur pœna centum, ſi ſimpliciter
datur fideiuſſor de iudicio ſiſti, & poſtea vulneratus
decedat, quo caſu ex eodem ſtatuto augetur pęna ad
ſummam mille, fideiuſſor tenetur tantum pro delicto
in accuſatione contento, & pro pœna quæ vigore ſta-
tuti pro vulnere erat impoſita, & ad illud tantum
cautio reſtringitur, quam opinionem tenent Iacob.
de Butr. & alij adducti per Lucam de Penna in l.ſi
quis decurio. col.5.C.de decurio. lib.10. Rom.in l.1.
nu.7.ver Quæro ſtatuto, ff.qui ſatiſd cog. Alex. in l.1.
nu.7.& 8.ff.de in lit.iur.& ibi Iaſ.nu.14.& ſeq. aſſerẽx
ẽt cautionem dicto modo præſtitam reſtringi, intelli-
gique rebus ſic ſtantibus, prout in accuſatione, & ſe-
23 quitur Marſ.in rubr.ff.de fideiuſſ. num.248. † & licet
quando vulnus tempore accuſationis eſt lethale, diſ-
ſentiat Spec.in tit.de fideiuſſ.§.1.nu.12.& 13.ver. Sed
pone, aſſerens eo caſu fideiuſſorem pro pęna pecunia
ria, quæ à ſtatuto pro morte imponitur, teneri, ſecus ſi
vulnus tempore accuſationis nõ fuiſſet lethale, & ita
communiter ſeruari teſtatur Bart.in d.l.fideiuſ.magi
ſtratuum, quam etiam tenent allegati à Luca de Pen-
na in d.l.ſi quis decurio. Id non nocet, tum quia intel
ligitur, quando in accuſatione de vulnere lethali fie-
ret mentio, ſecundum quod declarat Paul.de Caſt.in
d.l.fideiuſ. magiſtratuum, nu.2. tum etiam quia eo ca
ſu mors habet dependentiam à vulnere, ideo non eſt
mirum, ſi ad id fideiuſſor tenetur, ſed quando agitur
de alio delicto ſeparato, & quod à veteri dependen-

tiam non habeat, fideiuſſorem ſimpliciter acceptum
ex delicto in accuſatione contento teneri, & non ex a
lio eſt ex intentione omnium in dictis locis, & decla-
rat Bald. in d. l. 1. num. 4. verſic. Circa quod, ff. de in lit.
24 iur. † Vnde cum fideiuſſores iſti promiſerint repræſen
tare Dominum Quinctilianum eo tempore, quo de v-
nico tantum delicto erat imputatus, ad illam eandem
cauſam promiſſio de repræſentando refertur, non ad
alias cauſas ſeparatas pro delictis, de quibus poſtea
fuit inquiſitus, & à veteri delicto dependentiam non
habent, vt in terminis concludit Hier. Gabr. in conſ.
181. num. 3. & 4. libro 1. vbi alios allegat, qui loquitur
etiam de promiſſione facta de præſentando aliquem
toties quoties, & c. & rurſus idem tenet in conſil. 173.
nu. 10. & ſeqq. lib. 1.

Cum igitur dicti fideiuſſores virtute dictæ obliga-
tionis tenerentur repræſentare Dominum Quinctilia
num ea cauſa, pro qua tunc detinebatur, ipſum pro a-
25 lijs cauſis præſentare non tenentur, † quoniam fide-
iuſſio eſt ſtricti iuris, l. blanditias, C. de fideiuſſ. l. ſtipu
lationū aliæ, §. ſatis acceptio, ff. de verb. oblig. & fide-
iuſſorem non obligat vltra conſenſum proprium, ſed
ſolum ad ea quæ expreſſe per ſollemnem ſtipulationē
promiſit, l. qui vltra, C. de fideiuſſ. Alex. conſ. 41. in fin.
lib. 6. Abb. cōſ. 75. col. 2. ver. & per hæc, lib. 2. cum alijs
26 per Rim. iun. conſ. 136. nu. 8. lib. 2. & † non ſolum fide-
iuſſio vltra caſus expreſſos non extenditur, l. fideiuſſo
res magiſtratuū, § pro Aurelio, & l. ſi in pignore, ff. de
fideiuſ. Natt. conſ. 202. nu. 5. lib. 1. Immo etiam reſpe-
ctu cauſæ, pro qua fuit præſtita, ſtrictiſſime interpre-
tatur, vt minus obliget, quā fieri poſſit. Dec. conſ. 107.
nu. 2. ver. Præterea. Cur. iun. conſ. 36. nu. 5. lib. 1. Natta
vbi ſupra. Menoch. conſ. 812. n. 13. & ſeqq. & conſ. 246.
27 nu. 9. lib. 3. † & qñ ea vna cauſa quis fideiuſſit, ex alia
nullo modo obligatur. Bal cōſ. 272. lib. 2. quem refert,
& ſequitur Marſ. ſing. 313. & poſt eos Gozad. conſ. 65.
nu. 3. Menoc. conſ. 846. nu. 10. lib. 3. Rol. à Val. conſ. 58.
28 nu. 10. lib. 1. & conſ. 31. nu. 13. & ſeq. lib. 4. † & in termi-
nis quod fideiuſſor, qui promiſit aliquem in iudicio
ſiſtere, vel præſentare, ſolum teneatur ſiſtere, vel præ-
ſentare ea cauſa præcedenti, ad quam refertur pro-
miſſio, & non ea alia cauſa, tenent Rom. conſil. 210. in
prin. Cum. in conſ. 32. Marſ. in rub. de fideiuſ. nu. 171.
& ſeqq. & magis clare Hier. Gabr. d. conſ. 181. nu. 4. &
ſeqq. lib. 1. & d. conſ. 173. lib. 2. & Tob. Non. conſ. 103.
n. 1. & idē ſentiunt oēs ſupra allegati, ad oſtendendū,
quod fideiuſſor pro accuſato de vulnere, non tenetur
29 ſecuta morte, nec ēt reſpectu pœnæ pecuniariæ. † Nec
clauſula, illa, Toties quoties, aliud ſuadet: intelligi-
tur enim illa, quod præſētetur multis vicibus, & quo-
ties opus erit, non tamē operatur reſpectu cauſarum,
vt ex plurib. cauſis fieri debeat præſentatio, ſed quod
ex cauſa præcedenti toties præſentetur, quoties opus
erit, & illa eſt dictæ clauſulæ virtus, vt dicit Nell. in d.
1. par. 2. temp. q. 15. Incert. Auctor inter crim. diuerſ.
tom. 1. conſ. 37. nu. 5 & ſeq. & Hieron Gabr. qui id be-
ne declarat in d. conſ. 181. in princ. & eſt de intentio-
ne Bar. dum declarat ſignificatum dictionis quoties,
in l. eum qui certarum, §. fin. ff. de verb. oblig. Vt igitur
omnis cauſa in cautione includatur, opus eſt addi, to
ties & quoties ex omni cauſa, prout facit text. in l. ſi
duo, ff. de recept. arbit. qui recte probat, iuncta ibi gl.
Verba toties, quoties, ad plures cauſas, non referri, ni
ſi & de pluralitate cauſarum fiat mentio, ne alias ver-
ba illa tex. in ſingulas cauſas ſuperflua reddantur, et-
ſi de pluribus cauſis in promiſſione non fieret men-
tio, cum illa regulariter, vt dixi ad cauſam præceden-
tem referatur, verba toties, quoties, multiplicatiua
actuum præſentationis ad eamdem cauſam reſtrin-
30 guntur, † & bene faciunt notata per Barr. Caſtren.
Bald. Alex. Iaſ. & alios omnes cōiter. in l. ſi de certa,
C. de trāſac. dum dicunt verba generalia tranſactio-
nis reſtringenda eſſe ad cauſam, ob quam fuit facta
tranſactio, dummodo id ſalua ratione recti ſermonis
fieri poſſit. Comprobatur prædicta ex eo quod dr̄ in
ſimili de promiſſione generaliter facta de non offen-
31 dendo aliquem certa pęna, quæ † ad cauſam antiquā
reſtringitur, & ſi ſequitur offenſio ex noua cauſa, pę-
næ locus non eſt, nec promiſſioni cōtrauentū dr̄. Bar.
in l aut factæ, §. cauſæ, & ibi Alex. in addit. ff. de pęn.
Bal. in c. 1. col. 2. de pac. tenen. in vſi. feu. Pau. de Caſt.
in l. qui ſeruū, ff. de verb. oblig. Soc. in l. mulieri, & Ti-
tio, nu. 10 ff. de cond. & demonſtr. Ang. & Imol. in l. ſi
ex legati cauſa, ff. de verb. obl. Marſil. conſ. 76. nu. 30.
Grat. conſ. 73. nu. 19. & ſeqq. lib. 2. Soc. iun. qui de cōi
teſtatur conſ. 103. nu. 7. lib. 3. Alex. conſ. 19. nu. 2. li 1.
conſ. 115. nu. 7. lib. 4. vbi cōem dicit. & in l. qui inſulā.
ff. de verbor. oblig. Corn conſ. 167. lib. 3. Iaſ. Clau. de
Seiſel. Dec. Curt. Rim. & Alciat. in l. cum proponas,
las. C. de pact. Nicol. Moton. alios adducens in tra-
ctat de treug. & pace, par. 2. q. 9. nu. 2. Tob. Non. con-
ſil. 110. nu. 8. Barb. conſ. 11. num. 10. lib. 4. Port. Imol.
conſil. 150. nu. 37. & ſeqq. Alciat. de præſumpt. reg. 2.
præſumpt. 16. in fi. Marſil. in l. 1. §. ſi quis vltro. num.
31. & 34. ff. de qō. & in rubr. de fideiuſ. nu. 152. Cæph.
conſ. 187. nu. 4. lib. 2. Vulpell. conſ. 53. num. 1. & ſeqq.
vbi hanc concluſionem receptiſſimam eſſe teſtatur.
32 & † procedit dicta concluſio, etiam ſi quis promiſiſ-
ſet non offendere ſub certa pœna, illamque toties ſol
uere, quoties eſſet contrauentum, cum clauſula illa
nouam cauſam non includat, ſed ad plures offenſio-
nes reiteratas, ea eadē cauſa referri debeat, & ſi ex no
ua cauſa ſequitur offenſio, ea non obſtante, pęnæ non
eſt locus, ſecundum Bald. Paul. de Caſtr. & alios in l.
qui fidem. ff. de tranſact. & in d. l. qui ſeruum. Iaſ. in
d. l. cum proponas. nu. 7. Alex. conſil. 115. nu. 7. verſic.
Alia ratione. lib. 4. Pariſ. conſil. 165. nu. 25. lib. 4.

Et quoniam ex iam dictis ſatis conſtat promiſſio-
nem de repræſentando ad præcedentem cauſam re-
ſtringi, nec pro alijs cauſis fideiuſſores teneri, nō poſ
ſunt modo fideiuſſores compelli ad præſentandum
Dominum Quinctilianum, ſeu ad pęnæ ſolutionē, nō
ſolum ſi pro nouis cauſis petatur præſentari (quod
ſtantibus prædictis veriſſimum puto) ſed neq; etiam
ſi occaſione veteris cauſæ, ob quam fuit præſtita cau-
tio requirantur ad repræſentandum, vt ea infraſcri-
ptis demonſtrabitur.

Primo quia poſt præſtitam cautionem Dominus
Quinctilianus fuit de mādato iudicis iterū captus,
& in carceribus poſitus ex eadem cauſa, & proceſſus
fuit contra eum ob eamdem cauſam continuatus; &
licet poſtea à carceribus aufugerit, fideiuſſores de re
pręſentando liberati ſunt, vt not. Ioan. Andr. in addi.
ad Specul. in tit. de accuſat. §. ſequitur. in littera F, in
verb exceptionem, vt poſt Odofre. in hac quæſtione
33 † concludit. quod ſi præſentandus fuerit carceratus
ex eadē cauſa, fideiuſſores liberantur, ſi vero ex alia
fuerit captus, non liberari, niſi tunc fideiuſſores pro-
teſtentur reū haberi pro præſentato, & quod nolunt
amplius teneri, eādē opinionē ſequitur Luc. de Pen.
in l. ſi quis decurio. C. de decurio. lib. 10. Mant. ſing.
534. Ang. in l. 2. §. qui exhibendi, nu. 5. ff. de cuſt. reor.
Nell. de bannit. in 1. par. 2. temp. q. 15. Boſſ. de carce-
rat. ſub fideiuſ. relax. n. 39. & ſeq. Barb. in rub. extr. de
fideiuſ. col. 1. & 2. Affict. qui late eā cōprobat, & Bal.
& alios allegat in deci. 130. aſſerens ita in illo Sacro
Cōſilio bis fuiſſe decisū Io. Bertra conſ. 38. nu. 1. Hier.
Gabr. d. conſ. 181. num. 15. lib. 1. Tob. Non. conſil. 103.
nu. 80.

Digitized by Google

nu.8. & ſeq. vnde cum Dominus Quintilianus ex ea-
dem cauſa fuerit captus, & in carceribus repoſitus, fi
34 deiuſſores amplius nõ erant obligati. † Nec huic fun
daměto obſtat clauſula toties & quoties, ob quã opi-
nionem Io. And. limitari dixit Ang. in d. l. 2. §. qui ex-
hibendi, num 6. prout ipſum referunt Mant. Nell. &
Boſſ. in allegatis locis. Quoniam limitatio Ang. non
reſpicit primum caput diſtinctionis Io. And. quando
ſcilicet reus fuit carceratus ex eadem cauſa, ſed reſpi
cit ſecũdum, dum loquitur de carceratione ea diuer-
ſa cauſa, quæ non liberat fideiuſſorem, niſi proteſte-
tur, quod vult haberi reum pro præſentato, quo caſu
hæc verbalis præſentatio ipſum liberat, nam quando
fideiuſſor ſimpliciter promiſit reum præſentare, libe-
ratur vnica præſentatione, vt dicebat Io. Andr. quod
non procedit, quando promiſit cum clauſula toties,
& quoties, vt dixi ſupra, & in iſtis terminis procedit
limitatio Angel. non autem in primo caſu quando ex
eadem cauſa iterum carceratur, in quo diuerſa ratio
cõſiderari poteſt, etenim in primo caſu ſtatim libera-
tur fideiuſſor, quaſi cenſeatur curia reum cum fideiuſ
ſione relaxaſſe ſub cuſtodia fideiuſſoris, l. 2. ff. de cuſt.
reor. & huic cuſtodiæ renunciaſſe, fideiuſſionemque
eijcere voluiſſe, poſtquam reũ ex eadem cauſa carce-
rari fecit, ſecundum Afflict. d. deciſ. 130. Gramm. con
ſil. ciuil 66. num. 60. & 64. Quod non accidit, quando
fideiuſſor reum captum ea alia cauſa vult præſentare
occaſione cauſæ, pro qua fideiuſſit, ſi Curia præſenta-
tionem non acceptat, tunc enim ea quo fideiuſſor pro
miſit præſentare toties & quoties, vnica præſentatio-
ne non liberatur, cuius contrarium procedit in pri-
mo caſu, in quo ex carceratione ex eadẽ cauſa renun-
ciatio cautioni de repræſentando inducitur, & ita in
terminis poſt Afflict. in d. deciſ. 130. declarant Vrſill.
in addit. ad eum in eadem deciſ. 130. & ſeq. & Tob.
Non. in d. conſ. 103. num 9. & ſeq.

Secundo quia Dominus Quintilianus iterum ca-
ptus, diffinitiue abſolutus fuit à prætenſo homicidio,
cuius occaſione detinebatur, quando cautionem de
35 repræſentando præſtitit, † non videtur quod fideiuſſo
res remanſerint obligati, ſed per ſententiam abſolu-
toriã liberati ſunt, l. grege, §. & poſt, & ibi Bar. & alij,
ff. de fideiuſſ. Bal. in l. 2. §. fin. nu 3. ff. qui ſatiſd. cogan.
Alex. & alij in d. l. 2. §. in fideiuſſorem, vbi Iaſ. num. 9.
verſ. Secundo ampliat. poſt glo. in l. ſi quis reum, ff de
cuſto. reor. dicit id locum habere etiam in criminali-
36 bus, † & in terminis de fideiuſſore de repræſentando
toties, & quoties, quod lata ſententia liberetur, te-
nent Cremenſ. ſingu. 11. Tob. Non. conſil. 103 num. 4.
37 † & quamuis Bartol. in d l. ſi quis reum, num. 2. ff. de
cuſtod. reor concedat prædicta procedere, quando
quis ſimpliciter promiſit repræſentare, ſecus ſi pro-
miſiſſet præſentare quandocumque Curiæ placuerit,
aſſerens eo caſu fideiuſſorem etiam poſt ſententiam
remanere obligatum, ab eo diſſentit Bald. in l qui cri
men, num. 10. C. qui accuſat. non poſſ. affirmans poſt
Din. verba illa generalia reſtringi debere ad id, quod
iuſtum eſt. Verum quia opinio Baldi contradictores
habet, vt per Aug ad Ang de maleſi. in verb. pro quib.
& quolibet. nu. 6. & Bar. opinionem ſequuntur Ang.
in d. l. ſi quis reum, num. 7. Marſil. in rubr. de fideiuſſ.
nu. 140. Alex. in d. §. in fideiuſſorem, num. 4. & Iaſ. nu.
9. in fi. qui etiam extenditur ad caſum, quando dictũ
eſt toties, & quoties, quod verum putat Cremẽſ. d. ſin
gul. 11. quãdo vltra verba toties & quoties, eſt adiectũ
verbum Quandocũque, ad hoc vt verbum, Quando-
cũque, aliquid operetur, quod non eſt in caſu noſtro.
Nihilominus retenta opinione Bar. & ſequacium nõ
nocet, quia loquitur Bart. quando eſt lata ſententia
condemnatoria, quo caſu dicit fideiuſſorem teneri, cũ
opus ſit reum præſentari propter executionem faciẽ-
dum ſententiæ condemnatoriæ. Sed aliud eſt dicen-
dum, quando vt hic reus fuit diffinitiue abſolutus, eo
enim caſu finitum eſt iudicium, nec amplius opus eſt
reum ex dicta cauſa præſentari, & vt dixi, clauſula to
ties, & quoties intelligitur, quoties opus erit, ſed ta-
mẽ ea cauſa ex qua detinebatur, & propterea fideiuſ-
ſores remanent liberati, & iſto caſu Bart. non diſſen-
tit, & recipienda eſt opinio Bald. Tob. & aliorum, qui
pro fideiuſſore concludunt, cum non ſit æquum, nec
præſumatur fuiſſe de mente iudicis & partium, quod
finita cauſa, ob quam prẹſtita fuit cautio, amplius fi-
deiuſſores teneãtur, rationib. per Bar. & alios adduc.

Tertio loco conſiderandum eſt ad excuſationem fi
38 deiuſſorum, † quod quando quis promittit repræſen-
tare aliquem, ſi repræſentandus poſtea commiſit deli
ctum, per quod fuit deportatus, vel relegatus, fideiuſ-
ſores per mutationem ſtatus rei principalis liberan-
tur ab eorum obligatione, nec amplius ipſum præſen
tare tenentur, l. ſi deceſſerit, ff. qui ſatid. cog. vbi habe-
tur, quod ſi reus deceſſerit ciuiliter vel naturaliter an
te motam, fideiuſſor de iudicio ſiſti liberatur, & idem
probat tex. l. ſed & ſi quis, in prin. ff. ſi quis caut. Dum
dicit, quod ſi quis rei capitalis condemnatus in iudi-
cio ſiſtere non potuit, ignoſcitur, & quod rei capitalis
condemnatum accipere debemus, qui morte exiliove
coercitus eſt, exceptionemque prædictam fideiuſſori-
bus eſſe neceſſariam, qui text. clare probat capitalem
condemnationem vel relegationem fideiuſſorem ex-
cuſare, & ita in iſtis terminis p dicta iura concludunt
Spec. in tit. de accuſ. §. ſequitur, nu. 17. qui id admittit,
quando reus condemnatus fuit ob aliud delictum, ſe
cus ſi propter illud, cuius cauſa fideiuſſor eum præſen
tare promiſit, eamdem opinionem cum diſtinctione
de qua ſupra ſequuntur Ang in l ſi quis ſeruus, §. qui
exhibendi, nu. 4. ff. de cuſt. reor. Gand. de maleſ. in tit.
de mut. q. depend. à ſtat. col. 3. ver. Item pone quæſtio-
nes, idem tenent Bar. in l. ſi vero, in prin. nu. 2. ff. qui ſa
tiſda. cog. Pau. de Caſt. in d. l. ſed et ſi quis, in prin. nu.
3. in fi. ff. ſi quis caut. Hercul. de cau. de non oſten. c. 23.
nu. 15. & 17. & Marſ. in rub. de fideiuſ nu. 150. & ſeqq.
39 † qui dicunt prædicta procedere, ſi fideiuſſor non de-
dit cauſam banno, ſecus ſi ipſe procurauit, quod reus
in banno poneretur. eamdem opinionem approbant
ſimpliciter Signor. de Homod. conſ. 118. circa fin. ver.
Aut dicemus. Albe. de ſtat. lib. 4 q. 64. vbi in prin. & in
fine affirmat ita communiter per Doctores teneri, &
ita communiter vidiſſe obſeruari, & latiſſime pro hac
parte conſuluit Hor. Luc. inter crim. diuer. to. 1. conſ.
163. vbi nouem fundamentis comprobat, & cõtrarijs
reſpõdet, aliasque auctoritates ad comprobationem
adducit, quam ſubſcribentes in conſilijs ſequentib cõ
firmant, & Buſſ. in tit. de carcer. fideiuſ. relax. nu. 41. &
ſeqq. qui ſequitur dictas cõcluſiones, quod fideiuſsor
liberetur, qñ ex diuerſa cauſa ponitur in banno, & id
40 non procurauit fideiuſsor, † ſubdit tamen nu. 43. poſt
Bar. Bal. Alex. Cor. & alios, quod qñ prin. bãnitus fuit
cum confiſcatione bonorum liberatur fideiuſ. et ſi ex
eadem cauſa eſset condemnatus. In caſu vero, de quo
agitur, poſtquam Dñs Quintilianus abſolutus fuit
ab homicidio, de quo prius imputabatur, alia contra
eũ de alijs delictis ſuperuenerunt indicia, quorum vi
gore cũ eſset retentus in carcerib. faſsus fuit cõmiſiſ-
ſe nonnulla alia homicidia, commercium cũ famoſis
bãnitis habuiſse, eisque auxilium præſtitiſse, & ſtãte
dict. cõfeſſione pluries ratificata, nihil aliud ſupere-
rat faciendũ, quam ipſum cõdemnare, & vltimo ſup-
41 plicio afficere, † quoniam in confeſſis nullæ ſunt iu-

dicis partes niſi in condemnãdo & exequendo,l.pro-
inde,la 2.§.notandum,ff.ad leg.Aq.l.qui ſententiam,
42 C.de pœn.Marſil.conſ.94.num.6. † & quia de proxi-
mo condemnandus,& ſtante eius fuga,capitaliter bã
niendus erat,habetur ac ſi condemnatus,& bannitus
fuiſſet,l.qui pœnæ,§.diuus,ff.de manumiſ.tit.gener.
Iaſ.io l.diuortio,§.interdum,num.15.ff.ſolu.matr.&
poſt alios comprobat Cepha.qui in iſtis terminis lo-
quitur conſ.187.num.9.verſic.Proinde,lib.2.qui ſal-
tem id procedere dicit,q̃n allegatur,quod habeatur
pro bannito,non ad nocẽdum,ſed vt proſit,vt per eũ,
& de proximo condemnandus,à pari procedit cum
condemnato,ſecundum Bart.qui pluribus fundamẽ-
43 tis id probat in conſ.11.nu.5.lib.4.† & iura loquentia
de bannito & condemnato in ipſo,qui certitudinarie
de proximo condemnandus & banniendus erat,pro-
cedunt,ac verificantur,vt late oſtendit Marſ.conſ.94.
à nu.6.vſque ad num.27.concludens ſtatutum,quod
diſponit bannitum poſſe impune offendi locum ha-
bere etiam ſi offenditur ille,qui erat cõfeſſus delictũ,
ob quod de proximo erat banniendus,& eum ſequi-
tur Ferr.conſil.334.par.3.& non ſolum æquiparatio
prædicta ſit ex iuris diſpoſitione,ſed etiam ex plurib.
conſtitutionibus Summorum Pontificum,ſi quidem
Pius Secundus in bulla edita contra homicidas,æqui
parat homicidas,quorum delictum notorium fuerit,
& eos qui de homicidio fuerunt infamati,& condem
nati,quæ confirmata fuit per Sixtum Quartum,Iuliũ
Secundum,Pium Quartum,& Pium Quintum,& ad
alia capitalia delicta extenſa,pro quibus etiam ipſo
44 facto pœnas impoſuerunt. Quare † dicendum eſt in
caſu noſtro,quod iura,quæ diſponunt fideiuſſorem
excuſari,ſi principalem bannitum non præſentat,lo-
cum habeant etiam in iſto,qui licet non ſit bannitus,
eſt tñ confeſſus,& de proximo ad iudicis arbitrium
banniri poteſt.& prædicta fortius in caſu noſtro pro-
45 cedunt,cum † ea ratione ſancitum ſit fideiuſſorem ex-
cuſari,quia reus ita condemnatus præſentari non po
teſt,& ratio impoſſibilitatis præſentandi reum inſpe
cta fideiuſſoris perſona in hoc tantum conſideratur,
vt dicit Ang.in l.ſi deceſſerit,num.3.ff.qui ſatiſd.cog.
Cin.in l.ſi defenſionis,in fin.C.de except.Alex.in l.
ſed & ſi quis,in prin.num.3.ff.ſi quis caut.Horat.Luc.
d.conſ.163.num.19.dum reſpondet l.1.C de fideiuſ.
& dicetur inferius in reſolutione contrariorum.Quæ
ratio ita concludit,quando quis non eſt condemna-
tus,ſed certitudinarie venit capitaliter condemnan
dus,ſicut ſi bannitus fuiſſet,cum impoſſibile ſit reum,
qui tot capitalia delicta faſſus fuit,præſentari poſſe
coram iudice,cum ſtatim atque in fortiam Curiæ ve-
niret,eſſet vltimo ſupplicio afficiendus,& propterea
dicta concluſio etiam in caſu noſtro procedit,vt bene
conſiderat Hier.Gabr.in d.conſ.181.num.20.& ſeq.
affirmans,quod licet per ſolam querelam ſeu inquiſi-
tionem contra principalem,quando de delicto plene
non conſtat,fideiuſſor non excuſetur à pœna,ſi illum
non repræſentat,prout Doctores in contrarium al-
legati loqui videntur,quos Gabr.ita intelligendos
eſſe ait,excuſari tamen dicit,licet non ſit condemna-
tus,quando delictum capitale eſt notorium,vel de eo
principalis eſt cõuictus,aut illud cõfeſſus fuit,& iſto
caſu ex aduerſo allegatos non contradicere,& admit
ti poſſe.quod Marſil.in rub.de fideiuſ.num.150.151.
& 152.dixit excuſari fideiuſſorem,quando principa-
lis fuit de delicto capitali condẽnatus,vel accuſatus,
quod etiam confirmat ipſe Hieron.Gabr.in conſ.173.
num.16.& ſeqq.libro 2.& quod fideiuſſor liberetur,
quãdo principalis aliud delictum commiſit,licet pro
eo non ſit condemnatus,firmauit Bertazo.in ſuis con
ſil.crim.conſ.432.lib.2.& idem ſentit etiam Menoch.
conſ.246.nu.8.& ſeq.lib.3.affirmans non teneri fide-
iuſſorem,quando principalis conditionem mutauit,
vel alia noua cauſa emerſerit,& magis clare idem te-
net Ceph.conſ.187.per totum,maxime num.3.5.& 9.
lib.2.& Ioan.Botta conſ.38.num.2.10.& ſeq.

Quarto ſi ex prædictis fideiuſſores non eſſent libe-
rati,clarum tamen eſt,quod Dominus Quintilianus
nullo modo poteſt præſentari,poſtquam tot capita-
46 lia delicta faſſus fuit,& à carceribus aufugit;† & ſtan
te hac impoſſibilitate,quæ ſuperuenit poſt præſtitam
cautionem de repræſentando abſque culpa fideiuſſo-
47 rum,ipſi ſunt à ſolutione pœnæ excuſandi,† cum im-
poſſibilitas ſeu difficultas ſuperueniens impediat pę
nam committi,l.vehenda,§.idẽ iuris,ff.ad leg.Rhod.
de iact.& ibi Bar.& idem Bart.in l.continens,§.illud,
ff.de verb.oblig.l.2.ff.ſi quis caut.Socin.ſen.conſ.287.
nu.2.circa medium,& nu.3.lib.2.Dec.in l.ſi.in prin.
num.19.ff.ſi cert.pet.Thom.Ferrat.caut.43.vbi refert
Aret.in l.ſi ita ſtipulatus fuero te ſiſti,ff.de verb.obli.
affirmantem hanc ſententiam eſſe communiter rece-
ptam,& in practica obſeruari.Quod eo magis eſt di-
cẽdum,quoniam tempore obligationis fideiuſſorum
Dominus Quintilianus erat ſolum inquiſitus de quo
dam homicidio,de quo innocens erat,prout tamquã
talis poſtea abſolutus fuit,& de alijs delictis poſtea
48 commiſſis nulla habebatur notitia.† & fideiuſſorum
promiſſio de repræſentãdo Dominum Quintilianum
intelligi debet exiſtente Domino Quintiliano in ſta-
tu & terminis,in quibus tunc reperiebatur.Soc.ſen.
conſ.123.num.8.libro 4.Parpal.Tiraquel.& alij alle-
gati à Rimin.iunior.conſil.59.num.75.libro 1.Secus
49 ſi alia delicta interim cõmitteret,† quia omnis obli-
gatio etiam iuramento roborata,tacitam in ſe condi
tionem continet,rebus ſic ſtantibus,prout tempore
promiſſionis ſtabant,& nihil de nouo ſuperueniente.
l.fin.& ibi Doct.ff.qui ſatiſd.cogan.l.quod ſeruus,
ff.de condict.ob cau.capit.quemadmodum.& ibi om
nes,de iureiur.Feder.de Senis conſ.281.num.1.Bald.
in l.clari,C.de fideicomm.Dec.conſ.335.num.5.qui
de communi teſtatur.Alexan.conſil.85.num.4.libro
5.Socin.ſen.conſil.27.num.22.libro 4.Natta conſil.
50.num.2.libro 1.Afflictus deciſ.328.num.4.Pariſ.
conſ.24.num.73.lib.2.& conſ.72.num.45.libro 1.late
Goad.conſ.27.per totum.Moron.inter crim.diuer.
tomo 1.conſil.166.num.4.Marſil.conſ.76.num.38.
Boſſ.in d.tit.de carcerat.fideiuſ.relax.num.48.Port.
Imol.conſ.150.num.37.Tiraquel.in l.ſi vnquam,in
præfat.num.130.& 161.C.de reuoc.donat.Rim.iun.d.
50 conſ.59.nu.74.& ſeqq.† Quod locum habet etiam in
promiſſione,quæ habeat aliquod verbum extẽſiuum
ad futurum,vt per l.ſi ita quis,ff.de leg.2.extẽdit Vin
centius Hercul.in quadam ſua diſput.incip.Peruſi-
51 nus quidam,col.3.in prin.ver.Quinto facit.† & in tã-
tum quælibet promiſſio intelligitur reb.ſic ſtantib.q̃d
ſuperueniente noua cauſa,licitum eſt ab ea recedere,
nec dicitur fieri contra mentem contrahẽtium,quia
veriſimile eſt,quod ſi de ſuperuenientia nouæ cauſæ
et ſtatus mutatione cogitaſſent,ita ſ.quod promiſſio
locum non haberet,diſpoſuiſſent.Petr.de Anch.con-
52 ſil.83.Dec.d.conſ.335.num.3.et ſeq.† et ita quod q̃n
principalis imputatur de alijs delictis poſtea cõmiſ-
ſis,et impoſſibile ſeu ſaltem difficile eſt eum præſen-
tare,fideiuſſor excuſetur,in terminis firmant Marſil.
in d.rubr.nu.151.Hier.Gabr.d.conſ.181.nu 6.et ſeqq.
13.et ſeqq.Tob.Non.d.conſ.103.num.3.Cepha.conſ.
164.num.25.et ſeq.et melius conſ.187.per totum,lib.
2.et faciunt multæ rationes adductæ per Horat.Luc.
53 inter crim.tomo 1.conſ.163.ſere per totum.† et præ-

dictis

Digitized by Google

dictis eo magis locus eſt, cum difficultas iſta ſuperue-
nerit culpa iudicis, qui ſuper nouis delictis proceſſit
contra Dominum Quintilianum, & eum torturæ ſu-
biecit, confeſſionesque de delictis capitalibus extor-
ſit, ex quibus factum eſt, quod fugam arripuerit, &
modo impoſſibile eſt eum præſentare, quo caſu fide-
iuſſores omnino excuſantur, cum factũ iudicis dica-
tur factum partis aduerſæ. Doct. in l. ſed & ſi quis, in
prin. ff. ſi quis caut. Paris de Put. de Synd. in verb. fide-
iuſſor. verſ. Subijcio, num. 2. & ſeq. fol. mihi 268. inter
tract. diuerſ. noniter impreſſorum, tomo 7. Marſil. in
d. rub. num. 150. Vtſil. in addit. ad Afflict. deciſ. 130.
num. 3. Hieron. Gabriel. d. conſ. 181. num. 9. & ſeq. vbi
alios allegat. & Tob. Non. d. conſ. 103. in fin. late Mo-
ron. inter crimin. diuerſ. tomo 1. conſil. 166. num. 3. &
ſequen. & quando culpa iudicis cauſatum eſt impe-
dimentum, ſi iudiciaria via procedendo illud intulit,
fideiuſſorem excuſari, concedit etiam Boſſ. in titu. de
carcerat. fideiuſſ. relax. nu. 62. licet ſi iudex tamquam
priuatus impedimentum præſentandi præſtitiſſet,
aliud ſentiat.

Poſtremo licet credam ex prædictis hanc conſul-
tationem pro fideiuſſoribus reddi claram, nihilomi-
nus ſi dubia eſſet, in dubio pro eis contra fiſcum iudi-
54 candum eſſet, † quia interpretatio ſumitur fauore
promiſſoris contra ſtipulantem, l. ſtipulatio iſta, §. in
ſtipulationibus, ff. de verb. oblig. l. quidquid aſtringẽ-
dæ, ff. eo. & imputatur fiſco, quare verba fideiuſſionis
55 apertius non concepit, † ideo contra fiſcum, qui in
verbis promiſſionis ſe fundat, interpretantur, l. vete-
ribus, ff. de pact. Cagno. in l. ſemper in obſcuris, nu. 16.
56 ff. de reg. iur. † & tanto magis quia ſumus in pœnali-
bus, in quibus benigna eſt facienda interpretatio, l.
præſes, & l. penul. ff. de pœn. Cepha. conſ. 734. num. 15.
lib. 5. & dummodo aliquid promiſſio operetur, ſem-
per reſtringitur quantum fieri poteſt. Dec. in c. ſedes,
num. 44. verſic extra iſtum caſum, de reſcript. & com-
probatur ex adductis per eumdem in l. factum, §. in
pœnalibus, ff. de reg. iur. vbi de pœnis conuentionalib.
loquitur, eſt igitur contra fiſcum, quatenus res eſſet
57 dubia, iudicandum, † maxime quia fiſcus de lucrati-
ua cauſa deſcendente ex delicto, & fideiuſſores de dã-
no tractant, l. non puto, iuncta glo. ff. de iure fiſci. Din.
Bart. & Sal. in l. quamuis, C. de priuil. fiſci. Alex. in l. 1.
num. 2. ff. ſolut. matr. & in propoſito Hieron. Gabr. in
d. conſ. 181. num. 26. & 27.

Nec obſtant ea, quæ in contrarium conſiderantur;
Primum quidem quod pacta ſint ſeruanda, ſatis
ex prædictis tollitur, dum oſtenſum fuit fideiuſſores
ex alia cauſa non teneri, & minus ex ea, pro qua de-
tinebatur.

Minus nocet, quod ſtante clauſula, toties & quo-
ties, præſentatio fieri debeat, quoties opus fuerit, quo
niam per carcerationem iudex dictæ cautioni renun
ciauit, & ſtante ſententia abſolutoria, nõ eſt amplius
opus præſentatione, & quia promiſſio habebat con-
ditionem, rebus ſic ſtantibus, cauſa & difficultas præ-
ſentandi, quæ ſuperuenerunt maxime culpa iudicis,
operantur vt amplius fideiuſſores ad præſentandum
non teneantur, vt ſupra late demonſtraui.

Neque reſiſtit tex. in l. ſed & ſi quis, §. illud, ff. ſi quis
cau. & quod per illum dicunt Alb. Gand. & alij, quod
per ſolam accuſationẽ porrectam cõtra principalem
de capitali delicto fideiuſſores non liberentur, ſed ſo-
lum banno & condemnatione, qm̃ dicimus liberatio
nem exoriri ex carceratione, & ſententia abſoluto-
ria, vt in primo & ſecundo fundamento fuit dictum.
Præterea ſatis ſupra demonſtratum fuit Dñm Quin-
tilianum haberi pro condẽnato, & de eo ſicut de con-
demnato iudicãdum eſſe: Et ſaltem ex proceſſu ſuper
nouis delictis, & ex confeſſionibus extortis reſultare
impoſſibilitatem ſeu ſaltem talem difficultatem præ-
ſentandi, ex qua fideiuſſores excuſari debent, & illæ
reſponſiones omnes difficultates tollunt.

Ex abundanti tamen dicitur non obſtare tex. in d.
58 §. illud, quando quidem ille loquitur † de eo, qui ſiſtẽ-
dus eſt in cauſa ciuili in alia curia, & coram alio iudi-
ce, & non in ea curia, & coram eo iudice, apud quem
ille factus ſit reus delicti capitalis; eo enim caſu cum
poſſit in cauſa ciuili tuto comparere, non excuſatur,
& ita ſentit Paul. de Caſt. in d. §. illud, in princ. & ma-
gis clare explicat Hier. Gabr. in d. conſ. 181. num. 20.

Quod non accidit in propoſito, cum fideiuſſores re
quirantur ad præſentandum in cauſa criminali corã
eodem iudice, corã quo tot alia capitalia delicta faſ-
ſus fuit, ita, vt coram eo nullo modo tute comparere
59 poſſit † Præterea, puto aduertendum eſſe, quod ideo
fideiuſſor excuſatur reo damnato, quia impoſſibile re-
putatur, quod reum damnatum præſentare poſſit, &
ſic propter contingentem impoſſibilitatem præſen-
tationis datur excuſatio, & vt bene declarat Ang. in
d. l. ſi deceſſerit, num. 4. ff. qui ſatiſd. cogan. Alex. in d.
l. ſed & ſi quis, in princ. nu. 3. Horat. Luc. in alleg. conſ.
163. num. 19. Non autem excuſatur indiſtincte ex ſo-
la cõdemnatione principalis, & ſtatus mutatione, vt
habetur in l. 1. C. de fideiuſ. Sed ita demum condem-
natione principalis & eius ſtatus mutatione fideiuſ-
ſor excuſatur, quando talis ſtatus mutatio inducit
impoſſibilitatem implendi, & ſic præſentandi in per-
ſona fideiuſſoria. Si autem mutatio ſtatus, & condem
natio principalis non arguit impoſſibilitatem implẽ-
di in fideiuſſore, ſtatus mutatio & condemnatio fide-
iuſſori nõ prodeſt, vt bene declarat Roman. in d. l. ſed
& ſi quis, nu. 1. verſic. Nota, quod etiam fuit de inten-
tione Cin. in d. l. defenſiones, in fin. C. de except. & ad
uertit Alex. in d. l. ſed & ſi quis nu. 3. & ideo dixit Bar
to. in l. ſi vero, in prin. nu. 2. ff. qui ſatiſd. cog. quod dam
nato principali excuſatur fideiuſſor de repræſentan-
do, dummodo fuerit damnatus ex tali cauſa, ex qua
impediretur ſiſtere in iudicio. Sed ſi eſſet (inquit ipſe)
deportatus, & deberet repræſentari in tali cauſa, in
qua etiam poſt deportationem poſſet ſiſtere in iudi-
cio, fideiuſſor remanet obligatus, & ſic clare apparet,
quod ſola condẽnatio & ſtatus mutatio non excuſat,
ſed poſſibilitas, vel impoſſibilitas ſiſtendi, & præſen-
tandi coram iudice attenditur. Vnde cum in perſona
fideiuſſorum, poſtquã D. Quintilianus confeſſus fuit
tot capitalia delicta, eadẽ impoſſibilitas præſentãdi
conſideretur, non minus excuſatur fideiuſſor, quam ſi
principalis pro illis eſſet condemnatus, cũ incredibi-
le ſit ipſum velle comparere corã eo iudice, à quo ſta-
tim in pœnam vltimi ſupplicij condemnaretur. Ideo
ſtãte hac impoſſibilitate, quæ potiſſime à Doctorib.
cõſideratur, fideiuſſores excuſantur, quod & videtur
ſentire Ang. in d. §. illud, dum dicit teneri indiſtincte,
quando poteſt ſiſtere, non obſtante quod citatus ſit in
cauſa capitali, ſed vbi non poteſt ſiſtere, illud idem o-
perari ſolam citationẽ, quod operatur condẽnatoria.
60 Quod dicitur † exceptionem ſuperuenientem prin-
cipali ſtatus mutatione non prodeſſe fideiuſſoribus
per l. 1. C. de fideiu. Facile tollitur, conſiderando quod
d. l. 1. loquitur in contractibus, videlicet de fideiuſ. qui
pro principali aliquid ſoluere promiſerat: ideo ſta-
tus mutatione non liberatur, quia nec liberaretur
morte principalis, ſed pro hæredib. remaneret obliga
tus, ſecus hic, vbi promiſſum eſt illum in iudicio præ-
ſentare, & iſtam differentiam inter fideiuſſorem con
tractus & iudicij ſentit gl. in d. l. ſed & ſi quis, in prin.

in verb.quid ergo. & Salicet.in d.l.1.nu.3. Vel & meliux reſpondetur ibi mutatione ſtatus principalis nõ liberari fideiuſſorẽ, quia obligatio fideiuſſoria adimpleri poterat ſolutione quantitatis, pro qua fideioſſor principaliter ſe obligauerat, ſed hic adimpleri nõ poteſt principalis obligatio repræſentandi reum, vt dictum fuit; ideo ex hac impoſſibilitate fideiuſſores excuſantur, vt reſpondendo d.l.1. C.de fideiuſſ. dixerunt Cin. in l.defenſiones, in fi. C.de except. Ang. in d. l.ſi deceſſerit, num.3. Alex. in d. l.ſed & ſi quis, in prin. nu.3. vbi Iaſ. nu.1. ver. Tu reſponde melius. Roma. nu. 1. ver. Nota. in §.illud. & Horat. Luc. d. conſ. 163. num. 19. Sed quia nos habemus in terminis noſtris leges claras, non eſt in hoc vlterius inſiſtendum.

Vltimum dubium de ſecuritate ſaluiconductus remouetur.

Primo conſiderando, quod ſaluuſconductus non offertur. & ſic obiectum tollitur ex facto.

Secundo ſi offertur à iudice tantum, non ſufficit,
61 † quia ſaluuſconductus à ſolo principe concedi poteſt. Iaſ. in l.1. nu.11. ff. qui ſatiſd. cogan. Horat. Luc. inter crim. diuer. tomo 1. conſ. 167. nu. 11. & ita ſeruari teſtatur Boſſ. in titu. de citat. num. 36. & Iul. Clar. in pract. crim. §. fin. q. 32. ver. Sed hic quæro.

Tertio dicitur Dominum Quintilianum non teneri comparere cum litteris ſalui conductus, cum ipſe faſſus fuerit ſe homicidia commiſiſſe, & auxiliũ præſtitiſſe bannitis famoſis, & cum eis commercium habuiſſe, ex quo auxilio & commercio in rebellionis & læſæ maieſtatis crimen incidit vigore Conſtitutionum Summorum Pontificum, maxime Conſtitutionis Gregorij Decimitertij editæ anno 1580. Ex quibus delictis certitudinarie vltimo ſupplicio afficere-
62 tur ſtatim atque in fortiam Curiæ deueniret, & † quis non tenetur accedere ad locum etiam cum litteris ſaluiconductus, quando agitur de periculo capitali, gl. in cap. ex parte, el primo, verſ. Periculoſum, & ibi Felin. num.3. de appellat. Imol. in l. nam quod ſine, l. ille à quo, §. non omnis, num. 13. ff. ad Treb. Afflict. deciſ. 289. nu. 21. Horat. Luc. inter crim. diuerſ. tomo 1.
63 conſil. 167. in princ. Prætetea † fideiuſſores non minus excuſantur, cum etiam dato ſaluoconducto impoſſibile ſit facere, quod Dominus Quintilianus compareat, vt multis rationibus oſtendit Horat. Lut. in dicto conſil. 167. per totum, quem ſequitur Bertazol. in conſ. crimin. 435. in fin. lib. 2. & Hercul. de caut. de non offend. cap. 23. nu. 16. & conſiderara hac impoſſibilitate, idem reſpectu fideiuſſoris, quidquid dicendum ſit reſpectu principalis poſt Gandi. firmat Hie-
64 ronym. Gabr. d. conſ. 181. num. 23. & ſeq. † Quod ſine difficultate hic eſt admittendum, cum ea veteri cauſa non requiratur præſentatio, ſtante ſententia abſolutoria, quæ in iudicatum trãſitum fecit, & iudex reum non deſideret ad alium effectum, quàm propter delicta, quæ poſtea cõfeſſus fuit, licet occaſione primi delicti eum præſentari velle doloſe fingat, & conſequenter excuſantur fideiuſſores, ſi reum non præſentant, cum id impoſſibile reputetur, vt etiã conſiderat Hieronym. Gabriel. in dicto loco, num. 25.

Ex quibus concludo fideiuſſores iniuſte inquietari, & ab omni moleſtia liberandos eſſe, & ita longe, poſtquam in cauſa prædicta conſului, reperi in ſimi-
65 li caſu pro hac opinione reſpondiſſe † Excellentiſſimum Dominum Marcum Antonium Eugenium Iuriconſultum Peruſinum virum in hac legali ſcientia conſummatiſſimum, & magnæ auctoritatis in conſil. 67. & conſ 68. libro 1. cuius conſilia nuper fuerunt impreſſa.

Ignoratur exitus cauſæ.

ARGVMENTVM.

Decretũ Sereniſſimi Ducis Vrbini, quod imponit pœnam ei, qui compoſuit, dictauit ſeu ſcripſit libellum, litteras, carthellum, aut aliam ſcripturam, quæ cõtineat delictum, iniuriam, infamiam, ignominiam, defectum, ſeu errorem alicuius, qualiter ſit intelligendum, & numquid locum habeat, ſi prædicta fuerint narrata in precibus porrectis ipſi Principi.

Accuſator, qui non probauit contenta in accuſatione, numquid teneatur pœna ſimilitudinis ſupplicij, vel ſaltem actione iniuriarum.

SVMMARIVM.

1 *Iniuriarum actione tenetur qui dedit libellum Principi, in quo famam alienam inſectatus fuerit.*
Sed contra. num. 5. cum ſeqq. 37. & 50.
Et declaratur num. 35. cum ſeq.
2 *Accuſans alium de aliquo delicto, ſi illud non probauit, ſed ſuccubuit, tenetur pœna capitali, ſi eadem pœna reo conuicto imponenda fuiſſet. & num. 9.*
Sed contra. num. 10. & 37.
Vel ſaltem tenetur actione iniuriarum. num. 3.
Intellige quando nihil probauit, aliàs ſecus. num. 38.
4 *Iniurians alium punitur pœna extraordinaria iudicis arbitrio.*
5 *Decretum Sereniſſimi Ducis Vrbini imponens pœnam ei, qui compoſuit, dictauit, ſeu ſcripſit libellum, litteras, aut aliam ſcripturam, quæ contineat infamiam alicuius, quo modo ſit intelligendum cum ſeqq.*
6 *Delicta non debent remanere impunita.*
Et ea manifeſtari Reipublicæ intereſt. num. 7.
8 *Diffamatio omnis extraiudicialis prohibetur, ſed non omnis iudicialis reperitur prohibita. Et num. 52.*
10 *Pœna ſimilitudinis ſupplicij, & ſic talionis non eſt amplius in vſu.*
Sed eius loco pœna extraordinaria imponitur. num. 32.
11 *Accuſans aliquem de delicto, de quo eſt diffamatus, excuſatur à præſumpta calumnia.*
Item ab omni pœna excuſatur, ſi probauit contenta in accuſatione per teſtes, qui ratione perſonæ fuerunt repulſati. num. 12.
Vel per vnum tantum teſtem. num. 13.
Aut per leuiores probationes, & ſola indicia, ſeu opinionem. num. 14.
Vel ſi habuit iuſtam accuſandi cauſam, aut illi veriſimilem. num. 15.
Et ſi iuſtificetur id accuſatorẽ audiuiſſe, vel qd ſimile. n. 16
17 *Accuſator non tenetur ratione falſæ accuſationis, niſi accuſator dolo malo eam inſtituerit.*
18 *Libelli famoſi ratione quis non tenetur niſi illum dolo malo compoſuerit.*
19 *Cauſa quælibet etiam iniuſta excuſat à dolo.*
20 *Dictio, prout, quando refertur ad aliquid de præterito, ſi de illo conſtat, ſtat limitatiue, & reſtrictiue.*
21 *Iniuria non fit citra animum iniuriandi.*
22 *Iniuriarum cauſa proferens verba iniurioſa non punitur, ſi non conſtat de animo iniuriandi.*

Digitized by Google

Seu ſi non fuit in dolo.num.23.
Nec ſufficit conſtare de culpa.nu.25
24 *Iniuria ſine dolo non infertur.*
26 *Iniuriandi animus & dolus non præſumitur, quoties alia coniectura ſumi poteſt.*
27 *Teſtis vnicus in cauſa criminali ad defensã plene probat.*
28 *Probatio etiã dubia in criminalibus ſufficit ad defenſam.*
29 *Dolus nõ ſoles committi ex actu, qui nullum commodum, nullamque vtilitatem affert.*
30 *Cauſa qualibet, quæ excludit dolum, non ſolum excuſat à calumnia, ſed etiam ne quis teneatur ratione iniuriæ. cum ſeq.*
33 *Accuſator ſuccumbens, qui excuſatur à calumnia non excuſatur ab expenſis, niſi eſſet tam magnus color, vt præberet iuſtam cauſam litigandi.*
34 *Lex pœnalis ſtricte intelligenda eſt, nec extenditur etiam ad caſus, in quibus vigeret eadem, ſeu maior ratio.*
35 *L. idem apud Labeonem, §. ſi quis libello, C. de iniur. intellectus, cum ſeq.*
36 *Lex vna per aliam declaratur.*
37 *Iniuriarum quis tenetur, quando aliquid dicit, quod concernit infamiam alterius ſine cauſa.*
Secus ſi cum cauſa, puta correctionis, vel coram Principe ea intentione, vt ille puniatur, & pœna illius ſit alijs in exemplum.
39 *Succumbens præſumitur male mouiſſe litem de ſe ipſo, non autem quod malo animo eam mouerit.*
40 *Accuſator, qui ſuccubuit, non præſumitur calumniari præſumpsione legis, ſed exigitur præſumptio hominis.*
41 *Calumnia reſultans contra accuſatorem non probantem accuſationem, non eſt vera, ſed præſumpta, admittitque probationem in contrarium.*
42 *Præſumptiones excluſiuæ animi iniuriandi & calumniandi, præferuntur contrarijs præſumptionibus.*
43 *Accuſatores ſuccumbentes hodie de conſuetudine non condemnantur, etiam in expenſis.*
44 *Acceſſus ad Principem debet eſſe expeditiſſimus, & ab eo appellare nemini licet.*
45 *Principis preſentia & ſcientia purgat omnem ſuſpitionem delicti committendi.*
46 *Falſi ſuſpitio habetur pro falſo.*
47 *Abſolutus quis preſumitur nõ quia innocens, ſed quia non fuerit probatum delictum contra eum.*
48 *Iniuria dicitur omne id, quod non iure fit.*
Sed propriè iniuria dicitur, quę continet contumeliam. num.49.
50 *Iniuriam inferre voluiſſe eum non prȩſumitur, qui adit Principem.*
51 *Falſum non dicitur, quod adiuuatur primordio veritatis.*
52 *Iniuriarum crimen non pertinet ad ea, quę fiunt in indicijs, vel appendicijs iudiciorum.*

CONSILIVM CXII.

DOMINVS Paulus Condioctus ex terra Sancti Angeli condemnatus in pȩnam triremium, & quartæ partis ſuorum bonorum, quę vt prȩſupponitur, aſcendunt ad valorem ſcutorum quadraginta millium, eo ſub prætextu quod ſcripſerit preces, quas Ioãnes Petrus Ranutius porrexit Sereniſſimo Domino meo Duci Vrbini, quæ delictum, iniuriam, infamiam, & ignominiam Domini Petri Antonij Rubei, & Scipionis Lauri continent, recte condemnatus videtur, & propterea ſententia condemnatoria confirmanda.

Primo quia decreto præfati Sereniſſimi Ducis pœna illa imponitur ei, qui compoſuit, dictauit, ſeu ſcripſit libellum, litteras, carthellum, aut aliã ſcripturã, quæ directe vel indirecte contineat delictum, iniuriam, infamiam, aut ignominiam, vel alium errorem, ſeu defectum alicuius perſonæ, ſi infamia, aut ignominia illa, quatenus vera eſſet, pœnam pecuniarum mereretur.

Secundo, quia etiam iure communi circumſcripto
1 decreto, † qui dedit libellum Principi, & famam alienam inſectatus fuerit, actione iniuriarum tenetur, l. item apud Labeonem, §. ſi quis libello, C. de iniur. Socin. ſen. conſ. 118. numero 5. verſic. ſed his non obſtantibus. lib. 1.
2 Tertio quoniã † qui accuſauit alium de aliquo delicto, ſi illud non probauit, ſed ſuccubuit, pœna capitali punitur, l. vni. §. ſane, C. de famoſ. libell. ſi etiam capitalis pœna reo cõuicto imponenda fuiſſet, vt ibi
3 declarat gloſſ. in verb. capitali. Vel ſaltem † actione iniuriarum conueniri poteſt, iuxta notata per Doctores, in cap. fin. de iniur. & Iul. Clar. in §. iniuriam, circa prin. ver. vel aliquem accuſauerit. Ita Dominus Paulus tenetur, quoniam non ſolum non fuerunt probata narrata in dictis precibus, ſed Petrus Antonius
4 & teſtes fuerunt abſoluti, & quia † ratione iniuriæ pȩna extraordinaria iudicis arbitrio imponitur, §. in ſumma, Inſt. de iniu. Iul. Clar. in d. §. iniuriam. ver. Sed quæro quæ ſit pœna, recte pœna illa pro extraordinaria pœna ratione iniuriæ impoſita videtur.

Verum prædictis non obſtantibus cenſeo ſententiam latam contra Dominum Paulum eſſe iniuſtiſſimam, & propterea reuocandam. Fundauit enim iudex ille ſuam ſententiam in decreto præfato, pȩnam, de qua in eo imponendo, ſed vt opinor male: quia Dominus Paulus nomine dicti Ioanni Petri ſcripſit tantum ſupplicem libellum, quo petebatur committi Poteſtati dictæ terræ, vt cauſam expediret pro iuſtitia, & delinquentes puniret, & decretum illud non com-
5 prebendit caſum, de quo agitur; † Quoniam recte mentem Sereniſſimi Principis, & verba decreti conſiderando, decretum illud comprehẽdit tãtum caſum, in quo conficeretur ſcriptura, continens delictum, infamiam, iniuriam, ſeu ignominiam alicuius; & illa extra iudicium propalaretur, vel in loco publico, ſeu inter priuatas perſonas, non autem modo aliquo prohibetur delicta propalari ipſi Principi, ſeu eius iudicibus per viam querelæ, ſeu denunciationis, ad effe-
6 ctum vt puniantur, † quoniam delicta non debent remanere impunita, l. ita vulneratus, §. quod ſi abſur-
7 de, ff. ad leg. Aquil. Sed expedit Reipublicæ † delicta, infamiam, ac defectum alicuius manifeſtari, l. eum qui, in princ. ff. de iniur. vbi Bartol. Roman. conſil. 96. colum. 1. verſicu. Secundo vero. Oldrad. conſil. 53. nume. x. verſicu. ſi ex cauſa, & proprerea in d. l. eum qui. inquit Iuriſconſultus eũ qui nocentẽ infamauit, nõ eſſe bonum & æquum ob eam rem condemnari: Ideo non eſt credendum, quod ille iuſtiſſimus Princeps, qui ſummo ſtudio nititur eius ſtatum malis hominibus purgare, & delinquentes debitis pȩnis puniri facere, voluiſſe præfata ſua lege prȩcludere viam, ne homines ſuæ ditionis in voce ſeu in ſcriptis delicta ac defectus ſubditorum ſibi, ſuisque iudicibus tute propalare poſſent. Sed dicendũ eſt voluiſſe tãtum prohibere huiuſmodi extraiudiciales propalationes, ob quas ſcandala & diſcordiæ exoriri ſolent, quibus ipſe Princeps prouidere voluit, arg. l. vni. C. de famoſ. li-
8 bell. † per quam licet diffamatio extraiudicialis prohibita ſit, nihilominus ſi per viã accuſationis, ſeu querelę, aut aliter iudicialiter delicta & defectus manifeſtantur, non ſolum non imponitur pȩna, ſed ille, qui huiuſmodi pateſacit (vt ibi inquit Imperator) laudẽ maximam & præmium à clementia Principis conſequitur

Digitized by Google

ſequitur & benefacit Abb.in c.cum te, num. 56. 58. &
59 circa finem, de ſenten. & re iud. & in c.fi.num.5. de
iniur. Ioan. Baptiſt. Plot.conſilio 35.numero 6. repe-
tito inter criminal.diuerſ.conſilio 131. nume.6. tom.
2. dum oſtendunt omnem diffamationem extraiudi-
cialem prohiberi, ſed non ita prohiberi iudicialem.
Cenſeo igitur decretum præfatum comprehendere
tantum extraiudiciales propalationes delictorum
ac defectuum, & cum de alijs iudicialibus propala-
tionibus nihil in eo diſponatur, caſum iſtũ omiſſum
remanere in diſpoſitione iuris communis iuxta eius
formam decidendum, l.commodiſſime, ff.de liber.&
poſthum.l.ſi extraneus, ff.de condict. ob cauſ. Socin.
ſenior conſilio 74 numero 3. libro tertio. Dec. conſi-
lio 71. numero ſecundo. Natt.conſilio 463. numero
22. libro ſecundo. Et conſequenter male feciſſe iu-
dicem illum, qui condemnauit Dominum Paulum
in pœnam dicti decreti, cuius diſpoſitio non erat at-
tendenda, ſed ſecundum ius commune, ſi alio decre-
to aliud non caueatur, cauſa erat terminanda, quo iu-
re communi attento Dominus Paulus abſoluendus
eſt non ſolum à pœna per dictum iudicem impoſita,
ſed ab omni alia.

Nam aut prætenditur pro parte fiſci Dominom
Paulum vti calumniatorem in ſcribendo ſupplicem
libellum, quem Ioannes Petrus porrexit Principi cõ
9 demnari debere eadem † pœna, qua tenerentur illi,
quorũ delicta in precibus narrantur, ſi vera ea eſſent,
iuxta l.vni.C.de famoſ.libell. notatur per Maſcar. de
prob.volum.1.concl.54.in princ. Et dicitur pœna illa
Dominum Paulum non poſſe puniri.

10 Primo quia † pœna ſimilitudinis ſupplicij, & ſic ta
lionis à conſuetudine abrogata fuit, nec amplius eſt
in vſu, §.pęna autem, Inſtit.de iniur. Abb Fel.& ceteri
in ca.1.de calumnia. Alber.in l.eum quem temere, in
princ.numero 3.ff.de iud.Sal.in l.qui crimen, nu.4.C.
qui accuſ.non poſſ.Boſſ.in tit.de accuſ.num.17.in fin.
Didac. Couarr. libro ſecundo, variar. reſolut. cap 9.
num.1.Menoch.de arbit.iud.quæſt.lib.2. cent.4. caſu
355.nu.3.& alij plures, quos refert Iul.Clar. in pract.
criminal.§.fin. quæſt.81. verſic.Sed quæro, aſſerens ea
ratione conſuetudinem abrogaſſe dictam pœnam,
quia propter rigorem huiuſmodi pœnæ, multi ſe re-
trahebant ab accuſando, atque ita delicta remane-
bant impunita, & pauci reperiebantur, qui cum tan-
to capitis ſui periculo vellent accuſationes crimina-
les proponere.

Secundo conſidero ceſſare pęnam, de qua ſupra,
omnemque aliam etiam, quæ ratione calumniæ accu
ſatori imponitur, quoniam dictus Dominus Paulus
nullam propoſuit accuſationem, ſed tantum ſcripſit
dictum libellum ad inſtantiam Ioannis Petri qui il-
lum porrexit Principi, ac cum reſcripto præſentauit
Poteſtati dictæ Terræ. Vnde quia Paulus non eſt ac-
cuſator, quoad eum ceſſant omnia, quæ de accuſato-
re calumnioſo dicuntur: Immo plus dico, quod nec
Ioannes Petrus ratione calumniæ teneretur, quia nec
ipſe propoſuit accuſationem, ſed poſtquam Domi-
nus Petrus Antonius, & Dominus Scipio Laurus fue
rant diffamati de contentis in precibus, & iam teſtes
contra eos fuerunt examinati, ſolũ ſupplicauit, quod
committeret Domino Poteſtati, vt cauſam pro iuſti-
tia expediret, quo fit, vt à calumnia penitus excuſe-
11 tur, & conſequenter à dicta pęna, † quoniam ſi qui ac
cuſat aliquem de eo delicto, de quo eſt diffamatus,
excuſatur à præſumpta calumnia. Bartol. in l. athle-
tas, §.calumniator, numero 3. verſicul.puto autem, ff.
de his qui not.infam.Abb.conſilio 78.numero 1.libro
1.& notat Menoch.de arbit.iudic. quæſt.libro ſecun-
do, cent.4.caſ.321.numero 29.vbi alios allegat, à qua
opinione licet diſſentiant aliqui ab eo relati, tamen
hæc opinio communiter recipitur, vt teſtantur Meno.
conſilio 145.numero 54.libro 2. & Iul. Clar. in pract.
crimin.§.fin.quæſt.65.verſicul. Sed pone.magis excu-
ſari debet Ioannes Petrus, qui ſolum porrexit preces
Sereniſſi.Duci, quibus petebat, vt committeretur Po-
teſtati deciſio cauſæ, occaſione delicti, de quo coram
ipſo iudice Petrus Antonius, & Scipio diffamati fue-
rant per depoſitiones Magiſtri Baptiſtę, Dominæ Iu-
liæ, & aliorum. Vnde ſi excuſari poſſet Ioannes Pe-
trus, qui preces præſentauit Principi, & produxit co-
ram iudice, quanto magis eſt excuſatione dignus Do
minus Paulus, qui ſolum illas ſcripſit ad inſtantiam
dicti Ioannis Petri.

Tertio intentio Domini Pauli valde iuſtificatur cõ
ſiderando, quod ex actis & proceſſu informatiuo &
ex depoſitionibus Dominæ Iuliæ, magiſtri Baptiſtæ,
& etiam ex varijs depoſitionibus dicti Domini Petri
Antonij magna exoriebatur præſumptio falſitatis
Chirographi confecti de prætenſo mutuo, & etiam te
ſtium: & ſi Dominus Paulus motus probationibus &
præſumptionibus, reſultantibus ex proceſſu, ac etiam
aſſertione Ioannis Petri, libellum prædictum compo
ſuit, ab omni calumnia, & pœna videtur excuſandus,
12 † quoniam videmus excuſari etiam accuſatorem, qui
per teſtes probauit contenta in accuſatione, licet te-
ſtes ratione perſonæ fuerint reiecti ſeu repulſati. Spe
cul.in tit.de calumnia.in fin.numero 7.Bald.in l.1.nu
mero 8.C.de error.aduocat. Marſil.ſingu.444. Meno.
d.caſ.321. numero 31. & Maſcard. in allegata conclu-
13 ſio.54.numero 9.vbi Rom.Iaſ.& alios allegat. † & et
qui per vnum tantum teſtem probauit contenta in
accuſatione pęnam omnem imponendam calumnio
ſis accuſatoribus euadit.Specular.in titul.de accuſat.
§.ſequitur, in fin. verſic. Vel dic.& ibi Bald.in addit.
ad eum, colum.penultim.verſicu.Qui ſemiplene pro-
bat.& in l.qui non probaſſe, numero 5. C.de calumn.
Felin.in cap.5.in 3.not. colum. 3. verſic.ſi autem non
accuſ.de calumnia.& conſilio 53.numero 15.Ioan.Ba
ptiſt.Plot.in conſil.35.numero 14.repetit. inter con-
14 ſil.crim. diuerſ.tom.1. conſilio 131.numero 14.† qui
plus dixit, etiam ſufficere leniores probationes, & in
dicia ſola, ſeu opinionem. Specul. & Bald.ſequuntur
Menoch.in dict.caſ.321.numero 7.& ſequent. & Ma-
ſcard.in dict.concluſ.54.numero 11.Potuit enim cre-
dere Dominus Paulus vera eſſe ea, quæ in precibus
narrabantur, tum ex prædictis, tum etiam ex aſſertio
ne Ioannis Petri ſoceri Dominę Iuliæ veriſimiliter de
veritate informati, qui proprio nomine preces illas
Sereniſſimo Duci porrigere intendebat, & principali
ter de præiudicio Ioannis Petri agebatur, ſi falſum
narraſſet Principi, quæ omnia Dominum Paulum à
calumnia, & pęna excuſant, licet plene falſitatem nõ
15 probarent, prout dicitur de accuſatore, † qui licet
non probauerit contenta in accuſatione, excuſatur ta
men ab omni pęna, ſi habuit iuſtam cauſam accuſan-
di, vel illi veriſimilem. Bero.conſilio 76. numero 143.
libr.1.& late Menoch.conſil.145.numero 54.& ſeqq.
16 libr.2. † Vel ſi iuſtificetur id accuſatorem audiuiſſe,
vel quid ſimile. Abb.conſilio 78.colum.fin.lib.1.& eſt
communis Doctorum opinio, de qua teſtatur Iul.
Clar.in pract.crim.§.fin.quæſt.82. verſicul. ſed pone.
17 Quæ opinio veriſſima eſt, † quoniam accuſator ratio
ne falſæ accuſationis non tenetur, niſi dolo malo eam
inſtituerit, l.lex Cornelia, §.ſi quis librum. verſic.Do-
loue malo fecerit, ff.de iniu.Bald. & Iaſ.in l.& ſi legi-
bus, C. ſi contra ius vel vtilit. publi. & poſt eos Ma-
18 ſcard.in d.concluſ.54.in fin.& Plot. † qui in fortiori-
bus

Digitized by Google

bus termiols loquitur de libello ſamoſo extraiudicia
19 li in dictis conſilijs nu.7.& quia † quælibet cauſa etiã
iniuſta excuſat à dolo,l.igitur, verſic.poteſt, ff.de lib.
cauſ.Bal.io l.1.oum.2.C.vbi de crim. agi oport. Dec.
conſil.452.num.4.& conſ.605.nume.4.Crau.conſil.6.
numero 89.libro 1. Grammat.deciſ.5.numero 26.Pa
riſ.conſil.151.numeto 29.lib.4.Burſat.qui de commo
ni teſtatur conſilio 152. numero 32.libro 2. quod in
propoſito clare probat Felin.dicto conſilio 23.oume.
11.ſine probabili difficultare Dominus Paulus ea cau
ſis prædictis ab omni dolo & conſequenter à pęna ex
cuſari debet.

Quarto conſiderandum eſt, quod reſpectu ſalſita-
tis chitographi & teſtium virtualiter in dictis preci-
bus ſolum narratum fuit Sereniſſimo Duci, id quod
continebatur in proceſſu, & conſtabat iudici, quo-
niã in eis dicitur. *& eſſendo detto ſcritto falſo, & li det-
ti teſtimonij falſi, come coſta al Signor Podeſtà, quale ſopra
ciò hà proceſſato il principale, & teſtimonij*, quæ dictio,
Prout cõſtat &c.limitat, & reſtringit narratiuam ad
ea,quę continebantur in proceſſu,& de quibus coaſta
20 bat iudici,nam quando hæc dictio, † Prout, reſertur
ad aliquid,quod non ſit de futuro;ſed de præterito,&
de illo conſtat,tunc dictio illa ſtat limitatiue & reſtri
ctiue,l.edita. ibi, prout edicti perpetui monet aucto-
ritas, C.de edend. Bartol. in extrauagant. ad repri-
mendum,in verb.prout, numero 2.Alexand.conſilio
46.numero 9.libro 1. Dec.conſilio 63.numero 6.non
poteſt dici,quod per dictas preces Petrus Antonius,
& teſtes fuerint diffamati aliter quam ex proceſſu
prius facto diffamati fuerint,& conſeqnẽter cum nar
ratum fuerit Principi id, quod continebatur in dicto
proceſſu,& de quo cõſtabat iudici, & petitum, quod
eidem iudici committeretur,vt ad expeditionem cau
ſæ pro iuſtitia procederet,quia ipſe iudea impeditus
non poterat cauſam expedire ſine commiſſione Prin
cipis,vt deponit Dominus Octauianus Cancellarius
examinatus,ceſſat omnis calũnia non ſolum Dñi Pau
li,qui dictum libellum ſcripſit,requiſitus à dicto Ioã-
ne Petro,vt ipſe deponit in ſuis conſtitutis, & eſt ve-
riſimile,cum ageretur de intereſſe dicti Ioãnis Petri;
cui (vt deponit dictus Cancellarius) Dominus Pote
ſtas dixerat, vt pro expeditione procuraret commiſ-
ſionem, ſed etiam ceſſat calumnia ipſius Ioannis Pe-
tri,qui ſe retulit ad proceſſum, & conſequenter om-
oem pœnam euadere debent.

Aut vero dicitur Dominum Paulum teneri ratio-
ne iniurię illatæ,& neque ex iſto capite puto eum con
21 demnari poſſe, † quoniam non fit iniuria citra ani-
mum iniuriandi,l.illud,vbi Doctores ff. de iniur. So-
cin.iun.conſilio 134.num.46.& ſequen.libr.3.& con-
ſilio 38.numero 19.lib.2. Burſat.conſil.94. numer.18.
22 libro 1.& quoties † de animo iniuriandi non con-
ſtat,numquam proferens verba iniurioſa pro iniuria
condemnari poteſt,d.l.illud,§.1.& fin.cum l.ſequent.
Crauet.conſilio 9.numero 35.& ſeq.libro 1. Felin. in
cap.cum te,in fin.de re iudic. Corne.conſilio 100.nu-
mero 3.libr.2. Ruin.conſilio 145.numero 10.libro 5.
Rolan.à Vall.conſilio 11.nomer.44.lib.3.Nec eſt cu-
randum, ſi dictum vel ſactũ ſit malum in ſe, ſi volun-
ras & animus iniuriandi non adeſt,& eo caſu pro in-
iuria agi non poteſt.Roma.conſ.96.in fin.Grammat.
deciſ.37.num.9.& non ſolum, vt quis pro iniuria con
demnari poſſit, oportet conſtare de animo iniurian-
23 di,† ſed exigitur dolus, cum crimen iniuriarum ſine
dolo non committatur,l.1.§.1.dicta l.illud, §.penult.
& fin.ff.de iniur.l.ſi non conuicij, vbi Doctores C.eo-
dem titul. Crauet.conſilio 13.numer.2.libro 1.Corn.
conſil.172.numero 10.verſicul.ſimiliter libro 3.Dec.
in l.ſicut certi,numero 20.C.de teſtam.milit.& inter
crimin.diuerſ.tom.1.conſil.102.numero 8.Menoch.
24 conſil.107.numero 8.lib.2.† & ſine dolo iniuria non
irrogetur.Alexand.conſil.209.numero 12.verſic.De-
nique,lib.6.& Crauet.conſ.9.num.35.& ſeqq.& con
ſil.119.numero 4.libro 1.qui poſt Bald.conſilio 277.
incip.In cauſa Guglielmini,numero 2.libr.5.ſcripſit
in tantum dolum requiri, vt pro iniuria quis tenea-
25 tur,quod nec † ſatis eſt conſtare de culpa,ſed in caſu,
de quo agitur Dominus Paulus, dum ſcripſit dictas
preces,non habuit animũ iniuriandi Dominum Pe-
trum Antonium & teſtes,doloque caruit,ideo ratio-
ne iniuriæ moleſtari poteſt.

Quod animo iniuriãdi & dolo caruerit deducitur.

26 Primo † iuris præſumptione,quia quoties alia po-
teſt ſumi coniectura,in dubio animus iniuriandi non
præſumitur.Ruin.cõſilio 145.numero 10.libro 5.Ro-
land.à Vall.conſil.11.numer.45.lib.3.& dolus num-
quam præſumitur,l.quoties,§.qui dolo,ff.de probat.
ſed ab eo, qui illum allegat, clatis ac perſpicacibus
indicijs probari debet,l.dolum,C.de dolo, Bal.conſi.
250.column.2.libr.1.Crauet.conſi.8.nomero 1.lib.1.
& in materia de qua agitur Burſat.conſilio 94.nume
ro 35.lib.1.Sed in caſu,de quo agitur,alia coniectura
ſumi poteſt. Cum enim Ioannes Petrus ſocer Domi-
næ Iuliæ ratione intereſſe nurus ac filii inſtaret pro
expeditione cauſæ, & iudex ei dixerit, vt procuraret
commiſſionem Principis pro expeditione,vt clare de
ponit Dominus Octauianus Cancellarius, qui licet
27 ſit vnicus,† ad probandam innocentiam,& defenſio
nem in cauſa criminali plene probat. Petr.de Ancha.
conſ.285.incip.iure ſtricto,colum.fin. Boſſi.in titu.de
oppoſit.contr.teſt.num.72.Horat.Luc.inter crim.di-
uerſ.tom.1.conſ.168.num.17. magis clare Crau.con-
28 ſil.2.num.16.lib.1.† ſubdens ad defenſionem proban
dam in criminalibus etiam dubiam probationem ſuf
ficere, Alexand. Socin. Iaſ. & alios multos adducens
Dominus Paulus præfatus,qui ſupplicationes pro di
uerſis perſonis formare conſueuerat, vt præſupponi-
tur conſtare in proceſſu, preces illas ſcripſit non ad
effectum iniuriandi nominatos in eis, ſed vt rem gra
tam faceret Ioanni Petto, qui cauſæ eapeditionem
deſiderabat, quam ſine commiſſione Principis obti-
nere non poterat.

Secundo quia narrata in dictis precibus non con-
cernebant commodum aliquod, ſeu vtilitatem Do-
mini Pauli, ſed preces erant porrigendæ pro intereſ-
ſe Ioannis Petti, qui cauſæ expeditionem deſidera-
29 bat, † doli & calumniæ præſumptio ceſſat contra Do
minum Paulum,cum dolus non ſoleat committi, quã
do ex eo,quod agitur,nullum commodum, nullaque
vtilitas reſultat gerenti actum. Corn.conſ.63.num.9.
lib.3.& conſ.217.nu.6.lib.4.Crau.conſ.8.nu.13.lib.1.
Menoch.conſil.145.nu.30.li.2.

Tertio magis percipitur Dominum Paulum non
habuiſſe animum iniuriandi nominatos in precibus,
quia vſus fuit dictione illa relatiua, Prout conſtat,
quæ ſermonẽ reſtringit,& limitat ad ea,ad quæ habe
tur relatio,& ſic ad proceſſum formatum per dictum
Dominum Poteſtatem,vt dixi ſupra.

Quarto quia narrata in precibus ſi non plene, ſal-
tem ſemiplene, ac præſumptiue fuerunt probata in
proceſſu,dolus,animus iniuriandi & calumniæ exclu
ditur, & Dominus Paulus ab omni pęna excuſatur,
ex his,quę late ſupra deduxi. Et huic rationi non ob-
30 ſtat † Socin.ſen.conſil.118.numer.11.& ſeqq.lib.1.qui
conſtituens differentiam inter calumniam, & iniu-
riam,dixit multa excuſare accuſatorem, ne teneatur
de calumnia ſimilitudine ſupplicij, quæ nõ excuſant

ab

ab actione iniuriarum, quoniam in caſu ſuo accuſa-
tor non probauerat contenta in accuſatione nec ple-
ne, neque ſemiplene, nec per diffamationem, ita vt
accuſator excuſari poſſet, vt ipſe dixit nume. 9 & 10.
merito non nocet in caſu noſtro, in quo plura concur
runt, quæ remouent dolum & animum Domini Pau-
li iniuriandi, & ſine dolo, & animo iniuriandi, pro in-
iuria nemo punitur. Præterea Socinus intelligendus
eſt reſpectu actionis iniuriarum ciuiliter propoſitæ
per accuſatum ratione expenſarum, ſeu intereſſe, non
autem quando ratione iniuriæ agitur ad pœnam, pro-
ut ipſe ſentit ibi colum. fin. verſicu. Quarto dum alle-
gat Oldradum. Sed hic dubitatur, numquid ratione
iniuriæ Dominus Paulus poſſit criminaliter puniri
pœna applicanda fiſco, cuius reſpectu cauſæ prædictæ
excuſationem præbent, cum enim crimen iniuriarum
ſine dolo non committatur, vt dixi, & in eo nec lata
culpa æquiparetur dolo. Bald. in conſil. 277. incip. In
cauſa Guglielmini, num. ſecundo, libro 5. ſine dubio
31 cauſæ † prædictæ excludunt dolum, & conſequenter
excuſant, ne quis poſſit criminaliter puniri ratione
iniuriæ, vt in propoſito ſcripſerunt Felin. conſilio 23.
numero 10. & ſequentibus Ioan. Baptiſt. Plot. in dict.
conſil. 35. num. 14. reperito inter crim. diuerſ. conſilio
135. num. 14. tom. 1. cum qua declaratione concordant
Abb. conſ. 78. colum. fin. in 2. & 3. quæſt. part. 1. Bald. in
l. 1. numer. 9. in fin. C. de aduocat. diuerſ. iudic. Meno.
de arbit. iud. quæſt. libro 2. cent. 4. caſ. 3xt. numero 7.
& ſeq. & clarius numero 33. dum dixit cauſas prædi-
ctas excuſare quidem à calumnia, ne is calumniator
teneatur ſimilitudine ſupplicij, vel alia, quæ in eius lo
32 cum ſubrogata eſt, † quæ eſt pœna extraordinaria, vt
ipſe inquit in ſequen. caſ. 322. numer. 5. & pro eadem
declaratione faciunt deducta per Menoch. in conſil.
145. num. 11. & ſequentibus libro 2. Vlterius quia ego
non reſpondeo pro Ioanne Petro, ſed pro Domino
Paulo, qui ſolum ſcripſit ſupplicem libellum per rela
tionem ad proceſſum, & habuit iuſtam cauſam credē
di narrata in eis eſſe vera, non ſolum ex deductis in
proceſſu, ſed etiam ex relatione dicti Ioannis Petri,
propter quam cauſam dolus, & etiam culpa excludi-
tur, dum preces porrigendas Principi pro expeditio-
ne cauſæ ad inſtantiam Ioannis Petri ſcripſit, ſine du
bio ab omni actione iniuriarum excuſatur nō ſolum
reſpectu pęnæ, ſed etiam expenſarum, nam vt inquit
33 Boſſi. in tit. de accuſ. numero 27. & ſequent. † accuſa-
tor, qui excuſatur à calumnia, non excuſatur ab expē-
ſis, niſi eſſet tam magnus color, vt præberet iuſtam
cauſam litigandi, cum quo concordat etiam Menoc.
in d. conſ. 3x1. nu. 34.

Nec prædictis obſtant allegata in contrarium, quo
niam ea dictis ſupra remouentur, & pro clariori re-
ſolutione eis ſigillatim reſpondetur.

Non obſtant decretum Sereniſſimi Ducis Vrbini,
quoniam illud loquitur in diuerſis terminis, vt de-
monſtraui, nec ad caſum, de quo agitur, extendi po-
teſt, tum quia ſubeſt diuerſa ratio, vt dixi, Tum etiam
34 quia lex pœnalis † eſt ſtricte intelligenda, nec exten-
denda eſt etiam ad caſus, in quibus eadem ſeu ma-
ior ratio vigeret, l. ſi præſes, & l. ſi de interpretatione,
ff. de pœn. Ioann. And. in c. olim, de reg. iur. in 6. Alex.
conſ. 113. nu. 9. lib. x.

Neque nocet ſecundum, quoniam non video fuiſ-
ſe actum actione iniuriarum, ſed iudex vigore dicti
decreti ſententiam tulit, & Dominum Paulum con-
demnauit in pęnam, de qua in eo, ideo velut iniuſta
reuocanda eſt. Præterea ſi actio iniuriarum fuiſſet
propoſita, dicitur, quod licet quando quis inſecta-
tus fuerit famam alienam per libellum datum prin-
35 cipi, teneatur actione iniuriarum, † vt dicitur in d. l.
idem apud Labeonē, §. ſi quis libello, id intelligitur,
quando abſque cauſa ſolo animo perſequendi alie-
nam famam, & ſic animo iniuriandi, & doloſe quis li-
bellum dedit Principi, vt verba textus indicant, ibi,
inſectatus fuerit, ſed quando ceſſat dolus, & animus
iniuriandi abeſt, tunc non tenetur actione iniuriarū,
l. illud, §. penult. & fin. cum l. ſequen. ff. de iniur. l. ſi con
uicij, C. eo. tit. cum alijs ſupra adductis, & ſecundum
36 dicta iura intelligi oportet d. §. ſi quis libello, † cum
lex vna per aliam declaretur, & ſuppleatur, l. non eſt
nouum, cum duabus ſeqq. ff. de legibus glo. in l. ſcien-
dum, qui ſatiſd. cogan. Pariſ. conſ. 73. num. 20. libro 1.
Bero. conſil. 161. nume. 10. lib. 1. & conſil. 110. num. 17.
lib. 3. ſed vt demonſtraui rationibus pluribus Domi-
nus Paulus à dolo & animo iniuriandi defenditur,
ideo ceſſat actio iniuriarum, & tanto magis Domi-
nus Paulus defendi poteſt etiam ab actione iniuria-
rum, quia preces ab eo ſcriptæ non fuerunt porrectæ
Principi ſine cauſa in perſecutionem famæ nomina-
torū in eis, in quibus terminis poteſt procedere text.
in d. §. ſi quis libello, ſed fuerunt præſentatæ ad effe-
ctum tantum, vt Princeps committeret iudici expedi
37 tionem cauſæ, & delinquentes puniret: & quādo † ali
quid dicitur, quod concernit infamiam alterius, licet
ſit punibile, quando ſine cauſa profertur, tamen quā-
do dicitur ex cauſa, puta correctionis, vel coram ſupe
riore ea intentione, vt ille puniatur, & pęna illius ſit
alijs in exemplum, tunc non cenſetur dictum animo
iniuriandi, & ille non tenetur ratione iniuriæ, vt bene
declarant Oldrad. in conſil. 53. colum. 2. ver. ſi ea cau
ſa, & per totum, & Roma. conſil. 96. col. 1. verſ. Secun-
do vero caſu. Magon. in deciſ. Rotę Florentinę 25. nu.
10. in fin. cum ſeq.

Vltimum minus reſiſtit, quoniam præterquam qđ
pęna illa ſimilitudinis ſupplicij, per conſuetudinem
fuit abrogata, dicitur quòd Dominus Paulus non
dedit querelam, ſed per relationem ad proceſſum
ſcripſit preces porrigendas Principi per Ioānem Pe-
trum pro expeditione cauſæ, quæ rationes & aliæ ſu-
pra deductæ eum ab omni pęna excuſant. Præterea
licet non fuerint plene probata narrata in precibus,
ſatis eſt, quod fuerunt taliter prolata, vt excuſare po-
tuerint non ſolum Dominum Paulum, ſed etiam Io-
annem Petrum à dolo, & animo iniuriandi, ſine quo
38 ratione iniuriæ, neminem teneri oſtendi. † Nec ex
eo ſolo, quod Ioannes Petrus ſuccubuit, tenetur a-
ctione iniuriarum, prout ſcripſit Iul. Clar. in d. §. iniu-
riam, quoniam Ang. & Soc. quos Iul. Clar. allegat, lo-
quuntur in caſu, in quo accuſator non ſolū ſuccubuit,
ſed nihil probauerat, quòd dolum, & animum iniu-
riandi remoueret, & in eiſdem terminis intelligēdus
eſt Iul. Clar. qui eorum tantum auctoritate mouetur.
Sed quando ex aliquibus cauſis excluditur dolus &
animus iniuriandi, prout in occurrenti caſu, tunc ceſ-
ſat etiam actio iniuriarum, licet accuſator ſuccubue
39 rit, † quia non ſequitur ſuccubuit accuſator, ergo ca
lumnioſe & animo iniuriandi propoſuit accuſationē,
cum videamus ſuccumbere etiam habētes iuſtas cau
ſas, & etiam quia accuſator potuit credere iuſtam ac
cuſationem proponere: Præſumitur igitur ea ſenten-
tia, quod male mota fuerit lis de ſe ipſa, ſed nō quod
malo animo mota fuerit, vt bene declarat Anton. de
Butr. in c. finem, num. 18. de dol. & contum. & id eſt e-
tiam de intentione Bald. in l. 1. nu. 9. C. de aduoc. diu.
iud. & ideo dixit Bal. in l. qui non probaſſe, nu. 5. C. de
40 calumni. † quod quando accuſator non probat, non
præſumitur calumniari præſumptione legis, ſed re-
quiritur præſumptio hominis, id eſt iudicis, qui ha-
bet

bet hoc præſumere ex geſtis, id eſt ex actitatis cauſæ,
& ex multis,& varijs circumſtantijs, quæ poſſunt ani
mum ſuum mouere: & ideo vbi homo non præſumit,
nec lex. Vnde cum ex deductis ſupra excludatur do-
lus, & animus Domini Pauli calumniandi, ſeu iniu-
riandi, licet narrata in precibus nõ fuerint plene pro
bata,& nominati in eis abſoluti fuerint,ex hoc Domi
nus Paulus ratione iniuriæ moleſtari non poteſt,tum
41 ex prædictis,tũ etiam † quia calumnia, quæ exoritur
contra accuſatorem, non probantem accuſationem,
non eſt vera ſed præſumpta, vt dixit Iul.Clar.§.fin.q.
6 2.verſic.ſed numquid, admittitque probationem in
contrarium,ſecundum Bar.in l.athletas,§.calumnia-
tor,nume.3.ff.de his qui not.infam.& quando vigent
coniecturæ & præſumptiones excluſiuæ animi calum
niandi & iniuriandi illæ præferuntur præſumptioni
42 calumniæ reſultantis ex eo, quod nõ probauit,† quia
præſumptiones excluſiuæ animi iniuriandi, & calum
niandi,& ſic excluſiuæ delicti præferuntur contrarijs
præſumptionibus,vt in terminis poſt Oldrad.conſil.
53.nu.3.Soc.& alios firmat Burſat.conſil.94. num.21.
& ſeq.lib.1.

Concludendo igitur cenſeo ſententiam latam con
tra Dominum Paulum,eſſe iniuſtam, & reuocandam
rationibus ſupra adductis,ac etiam quia hodie atten
ta conſuetudine, nũquam aut raro puniti ſolent ac-
cuſatores,licet in probatione defecerint,& ſuccubue
rint,ea ratione,ne metu pœnæ homines ſe abſtineant
ab accuſando,& ita delicta remaneãt impunita, qua
43 † ratione non ſolum conſuetudo aboleuit pęnam ſi-
militudinis ſupplicij, vt dixi, ſed etiam introduxit,
quod accuſatores ſuccumbentes neque etiam in ex-
penſis condemnentur ob præſumptam calumniam,
reſultantem ex eo, quod non probauerunt delictum,
vt poſt Bald.in l.qui crimen, colum.fina. numero 23.
verſic. Nam poſſet, C.de his qui accuſ.non poſſ. dixit
Iul.Clar.in dicto §.fin.quæſt.62.verſicu.ſed numquid,
circa medium.

Subſcriptiones precedentis conſilij.

QVæ ſupra per Excellentiſſimum Conſultorem
copioſe fuerunt adducta, & ſubtiliter deducta
rem ad ſanorem Pauli & Ioannis Petri cla-
riorem faciunt,quam vt cuiuſquam alterius auctori-
tate, vel ſubſcriptione indigere videantur: Nã quod
ſupremo Principi ſuper expeditione cauſæ falſi vel
vſurariæ prauitatis, quæ ipſis nimirum deferri vide-
batur, ſupplicauerint, incuſari & puniri nullo modo
poſſunt, per ea, quæ ſupra docte & copioſe deducta
fuerunt: nam ſi idipſum omni omiſſo medio, & prin-
cipaliter potuerunt ad iudicem ſupremum ſine vllo
crimine concepti, vel ſcripti famoſi libelli deferre,
cur non potuerunt eumdem adire, vt cunctantem &
44 moroſum iudicem ſuo imperio excitaret, &c. † cum
aditus ad Principem debeat eſſe expeditiſſimus, ita
vt ab eius acceſſu non liceat cuique appellare, ſecun-
dum diſtinctionem Bartol.in l.1.§.quæſitum, num.5.
45 ff.de appell.† purgat enim Principis ſcientia & præ-
ſentia omnem prauam delicti committendi ſuſpitio-
nem,arg.l.omnium,C.de teſta. Accedit (vt præſuppo-
nitur) quod aliqui teſtes ſuper falſo,vel vſuraria pra-
uitate depoſuerunt ita & taliter, vt iudicem, coram
quo agebatur ad ſententiam condemnatoriam, im-
pulerint: Nec obeſt,quod forte teſtes non fuerunt in
numero ſufficienti, vel aliquas exceptiones pateren-
tur: tum quia per hoc non infertur, quod potuerint
inducere in probabilem credulitatem dictum Domi
num Paulum, & Ioannem Petrum quemadmodũ in
eamdem credulitatem ipſum iudicem induxerunt,
quæ ipſos excuſare debet, præſertim quod falſi crimẽ
committitur ſub imagine, & ad imitationem verita-
46 tis,& † propterea in eo ſuſpitio falſi habetur pro fal-
ſo, iuxta celebre dictum quod multi ſequuntur in ca.
memoriam, D.19.& licet hodie quærelatus ſuper fal-
ſo & vſuraria prauitate in cauſa appellationis repe-
riatur abſolutus, hæc tamen abſolutio non facit dete
riorem conditionem ipſorum Pauli & Ioannis Petri
47 ex duobus. Primum quia † abſolutus præſumitur ab
ſolutus non quia innocens, ſed quia non probatum
contra eum, communiter Canoniſtæ in cap.ex his, de
accuſ. Secundo, quia non eſt nouum, quod ſecunda
ſententia primam in peius reformet, vt dicit textus
in l.1.ff.de appell. ex quibus infertur, quod ex preci-
bus Sereniſſimo Duci porrectis non ſolum nõ poſſint
Paulus & Ioãnes Petrus argui de crimine famoſi ſcri
pti libelli, ſed quod nec actione iniuriarum aduerſus
eos ciuiliter, vel criminaliter agi poſſit, quãuis enim
Petrus Antonius fuerit abſolutus, & conſequenter
ſententia contra eum lata appareret iniuſta, quæ di-
citur lata ad inſtigationem pręfatorum Pauli & Ioã-
48 nis Petri,& ſententia iniuſta,† & omne quod non iu-
re fit, poſſit dici iniuria, l.1. ff.de iniur. Proprie tamen
nõ eſt talis iniuria, ex qua dici poſſit ortam eſſe actio
49 nẽ iniuriarum, in hac enim materia † iniuria proprie
dicitur, quæ continet contumeliam, d.l.1. Contumelia
autem à peritis Latinæ linguæ dicitur à contemnẽdo:
Vnde quibus caſibus contemptus abeſt, eiſdem abeſt
& iniuria, d.l.1. Contemptum autem abfuiſſe à Paulo
& Ioanne Petro probat duplex ratio: primum quidẽ,
50 quia ab eis aditus eſt ſupremus iudex, † coram quo
non eſt veriſimile quemquam voluiſſe alij inſultare,
vel temere criminari, & iniuriam inferre, cum quili-
bet potuerit cogitare calumniæ pœnam in promptu
futuram ei grauiorem, quam ſi coram inferiore iudi-
ce, argum.d.l.omnium. Secundum eſt, probabilis ipſo
rum credulitas ſuper prætenſis criminibus, in quibus
in præiudicium aliorum per multas & occultas frau
des imitatione veritatis deueniri ſolet, & cũ aliqua
ex his, quæ contra Petrum Antonium adducta, olim
forte vera ſint, non poſſunt eius delatores de calum-
51 nia puniri, † cum falſum dici non debeat, quod pri-
mordio veritatis adiuuatur, l.cũ filius, §.hæres meus,
ff.de leg.2.cũ congeſtis per Fel.in c.ſuper litteris, nu.
67.& ſeqq.de reſcrip.& in caſu noſtro ad excludendũ
crimen famoſi libelli & iniuriarum, veriſſima eſt illa
52 ratio, † quod hæc crimina non pertinent ad ea, quæ
regulariter nunc, vel dicuntur in iudicijs, vel appen-
dicijs iudiciorum, nam ſi ea adaptarẽtur ad illa, quæ
iudicialiter aguntur, raræ eſſent preces, quæ libellum
famoſum nõ continerent, cum inoleuerit cõſuetudo,
quod ita concipiantur, vt nulla propemodum exiſti-
mationis aduerſarij ratio habeatur, idem dicendum
eſt de libellis appellationis, in quibus ſi minima pars
eorum, quæ in tales appellatorios libellos congerun
tur, vera eſſent, pauci iudices reperirentur, qui non ij-
dem eſſent viri turpiſſimi & iniuſtiſſimi. Quid dice-
mus de his, quæ in iudicijs dicũtur ad teſtes repellen
dos, nonne vt plurimum conuicijs ſunt plena, & ta-
men non videmus inde intentari iudicia vel libello-
rum famoſorum, vel iniuriarum, quod ſi ſecus eſſet
hodie, ipſi Paulus & Ioannes Petrus, qui imputantur
à Petro Antonio de crimine conſcripti famoſi libelli,
poſſent recriminari ipſum Petrum Antonium, quod
contra eos porrexerit famoſum libellum, dicendo,
prout dicunt, eos incidiſſe in pęnas conſcripti famoſi
libelli, & ſic daretur quaſi proceſſus in infinitũ, quod
eſſet valde abſurdum, cum crimina non relatione cri-
minum,

Digitized by Google

minũ, ſed innocentia purgari debeant, l. is qui reus, ff. de publ. iud. ex quibus fit, vt ego Ioannes Paulus Lancellotus ſupraſcriptis concluſionibus libentiſſime ſubſcribam.

Idem Io. Paulus Lancellotus I. C. Peruſinus manu propria ſubſcripſi, & ſigillum meum appoſui. S. S. S. S.

QVæ ſupra docte, egregie, & ſubtiliter adducta fuerunt per Excellentiſſimos Dominos Conſulentem, & ſubſcribentem, adeo claram conſtituunt conſultationem hanc ad fauorem Pauli & Ioannis Petri, vt nullo penitus indigeant additamento; ideoque de ſimplici ſubſcriptione requiſitus: Illud primum ingenue dicam valde me admiratum eſſe, quod Dominus Iudex aliquis repertus ſit, qui Dominum Paulum condemnauerit ob præſtitã operam ſuam in ſcribendo ſupplicem libellum, Sereniſſimo Duci porrigendum, prout porrectus fuit. Deinde libentiſſime ſubſcribendo affirmo me eſſe eiuſdem opinionis cum Domino Conſulente & ſubſcribente, male iudicatum fuiſſe per Dominum Iudicem à quo, & bene appellatum per dictum Paulum.

Marcus Antonius Eugenius I.C. Peruſinus manu propria.

Sententia prædicta condemnatoria in pœnam triremium & quartæ partis bonorum reuocata fuit die 26. Februarij anni 1590. per Excellentiſſimum D. Locumtenentem Sereniſſimi Domini mei Ducis Vrbini in Ciuitate prædicta, qui tamen condemnauit d. D. Paulum in Scutis centum, ex eo quia ſcripſit calumnioſas, & ſubreptitias preces.

Laus Deo, ac Beatiſſimæ Virgini.

Corrigebat Doct. Huppertus Faber, Vbius, Agrippinas, Lector publicus apud Venetos & Corrector, annuente & ſimul approbante Clariß. viro Ioanne Sozomeno Iurium Conſulto, rei Typographicæ Præfecto optimè merito.

VENETIIS, M DC XVI.

Apud Bartholomæum Rodellam, Damiani Zenarij hæredem, ſub candentis Salamandræ ſigno.

Digitized by Google

Digitized by Google